
VOLVMEN IIII.

CONSILIORVM DN.
STEPHANI BERTRANDI
CARPENTORACTENSIS, IVRIS-

consulti circumspectissimi & integerrimi, nunquam antehac editum, sed cum sequentibus de- nouo repositum,

[illegible]



LVGDVNI,


M. D. LX.

VOLVMEN IIII.

CONSILIORVM DN. STEPHANI BERTRANDI CARPENTORACTENSIS, IVRISconsulti circunspectissimi & integerrimi, nunquàm antehac editum, sed cum sequentibus de nouo repertum,

VASQVINO FILIOLO IVRIVM DOCTORE INTERPOLATORE, ET SCHOLIASTE.





LVGDVNI,
M. D. LX.


ἘΊΣ ἘΙΚΌΝΑ ΒΑΣΚΊΝΟΥ ΦΙΛΊΟΥ.

Βασκήνου μορφὴν εἴδεις; ἀσκήματα πολλῶν,
Καὶ φιλίαν ἔχει· εἴδεν ἅπαντα νόμων.

Η ἀρετὴ τῶν πόνων κριτική.



CONSILIORVM DN. STEPHANI BERTRANDI CARPENTORACTENSIS VOLVMEN QVARTVM.



¶Rubric. Plus val. quod agitur. ⁊c. ¶Epitome.

¶Emptio baroniarum quarundam, quas illustres Anceduniani emerant, impugnabatur: allegantibus aduersarijs contractum, simulationes, donatiões propter nuptias, ⁊ alias antea factas, variaqꝫ id genus cõmenta nomen etiaꝫ tam syncere gentis submordentia. Hoc respõso, vel potius volumine, vẽditio valida probatur: patritijqꝫ Anceduniani semper remanẽt illibati. Ceterũ, fugiẽde prolixitatis causa, nobiliores tãtum huius respõsi sentẽtias collegimus, vulgatioribus illis quibusdã omissis: quas ⁊ in alijs plerisqꝫ consilijs passim reperies. Vasquinus Filiolus.

1 ☞Licita omnia censentur que non sunt prohibita.
2 Presumptiones tres ex publicis instrumẽtis oriũtur.
3 Simulationis species tres, ⁊ simulatiõis allegate species exprimenda, ⁊ quomodo. ⁊ num. 5.
4 Possessio per procuratorem acquiritur.
5 Clausule retẽtionis vsusfructus ⁊ alie quedam in venditionis quales.
6 Confessio de recepto, iuncta promissioni de soluendo postea facte, quid presumi faciat.
7 Fictio confessionis de recepto non continuo venditionis simulationem infert.
8 Muliebre genus auarissimum, sed nec virile eo vacat vitio.
9 Pretium quod potest exigi, si remittitur, habetur pro exacto.
10 Mercatorum assecurationes super vecturis nauium an a iure recepte.
11 Conditio est iusta ⁊ sufficiens causa promittendi. ⁊ in superioribus. 8. 9. 10.
12 Presumi quid faciat contractũ emptionis vsurariam prauitatem sapere.
13 Decipere se inter contrahentes an ⁊ quando liceat.
14 Donatio inter viuos ita facta, ꝙ post mortem donantis donatarius bona capiat, an valeat.
15 Pactum future successionis quale. Borbonij dux illustrissimus.
16 Pretia rerum vendendarũ ob reseruatiões minuũtur.
17 Remedium. l. ij. C. de rescinden. vendit. que excludant seu tollant.
18 Iurare aut fide interposita promittere paria sunt.
19 Differentia inter cõstitutum ⁊ constitutioné precarij.
20 Vsusfructuarius an naturaliter possideat. ⁊ num. seq.
21 Possidere pater filium non dicitur.
22 Vsufructuario deiecto de possessione non censetur deiectus proprietarius, nec per traditionem per vsufructuarium factam.
23 Proprietarius post mortem vsufructuarij propria authoritate bona an capiat, an ve negatoria actione illa consequatur.
24 Dolus emptoris qualitate facti, non quãtitate pretij estimatur.
25 Cõsuetudo aliquãdo licitũ facit quod al's esset illicitũ.
26 Dominium interdũ pro preeminẽtia quadã accipitur.
27 Notarium aliquem fuisse quomodo probandum sit, vt instrumentum fidem faciat.
28 Donatio inter coniunctos quando simulata presumatur, vel in fraudem creditorum. ⁊ fere per totum.
29 Hypotheca specialis a generali diuersa.
30 Metu maritali vxorem alienationi consensisse non arguit sola presentia viri: sed seueritas.
31 Iuramẽti dispensatio quando peti nequeat.
32 Fides instrumentorum qualis. ⁊ multis precedẽtibus.

Consilium primum.



hristi nomine inuocato. Ad euidẽtiam dicendorum premitto, ꝙ regulariter quilibet habẽs sui patrimonij liberam administrationem vendere potest: quia iniquũ est non permitti ingenuis heredibus reruꝫ suarum liberam dispositionem. l. ij. ff. si quis a parente fuerit manumiss. ⁊ quia rei sue quilibet est moderator ⁊ arbiter. l. in re mãdata. C. manda. l. dudum. C. de contrah. empt. ⁊ vendi. l. Nolla. C. de ijs quib. vt indig. ⁊. c. de ijs, ad fin. de sepul. Et est adeo quilibet arbiter ⁊ moderator rei sue, vt etiam possit illa abuti. l. sed ⁊ si lege. §. cõsuluit. ff. de petit. heredi.
1 Preterea cum regulariter omnia liceant, † que nõ sunt lege prohibita. l. necnõ. §. quod eis, ⁊ quod ibi glo. ff. ex quib. cau. maio. ⁊ quod ponit Ang. cõsi. clxxxj. exordiente, Visis instrumentis predictis, col. iiij. vers. ijs ita premissis, ⁊c. ⁊ venditio non sit regulariter prohibita: illa ergo cẽsetur regulariter permissa, argu. l. mutus. §. cum queritur, ff. de procurat. ⁊. l. ab ea parte, cum suis simili. ff. de probat. Et ei qui dicit eam in occurrenti casu prohibitam incumbit probatio: prout in casu opposito dici solet, scilicet, ꝙ in regulariter prohibitis certo casu permissis non creditur verbo dicẽtis casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de probat. ⁊. l. cũ quis decedens. §. Titia. ff. de lega. iij. Ex quo infertur nobilem quondam virum Ioannem le Forestier, dominum pro tempore baroniarum Vallisuiridis, ⁊ de Margaritis, potuisse illas vendere magnifico quondam viro domino Ludouico de Culant, domino dicti loci. Iteꝫ pre-
2 mitto † ꝙ ex publico instrumento oriũtur tres presumptiones, scilicet, ꝙ sit verum, ꝙ sit solenne, ⁊ ꝙ sit scriptum de mandato contrahentium. Primum probatur in. l. cum precibus, ⁊ quod ibi glos. Bald. ⁊ doct. C. de proba. l. quamuis. C. si quis alteri vel sibi, ⁊. c. j. de feud. da. in vicem legis cõmiss. Et ibi dicit Bald. ꝙ in dubio non presumitur simulatio: ⁊ ꝙ talis presumitur esse cõtractus, qualis apparet in prima sui figura: quia a primordio tituli posterior formatur euentus. l. j. C. de imponen. lucrati. descript. Dicit etiam Bal. in. c. j. de notis feu. ꝙ instrumentum non presumitur simulatũ, ⁊ in l. ab Anastasio, ad fin. C. manda. dicit ꝙ allegãs instrumentum simulatũ, debet allegare speciẽ simulationis: alias non auditur. Et idem est de eo qui dicit vel allegat contractum esse simulatũ: quia ille debet dicere causam simulationis: ⁊ illa debet attendi, dicta. l. ab Anastasio. quod plenius colligitur ex ijs que ponit Bartol. consil. lxiiij. secundum nouã impressionem, exordiente, Petrus Nicole, donauit Nicole, ⁊c. Bart. ⁊ docto. in. l. post contractum. ff. de dona. Angel. Aret. instit. de exceptio. in princ. nigri. fol. xxviij. col. iij. vers. postꝙ vidimus aliquam circa materiam doli, fraudis, ⁊ deceptionis. Petr. de Anch. consi. cexxviij. exordiente, Ad corroboratioñé predictorũ. Paul. de Castr. in. l. iurisgentium. §. dolo. ff. de pact. Et huius dicti redditur ratio:
3 quia † cum (vt dicit Bart. ⁊ sequuntur alij cõmuniter in locis predictis) simulationis sint tres species, ⁊ sic possit verbum simulationis multipliciter intelligi: quicunque dicit contractum simulatum, siue agendo, siue excipiendo, dicere debet, qua causa seu specie simulationis sit contractus simulatus: alias intentio esset incerta, ⁊

aduersarius nõ redderetur certus. Et ita nulla alia facta declaratione ille, cõtra quẽ dicitur contractum esse simulatum, debet obtinere. l. j. in princip. ff. de eden. & l. Pomponius scribit si frumentum, in fi. ff. de rei vendi. Et hec in agente. Et idem in excipiente. l. j. §. idem Labeo, & quod ibi Bartol. ff. de flumi. & l. Titie textores, in princ. ff. de lega. j. Et idem in probante obscure. l. eum actum, in fin. & quod ibi glos. & docto. ff. de negot. gest. & in. l. non solum. §. sed vt probari, & quod ibi gloss. & docto. ff. de ope. no. nuntia. in. l. si post motam, & quod ibi glos. & doct. ff. de peti. heredi. & in. c. in presentia, de probat. & non solum opus est deducere speciem simulationis: sed etiam opus est deducere & probare, ꝙ ab initio, hoc est ante ipsum pretensum contractum simulatum actuz extiterit inter partes, ꝙ ille esset simulatus. l. iiij. §. si ab ignoto. ff. de manumis. quod etiã voluit Bald. in. l. j. col. fi. C. si ser. exte. se emi mãda. & in. d. l. ab Anastasio, col. fina. & Alexand. de Jmol. in addit. Quia ea que ex interuallo fiunt, non possunt adduci ad probãdam simulationẽ, vt not. Jaco. But. & Bar. in. l. pacta nouissima. C. de pac. & in. l. item quia. §. idem Juliano. ff. eod. tit. Bald. & Ang. in. l. si quis cũ aliter. ff. de verb. oblig. Jnsuper etiã oportet ostendere, ꝙ tempore initi pretẽsi simulati cõtractus fuisset causa verisimilis, propter quam introduci haberet simulatio huiusmodi. l. si mulier, in prin. ff. rer. amo. & in aut. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. quod etiam firmat Bart. & alij in. d. l. post contractum. ff. de donat. & clarius idem Bart. in. d. consil. Petrus Nycole. Fran. de Aret. cõsil. lxv. exord. Jn presenti cõsultatiõe, que est difficilis, &c. col. iiij. ver. in contrariũ arguitur. Ex quibus infertur instrumentum venditionis facte per dictum nobilem Joannem le Forestier, & venditionẽ ipsam debere presumi veros, non fictos aut simulatos. Quo fit vt cum dictus le Forestier dominus extiterit dictarũ baroniarũ Vallisuiridis & de Margaritis, & sic illas vẽdere potuerit & vẽdiderit, ac etiã non solum ficte & per actum ciuilem, scilicet retentionis vsufructus: sed etiã per veram immissionem seu possessionis traditionem factam magnifico
4 viro† domino Petro Dulse procuratori & procuratorio nomine dicti domini de Culant illam recipienti: fuerint dominium & possessio dictarum baroniarũ in eundẽ do. de Culãt trãslate, & sibi acquisite. l. quisquis. l. si quis argẽtum. §. sed si quidem. C. de donat. l. j. §. per procuratorẽ, & quod ibi doc. ff. de acquir. pos. l. j. & quod ibi doct. C. per quas perso. & quod not. glo. & doct. in. l. j. C. de acquir. poss. iuncto eo quod habetur in. l. traditionibus. C. de pact. de quo etiã canoniste in. c. accedens, de probat. Ex quibus consequenter infertur dominam Michaelã Chauuem tutricem & tutorio nomine liberorum & heredum dicti quondã do. de Culant, cum decreto & authoritate iudicis, & solennitate, de qua in publico instrumẽto, seu processu parte nobilium Joãnis & Gerardi de Anceduna in hac causa producto derelinquere & remittere potuisse iura dictorũ liberorũ nobili & potẽti quondã viro Antonio de Anceduna pro & mediãte pretio, de quo in dicto instrumẽto seu processu. l. si quidẽ, versi. si vero iure. C. de pred. mi. & multis alijs iuribus illius tit. arg. a cõtrario sensu, cum non solum fuerint predicte baronie & iura, que in his habebant dicti liberi & heredes per dictũ do. de Culãt tutorio nomine, & vt semper derelicte & remisse prefato nobili Antonio: sed etiã cõsequẽter fuerit apprehensa illarũ actualis realis & corporalis possessio per nobilẽ Gulielmuz de Anceduna filium & procuratorẽ ac procuratorio nomine dicti nobilis Antonij, etiã sciẽtibus videntibus patientibus & ita fieri volẽtibus prefatis nobilibus le Forestier & Margareta eius vxore: nemini debet esse dubium quin & dominium & possessio dictarũ baroniarum acquisite extiterint dicto nobili Antonio. Et hec maxime procedũt, cum prius & anteꝙ prefata domina Michaela predictas baronias dereliquerit, & dicto nobili Antonio de Anceduna remiserit sub pactis & conuẽtionibus, de quibus in dicto instrumẽto prefatus le Forestier eidem nobili Antonio vendidisset, & titulo venditionis remisisset omnia & singula iura ad causam venditionis predicte per eum facte prefato domino de Culant sibi competẽtia contra eum seu dictos eius liberos & heredes in dictis baronijs. Jn qua venditione etiam voluit & consensit idem le Forestier, ꝙ prefatus nobilis Antonius ab eodẽ do. de Culant, seu eius heredibus acquireret omnia iura eidem competentia in dictis baronijs. Et cum post factam ratificationẽ per dictam nobilem Margaretã, & apprehensam possessionem per dictum nobilẽ Gulielmũ (vt iam dixi) prefatus le Forestier iuxta formam facte conuentionis inter ipsum & dictum nobilẽ Antoniũ multas & varias recepit solutiões ab ipso nobili Antonio & prefato Gulielmo eius filio & herede, & hoc in diminutionem pretij per ipsum nobilem Antonium dari conuenti. Et quamuis nobiles Gailluodelus de Culmo & Margareta de Gaudiosa eius vxor visi fuerint opposuisse de multis cõtra & aduersus vẽditionem superius mentionatam, ac etiam ipsius venditionis instrumẽtum, necnon etiam ratificationẽ & ratificationes factas per dictam Margaretam, & alia predicta: illa tamen non videntur obstetisse nec obstare nobilibus Joãni & Gerardo de Anceduna causam habentibus tum a dicto do. de Culant, seu eius heredibus: ꝙ prefato le Forestier. Et primo quidem non obstitit quod parte eorum opponitur, scilicet ꝙ venditio facta prefato do. de Culant, seu actus cum eo gestus per dictum le Forestier fuerit fictus & simulatus: & ꝙ fictio & simulatio deprehẽdũtur ex clausulis insolitis opponi in contractibus emptionum & venditionũ: que in predicta venditione fuerunt, vt pretendũt dicti de Culmo & de Gaudiosa, opposite. Quoniam respondetur, ꝙ immo non fuerunt in ven-
5 ditione huiusmodi apposite clausule insolite. Et† primo quidem non fuit, vel est clausula retentionis vsusfructus in dicta venditione & instrumẽto illius apposita insolita, seu etiã alias talis, ex qua debeat presumi venditio huiusmodi simulata seu ficta. Sed est clausula huiusmodi de iure approbata, & taz in vẽditionibus & donationibus, ꝙ alijs contractibus. l. quisquis, & l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donat. Et est non solum approbata: sed etiam tante efficacie, vt medio illius censeatur res, cuius vsusfructus retinetur, tradi ei cum quo contrahit retinens: & consequenter possessio ciuilis & dominiũ, si hec apud eum retinentẽ existebant in alium transferri. d. l. quisquis, & quod ibi gl. & docto. & d. §. sed si quidem, & quod not. gl. & doc. in. l. possideri, in princip. ff. de acqui. posses. gl. in. §. vendite, Jnstitut. de rerum diuis. Gloss. & doctor. in cap. ij. de consuetud.

¶ Jnsuper nec etiã dici potuit aut potest illa clausula insolita, qua conuentum est, ꝙ si eisdem nobilibus le Forestier & de Gaudiosa superessent liberi, venditio predicta haberetur, & esset pro infecta. Quoniã respondeo ꝙ licet regulariter vendantur res, vt sint perpetuo penes emptorem & heredes: nihil tamẽ prohibet quin queadmodũ possunt ad tẽpus donari, post tempus ad donantem vel heredes reuersure, vel ad aliũ deuoluende, ita etiam possunt vendi, vel alias cõcedi. l. j. ij. & iij. C. de donat. que sub modo. l. fin. C. de legat. & l. j. C. de lege fusia cani. Sic enim quãdoqz concedit testator legatario. d. l. fi. C. de legat. iuncta parua glos. super verbo remeantibus. Sic concedit vxor viro dotem apud eum duraturam durante matrimonio: & post ipsum finitum ipso iure ad eam reuersuram. l. in rebus, in prin. C. de iur. dot. & l. j. C. solut. matr. Sic venditor emptori, cum concedit sub pacto adiectionis in diem, aut legis commissorie. l. j. cum seq. ff. de in diem adiect. l. j. & ij. ff. de le. commissoria, & l. commissorie, cum suis similib. C. de pact. inter emptorem & venditorem. Sic concedit ecclesia emphytensim, donec scilicet, canon soluatur, vel vsqz ad certam generationem qua finita, aut solutione canonis omissa, finitur emphyteusis ipso iure, auth. de non alien. §. emphyteusis, collat. ij. & quod habetur in l. ij. C. de in emphyt. & quod glos. in authen. ingressi. C. de sacrosanc. eccles. quod etiam voluit Angel. consilio cxcij. exordien. Jn themate predicto iã consului, & vlterius nõ est mei moris, &c. col. ij. ver. super tertio dico, &c. Sic etiam conceditur res cum pacto de retrouendendo. l. ij. C. de pact. inter empto. & vendit. de quo per Archid. in. c. plerisqz. xiiij. q. iij. & per cano. in. c. ad nostrã, de empt. & vend. Non est ergo insolita clausula de qua. s. & in vim eius erat conditionaliter predicta venditio resoluẽda: & que non in fauorem dicti do. de Culant, sed prefati le Forestier, ac suorum, & dicte nobilis Margarete & suorum liberorum: quibus si nascerentur voluit prudenter prouidere & facere in venditione: quod facit

l. in dona

l.in donatione.l.si vnq̄.C.de reuocan.donat.Et ex di/
cta clausula grauabatur prefatus dominus de Culāt:
⁊ verisimiliter longe remissius poterat inuitari vel in/
duci ad vendendum:ne contingente liberorum procrea
tione emptio per eum facta resolueretur. Non potest
igitur ex clausula huiusmodi pretendi simulatio, aut
fictio. ¶ Item nec etiam pretendi potest venditio pre/
dicta fuisse simulata seu ficta ex vel pro eo ꝙ, licet idem
le Forestier tempore facte venditionis confessus extite/
rit se habuisse a dicto do.de Culant ex integro pretiū
sex mille scutorum,quo baronias predictas eidem ven
didit,⁊ deinde eisdem anno, mense,⁊ die non obstante
confessione huiusmodi confessus extiterit se debere ei/
dē le Forestier de predicto pretio summā quatuor mil
le ⁊ octingentorum scutorum , ⁊ illam soluere promise/
rit per dilationes ⁊ terminos de quibus ibi. Quin/
6 imo† censetur predicta cōfessio de recepto,iuncta pro/
missione de soluendo postea subsequuta, fuisse facta
spe predicte promissionis,⁊ pro ea,vt post Iacobum de
Aret.voluit Bart. in simili in.l.penult.§.si vir.ff. solu.
mat.in illa questione qua queri solet,an si maritus con/
fiteatur se dotem vxoris a socero recepisse,⁊ illum de ea
quietet,⁊ statim sequatur soceri cōfessio, per quam non
obstante quietatione generi confiteatur se dotem debe/
re,⁊ illā genero soluere promittat:possit in vim prime
confessionis seu quietationis facte per maritum: idem
maritus vel heres ipsius post solutum matrimonium
ad dotis restitutiōem per heredem vxoris, vel vxorem
conueniri. In qua dicit Bar.posse dici,ꝙ confessio ma
riti non fuerit facta spe future numerationis:sed spe fu
ture promissionis. Pro illa enim futura promissione
fuit iste maritus confessus se habuisse dotem , ⁊ illud
nomen tantum estimasse videtur. Pro quo allegat. l.
pretij causa.C.de rescind.vend.quam opinionem sequi/
tur Ioan. de Imol.in.d.§. si vir, Panor.consi.lxxiij.in
secundo vol.⁊ Alexan. de Imol.consi.xxxvi. exordien/
te,Viso themate suprascripto,⁊c.col.ij. in secundo vol.
Pro quorum dicto facit quod notat Barto.in.l. si sub
specie.C.de postulan.⁊ quod ibi clarius Bald.col.ij.ver
siculo secundo oppono, ⁊c.⁊ quod notat Bar. in.l.si ex
pretio.C.si cert.pet.in quibus locis debitū ex vna cau/
sa vera ⁊ honesta potest in aliam causam conuerti , ⁊
non est simulatio.l.Lucius,⁊.l.dies.ff.deposi.Et ita vi/
detur posse dici in casu,scilicet , ꝙ dictus le Forestier
sub spe postea facte promissionis confessus extiterit se
recepisse summam predictam ex integro,quāuis illam
nō recepisset.Et supponitur ꝙ opinio que in predictis
terminis tenet,confessionem statim factam per maritū
non censeri esse factā spe future ⁊ statim sequuture pro/
missionis,sed spe future numerationis , prout quidam
tenuere,vt voluerunt ⁊ quidem Bald.in.d.l.penult. §.
mulier.ff.solut.matr.in.l.si absentis,col.fin.C.si certum
peta.⁊ Ang.consi.cxlj.exordiente,Genero ⁊ socero con
fessus fuit se habuisse dotem,⁊c.⁊ alij in alijs locis:non
propterea inferretur nec infertur,ꝙ dicta venditio,que
inter tres actus, scilicet, venditionis , confessionis de
recepto,⁊ promissionis de soluendo fuit prior, censeri
debeat fuisse,vel esse fictitia seu simulata. Et recte:quia
isti actus sunt separati ⁊ disiuncti: ⁊ actus dicte vendi/
tionis potest existere ⁊ esse perfectus sine actu cōfessio/
7 nis de recepto. Non ergo† ex simulatione seu fictione
huiusmodi cōfessionis recte infertur ad simulationem
seu fictionem dicte venditionis.l. inter stipulantem.§.
sacram,vers.sed hec dissimilia.ff.de verb.oblig.l.si mari
tus,la.j. ff.de donat. inter vir.⁊ vxor.⁊ vulgata.l. Pa/
pinianus e xuli.ff.de minoribus. Preterea vtile per in/
utile, ⁊c.de regu.iur.in.vj. Preterea fatentur isti ⁊ vo/
lunt per multa fundamenta , ꝙ confessio de recepto in
hoc casu censeatur facta spe future numerationis. Hoc
enim voluit Bald. in locis predictis , ⁊ in multis alijs
plenius relatis per Franciscū de Curte,consi.liiij.exor/
diente,Super duobus publicis instrumentis,⁊c. Hoc
etiam voluit Angel.in dicto consil.cxlj. Vital.de Ca/
banis in suis clausulis,sub rubr.ex quibus causis pos/
sit simulatio presumi,col.ix.⁊ Francisc.de Curte in di/
cto consil.liiij.⁊ alij multi in locis per eū allegatis.Non
ergo contendunt isti de validitate precedentis contra/
ctus, nec de illa dubitant: sed contendunt ꝙ confessio
huiusmodi non liberat alias debitorem : sed facta cen/
setur spe future numerationis : ⁊ hoc ratione vicinita/
tis confessionis de recepto,⁊ postea incontinenti subse
quute promissionis de soluēdo , prout dicūt plene An/
gel.Franci.de Cur.⁊ Vital.de Caba.vbi supra: ⁊ Ro/
man.consil.cccc xlv.exord. Consultatio presens tres ha
bet nodosas dubitationes,⁊c.⁊ ꝙ in dicto casu censea/
tur facta confessio de recepto spe future numerationis,
allegat ad hoc Bald.in.d.l.si absentis,col.fin.C.si cert.
petat.⁊ Roma.in.d.consil. in prin. textum singularem
in.l.minor annis vigintiquinq; cui fideicōmissum , ⁊c.
ff.de minorib. Ex quibus omnibus infertur, ꝙ ex con/
fessione de recepto, de qua in instrumento venditionis
superius mentionate,⁊ sequuta promissione de soluen/
da summa predicta quatuor mille ⁊ octingentorum scu
torum non concluditur , aut legitime infertur vēditio/
nem predictam fuisse fictā vel simulatam: quinimo lon
ge aliud ⁊ contrarium. Ad quid enim,si erat (prout nō
erat) venditio simulata,se post obtentam quietationem
obligasset dictus de Culant , de soluendo summā pre/
dictam quatuor mille ⁊ octingentorum scutorum: Ad
quid preterea postea pro solutionibus, quas facere de/
buit,constituisset dictum nobilem le Forestier procura
torem ad vendendum etiam sui ipsius constituentis no
mine duas annuas ⁊ perpetuas pensiones, cū pacto de
retrouendendo: vnā,scz, de centū ⁊ decē libris turonen.
pro summa mille ⁊ centum librarū, ⁊ aliam de quadrin
gentis libris: ⁊ ad eundē do.de Culant,⁊ suos heredes
⁊ eorum bona obligandum pro solutione pēsionis hu/
iusmodi: Non enim verisimiliter hoc fecisset idē do.de
Culant, si dicta pretensa venditio fuisset fictitia,aut si/
8 mulata. Quia† etsi auarissimum sit genus mulierum.l.
si a sponso,⁊ quod ibi glos.C.de donat.ante nupt. ⁊.l.si
stipulatus.§.j.ff.de vsur.sunt tamē ⁊ omnes,⁊ sic etiam
viri auari. Quia nemo presumitur iactare velle quod
suum est.l.cum de indebito,in princip.ff.de probationi.
¶ Item nec etiam facit ad inducendā presumptionem
dicte pretense fictionis seu simulationis alia clausula
in alio instrumento conscripta : per quam anno mense
⁊ die venditionis superius mētionate cōuenisse dicun/
tur prefati do.de Culant ⁊ nobilis le Forestier, ꝙ si cō/
tingeret eundem nobilē le Forestier, ⁊ dictam nobilem
Margaretam eius vxorem ab humanis decedere ante
integram solutionem pretij dictarum baroniarum,aut
dicte summe octoginta quatuor mille scutorū : non te/
netur idem do.de Culant ad solutionem summe tunc
ad soluendum restantis: ⁊ quam summā , que pro tem/
pore soluēda restaret, eam scilicet cuius solutionis ter/
mini nondū venissent, eidē de Culant donauit. Cum
q; cum tēpore ficte predicte venditionis conuentū exti/
terit de pretio predicte baronie : ⁊ deinde non obstante
confessione de recepto prefatus do. de Culant conue/
nerit ⁊ promiserit dare ⁊ soluere summā predictā qua/
tuor mille ⁊ octoginta scutorum per terminos ⁊ solu/
tiones,de quibus in instrumento superius mētionato:
dicta proxime mētionata clausula nihil nocuit aut no/
cet predicte venditioni:nec ex hoc infertur eandem ven
ditionem fuisse vel esse simulatā.l.si tibi habitationem,
ff.loca.⁊ quod per illā.l.notat Salic.in.l.cum in vendi/
tione.ff.de contrah.emptio.⁊ vend. vbi not. ꝙ licet pre/
tium quod non erat exacturus venditor dicatur simu/
9 latum: si† tamē erat exacturus,sed postea remisit, tenet
venditio:quia iam erat in suo esse perfecto. Et idē sen/
sit Paul.de Cast.in.d.l.si tibi habitationem, in princ.
pro quo faciunt not.per gl.⁊ apertius per Bar. Paul.
de Cast. ⁊ alios in.l. si conuenerit.ff. de pact. Cum et
quia non dicitur in clausula huiusmodi, ꝙ pretiū dari
conuentum nullo modo solueretur per dictum do. de
Culant. Quo casu procedere posset.d.l.cum in vēditio/
ne,⁊ quod not.Bald.in.l. si ex cautione, circa medium.
C.de non numer.pec. vbi dicit,ꝙ si quando vendo fun/
dum pro decem,renuntiē petitioni pretij:non tenet ven
ditio. Sed dicatur , ꝙ si prefati le Forestier ⁊ nobilis
Margareta ab humanis decederent ante plenam solu
tionē,⁊c.non tenetur eo casu dictus do. de Culant sol/
uere id quod de ea soluendum restaret: id scilicet cuius
solutionis dies nondum venisset. Inter que multū re/
fert: in primo enim casu fit pura remissio totius pretij,
⁊ in ipsa venditione: secundo vero non fuit facta remis
sio totius pretij: sed illius partis dūtaxat, que restaret
ad soluendum. Nec fuit pura remissio,sed conditiona/
lis,scilicet si ante integram solutionē ab humanis de/

ce deret, ⁊c. Et fuit hec cõditio iusta causa remissionis
summe restãtis ad soluẽdum. l. cum ad presens, ⁊ quod
ibi Bart. Alexand. de Imo. Franc. de Aret. do. Bart.
Sozi. Iason de Mayno, ⁊ doct. ff. si cer. pet. ⁊ l. a Ti-
tio, ⁊ quod ibi Bart. Franc. de Aret. Paul. de Cast. ⁊
doct. ff. de verbor. obligat. in. l. si quis stipulatus fuerit
hanc summam, eod. tit. ⁊ in. l. si sic, in princ. ff. de legat. j.
ad quod facit. l. si quis cum debitore. ff. de iureiur. ibi,
est enim iusta conuẽtio si quelibet causa in conditione
deducta fuerit. Per que verba apparet conditionẽ esse
iustam causam promissionis etiã si nullum cõmodum
stipulatori afferat implementũ cõditiõis: vt quia nihil
intersit ipsius stipulatoris cõditionem huiusmodi ad-
impleri. Et propterea dicit Paul. de Cast. in. d. l. a Ti-
tio, ꝙ Florentie vidit determinari hanc questionem.
Promiserat enim Titius Sempronio stipulãti decez,
si talis dominus infra annum moreretur. Ecõtra vero
Sempronius promiserat Titio stipulãti centũ, si non
moreretur. Mortuus est ille dominus infra annuz. Et
dubitabatur de validitate dicte stipulationis, ⁊ an in
vim illius posset Semproni⁹ petere decẽ a Titio. Et vi
debatur ꝙ non: pro eo quia nõ videbatur subsistere ali-
qua iusta causa promissionis: sed potius cõtineret tur-
pitudinez: sicut in ludo taxillorum. Et refert Paul. de
Castr. ꝙ plures consuluerunt Florentie, ꝙ stipulatio
valeret: ⁊ ꝙ ita fuit iudicatum. Quod dicit menti te-
nendum, principaliter propter. d. l. a Titio. Quia suf-
ficit euentus conditionis, ⁊ non est querendum de alia
causa. Et hec inducũt Alexand. de Imo. ⁊ do. Iason
de Mayno in. d. l. cuz ad presens, col. j. ad id quod tota
10 die fit Venetijs ⁊ Ianue inter mercatores. habet† eniz
mercator aliquis nauem mercibus onustã in mari. pro-
mittit mihi centum si nauis in portum salua venerit: ⁊
ego promitto illi omne damnum si periclitauerit. Et di
cunt Alexand. ⁊ do. Iason, ꝙ ista conuentio valet per
predicta. Quod etiã voluit Pau. de Cast. in. l. in naue
Sauphili. ff. locat. quod ad hoc specialiter ponderat: ⁊
dicit ꝙ ista conuentio valet non solum attento iure ci-
uili: sed etiam iure canonico. Et hanc doctrinã Paul.
de Cast. refert ⁊ sequitur Lauren. de Rodul. in repet. c.
consuluit, de vsur. in. iij. parte princ. ⁊ in. iij. q. ⁊ Ioan.
de Aura in. c. nauiganti, de vsur. ⁊ Alexand. de Imo.
11 in. d. l. a Titio. Et† hoc non est nisi quia cõditio in con-
uentiõe apposita habetur pro iusta causa. Et si dicatur,
ꝙ ex quo impletio conditionis nullum affert interesse
seu commodum ipsi promissori: quomodo potest tanꝙ
causa considerari? Respondet Franc. de Aret. in. d. l. a
Titio, col. ij. ꝙ pro interesse accipitur, ꝙ satisfiat volun
tati ipsius: pro quo allegat. §. sic itaqꝫ, Instit. de act. ⁊ l.
cum seruus, ⁊ ibi notata. ff. de condict. ob caus. Sic igi-
tur nõ videtur posse dici dict⁹ nobilis le Forestier ven-
didisse predictas baronias, ⁊ earum pretiũ posuisse do-
nationis causa, non exactionis: quod requirit. d. l. cum
in venditione. Sed propter aliaz causam, scilicet si pre-
fati nobiles le Forestier ⁊ Margareta ab humanis de-
cederent ante integrã solutionez: ⁊ que (vt dixi) fuit effi
cax ⁊ iusta causa. Non ergo ex hoc debet presumi vendi-
tio fuisse simulata: nec propter hoc debet dici resoluta:
maxime cum dicta venditio interuenerit post dictam
factam venditionem ⁊ retentionem vsusfructus. Et ita
desierat res esse integra per id quod voluit Bar. Paul.
de Cast. ⁊ alij post gl. sm vnam lecturam, que vera est, in
d. l. si cõuenerit. ff. de pac. Adijcio predictis, nõ esse pro-
batum ꝙ clausula predicta sit insolita: quod tamẽ pro-
bari oportuisset per opponẽtes, vtpote id quod est fun
damentum intentionis eorũdem. l. hoc iure., ⁊ l. ita sti-
pulatus. ff. de verb. oblig. ⁊ quod not. Bart. Alexand.
de Imo. ⁊ alij in. l. in illa, eod. tit. ⁊ canon. in. c. super ijs,
de accusat. Preterea dato ꝙ clausula insolita induce-
ret suspicionem in ijs que fiunt in fraudem legum. l. qui
testamentum. ff. de probat. ⁊ quod not. gl. ⁊ doct. in. l. si
quis sub cõditione. ff. de condi. instit. ⁊ quod not. Bal.
in. l. penult. C. de euict. secus tamen in ijs que non fiunt
in fraudẽ legũ, vt voluit Bal. in. d. l. pen. Et huiusmodi
fuit clausula supra mẽtionata. Et dato, prout nõ vide-
tur ꝙ clausula huiusmodi posset inducere aliquã suspi
cionem: illa tamen absqꝫ alijs legitimis probationibus
non sufficeret, vt declarat Bart. in. l. admonendi. ff. de
iureiur. circa quintam col. duz tractat quomodo iudex
inducatur ad suspicionem, ⁊ Bald. in. l. ea quidem, col. ij.
vel circa. C. de accus. ⁊ C. de probat. in rub. ⁊ in. l. Quis
adulterij. C. de adult. Nam alie pretense coniecture, de
quibus supra non suffragantur parti aduerse, per ratio
nes predictas. Et idem dicitur de alijs pretensis conie-
cturis per ratiões infra allegandas. ¶ Etiam nec con-
tra predicta in venditionem faciunt. c. ad nostrã, de em-
ptio. ⁊ vend. ⁊ c. illo vos, de piguo. ex aduerso allegata.
Et primo quidem non. c. ad nostram: quia in illo pon-
derantur multa, propter que nõ mirũ si vẽditio, de qua
ibi censeri debeat simulata, ⁊ facta in fraudẽ vsurarũ.
Ponderatur enim ꝙ ille pretensus emptor erat vsu-
rarius: quod etiam videtur ibi tex. innuere, dum dicit,
contra vsurarios editum. Et hoc etiã dicebat Egidius
scilicet, ꝙ ille de quo loquitur litera erat vsurarius. Itẽ
concurrebat alia conietura: scilicet, ꝙ ante septenniuz
non poterat pretensus venditor redimere pretẽsam rez
venditam. Et ita volebat ipse pretẽsus emptor interim
fructus lucrari. Concurrebat etiã ꝙ a principio fuerat
petitum per venditorem pecuniam mutuari. Item et
pretij paruitas siue vilitas. Hec colligit ex. d. c. ad no-
stram: ⁊ in illo Pet. de Anch. qui propterea voluit, ꝙ
12 ad hoc† vt contractus sonãs in venditionem presuma-
tur simulatus ⁊ fictitius, non sufficit pactum de retro-
uendẽdo ⁊ pretij paruitas seu vilitas, non probato etiã
ꝙ emptor esset consuetus vsuras exercere, vt no. Arch.
in. c. pleriqꝫ. xiiij. q. iij. Iaco. de Aret. Cyn. ⁊ Sali. in. l.
emptione. C. plus val. quod agi. Ioan. And. in. d. c. illo
vos, Laudu. in clem. j. de vsur. vbi etiã do. Card. floren.
in. §. si. q. xviij. Bald. in. c. j. col. ij. vers. quero de quibus-
dam pact. de feu. dat. in vim le. cõmisso. Pet. de Anch.
⁊ do. Card. floren. post Egid. in. d. c. ad nostrã. ⁊ Pau.
de Cast. in. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pet. Quinimo mul
ti ex prefatis doctoribus tenent, ꝙ etiaz dicta tria non
sufficiant, nisi cõcurrant alie cõiecture posite in. d. c. ad
nostrã, ⁊ in. d. c. illo vos. Quia etiã vsurarij possunt fa-
cere verum contractũ emptionis. Et pactum de retro-
uendendo est de se licitum. l. ij. C. de pact. inter empt. ⁊
13 ⁊ vend. ⁊† licitum est contrahentibus se adinuicẽ nõ ex
proposito, sed re ipsa decipere: dũ tamẽ lesio dimidiã iu-
sti pretij non excedat. l. in cause. la. ij. §. idẽ Pomp. ff. de
minor. ⁊ l. item si pretio. §. si. ff. loca. ⁊ l. dolus., iuncta. l.
ij. C. de rescin. ven. in. d. autẽ venditione quã dicta pars
aduersa pretendit fuisse ⁊ esse simulatam, non solũ non
cõcurrunt illa omnia de quibus in. d. c. ad nostrã. quin-
imo nec aliqua ex inibi cõtentis. Et primo quidẽ mo-
do pactum de retrouendendo. Nam quis forte contende
re voluerit, ꝙ pactũ resolutiuum dicte venditionis in
casum superexistentie liberorũ, censeri debeat pactum
vel quasi pactum de retrouendendo, saltem quo ad iu-
ris effectuz. Sed istud non videtur procedere: quia mul
tum refert inter hec pacta. Primum enim supponeba-
tur viribus fortune: aliud vero potestati seu facultati
venditoris: qui quando vult infra terminum potest in-
stare pro resolutione contractus. Et certum est ꝙ longe
facilius venderet quis rem suam cum pacto de retro-
uendendo, ꝙ cum pacto de illam recuperando si super-
essent liberi. Et sic non videtur iudicandũ de vno pro-
ut de alio. Quod autem nec alia de quibus supra cucur
rerint in dicta venditione patebit ex infra dicendis.
Etiam nec obstat. d. c. illo vos. quia in illo sunt alia que
etiam hic non concurrerunt. ¶ Item etiam nec obstat
quod ex aduerso pretẽditur, scilicet ꝙ ex eo quia dictus
le Forestier vita eius durante gaudere debebat fru-
ctibus dictarum baroniarum, ⁊ quia in casu superexi-
stentie liberorum erat resoluenda predicta vẽditio: in-
super ⁊ quia summa restans ad soluendũ tempore mor-
tis predictorum nobiliuz le Forestier ⁊ Margarete ce-
dere debebat lucro dicti do. de Culant, colligatur ꝙ
prefati do. de Culant ⁊ le Forestier facere voluerint seu
fecerint pactũ de succedendo eidẽ le Forestier. Quoniã
respondeo, ꝙ immo hoc non colligitur: ⁊ hoc satis ap-
paret ex predictis. Probatũ est enim dominũ rei pos-
se retento vsufructu vendere rem huiusmodi perpetuo
mansuram penes emptorẽ ⁊ suos successores, vel post
tempus ad venditorem vel suos reuersuram vel alteri
restituendam. Quo supposito, nõ debet aliquid illicitũ
presumi ex predictis. Etiã responsum est ad id quod di-
ctum est de lucro partis restantis ad soluendũ. Preter-
ea cum pactum future successionis sit de iure reproba-
tũ, ⁊ nõ valeat. l. pactum quod dotali. C. de pact. l. cum
donatio

donationis.C. de transact.l.stipulatio hoc modo con-
cepta.ff.de verb.oblig.⁊.l.hereditas, cum suis simil.C.
de pact.conuen.tam super do.⁊c.non est verisimile nec
in dubio(si in eo essemus,prout non sumus) presumen
dum esset ꝙ prefati do.de Culant ⁊ le Forestier volue-
rint facere pactum huiusmodi. Quia in re dubia ⁊ ob-
scura dant iurisconsulti doctrinã,vt iudex semper pro-
pensior esse debeat ad comprobandum conuentionem.
l.cum hic status.§.penitentia in:ibi, ꝙ si in obscuro sit,
procliuior esse debeat iudex ad probandum conuentio-
nem.ff.de donat.inter vir.⁊ vxor. Innitendum enim
est semper actum validari:non econtra.l. quoties.ff.de
reb.dub.l.quoties.ff.de verb.obli.⁊.c.abbate,cũ suis si.
de verb.sig. Adijcio ꝙ multa verba apposita extiterãt
in instrumẽto vẽditionis, ⁊ alijs superius mẽtionatis,
per que verisimiliter possit cõiecturari, ꝙ dictus le Fo-
restier voluerit baronias predictas post mortem eius si
sine liberis decederet peruenire ad dictum do. de Cu-
lant iure seu per modum successionis:sed iure emptio-
14 nis per ipsum de Culant facte: prout etiam † vidimus
in simili,in eo scilicet,qui donat bona sua donatione
inter viuos post tamen mortem eius vult ita peruenire
ad donatariũ:que tamẽ donatio non censetur fieri per
modum future successionis,vt voluit glos. ⁊ doct.in.l.
fin.C.de pact. per pactum enim future successionis hoc
agitur(quod tamen cum iuris effectu fieri non potest)
ꝙ ille,in fauorem cuius fit pactum huiusmodi fit vni-
uersalis heres secũ paciscentis: ⁊ sic ꝙ ei succedat in o-
mnibus iuribus actiue ⁊ passiue.l.nihil.ff.de verborum
signific.⁊.l.heres in omne.ff. de acquiren. hered. notat
Alexand.de Imo.in.d.l. stipulatio hoc modo cõcepta,
col.xj. Successio enim importat iura actiua ⁊ passiua.
Et hinc dicitur ꝙ appellatione successionis comprehen-
ditur tantũ successor vniuersalis.l.quedam.§. nihil in-
terest,⁊ quod ibi docto.ff.de eden.⁊ quod notat Bal. in
15 l.emptorẽ,col.iij.vel circa.C.loca.Et pactum † nõ dici-
tur pactum future successionis, nisi in eo permittatur
successio vt futura successio:que deberi nõ potest nisi ex
testamento,vel ab intestato. Hec sunt verba Oldr,con
sil.cxxxix.exord. Ad habendum aliqualem notitiaz, in
primo quesito: ⁊ idem voluit Alber.in.d.l.fin. col.j. C.
de pact.⁊ Alex.de Imol.consil.lxxxij.exord.Visa facti
narratione,col.iij.in secundo volu. Predicte enim ba-
ronie ab initio titulo venditionis peruenerunt ad di-
ctum do. de Culant quoad proprietatem seu dominiũ:
quãuis propter retentionem vsusfructus formalis dif-
ferẽda esset acquisitio causalis vsusfructus vsq; ad mor
tem dictorum nobiliũ le Forestier ⁊ Margarete. Pre-
terea cum verba instrumenti venditionis ⁊ aliorũ pre-
dictorum solum trahantur ad dictas baronias cũ suis
pertinentijs ⁊ iuribus,latius mẽtionatis in instrumen
to dicte venditionis:illa non inducebãt futurã succes-
sionem: que augeri poterat ex nouiter acquirendis. l.si
creditores,in fin.ff.de bono.separa.⁊.l.si defunctus. C.
arbit.tute.quod etiam voluit Oldra.in.d. consi.in pri-
mo quesito,⁊ Alber.⁊ Alexan.de Imol. in locis supe-
rius allegatis. Non est ergo censendum prefatos domi-
nos de Culant ⁊ le Forestier voluisse facere pactum fu-
ture successionis:⁊ eo maxime, quia verba sunt clara in
oppositum a quorum significatione nõ est recedendum.
l.ille aut ille.§.cum in verbis,cũ suis similib.ff. de lega.
j. Nec ad dictam pretensam presumptionem aliquid fa-
cit, ꝙ dictum pretiũ quatuor mille ⁊ octingentorũ scu-
torum solui deberet per varias solutiones. Quia istud
non est nouũ:sed est quotidianum, ꝙ scilicet pretia dari
conuenta cõsueuerint promitti ⁊ solui per terminos: ⁊
erat multum equum in casu predicto ita fieri, attẽta re-
tentione vsusfructus dictarum baroniarum ad vitam
dictorũ nobilium le Forestier ⁊ Margarete eius vxo-
ris,⁊ eorum cuiuslibet: ⁊ qui multũ postea viuere pote-
rant,⁊ vixerunt maxime ipsa nobilis Margareta:⁊ qui
durante vsufructu huiusmodi plus cẽsetur recepisse in
fructibus baroniarũ huiusmodi,ꝙ̃ valerent eedẽ baro-
nie:si tamẽ ex illis percepti extiterint ⁊ percipiantur fru
ctus, reditus, prouentus,⁊ emolumẽta in eo valore,de
quo articularũt dicti nob. Gaillardetus ⁊ Margareta.
¶ Ex premissis cõcluditur ⁊ infertur, ꝙ ex ijs de qui-
bus supra, ⁊ parte predictorum nobiliũ Gaillardeti ⁊
Margarete nõ legitime infertur,dictã vẽditionẽ fuisse
fictã aut simulatam, ⁊ consequenter non firmari iura-
mẽto,⁊ ꝙ clausule cõstitutiõis precarij,retẽtionis vsus-
fructus,⁊ alie in vẽditione huiusmodi apposite fuerint
nulle: quia (vt dixi) nihil pretẽditur in premissis, ꝙ effi-
caciter sufficiat ad inducendam presumptionem simula-
tionis aut fictionis. Nisi forte dicatur, ꝙ immo ad hoc
sufficiat possessio dictarum baroniarũ, in qua post ven
ditionem huiusmodi remansisse dicitur quandiu vixit
dictus nobilis le Forestier. Sed hoc non obstat:pro eo,
quia (vt apparet ex instrumento eiusdem venditionis,
⁊ sepe dictum est)idẽ nobilis le Forestier reseruauit sibi
⁊ dicte eius vxori,⁊ ad eorum ⁊ cuiuslibet eorum vitam,
vsumfructum dictarum baroniaruz,cuius vsusfructus
reseruatio tollit presumptionẽ simulationis, etiam in
casu in quo alias presumeretur,propter possessionẽ, di-
cta.l. quisquis.C.de donat.quod etiam per illam. l. vo-
luit Bart.in.l.sicut.§.superuacuum,col.iij.vers.vel nisi
venditor reseruauerit sibi vsumfructum. ff. quib.mod.
pign.vel hypothe.sol.in.l.post contractum,col.ij.in ter
tia presumptione,vers.predicta vera nisi vẽditor sibi re-
tinuerit vsumfructum.ff.de donat. ⁊ consil.lxxxj.exor-
diente; Martinus de Eugubio donauit,⁊c. in vltimo
quesito,⁊ Vital.de Caba.in suis clausulis,tit. de frau.
col.fina.vers.predicta vera,⁊c. Et non solum in casu de
quo queritur sublata est presumptio simulationis pro-
pter dictam retentionem vsusfructus, que est quid ma
ius:sed etiam sublata extitisset propter solam constitu-
tionem precarij,que est quid minus:⁊ hoc quatenus hu
iusmodi pretensa simulatio concernere poterat eundez
nobilem le Forestier, aut eius heredes, per id quod vo-
luit Bald.in.l.illud,col.penult.vers.septimo quero,ad
fin.C.de sacrosanct.eccles.l.emptione, col.j.vers. quero
qualiter probetur,⁊c.ibi,si autem allegatur per eũ cum
quo contrahitur,⁊c.C.plus val.quod agit.⁊ in.l.j.col.j.
vers.ex hoc.⁊ seq.de dona.propter nupt. Cuius dicti ra
tio est:quia cum interueniente precario causa possessio-
nis mutetur.l.qui cum pro herede, in princ. ff.de vsuca.
pro empto.⁊ in.l.fina. ff. de preca. ⁊ quod habetur in. l.
quod meo,in princ.ff.de acquir. possessio. non est presu-
mendus contractus simulatus, si ille qui primo possi-
debat iure proprio,post cõtractum huiusmodi ⁊ in vim
illius possidere ceperit iure alieno. Ad quod facit, quia
emptor potest actione ex empto agere contra vendito-
rem vsq; ad triginta annos. Tantum enim regulari-
ter durant actiones personales.l. receptitia.§.hac aper
tissima lege,versic.⁊ in tali vite mensura in qua omnes
actiones personales,⁊c.C.de consti.pecu.⁊.l.j.§. nemo,
cum suis similib.C.de anna.excep.Et ꝙ propter posses
sionem in qua post factam venditionem seu donationẽ
remansit venditor,seu donator,non presumatur cõtra-
ctus simulatus quo ad ipsos venditorem seu donatorẽ,
maxime si interuenit constitutio precarij, tenent docto.
communiter in.d.l.post contractum.ff.de dona. Salice.
in.d.l.emptio,col.fina.vers.ipse autem qui principaliter
contraxit.C.plus val.quod agit. Ioan.de Imo.in.c.il-
lo vos,de pigno. Alex.de Imol.consil.xxviij. exordien
te, In causa ⁊ lite vertente super fundo,⁊c.col.iiij.versi.
modo sic quando deducitur,⁊c. in quinta parte, ⁊ Ra-
pha.Cuma.consil.xlj.exord. Ad primum quesitum, et
Bald.in consil.relato per Vital.de Caba.in suis clau-
sulis, titulo, ex quibus caus.possit simulatio presumi,
⁊c.col.ij.vers.aut allegatur simulatio per ipsum vendito
rem ad proprium ipsius commodum, ⁊c. Pro quibus
facit,quia vbicunq; scribunt vel consulunt doct. ꝙ pro-
pter retẽtionem possessionis factã per venditorem, aut
donatorem presumitur venditio aut donatio simulata,
ipsi allegant ⁊ inducunt dictam.l.sicut.§.superuacuum.
ff.quib.mod.pig.vel hypothec.sol.qui loquitur eo casu,
quo aliquid agitur in preiudicium seu damnum tertij.
Quo fit vt doct.§.huiusmodi allegantes,ad probãdum
ꝙ ex redemptione possessionis presumi debeat vẽditio,
donatio, vel alius cõtractus alias efficax ad alienatio-
nem, simulata aut simulatus intelligi debeant secundũ
dictum.§.superuacuũ,scilicet, quando alienatio huius-
modi concernit preiudiciũ tertij,forte fisci, vel alterius,
per id quod notat Bart.in.l.non solum.§.liberationis.
ff.de libera.lega.⁊ in.l.cum quidam.ff.de ijs quib. vt in-
dign. Salic.in.l.si ex cautione,circa col.x.C.de non nu-
mera.pecun. Ioan.And.in.c.cum nuntius,de testib. et
Roman.consil.ccxj.exord. Allegationes doctoris exi-
mij domini Michaelis,⁊c.col.vlti.vers.quo ad vltimũ

an potest fieri executio instrumenti non liquidi, &c. et Andre. Barba. consil. xliij. exordiente, Sempiterna dignū est memoria quod preclare scribitur apud Job, &c. col. iiij. ver. secundo illud dictum eorum debet intelligi, &c. in secunda parte. Si ergo quo ad venditorem constitutio precarij excludit presumptionē simulationis: multofortius facit retētio vsusfructus: pro eo quia vsusfructuarius habet maius ius in re in qua habet vsumfructum, q̄ simplici precario possidēs. Habet enim ius in re, & partē domini. l. iiij. ff. de vsufru. & potest inuito proprietario illam possidere. Que cessant in precario possidente. Et per premissa apparet non obstare. l. omnes. §. Lucius, & quod ibi Dy. ff. que in fraudem creditor. dictam. l. sicut. §. superuacuum. C. quib. mod. pign. vel hypothec. sol. l. si quis. §. & q̄ de subeunda. C. de natura lib. liber. l. si is qui bonis. ff. de acquir. heredi. & quod notat Cyn. in. l. ij. de repud. her. Spec. tit. de donat. §. j. versi. item pone aliquis, &c. Bart. in dicta. l. post contractum. ff. de donat. Cardin. Floren. in. c. illo vos, de pigno. & c. ad nostram, de emptio. & vendit. Petr. de Ancha. consil. ix. exordiente, Plurime coniecture concurrunt, &c. col. ij. versi. vj. & vltimo est considerandum, &c. Andr. Barb. consil. xxvij. exord. Scripsit doctissimus apud Grecos summe Philosophie princeps Plato, &c. col. xxvij. vel circa, versi. & si dicatur est ne substitutus ille comes, &c. in primo vol. & Salic. in. l. si quis posthac, col. iiij. vel circa, ver. quarto si post donationē ipse reperiatur possidere. Quoniā respondetur, q̄ iura & dicta doctorū predictorum procedunt eo casu, quo facta fuit alienatio in fraudē fisci, vel alterius. Quo casu fauore illius, in cuius preiudiciū seu fraudem dicitur facta alienatio, presumitur contractus alienationis simulatus, ex eo quia aliena ns reperitur postea possidere. Et hoc nisi alienās sibi retinuerit vsumfructum, d. l. quisquis. C. de donat. quod expresse voluit Bar. in tribus locis superius allegatis. Et si qui sint docto. ex predictis, vel alij qui loquantur in alio casu, vt forte do. Cardin. in. c. illo vos, & in. c. ad nostram, & Pet. de Ancha. in dict. consil. ipsi loquūtur in casu, in quo vltra & preter possessionem repertam apud alienantem concurrebant alie coniecture arguētes simulationē contractus. Et ita nō obstātibus predictis. Nec etiā obstat. l. j. & quod ibi Bal. C. de suffragijs aduo. & quod no. Bar. in. l. Titia, in vl. co. principij. versi. quid si do tibi fundum meum pro arrhis. ff. de verbor. oblig. per. l. fin. C. de sponsa. Quoniam respondeo, q̄ dicte due. ll. loquuntur in casibus specialibus, in quibus, scilicet requiritur realis seu corporalis traditio, vt apparet ex earum text. & dicit Bald. in. d. l. j. col. j. vel circa, vers. sed que est ratio, &c. q̄ cum ad uocato ille contractus de quo ibi est suspectus & reprobatus. Hoc autem non est in casu de quo queritur. Etiam nec obstat quod not. Specu. tit. de donat. §. j. vers. item pone aliquis intendens cōmittere, &c. & Bald. C. de ijs que in frau. cred. super rub. col. ij. vel circa vers. quero pone cum concepissem in animo meo exercere artem cambij, &c. Quoniam respondeo, q̄ Spec. & Bald. loquuntur in contractu facto in fraudē alterius, scilicet fisci, vel creditorum. Preterea nullus ex istis dicit propriū sibi reseruasse vsumfructum. Preterea donationes de quibus loquuntur, fiebant inter personas coniunctas, inter quas facilius presumitur simulatio & fraus contra tertium. Quorum omnium diuersa vel opponentia concurrebant in casu presenti. Non ergo ad eum ex eis opportune infertur, d. l. inter stipulantem. §. sacram, vers. sed hec dissimilia. ff. de verbor. obliga. & vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minori. ¶ Preterea etiam nec obstat id quod vlterius ad impugnationem dicte venditionis opponitur, scilicet, q̄ dolus eidem causam dederit, & q̄ in ea internenerit lesio enormissima. Quoniam respondeo q̄ de pretenso dolo non apparet: ad cuius tamen probationem tenetur eum allegans. l. quoties. §. qui dolum, cū suis similib. ff. de probatio. Quo vero ad enormissimam lesionem, puto q̄ illa non probetur, attenta maxime illa extimatione seu taxatione, que pauloante de frugibus & emolumētis predicte baronie Vallisuiridis facta extiterat, tempore, scilicet processus pendentis indecisi coram magnifico do. Senescalo Nemausensi, seu eius locumtenente iudice & regio commissario inter dominam Toninam de Villequier ex vna parte, & dictum nobilem le Forestier ex alia, ad causam doarij eiusdem domine Tonine. ¶ Preterea hic est aduertendū ad retētionem vsusfructus, quam dictus le Forestier ad sui ipsius & dicte nobilis Margarete vitam, & eorum cuiuslibet reseruauit: & qui etiam voluit, q̄ si contingeret sibi & dicte Margarete superesse liberos, venditio haberetur & esset pro infecta: insuper & q̄ dictus do. de Culant faceret cessare processum supra mentionatum, & pendentem in dicta insigni & eminentissima curia, inter dictum le Forestier appellantem, & prefatam dominam Toninā appellatam, & omnem questionē que moueri posset pretextu & ad causam predicti doarij. Quodq̄ idem do. de Culant onus susciperet & garentesiam tam cōtra & aduersus dictam dominam Toninam, q̄ illustrissimum virum dominū Borbonij ducem, cui dicebatur dicta Tonina iura sua remisisse: pretextu & occasione quarum reseruationum & earum cuiuslibet predicte baronie longe minus appretiande erāt, q̄ si omissis reseruationibus seu oneribus ille vendite extitissent. Certum est enim q̄ tanto tempore possunt percipi fructus q̄ illi ascendunt ad valorem rei vendite, vt notant Innoc. et docto. in. c. in ciuitate, de vsur. propter quod non immerito minus appretiatur res venalis propter retentionē vsusfructus ad vitam, & quidem non vnius, sed duorū, & qui (aut saltem illorum vnus) longo tempore viuere poterant, & vixerūt, saltem dicta nobilis Margareta. Et quidem quoad reseruationem vsusfructus, qui (vt dixi) est pars domini, hoc est certissimum: ita vt nemo sit qui nō videat, & maxime in casu presenti in quo post venditionē predictam, que videlicet facta extitit anno Domini millesimo. cccclxxxiiij. & die secunda mensis Octobris, vsq; ad annum quo dicitur vita functa dicta nobilis Margareta remansit vsusfructus primo quidem apud dictum le Forestier, & post illius mortē apud eandem Margaretam: nuda vero & pro tempore omnino sterilis proprietas, primo quidem apud dictum do. de Culant, & postea successiue apud dictos nobiles de
16 Anceduna. Preterea † hoc etiam certum est quo ad secundum, scilicet, q̄ dicte baronie minus valuerint ratione reseruationis facte in casum superexistentie liberorum, arg. l. fundi partē. ff. de contrahen. empt. & vend. & quod not. Panor. in. c. ad nostram, col. fin. vers. puto tamen q̄ non sufficiat quelibet iniustitia, &c. de empt. & vend. Et idem dicendū est de tertio: erat enim magnum & graue pondus suscipere onus defensionis illius cause aduersus prefatam do. Toninam, & longe maius aduersus illustrissimum do. Borbonium: eo maxime, quia doarium ipsius do. Tonine erat eidem assignatum super dictis baronijs per eum qui hoc facere potuerat, scilicet per magnificum do. Antonium de Leui, patrem do. Joannis de Leui, maritum ipsius do. Tonine, seu procuratoris eiusdem do. Antonij sufficienti facultate fulcitos, & que forte videbatur ratione expresse & specialis hypothece, vel ratione donationis doarij posse agere contra dictum le Forestier. l. q̄uis. C. de pig. & auth. vt immobil. ante nuptia. dona. colla. v. & transumptiue in auth. siue a me. C. ad senatuscon. Vellean. Pro premissis faciunt not. per doc. in. d. l. ab Anastasio. C. manda. quatenus dicunt q̄ pretium rei intelligitur paruum aut magnum deductis expensis & laboribus, qui de necessitate fieri debent. Quod si ita est, multofortius ad taxandum pretium dictarum baroniarum attendi debebat dictum onus: ratione eius baronie predicte multominus appretiabantur, & vendite extitissent. Preterea idem le Forestier sponte, libere, & per eius fidem corporaliter prestitam, conuenit & promisit seruare & attendere venditionem & contenta in ea, & contra eam non venire: & nihilominus renūtiauit multis & varijs iuribus & exceptionibus, & inter alia deceptioni seu lesioni excedenti dimidiam partem iusti pretij, & sic. l. ij. C. de rescin. vend. & c. penult. de empt. & vend. quod eum facere potuisse nemo est qui non dicat & scribat in predictis iuribus, & in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig.
17 & in. c. cum cōtingat, de iureiur. Et † (vt videtur) dictus quondam nobilis le Forestier fuit ob tria fundamēta expulsus a remedio. d. l. ij. C. de rescin. vēd. etiā si (quod non creditur) fuisset lesus vltra dimidiam iusti pretij. primū quia cum ipse emisset predictas baronias a dicto quōdam do. Joan. de Leui, & illas diu possedisset, ipse verisimiliter sciebat illarū verū valorē. Quo fit vt scienter vēdendo pro dicto pretio sex mille scutorum videatur remis

tur remisisse & donasse maiorem valentiam, etiam si illa excedebat dimidiam partem iusti pretij per id quod legit. & not. in l. j. ff. de condict. ind. & quod habetur in l. queritur. §. si venditor. ff. de edil. edic. Scienti enim & volenti non dicitur inferri iniuria vel dolus. l. cum donationis. C. de transact. l. j. ad fi. ff. de act. empti, & regula scienti, cũ suis simil. de reg. iur. in vj. Et quod isto casu non competat predictũ remedium venditori, tenuit Bart. in d. l. ij. col. iij. vers. vidimus perfecte theoricam, &c. vbi ponendo ea que narrãda sunt in libello formãdo iuxta & secundum naturam illius. l. dicit quod agens debet narrare quod venditor errore ductus vendidit, &c. per quod aperte sentit quod si scienter minus, &c. vẽdidisset non haberet remedium. d. l. hoc idem post Nicol. Matha. voluit Bald. in d. l. ij. vers. quarto quero. Et idem Paul. de Cast. col. iij. vel circa vers. secunda conclusio. & facit pro hoc, quia illi. l. potest quis renũtiare tacite & expresse secundum Odof. Nicol. Matha. Bald. & Paul. de Cast. & fuit satis de mente Bart. idẽ etiam fuit de mẽte
18 Azo. in Summa. C. de resci. vend. Secũdum† fundamentũ, quia dictus nobilis le Forestier iurauit vel fide interposita promisit obseruare, &c. & non contrauenire, &c. quod perinde est ac si iurasset: quia illa procedunt a pari, per id quod habetur in c. ad aures, de his que vi metus ve cau. c. ij. de sponsa. c. peruenit, & quod ibi gl. de fideiussor. & c. j. & quod ibi Arch. de sepul. in. vj. & quod not. Ioan. And. in addit. Spec. tit. de arbit. §. fi. versic. sed pone quod compromissum, Ioan. And. Bald. & Ant. de But. in c. cum tẽpore, de arbit. Arch. Ioan. And. & Gemi. in d. c. j. de sepult. in vj. Panor. in c. querelam, de iureiur. Ang. & Mod. in l. iij. §. iurari. ff. de iureiur. Iason. May. in l. si quis maior, col. pen. vers. quid autem si per prestationem fidei, &c. vbi etiam col. fi. quoad id de quo agitur satis sensisse videtur Alex. de Imo. C. de transact. idem. voluit. do. Feli. multos inducens in d. c. ij. col. vj. vel circa, vers. in glos. j. ibi, si iurassent, &c. & vers. tertio infertur quod non refert, &c. de spõsa. Cum igitur per iuramentum prestitum per maiorem tollatur remedium. d. l. ij. C. de rescind. vend. secundũ glos. que hoc ibi not. & sequũtur cõmuniter doct. ergo & per fidei prestationem. Et excluditur a dicto remedio venditor iurans non solum si sciebat verum valorem rei per eum vendite: sed etiam si ignorabat: & hoc propter virtutem iuramẽti seu fidei prestite, per ea que no. Arch. & Ioan. And. in c. ij. de pact. in. vj. & Bar. in l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. vbi reprobat opinio. Py. qui tenuit, quod si adultus iurat non venire contra contractũ, ita demum perdit beneficiũ restitutionis in integrum, si fuerit de illo certificatus. Et dicit Bart. quod non sit opus certioratiõe: sed sufficit iurare super facto. Et quod per iuramentum a maiore prestitum tollat predictum remedium, tenuit (vt dicit) gl. in d. l. ij. & sequuntur ibi doct. communiter. idem tenuit gl. & doct. cõmuniter in d. c. pen. de empt. & vend. & hanc dicit Ioan. de Imo. in repet. d. c. cum contingat, in tertio membro, charta penult. esse communẽ opinionem glo. & doct. a qua propterea non est in iudicando vel consulendo recedendum. l. j. versic. crebrior apud veteres opinio. ff. de officio questoris, quod etiam notat Hostien. Io. And. & alij scribẽtes in c. j. de cõstit. vbi. d. Feli. col. pe. ponit multas remissiones.

¶ Tertium fundamentum est pro eo quia dictus nobilis le Forestier expresse & specifice renuntiauit predicto remedio. fuit ergo a remedio huiusmodi propter dictam renuntiationẽ exclusus etiam si ignorasset valorem dictarum baroniarum. l. qui iure. ff. de test. milit. quia licet nõ cogitasset in spẽ eo casu quo supponeremus eum verum valorem ignorasse: videtur tamen cogitasse in genere, & voluisse non obstante ignorantia veri pretij, etiã si esset lesus vltra dimidiam iusti pretij, non vti remedio. d. l. ij. per id quod no. Bar. in l. si de certa. & l. sub pretextu specierũ. C. de transac. facit. l. penult. C. de pac. & c. ad apostolicam, de regular. & quod not. Ioan. de Imo. in dicto. c. cum contingat. charta antepenul. versi. tamen fortiter facit quod habetur in l. fin. &c. ibi, sed certe istud vltimum videtur valde durum, de iureiur. & d. c. cum causa, col. ix. ver. pro alia tamen cõtraria opinione forte facit, de empt. & vend. & Fran. de Aret. in l. si quis cum aliter, col. penult. versic. pro ista conclusione vide text. &c. ff. de verb. oblig. & Fulg. in l. fi. §. idem quesijt. ff. de cond. ind. quatenus impugnãt Bar. volentem in d. §. idem quesijt, quod etiam si quis renuntiet cõdictioni indebiti & sine causa, & omni auxilio: non propterea sibi preiudicat quominus possit condicere & repetere indebite solutum. Dicunt enim, quod si expresse renuntiauerit condictioni indebiti, aperte apparet quod in ipsa renuntiatione cogitauit de cõdictione indebiti, & non solum generaliter, sed & specifice, postquam de condictione huiusmodi fecit specificam mentionem. Ergo videtur quod tunc fiat sibi preiudicium, ex quo illi expresse renuntiat, arg. d. l. penult. C. de pact. & c. ad apostolicam, de regularib. Et ad impugnationẽ sententie Bart. in d. §. idem quesijt, dicit Fran. de Aret. in d. l. si quis cum aliter, col. fi. quod si sententia Bar. esset vera, sequeretur quod ille qui trãsigẽdo, vel liberãdo aliquid cogitat in genere de eo quod in specie ignorat sibi deberi, non liberaret efficaciter in debito ignorato: quia quo errore dicitur ad liberãdum; simpliciter eodem errore duceretur ad liberandum eum cum illa clausula: ita quod sub ista liberatiõe veniat etiam illa, de quibus non est cogitatum: quod est cõtra ea que not. idem Bar. in l. cum Aquiliana. ff. de transac. & in d. l. sub pretextu. C. eod. tit. & in l. Aurelio. §. Caius. ff. de libera. lega. Et respondet Franc. de Aret. ad. l. doli, vers. diuersum. ff. de noua. per Bart. allega. dicens, quod quando obligatio irritatur ex fragilitate persone contrahentis, eadem ratio est in eo qui renuntiat, que in eo qui simpliciter contrahit. l. si iudex circumuento. ff. de minor. nam non potest renuntians hanc suam fragilitatem tollere. Sed in casu de quo est sermo non est sic: quia ex quo cogitat in genere, quod hoc remedium possit sibi competere, & tamen vult illud tolli: perinde est ac si sciret in specie tale remedium sibi competere: nec dicitur amplius ignorãter facere. d. l. qui iure militari. ff. de testamen. milit. Adijcio quod perinde est renũtiare beneficio d. l. ij. C. de rescin. ven. seu deceptioni re ipsa aut lesioni excedenti dimidiam iusti pretij, ac si renũtians seu venditor diceret, & illud quod plus valet, siue sit quantitas modica siue immodica, do & dono emptori, secundum Bart. qui hoc not. in d. l. si quis cum aliter, col. fi. versic. quero dicitur in instrumẽto, &c. ibi, dicatur ergo in instrumento. ff. de verb. oblig. nulli autem dubium, quod licet per hec verba vel equipollẽtia posita in instrumẽto venditiõis, & si plus valet res predicta pretio predicto, illud dedit & donauit dictus venditor, &c. non tollatur remedium. d. l. ij. illud tamen tollitur per hec verba vel equipollentia, & si plus valet res predicta pretio predicto, siue in modica siue in immodica quantitate, &c. vel per hec etiam si illud plus excedat dimidiam iusti pretij, illud totum donauit idem vẽditor, &c. prout colligitur ex not. per Bart. & doct. in d. l. ij. per Bart. in d. l. si quis cum aliter, col. fin. per cano. in d. c. pen. de empt. & vend. Ioan. de Imo. in c. fin. col. penult. vers. quid operetur tale pactum, &c. de donat. & Ang. Aret. in §. actionum, vers. quero quid si in instrumento venditionis dicatur, & si plus valet, &c. instit. de act. Ex quibus omnibus clare apparet, prefatum quondam le Forestier & consequẽter dictos nobiles Gaillardetum & Margaretam non potuisse cum iuris effectu pretẽdere eũdem le Forestier fuisse enormissime lesum, etiam si ita fuisset, prout non creditur: sed longe aliud & aliter, prout creditur apparere ex actis, & singulariter ex depositionibus testium. & per predicta apparet responsio ad id quod not. Bald. de pace iurmento fir. §. item sacramenta, col. iij. vel circa vers. item certe presumitur dolus, &c. & post eum Andr. Barba. consil. xlij. exordien. Illud in medium afferam, col. ix. vel circa versi. & si dicatur mihi quomodo probas dolum, &c. in prima parte. Quia illi loquuntur in eo qui ignorauit valorem bonorum, & ignoranter enormissime deceptus est, hic autẽ est sermo de eo qui sciuit & qui donauit maiorem valentiam etiam si excederet dimidiam, &c. cui propterea dolus fieri non potuit, dicta regula, scienti, cum simili. loquuntur etiam Bald. & Barbat. in minore leso. Idẽ vero le Forestier erat maior. Preterea Bart. quod in loco predicto allegat Bald. in l. fin. ff. de preto. stipula. loquitur in arbitratore sciente valorem seu estimationem, & plus arbitrante: & l. omnes. §. Lucius. ff. que in fraudem. credit. & l. summa cum ratione. ff. de pecu. loquuntur, prima scilicet, in debitore sciente se habere creditores, & nihilominus vniuersas res suas donante filijs naturalibus: & l. summa cum ratione, in

domino, qui sciens se habere creditores in peculio serui, peculium sibi ademit, vel eum intricare in necẽ creditorum passus est: vel si enim suspicaretur alium secuz acturum, alio peculium auertit: ex quibus patet de animo doloso debitoris. Quod nõ fuit in casu de quo queritur. In quo non solum presumendum est: sed longe et verisimilius dictum do. de Culant ignorasse valorem ⁊ onera dictarum baroniarum, q̃ dictũ le Forestier: qui eas ante venditionem predictam longo tempore posse derat. ¶ Preterea Bald. ⁊ Barbat. loquuntur in casu seu casibus, in quibus quis leditur per alium q̃ creditores, scilicet per debitores. Quod non fuit in hoc casu etiam si in eo posset pretendi lesio, vt non potest: sed per se ipsum, ex suo contractu censetur idẽ le Forestier lesus.

¶ Etiam nec obstat quod opponitur de voto captãde mortis, ad impugnationem predicte vẽditionis. Quoniam respondetur, ꝙ in dicta venditione non fuit pactum future successionis. ¶ Preterea votum captande mortis non semper habetur in consideratione: nec semper irritat dispositionẽ. Et quidem non eo casu quo fit seu initur dispositio volente eo, de cuius morte votum captatur. Et hinc dicit Ang. consil. clxxxj. exord. Uisis instrumentis predictis. loquẽdo de mutuis ⁊ reciprocis donationibus factis per ⁊ inter fratres post mortẽ cuiuslibet primo decedẽtis: ꝙ ille nõ impugnantur ex capite voti captande mortis: quod etiam probatur in. l. fi. C. de pact. Si enim esset conuentio huiusmodi prohibita ex capite voti, ⁊c. eadẽ ratione prohiberetur donatio bonorum presertim post mortẽ donantis: quod tamen est falsum prout colligitur ex ijs que not. gl. ⁊ doc. in. d. l. fi. Similiter etiam prohiberetur omnis dispositio irreuocabilis, cuius effectus confertur post mortem disponentis: ita ꝙ actio contra heredem incipiat. quod similiter est falsum. l. j. C. vt actio, ab heredib. ⁊ contra hered. Et ꝙ votũ captãde mortis non habeatur in consideratiõe eo casu quo fit dispositio de voluntate illius, de cuius morte pretẽditur votum captari, voluit Bart. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. fin. versi. item quia fit a volente, ⁊c. ff. de verbor. obligat. Ad premissa facit. l. de fideicõmisso, ⁊ quod per illam. l. not. ibi domi. Iason May. C. de transact. dicit enim, ꝙ non est bona consequentia: ex hac dispositione inducitur votum captande mortis: ergo illa non valet per illam. l. dicens in ea esse tex. declarantem omnia iura loquentia de hoc, ꝙ quando votum captande mortis inducitur ex dispositione testatoris, vt est quando substituit filijs, vel adinuicem substituit: actus tamen valet, d. l. de fideicõmisso. Et similiter quando testator consentit. d. l. fin. vers. pen. C. de pact. Cum igitur in casu de quo queritur ipse idez le Forestier vendiderit predictas baronias prefato do. de Culant, ⁊ propterea sciuerit cui: non est hic disputãdum de voto captande mortis, etiam si aliquo casu, hoc est in casu superexistentie liberorũ, habẽda foret vẽditio pro infecta. ¶ Per predicta igitur, ⁊ pro parte dictorum nobilium Gaillardeti ⁊ Margarete opposita, non videtur legitime impugnata predicta vẽditio. ¶ Pro qua, ⁊ contra predicta faciunt etiam sequentia. ¶ Primo ratificatio facta per dictam nobilem Margaretam, et in sui ipsius presentia, prius lecto ⁊ recitato instrumento dicte venditionis, ⁊ quibusdam alijs supra mentionatis. Item ⁊ venditio duarum pensionum per eum facta, etiam procuratorio nomine dicti do. de Culant, prefato quondam nobili Antonio de Anceduna. Prima videlicet, de cẽtum ⁊ decez libris turonens. ⁊ alia de quadraginta libris turonẽs. monete regie, reditalibus annuis ⁊ perpetuis: ⁊ quas idez le Forestier procuratorio nomine dicti do. de Culant imposuit in ⁊ super baronijs, ⁊ dominijs, segnorijs predictorum locorum Uallis uiridis ⁊ Margaritarum, ac membris ex eisdem depẽdentibus: suo vero ⁊ dicte nobili Margarete proprijs nominibus ⁊ priuatis easdem imposuit tam super fructibus, reditibus, prouentibus, iuribus, obuentionibus ⁊ emolumentis vniuersis dictarum baroniarum Uallisuiridis ⁊ Margaritarum, q̃ generaliter, ⁊c. per que satis apparet eundem nobilem le Forestier voluisse facere ⁊ fecisse prefato do. de Culant veram, ⁊ non fictã venditionem, ⁊ omnia in eum trãstulisse, sibi ⁊ vxori reseruato vsufructu. Facit etiam pro hac venditione venditio nominis seu pretij, adhuc sibi tunc debiti per dictum do. de Culãt, seu eius heredes, facta dicto quondam nobili Antonio. In qua facta commemoratione de venditione predicta, ⁊ de summa pretij adhuc restante ad soluendum, prefatus nobilis le Forestier tam suo, quam dicte nobilis Margarete nominibus, eidem nobili Antonio vendidit omnia, vniuersa, ⁊ singula iura eisdem nominibus Ioanni. ⁊ Margarete tam coniunctim q̃ diuisim competentia, ⁊ que tunc vel imposteruz competere poterãt contra ⁊ aduersus liberos ⁊ heredes dicti do. de Culãt, ⁊ tam in ⁊ super baronijs predictis, q̃ alijs vniuersis ⁊ singulis bonis eiusdem quondã do. de Culãt ⁊ suorum liberorum ⁊ heredum: saluo tamen ⁊ reseruato eisdem nobilibus le Forestier ⁊ Margarete vsufructu, ⁊c. Et nihilominus inter alias cõuentiones tunc initas per ⁊ inter eosdẽ nobiles le Forestier ⁊ Antonium de Anceduna conuenerunt etiam ipsi, ꝙ idem de Anceduna possit, ⁊ sui possent, ac eis licitum existeret a liberis ⁊ heredibus seu bona tenẽtibus dicti quõdam domini de Culant acquirere dominia ⁊ segnorias dictarum baroniarum, ac etiã omnia ⁊ singula iura inibi expressa, ⁊ deinde post factam remissionem baroniarum huiusmodi per dictam dominã Nicolam relictam prefati do. de Culant, ac tutricem ⁊ tutorio nomine dictorum liberorum ⁊ heredũ ipsi nobili Antonio: ⁊ adiudicationem de baronijs huiusmodi etiam sibi factam authoritate magistratus, idez le Forestier tam verbo, q̃ facto hec omnia rata habuit, ⁊ pecunias recepit in multis ⁊ varijs solutionibus. ¶ Per que, si veruz esset, prout non est, ꝙ predicta prima venditio, facta scilicet prefato do. de Culant non valeret: censeretur breui discursu tẽporis consentiens ei qui vendidit prius vendidisse. l. in edibus. §. ꝙ si filiusfamilias. ff. de donat. ⁊ l. singularia. ff. si cert. petat. ⁊ consequenter predicta venditio seu remissio facta per dictam do. relictam de consensu dicti nobilis le Forestier induxisset purgationẽ pretẽse fraudis, seu simulationis, si qua interuenisset in prima venditione, prout not. l. si ob turpem. ff. de condict. ob turp. caus. l. j. in verbo, transactione, secundũ vnũ intellectuz. C. de plus peti. ⁊ l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actio. empti, per que iura ita consuluit Roman. consil. ccciiij. exord. ¶ Plura sunt que allegantur ad presumendum, ⁊c. col. ij. versic. allegatur tertio: ibi, ad hoc respondetur, ⁊c.

¶ Preterea q̃uis multa opponãtur ad ostendendum ꝙ per retentionẽ vsusfructus non fuerit translata ciuilis possessio in dictuz do. de Culant: illa tamen non obstant. Et primo quidem non notata per Bar. in l. quod meo, in prin. ff. de acqui. posses. ⁊ Anto. de But. in. c. cum venissent, de restitu. spoliat. Quia illi nihil dicunt, propter quod precedente causa non possit transferri possessio in aliud per ciuilem actum, seu fictam traditionem, vt per retentionem vsusfructus, per constitutũ, aut constitutionem precarij. Ad notata vero per Bald. in feudis, titu. de feud. dat. in vi. le. cõmis. c. ij. col. ij. vers. extra propono talem questionem, ⁊c. ⁊ in. l. ex testamento. C. de fideicõmis. ⁊ quod ibi do. Iason May. respondeo, ꝙ hec non obstant: quoniam loquitur Bald. eo casu, in quo donatio, vtpote facta sub impossibili conditione, non valebat: ⁊ sic nec constitutio precarij illi accedens. Et eodẽ modo respondetur ad id quod not. Alex. de Imol. in. l. j. §. si vir, col. iij. ff. de acqui. posses. ⁊ consil. lxxxj. exordien. ¶ Perspectis ijs que in themate, ⁊c. col. v. versi. ad predicta etiam facit, ⁊c. in secundo volu. ⁊ in consil. lxxix. exordiente, Lecto ⁊ discusso laborioso processu, ⁊c. col. vij. vers. ⁊ etiam non facio vim in eo ꝙ abbas sancti Generi, ⁊c. in tertio volu. Andre. Barb. consilio. xlij. exordien. Illud in mediuz afferam quod bellissime scribitur, ⁊c. col. xj. versic. non obstat si dicatur ꝙ in dicta probatione, ⁊c. in prima parte, ⁊ do. Iason May. in. d. l. in testamento. C. de fideicommis. ⁊ l. sub pretextu, la. j. col. fin. versic. de vno valde dubito, ⁊c. C. de transac. Quia isti omnes loquuntur eo casu quo cõtractus, cui accedit constitutum aut constitutio precarij, est nullus, aut alias inhabilis vel inefficax, vel propter simulationẽ, vel propter fraudẽ, vel alias. Sed hoc nõ fuit in hoc casu. quinimo in eo precessit venditio, ⁊ quidem vera, ⁊ non ficta, aut per fraudem seu dolum celebrata: cui successit predicta retentio vsusfructus, per quam regulariter trãsfertur possessio. d. l. quisquis, ⁊ quod per illam. l. not. glos. ⁊ doct. in. d. l. possideri, in princ. ff. de acquir. poss. gl. in. §. vendite, institu. de rer. diuis. Salic. ⁊ alij in l. traditionibus. C. de pact. Similiter respondetur ad glo. in

glos.in.l.si pater.§.patronū,super verbo Fauiana, quam commemorarūt Alexand.de Jmo. Barb.⁊ do. Jason in locis proxime allegatis., ꝙ illa loquitur quando contractus principalis apparet fuisse fraudulentus vel in fraudem factus.quo casu accessoria etiam presumuntur fraudulēta:sed hoc non est hic. Et ideo nec hec, nec alie precedentes impugnationes huic casui opportune adaptātur. Deficit enim veritas alterius ex duabus propositiōibus requisitis ad conclusionem:illius scilicet, in qua pretenditur ꝙ dicta venditio facta per dictū do. de Culant fuerit fictitia,simulata,vel in fraudem vsurarum facta,seu ꝙ illi dolus causam dederit,aut idē nobilis le Forestier per eā enormissime lesus fuerit.Que omnia ꝙuis pretēdūtur ex aduerso contigisse:nullū tamē eorū cōtigit. ¶Quo ad id vero de quo opponitur ex aduerso in quadragesimo quarto articulo suorum libelli ⁊ contradictorum,scilicet ꝙ dictis nobilibus de Anceduna nullum cōpetierit aut com-
19 petat possessorium,per id† quod notant Barto. Paul.de Cast.⁊ do.Jas.May.in.l.ab emptione.ff.de pact. ponentes differentiam inter constitutum ⁊ cōstitutionem precarij pro eo,quia per constitutū transfertur non solum possessio ciuilis:sed etiam naturalis:⁊ ita remanet sola detentio penes constituentē,qui propterea si turbet,potest conueniri interdicto vti possidetis : per constitutionem vero precarij transfertur duntaxat ciuilis:⁊ sic remanet naturalis penes constituentem. Respondetur ꝙ etiam si hec vera existant,nihil ad rem.Quia non se fundarunt nec fundant dicti de Anceduna super possessione per constitutionem precarij acquisita:⁊ quia etiam possidens dūtaxat ciuiliter potest de facto turbari in sua ciuili possessione, vel ea spoliari.Quod si de facto,vel indebite fiat:habet remedia possessoria.l. clam possidere.§.qui ad nundinas.ff. de acquir.posses.l.j.§.deijcitur,cum suis simil.ff.de vi ⁊ vi ar. Puto autem(quia non vidi)ꝙ se fundauerint super possessione dictarum baroniarum,quam sibi quesierūt tanꝙ proprietarij.vbi aduertendū est,ꝙ(vt iam dictum est) per reseruationem vsufructus,quam fecit dictus quondam nobilis le Forestier tempore facte per eū venditionis dicto domino de Culant, translatum est dominium ⁊ possessio in eūdem do. de Culant.Deinde vero post factam remissionē per dictam dominā Nicolaā dicto nobili Antonio ⁊ hoc de consensu ⁊ volūtate prefati le Forestier,vt superius dictū est,dictus nobilis Gulielmus de Anceduna eiusdem nobilis Antonij domini ⁊ proprietarij dictarum baroniarum filius, ⁊ procurator, ⁊ procuratorio nomine ipsius apprehendit possessionem dictarum baroniarum. Quo fit vt videatur dicto nobili Antonio fuisse acquisita omnis possessio, et ꝙ sola detentio remanserit penes dictum le Forestier:vel ꝙ,si que remanserit, illa fuerit naturalis:per quam quidem idem nobilis le Forestier, et post ipsius mortem dicta nobilis Margareta posiederunt naturaliter. Et quidem non sibi ipsis: sed dictis nobilibus
20 de Anceduna. hoc† enim, scilicet ꝙ vsufructarius non possideat etiā naturaliter rem,in qua habet vsumfructum videtur voluisse glos.secundum Roma.ibi,in.l.naturaliter,in princ.ff.de acq.posses.⁊ hanc opinionem secutus est Gul.de Cun.in.l.licet.C.de acquir.pos.Jacob.de Raue. Bald.⁊ Salic,in addit. Roma. ⁊ Rapha. Cuma.in.d.l. naturaliter,in princ.⁊ Ang.Aret.etiam in princ.institut. per quas perso.nobis acquir.Et hec opinio de iuris subtilitate magis placuit Fran.de Aret.in.d.l.naturaliter,vbi etiam dicit, ꝙ pro ea multa faciūt iura allegata in glossa, ⁊ alia duo que allegant Guliel.de Cun.Jacob.de Raue. ⁊ Bald.videlicet tex.in.l.j.§.quod ait.ff.quo.leg.⁊.l.certe. §.j.ff.de preca.pro hac opinione inducit subtiliter Roma. l.j.§.sed ⁊ per eum.ff.de acquir.posses.vbi vsufructuarius respectu serui,in quo habet vsumfructum, cōparatur pa-
21 tri respectu filij.Sed † pater nullo modo possidet filium, cum sit homo liber.l.cum heredes.§.fin.ff.de acquir. poss. ergo nec vsufructuarius vllo modo possidet seruū in quo habet vsumfructum.Hec opinio cōfirmatur vltra predicta per.l.Celsus.§.Julianus.ff.ad exhibendum:vbi dicitur per dictionem implicatiuam, ꝙ actio ad exhibendum competit etiam cōtra fructuarium, ꝙuis non possideat: sicut prius dixerat illam competere contra missum causa custodie. Ergo videtur presupponi ꝙ etiam fructuarius nullo modo possideat, sicut nec missus causa custodie. Pro hac opinione etiam facit secundum Roman. quia vsufructuarius in re in qua habet vsumfructum dicitur esse procurator domini.l.j.in fine.ff.vsufruct.quemadmo. caue.⁊.l.j.in fine,cum.l.seq.ff.de nō.oper.nunti. Sed procurator dicitur possidere domino,⁊ non sibi.l.j.§.per procuratorem.ff.de acquir. posses.⁊.l. sciendum.§.j.ff. qui satisda.cogan. Ergo ⁊ similiter vsufructuarius possidet nō sibi,sed domino.Et pro hac opinione quam sibi de iuris subtilitate placere dicit Franciscus de Aret.bene facit dicta.l.certe.§.j.vbi iurisconsultus volens probare ꝙ ille,qui rogauit precario,est in predio,sed nullo modo possideat,⁊ potest predio insistere:hoc probat inter alia exempla per exemplum vsufructuarij.Dicit enim,Nā ⁊ vsufructuarius est in fundo,licet nō possideat. Sed ista ratio vel potius similitudo,non esset sufficiens ad probandum principale dictum, si vsufructuarius naturaliter possideret. Quia ista possent stare simul,ꝙ ille qui habet naturalem, siue ciuilem dicatur esse in fundo,et ei propter naturalem possit insistere:⁊ tamē ꝙ hoc non possit qui non habet tale ius:sed simpliciter detinet:de quo loquitur principale dictum.vnde exemplum adductum a simili non esset aliquo modo simile. Cōfirmatur ista inductio,quia.d.l.certe.§.j. ff.de precario, videtur quoad possessionē parificare vsufructuarium,colonum ⁊ inquilinum. Sed colonus nullo modo possidet.l.si quis ante.ff.de acquir.posses.Etiā pro hac opinione facit.l.iij.§.vnde vi,vers.qui vsufructus nomine.ff.de vi ⁊ vi arma. vbi text.clare videtur dicere, ꝙ interdictum datur vsufructuario ex quasi possessione vsusfructus.Et sic videtur declarare precedentia : que dicunt, ꝙ vsufructuarius deiectus habet interdictum. Nā illud videtur concedi, non quidem ratione possessionis rei in qua habet vsumfructū: sed ratione quasi possessionis iuris vsusfructus. Multa ⁊ alia inducunt pro hac opinione Rapha.Fulg.in.d.l.naturaliter,⁊ Ange.Aret.in.d.§. j.Instit.per quas perso. volentes,ꝙ vsufructuarius non possideat sibi,sed domino.Dicti igitur do.de Culant primo, ⁊ post eum nobiles de Anceduna posséderunt predictas baronias non solum per se ipsos ⁊ ciuiliter:sed etiā naturaliter per dictos nobiles le Forestier ⁊ Margaretam. Propter quod potuerunt ipsi nobiles de Anceduna,si in possessione huiusmodi turbentur,intentare possessorium remedium retinende, aut recuperande. Preterea etiā supposito ꝙ vsufructuarius possideret naturaliter, ⁊ quidem non domino,sed sibi ipsi, prout voluit alia opinio,que fuit Jo.⁊ que testimonio docto.predictorū,⁊ aliorum est communis:nullus tamen dubitat,quin dominus ⁊ proprietarius possideāt ciuiliter,⁊ quin ratione huiuscemodi possessionis sibi competāt possessoria remedia.l.si de fundo,cum suis similib.ff.de vi ⁊ vi arma.Et ꝙuis prefatus Gaillardetus pretendat ⁊ existimet, ꝙ per donationē ⁊ subsequutam traditionem,quas sibi fuisse factas pretendit per dictam Margaretam,fuerit interuersa possessio dictorū nobilium de Anceduna,⁊ ꝙ ipsi propter interuersionem huiusmodi illam perdiderint: hoc tamen de iure non procedit,supposito ꝙ vsufructuarius naturaliter sibi
22 ipsi non proprietario possideat.Cum quia† nec per deiectionē vsufructuarij deijcitur proprietarius:per id quod notat glos.in.l.j.§.fi.ff.vsufruct. quemadmo.caue. Bart. in.l.si quis in tantā,ver.quid si est expulsus fructuarius. C.vnde vi,⁊ Paul.de Cast.in.l.peregre.§.quibus explicitis,prope fin.vbi etiam Alexand.de Jmo.versi.decimus casus,⁊c.ff.de acquir.possi.nec etiam per traditionem factam per vsufructuariū,vt expresse voluit Paul.de Cast. ⁊ Alex.de Jmo.in.d.§.quibus explicitis,volentes esse differentiam inter colonum,inquilinum,⁊ procuratorē, qui scilicet non sibi,sed domino,seu dominis per eos naturaliter possident ex vna parte,⁊ vsufructuarium,qui secundum opinionem communem non domino, sed sibi ipsi naturaliter possidet ex alia. Cum ⁊ quia si vsufructuarius non sibi, sed domino seu proprietario naturaliter possideret:non debuisset tamen, nec deberet leuitas illius nobilis Margarete vsufructuarie nocere dictis nobilibus de Anceduna etiam quo ad possessionem : quinimo non obstantibus pretensis donatione,traditione,⁊ interuersione possessionis ex aduerso parum probe allegatis: remansissent dicti de Anceduna possessores.l.fin.C.de acq.poss. ⁊ quod not.doc.in.d.l.peregre.§.quibus explicitis:in qua possessione postea conatus est, ⁊ conatur prefatus Gaillardetus eosdem de Anceduna inquietare,turbare,⁊ molestare,seu etiam eos possessione huiusmodi spoliare,⁊ priuare, quatenus eos denegauit,⁊ denegat esse proprietarios ⁊ dominos dictarum baroniarum, ⁊ tanꝙ tales eosdē nō recipit:sed repellere conatus est,⁊ conatur. Propter

quod non inconsulte recurrerūt ad possessoriū remediuꝫ,
seu per eis reuerendissi. in Christo pater, ⁊ dominus do.
Restagnus Ebredunens. archiepiscopus, eorū patronus
23 ⁊ tutor. Quia † supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ
finito vsufructu non posset olim vsufructuarius, vel eius
heres propria authoritate domini seu proprietarij expelli
a possessione, seu retētione rerum, quibus idem olim vsu-
fructuarius vel predecessor heredis hab uit vsumfructuꝫ:
sed pro hoc oporteret intētare negatoriā actionem, prout
ex aduerso pretēditur voluisse glos. in. c. licet, de preben. in
vj. non tamen ex hoc infertur, quin proprietarius in sua
possessione ciuili turbatus, vel per olim vsufructuarium
aut eius heredem, vel alias ab eo causam habenteꝫ, posset
recurrere ad possessorium remedium, ⁊ non solum retinen
de, vbi turbatur: sed etiam recuperande, si expoliatus exti
terit sua possessione ciuili. Et consultius facit in recurren
do ad remedia huiusmodi, ꝙ si recurreret ad negatoriam
actionem, vel etiam concernētem petitorium. l. is qui de-
stinauit. ff. de rei vendic. ¶ Ceterum quia prefati nobiles
Gaillardetus ⁊ Margareta conati extiterūt impugnare
sepe mentionatam venditionem per dictū le Forestier fa-
ctam dicto domino de Culant, ⁊ ex multis pretēsis causis
supra mentionatis, ⁊ per eos breuiter recitatis in. xl. arti-
culo dictorum pretensorum libelli ⁊ contradictoruꝫ: qua-
rum tamē nulla re vera procedit, causis ⁊ rationibus tam
superius allegatis, ꝙ etiam inferius allegandis: sed etiaꝫ
tentauerunt impugnare venditionem iurium ⁊ actionuꝫ
factā per dictū nobilem le Forestier prefato nobili Anto-
nio, ⁊ subsecutā remissionem eidem nobili Antonio factā
per dictam nobilem Nicolam tutricem, ⁊ tutorio nomine
liberorum ⁊ heredum prefati de Culant. Respōdendum
est etiam ad impugnationes huiusmodi: cum illere vera
non refragentur neqꝫ obstent. Et primo quidē non obstat
primum fundamentū, scilicet, ꝙ ideo remissio per dictam
do. Nicolam facta non valuerit, quia prefatus dominus
de Culant, aut dicti eius liberi ⁊ heredes nullum ius ha
buerint in dictis baronijs: ⁊ sic nullū ius trāsferre potuit
dicta domina Nicola in dictum nobilem Antonium.
Quoniam respondeo predictum fundamentum non esse
verum: quoniam imo baronie predicte spectarunt, ⁊ perti
nuerunt dicto do. de Culant, ⁊ post ipsius mortem dictis
eius liberis ⁊ heredibus: non obstantibus impugnationi
bus factis per dictos nobiles Gaillardetum ⁊ Margare
tam: quibus fuit superius responsum, ⁊ inferius respon-
debitur. vbi aduertendum est, ꝙ non solum fuerunt eidem
nobili Antonio predicte baronie, ⁊ de consensu predicti
le Forestier per dictā dominā Nicolam remisisse, ⁊ deinde
authoritate magistratus post opportunam ⁊ solēnem in-
quisitionem adiudicate, sed etiaꝫ per eundem le Forestier
ante remissionem ⁊ adiudicationem huiusmodi vendita
⁊ cessa omnia iura, omnesqꝫ actiones tam sibi quam dicte
Margarete competentes, ⁊ competentia, ⁊ tam contra li-
beros ⁊ heredes, ꝙ in dictis baronijs. Propter quod nō
est ꝙ pretendere potuerint prefati Gaillardetus ⁊ Mar-
gareta baronias predictas nō spectasse dicto nobili An-
tonio, ⁊ consequenter spectare ⁊ pertinere prefatis nobili
bus Joāni ⁊ Girardo: ⁊ maxime cū hec fuerint ratificata
per dictam nobilem Margaretam. Et quia dicti nobiles
Gaillardetus ⁊ Margareta pretenderunt ⁊ dixerūt hec
omnia consultari ijsdem medijs ⁊ rationibus, quibus ten
tarunt impugnare venditionem factam dicto domino de
Culant: Respondetur impugnationibus ⁊ pretensis con
futationibus huiusmodi, prout fuit superius responsum,
⁊ que rationibus ⁊ causis iam dictis non obstant eisdem
nobilibus de Anceduna. ¶ Preterea etiam nec eis ob-
stat id quod opponere nituntur de minoritate pretij predi
ctarum actionum ⁊ iurium. Tum quia idem le Forestier
venditionem predictam scienter fecit: sciēs videlicet, quo
⁊ quanto pretio predictas baronias antea vendidisset, ⁊
quantum de pretio huiusmodi restaret ad soluendum tem
pore facte venditionis iurium ⁊ actionū huiusmodi. Tuꝫ
⁊ quia ipse renuntiauit deceptioni seu lesioni vltra dimi-
diam iusti pretij, ⁊ sic remedio dicte. l. ij. C. de rescind. vend.
Tum ⁊ quia iurauit ad sancta Dei euāgelia venditionē
⁊ cessionē huiusmodi tenere, ⁊ attendere, ⁊ contra eas nun
quam venire: Propter que ⁊ eorum quodlibet fuit exclu-
sus a remedio dicte. l. ⁊ sic pretij minoritatem allegare nō
potuerunt dicti nobiles Gaillardetus ⁊ Margareta, cau
sis ⁊ rationibus superius allegatis in alio articulo: quas
hic repetere non oportet. Nec contendat pars aduersa ꝙ
propter pretij pretensam minoritateꝫ debeat presumi aut
concludi dolus, ⁊ presertim dās causam cōtractui. Quia
24 dolus † emptoris qualitate facti, nō quātitate pretij esti-
matur. l. dolus. C. de rescind. vendit. facit. l. interpositas,
versic. ad vim tamen vel dolum arguendum qualitas cau
se principalis non sufficit. C. de transaction. ¶ Preterea
est considerandū ꝙ dictus quondā nobilis Antonius nō
solum cōuenit ⁊ promisit pro dictis iuribus ⁊ actionibus
sibi cesis per dictum le Forestier, dare ⁊ soluere summam
septem mille librarum: sed etiam iura ⁊ actiones huiusmo
di comparauit ⁊ emit cum illis oneribus, cuꝫ quibus pre-
dictas baronias emerat prefatus do. de Culāt: de quibus
superius dictum est. ¶ Quod autem opponitur ex aduer-
so, ꝙ primum ius quod habuisse pretendunt dicti nobiles
de Anceduna in dictis baronijs, ⁊ ex quo illud quod nūc
habeat, vt pretendit pars aduersa, descēdit, sapiebat vsu-
rariam prauitatem, propter pretij minoritatem ⁊ pactū de
retrouendendo: nō refragatur aut nocet dictis nobilibus
de Anceduna. Tum quia summa mille ⁊ quingentarum
librarum nō videtur esse pretium vile centum ⁊ quinqua-
ginta librarum annuarum: sed sufficiens ⁊ cōgruum: ⁊ vt
facillime probaretur, tempore facte venditionis huiusmo
di communiter vendebatur in partibus pensio decem li-
brarum pro pretio centum, ⁊ pensio cētum pro pretio mil-
25 le librarum. Consuetudo † autem aliquid facit licitum,
quod alias esset illicitum. l. si in emptione. §. j. ff. de cōtra-
hend. emptio. ⁊ vend. ⁊. l. venditor. §. si constat. ff. commu.
predio. quod etiam voluit Oldrad. consil. ccvij. exordien-
te, Uniuersis presentes literas inspecturis. ⁊ Bartholo.
Ueron. in suo tractatu de contractibus emptio. ⁊ vendit.
cum pacto de retrouen. facit quod notat Nicol. de Lyra,
Deuteronomij. c. xxiij. Tum ⁊ quia non nunc contendi-
tur de validitate venditionis, seu venditionum dictarum
annuarum pensionum, de quibus etiam nūquam fuit ali-
quid datum aut solutum per ipsum le Forestier dicto no-
bili Antonio: sed omnia arreragia fuerunt sibi remissa.
Et sic non obstat oppositio huiusmodi. ¶ Preterea nec
etiam obstat quod vlterius opponitur, dolum scilicet, de-
disse causam dicte venditioni facte ⁊ introductione pre-
fati nobilis Antonij: ⁊ ꝙ, vt ad sua vincula traheret eun-
dem le Forestier, sibi promisit montes ⁊ maria: ⁊ inter alia
ꝙ matrimoniū celebraret inter neptē dicte nobilis Mar-
garete, ⁊ filium eiusdem nobilis Antonij. quodqꝫ eundeꝫ
nobilem le Forestier faceret locumtenentem domini Se-
nescalli Bellicadri. Quoniā respondetur ꝙ de ijs (vt cre-
ditur) non apparet, prout vtpote de non veris apparere
non debet. Et ita non obstant. ¶ Insuper etiam nec ob-
stat quod opponitur de pretēsa promissione per ipsum no
bilem Antonium, de extinguēdo processum antea ceptuꝫ
⁊ inchoatum per ⁊ inter dictam do. Toninam de Ville-
quier, ⁊ prefatū nobilem le Forestier, ⁊ de quo facta est su-
perius mentio. Tum quia licēt cum grandi diligentia di
cta do. Tonina processum huiusmodi inchoauerit, et di-
ligenter prosequuta extiterit a tempore inchoationis il-
lius, vsqꝫ ad tempus venditionis facte predicto domi. de
Culant, a quo etiam ius habēt dicti nobiles de Ancedu-
na: post tamen venditionem huiusmodi ipsa do. Toni-
na, aut alius pro ea, non reperitur in causa per eam mota
cum dicto le Forestier processisse, aut vlterius super doa-
rio per eandeꝫ petito eundē le Forestier inquietasse. quod
etiam sibi facere non expediebat, attenta promissione sibi
facta per dictum quondam illustrissimum do. Borbonij
ducem, ⁊ cessione quam de dicto eius doario ⁊ iuribus ei-
dem do. Duci fecerat: qui postea certificatus de vēditio-
ne facta per dictū do. de Culant, de dictis baronijs, illam
laudauit, approbauit, ⁊ illi consensit, constantibus lite-
ris eiusdem illustrissimi do. Ducis, confectis anno predi
cto M. cccclxxiiij. ⁊ die secunda mēsis Octobris. Et ite-
rum venditionem huiusmodi ratificauit, laudauit ⁊ con-
firmauit idem do. Dux, vt constat alijs literis eiusdē do.
Ducis, confectis anno Domini M. cccclxxvj. ⁊ die. ix.
mensis Octobris: que litere fuerunt parte dictorum nobi
liuꝫ de Anceduna in hac causa producte. Propter quod
non superest aliquid, de quo opponere possit pars aduer-
sa, ad causam facte promissionis de faciendo extingui di-
ctum processum. Tū ⁊ quia non apparet ꝙ promissio hu-
iusmodi causam dederit contractui, seu ꝙ idem le Fore-
stier non esset alias contracturus, aut baronias predictas
venditurus. Quod tamen opus erat, ad hoc, vt ex capite
cause non sequute deberet rescindi predicta venditio, vt

hec prob

hec probantur in.l.si ea. C.de rescind.vendi.⁊.l.cum te. C. de pact.inter empto.⁊ vendi. Et supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ ex paruitate pretij posset presumi in dubio rem magni pretij in venditione dari cõuentam ⁊ promissam, vltra ⁊ preter huiusmodi paruum pretiũ, causam dedisse venditioni, vt videtur voluisse Salice.in.d.l.cum te: hoc tamen non suffragaretur dicto nobili le Forestier. Quia non potest summa predicta sex mille librarum, per eundem nobilem Antonium dari ⁊ solui pro predictis iuribus conuenta ⁊ promissa fuisse paruum pretium, habito respectu ad valorem dictarum baroniarum.

¶ Item nec etiam obstat id, de quo vlterius opponitur, scilicet, ꝙ in cõtractu celebrato per ⁊ inter dictum le Forestier ⁊ prefatum nobilem Antonium de Anceduna fuerit expresse conuentum inter eos, ꝙ dominium rerum, de quibus vertitur questio, remaneret apud eosdem nobiles le Forestier ⁊ Margaretam coniuges. Quoniam respondetur, ꝙ cum in venditione facta per dictum nobilem le Forestier ipsi nobili Antonio fuerit commemorata venditio antea facta de dictis baronijs cũ reseruatione vsusfructus earũdem, ⁊ qui (vt ex tenore venditionis huiusmodi apparet) fuit non quidem vsusfructus causalis, sed formalis: ⁊ tunc eundem vsumfructum etiam sibi reseruauerit tempore facte venditionis predictorum iurium dicto nobili de Anceduna: nõ sunt ipsi de Anceduna ⁊ le Forestier censendi conuenisse, ꝙ etiam dominium dictarum baroniarum remaneret apud eundẽ le Forestier ⁊ dictam eius vxorem: pro eo quia res sua nemini seruit: ⁊ quia ista repugnant. Repugnantia vero euitanda est.l. vbi repugnantia.ff.de reg.iur.⁊ quod not. Bart.⁊ doct.in.d.l.fin. §.idem quesijt.ff.de cond.inde: Bart.⁊ doct.in prima constitutione.C.§.quibus, Pau.de Cast.in.d.l.scripture.C. de fide instrum. Paul.de Cast.⁊ do.Iaso de May.in.l. cum falsa.C.de iur.⁊ fac.ignoran. Et (vt videtur) verbũ,
26 dominium, † positum in dicta conuentione assumi debet pro quadam preeminentia, quã sibi ⁊ dicte eius vxori reseruari voluit idem nobilis le Forestier. Pro quo facit id quod communiter dicunt ⁊ scribunt doct.in authen. hoc locum.C.si secun.nupse.mulier, in.l.Titia cum testamento.§.fi.ff.de legat.ij. ⁊ in multis alijs locis tam scribendo ꝙ̃ consulendo, in illa vulgari questione, qua querunt, Quid censeatur maritus habẽs liberos relinquere vxori, quando eam relinquit dominam et vsufructuariam. In qua cõmuniter dicunt, ꝙ per verbum, dominam, non censeatur eidem relinquere dominium: sed magis quandam preeminentiam in domo, sicut habebat tempore vite defuncti. Et ita videtur de hoc dominio seu preeminentia sensisse dicti nobiles le Forestier ⁊ de Anceduna. Et pro hoc facit, quia in dicta venditione facta per dictum le Forestier prefato domino de Culant, ipse vltra ⁊ preter vsumfructum sibi reseruauit etiam titulum, vt, scilicet, posset nominari dominus prout antea, ꝙ̃uis dominus non esset remansurus, sed haberet hanc preeminentiam. Et ꝙ pretextu dicte pretense reseruationis de vsufructu ⁊ dominio non debeant censeri dicti quondã le Forestier ⁊ vxor remansisse veri domini dictarum baroniarum, apparet etiam pro eo, quia (vt sepe dictum est) propter retentionem vsusfructus tempore venditionis facte dicto do. de Culant, translatum fuit dominium in eũdem: ⁊ penes quem, seu dictos eius liberos ⁊ heredes erat tẽpore facte vẽditionis de predictis iuribus dicto nobili Antonio de Anceduna.l.cum heredes, in princ.ff.de acquir.posses. nõ penes dictos coniuges, aut eorum alterum. Nõ ergo propter dictam reseruationem potuerunt pretendere dominium apud eos remansisse, vel postea extitisse, per id quod volunt Oldra.consil.ccxiiij.exord. Factum tale est in instrumento cuiusdam emancipationis, ⁊c. Alber.in.l.fin. C.de emancipa.liber.vbi voluerunt, ꝙ si pater emancipet filium sibi retento vsufructu in bonis per ipsum filium ex tunc in antea acquirendis, nihil patri acquiritur quoad vsumfructum bonorum ex tunc in antea acquirendorum. Quia si quis verba retentionis diligenter attendat, videtur ꝙ pater non intendit nouum ius acquirere: sed ꝙ sibi competere credebat non remittere: prout dicitur de confirmante ⁊ nouante.l.⁊ quia.ff.de iurisdict.omn.iudic.c.cum dilecta, de confir.vti.vel inuti.⁊.c.quia intẽtionis, de priuile. Et cũ nullũ ius sibi cõpeteret in querẽdis.l.si filius.ff. de verb.obl.⁊.l.vlt.ff.de stip.ser. talis retẽtio nihil operatur: sed cẽsenda est potius inutilis.l.minor.§.fi.ff.de euic. l.sub conditione.ff.de vsufruct. l. pacta.§. fina. alias est.l. que incipit, Conuentionis.ff.de contrahen.empt.⁊ vend. ⁊.l.si quis legauerit fundũ.ff.de legat.j. Et videtur in tali reseruatione fuisse error iuris: qui etiã alias impedit obligationem.l.videndum.ff.de legat.j.l.cerdonem.ff.de ope. libertorum, ⁊.l.si quis postꝙ̃, cum simil.ib.ff.de fideiussor.

¶ Preterea nec etiã obstat id quod vlterius opponitur parte dictorum nobilium Gaillardeti ⁊ Margarete de quadam pretensa donatione propter nuptias, ⁊ inter viuos, quam tam ante matrimonium contractũ per ⁊ inter dictos le Forerestier, ⁊ nobilem Margaretam, ꝙ̃ etiam postea eidem Margarete fecisse dicitur dictus nobilis le Forestier. Tum quia de donatione huiusmodi non legitime apparuit, nec apparet. Et quidem non de facta ante matrimonium, nisi forte per ipsorum pretensam assertionem: si tamen ⁊ quatenus de assertione huiusmodi legitime constet, prout non. Sed huiuscemodi assertioni non esset standum. Quia (vt iam dictũ est) in regulariter prohibitis certo casu permissis non est standum verbo dicentis casum permissum subesse.d.l.qui testamentũ.ff.de probat. ⁊.l.cum quis decedens.§.codicillis.ff.de legat.iij.⁊.l. si forte, ⁊ quod ibi Bart. ⁊ doct.ff. de castren.pecu. Certum est enim, ꝙ donationes inter viuos sunt regulariter prohibite inter coniuges. Non etiam apparet de dicta asserta donatione per quoddam pretensum instrumentum parte dictorum coniugum in causa productum, ⁊ vt videtur, receptum per quendam Guidonẽ Rosselli assertum notariũ. Pro eo quia negatum est parte dictorum nobiliũ Ioannis ⁊ Girardi de Anceduna illum Guidonem fuisse no-
27 tarium. Quo† fit vt, nisi probetur illum fuisse notariũ, credi non debeat dicto asserto instrumento, auth. de instrumento.caute. ⁊ fid.§.sed si instrumenta, cum tribus.§. seq. ⁊ quod ibi notatur, notant doctores in capitulo.j.de fide instrumen.⁊ in.l.comparationes.C.eod.titu. Cuius dicti illa est ratio: quia tabellionatus officium non datur a natura, sed confertur ab homine: ⁊ quidem nõ ab omnibus, seu etiã a multis, sꝫ a paucis, puta a principe, vel ab eo cui ipse commiserit. Non etiam omnibus confertur, sed quibusdam.l.generali, ⁊ per totum titulum.C.de tabula. libr. x.⁊ authen.de tabellio.per totum.notant Innoc.⁊ docto. in.c.cum P.tabellio, de fid.instrumen. Ex quo igitur semel fuit quis non publica persona, vel non notarius, adhuc talis presumitur: nisi vel publica persona vel notarius probetur.l.siue possidetis.C. de probat. notat Spec. tit.de instrumen.edi.§.restat, versi.⁊ scias, ⁊ versi.illud autem notandum.⁊ fuit de mente Pau.de Cast. consi.ccvij. exordiente, Videndum est vtrum fides sit adhibẽda. Non igitur facit fidem dictum pretensum instrumentum: quod videtur procedere non solum eo casu, quo non probaretur illum Guidonẽ fuisse in possessione, seu quasi, notariatus tempore dicte asserte facte donationis: sed etiam eo casu quo probaretur eũ fuisse in possessione huiusmodi, ⁊ ꝙ tẽpore illius exercebat, ⁊ antea longo tẽpore exercuerat officium tabellionatus, vt videtur fuisse de mente Io.Andr. in addit.Specu.tit.de instrumen.edi.§.restat, vers.⁊ scias, in addi.exordiente, Ad intellectum illius ⁊ istius, ⁊c. post Marti.Syluia.eius preceptorem in legibus, quem refert hoc tenuisse in quadam sua disputatione. Hoc etiam voluit Iaco.de Are.in disputatione exord. Quero, ego produco contra te instrumentum, ⁊c. vbi querit, quid si produco contra te instrumentum in formam publicam redactũ per manum pone Titij, qui fuit multo tempore in quasi possessione tabellionatus, ⁊ multa cõfecit pretensa instrumenta: tu vero negas eum fuisse tabellionem: an sufficiat probare quod multo tempore pro tabellione se gesserit, et officium exercuerit. Et dicit Iac.de Are. ꝙ mihi producenti incumbit onus probandi eum fuisse notarium, non obstante ꝙ sit in quasi possessione. Quia pro aduersario presumitur, vt videmus in eo, qui est in quasi possessione seruitutis, ⁊ conuenitur negatoria: qui nisi probet actorẽ, vel eum cui successit constituisse seruitutem, succumbit, vt dicit Azo in summa.C. de vsufruct. ⁊ notat glossa in.l.sicuti.§.sed si queratur.ff.si seruitus vendi.⁊.l.in summa.C. de vsufruct.⁊ in.l.si prius.ff. de oper. no. nuntia. ad quod etiam facit.d.l.siue possidetis.C.de probat. Nec obstat secundum eũm in casu de quo disputat, ꝙ ille Titius alia pretensa instrumenta confecerit. Quia respondet, ꝙ hoc non concludit intentionem mei producentis. Quia videmus ꝙ non valent gesta ab eo, qui communi opinione reputabatur tutor, ⁊ non erat.l.ij. ff.de eo qui pro tutore negotia gessit, ⁊.l.qui neq;. ff. de eor. credit. respondet etiam

idem Jacobus ad.l. Barbarius Philippus. ff. de offic.
pretor. dicens illam ideo non obstare: quia ibi cōstabat il-
lum Barbarium Philippum fuisse pretorem creatum, ⁊
ab illo qui eum creare potuerat: sed suberat ipsius Barba
rij Philippi inhabilitas, propter quam poterat remoue-
ri per eum qui ipsum creauerat, si sciuisset. Et eodem mo-
do respondet ad.l. si arbiter. C. de senten. ⁊ interlo. omniū
iudic. Et idem quod Jaco. de Are. voluit Gui. de Suza.
in.l. decernimus. C. de sacrosanct. eccles. ⁊ Jaco. de Bel-
loui. in sua disputatione exord. Cauetur antiquo iure, ⁊c.
quam ipse posuit post.l.ij. C. quomo. ⁊ quan. iudex. Andr.
de Pi. in.d.l. Barbarius Philippus: vbi etiam Guli.
de Cun. qui pro hoc allegat.l. actuarios. C. de numera. et
actua. lib. xij. etiā idem tenet Rayne. in.d.l. Barbarius.
hoc etiam voluit Joan. de Jmo. in.l. ad testium. §. condi-
tionem, in fine. ff. de testa. quem articulum ⁊ pro hac parte
plenissime prosequitur Alexand. de Jmo. consil. cxxxviij.
exordiente, Opportune cōsideratis ijs que in themate, ⁊c.
in primo volu. vbi multos ⁊ maxime authoritatis refert
hanc partem esse secutos, ⁊ hodie sequi. hanc partem etiā
sequitur do. Jason May. in dicta.l. Barbarius Philip-
pus, versiculo, extra glos. querit Bar. vbi etiā post Alex.
de Jmo. in.d. consil. asserit istam opinionē esse cōmunem.
¶ Cum etiam ⁊ secundo non videtur obstare dicta pre-
tensa donatio: pro eo quia (vt apparet ex publico instru-
mento contracti matrimonij anno incarnationis domi-
nice M.cccclxxiij. ⁊ die xxvij. mensis Septembris, per ⁊
inter dictos le Forestier ⁊ Margaretam de Gaudiosa)
idem le Forestier, si euz premori ⁊ ab humanis ante ipsam
decedere contingeret, concessit ⁊ donauit bonā ⁊ sufficien
tem habitationē, ac summam ducentarum librarū turon.
cum omnimoda iurisdictione, ⁊ hoc tantum q̄tum eadem
Margareta vitā duceret in humanis: insuper ⁊ casu quo
per mortem eiusdem le Forestier dictū matrimonium dis-
solueretur, donauit ipse le Forestier dicte nobili Marga-
rete donatione inter viuos, medietatē ex integro bonorū
suorum mobiliū, ⁊c. Quo fit vt non sit verisimile eundem
le Forestier in casum predictū donasse prefate Margare-
te omnia bona sua mobilia ⁊ immobilia, presentia ⁊ futu-
ra: prout visus est narrasse ⁊ dixisse in narratiua dicte pre-
tense donationis. Si enim donasset omnia bona mobilia
⁊ immobilia prout ex aduerso pretenditur, ad quid donas
set ei bonam ⁊ sufficientem habitationem, ⁊ libras ducen-
tas, ⁊ dimidiam partem bonorum mobilium: cum appel-
latione bonorum mobilium ⁊ immobiliū illa omnia cen-
serentur donata. Quia qui omnē dicit, nihil excludit. c. si
romanorum, ⁊ quod ibi gl. super verbo membranas, dist.
xix. Non est igitur hoc veri simile: ⁊ ita est quedam falsita-
tis imago: per id quod not. Bald. in.l.j. C. de ser. fugit. vbi
allegat Auerroez. idem voluit Bald. C. de probat. in rub.
⁊ in tractatu Schisma. quē posuit in rub. C. si quis aliquē
testa. prohibue. Et premissis argumentum prestat, q̄ nec
tempore factarum ratificationū per dictam Margaretā
nec alias apparet eandem Margaretam aliquam fecisse
mentionem de dicta pretensa donatione omniū bonorum
mobilium ⁊ immobilium, presentium ⁊ futurorum: quam
tamen verisimiliter fecisset, si verum esset dictam preten-
sam donationem fuisse factam: pro eo quia muliebre ge-
nus auarissimum est.l. si ego, ad fin. ⁊ quod ibi gloss. ff. ad
Uelle.l. si stipulatam, §.j. ff. de donatio. inter vir. ⁊ vxor. ⁊
quod notat glos. in.l. si a sponso, vltimo responso, super
verbo, raro accidit. C. de donat. ante nupt. ¶ Jtem ⁊ ter-
tio non obstat dicta pretensa donatio; pro eo quia esto vt
de illa appareat, citra tamen preiudicium veritatis, illa
cum esset, seu fuisse pretendatur non soluz de melioribus,
sed de omnibus bonis mobilibus, ⁊ immobilibus predi-
cti le Forestier pro tempore habentis multos creditores,
ac in multis ⁊ magnis summis, ⁊ signanter dominum de
Monsereau: illa presumitur fuisse facta in fraudem cre-
ditorū huiusmodi, per id quod voluit Dyn. in.l. omnes.
§. Lucius. ff. que in fraud. credit. Barto. ⁊ docto. in dicta
l. post contractum, ⁊ quod habetur in.l. summa cūratione,
⁊ quod ibi Angel. ff. de pecu. vbi dicit Ang. q̄ si quis alie-
nat meliora bona que habet in patrimonio, ⁊ retinet mi-
nus vtilia: videtur facere in fraudem, alle.d.l. omnes. §.
Lucius, ⁊ autben. ti. de triente ⁊ semisse. §. quod sepe, ⁊ di-
cit Ange. in.d. §. Lucius, q̄ presumptio illius. §. non ces-
sat si forsam omnia bona meliora alienet: de quo dicit esse
casum in.d.l. summa cum ratione. Quod si ita est multo-
fortius eo casu quo pretēditur alienasse omnia bona mo-
bilia ⁊ immobilia, presentia tunc ⁊ futura: ⁊ non solū fuit
⁊ fuisse presumitur dicta pretensa donatio, si ⁊ quatenus
de ea appareat facta in fraudem dictorū creditorum: sed
etiam simulata, quatenus concernebat predictam Mar-
garetam cōiugem predicti le Forestier. Jnter quos ratio-
ne coniunctionis de facili presumitur simulatio.l. lata. C.
de donat. quod etiam voluit Angel. consi. xlvij. exordien.
Ex dicto themate duo dubia eliciuntur, ⁊c. Cui dicto nō
obstant notata. in.l. si seruus communis. ff. de dona. inter
vir. ⁊ vxor.l. procula. ff. de probat.l. cum quid. ff. si cert. pet.
per.l. que dotis. ff. solut. matri. Quoniam respondeo, q̄ li-
28 cet inter cōiunctos † presumatur donatio: tamen illa pre-
sumptio est circa modicam, vt in dictis iuribus, ⁊ non in
magna quantitate. Nec est absurdum dicere q̄ huiuscemo
di pretensa donatio, si ⁊ quatenus de ea appareat, facta
fuerit in fraude ȝ creditorum: ⁊ q̄ nihilominus fuerit ⁊ sit
ficta ⁊ simulata: hoc est, q̄ dictus le Forestier volēs frau-
dare dictos creditores facere simulauerit, quod re vera nō
fecit, ⁊ q̄ apparenter ⁊ non existenter fecerit dictam pre-
tēsam donationem: cuius scilicet medio, ⁊ sub illius vm-
bella defenderetur, cuius bona aduersus creditores: et
de illis tamen nihil haberet predicta Margareta.
¶ Jtem ⁊ quarto non obstat dicta pretēsa donatio, etiam
si premissa cessarent, prout non cessant: nec per eam impe-
ditus est do. de Culant quominus tam per dictam reten-
tionem vsusfructus.d.l. quisquis. q̄ per ingressum dicti
domini Petri Dulse apprehenderit, ⁊ adeptus extiterit
possessionem, ⁊ consequenter fuerit assequutus dominiū
dictarum baroniarū. Per illam enim pretensam clauiū
traditionem factam, vt dicitur, in loco Aquarum mor-
tuarum, non fuit in eandem Margaretam translata pos-
sessio earundem baroniarum: que regulariter non queri-
tur nisi interueniente corpore ⁊ animo.l. possideri, in prin.
cum multis similib. ff. de acquir. possess. Cui non obstat.l.
clauibus. ff. de contrahen. emp. ⁊ vend. quia ex textu illius
colligitur, q̄ illa loquitur de clauiū traditione facta apud
vel iuxta rem, ⁊c. Et ita eam summat Salic. quod etiam
apertius ibi exprimit Fulg. ⁊ Joan. de Jmo. in.c.ij. versic.
in ea. glos. ibi, vt per claues, ⁊c. de consuet. Et ita intelli-
genda est glos.d.l. possideri, in princ. ⁊ doct. in.c.ij. de con-
suet. ⁊ in multis alijs locis: quatenus dicūt q̄ per clauiū
traditionem transfertur possessio. Quia dictum gl. ⁊ doc.
debet intelligi secundum legem, vel leges quas allegant,
vt dicit Joan. And. in.c. cum nuntius, in nouel. de testi.
Bart in.l. non solum. §. si liberationis, versi. preterea. ff. de
liber. lega. ⁊ in.l. cum quidā. ff. de ijs qui. vt indig. Roma.
consil. ccxj. exord. Allegationes doctoris eximij domini,
⁊c. versi. quoad vltimū, ⁊c. ⁊ do. Jason May. in.l. actione,
versic non puto q̄ ista sit intentio huius glo. C. de transac.
Et quia.d.l. clauibus, exigit traditionē fieri apud rem, ⁊c.
vt patet ibi, si claues apud horrea tradite sunt, palam in-
fertur, q̄ per illam pretensam clauium traditionē factam,
vt asseritur, in dicto loco Aquarum mortuarū, non cen-
seatur, predicta Margareta acquisiuisse possessionem di-
ctarum baroniarum, seu etiam aliorum pretensorum bo-
norum donatorum: que etiam non pure, sed conditionali
ter, ⁊ sub conditione si primo predictus le Forestier ab hu
manis decederet, pretenditur esse donata. Et quemadmo
dum non fuit predicte Margarete possessio acquisita: ita
nec dominium.l. traditionibus, cum suis simib. C. de pact.
¶ Jtem ⁊ quinto nō obstat illud assertum pactum, quod
tempore dicte asserte donationis fecisse pretēditur dictus
le Forestier, ⁊ per quod, vt pretenditur, expresse promisit se
non facturum quominus dicta pretensa donatio suum
sortiretur effectum, ⁊ q̄ pro obseruantia pacti huiusmodi
expresse hypothecauit res donatas. Quoniam respōdeo,
q̄ pretextu huiuscemodi pacti ⁊ hypothece non fuit impe
dita translatio possessionis ⁊ dominij dictarū baroniarū.
Quia ad hoc vt per eas impediretur, necesse erat non
solum expressa, sed etiā specialis hypotheca dictarū ba-
roniarum, vt sensit Bart. si recte ponderētur eius verba,
in.l. qui ab senti. §. si quis. ff. de acq. possess. vbi etiam versi.
tertio adde, ⁊c. hoc voluit Fran. de Are. ⁊ Joan. de Jmo.
in.l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verb. obligat. re-
spondens ad.l. si credito. §. fin. ff. de distract. pigno. q̄ illa
non obstat, pro eo quia videtur loqui quando interuenit
obligatio specialis: Unde non est dispositio illius. §. ex-
tendenda ad alium casum: sed potius restringenda.l. ius
singulare, ⁊.l. quod vero. ff. de legi. ⁊ maxime cum casus il-
lius. §. sit exorbitans a iure communi, vt patet ex.d. §. ea
lege, ⁊

lege, ⁊ ex. l. ea lege. C. de condi. ob causam. Et quis Pau.
de Cast. videatur tenere contrarium in. d. l. qui absenti. §.
si quis, dicens ꝙ cum hodie notarij in instrumentis gene-
raliter apponũt bonorum hypothecam, semper impedie-
tur alienatio apposito pacto de nõ alienando. Verius ta-
29 men videtur quod predixi. Quia licet † vel aliquãdo, vel
forte regulariter idē operetur generalis hypotheca, quod
specialis, vt notat glos. in. l. que generaliter. ff. qui potio-
res in pignore habeãtur: hoc tamen non semper procedit,
vt patet in. c. qui ad agendum, de procur. in. vi. quod etiaʒ
colligitur ex ijs que not. Salic. in. l. cum res. C. si alie. res
pigno. da. sit, ⁊ do. Iason May. in. §. item seruiana, instit.
de actio. Preterea reperitur ꝙ licet alienatio irreuoca-
bilis impediatur per hypothecam specialem: non tamen
per generalē. l. j. iuncta glo. C. de neces. seruis heredi. instit.
⁊. l. pignori, ⁊ quod ibi glo. ff. de heredi. institu. facit etiam
ad predicta, quia, vt dictum est. d. l. si creditor. §. fi. est con-
tra regulas iuris cõmunis: ⁊ ideo minus debet fieri exten
sio: maxime vbi non est omnino eadeʒ ratio. Non ergo suf
fecerunt ad impediendam alienationem dictarum baro-
niarum dictum pretensum pactum ⁊ prefata hypotheca.
quod etiam fuit de mente Bar. in. l. filiusfamilias. §. diui.
ff. de legatis. j. ⁊ Romanus in. d. l. qui absenti. §. si quis.
¶ Item ⁊ sexto non obstat dicta pretensa donatio, etiam
si illa facta extitisset, ⁊ de ea legitime appareret. Pro eo
quia, vt patet per publicũ instrumentũ de anno Domini
M. cccclxxxiij. dicta nobilis Margarera plene informa-
ta de venditione dictaruʒ baroniarũ, facta eidem domino
de Culant, illam gratis ⁊ spõte ratificauit ⁊ approbauit,
⁊ illi consensit: ⁊ nihilominus promisit ⁊ iurauit tenere,
attendere, ⁊ obseruare, ⁊c. Non igitur potest cõtrauenire.
Pro eo quia, vt notat Angel. in. l. quoties, la. j. in lectu-
ra Florentina, vbi etiam Fulgo. C. de fideicommis. paria
sunt vel alienare vel alienãti consentire, saltē quoad hoc
vt impediatur alienationis reuocatio. Quia quod semel
placuit amplius displicere nõ potest. l. Pomponius, cum
suis simlib. ff. de negot. gest. quod maxime debuit ⁊ debet
procedere in hoc casu, ratione iuramenti per eandē Mar-
garetam prestiti: quod potuit seruari sine interitu, ⁊c. erat
ergo obseruandum. c. cum contingat, ⁊ quod ibi glossa et
docto. de iureiuran. ⁊. c. quis pactum, ⁊ quod ibi scriben-
tes, de pact. in. vj. Non obstat si forte opponatur, ꝙ immo
aliud sit alienare vel vendere, ⁊ aliud alienanti vel ven-
denti consentire: sicut aliud est donare, ⁊ aliud donãti con
sentire. l. aliud. ff. de reg. iur. ⁊. l. cum pater. §. libertis. ff. de
legat. ij. Quoniam respondeo, ꝙ licet in veritate aliud sit
actum facere, aliud facienti cõsentire: hec tamen sunt pa-
ria quoad hoc, vt quemadmodum faciēs contrauenire nõ
potest: ita nec facienti consentiens, per predicta. Et potuit
dictus consensus interuenire non solum tēpore celebrate
venditionis superius mentionate: sed ⁊ post etiam ex in-
teruallo, per id quod notat Bart. ⁊ post eum voluit Ioan.
de Imol. Alexan. de Imol. ⁊ Franc. de Aret. in. l. si quis
mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hered. ⁊ Anto. de Butr.
in. c. cum consuetudinis, de consuet. Pro quo bene facit
c. cum in iure, ad fin. de electio. l. j. §. prodest, in secũdo re-
sponso. ff. quo. legato. ⁊. l. filius. §. fin. ⁊ quod ibi Barto. ff.
de procur. iuncta cle. j. eo. lib. Non obstat id de quo aduer-
sus validitatem cõsensus ⁊ ratificationis huiusmodi op-
30 ponitur, † scilicet, ꝙ prefata nobilis Margareta dictam
ratificationē fecerit propter maritalem reuerentiã. Quo-
niam respondeo, ꝙ ad hoc, vt reuocetur contractus cele-
bratus per vxorem, nõ sufficit presentia viri: sed opus est
verbis, scilicet, comminatorijs, aut verberibus: que vel
tunc extiterint, vel precesserint, prout firmat Barto. ⁊ alij
post eum in. l. j. §. que onerande. ff. qua. re. actio non da.
Bart. ⁊ Alexan. de Imol. in. l. interpositas. C. de transac.
Bart. ⁊ alij in. l. ad inuidiam, ⁊. l. metũ. C. de ijs que vi me-
tus ve causa. Ioan. de Imol. ⁊ Alex. de Imol. in. l. si cum
dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matri. ⁊ Ange. Are.
in. §. quadrupli, versi. an autem eo ipso ꝙ filius consentit
patri, ⁊c. Institu. de actio. Innocen. ⁊ cano. in. c. causam
matrimonij, de offic. deleg. ⁊ Panor. in. c. j. eod. tit. ⁊ Vi-
tal. de Caba. in clausulis, sub rub. de metu vxoris. Quin-
imo non videntur ad rescissionem contractus sufficere mi
nes viri: sed opus est quod ipse esset talis, qui erat solitus
deducere minas ad effectum, vel vxorē male tractare, pro
eo quia non consenserat. Et ita debet inspici cõditio per-
sone minas inferentis. l. si donatiõis. C. de ijs que vi me-
tus ve caus. quod etiam voluit Bart. ⁊ post eum alij in. d.
l. metum, ⁊ Panor. in. d. c. j. de offic. deleg. ⁊ in. c. nõne, de
presumpt. ad quod facit, quia ex persona dicta pensanda
sunt. l. j. C. si quis impera. maledi. ⁊ mine illusorie nõ sunt
attēdende: sed verisimiles. l. iij. ff. si cui plus quam per leg. falc.
Cuiuscemodi fuerunt, ⁊ esse presumende sunt mine facte
per dictũ le Forestier, si ⁊ quatenus aliqui fortasse de illis
deposuissent, prout non creditur, cum illa ⁊ bona ⁊ perso-
nam eiusdem le Forestier gubernaret, idemqʒ le Forestier
illam ⁊ leue, ⁊ benigniter tractauerit, ac illi dulcis ⁊ mitis
extiterit, quinimo ⁊ multum reuerentialis, ⁊ cui in nullo
contradicere audebat. E cõtra vero prefata nobilis Mar
gareta erat austera, ⁊ cordata mulier, ⁊ que dignata non
extitisset aliquid contra ipsius propriam voluntatem fa-
cere pro dicto domino le Forestier eius viro, prout credi-
tur fuisse sufficiēter probatum. Non est igitur presumen-
dum ꝙ ipsa propter nimiam reuerētiam ad illum eius vi-
rum ratificauerit dictam venditionem, etiam si mine pre-
cessisse probarētur: nisi appareret de solita executione mi-
narum vel mala tractatione, ⁊c. Etiam nec dicte ratifica-
tioni obstat quedam pretensa protestatio, quam se fecisse
pretendit dicta nobilis Margareta ante ratificationem
superius mentionatã. Tuʒ quia ratificatio facta est anno
predicto M. cccclxxxiij. ⁊ die. xxviij. mensis Nouembris.
Dicta vero pretensa protestatio legitur facta anno Do-
mini M. cccclxxxix. ⁊ die. xij. mēsis Iulij: ⁊ sic fere quinqʒ
annis post dictam ratificationeʒ. Tum ⁊ quia dicta pro-
testatio non valuit pro eo, quia cum non pēderet ex mera
voluntate protestantis, sed ex voluntate contrahentium,
hoc est ex ipsius protestantis ⁊ eius in cuius preiudicium
fit protestatio: illa debuit fieri in presentia prefati do. de
Culant, ⁊ illi innotescere. quod quia factum non est, ipsa
non impediuit actum postea factũ, hoc est ratificationem:
sed per eam sublata est. l. fi. §. item si predixerit. ff. nau. cau.
stabula. ⁊. l. cum in plures. §. locator rei. ff. loca. ⁊ per not.
per Bart. Ioan. de Imo. Paul. de Cast. Alex. de Imo.
Franc. de Aret. ⁊ doct. communiter in. l. qui in aliena. §.
Celsus. ff. de acquir. hered. Bart. ⁊ doct. in. l. non solum. §.
morte. ff. de oper. no. nunt. Et ideo reprehēditur commu-
niter cautela seu cõsiliuʒ Dy. qui dicebat, ꝙ si aliquis ti-
meat compelli ab aliquo ad faciendum aliquem contra-
ctum vel promissionem, remediuʒ est ꝙ clam coram testi-
bus ⁊ notario protestetur, ꝙ si contingat eum facere pro-
missionem pro non facto, quia facit ex timore. Et tunc se-
cundũ eum cõtractus postea factus erit nullus. Ad quod
dicendum mouebatur Dy. per gl. d. §. Celsus, super ver-
bo, fallens. Sed secũdum Bart. ⁊ omnes illa gl. non facit
pro Dy. pro eo quia illa loquitur in actu dependente ex
mera voluntate protestantis. Dy. vero loquitur in actu,
qui non solum depēdet ex volũtate protestantis, sed etiaʒ
ex voluntate alterius, scilicet eius qui cum eo erat postea
contracturus: in cuius etiaʒ volũtate stat, an audita pro-
testatione illi acquiescat, ⁊ velit frustratorie contrahere,
vel illi dissentiat: ⁊ sic non contrahat. Tum ⁊ quia eidem
nobili Margarete non est credēdum de narratis in dicta
pretensa protestatione, per id quod not. Bartol. in. d. l. ad
inuidiam, ⁊ plenius in allegata. l. metum. C. de ijs que vi
metus ve cau. ⁊ quod ponit Fran. de Rampo. inter con-
silia Bart. in suo consi. exordien. Illi de Petramala de-
tinebant ciuitatem, ⁊c. Etiam nec obstat id de quo vlte-
rius contra dictam ratificationem opponitur, scilicet, ꝙ
dicte baronie fuissent antea eidem nobili Margarete do
nate donatione propter nuptias: ⁊ propterea non valuisse
eius consensum. Tum quia dicta pretensa donatio, etiam
si de illa appareret, non fuit nec fuisse censeri debet dona-
tio propter nuptias, ea videlicet, de qua habetur in auth.
vt immobillia antenuptial. ⁊ authentica, siue a me. C. ad
Velleia. quia illa datur pro securitate dotis, ⁊ quodam-
modo in recompensationem illius. l. si constante, ⁊ quod
ibi Salic. ⁊ docto. C. de dona. ante nupt. ⁊ confertur non
quidem in tempus dissoluti matrimonij, cum eo tempore
debeat ad viruʒ vel eius heredē reuerti. l. si liberis, ⁊ quod
ibi gl. C. de do. ante nup. quemadmodũ dos reuertitur ad
mulierē vel eius heredē: sed in tempus matrimonij, ⁊ (vt
dixi) pro securitate dotis, dicta vero pretensa donatio, si
⁊ quatenus de illa appareat, non presumitur facta pro se-
curitate dotis, nec in recompensationē illius: sed potius
in recompensationē alterius donationis, que fuisse facta
presumitur per dcitã nobileʒ Margaretã ipsi le Forestier.
Cum enim ille pretendantur fuisse mutue ⁊ reciproce, vna
censetur fuisse causa finalis alterius, ⁊ ecõtra, per id quod

in simili dicit text. in l. ⁊ hec distinctio. ff. loca. quod etiam voluit Ange. in dicto consi. clxxxj. exord. Uisis instrumētis, ⁊c. versic. venio ad tertium, ⁊c. Non etiam fuit collata in tempus matrimonij, sed in tempus dissolutiōis illius, ⁊ sub conditione, si videlicet idem le Forestier primo ⁊ sine liberis ex matrimonio inter eos contracto procreatis ab humanis decederet. Que non congruunt donationi propter nuptias. Nec contrarium probat ꝙ dicti le Forestier ⁊ Margareta illā appellauerint vel dixerint donationez propter nuptias. Quia veritatem rei nature initam talis nuncupatio nō immutat, per id quod in simili voluit Oldrad. consil. cxxxix. exordiente, Ad habēdam aliqualē notitiam, ⁊c. versic. secundum erit in quā speciem, ⁊c. ibi, non obstat similiter nūcupatio. pro quo allegat. l. si forte. ff. de pecu. ⁊ quod notat glos. in l. insulam. ff. de prescript. verb. ⁊ in l. si vno, in prin. ff. loca. Idem voluit Joannes And. in addit. Specu. tit. de instrumen. edi. §. porro, versic. fuit etiam alia questio de facto, ⁊c. ibi, nō obstat ꝙ de nominatione illorum fratrum, ⁊c. Ad quod facit quod voluit beatus Augusti. in quinto de Trinitate. c. vij. circa princip. ⁊ post eum Magister sententiarum in primo libro distinct. xxviij. c. ij. dicentes, ꝙ in rebus non est considerandū quid vel signat, vel nō signat dici vsu sermonis nostri: sed quis rerum ipsarum intellectus eluceat. Dicta igitur authen. siue a me. C. ad Trebel. ⁊ alia iura per que improbari pretenditur vnicus mulieris cōsensus adhibitus alienationi rei propter nuptias sibi donate, vtpote loquentia in alio casu, ⁊ diuerso ab eo qui occurrit, nō bene adaptātur huic casui. l. inter stipulātem. §. sacram, versi. sed hec dissimilia. ff. de verb. oblig. l. si maritus, la. j. C. de donat. inter viruz ⁊ vxor. ⁊ vulga. l. Papinianus exulē. ff. de minor. Preterea supposito citra preiudiciū veritatis; ꝙ dicta pretensa donatio fuisset donatio propter nuptias, prout nō videtur: nihilominus valuisset ratificatio facta per dictā nobilem Margaretam, ⁊ (vt dixi) iurata. quia si cum iuramento possit efficaciter mulier alienationi rei dotalis consentire. c. cum contingat, ⁊ quod ibi communiter per docto. de iureiuran. multofortius, vel saltem non minus potest alienare, vel marito alienanti rem propter nuptias sibi dataz consentire, argu. dicti. c. cum contingat, dicta auth. vt immobilia antenupti. ⁊ trāsumptiue in authen. siue a me, ad fin. vbi nō minus, sed fortius improbatur vnicus consensus per mulierē adhibitus alienationi rei dotalis, ꝙ alienationi rei propter nuptias donate. Quemadmoduz igitur potest mulier alienationi rei dotalis facte per virū efficaciter cum iuramento de nō contraueniendo cōsentire, d. c. cū contingat: ita ⁊ alienationi rei sibi propter nuptias donate, per predicta. Et hoc etiam expresse deciditur in. d. c. cum cōtingat. ¶ Preterea eidem nobili Margarete nō profuit, nec hodie prodest dicto nobili Gaillardeto, quedā pretensa absolutio seu dispensatio iuramenti per eandem prestiti tempore dicte ratificationis per eam (vt pretenditur) impetrata ⁊ obtenta. Cum quia ratificatio de qua supra, ⁊ consensus per eam adhibitus fuit firmatus iuramento, dicto. c. cum contingat, de iureiuran. ⁊ c. quāuis pactum, de pact. in. vj. quod etiam fuit de mente Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. vbi dicit, ꝙ licet iura videantur simpliciter dicere, debere seruari iuramentum interpositū super contractu rei dotalis: tamē debet intelligi ꝙ contractus firmetur iuramento, per id quod notat glo. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. Et hanc partem post Joan. mona. ⁊ Archid. tenuit Jo. And. in. c. quāuis pactum, de pact. in. vj. in nouel. ⁊ in. c. cum sit laicus, de for. compet. eod. lib. ⁊ Joan. Calde. in addi. suis, in. d. c. cum cōtingat. Et idem ibi voluit do. Cardi. Floren. Federic. de Se. consil. cclxij. exordien. In nomine Domini, Factum tale est, statuto ciuitatis, ⁊c. ⁊ Joan. de Imo. in. l. qui superstitis, versic. extra glos. dicit sic Ang. ff. de acqui. hered. ⁊ in. l. cum vir, versi. sed iuxta predicta potest dubitari an quando mulier iurat, ⁊c. ff. de vsuca. ⁊ (vt dicit Jo. de Imol. ⁊ Franc. de Aret. in. d. l. qui superstitis, ⁊ Panormi. in. d. c. cum contingat, ⁊ multi Moderni in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi.) ista est cōmunis opinio: pro qua facit, quia si aliter diceretur, de facili possent fraudari iura loquentia, vel forte in casu pretenso, vel similibus, scilicet, dictum. c. cum contingat, ⁊. c. quamuis pactum, authen. sacramenta puberum, ⁊. c. licet mulieres, de iureiur lib. vj. vt verbi gratia, si ex causa onerosa cederentur alicui iura bona fide recipiētis cessionem, quia posset ille agere ad reuocationem rem vendicādo, ex quo dominium non esset translatum, ⁊ contractus non esset firmatus, ⁊ cui non obstaret exceptio periurij, ex quo ille non iurasset. Et pro hoc videtur esse bonus casus in. d. c. quāuis, vbi dicit text. ꝙ quis pactum quod facit filia de non succedendo patri improbet lex ciuilis: si tamen iuramento non vi nec dolo prestito firmatū fuerit, ab eadez omnino seruari debebit. Ex cuius litere tenore (illam non cauillando) satis apparet, ꝙ de mente litere existat, ꝙ pactum
31 confirmetur. Cum igitur dicta nobilis Margareta tempore per eam facte ratificationis, ⁊ post plenam informationem habitam de venditione baroniarū Uallisuiridis ⁊ de Margaritis, ꝙ de conuentionibus ⁊ pactis eodem die factis ⁊ initis per ⁊ inter dictum le Forestier venditorem ex vna, ⁊ dictum do. de Culant emptorem ex alia, ad sancta Dei euangelia, iurauerit attendere, seruare, ⁊c. et non contrauenire: fuit huiusmodi ratificatio, ⁊ consequēter venditio facta de predictis baronijs firmata iuramento. Et ita nō videtur eadem nobilis Margareta potuisse petere absolutionem seu etiam dispensationē de iuramento huiusmodi. Quod etiam voluit Archid. in. d. c. quamuis pactū, super verbo omnino, ⁊ sequitur Joan. de Imo. in sua solenni repetitione dicti. c. cum contingat, ⁊ in allegata. l. cum vir, versi. item aduerte quia quādo mulier iurauit, ⁊c. ff. de vsucap. Pro quo inducit, quia si diceremus prout voluit Uincen. in. d. c. cum contingat, mulierez esse obligatam ad obseruationem iuramenti per eandem prestiti: sed eam debere vel posse instare vt absoluatur, dictuz c. cum cōtingat, seruiret nobis de vento, ⁊ esset eius dispositio imposita verbis, ⁊ nō rebus, contra id quod habetur in. l. ij. C. commu. de lega. ⁊. c. commissa. §. porro, de electio. in. vj. Facit ad premissa quod voluit Paul. de Cast. in. d. l. si quis pro eo, vbi dicit, ꝙ quando contractus firmatur iuramēto, vt quia de sui natura non est illicitus, nec respectu creditoris, nec respectu debitoris: non potest peti absolutio a iuramēto, nec debet cōcedi ab episcopo propter aliquod accidens quod allegetur: quod etiam fuit de mente Roma. consil. cccccxxxvij. exordien. In casu proposito aduertendum esse censeo: ⁊c. versic. quoad tertium, ⁊c. Dicit etiam Panor. in. d. c. cum contingat, versi. sed vltra predicta, ⁊c. Angel. de Perusio dixisse in quodam eius cōsilio, ꝙ vbi actus iuramento firmatus, licet iurans absoluatur a iuramento: nō propterea potest venire cōtra actum: quia actus est de se validus propter interpositionem iuramēti: ⁊ absolutio hoc solum operatur, vt contrauenien non incidat in periurium: non autem annullat contractum. Illa itaqꝫ non obstāte manet contractus validus ⁊ firmus non solum quoad euz qui iurauit: sed etiā quoad eius heredēz: vt colligitur ex ijs que not. Bart. in. d. l. si quis pro eo, in quarto membro, ⁊ quod ibi Paul. de Cast. ff. de fideiusso. Christo. Por. in. §. extraneis, institut. de hered. qua lita. ⁊ differen. ⁊ do. Jason May. in. d. authen. sacramēta puberum, versic. vnde dico aduertēdum esse ꝙ magna differentia est, ⁊c. Preterea etiam supposito citra preiudiciuz veritatis, ꝙ nos essemus in casu, prout non sumus in, quo potuisset peti vel absolutio a iuramento, vel dispensatio illius: illa tamen non erat facienda nisi parte vocata, prout dici solet in minore volente venire contra contractum per se cum iuramento celebratum: qui non potest obtinere absolutionem aut dispensationem iuramēti huiusmodi, nisi parte vocata, per ea que not. Joan. de Imo. in repet. c. cum contingat, in tertio membro, ⁊ in. c. quintaualis, de iureiuran. quia alias dispositio dicte auth. sacramenta puberum esset imposita verbis, ⁊ non rebus, contra. d. l. ij. C. cōmunia de lega. ⁊ hoc voluit Joan. de Imol. in. d. l. cuz vir. ff. de vsucap. Roma. in. d. l. qui superstitis. ff. de acquiren. hered. Joan. de Imol. ⁊ Gemi. in. d. c. quis. Pro qua parte consuluit Pet. de Anch. consi. cccxij. exordien. Post ꝙ ista domina, ⁊c. multas remissiōes allegat Alex. de Imol. consil. ccxxiiij. exordien. Uisa facti narratione, ⁊c. versi. ⁊ ꝙ minor qui iurauit, ⁊c. in secundo volu. Et adijcit ꝙ nō solum non est concedenda absolutio seu dispensatio prestiti iuramenti: sed nec etiam habilitatio parte aduersa nō vocata, prout concludit Anto. de Butr. ⁊ Joan. de Imo. loquentes in minore. c. debitores, de iureiuran. ⁊ Feder. de Se. consil. ccc. incipiente, Factum proponitur, ⁊c. multos refert Alex. de Imol. in. d. consil. ccxxiij. Quod si procedat in minore, multofortius vel saltem non minus procedere debet in muliere, presertim maiore, ⁊c. cum vtrobiqꝫ videatur eadem ratio. l. illud, cū suis simil. ff. ad leg. Aqui. ¶ Preterea nec eidē Gaillardeto suffragatur extractus trium

trium pretensarum schedularum quietantie (vt pretenditur) subscriptarum per dictum Joannem le Forestier. Pro eo quia dictus pretensus contractus non fuit factus authoritate huius euidentissime curie. Tum et quia factus est non vocato reuerendiss. do. Ebredunensi archiepiscopo, seu dictis nobilibus Joãne et Girardo. Et ita non probat, etiam si esset contractus publici instrumenti. quia testes et instrumenta pari passu ambulant. l. in exercendis. C. de fi. instru. c. cum Joannes Eremita, eod. tit. et c. peruenit, de testi. cogen. et presertim vbi viget ratio. vniformis. l. illud. ff. ad legem Aquil. et c. inter corporalia, de translat. episcop. Receptio autem vel publicatio testiũ facta parte non vocata non valet. c. ij. de testi. et l. publicati. C. de testa. Et hinc est, ꝙ productio instrumẽti facta in iudicio non prodest, nisi pars vocetur ad dicendum contra. potest enim instrumentum esse falsum, vel abrasum. c. inter dilectos, de fide instrumentor. et c. tertio loco, de probatio. Preterea sicut in publicatione actorum seu depositionum testium, omnes sunt vocãdi quorum interest, vt legitur et notatur in. c. nouit, et c. Albericus, de testib. ita et in publicatione, siue exemplatione instrumẽtorum, etiam vetustate consumptorum. c. fin. et quod ibi per docto. de fi. instru. alias enim reputantur exemplaria, et non publica, nec authentica: quibus nulla fides est in iudicio adhibenda. c. j. de fid. instru. et auth. si quis in aliquo. C. de eden. Cum igitur dictus extractus fuerit factus parte non vocata, illi non est fides adhibenda. quod etiam voluerũt domini de Rota, decis. ccccxc. exordiente, Rota instrumenta extracta in partibus, etc. in antiquis, et plenius decis. x. exordiente, Item fuit dubitatum vtrum instrumenta exemplata, etc. et post Jaco. de Are. Bald. in. d. authen. si quis in aliquo, versi. vltimo in ista materia. Pro quo allegat. l. nã ita diuus. ff. de adopt. l. de vnoquoq. ff. de re iudic. l. in cõcedendo. ff. de aqua pluuia arcend. et l. chirographis. ff. de administrat. tuto. Tum etiam non est eidẽ fides adhibẽda, quia huiusmodi pretensus extractus, nõ est extractus publici instrumenti, aut alterius scripture alias authẽtice: sed priuate, et vt pretenditur dicti nobilis le Forestier. nõ ergo facit fidem, argu. l. in testamento, la. j. ff. de condi. et demonst. per quam voluit Bald. in. d. auth. si quis in aliquo, ꝙ id quod potest obijci exemplari, potest etiam obijci exemplato. Et ideo si exemplar non probat, nec exẽplum, licet authoritate iudicis solenniter sumptum extiterit. iuxta notata in. d. auth. si quis in aliquo. Et huius dicti ratio est, quia causa secunda tãtum exerat, quãtum sibi a prima imprimitur. l. peto. §. predium. ff. de lega. ij. quod etiam notat do. Barth. Sozi. in. d. l. in testamẽto. Certuz est autem quod dicte pretense schedule subscripte (vt pretenditur) per dictũ le Forestier, etiã si essent in hac causa producte, nõ facerent fidez contra dictos nobiles Joãnem et Girardum. l. scripturas. §. sinautez ius pignoris, et auth. si quis, et quod vtrobiq per docto. C. qui potio. in pigno. habean. c. ij. et quod ibi per doctores, de fid. instru. et quod notat Joan. And. in. c. inter dilectos, super verbo facilius, de fid. instru. in nouel. quod maxime procedit etiam pro eo, quia in eis nullus scribitur locus confectionis earum: qui tamen erat scribendus, quatenus ille concernunt ius tertij, vt videtur voluisse Joannes Andr. in dicto cap. inter dilectos, super verbo facilius. et Philip. de Fran. in. c. abbate. §. fin. versi. in eadem glos. in fin. de re iudica. in. vj. Et respondet Joan. Andr. et post eum Philip. de Fran. in dicto. §. fin. ad. l. cum tabernam. §. idem quesijt. ff. de pignoribus. ꝙ ille. §. procedit quoad preiudicium scribentis: secus quoad preiudicium tertij. ¶ Insuper sunt multa, que detrahũt fidei dictarum pretensarum schedularum: et maxime prime. In ea enim pretenditur, ꝙ ex accordio seu transactione per et inter dictuz le Forestier, tam suo ꝙ dicte nobilis Margarete nominibus ex vna parte, et magnificum dominum vicecomitem Gaudiose ex alia, facta anno Domini M. cccclxxiij. et die decima mensis Maij, de et super omnibus iuribus tunc pertinentibus, aut que pertinere poterant ex tunc in antea eidẽ Margarete ad causam successionis antea vita functi nobilis Guioti de Gaudiosa domi. Rupisfortis dictarũ nobiliũ vicecomitis et Margarete quõdam fratris, necnõ etiam habillamentorũ nuptialiũ per ipsam Margaretaz nondum habitorum, insuper et partis quam habebat in Baronia Montispelati antea per dictum do. vicecomitez vendita domino de la Fayette: idem le Forestier habuit et recepit anno et die predictis summam mille quingentorum scutorum, et pro qua seu illa mediante dicit se predictis nominibus cessisse et remisisse prefato do. vicecomiti omnia dicta iura. Et tamẽ in quodã pretenso publico instrumẽto sumpto et recepto anno et die predictis, et parte dicti Gaillardeti, prout dicitur in extracta prime productiõis, in hac causa producto, pretenditur cõtineri transactio passata inter dictam nobilem Margaretã ex vna parte, et dominum Tanguinum vicecomitem Gaudiose ex altera, super questione, siue lite inter partes predictas tunc pendente in dicta eminentissima curia: per quam pretenditur conuentum ꝙ pro omnibus iuribus eidem Margarete cõpetentibus, et que cõpetere poterant tam in bonis paternis et maternis, ꝙ fraternis, idem do. vicecomes promisit dare et soluere summam duorum mille et quadringentorum scutorum auri, summã scilicet sexcentorum scutorum ab instanti tunc festo Pentecostes in vnum annum, et deinde anno reuoluto summam trecentorum. Et sic de anno in annũ vsq ad integraz solutionem. In extractu vero secunde productionis dicitur dictum assertum instrumentum continere transactionẽ passatã anno et die predictis inter dictos nobiles le Forestier et Margaretam ex vna parte, et do. Tanguinum vicecomitem ex alia, super lite inter ipsas partes tunc pendente super rescissiõne conuẽtionum matrimonialiũ: et ꝙ pro omni iure quod eidem Margarete cõpetere posset super bonis paternis, maternis, sororinis, vel alias quouis modo, dictus do. Vicecomes cõuenit et promisit dare et soluere predictis coniugibus summam duorum mille et quadringentorum scutorum auri: summam scilicet sexcentorum a festo Pentecostes tunc instanti in vnum annum, et residuũ prout supra in alio extractu. Inter istas enim scripturas ab eadem parte productas, et vt pretenditur eisdem anno et die cõfectas, reperitur multiplex diuersitas. In dicta enim prima schedula pretẽditur dictus le Forestier recepisse ex causa accordij summam mille et quingẽtorum scutorum. Cõfitetur insuper se antea habuisse summam mille scutorũ pro prima solutione dotis. In dictis vero extractibus nihil dicitur de solutione dictorum mille et quingentorum scutorũ: sed duntaxat de solutione aliorum mille, de quibus in primo contractu dicitur, ꝙ illorum solutio teneat et locum habeat pro prima solutiõe dotis. Nec satis aperte dicitur an illorum solutio cedere debeat in diminutionez dicte summe duorum millium et quingẽtorum scutorum. In secundo vero extractu dicitur, eundem le Forestier fuisse confessum se habuisse dictam summam mille scutorum in deductionem dicte summe duorum millium et quingẽtorum. Preterea in dicta prima schedula dicitur, transactionem fuisse factam anno et die predictis super bonis et iuribus inibi mẽtionatis, pro summa mille et quingentorum scutorum. In dictis vero extractibus dicti asserti instrumenti dicitur trãsactionem fuisse factã de bonis et iuribus paternis maternis, etc. et pro summa duorum mille et quadringẽtorum scutoruz soluendorum prout supra. Quo fit vt cũ bona, de quibus in dicta prima quietãtia, comprehẽdantur in illis pretensis bonis, de quibus in dictis extractibus: nõ sit verisimile ꝙ eisdem anno, mense et die fuerint facte due transactiones, vna scilicet, de bonis mẽtionatis in dicta quietãtia, et pro summa dictorum mille et quingentorum scutorum, et alia de bonis huiusmodi, et alijs mẽtionatis in dictis extractibus, et pro summa duorum mille et quadringẽtorum scutorum. Et ita nõ solum videtur nõ esse credendum dicte asserte quietantie, causis superius mentionatis: sed nec pretẽso publico instrumẽto mentionato in dictis contractibus, propter repugnãtiam, ex non verisimilitudine insurgẽtem: que sufficit ad hoc vt scripturis huiusmodi nulla fides adhibeatur. l. scripture, et quod ibi glos. et doct. C. de fid. instru. et Azo in Summa. C. eod. tit. in repetit. dicte. l. quatenus loquuntur de duobus instrumẽtis eodem die cõfectis, et ab eadẽ parte productis in causa: quorum vnum cõtinet emptionez per me solum factã, et aliud emptionem factam per me et vxorẽ de eodem fundo. Ubi dicitur, ꝙ ꝙuis emptiones huiusmodi fieri potuerint: quia tamen nõ est verisimile illas esse factas, nõ creditur predictis instrumẽtis. Et non immerito: quia illud quod nõ est verisimile, est quedam falsitatis imago, vt not. Bald. in. l. j. C. de seruis fugi. vbi allegat Auerroem. Et idem voluit Bald. C. de probat. in rub. et in tract. schisma. et And. Barb. cõsil. vj. in. j. parte. et Alex. de Imo. consil. xxvij. exordien. In causa et lite domine Bartholomee, etc. in secũdo volu. Et ita fit vt propter nõ verisimilitudinem nõ credatur ambobus instrumentis, et consequenter nec alteri: pro eo quia nescimus cui, pro eo quia vicissim sibi fidem derogant. Et ꝙuis glos. in. d. l. scripture, senserit

ꝙ illa. l. locum sibi nõ vendicet quando vna die scripture, vna scilicet publica, ⁊ alia priuata, producuntur ab eadem parte: quanq̃ tunc stari debeat publice. l. optimam. C. de cõtrahen. ⁊ committen. stipu. tamen Nicola. de Matha. relatus per Bald. Jaco. de Are. relatus per Cyn. in addit. in d. l. scripture, ac ipse Cyn. Albe. ⁊ alij docto. cõmuniter reprehendunt illam glos. dicentes illam. l. scripture, habere locum etiam si scripturarum huiusmodi ab eadẽ parte productarum vna sit publica, alia priuata: quia ad infringendum ita statur priuate, sicut publice, auth. ad hec. C. de fid. instru. l. de etate. §. j. ff. de interroga. actio. Et (vt dicit Cyn.) creditur priuate contra proferẽtem. Et quia etiam alias non esset differẽtia inter instrumẽta ⁊ testes, si crederetur dignioribus scripturis: quam tamen glos. facere voluit in dicta. l. scripture. Ex quibus sequitur, ꝙ licet opinio Jaco. de Are. Cyn. Bald. ⁊ Sali. impugnantiũ glos. in. l. cum proponatis. C. de codi. ⁊ volentiũ, ꝙ si reperiãtur duo codicilli eiusdem testatoris eodem die cõfecti, in quorum vno reperitur fundum legatum esse Titio, in alio vero fundũ huiusmodi esse ademptũ, codicillus ademptionis presumatur posterior, ⁊ sic valeat: esset vera. Cuius cõtrarium tenuit glos. ⁊ post eam Bart. ⁊ Ange. in d. l. cum proponatis, dicẽtes ꝙ ratione incertitudinis neuter valeat: opinio tamen Jaco. de Are. ⁊ seq. non obesset prefatis nobilibus Joãni ⁊ Girardo. Quia dicta pretensa prima quietantia, ⁊ instrumentum trãsactionis sibi inuicem fidem derogant, vt dictũ est, ratione repugnãtie insurgentis ex nõ verisimilitudine. Quod nõ est in casu in quo loquuntur gloss. ⁊ docto. in dicta. l. cum proponatis. Quia nemo dicit non esse verisimile eundem testatorem eodem die legasse vni fundum, ⁊ illum eidem adempsisse. Et hoc sepissime videmus. Est enim vltima voluntas, postquam morientes aliud velle non possunt, ambulatoria vsq; ad mortem. l. j. C. de sacrosanct. eccles. ⁊ l. iiij. versicu. ambulatoria. ff. de adimen. legat. Et ideo nihil non verisimile legitur, cum legitur aliquid eodẽ die vni legatum, ⁊ eidem illo die ademptũ. Et sic non obstat dictum Jaco. de Are. ⁊ sequa. Et eodem modo respõdetur ad id quod not. Bal. in prima cõstitutione. C. §. quibus, vbi voluit, ꝙ si reperiantur promissio ⁊ reputatio fuisse facte eodẽ die: presumitur promissio precessisse: quasi habeant promissio ⁊ reputatio quendam naturalẽ ordinem, secũdum quem habitus precedit priuationem. Quoniam respondeo, ꝙ in casu, de quo queritur impugnantur (vt sepe dictum est) predicte scripture, non simpliciter ratione incertitudinis quoad prius ⁊ posterius in tẽpore: sed ratione repugnãtie insurgẽtis, ⁊c. Et ita est iste casus diuersus ab eo in quo loquitur Bald. et sic ex eo non infertur. l. inter stipulantem. §. sacram, ver. sed hec dissimilia. ff. de verb. obligat. ⁊ allegata. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. ¶ Preterea, cum pretẽso tempore cõfectionis dictarum pretensarum quietantiarum, et instrumenti trãsactionis, anno scilicet Domini M. cccc. lxxiij. ⁊ die. x. mensis Maij, dictus nobilis le Forestier haberet multos creditores, signanter dominum de Monsoreau, insuper ⁊ quia etiam eo tẽpore iam senserat causam cõtra se mouẽdam per dominã Toninam de Villequier, super dictis baronijs Vallisuiridis, ⁊ Margaritarũ, ad causam sui doarij, ⁊ que contra eum mota est anno proxime dicto, ⁊ die xij. mẽsis Octobr. fuerũt ipse pretense quietãtie ⁊ trãsactio, si ⁊ quatenus de illis legitime appareat, facte in fraudem dictorũ creditorũ: ⁊ non solum in fraudẽ facte extiterũt: sed etiam fuerũt ficte ⁊ simulate. Et ita nõ solum nõ nocuerunt precedentibus creditoribus: sed nec etiam tunc futuris, ⁊ postea factis. Quia simulatio nullis creditoribus signanter ex causa onerosa, nocet, vt voluit Bald. C. de reuocan. ijs que in fraud. alie. sunt, super rub. circa medium. Pro quo allegat notata per glos. in. l. ij. C. de repud. hered. ⁊ idem voluit Ang. Aret. in. §. fuerat, ante medium, versic. venio ad secundum, an dicta cõfessio de dote recepta de bonis que non appareat, ⁊c. ibi, aduertas tamẽ ꝙ Bal. ⁊c. Instit. de actio. ⁊ Institu. de exceptio. in princip. nigri, versi. ⁊ predicta procedunt, ⁊c. ¶ Et eodem modo respõdetur ad quoddã aliud pretensum instrumentum, per quod pretẽditur apparere, ꝙ anno Domini M. cccclxxv. ⁊ die. v. mensis Junij, ⁊ sic post causam motã per dictam do. Toninam, dictus nobilis le Forestier confessus extiterit se recepisse a dicta nobili Margareta eius vxore summam quingentorũ ⁊ vigintiquinq; scutorum auri, ratione ⁊ ex causa iuriũ ⁊ actionũ eidem Margarete pertinẽtium in tota terra ⁊ segneuria de interaquis ⁊ montanis de Aluernia. Fuit enim factum, ⁊ factum presumitur in fraudem dictorũ creditorum: ⁊ maxime parte do. Tonine. Que presumptio adaugetur ⁊ fortificatur ex eo, ꝙ dixerit idẽ le Forestier se velle summã predictam esse saluam eidẽ Margarete in ⁊ super castro Vallisuiridis ⁊ pertinẽtijs eiusdem, super quo ad causam doarij iam precesserat sententia lata per magnificũ pro tempore do. Senescallũ Belliquadri ⁊ Nemausi, seu eius locumtenẽtem iudicem ⁊ cõmissarium. Et non solum fuit dicta pretensa recognitio facta in fraudem: sed etiã fuit ficta ⁊ simulata. Quia re vera idem le Forestier se recepisse summã predictã finxit, ⁊ simulauit ad eos fines, vt sub vmbella pretense recognitionis prefata Margareta possit se opponere cõtra dictã do. Toninam, ⁊ tueri nõ se ipsam, aut pretensa eius iura: sed ipsum le Forestier simulantẽ, ⁊ re vera aut cum iuris effectu nihil agere intẽdentem. Quia (vt dicit Bar. in. d. cons. Petrus Nicole, ⁊ doct. post eum in. l. iij. C. plus valere quod agitur, ⁊ Ange. Aret. Instit. de exceptio. in prin. nigri, versi. postq̃ vidimus aliqua, ⁊c. simulatio fit tribus modis. Et alijs omissis, vno modo fit, qãdo apparenter fit contractus: ex mente vero agitur inter partes, ꝙ nihil fiat. Et iste dicitur contractus imaginarius: de quo loquitur. l. nuda. ff. de contrahen. emptio. ⁊ vend. l. imaginaria. ff. de regul. iur. l. simulata. ff. de ritu nupt. ⁊ l. si emptor. ff. de aqua pluuia arcen. ⁊ hec dicitur simulatio nihil agentium, quam fecit ⁊ fecisse censetur dictus le Forestier. Dicta igitur pretensa recognitio nõ solum nõ nocuit prefate domi. Tonine, ⁊ alijs tũc precedentibus creditoribus, in quorum fraudem, ⁊c. sed etiam ex tunc futuris ⁊ postea factis. ¶ Preterea non apparet non solum de iuribus ⁊ actionibus, quas habuisse pretendit prefata Margareta in terra, ⁊ segnoria de inter aquis ⁊ montanis de Aluernia: sed nec apparet de illa pretensa venditione, quam de eisdem inibi fecisse pretenditur idem le Forestier do. Roberto de Balsaco. Pariformiter respondetur, ꝙ instrumentum signatum per G. parte dicti Gaillardeti etiam productũ, ⁊ per quod apparere pretẽditur ꝙ pridem, scilicet anno Domini M. cccclxxvij. ⁊ die. ij. mẽsis Januarij, dictus le Forestier cõfessus fuit habuisse ⁊ recepisse a dicta Margareta summas ⁊ pecuniarũ quantitates inibi mentionatas, prefatis nobilibus Joanni ⁊ Girardo non obstitit, neq; obstat: pro eo quia recognitio seu cõfessio huiusmodi fuit facta, ⁊ facta cẽseri debet in fraudẽ dictorũ creditorũ, ⁊ signãter dicte do. Tonine: ⁊ nõ solũ in fraudẽ creditorum huiusmodi: sed etiam ficte ⁊ simulate. Huiusmodi autẽ fraudis ⁊ simulationis presumptio adaugetur seu iuuatur ex eo quia, licet idem le Forestier tenore dicte asserte prime quietãtie pretendatur fuisse confessus se habuisse summam mille scutorũ, depositorum per do. Vicecomitem Gaudiose, penes dictã eminẽtissimam curiam: quia tamen illa pretensa quietãtia, vtpote litera priuata, nõ fuit visa sufficiens ad effectũ simulationis cõsummandum: postea actum est, vt fieret alia recognitio etiam ficta ⁊ simulata: de qua tamen appareret per dictum pretensum proxime mentionatũ instrumẽtum. Quo vero ad summã quingentorum ⁊ vigintiquinq; scutorũ, quã recognouisse pretẽditur idẽ le Forestier, respõdetur prout fuit responsum supra proxime de precedẽti instrumẽto: in quo est sermo de eadem summa. Quo vero ad summã mille librarũ, quam pretẽditur idẽ le Forestier recognouisse habuisse ab eadem Margareta vxore, pro iurisdictione ⁊ dominatione, quas habebat in iurisdictione ⁊ dominatiõe baronie Mõtisgelati: respõdetur ꝙ illa fuit facta in fraudẽ precedentiũ creditorũ, ac etiam ficta ⁊ simulata: ꝙ etiam colligitur ex eo, quia in dicta prima quietantia prefatus le Forestier pretẽditur fuisse cõfessus se habuisse ⁊ recepisse mille ⁊ quingẽta scuta pro iuribus ⁊ actionibus cõpetentibus predicte Margarete in successiõe dicti nobilis Guioti de Gaudiosa, do. cũ viueret Rupisfortis, ⁊ in baronia ⁊ segnoria Mõtisgelati. Sz quia forte videbatur dicta pretensa quietãtia non sufficere ad effectũ simulationis, actũ est vt de recognitione fieret dictũ pretensum instrumentũ. Et idem dicitur de summa centum ⁊ quinquaginta librarum, quam se habuisse pretenditur fuisse cõfessus idem le Forestier pro iuribus vẽditis do. de la Fayette: cum etiã nec de iuribus illis, nec de vẽditione appareat: ⁊ quia etiã de his facta est mentio in dicta asserta prima quietantia. Pro premissis facit, ꝙ confessio facta cõstante matrimonio, ⁊ in qua maritus iurat se aliquid habuisse ab vxore, est suspecta, vt voluit Cyn. in. l. j. ad fin. C. de sacrosant. eccles.

Joan

Ioan. And. in addit. Specu. tit. de dona. inter vir. ⁊ vxo.
⁊ Bart in. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legatis. iij.
Preterea vbi videretur posse pretēdi seu dici, prout tamē
non videtur non esse presumendum. ꝙ dicte pretēse quie-
tantie ⁊ recognitiones seu confessiones, in dictis pretēsis
instrumētis mentionate, fuerint nō solum facte in fraudē
precedētium creditorū: sed etiam ficte ⁊ simulate: tamen quia
nō vere apparet de reali numeratione summarū recogni-
tarum, insuper nec de iuribus, quinimo nec de iuribus siue
veris, siue fictis vēditionibus, pro quibus idem nobilis le
Forestier pretēditur fuisse confessus se summas predictas
recepisse: ⁊ sic posse cēseri pretenderetur ipsum nobilem le
Forestier vel donare voluisse, vel donasse dictas pretēsas
summas prefate Margarete, huiusmodi donatio eisdem
nobilibus Ioāni ⁊ Girardo nō obesset: pro eo quia dona-
tio inter viuos prohibita est inter virū ⁊ cōiugem. l. j. ⁊. ij.
cum suis simil. ff. de donat. inter vir. ⁊ vxor. Et est adeo
prohibita, vt etiā iuramento nō firmetur: pro eo quia cōtra
bonos mores. d. l. j. ⁊. ij. iuncto. c. non est obligatorium, de
regul. iur. in. vj. Et ita arguendo dicunt Bart. ⁊ Bal. in. d.
l. j. vbi hoc firmauit Salicet. Et pro hac parte consuluit
Franc. de Curt. consil. lxvj. exord. Sapiēter optimus pre-
dixit Psalmista, ⁊c. vbi plurima inducit. Et quamuis sint
multi, qui tenent partem contrariā: tamen quia donationi
inter viuos facte inter coniuges lex nō assistit, sed potius
resistit, vt voluit Ioan. And. in addi. Specu. tit. de dona.
§. j. versicu. hoc scias ꝙ donatio, ⁊c. ⁊ Oldra. consil. ccxlv.
exordien. Quidam A. paterfamil. habebat filiā, ⁊c. versic.
secunda ratio cōfirmationem impediēs, ⁊c. illa faciliter re-
uocatur, ⁊ longe facilius, ꝙ legatum, vt apparet ex ijs que
ponūt Ioan. Andr. ⁊ Oldr. in locis superius allega. et ex
ijs que habētur in. §. si rem, versi. idem rescripserūt, Instit.
de lega. in. l. si maritus, la. ij. ⁊. l. a marito, cū ibi notatis. C.
de donat. inter vir. ⁊ vxor. ⁊. l. cum hic status. §. si maritus.
ff. eod. tit. Cum itaque (vt supradictum est) venditioni facte
dicto do. de Culant de dictis baronijs per dictū le Fore-
stier expressum cōsensum prebuerit, ac etiam renūtiauerit,
hypothecis ⁊ iuribus prefata Margareta etiā cum iura-
mento: nihil superest, propter quod ad causam dictarum
pretensarum recognitionū seu confessionum hactenus po-
tuerit ipsa nobilis Margareta, vel hodie possit prefatus
Gaillardetus pretendere se habere iura vel hypothecas
in dictis baronijs. ¶ Non est pretermittendum, ꝙ nō so-
lum nō apparet dictum nobilem le Forestier habuisse a di
cto do. Tanguido pro tēpore Vicecomite Gaudiose, seu
a magnifico do. Ludouico eius successore summā duorum
mille ⁊ quadringētorum scutorum, in transactione de qua
32 supra latius mentionatorū: sed etiā apparet per † publicū
instrumentū receptum anno Domini M. cccc xc vj. ⁊ die
xxj. mensis Augusti, ꝙ prefati nobiles Gaillardetus ⁊
Margareta habuerunt ⁊ receperunt a dicto do. Ludoui-
co, ⁊ in solutum dictorum duorū mille ⁊ quadringentorū
scutorum, vel saltem mille octingentarū ⁊ sexagintadua-
rum librarum decem solidorum, ⁊ quadringentorū scuto-
rum baroniam loci sancti Genesij de Mediogoto, cū toto
suo districtu ⁊ tenemēto atque pertinentijs, cum pacto ta-
men de retrouendēdo infra sex annos: ⁊ quā summā pre-
fati Gaillardetus ⁊ Margareta postea, scilicet anno incar
nationis dominice M. cccc xc viij. receperunt, ⁊ se recepisse
confessi fuerunt a dicto do. Ludouico, ⁊ per manus nobi-
lis Antonij Boni, ⁊ hoc in mille octingentis ⁊ sexaginta
duabus libris, ⁊ decem solidis turonens. ab vna parte, et
in septingētis libris turonens. ab alia. Prout constat pu-
blico instrumēto anno ⁊ die proxime dictis sumpto ⁊ re-
cepto per magnifi. Ioannē Maximij, parte dictorū nobi-
lium Ioannis ⁊ Girardi in hac causa producto. ¶ Pre-
terea etiam apparet per aliud publicū instrumentum per
magnific. Ioannē Pinchardi notariū regium loci Val-
lisuiridis parte dictorum de Anceduna productum, anno
Domini M. cccc xc viij. ⁊ die. viij. mensis Nouembris, do-
minus Carolus Vicecomes Gaudiose vendidit, quieta-
uit ⁊ remisit prefatis nobilibus de Calmo ⁊ Margarete
tunc presentibus plateas ⁊ segnorias de Goropiere ⁊ san
cti Saluatoris, cum iurisdictione alta ⁊ bassa, ⁊ alijs iuri-
bus, pro summa mille scutorum auri, eisdem coniugibus
tunc debita de ⁊ pro dote eidem Margarete, ⁊ quā sum-
mam se habuisse fuerūt tunc cōfessi ipsi coniuges, ⁊ de ea
quietauerunt prefatum do. Vicecomitē. Nō igitur preten
di aut dici potest, ꝙ hec summa fuerit habita vel recepta per
dictum quondam le Forestier: prout visi sunt pretendere
dicti nobiles de Calmo ⁊ Margareta, ⁊ modo pretendit
idem de Calmo. ¶ Insuper etiā nec suffragatur dicto de
Calmo, nec prefatis nobilibus de Anceduna in aliquo
refragatur declaratio seu reuelatio, quam dicitur fecisse
anno Domini millesimo quingentesimo, ⁊ de mēse Mar
tij, dominus Hylarius Bracheti aduocatus Nemausi:
⁊ in qua reuelatiōe dicitur se nō interfuisse ratificationi,
quam fecisse legitur prefata Margareta, ei scilicet, quam
fecit post mortem dicti quondā le Forestier tēpore eius vi
duitatis, scilicet anno incarnationis dominice millesimo
cccc xc iij. ⁊ die. xj. mensis Martij, prout cōstat instrumēto
sumpto anno ⁊ die predictis per magistrū Ioānē Achar-
di publicum notariū: pro eo quia cū in instrumēto huius-
modi legantur descripti duo testes vltra ⁊ preter dictum
do. Bracheti, scilicet nobiles Berengarius Raymondi
⁊ Ganselmus de Castroueteri dicti loci Vallisuiridis, et
sic non fuerit nec sit idem Bracheti de necessarijs, cū duo
sufficerēt. l. vbi numerus. ff. de testib. nō potuit aut potest
instrumentū predicte ratificationis impugnari per depo-
sitionē seu contradictionē dicti do. Bracheti, per id quod
notat Bart. in. l. j. §. si quis neget, versic. quero vtrū sit ve-
rum, ⁊c. ⁊ versi. quero quid si vnus ex testib. ff. quemadmo.
testa. aper. Calde. Anto. de Butr. ⁊ Panor. in. c. cū Ioan
nes eremita, de fid. instrumen. vbi etiam do. Felin. versicu.
amplia tertio, ⁊c. ibi, hanc ampliationem intellige, ⁊c. de
fid. instru. Est enim idem Bracheti vnicus ⁊ singularis: ⁊
sic vox eius, vox nullius. l. iurisiurādi. C. de testib. non igi-
tur probat aduersus predictum instrumentū secundū opi-
nionem ab omnibus approbatā. Quinimo dicunt in. d. c.
cum Ioānes, ꝙ etiā si omnes testes descripti in instrumen
to dicant se nusquam interfuisse, ꝙ non propterea proba-
tur instrumentū: quia quilibet illorū est singularis in di-
cto suo. Nō ergo facit fidem. d. l. iurisiurādi, ⁊. c. cum dilecti,
de electione. Et quamuis ista opinio cōmuniter reprobetur:
tamē nemini dubiū ꝙ nō reprobetur per vnū etiam ex de-
scriptis in instrumēto: si tamen nō sit de necessarijs, sed sit
supernumerarius: nisi per illos testes probaretur fuisse
alibi: ⁊ sic nō in loco, in quo fuisse pretenditur iuxta teno-
rem instrumēti in quo descriptus est. ¶ Quo vero ad aliū
pretensum instrumentū, per quod apparere pretenditur de
testamēto dicti quōdam le Forestier, ⁊ in quo dicitur vni-
uersalem heredem instituisse prefatam Margaretam: dico
⁊ respōdeo ꝙ testamentū huiusmodi, si de illo appareat,
non potuit obstare nec obstat nobilibus de Anceduna.
Quia cum nec tempore testamenti, nec postea predicte ba-
ronie Vallisuiridis ⁊ Margaritarum essent aut fuerint
eiusdem le Forestier, sed essent dictorū nobiliū de Ance-
duna: non potuit ipse de eis testari. l. cōficiuntur. §. si post.
ff. de iur. codicil. ⁊ quod not. Cy. in auth. ingressi, in secun-
do notabili. C. de sacros. eccle. nec disponere in preiudicium
dictorum de Anceduna. l. quamuis. C. de transact. l. perfecta.
C. de donat. que sub modo. l. imperator. ff. de inoffi. testa. ⁊
⁊ quod voluit Ioan. And. in addi. Specu. tit. de re. eccle.
non alic. super rubr. Et quia in iure alteri quesito nō licet
alij in alterius preiudicium mutare voluntatem. l. ⁊ licet,
⁊. l. stipulatio de dote. ff. de iur. dot. l. cum dos. ff. de pactis
dotal. l. ij. solut. matri. l. vlti. ff. de pact. l. si post mortem. §.
penult. ff. de bonor. posses. contra tabul. ⁊. l. nemo, cū simil.
ff. de regu. iur. Et non solum non profuit dictū pretensum
testamentū ipsi nobili Margarete: sed etiam sibi nocuit, si
⁊ quatenus per illud appareat dictum le Forestier eandem
Margaretā instituisse in dictis baronijs Vallisuiridis et
Margaritarum. Quia ex hoc videtur reuocasse illam pre-
tensam donationē, quam antea fecisse pretenditur predi-
ctus le Forestier, dicta. l. si maritus, la. ij. C. de donat. inter
vir. ⁊ vxor. ⁊. l. cum hic status. §. si maritus. ff. eod. titu. que
iura procedūt non solum eo casu, quo post factā donatio-
nem per maritum vxori cōfertur res alteri: sed etiā si vxo-
ri, ⁊ in vim alterius tituli. l. fin. in fin. primi responsi. ff. de
iur. fisc. l. item quod dictum. §. j. ff. de in diem adiectio. l. si
quis autem. ff. de acquir. posses. ⁊. l. in plurium, ⁊ quod ibi
Ioan. de Imol. ff. de acquir. hered. Et eodē modo respon-
detur ad quandā seu quasdam pretensas donationes ⁊ te-
stamentū, quas ⁊ quod fecisse pretenditur prefata Marga
reta in fauorem dicti nobilis Gaillardeti, quatenus ta-
men ille cōcernunt predictas baronias: quia ante eas fuis-
sent, ⁊ tēpore illarum essent, ac etiam postea fuerūt ⁊ sunt
predicte baronie dictorum nobiliū de Anceduna: ⁊ eis in
illis ius quesitum nō potuit in eorū preiudicium dicta no
bilis argareta illas donare eidem Gaillardeto, seu etiā

in testando de eis disponere, vtpote de rebus ad eam non spectantibus. Eadem etiam ratione respōdetur ad instrumentum cuiusdam alterius pretense donationis facte, vt dicitur, per dictam nobilem Margaretam do. de Caluissone, & hoc anno Domini millesimo. cccc.xciij. & die. vij. mensis Augusti. Quia cum barone predicte tunc essent & postea fuerint dictorum de Ancedunar: non potuit eadem Margareta in eorum preiudicium de eis disponere. Que omnia dixerim sub correctione nobilis & spectabilis viri domini doctoris & aduocati dictorum nobilium Joānis & Girardi dictaturi Contradicta & articulos saluatorios parte dictorum nobilium producendos: a quorum confectione, tum ratione imperfectionis doctrine, tum ratione ignorantie styli, tum & quia nō habeo plenam & opportunam informationem de processu, & processibus partium predictarum, supersedeo & supersedi.

¶ Rubric. Ut lite penden. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ij.

¶ Litem pendere coram superiore inferior iudex sciens, etiam non inhibitus nihil debet in illa attingere. V. F.

1 ☞ Citatio litispendētiam facit. Et an perinde obstet inferiori iudici ac si sententia esset promulgata.



ORdinatio, Quā vos, venerabilis & egregie vir domine vicesenescalle Mōtilijademarij promulgastis, presenti anno Domini millesimo. cccc.xcj. & die Jouis. xij. huius mensis Octobris, in fauorē. d. Alensonis, & odiuz nobilis & generosi viri Petri de Vaeser do. Becone, fuit (vestris honore & reuerentia saluis) indebita, inciuilis, & iniusta: & alias talis, que nullum debuit, aut debet sortiri effectum. Quia cum magnificū Delphinale parlamentū, cui tāq superiori subijcimini, manū apposuerit in hac eadem causa, & inter easdem partes, appositio quoqz manus huiusmodi ad vestrā notitiā peruenerit per exhibitionez literarum ab eodem magnifico parlamento emanatarum: nō potuistis nec debuistis, nec etiam potestis aut debetis vos de causa huiusmodi intromittere, etiam vbi idem do. Becone nō opposuisset de huiusmodi manus appositione: & multominus hoc facere potuistis & potestis, cum ipse de ea opposuerit. Pro quo, quia perito viro loquor, allegasse sufficiat quod notat Innoc. in. c. cum M. prope fin. & quod ibi Anto. de Butr. versi. Innoc. pro declaratione huius materie, &c. de constit. & Joan. de sancto Geor. in. c. vt nostrum, de appel. facit quod notat Anto. de Butr. in c. ceterum, de rescript. Quibus nō obstat fundamentū per vos assumptū, scilicet, q prefatum Delphinale parlamentum non auocauerit hanc causam, nec vobis inhibuerit, 1 aut inhiberi mandauerit, Quoniā respondeo q † cum super auocatione cause huius penderet lis corā ipso magnifico parlamento tēpore late per vos ordinationis, & ante eam per citationem legitimā, Clem. ij. vt lit. penden. perinde haberi debuit, ac si esset in ipsa causa & super auocatione huiusmodi ipso domi. Becone sententia promulgata: quia cuius iudicis obstat sentētia & eiusdē iudicis obstat litis seu processus pendentia. l. Julianus. ff. de cōdictione indeb. & l. diximus. ff. de excu. tut. & Ang. Aret. in. §. si minus, vers. primo casu quando in formula, &c. Instit. de act. Pro impugnatione dicte vestre ordinatiōis adduci posset quod habetur in. ij. addit. ad. c. xxviij. deci. Ro. versiculo, Tertia ratione. Possunt & alia adduci: sed quia premissa videntur sufficere non est vlterius insistendum. Petit igitur ex causis predictis, & alijs ex processu cause huius clare apparētibus, dictam vestrā ordinationē reuocari, & illā in melius retractari: alioqui protestatur de habēdo recursuz ad. d. magnificū Delphinale parlamētū in via incūbenti.

¶ Rubr. De acq. & retin. pos. ¶ Epitome. ¶ Consil. iij.

¶ Possessio vel quasi retinetur, quamuis super controuersia eius compromissum fuerit. V. F.

1 ☞ Possessio vel quasi centum annorum ab allegatione tituli releuat.
2 Possessionis probatio cū scietia aduersarij qd operetur.
3 Patientia in incorporalibus idem operatur quod traditio in corporalibus.
4 Periura vniuersitas esse non potest, nec iurantium successores.



VIso Casu mihi exhibito parte vniuersitatis Mōtissecuri, & instrumēto compromissi & arbitramētalis sentētie ibidem mentionate, dico & respondeo breuiter & succincte, q non obstāte illa pretensa arbitramentali sententia vniuersitas & homines prefati debent, & debebunt obtinere in causa, de qua ibi, contra eos mouēda: si tamen probent se fuisse in possessione seu quasi depascendi, &c. & ligna scindendi ab annis centū & citra, vel a tempore de cuius initio memoria non existat: quia possessio seu quasi tanti temporis habet vim tituli. c. j. de prescript. in. vj. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotid. & estiua. & c. super quibusdā. §. preterea, de verbo. signi fi. notant Bart. & doct. in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. docto. in. c. peruenit, de censi. & in. l. si certis annis. C. de pact. & vt dicit Joan. Andr. & alij in. d. 1 c. peruenit, & Barto. in. d. l. cum de in rem verso, † non est opus in possessione, seu quasi tanti temporis allegare aliquem titulum, seu causaz specialem huiusmodi iuris: sed sufficit dicere & allegare, q ex iusta causa, &c. Et ita etiam sentit glos. in. c. nullus, prima. q. j. & in. c. seruitiū. xviij. q. ij. ¶ Preterea cuz, vt ponitur in casu, aliqui ex incolis, siue heredibus dicti loci Montissecuri, dicant & affirment se alias, vel vidisse, vel audiuisse legi instrumētum amplioris, seu plenioris venditionis vsus nemoruz, q continea tur in dicta arbitramētali sentētia: secundū illorum bonā conscientiā ita sit, poterit in cursu cause allegari, & deduci venditio huiusmodi, ac etiam possessio seu quasi immittendi, tenendi, & depascendi, & lignerandi, &c. ac pro iustifi 2 catione possessionis huiusmodi seu quasi † produci testes nō dicti loci, sed alterius: qui si deposuerint de possessione quinquaginta. xl. aut. xxx. annoruz, & scientia aduersariorum: quinimo & si solū deposuerint de possessione. xx. annorū, & scientia aduersariorum, presumetur titulus allegatus, notat glos. in. d. l. cum de in rem verso: quam ibi sequitur Bart. vers. veniamus ad tertiū passum, &c. Idez notat ibi Bald. in lectu. ordin. glo. in. l. seruitutes, & quod ibi Bart. ff. de seruit. glos. & Barto. in. l. j. §. fin. ff. de aqua pluuia. arcen. Bart. in quadā sua disputatione exordiēte, Quedam mulier, &c. & in consil. quod incipit, Utrū iurisdictio, &c. Idem tenuit Joan. de Jmol. in. c. si diligēti, de prescript. & Dyn. in. d. l. j. §. denique. ff. de aqua pluuia. arc. Anto. de Butr. in. d. c. peruenit. Raynerius in. d. l. si certis annis: dicens q respōsio data ad. l. cum de in rem verso, per quosdā tenentes partē contrariā, nō est bona: quia 3 † in incorporalibus, puta in seruitutibus, idem operatur patientia quod operatur traditio & prestatio in rebus corporalibus. l. quoties. ff. de seruit. l. iij. §. dare. ff. de vsufruc. Hāc etiam opinionem sequitur Fulgo. & Flo. in. d. l. cum de in rem verso: quam etiā sentit Bald. in. l. j. q. vij. C. qui admit. ad bon. posses. & Joan. de Jmol. in. d. l. j. ff. de aqua pluui. arcen. & de hac opinione dicit Joan. de Jmol. in. l. qui in aliena. ff. de acqui. vel amit. hered. q illa seruaretur in practica, propter autoritatem Glossarum: a quibus, quinimo nec ab vna, cum habet secum opinionē alicuius famosi doctoris, nō est recedendū in iudicādo, vt no. Jac. Butr. in. l. j. C. qui pro sua iurisd. iudi. da. Et hanc opinionem etiā sequutus est Alex. de Jmol. in. d. l. si certis annis: vbi refert se alias pro ea consuluisse, & q illam putat veriorem. Et per hec patet responsio ad primum dubium. Postq enim aduersarij libellum obtulerint, & fundauerint intentionem suam, opponetur parte vniuersitatis & hominum predictorū de venditione dicti plenioris vsus, & de possessione seu quasi longissimi tēporis: & producētur testes forēses antiqui, & in bona multitudine, & alij: vt sic probari possit possessio inueterata, & moderni temporis. ¶ Ad secundum quesitū dico & respondeo, q huiusmodi derogatio nō preiudicabit prefatis vniuersitati & hominibus: si tamen probētur possessio & scietia, de quibus supra: pro eo quia, vt predixi ex illorū probatione presumetur venditio facta per predecessores istorū aduersariorum: & erit perinde acsi probaretur venditio, nisi probetur contrarium. Et eodem modo respondeo ad tertium quesitū: scilicet q vniuersitas non cogetur ad obseruantiam iura- 4 menti prefati de obseruando, &c. Nec † ob id poterit ipsa vniuersitas dici periura, vtpote que animā non habet, vt videtur sentire glos. in. c. Romana. §. si. de sent. excomm. in. vi.

in. vj. Nisi forte contrarium pretenderetur propter particulares qui fortasse iurarunt. Sed hec nō obstat: quia nulli viuūt, nec iuramentum trāsit in successores quoad vinculum periurij: quia quoad illud est personale, vt notant Innoc. & doct. in c. veritatis, de iureiur. & docto. moderni in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet melius sentientis, & salua librorum reuolutione cum dabitur maior opportunitas.

Rub. De subdi. vasal. Epitome. Consilium. iiij.

Subditos, qui domino pro maritandis eius filiabus collectam pendere promiserunt, ad vnam tantum cogi pro omnibus filiabus equum est. V. F.

1 Indefinita vtri potius presumatur equipollere vniuersali collectiue, an distributiue: cum ambabus equipolleat.
2 Interpretatio in eum qui apertius proloqui potuit, est facienda: & vt in dubio minus grauetur heres.



Viso Casu occurrente inter nobilem & potentem virum do. Suze ex vna parte, & homines & vniuersitatē eiusdem loci ex altera, super collecta quā facere promiserunt ipsi vniuersitas & homines nobili quondam & potenti viro do. Bertrādo de Balma huius domini moderni patri, & suis heredibus & successoribus, & ipsi quondā do. Bertrando & dictis suis heredibus, & successorib⁹ dare & expedire vnū solidum, siue duodecim denarios monete tunc currentis, pro singula libra, si & cum ipse dominus Bertrandus aut dicti sui heredes & successores maritarēt suas filias. Existimo sub correctione cuiuslibet alterius melius sentientis, q idem dominus nō possit petere nisi vnā collectam pro omnibus filiabus: quia cum verbū filias, positum in promissione seu transactione olim inita, &c. sit prolatū in-
1 definite, & indefinita † apta sit equipollere vniuersali collectiue, & vniuersali distributiue: debet in dubio equipollere vniuersali collectiue: vt sic cēseatur vniuersitas & homines promisisse facere vnam collectam seu talliam pro omnibus collectiue, & nō pro qualibet dictarū dominarū filiarum, vt sic minus grauentur: quia semper in obscuris quod minimū est sequimur. l. semper in obscuris, &. l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. & regula, in obscu-
2 ris, eod. tit. in. vj. Contra † eū etiam facienda est interpretatio, quia potuit apertius, &c. l. veteribus, cum suis simil. ff. de pact. Et pro hoc dicto, scilicet q verbum filias, sumi debeat collectiue, nō distributiue, facit quod voluit Joā. de Imol. in. l. si ita scriptum filiabus. §. si quis ita. ff. de legat. j. vbi notatur q si quis leget puta cētum aureos filiabus, cēsetur legasse cētum, non quidem cuilibet distributiue, vt sic quelibet habeat centum: sed collectiue, vt sic in dubio minus grauetur heres. Pro quo allegat Joan. de Imol. in arg. l. si ita relictū, in princ. ff. de legat. ij. & l. apud Julianum. §. Seio. ff. de legat. j. Et pro hoc etiam allegat Alex. de Imo. in. d. §. si quis ita. l. quidam. §. si tibi, cum. l. seq. & seq. in prin. in verbo, quarta debeatur. ff. de reb. dub. & l. qui quartā. §. fi. & quod ibi Bart. ff. de legat. j. Pro hoc etiam dicto facit alius articulus transactionis de qua supra: vbi est sermo de facienda collecta duntaxat semel in quolibet casuum. Que scribo nō vt optabam: sed quia veritas sic me scribere compellit: & quia etiam cōmissio executionis arresti, &c. facta est viro peritissimo: apud quem, vtpote cui palam patet veritas, non possum pro ipso domino Suze adulari: quia frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, nec est simulationibus locus ante oculos cuncta cernentis.

Rub. De seruitut. & aqua. Epitome. Consil. v.

Furnum vel latrinas ad parietem alienum an facere liceat, pacta, cōsuetudo, vel ius scriptum demonstrāt. Vasquinus Filiolus.

1 Latrinarum constructio duo consideranda offert.
2 Cloace seu latrine an & quando in communi pariete per alterum ex vicinis fieri possint.
3 Solum vt sursum possidenti liberum est, ita deorsum.
4 Furnum ad communem parietem an edificare liceat.



Quesitum Est an cloaca seu latrine fieri possint in cōmuni pariete per alterū ex dominis parietis huiusmodi. Pro cuius quesiti so-
1 lutiōe premitto, q † in latrinis duo sunt consideránda: scilicet fenestra, in qua fit locus ad sedendū pro stercorādo, & pondus naturale in latrinam exonerando, cauea & fouea ad quam omnes immunditie descendūt. Quoad prima, scilicet quo ad fenestram, siue sedem, videtur sentire Barthol. Cepol. in suo tract. de seruit. sub rubrica de necessar. in princ. iunctis ijs. que ipse not. in eod. tractatu, tit. de camino, versic. tertio casu.
2 q † aut murus seu paries communis factus est ad vnum vsum tantum, vtputa fortasse pro sustinendis lignis duntaxat, vel alio vsu: & tunc non posset alij vsui applicari: et sic in consequentiā non fieri sedes siue fenestra latrinarū, per ea que not. glo. & doct. in regula, in re cōmuni, de regu. iur. in. vj. facit. l. Sabinus. ff. communi diuid. & l. fin. §. fin. C. de serui. Et idem colligitur ex ijs que notat idem Cepol. in dicto tracta. tit. de fenestra. §. nūc dicamus. Si vero idem murus esset communis ad omnia, vt verbi gratia, quia partes siue condomini illius ita cōuenissent, aut pacti essent: tunc posset alter ex illis facere in illo muro fenestram necessariā, siue sedem: quia pacta que non contra leges, &c. l. iurisgentium. §. ait pretor, cum suis simlib. ff. de pact. Ubi vero paries esset communis simpliciter, & volens facere fenestram faceret damnum in muro communi: tunc nō posset: per id quod habetur in. l. quidam Hiberus, & quod ibi Ange. & docto. ff. de serui. rusti. predi. facit quod notat Ange. in. l. inter quos, versic. ex ijs infertur q in pariete, &c. ff. de damno infect. & huius dicti ratio est, quia sic per fenestram siue sedem mutatur facies parietis, & debilitatur paries: & per consequens nocet socio. idem in effectu sentit Bald. in. l. altius. C. de seruitu. Paul. de Castr. in. l. quoties. ff. eod. tit. & in. l. pariete, in fin. ff. de seruitu. vrba. pred. & in. l. eos. eod. tit. Quo vero ad secundum, scilicet ad caueā necessarij, seu latrinarum: dico secundum Cepol. in dicta rubrica de necessarijs, q si super hoc esset aliquid conuentum, aut per consuetudinem introductum, hoc seruandum esset. l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris, & lge an in totum. C. de edificijs priuatis. Ubi vero nec conuentio aliqua facta esset, nec consuetudo introducta: tunc distinguendum est, quod aut murus est communis ad vnum murum tantum & tunc non potest, vt supra dixi in alio articulo: aut est communis ad omnia simpliciter, & tunc si ex cauea huiusmodi inferatur damnum muro communi, puta quia murus est subtilis, & nimiū debilitaretur: & tunc non potest. l. cuius edificium. ff. de seruit. rustic. pred. vel quia propter humorem cauee latrinarum murus communis debilitatur. d. l. quidam Hiberus, in princ. cum ibi notat. ad quam facit. l. fistulam. ff. si serui. vend. & l. si quando. §. fin. cum gl. eod. tit. Et idem est si ex cauea exit putredo, vel malus odor. l. ij. §. idem ait si odore, & quod ibi glo. ff. ne quid in lo. publ. & l. pen. §. penult. ff. quod vi aut clam. ad quod facit quod not. Cepol. in. d. tract. tit. de cloac. versic. quero quinto, &c. Et q̄uis glo. secundum Azo. in. d. l. si quando. §. fin. ff. si serui. vend. dicat q sit licitū ponere sterquilinium in suo, q̄uis alius inde sentiat humorē, per. l. sicuti. §. idem ait. ff. si serui. vend. & per. d. l. fistulam, in princ. ff. de seruit. vrba. pred. illa tamen glo. intelligenda est secundū Cepol. tit. de necess. in fi. quando raro humorem faceret: secus si assidue. d. l. fistulam, in princ. Et per hoc apparet quid sentiendū sit de tertio, scilicet de fouea: quia si ex illa assidue sentiatur humor, illa fieri nō potest vltra solum volentis
3 illam facere, scilicet † sub solo vicini: quia sicut solū vicini debet esse liberum vsq; ad celum. l. fin. in princ. ff. de seruit. l. si vitam. §. penult. ff. quod vi aut clam, & d. l. altius. C. de seruit. ita debet esse liberū sub terra, vt not. in. d. l. altius. pro quo facit. l. venditor. §. si constat. ff. communia predi.
4 Preterea quesitum est, an alteri ex duobus habētibus parietem siue murum cōmunem licitum sit iuxta parietem huiusmodi facere furnum ad panem decoquendū inuito altero cōdomino parietis. Ad quod dico, q vbi ille alius solum pretenderet interesse ex eo, quia fortasse habet furnum in quo omnes soliti sunt panē decoquere: non posset impediri volens facere furnum, quominus in suo furnū edificaret, per ea que plenius recitātur per do. Guid. pap. q. cccxviij. Quibus addo not. per cano. in. c. significante, de appel. vbi per Innoc. Anto. de Butr. & doct. communiter,

⁊ quod voluit Barthol. Cepol. in dicto suo tracta. tit. de
furno, versi. secunda questio, ⁊c. vbi potest videri. Sed al-
ter ex cõdominis predicti parietis communis ex hoc pre-
tẽderet interesse, quia forte furnus, seu calor furni damnũ
afferret cõmuni parieti: eo casu non loquitur idem domi.
Guido: quo casu dico, ꝙ si super hoc sit aliqua cõsuetudo
introducta, illa videtur seruãda. d. l. semper. ff. de reg. iur.
⁊ allegata. l. an in totum. C. de edifi. priuat. vbi vero nulla
esset cõsuetudo introducta: tũc si ex furno huiusmodi, vel
igne eiusdem inferretur damnum parieti cõmuni, fieri nõ
posset, d. l. quidam Hiberus: vbi paries cõmunis ⁊ alie-
nus videtur in hoc equiparari. Quemadmoduz ergo fieri
nõ posset iuxta parietem alienũ, qui ex hoc damnum pati
posset. d. l. quidam Hiberus, ⁊ quod ibi Angel. per illum
text. ita nec fieri posset iuxta cõmunem parietem: ad quod
facit. d. l. fistulam. ff. si serui. vendi. ⁊. l. si seruus seruum. §.
si fornacarius. ff. ad. l. Aquil. Super quo, cum audiã ꝙ in
loco est consuetudo introducta, vlterius non insisto.

¶ Rub. Cõmu. de lega. ⁊ fideic. ¶ Epitome. ¶ Cons. vj.

¶ Res que expresse alienari prohibite sunt a testatore
equum est non alienari: quod ⁊ in tacite prohibitis locum
habet: vt quum pendente restitutionis tempore eas quis
alienare procurat. A. F.

1 ☞ Alienationis prohibitio cum causa, dominij transla-
tionem impedit.
2 Ignorare contenta in testamento heres quando presuma
tur, ⁊ num. 5. ⁊ de ignorantia, num. 8.
3 Alienari prohibitarum rerum an ⁊ quando teneat alie-
natio. Et quid aduocatus ea in re deducere debeat, scili-
cet de scientia ⁊ ignorantia.
4 Extensio legis an ⁊ quando fiat.
6 Contractus ab initio validus facilius inualidatur, ꝗ cõ-
ualescat is qui ab initio fuit inualidus.
7 Prescribi potest res contra testatoris prohibitionem
alienata.
8 Alienari possunt prohibite res, cõsensu quorum interest
interueniente.



1 Illud Certũ est, ꝙ prohibitio † alie
nationis facta per testatorez
cum causa, vt quia voluit rem alienari
prohibitam remanere in familia, vel alia
legitima causa, impedit regulariter domi
nij translationẽ. l. filiusfamilias. §. diui. ff.
de legat. j. l. pater. §. Julius Agrippa. ff. de legat. iij. ⁊. l. si
contra, cum suis simi. C. de vsuca. pro empto. not. Innoc.
2 in. c. Raynaldus, super verbo teneret, de testa. Etiã † il-
lud certum est, ꝙ ille qui efficitur heres ex testamento me-
diante facto alterius, presumitur ignorasse contẽta in te-
stamento, vt tenet Bart. ⁊ alij doct. in. l. qui Rome. §. duo
fratres. ff. de verbo. oblig. pro quo allegari consueuit. l. fi.
ff. pro suo, ⁊ notatur in. l. si res obligata. ff. de legat. j. Quo
fit vt vel maiori ratione, vel saltem eadẽ presumatur egre-
gius vir do. Honoratus Pugeti legum doctor ignorasse
contẽta in testamento egregij quõdam viri do. Raymun
di Pugeti: in quo nõ eidem domino Honorato, sed no-
bili Antonio eius quõdam patri dicitur idem do. Ray-
mundus legasse predium de, quo est contentio. Propter
quod stat dubium, an vẽditio, quam de eodem predio fe-
cisse dicitur idem do. Honoratus honorabili viro Anto
3 nio Bergerij valuerit ⁊ valeat: quod † videtur, per tex. sin-
gularem in. l. fin. §. fin. ⁊ quod ibi Cyn. ff. de legat. ij. quem
text. Franc. Tigri. ibi dicit literis aureis fore scribẽdum:
vbi probatur ꝙ quãdo heres habens iustam ignorantiam
fideicommissi, res restituendas per fideicõmissum alienari
prohibitas alienauit bone fidei emptori: tenet alienatio: ⁊
hoc etiam voluit Bald. in. l. iubemus, in princ. C. ad Tre
bellia. ⁊ Angel. in. l. fin. §. sed quia. C. commu. de lega. vbi
etiã dicit, ꝙ cautus debet esse aduocatus actoris, vt sem-
per deducat scientiam alienantis: alias succumberet. Et
idem sensit consil. mihi. cccxvj. exordien. Statuto Pisto-
riensi cauetur ꝙ omnia legata, ⁊c. Et idem tenuit Bar. in
repetit. c. Raynaldus. Quinimo non videtur secundum
Angel. in dicto consil. sufficere ꝙ deducatur scientia ven
ditoris: sed ꝙ requiratur ꝙ actor deducat rem fuisse in do
minio testatoris. Et ꝗuis Bald. in auth. res que, in prin.
C. commu. de legat. quem sequitur Rapha. Cuma. in. d. l.
fin. §. fin. ff. de legat. ij. dicat, ꝙ dictus. §. fin. locum habeat
quãdo ignorantia processit a facto testatoris: qui viuente
herede prohibuit codicillos aperiri cõtinentes fideicom-
missum: ⁊ ꝙ propterea secus sit quando ignorantia aliun
de ꝗ̃ opera ⁊ facto testatoris processisset: tamen mens o-
mniũ docto. in. d. §. fin. ⁊ in. l. fin. §. sed quia, cum seq. C. cõ-
mun. de legat. est in contrariũ, scilicet ꝙ dictus. §. fin. ha-
beat locum vndecunq; ignorãtia processerit, dummodo
sit probabilis: ⁊ idem voluit Barba. vbi supra, dicens ꝙ
licet autoritas Bald. ⁊ magna ⁊ prestans existat: nihilo-
minus tamen si ille text. §. fin. subtiliter ponderetur, ille
considerat iustam ignorantiam. Quo casu sequitur, ꝙ nõ
bene dicat Bald. ⁊ ꝙ siue ex codicillis aperiri prohibitis
in vita heredis, siue alio modo causetur ignorantia, si ta-
4 men iusta est ⁊ excusabilis, sufficit: ex † eo quia vbicunq;
ratio legis amplior est dispositione legis, extenditur di-
spositio ad amplitudinem rationis legis. l. regula. §. licet,
vbi Bart. ⁊ Bald. ff. de iur. ⁊ fact. ignor. ⁊ glos. in clem. j. de
elect. Quãuis ergo dispositum illius. §. fin. sit conceptũ in
codicillis aperiri prohibitis: nihilominus ratio est gene-
ralior propter iustam ignorantiam. Siue ergo ignorantia
causetur ex codicillis aperiri prohibitis, dum tamen iusta
⁊ probabilis existat, excusat venditorem vendẽtem ⁊ em-
ptorem ementem: ⁊ per consequẽs non videtur Bal. recte
dixisse: cõtra cuius doctrinã dicit idem Barba. vbi supra
se alias si nõ fallitur consuluisse. Et dictã opinionem cõ-
munem sequutus est Alex. in. l. Marcellus. §. res que. ff.
ad Trebel. vbi etiam plus voluit, ꝙ si verba Bald. in di-
cta auth. res que, bene considerẽtur, ipse noluit restringere
dictum. §. fin. vt supra fuit relatum, scilicet ꝙ ita demum
locum habeat, quãdo ignorantia processit a facto testato-
ris. Sed fuit eius intẽtio dicere, ꝙ si in casu dicti. §. fin. fi-
5 deicõmissum relictũ extitisset † in testamento, nõ posset di-
ci ꝙ heres illud ignorasset: quia in dubio presumitur sci-
re cõtenta in testamento, vt notat glos. in. l. cum heres. ff.
de liberatione lega. quã. l. Bald. allegat. Et pro hoc dicto
Alex. facit quod voluit Bald. in. d. l. iubemus, in princ.
C. ad Trebel. vbi simpliciter dicit, ꝙ res alienata ab here
de ignorãte non reuocatur: distinguit ibi Bald. vnde cau
sata extiterit huiusmodi ignorantia. Non videtur igitur
predicta limitatio, siue restrictio esse vera: nec illam vel di
ctum Bald. in. d. auth. res que, videtur approbare Raph.
Cuma. in. l. quidam ita. §. si quis filium. ff. ad Trebellia.
¶ Sed hic est maior difficultas, an dictus. §. fin. locũ ha-
beat in fideicommisso particulari: quia quãuis Paul. de
Castr. in. d. l. fin. §. sed quia. C. commu. de legat. dicat ꝙ sic,
motus ea ratione, quia cum text. in. d. §. fi. loquatur in fi-
deicommisso cõditionali, seu relicto in diem incertũ, non
videtur facienda differentia, vtrum sit particulare vel vni
uersale: quia clarũ est omni casu non trãsire dominium in
fideicommissariũ ante cõditionis euentũ: tamen Joan. de
Imol. in. d. §. fin. ⁊ in allegata. l. quidã ita. §. si quis filium,
dicit ꝙ dictus. §. procedit in fideicõmisso vniuersali, pro-
ut loquitur dictus. §. fin. secus autem secũdum eum, si res
esset specialiter per fideicõmissum relicta: allegat in simili
notata per glos. in. l. seruum. ff. de manu. tit. generali. Itẽ
quia decisio dicti. §. fin. est exorbitans a regulis iuris cõ-
munis positis in. d. l. fin. §. sed quia. C. commu. de lega. er-
go nõ debet extendi ad alios casus. l. si vero. §. de viro. ff.
solu. matr. ⁊. l. quod vero. ff. de legib. Et hec opinio Joan.
de Imol. per rationes suas magis placet Alex. de Imol.
in. d. l. Marcellus. §. res que. Est etiã alia difficultas, pro
eo quia Paul. de Cast. in. d. §. fi. dicit illũ nõ habere locuz
quãdo testator expresse prohibuisset rez alienari: quia illa
expressa prohibitio fortior est, vt not. per glos. in. l. cum pa
ter. §. libertis. ff. de legat. ij. reliquit tamen cogitandum,
Et idem consuluit ipse Paul. consil. xvj. exord. in causa
que vertitur, ⁊c. quod putat verum Alexand. de Imola
in. d. §. res que, in quinta fallen. motus quia quando est
expresse prohibita alienatio a testatore, contractus aliena
tionis nõ valet etiã a principio. d. l. filiusfamilias. §. diui:
⁊ dixi supra in princ. Sed in casu dicti. §. fin. valuit ab in-
nitio alienatio: quia facta erat pendente conditione fidei-
commissi: quo casu interim valet contractus ⁊ alienatio,
d. l. fin. §. si autem. C. cõmu. de lega. ⁊ not. Bar. in. d. §. res
6 que. vnde non mirũ si in casu. d. §. fi. difficilius † inualide-
tur contractus qui a principio valuit, ꝗ̃ conualescat con-
tractus qui ab initio fuit nullus. l. patre furioso. ff. de ijs
qui sunt sui vel alie. iur. ⁊ in regula ꝙ ab initio, de reg. iu.
in. vj. Facit pro premissis, quia etiam alias est differẽtia
inter illum

inter illũ casuz, quãdo videlicet bona sunt simpliciter subiecta restitutiõi in euentũ certe cõditionis, ꝛ sic sunt tacite prohibita alienari. d. authen. res que, ꝛ inter casuz quãdo est expresse facta, est prohibitio per testatorem: quia primo casu, vt iam dixi, alienatio facta ante euentũ cõditionis valet. l. seruo legato. §. si seruũ. ff. de leg. j. ꝛ dixi superius: sed in secundo casu non tenet, vt verbi gratia, possunt bona subiacentia restitutioni alienari in causam dotis, vel donationis propter nuptias. d. authen. res que: in secũdo vero casu alienari non possunt, vt voluit Bald. in. c. j. §. donare. qual. olim feu. pote. alie. in feu. Paul. de Cast. in d. l. fin. C. commu. de legat. ꝛ Barba. in. d. c. Raynaldus, vbi etiam refert ita consuluisse in ciuitate Senarũ, in hereditate do. Ricardi cardinalis Senen. Et propter has difficultates non existimo venditionem predictam, aut prefatum emptorem posse bene defendi. An vero defendi possit ex capite prescriptiõis, respõdeo ꝙ ꝗuis super hoc sint opiniones eleganter ꝛ vere relate per egregium virũ dominum Colinum Thadei, iurium professorẽ eximium, putarẽ tamen, sub correctiõe cuiuslibet melius sentiẽtis, ꝙ opinio Bart. de qua in. d. l. filiusfamilias. §. diui, versic.
7 quero vtrũ res prohibita, ꝛc. sit verior: † scilicet ꝙ res alienata contra prohibitionem testatoris prescribi possit. Et sic puto ꝙ si tam prefatus Vergerii emptor, ꝙ sui heredes bona fide possiderunt predium de quo supra, pacifice ꝛ per decem annos inter presentes a tempore habite sciẽtie alienationis per ipsos qui nunc conantur experiri, poterunt ipsi heredes se defendere ꝛ tueri exceptione prescriptiõis, per allegata a Bart. in. d. vers. quero vtrum, ꝛc. iunctis ijs que no. Bar. ꝛ doct. citer post Jac. de Are. in. l. j. C. an qui. cau. in integ. rest. nõ est neces. vbi potest videri. Dicũt enĩ ꝙ ibi res que prohibita est alienari sine certa forma vel solennitate, si interueniente solennitate alienari possit: illa potest prescribi, vt ibi per eos: no. Bal. in. l. j. C. de ser. fug.
8 Sed ita est, ꝙ res † prohibita per testatorẽ alienari, potest alienari seruata certa forma, scilicet interueniente cõsensu illorum quorũ fauore facta est prohibitio. l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. ij. ꝛ. l. nihil. §. j. ff. de legat. j. ergo debet posse prescribi. Quod, vt predixi, intelligendũ est interueniente scientia illorum contra quos prescribitur: quia sic videntur tacite consentire. l. alienationis. ff. de verbor. sig. not. Cyn. in. l. j. in. iiij. oppo. C. de serui. ꝛ aqua. Bart. in. d. l. si, post med. C. in qui. cau. in inte. rest. nõ est neces. Bart. ꝛ Alexand de Jmo. in. d. l. filiusfamilias. §. diui: secus autem si ignorasset, vt notat Alexander in dicto. §. diui. Preterea hic attendendũ est, ꝙ in copia testamenti parte dictorũ Pugetorũ exhibiti, solum leguntur instituti liberi masculi ꝛ femelle dicti quondam do. Raymundi, coordine de quo ibi. Et tamen, vt audio, nulli liberi eidem do. Raymundo superfuerunt, propter quod prima facie diceretur eius testamentum non valuisse, ꝛ per cõsequens nec prohibitionẽ alienationis, nec legatum factum de ijs quorum alienationes attentarentur. l. si nemo, ꝛ quod ibi Bart. ꝛ Bald. ff. de testa. tutel. Super quo tamen vlterius non insisto, donec habuerim pleniorem facti informationem, ꝛ donec intellexero quomodo prefatus quõdam nobilis Antonius successerit in predio de quo supra, ꝛ qui etiam fuerint heredes eiusdem quondam domini Raymundi, ꝛ quo iure eidem successerint. His cognitis curabo aliquid scribere, si oportuerit pro defensione heredũ eiusdem quondam Antonij Vergerij.

¶ Rubr. De Jncolis. ¶ Epitome. Consilium. vij.

¶ Jncola qui non est, inuitus personalia munera non agnoscit: quamuis identidem ad culturã ꝛ fructuum suorum perceptionem municipium frequentet. V. F.

1 Munus cõsulatus ꝛ similia munera personalia sunt: ꝛ quibus imponantur.
2 Jncola non continuo quis dicitur, qui bona habet in municipio.
3 Syndicus quis creari debeat.



Presupponitur In facto, ꝙ honorabilis vir magister Joãnes Borrelli notarius, habitator, ꝛ oriundus loci Sigoerij, habet, tenet ꝛ possidet certum forestum cum suo tenemento terrarum, pratorum, ꝛ vinearum in territorio Larderij: occasione quorum bonorum, ꝛ pro vel eorum cultura, vel recolligendis fructibus, idem magister Joannes aliquãdo se confert ad dictũ locum Larderij, ꝛ ibidẽ certis diebus, vel septimanis negotiatur vel residet: non quidem animo ibidem perpetuo residendi: sed post culturam in seu recollectionem predictas redeundi ad Sigoerium: vbi cum vxore ꝛ familia sua residet. Quesitum est an his presuppositis ꝛ veris existentibus possit ꝛ valeat idem magister Joannes cogi ꝛ cõpelli ad suscipiendum, ꝛ suscepta exercendum personalia munera seu officia loci predicti Larderij, vtputa officium recepte seu exactionis talliarum, syndicatus, aut sergenterie. Ad quod sub correctione cuiuslibet melius sentiẽtis dico ꝛ respondeo ꝙ non. Pro quo allegasse sufficiat. l. est verum, ꝛ. l. cum neqꝫ, cum suis similib. ꝛ quod ibi per doct. C. de incolis. lib. x. Jn quibus textibus deciditur iste ca-
1 sus. Munera † enim personalia, cuiusmodi sunt munera seu officia predicta, imponuntur subditis: non alienis, seu non subditis. l. incola ꝛ ijs magistratibus. ff. ad munici. ꝛ
2 d. l. est verum. Prefatus † vero magister Joannes nõ est censendus propter predicta esse incola dicti loci Larderij, d. l. cum neqꝫ, ꝛ. l. libertus. §. sola ratio, ꝛ. §. sola domus. ff. ad municip. Non est ergo cogendus ad predicta. Quibus
3 † addo, ꝙ semper creari debet syndicus vnus de corpore vniuersitatis, vt notat glos. in. l. plane, ꝛ. l. nulli. ff. quod cuius. vniuers. nomi. ꝛ Ange. Are. in. §. preterea etiã, vers. transitum faciamus ad syndicos ꝛ actores. ꝛc. ibi, ad vnũ tamen aduertas, Jnstit. de exceptio. cuiusmodi non fuit, nec est idem magister Joannes, vtpote nec oriundus vel alias ciuis nec incola loci predicti Larderij. Et ita nec potuit, nec potest cogi ad predicta munera, etiam si predecessores sui, a quibus forestum ꝛ alia bona predicta acquisiuit vel habuit, fuissent vel oriundi, vel incole dicti loci, ꝛ tanꝙ tales munera seu officia predicta exercuissent in dicto loco, dicta. l. cum neqꝫ: vbi est text. de hoc: ibi, licet ex substantia decurionis acquisita sit. Et quamuis possent multa alia pro hac parte allegari ꝛ induci: quia tamẽ premissa mihi videntur de iure sufficere: ergo vlterius nõ insisto. Premissa respõdens ꝛ cõsulens sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De postli. reuer. ꝛ redemp. ab host. ¶ Consi. viij.

¶ Epitome.

¶ Redemptionem filijfamil. per extraneos factam non tenetur heres redempti iuuare. V. F.

1 Absoluendus reus est actore non probante.
2 Pena suos tenere debet autores.
3 Represalias seu clarigationes alijs subiecti laxare non possunt, sicut nec bellum indicere. Et quemadmodum ꝛ aduersus quos represalie laxari debeant.
4 Remitti quando quis debeat ad suum iudicem, vel non.
5 Judicis factum rite factum presumitur.
6 Accidentis esse est alteri inesse: ꝛ destructo hoc illud destruitur.
7 Represalie odiose, ꝛ regulariter prohibite.
8 Permissum casum subesse in regulariter prohibitis non probat assertio dicentis.
9 Regressus in represalijs quãdo ꝛ aduersus quem dãdus.
10 Jniuriã quantum fieri potest quilibet sufferre debet equo animo.
11 Redimendi captũ ab hostibus, vel a piratis quantum tribuatur.
12 Testis qui iuratus semel respõdit se nescire, de ea re postea frustra deponit.
13 Pirata testis esse non potest, quia infamis ꝛ excõicatus.
14 Rescripti clausula hec, Sine strepitu, ꝛc. quid operetur.
15 Contumax quis dicatur in non comparendo, ꝛ quando.



Existimo Quod sentẽtia per do. iudicem Tholoni pro Stephano Selani, ꝛ alijs cõtra Bernardum Ysnardi, super relaxatiõe cuiusdam nauicule, sit iniuilis ꝛ iniqua, ꝛ tanꝙ talis cassanda ꝛ annullanda, causis, rationibus ꝛ motiuis ex processu cause huius clare apparẽtibus: ꝛ alijs, quarum alique annectũtur. Et primo quidẽ, quia ex discursu eiusdem cause non apparuit de illo pretenso arresto parte ipsorum Selani, Juliani, ꝛ aliorum pro suo
1 fundamẽto assumpto. De † quo tamen apparere oportue-

rat, vtpote de eo quod pretendebatur esse causa intentio-
nis corũdem Selani, Juliani, ⁊ aliorum. Alias non appa
rente de illo prout non apparuit, debebat dictus magister
Bernardus, etiã si nihil prestitisset ab impetitis absolui.
l. qui accusare. C. de eden. ⁊ c. j. circa princ. cum suis simil.
vt eccle. benef. Cum ⁊ quia presupposito ꝙ de arresto hu-
iusmodi pretense nauicule seu cymbe, ⁊ in ea existentium
mercium, ac etiam de pretensis damnis, interesse ⁊ expen-
sis legitime constitisset: de quibus non constitit, neqꝫ con-
stat: non propterea debuisset aut deberet dictus magister
Bernardus ad petita condẽnari, vtpote qui in nullo ap-
paruit vel apparet culpabilis quoad arrestum, damna, ⁊
expensas huiusmodi: sed potius debuerũt hec omnia po-
stulari per ipsos Selani, Juliani, ⁊ alios ab officiarijs
Massiliensibus, qui nauiculam predictam ⁊ merces in ea
existẽtes dicũtur arrestasse, vel ab illo Joanne le Mercier
ad cuius instantiam dicuntur arrestate. Quia non debet
aliquis alterius odio pregrauari. l. si quis in suo, versus si.
C. de inoffic. test. c. ⁊ si pignorationes, de iniur. ⁊ dam. da.
2 ⁊ regula, non debet, de reg. iur. in. vj. Et etiam quia † pena
suos debet tenere authores. l. sancimus. C. de penis. Et
procederent premissa etiã si dicte pretense nauicula ⁊ mer-
ces arrestate pretẽderentur in executionem represaliarum
laxatarum, vt dicitur, per dictos officiarios Massiliẽses:
cum illarum laxatio, quatenus de illa appareet, de qua
3 tamen non apparet, fuerit ⁊ † sit nulla: ⁊ cessante nullita-
te iniqua, iniuriosa, indebita, ⁊ iniusta: vtpote facta ab ijs
qui alteri subijciũtur, ⁊ qui propterea saltem de iure com-
muni eas laxare nõ poterant: quemadmodum nec bellum
indicere, vt notat Bart. in tracta. repres. in. iij. q. princip.
versic. ad secundũ quo queritur, ⁊c. Concedere enim repre-
salias est indicere bellum, vt dicit Barto. vbi supra. quod
nullus potest indicere nisi ille, qui superiorem non habet.
l. hostes. C. de captiuis: ergo nec represalias concedere. Et
hoc etiam tenuit Innoc. in. c. olim, de restit. spoliat. Quod
maxime procedit in hoc casu: in quo officiarij Massilien-
ses de facili adire poterãt excellentẽ dominũ prouincie ma-
gnum Senescallum, ⁊ eminens regium consilium Aquis
residens. Fuit etiã facta laxatio huiusmodi, si ⁊ quatenus
de ea appareat, cõtra gentem ⁊ populum Tholonẽsem: ⁊
sic contra populum habentẽ superiorem, ⁊ nõ quidem ex-
traneum a superiore dictorũ Massiliensium, sed illũ eun-
dem: siue loquamur de serenissimo domino nostro Frãco-
rum Rege, prouincie comite, siue de prefatis magnifico
do. Senescallo, ⁊ eminenti regio consilio: quibus ⁊ de iu-
re, ⁊ de facto paretur hincinde: quo casu nõ sunt laxande
represalie. Bal. in auth. sed omnino, circa prin. C. ne vxor
pro marit. Quod maxime debuit procedere in hoc casu, in
quo adiri facillime poterat superior vtriusque ciuitatis,
Massiliensis vez ⁊ Tholonenses: qui si reperisset iustitiã
denegatam, vel neglectã, prouidere potuisset aliter ꝙ̃ per
remedia extra ordinaria, ⁊ regulariter tam de iure natura
li, ꝙ̃ ciuili prohibita. Facta est etiam laxatio huiusmodi
in casu non permisso, hoc est nõ denegata vel neglecta iu-
stitia. Nõ enim illam denegauerunt vel facere neglexerũt
officiarij Tholonẽses dicto Joanni le Mercier de prefa
to magistro Bernardo: sed illam se velle facere continue
obtulerunt. Quo casu, vt dicunt omnes scribentes, laxan
4 de non sunt represalie. Nec † dicat aliquis iustitiam in eo
extitisse denegatã vel neglectam: quia idem magister Ber
nardus remissus nõ extitit dominis officiarijs Massilie
ratione illius pretense promissionis, quam fecisse preten-
ditur de soluendo recapito dicto Joanni le Mercier.
Quoniam dico ꝙ etiam vbi legitime appareret de promis
sione huiusmodi, ⁊ propterea inibi repertus potuisset in
illa Massilie ciuitate conueniri: alibi tamen existens non
debebat ratiõe huiusmodi pretẽse promissiõis ad eandẽ ci-
uitatẽ inuitus remitti, vel apud eã citari. c. romana. §. con
trahentes, de for. compet. in. vj. Bald. ⁊ Moderni in. l. he
res absens. §. j. ff. de iudic. glos. ⁊ doct. cõmuniter in. c. fin.
de for. compet. ⁊ hec ex beneficio iuris communis: multo-
minus obstãte priuilegio speciali predicte ciuitati Tho-
lonensi ⁊ subditis concesso. Etiaz facta est, si facta reperi-
tur, laxatio huiusmodi non constito de debito: de quo ta-
men constare debuisset, vt dicit Bald. in dicta authen. sed
omnino, versicu. secundo sequitur videre de ordine, ⁊c. et
5 idem dicit ibi Salicet. Nec dicat aliquis † ꝙ cum presu-
matur pro facto iudicis, ⁊ pro eius sentẽtia, ꝙ illa ⁊ recte
⁊ rite promulgata extiterit. c. bone, el. i. de electio. ⁊. capit.
cum inter, ⁊. c. sicut. de re iud. notant Alexand. de Jmo. ⁊
doct. in. l. sciendum. ff. de verb. oblig. ⁊ dicte represalie la-
xate extiterint per iudicẽ ad alios officiarios Massilien-
ses: presumi debeat quod ille ⁊ rite ⁊ recte laxate extiterint.
Quoniam respondeo, ꝙ istud non obstat: primo quidem,
quia, vt predixi, non apparet de illarum laxatione: de qua
penitus apparere oporteret. vt quid enim presumere de-
beamus aliquid recte ⁊ rite factum, si non prius appareat
esse factum, profecto nõ video: quia rectitudo ⁊ krititudo
facti, vtpote illius accidentia, presupponũt factum tanꝙ̃
substantiã, ⁊ sine quo propterea esse nõ possunt: quia, vt di
6 cit Aristoteles in proemio de anima, † accidentis esse est
alteri inesse: quod voluit Bald. in. l. omnium. C. de testa.
dicit enim non posse probari aliquid esse notorium, nisi
probetur substãtia ⁊ veritas eius quod pretenditur noto-
rium. Dicit etiam idem Bald. in. l. j. C. de condict. ob cau-
sam, ꝙ destructis substantialibus destruuntur acciden-
talia: ⁊ hoc non est nisi quia nec in esse produci, nec produ-
cta in esse conseruari possunt sine substantia. Non possunt
igitur esse krititudo ⁊ rectitudo laxationis represaliarum,
nisi illa facta extiterit: de qua tamen non apparet: ⁊ que
etiam non presumitur. c. quoniam contra falsam. de prob.
Secundo etiam non obstat predicta oppositio: quia laxa-
re represalias spectat de iure communi ad supremũ domi-
num, non ad inferiorem, saltem vbi de facili potest adiri
superior. Tertio, quia non apparet laxationẽ esse factam
7 in casu permisso: certũ est enim, ꝙ † represalie sunt odiose,
authen vt non fi. pignor. in princ. imo, vt dicit Bald. in. d.
authen. sed omnino, odiosissime: ⁊ sunt regulariter prohi-
bite. d. c. j. de iniur. ⁊ dam. da. in vi. not. Bald. ⁊ Sali. in. d.
8 authen. sed omnino. in † prohibitis autem certo casu per-
missis non statur verbo dicẽtis casum permissum subesse.
l. qui testamentum. ff. de probatio. l. cum quis decedens. §.
Titia. ff. de leg. iij. not. Joan. And. in addit. Specu. tit. de
reb. eccle. non alie. in rubr. Fuerunt igitur dicte represalie
si ⁊ quatenus de illis appareat, vel postea apparebit, nul-
liter ⁊ cessante nullitate contra Tholonẽses indebite la-
xate. Quod si ita est, imo quia vere ita est, non potuerunt
prefati Selani, Juliani ⁊ alij contra predictum magistrũ
9 Bernardum experiri: quia † licet ex acto vel alias damnifi-
cato in exequutionem represaliarũ succurratur contra il-
lum piratam, cuius occasione laxate extiterũt, per id quod
habetur in. l. si vero. §. cum autem. ff. de ijs qui deie. vel ef-
fud. l. licet. §. possumus autem. ff. naute caup. stabu. ⁊. l. nã
⁊ Seruius, in princ. ff. de negot. gest. notat Bart. in suo tra
ctatu de represa. in. x. quest. princip. post Jacob. de Are. in
l. ij. ff. de verb. oblig. hoc tamen fallit quãdo represalie fue-
runt iniuste: quia tunc propter iniuriã factam ex acto, vel
alias damnificato non debet dari regressus contra eũ con
tra quem sunt indicte. l. si per imprudentiam, in princ. ff. de
euict. ⁊ ita not. Bald. cum quo trãsit Pet. de Anch. in. d.
l. ij. §. item si in facto. ff. de verb. oblig. ⁊ Bald. in. d. l. nam
⁊ Seruius, Angelus in. d. l. ij. ⁊ idem Paul. de Cast. ibi,
Quod maxime procedere debet in hoc casu: vbi non ap-
paruit nec apparet de aliqua culpa dicti magistri Bernar
di, vtpote qui non apparuit nec apparet debitor, ⁊ qui se
continue paratum obtulit stare iuri corã suo iudice com-
petenti: ⁊ ita notãt Alex. de Jmol. ⁊ Frãcis. de Are. post
Roma. in. d. §. item si in facto. Quod etiã videtur colligi
ex ijs que ponit Ang. consi. mihi. ccxix. exordien. In que-
stione proposita dubium facit, ⁊c. versic. vnde si delicto ter
10 tij represalie, ⁊c. Monetur pro eo, quia † iniuriam sibi illa-
tam quilibet sufferre debet eo animo equo quo potest. l. vi
pulsos. C. de act. emp. ⁊. d. l. si per imprudentiã. ff. de euict.
⁊ quod not. gl. in alleg. l. nam ⁊ Seruius, super verbo, indi
cium, a cõtrario sensu. Premissis non obstat. l. si merces.
§. culpe, cum glos. ff. loca. ⁊. l. penult. in princ. ff. sol. matri.
Quia respondeo, ꝙ illa glo. in. d. §. culpe, non vult secun-
dum Roma. ⁊ Fran. de Are. si bene inspiciatur, ꝙ odium
siue aliqua culpa sit causa cur detur regressus contra eum
cuius odio fuit dãnum datuz: requirit enim, ꝙ vel culpa
fuerit causa inimicitie, vel ꝙ ille cui erat inimicus, sine
culpa sua fuerit negligens, vel minus cautus ꝙ̃ esse debe-
bat. Et hanc dicit esse veritatem idem de Aret. in. d. §. et
probatur, si bene inspiciatur, in. d. l. pen. in prin. ff. sol. mat.
vbi ideo fuit decisum regressum esse cõcessum contra eum
qui fuit causa dãni, quia fuit in culpa: ⁊ sic datur intelligi
ꝙ secus esset si fuisset sine culpa. Et pro ista conclusione
allegat idem de Are. casum singularem secundum eum,
quem ibi not. Bart, in. l. cũ secundis tabulis. §. quoniam.
ff. de ijs qui. vt indig. allegat ⁊ alias rationes idẽ de Are.
in. d. §.

in d. §. item si in facto: quas non prosequor. ¶ Preterea nec tenetur idem magister Bernardus dare & soluere prefato Joanni le Mercier vigintiquinque ducatos: quos se soluisse affirmat & pretendit magistro Joāni Petri Mōtenat, & ad requisitionē dicti quondā Antonij Ysnardi, filij eiusdem magistri Bernardi. Et quidem nō ex eo ca-
11 pite, quia pater. Cuius illam assigno rationē: † quia non minus debet illi subueniri, qui ciuem Romanum ab hostibus Romani imperij, vel fidelem Christianum ab inimicis fidei Christiane redemit, q̄ illi qui Christianū pretenditur redemisse a pirata: Sed redimenti ciuem Romanum, vel fidelem Christianum ab hostibus Romani imperij vel fidei, hoc solum videtur dari remedium, q̄ redēptum iure pignoris retinere potest. l. ab hostibus, & l. cum non redemptum, & quod ibi glos. cum suis simili. C. de capti. & postli. reuers. quod ius morte redempti extinguitur: & sic non transmittitur obligatio in heredem. l. si patre. ff. de capt. notat Salice. in d. l. ab hostibus. Ergo nec redimenti a pirata debet dari aliud remedium, q̄ ius retinēdi redemptum donec, &c. Etiam nec tenetur ex capite cuiusdam pretense promissionis facte vt asseritur, per ipsum magistrū Bernardum. Tum quia de illa non apparet. Nō enim probatur promissio huiusmodi per depositionē siue
12 dictum Petri Licosse, & Antonij Giraudi. Et † quidem non per depositionem dicti Giraudi: quoniam, vt audio, ipse super huiusmodi pretensa promissione interrogatus diu ante q̄ in hac causa produceretur, iuratus responderat, se nescire. Propter quod non est credendum eius secunde depositioni facte ex interuallo, per id quod notat Bald. in. c. j. de controuers. inuest. Et q̄uis idem Giraudi post dictam primam depositionem, & anteq̄ produceretur in hac causa pretendatur respondisse, q̄ ipse subsignauerat quandā schedulam signatā per dominū Petrum Licosse, & q̄ credebat contenta in illa esse vera, & se illi referebat: non tamen forte apparebit q̄ illa correctio facta extiterit incontinenti, & anteq̄ loqui potuerit cū aduersario. Insuper nec etiam q̄ illa pretensa apocha, quam tunc respondit se signasse, & cui dixit se referre, sit illa eadem, quā pretenditur in hac causa aduerasse. Etiā nec probatur per
13 depositionem siue dictum illius Petri Licosse: quia † vt audio, & hoc etiā probabitur, idem Licosse fuit a multis annis & citra pirata, & cum piratis in mari more piratico discurrens etiam contra fideles Christianos. Quo fit vt equiparetur hostibus fidei Christiane, & tanquā ipso iure diffidatus possit a quolibet impune derobari, seu euolari, auth. nauigia, & quod ibi Bald. C. de furt. Censetur etiam esse infamis, vt videtur colligi ex ijs que notat Bal. in. l. j. in fin. C. qui bo. cede. pos. Propter quod etiam si solum esset infamis infamia facti, repelleretur a testimonio. l. Cassius, cum glos. ff. de sena. vel saltem ei minus credere-tur, vt notant Bart. & doct. in. l. carbonianū. §. due cause. ff. de carboni. edi. & cano. magis communiter, in. c. testimonium, de testib. Preterea nō solum debet repelli iste Licosse tanq̄ criminosus: sed etiam quia pirata excōmunicatus est. Excōmunicātur enim pirate solenniter ter in anno ab ore Romani pontificis, prout post Ostien. qui hoc scire potuit, refert Joan. And. in. c. excommunicationi, de rapto. in nouel. & ibi Panor. & docto. Dicto igitur Licosse, quia excommunicatus, nō est fides adhibenda. c. veniens, el. ij. & quod ibi docto. de testib. ¶ Preterea esto q̄ dicta pretensa promissio probata extiterit: nō tamen probata apparet redemptio dicti quondam Antonij, nec q̄ pro redemptione huiusmodi dati fuerint vigintiquinque ducati: quia illa pretensa copia in hac causa parte dictorum Scelani, Juliani, & aliorum producta hoc non probat: pro quo allegasse sufficiat quod habetur in authen. si quis in aliquo. C. de eden. & in. c. cum P. tabellio, cū suis
14 simlib. de fid. instru. ¶ Nec opponat aliquis, † q̄ cum dominus iudex Tholoni, & alij deputati potuerint in vim dominicalis mādati procedere in dicta causa summarie, simpliciter, & de plano ex non scripto quantum fieri poterat sine strepitu, forma & figura iudicij, sola rei veritate inspecta: debuerint minores & forte alias insufficiētes probationes sufficere. Quoniam respondeo q̄ istud non est verum: quia quāuis per verba predicta tollantur rigorose solennitates: non tamen tolluntur probationes, & ea que concernunt defensionem, clemen. sepe, & quod ibi glos. in verbo, defensiones, de verb. sign. & in. l. de submersis. C. de naufra. lib. xj. not. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo summarie, & in verbo, sine figura, docto. in. l. filius-familias. ff. de donat. & in. l. j. ff. de testa. mil. Ant. de But. in. c. ij. de iur. calum. & quod not. Bald. in. l. solam, in fi. C. de testib. vbi dicit, q̄ stante libero arbitrio iudicis de procedendo de iure & de facto, non debet iudex credere testi reddenti malam vel nullam causam sui dicti: quia bonus vir esse debet licet cum arbitrio, & non homo temerarius: fundans se in ratione. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. Ad quod facit quod ponit Roma. consil. ccccclxix. exordien. In casu proposite consultationis, & Alexan. de Jmol. consil. lxxx. exord.. Visō processu cause vertētis, &c. in fine vlti. volu. ¶ Ex premissis infertur prefatum dominum iudicē Tholoni & alios deputatos nulliter, & alias inique & iniuste processisse contra dictum magistrū Ysnardum: & propterea sententiā per eos promulgatam fuisse & esse quatenus de facto processit cassandam & reuocandam.
15 Non † obstat quod pretenditur eundem fuisse contumacem, pro eo quia inuctus & citatus non comparuit tempore late contra eum sententie. l. properandum. §. sinautem reus. C. de iudic. l. diuus, de in integrum restitutione, & l. ex consensu. §. fin. ff. de appel. Quoniam respōdeo q̄ illa iura loquuntur in vero contumace apparenter & existenter: cuiusmodi non fuit dictus magister Bernardus: cum venerit prefatis do. iudice & alijs adhuc sedētibus pro tribunali: & sic debuit audiri appellans. d. l. diuus: notat Bart. in. l. fi. versi. vbicunque autem dixi verum contumacem. ff. de in integr. restit. & post Jacob. Butri. Bald. in authen. sed hodie. C. de appel. & Alex. de Jmol. in. d. §. sinautem reus, versic. duodecima conclusio. Nec fuit opus secundum Bald. vbi supra post Jacob. Butr. q̄ idem magister Bernardus peteret a iudice se restitui ad appellandum: quia. l. eidem restituit decem dies ad appellandū sine ministerio hominis. Idem notat Bald. in. l. ea que. C. quo. & quan. iud. & non solum audiri debuit appellans idem magister Bernardus qui comparuit adhuc sedentibus pro tribunali prefatis do. iudice & alijs: sed etiam si duntaxat comparuisset incontinēti postq̄ iudex ipse & alij lata predicta sententia discesserant a tribunali, vt not. Joan. de Jmo. in. d. l. ex consensu: pro quo allegat not. in simili per glo. in. l. Pomponius. §. rati. ff. de procurat. & hoc dictū Joan. de Jmo. sequitur in. d. l. ex consensu, §. fin. Angel. Aret. & Alexand. de Jmo. in. d. §. sinautem reus, vers. duodecima cōclusio, &c. Quinimo plus dicit Fulg. in. d. §. sinautem reus, & in. l. si ideo. ff. de euict. & Rapha. Cuma. in. d. l. ex consensu. §. fi. q̄ verus contumax solū in non comparendo ad sententiam: si tamen non fuit contumax in reliquo processu, prout nec fuit idem magister Bernardus, auditur appellans, arg. l. quāuis indubitati. C. de adult. Fateor q̄ aliqui contra sentiunt: ideo precedens ratio est melior. Que omnia dixerim sub correctione & benigna supportatione magnifici & doctissimi viri domini iudicis primarum appellationum patrie prouincie, & cuiuslibet alterius melius sentientis.

¶ De solutionib. ¶ Epitome. ¶ Consil. ix.

¶ Solutio annue pensionis, que empta fuit, fieri debet secundum valorem monete currentis tempore venditionis: non exactionis. A. F.



Viso casu de quo in articulis mihi exhibitis, dico & respondeo vniuersitatem de qua ibi teneri satisfacere de pensione inibi mentionata secundū valorem & estimationem monete currentis tempore venditiōis huiusmodi pēsionis: pro eo quia quando mutatio monete contingit in pōdere vel in materia, vtpote, quia tempore contractus moneta erat argētea, & bone lige: tēpore vero solutionis reperitur ere contaminata, & minoris lige: tunc fieri debet solutio de moneta, non quidem de noua, sed antiqua, si de illa reperiatur: vel si antiquam non habeat debitor soluet de noua, & supplebit bonitatē in noua: vt sic satisfaciat ad rationem antique monete, si antiquā erat melior. cap. olim, de censib. not. Bart. & doct. communiter in. l. Paulus. ff. de solutio. Alber. & Bart. in. l. cum quid. ff. si cert. peta. & Alexand. de Jmol. in. l. quod te, eod. tit. Anto. de Butr. Panor. & alij in. c. quanto, de iureiuran. & Marti. de Lau. in suo tract. de monet. versi. accedo ad secundum articulum, &c. Bald. in. l. acceptam, vers. xvij. queritur. C. de vsur. Et hec est communis sententia scribentium in iure. nec isto casu secundum doct. distinguitur an mutatio huiusmodi facta fuerit post

vel ante moram debitoris, vt expresse not. Panor. in. d. c. quanto: ⁊ ita etiam sentit Bart. in. d. l. Paulus, vers. querO quid si moneta, ⁊c. Fateor ꝙ quando mutatio facta est in moneta, non quidem circa bonitatem intrisecaz, vt circa pondus ⁊ materiam, seu ligam: sed circa estimationem seu cursum illius monete eadē bonitate intrinseca: ⁊ sic solum fit mutatio circa bonitatem extrinsecam: fateor eo casu ꝙ tunc fit distinctio, an mutatio huiusmodi facta fuerit post vel ante moram debitoris. Super quo articulo sunt opiniones. Sed non est opus insistere super illis: quia nō sumus in hoc articulo: sed in primo: quia a tempore facte venditionis predicte pensionis moneta mutata est in sua bonitate intrinseca, scilicet in materia seu liga. Est enim nūc minoris seu debilioris lige, q̄ tunc esset. Propter quod minus valet. Debet igitur per primo allegata attendi tēpus contractus, ⁊ valor monete tunc currentis: non valor monete nunc currentis magis contaminate: ⁊ secundū valorem monete tunc currentis debet fieri solutio predicte pensionis. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

Rubr. De diuers. rescript. ¶ Epitome. ¶ Consil. x.

¶ Rescripta ⁊ dispensationes viris sublimibus ⁊ literatis facilius indulgentur, q̄ alijs. U. F.

1 ¶ Etiam, dictio implicatiua est, ⁊ aliquid debet operari: sicut verba omnia operari debent.
2 Copulatiua an ⁊ quando vtriusq; partis veritatē exigat.
3 Ex nunc, vel ex tunc, dictionum significata ⁊ virtutes.
4 Filius regis non est, qui ex eo qui postea rex fit natus est.
5 Surreptio quomodo ⁊ quando rescriptum vitiet.
6 Falsum exprimere detestabilius est, q̄ verum tacere.



Viso Tenore literarum apostolicarum cuiusdam pretense dispensatiōis parte domini Odoyni de sancto Juliano impetratarum, ⁊ intellecto casu super quo dicuntur nunc contendere religiosus vir do. Dominicus Capalu ⁊ ipse Odoyni, videtur dicendum sufficienter dispensatū fuisse cum eodē Odoyni, vt q̄primum clericali charactere insignitus extitisset, etiam ante decimū sextum annum, recipere ⁊ retinere valeret in cōmendam vnuz regulare beneficium cum cura vel sine cura cuiusuis etiam Cluniacēsis ordinis, etiam si beneficiū huiusmodi esset prioratus, prepositura, dignitas, ⁊c. Pro cuius dicti declaratione premitto verba predictarum literarum: quorum occasione et pretextu orta est questio huiusmodi, que sunt talia. Ut q̄primum clericali charactere insignitus fueris, ⁊ postquaz sextum decimū annum: cum vero decimum octauū, cum illo vnum aliud: ⁊ q̄primum vicesimum tertiū dicte etatis annos attigeris, cum illis etiam vnum aliud: vel absque illis tria alia quecunq; curata, seu alia inuicem incōpatibilia secularia. Ex quibus verbis illud clare colligitur, sanctissimum do. nostrum Papā cum eodē Odoyno dispensasse, vt quamprimū clericali charactere insignitus extitisset, ⁊ postq̄ sextum decimū annum eius etatis attigisset, posset recipere ⁊ retinere vnum: ⁊ postquā attigisset decimū octauū annum, vnum aliud: ⁊ quamprimū attigisset vicesimum tertium annū, cum illis etiā vnum aliud beneficia ecclesiastica secularia curata, seu alia inuicez incompatibilia, vel etiam absq; illis tria alia quecunq; curata, aut alia inuicem incōpatibilia secularia. Deinde subiunguntur verba sequentia, Aut cum vno vel duobus ex eis, seu absq; illis, etiam ex nunc vnum cum cura, vel sine cura cuiusuis etiā Cluniacēsis ordinis regulare, ⁊c. Per que etiam clarissime apparet do. Papā cum eodē Odoyno dispensasse, vt quamprimū clericali charactere insignitus extitisset, ⁊ postq̄ attigisset annum vicesimum tertiū, posset recipere ⁊ retinere cū vno vel duobus ⁊ tribus quibuscunq; beneficijs curatis, seu alias inuicem incompatibilibus secularibus, vnum regulare, cum cura, vel sine cura, cuiusuis etiam Cluniacensis ordinis. Apparet etiā Papam cum eodem Odoyno dispensasse, ꝙ posset absq; duobus, vel vno beneficijs curatis, seu alijs inuicem incōpatibilibus secularibus, recipere ⁊ retinere vnum regulare cuiusuis, ⁊c. ⁊ hoc non solum postq̄ attigisset annū vicesimum tertium, aut decimū octauū, vel sextum decimū: sed ex nunc, scilicet ex tempore dispensationis antedicte: postq̄ tamen fuisset clericali charactere insignitus: ad hoc enim dicendum videtur nos compellere illa dictio etiam,
1 posita in illa clausula, seu absq; illis† etiam ex nūc vnū, ⁊c. que est dictio implicatiua. l. j. ⁊ quod ibi Bart. ⁊ Salic. C. etiam per procura. cau. agi pos. c. accusatus. §. de questionibus, de hereti. in. vj. ⁊ c. cum in illis. §. illis, de preb. eo. lib. not. Bart. in. l. supra iter. §. officiū. ff. de aqua pluuia. arc. que debet aliquid operari. c. si Papa. §. j. vers. cū verba, ⁊c. ⁊ quod ibi glos. de priuil. in. vj. ⁊. l. si quando, in princip. et quod ibi glos. ff. de legat. j. nullum enim verbum positū in aliqua scriptura vacare debet, aut superflue poni. c. si Romanorum, ⁊ quod ibi glos. super verbo mēbranas, distin. xix. c. sic enim, versicu. item vbi ait ecce ego Paulus, ⁊c. et quod ibi glo. xxviij. q. j. ⁊. l. si stipulatus, in prin. ff. de vsur. sed debet non solum vnaqueq; clausula: sed etiam vnumquodq; verbum esse cum potestate operandi si fieri potest, per iura predicta, ⁊. l. hac lege. ff. de cōtrahen. emptio. quod etiam voluit Bald. C. eod. tit. in rubri. quest. ix. ⁊ Angel. consil. ccl. exordien. Ser Simon de Regio suum condidit testamentum, Petr. de Anchar. consil. lxiij. exord. Pro clariore decisione, ⁊c. ⁊ Paul. de Cast. consil. cxj. exordien. Substitutio predicta facta Antonio, ⁊c. Que tamē dictio etiam, nihil operaretur si non intelligeretur vt predixi. Cui dicto non videtur obstare quod opponitur: scilicet, ꝙ cuz, vt apparet ex verbis superius relatis, voluerit Papa prefatum Odoynum ante assequutionē beneficij ecclesiastici clericali charactere insigniri, pro eo quia laici sunt incapaces beneficiorum ecclesiasticorum: ⁊ deinde copulatiue loquendo subiunxerit. Et postq̄ sextum decimum, ⁊c. ad cuius sermonis veritatem non sufficit alteram partem esse veram, per iura in oppositione allegata: palam inferatur constare de expressa voluntate pontificis, ⁊ ꝙ ipse ita demum eidem Odoyno posse prouideri voluerit cuz fuisset clericali charactere, ⁊c. ⁊ etiam assecutus saltem sextum decimum annum. Quoniam videtur posse responderi esse
2 verum ꝙ† ad veritatem copulatiue nō sufficit alterā partem esse veram. Sed ex hoc non sequitur predicta conclusio: quia in ipsa oppositiōe nō refertur ex integro illa pars copulatiue de qua ibi, Et postq̄ sextum decimum, ⁊c. Habet enim hec pars copulatiue duas partes alternatiue positas: quarum prima ponitur ab illo verbo, ⁊ postq̄, vsq; ad verbum, seu absq; illis, ⁊c. igitur ꝙ q̄uis ad veritatem copulatiue predicte requiratur vtranq; partem esse veraz: non tamē requiritur ad illius veritatē, ꝙ vtraq; pars secūde partis copulatiue de qua in verbo, ⁊ postq̄, sit vera: quia ista pars, vt dixi, habet duas partes prolatas alternatiue: quarum prima exigit ꝙ pro assequutione vnius beneficij ecclesiastici secularis idem Odoynus attigisset sextū decimum annū: ⁊ pro assequutione alterius secularis cum illo primo decimum octauum annum: pro assequutione vero alterius secularis cum illis duobus, vel pro assequutione trium aliorū quorumcunq; curatorum, ⁊c. absq; tamen alijs tribus, aut etiam ꝙ pro assequutiōe vnius regularis cum vno vel duobus ex secularibus, de quibus supra, attigisset idem Odoynus vicesimū tertium annū. Sed pro assequutione vnius regularis non exigitur ex tenore bulle, ꝙ idem Odoynus attigisset vicesimum tertiū decimū octauū aut sextū decimū annū. Et hoc colligitur ex secūda parte huius alternatiue posite in illo vers. seu absq; illis etiam ex nunc vnum cum cura, ⁊c. ⁊ est, vt videtur text. dictarū literaruz satis clarus. Est enim sermo ille, de cuius intellectu disputatur, qualis esset si quis diceret, Sortes currit, ⁊ Plato disputat vel orat. Quamuis enim ad veritatē huius copulatiue requiratur, ꝙ Sortes currat, ⁊ ꝙ Plato disputet vel oret: non tamen requiritur ꝙ Plato precise disputet: sed sufficit ꝙ ipse faciat alterum, scilicet, ꝙ disputet vel oret. Que satis nota sunt logicis. Et sic nō videtur obstare dicta oppositio. ¶ Etiaz nec obstare videtur quod dicitur
3 de dictione ex nunc, † posita in predicta clausula, scilicet ꝙ illa, que tēpus significat, accipi debeat ⁊ exponi pro dictione ex tunc, per id quod habetur in clem. j. ⁊ quod ibi glos. ⁊ docto. super verbo ex nunc, de conces. preben. ⁊ quod notant docto. in. c. licet, de voto, ⁊ in. c. preterea, el. ij. de appel. ⁊ Archid. in. c. dudum, de prebend. in. vj. Quoniā videtur posse responderi ad dictam cle. j. ꝙ dictio ex nunc, ibi adijcitur dispositioni conditionali: ⁊ sic non mirum si trahatur ad conditionis euentum. In quibus terminis etiaz loquitur Archid. in. d. c. dudum. in casu vero nostro nō adijcitur dispositioni conditionali, vel etiam alteri future: nisi quoad impressionez clericalis characteris. Quāuis enim

ante illam clausulam, seu absque illis etiam ex nunc, &c. ponatur illa clausula, Et postquam sextum decimum, &c. usque ad versi. seu absque illis, &c. hec tamen dictio ex nunc non adijcitur illi clausule, aut dispositioni in eadem cōtente: sed ponitur in dispositiōe de qua in dicto vers. seu absque illis, &c. que alternatiue se habet ad dispositionē positam in versic. Et postquam, &c. Deinde eodem modo respondeo ad notata per docto. in d. c. preterea, de appellat. & per Bald. in c. j. de mili. vassa. qui contu. est: quod etiam docto. loquuntur ibi in casu, in quo dictio ex nunc, adijcitur dispositioni cōditionali. Ideo non mirum si expectetur conditionis euentus: quia non est verisimile quod iudex mandans alicui, puta Titio confitenti se debitorem, quod infra decem dies Sempronio decem soluat, Adijciens, quod si non solueris, ex nunc te excommunico, voluerit quod pena preueniret delictum, & quod ille in excommunicationem incideret antequam esset contumax. Propter quod hec verba ex nunc te excommunico, non significant presentem verbi actum: sed futurum effectum. l. lecta. ff. si cert. petat. & est perinde ac si dicerem, Ex nunc decerno ego iudex quod tunc sis excommunicatus: et dicit Bald. vbi supra, & docto. in d. c. preterea: qui etiā vt plurimum ibi loquūtur quando dictum est, ex nunc prout ex tunc. Quo casu verbum ex nunc, significat actum verbi, & illud verbum ex tunc significat effectum actus esse collatum in illud tempus futurum, vt notat Bald. in. d. c. j. de mili vassa. Pro quo allegat dictam. l. lecta: & Alex. de Imol. in. l. huiusmodi, la. ij. de verborum obligationibus. ¶ Ceterū quia mater prefati Odoyni dicitur fuisse procreata & genita ex patre plebeio seu nō nobili, & nata priusquam idem pater nobilis efficeretur: licet pretēdatur quod postea miles factus extiterit: quesitum est, an propter hoc vitientur litere dicte pretense dispensationis: in quibus expressum est eundem Odoynum procreatum extitisse de nobili genere & militari ex vtroque parente: & quid de literis gratie, in quibus expressum legitur eundem Odoynum de magno & militari genere ex vtroque parente procreatum. Pro cuius quesiti solutione premitto, prefatam matrem nō fuisse nobilem: licet pater eius post ipsius natiuitatem factus fuerit miles vel alias nobilis, arg. l. senator, & quod ibi glos. Bart. Ioan. de Pla. & alij doct. C. de sena. & l. ij. §. in filijs, & quod ibi Bart. & Alexand. de Imo. ff. de decur. quod etiam colligitur ex ijs que not. Cy. Bart. & Bald. in
4 l. imperialis. §. ijs illud. C. de nupt. vbi etiā dicunt † filium naturalem ex eo qui tunc rex non erat, & postea rex effectus est, non esse filium regis. fuit igitur in dictis literis tam dispensationis, quam gratie, pontifici surreptum. Propter
5 quod respondeo ad quesitum, & dico quod dicta † pretensa dispensatio, & dicte litere gratiose vidētur non valuisse. Et primo quidem non dispensatio: quia surreptio in expressione false cause vitiat dispensationē ipso facto. c. quia circa, vbi glo. Panor. & doct. de consangui. & affi. pro quo est optimus text. in. c. ij. in fi. de filijs presby. vbi aperte probatur, quod dispensatio est nulla non solum propter surreptio-
6 nem in exprimendo, sed etiam in verū tacendo. Est enim † detestabilius falsum exprimere, quam verum tacere: & tamen dispensatio corruit ex taciturnitate, vt ibi probatur. Facit pro premissis. l. j. ff. de natal. resti. non etiam valuerūt: quia surreptio illas vitiat. c. ad audientiam, el. ij. & quod ibi glo. & doct. de rescrip. not. doct. in. c. super literis, eod. tit. & probatur clarius in cle. j. de prebend. & c. j. & ij. de filijs presby. & vt probatur in. c. postulasti, de rescrip. omne tacitū, quod expressum habuisset retardare principem a concessiōe, inducit surreptionem: multo fortius inducitur surreptio in beneficialibus, si exprimatur aliquid quod tacitum habuisset retardare principem a concessione: quia, vt predixi, detestabilius est falsum exprimere, quam verum tacere. Quod autem pontifex retardatus fuisset a concessione dicte pretēse gratie, si expressum nō extitisset, quod idem Odoynus fuerat procreatus de magno nobiliū & militari genere ex vtroque parēte, patet per id quod habetur in. c. de multa, & quod ibi doc. de preben. vbi facilius dispēsatur cū viris sublimibus, hoc ē magnis nobilibus, & cū viris literatis: quam cū alijs.

¶ Rub. Ad senatusc. Velleia. ¶ Epitome. ¶ Consi. xi.

¶ Velleiano mulierem cōtra expressam ac iuratam renuntiationem suam non iuuari manifestissimi iuris est. V. F.

1 Fideiussor conuēditor pensionis an & quādo dicatur.
2 Mulieri Velleianum quando nō prosit: & an illi ipsa renuntiare possit.
3 Iuramentum in muliere & minore quid operetur: & an cum illo fauori suo renuntiare possint.
4 Iuratus contractus etiam heredes iurantis constringit.


Viso Instrumēto venditionis annualis pensionis quinque florenorum dudum facte per honorabilem quondam virū & honestas mulieres Garinum Beringarij Francesiam Lynarde eius matrem, ac Politianā ipsius Garini vxorē, & ipsorum quēlibet insolidū, insuper & casu parte heredum eiusdē Politiane mihi exhibito, & dubijs ex casu huiusmodi subtiliter elicitis: dico & respōdeo ad dubia huiusmodi
1 prout ecce. Et primo ad primū, quod † licet prefata quondam Politiana pretensa conuenditrix eiusdem pensionis dici possit fideiussor dicti quondam Garini, attento maxime quod vt audio pretium predicte pensionis peruenit insolidum ad ipsum quondam Garinum, per ea que habentur in. l. sed & Iulianus. §. j. ff. ad Maced. not. Bart. in. l. reos. ff. de duob. reis. & propterea videatur vēditio huiusmodi, quatenus concernebat eandem Politianā, fuisse nulla, auth. si qua mulier, & quod ibi Bald. versi. queritur vlterius, &c. C. ad Velleia. post Iaco. de Belloui. in auth. vt nulli iudi.
2 lic. hab. §. hec illud: tamen † quia ipsa Politiana cōuenit, promisit & ad sancta Dei euangelia iurauit, dictos quinque florenos, seu pensionem huiusmodi seruare, custodire, amparare, & defendere domino Precentori emptori eiusdem pensionis, ipsosque quinque florenos annuos dare, soluere eidem Precentori & suis successoribus: & quia etiā sub vinculo iuramenti huiusmodi eadem Politiana inter cetera renūtiauit expresse beneficio senatuscōsulti Velleiani & dicte authentice, si qua mulier: dico & respondeo eādem Politianā non potuisse venire contra venditionē huiusmodi: quia omissa illa cōtentione, que est inter glos. & doc. iuris ciuilis super illo articulo, An mulier possit renuntiare beneficio Velleiani senatusconsulti, de quo per glos. Ang. & doct. in. l. generaliter. C. ad Velleia. per glos. in. l. j. & fi. eod. tit. & l. fin. §. penult. ff. eod. tit. per Pet. Cy. & alios in. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & per. Ioan. Andr. Ant. de But. & Panor. in. c. si diligenti, de fo. comp. illud saltem certum est, secundum opinionē communem, quod mulier, etiam nulla precedente certioratione, potest renūtiare dicto beneficio. c. ex rescripto, de iureiuran. cuius textum dicit Roma. in. l. sciendum. ff. de verbor. oblig. esse ad hoc singularem, & a doctor. non ponderatum. Sed re vera imo fuit a multis ad hoc pōderatus. Hoc enim dictum sequitur Ant. de But. in. d. c. si diligenti, qui ad hoc multa allegat, & presertim. l. cum pater. §. filius matrem, in ratiōe sui. ff. de leg. ij. Idem etiam tenuit Panor. in. d. c. si diligenti: & hoc etiam sentit ibi Ioan. And. in nouel. idem Archid. & Ioan. And. in. c. ij. per illum text. indistincte loquentem, de pac. in. vi. idem Ant. de But. & Panor. in. d. c. ex rescrip. per illum text. Roma. in. l. in repudianda. ff. de acqui. here. Ant. de But. in c. cum causa, de empt. & vend. & Paul. de Cast. in. l. fin. §. penult. ff. ad Velleia. per text. in authenti.
3 sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. † vbi per iuramentum excluditur minor a beneficio restitutiōis in integrum absque certioratione. Et hanc opinionem dicit Alex. de Imo. in. d. l. sciendum, versic. quod tamen primo fallit vbi iuramentū interuenisset, &c. posse satis substineri: quia iuramentum facit vt quis presumatur magis deliberate accedere ad actum. d. c. ex rescripto, not. Alexand. de Imo. vbi supra. Quinimo dicit Bart. in. d. l. sciendum, & refert & sequitur Panor. in. d. c. si diligenti, quod iuramentum presumi facit quod mulier deliberata & certiorata venerit ad actum renuntiationis. Pro quo facit, quia iuramentum habet vim clausule, si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest, dicta. l. cum pater. §. filius matrem. c. venientes, & c. ad nostram, de iureiuran. facit quod notat Ioan. And. in. c. penult. de emptio. & vend. ¶ Et puto quod non solū fuerit obligata dicta quondam Politiana ad soluendū predictam pensionem, & alias obseruandum & non veniendum contra venditionem de qua supra: sed etiam quod virtute iuramenti per eandem prestiti fuerit venditionis cōtractus confirmatus, per id quod notat Bart. in. l. si quis pro eo, in. v. mēbro, & quod ibi moderni. ff. de fideiussor. Pro quo facit, quia beneficium Velleiani concessum est mulieribus fauore earundem: que propterea possunt illi fauori renuntiare cum iuramento, per quod non solum obligatur iurās

ad non contraueniendum: sed etiam firmatur contractus, vt habetur in similibus. c. cum contingat, de iureiuran. in c. licet mulieres, eod. tit. in. vj. c. quāuis pactum, de pact. in vj. & auth. sacramenta puberum, cum suis similib. C. si aduers. vend. Et ita communiter notant docto. in. d. c. cū contingat, & in. d. auth. sacramenta puberum, scilicet ꝙ vbi cōtractus est nullus principaliter ratione priuate vtilitatis, non solum obligatur ad non contraueniendum iurās, cuius fauore alias fuisset contractus nullus: sed etiam firmatur contractus. Super quo articulo nō insisto, propter vitandam prolixitatem. Et ex his sequitur ꝙ non solum
4 † potuit prefata Politiana conueniri ad solutionē predicte pensionis: sed etiaz conueniri possunt eius heredes: quia licet iuramentum quoad vinculum periurij sit personale, vt notat Innoc. in. c. veritatis, de iureiuran. & doct. in. d. auth. sacramenta puberum: & sic quoad vinculū huiusmodi in heredem non transeat, nec ipsum astringat: heres tamen tenetur ex contractu ab iurante celebrato, & cōfirmato propter iuramentum: quia contractus confirmatus quoad vires transit in heredem, qui fingitur eadē persona cum defuncto, auth. de iureiuran. a mori. presti. in prin. ¶ Preterea esto ꝙ predicta venditio, quatenus cōcernebat dictam dominam Politianam, non tenuerit de iure. d. auth. si qua mulier: de hoc tamen opponere nō poterat ipsa Politiana, obstante stylo curie sancti Marcellini: cui se submisit, ac etiaz statuto Delphinali, de literis compulsi. & preti. conce. quo, quibusdam paucis exceptionibus duntaxat exceptis, prohibētur cetere admitti. Cuius verbis etiam si dura sint, in dubio standum est. l. prospexit. ff. qui & a quib. & l. j. §. si is qui nauem. ff. de exerci. acti. notat Bart. in. l. j. §. & parui. ff. quod vi aut clam: quemadmodum de hoc opponere non potuisset dicta quondam Politiana: ita nec de eo videntur posse opponere eius heredes: quia obligatio heredum virtualiter continetur in instrumento, arg. l. j. C. si cert. peta. & l. si pactum. C. de probatio. pro quo facit quod voluit Joan. de Imol. in. l. j. in princ. vers. & per hoc patet. ff. de ijs que in testa. del.

¶ Rubr. De euictionib. ¶ Epitome. ¶ Consilium. xij.

¶ Euictionario euictionis lis est intimanda. V. S.

1 ☞ Possessor particularis rei pro pensione annua hypothecate an & quando actione personali conueniri possit.
2 Discutio bonorū heredum venditoris an & quando fienda: & quid illis non sufficientibus agendum.
3 Recognitio postea subsecuta super omnibus bonis, ad omnia bona porrigit particularem predij hypothecam.
4 Judicis factum, vt factum partis reputatur.


Atis Diu viso casu mihi exhibito parte honorabilis viri magistri Joannis Noytholonis, & dubijs ex casu huiusmodi elicitis: dico & respōdeo ad dubia huiusmodi breuiter & succincte prout ecce. Et primo ad primum, ꝙ licet pensio septem solidorum inibi mentionata imposita extiterit super prato de quo ibi, ipsumqꝫ pratum pro pensione huiusmodi annis singulis & perpetuo exoluenda venerabili conuentui fratrum Augustinensium Morestelli expresse & specialiter obligatum extiterit: non tamen videtur ipse venerabilis conuentus posse experiri & agere contra dictum magistrum Joannē Noytholonis eiusdem prati possessorē: nec enim pōt cōpellere aut cogi & cōpelli postulare, ꝙ sibi soluat, vel etiam super eodē prato recognoscat dictam annuam pensionem: quia † hec ita demum petuntur per actionem personalem ortam ex contractu pretense venditionis, que non sequitur particularem possessorem. l. fi. §. fi. & quod ibi gl. ff. de contrahen. empt. & l. j. §. si heres, & quod ibi glos. & doct. ff. ad Trebel. pro quo videatur Pet. de Anch. consil. cccxlvi. exord. In lite & questione, &c. & Barth. Cepol. in suo tractatu de seruit. sub rubrica de seruitut. rea. vers. secunda vtilitas. et hec procedunt de iure cōmuni. Si vero esset in loco cōsuetudo iuri communi contraria legitime prescripta, standum esset consuetudini huiusmodi: de qua respondere nescirem, cum illam
2 ignorem. videtur tamē † eo casu ꝙ prius deberent discuti bona heredum Jaquemeti venditoris: & vbi bona huiusmodi non sufficerent: tunc conuenirentur possessores bonorum eiusdem quondam Jaquemeti, videlicet ipse magister Joannes Noytholonis, & possessores aliorum bonorum, super quibus in secunda recognitione fuit predicta pensio recognita: singuli videlicet pro rata & secundū ratam siue quotam quam possidēt de bonis huiusmodi, argumento. l. a pud, & quod ibi per Bar. Jaco. Reuum & do-
3 ctor. C. de debito. ciui. lib. xj. Cui non obstat, † si forte opponatur, ꝙ ab initio pensio huiusmodi imposita nō extiterit nisi super dicto prato. Quia cum illa postea extiterit recognitam super eo, quaz super omnibus alijs bonis eiusdem Jaquemeti, illa omnia censentur pro solutione pensionis obligata, argu. eorum que notat Barto. in. l. fundus quem. ff. de annuis legat. & in. l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. ij. & Joan. Fab. in. §. item seruiana, instit. de actioni. Quod autē superius dixi, prius debere discuti bona prefatorum heredum, ꝙ agi possit contra dictum magistrum Noytholonis reali vel hypothecaria actiōe: probatur in auth. de pigno. §. sed neqꝫ, & transumptiue in auth. hoc si debitor, & quod ibi glos. & docto. C. de pigno. & Joan. Fab. in. d. §. item seruiana. Et per hec patet responsio ad primū quesitum. ¶ Ad secundum vero quesitum, in quo queritur an presupposito ꝙ prefatus magister Joannes Noytholonis cogi posset ad recognoscendum predictam pensionem, haberet ipse Noytholonis aliquam actionem contra dictos heredes prefati quondam Jaquemeti, vel super bonis, &c. dico & respondeo, ꝙ quia pratum superius mentionatū captum fuit de pignore ad instantiā eiusdē Noytholonis, & pro debito: & deinde eo instante venditū & distractum: & deinde ipse in realem, corporalem, & actualem possessionem eiusdem prati immissus: perinde haberi debet, acsi idem magister Noytholonis a dicto quondā Jaquemeto, vel dictis suis heredibus dictum pratum cōpa-
4 rasset. Quo casu, quia † factum iudicis reputatur factum partis. l. si ob causam, & quod ibi docto. C. de euictio. tenerentur ipsi heredes, & poterit ipse magister Joānes Noytholonis contra eos experiri, postquā pratum fuerit ab eo euictum per cōuentum: nō antea. l. qui rem emit, cum suis similib. C. de euictio. Caueat tamen, vt si contra eum moueatur lis per conuentum, ipse illam denuntiet & intimet in forma iuris prefatis heredibus: quia alias agere nō posset pro euictione. l. emptor fundi. C. de euictio. & c. fin. cum suis similib. C. de emptio. & vendit. ¶ Et eodem modo prout supra respondetur ad alias duas questiones factas in casu predicto, de & super alia pensione decem solidorum vendita per prefatos heredes, & imposita super prato predicto, & eorum domicilio. Et ita vlterius non insisto super dicto casu.

¶ Rub. De sent. que pro eo quod inte. prof. ¶ Cons. xiij.

¶ Epitome.

¶ Donare pater filio cogitur ex promissione iurata, impetrato prius a principe: aut ad interesse agitur. V. S.

1 ☞ Promissio de donādo aut vendendo aliud est ꝙ ipsa donatio aut venditio.
2 Narratiua verba an & quando fidem faciant.
3 Donatio a patre filio in potestate existenti facta an & quādo valeat.
4 Potestas patria quoad spiritualia non attenditur.
5 Juramento validatur obligatio, cui lex nō assistit, dummodo non ei resistat.
6 Transmissio iuris patri quesiti fit in eius filios, quāuis in eo querendo nulla de filijs mentio facta sit.
7 Donatio excessiua, iurata obligat iurantem, vt contrauenire non possit: quamuis nulla facta fuerit insinuatio.
8 Promittens sub pena fundum vendere, ad quid duntaxat teneatur: & quid de donare promittente.
9 Obligatus ad faciendum, si non faciat, tenetur ad interesse: & quanti illud sit, & de eius actione contra tertios, & prescriptione, & hypotheca.
10 Dotis repetende considerationes.


Onitur In facto, ꝙ contractum fuit matrimonium per & inter nobilem virum Petrum Conuti, filiū naturalē & legitimū nobilis Alziarij Conuti domini castri de Layncello ex vna parte, & nobilem & generosam domicellam Honoratam de Aurisono, filiaz nobilis & egregij scutiferi Gaspardi de Aurisono domini, de Cluniaco parte ex altera: ante cuius consummationem & contractum fecerunt

fecerunt prefati nobiles Alziarius & Gaspardus pacta & conuentiones latius declaratas & expressas in certa schedula, cuius tenor exhibitus est: de quarum numero est conuentio & capitulū sequens, & sequētis tenoris. Et dictus nobilis Alziarius Cornuti promisit & promittit dare dicto Petro suo filio contemplatione dicti matrimonij seignorias seu ditiões ad ipsum pertinētes in dicto loco de Lancello & in loco sancti Martini in eorum territorijs quibuscunq; cum mobilibus existentibus in domo de Lancello reseruatis fructibus dictorum bonorum durāte eius vita: et post eius decessum dicti fructus & vsusfructus consolidentur eorum proprietati. Insuper dictus nobilis Alziarius promisit & promittit dare & donat dicte nobili Honorate in incrementum & augmentum dicte sue dotis ducētos florenos consummato dicto matrimonio. Etiam inter capitula predicta & de eis est capitulum sequens, & sequentis tenoris. Item est de pacto inter dictas partes, ꝙ adueniente casu restitutiõis dicte dotis (quod Deus auertat) dicta dos aut quod apparebit solutuz, debet restitui per solutiões, quibus apparebit solutum, & ꝙ vna solutio non possit aliam superare. Deinde vero post perfectū seu cōtractum matrimonium per verba de presenti & in crastinum, vt in schedula de qua supra, factū est & passatuz instrumentū per & inter prefatos nobiles Alziariuz & Petrū, Gaspardum & Honoratam: in quo partes ipse & earum quelibet, quatenus contenta in schedula eas & eam concernebant, leguntur promisisse & solenniter conuenisse debitis interuenientibus stipulationibus: seu pacta, promissiones, & conuentiones inter se inuicem fecisse, prout & quemadmodum in predicta schedula continetur: que inibi inseritur. Et deinde post illius insertionem subijcitur clausula sequens. Prescripta autem pacta, conuentiones, promissiones, donationes, renuntiationes: videlicet predictus Cornuti predictā donationem predictorum castrorum, bonorum & florenorum ducentorum in augmentum dotis donatorū, & dictus de Aurasyono ipsam dotem soluere, vt in eadem schedula declarantur, &c. omnia alia in prescripta schedula, ac etiā in hoc presenti & publico instrumento contenta pariter & descripta supradicte partes & earum quelibet insolidum, & inquantum quālibet ipsarum partium tangit, seu tangere potest, vel poterit quomodolibet in futurum promiserunt et solenniter conuenerunt debitis stipulationibus hincinde interuenientibus, vna alteri & econtra, tenere, attendere, complere, & inuiolabiliter obseruare, et non contrauenire, &c. sub obligatione bonorum in forma. ¶ Post hec vita functus est & decessit dictus nobilis Petrus, superstitibus duobus eius & dicte nobilis Honorate liberis naturalibus & legitimis, scilicet Joanne & Alziaria, ac etiam prefatis nobilibus Alziario eiusdē Petri patre, & Honorata vxore. ¶ Quesitum est an idez nobilis Alziarius censeatur per predicta donasse dictō quōdam nobili Petro eius filio castra, seu seignorias quas habebat in dictis locis de Layncello, sancti Martini, & eorū territorijs, & alia bona superius mentionata. ¶ Secundo quesitum est, an presupposito ꝙ per predicta donasse non videretur, sed potius donare promisisse, teneatur idem Alziarius nunc donare castra seu seignorias & alia predicta prefatis nobilibus Joanni & Alziarie eius nepotibus seu felesenis: & quid si hoc facere nolit. ¶ Tertio, an non obstante pacto de dote repetenda superius mētionato possit & valeat ipsa nobilis Honorata repetere dotē a dicto nobili Alziario, cui illa extitit exsoluta, seu id quod re vera de ea solutum est, & hoc simul & eodem contextu: an ve teneatur obseruare pactum de quo supra.

¶ Christi nomine inuocato. Viso casu de quo supra, & dubijs ex eodem elicitis, dico & respondeo ad dubia huiusmodi prout ecce. Premittens pro faciliore solutione fienda ad primum quesitum, ꝙ † aliud est promittere donare, 1
seu promissionem facere de donãdo, & aliud donare: sicut aliud est vendere, & aliud promissionem facere de vendendo. l. in bone fidei, cum ibi notatis. ff. de eo quod cert. lo. l. Titius, cum glos. in verbo distraheret. ff. de pigno. actio. & c. penul. cum glo. fin. de elect. in. vi. notat Joan. de Imo. in. l. in edibus. §. ex rebus. ff. de donat. Alex. de Imo. in. l. iurisgentium, in princ. ff. de pact. in. l. si fideiussor. §. j. ff. de leg. j. Joan. Fab. in. §. alie, institut. de actio. Et hec omnia colliguntur ex notatis per Bart. in. l. singularia, vers. assumamus primo: ibi, quandoq; stipulatio precedens continet obligationem de contrahendo, &c. ff. si cert. petat. quod etiam voluit Paul. de Castr. consil. mihi. xlij. exordiente, Tria que faciunt, &c. & Fran. de Aret. consil. xxviij. exordiente, Diligēter animaduersis ijs, &c. Quo premisso dico & respondeo, ꝙ si prefatus nobilis Alziarius Cornuti solum conuenisset, promisisset, & iurasset donare dicto Petro eius filio castra seu seignorias & alia predicta: non propterea censeretur castra & bona huiusmodi eidem Petro donasse. Sed attentis verbis de quibus supra, & que ponuntur in predicto instrumento, vers. prescripta autē pacta, &c. videtur ꝙ vel ille magister Joannes Jacobi, qui schedulam predictā scripsisse dicitur, vel notarius qui recepit & sumpsit notā de contentis in instrumēto superius mentionato, erronee omiserint scribere & dona: in vers. de quo supra, exordiente, Et dictus nobilis Alziarius Cornuti promisit, &c. Quod satis patenter videtur colligi ex verbis de quibus supra, & que ponũtur in predicto instrumento, vers. prescripta autem pacta, &c. vbi idem nobilis Alziarius conuenit & promisit, & ad sancta Dei euangelia iurauit tenere, attēdere, & inuiolabiliter obseruare donationem predictorum castrorum, bonorum, & florenorum ducentorum in augmentum dotis donatorum. Per que verba satis clare concluditur, donationem fuisse factam: alias non debuisset scribere notarius, ꝙ idē Cornuti promiserit tenere, attendere, & obseruare donationem castrorum: sed potius scribere debuisset promissionē de donando: quis etiam non multum apte vel pertinenter diceretur ꝙ promiserit tenere, attendere, & obseruare promissionem de donãdo. Preterea cum illud verbum donatorū, positum in dicto versi. prescripta autem, &c. ponatur post verba predictorum castrorum & bonorum, & post verba florenorum ducentorum: illud videtur debere referri nō solum ad verba ducentorum florenorum: sed etiaz ad verba castrorum & bonorum, per ea que ponunt doct. in. l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisdict. omniū iudic. l. talis scriptura. ff. de legat. j. l. j. C. de liber. preteri. vel exhere. & in. c. secundo requiris, de appel. Et iuuatur hoc propter verba predictam donationem, precedēntia illa verba predictorū castrorum. Et esto ꝙ alias nō appareret de donatione hu-
2 iusmodi, nisi per hec verba narratiua: hoc † tamē sufficeret, & per ea videtur sufficienter probata donatio inter cōtrahentes, per id quod notant docto. in. l. optimam. C. de contrahen. & committ. stipul. Joan. de Imol. in. l. qui volebat, in princ. ff. de hered. instit. & Petr. de Anch. consil. clxxx. exord. Prima facie videretur ꝙ dictum instrumentum, &c. vbi inter cetera dicit, ꝙ narratio inter partes, que potuissent disponere super eo quod asseritur, facit inter eas plenam fidem: ad quod allegat dictam. l. optimam, et quod notat Inno. in. c. cum in iure peritus, de offic. dele. Etiam dicit Joan. de Imol. in. d. l. qui volebat, ꝙ si verba enuntiatiua proferuntur a notario presentibus partibus super eo quod tunc fieri poterat per partes, illa inducunt dispositionem, allegat dictam. l. optimam, & quod ibi per Jaco. Butri. & quod notat Bar. in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Cuz ita q; potuerint eo tempore castra predicta donari per prefatum Alziariuum dicto Petro eius filio, videtur ꝙ per verba predicta posita in dicto versicu. prescripta autem pacta, &c. sufficienter appareat de donatione eorundem castrorum. ¶ Ad secundum quesitū dico & respõdeo, ꝙ vbi prefatus nobilis Alziarius donasse nō cēseretur dicto Petro eius filio castra & bona de quibus supra: ipse bona huiusmodi donare teneretur prefatis Joanni & Alziarie eius nepotibus seu felesenis, ac filijs & heredibus dicti quondam Petri ipsius Alziarij fi-
3 lij. † Quamuis enim pater filio vel alteri decedenti, & in eius potestate existenti regulariter cum effectu donare nō possit, nec donatio facta ab initio valeat. l. ij. C. de inoffic. dona. & l. donationes. C. de donat. inter vir. & vxo. hoc tamen fallit in donatione iurata, vt notat Bald. in. l. fin. C. de vsucap. pro donat. & in repetit. l. ij. ff. de iureiur. & Alex. de Imol. qui pro hoc multa bona inducit, in. l. si donatio. tione. C. de colla. idem dicit videri tenendum, quamuis dixerit se non firmare, Franc. de Are. cõsil. mihi. lxxviij. exordiente, Et ratio scribendi in consilijs & materia, &c. ꝙ cum ex donatione facta a patre filio pater obligetur filio naturaliter, secundum Barto. in. l. frater a fratre, in. vi. q. ff. de condi. indebi. glos. & Bart. in. l. si quis pro eo. §. j. ff. de fideiuss. videtur ꝙ contractus donationis facte per patrem filio firmari possit iuramento: quia iuramentum est vincu-
4 lum spirituale. Quoad spiritualia † autez patria potestas non attenditur. c. si annum, de iudic. in. vi. Preterea vt di-
5 cit idem Franc. † quando pater donat filio, lex nō resistit

contractui, sed non assistit: ergo videtur obligatio conualidari iuramento, iuxta regulam traditam per Bart. in d. l. si quis pro eo, in princ. quam omnes sequuntur, & maxime Ioan. de Imo. in c. cum contingat, versic. fi. de iureiuran. Pro hac parte etiam consuluit Ambros. de Uina. & allegat multa, & inter cetera, quod iuramentum est de iure naturali & diuino, vt patet ex iis que habentur in c. si peccatū. xxij. quest. j. & in c. & si Christus, de iureiuran. & est preceptū morale, non mysticum seu cerimoniale. Ius autem naturale est immutabile. §. his ita, distin. vj. Cum itaque iuramentum, & iuramenti implementum sit iuris diuini & naturalis immutabilis, naturalis obligatio donationis facte per patrem filio vestitur iuramento, per legem naturalem & diuinam sacre scripture, que est potētior qualibet patria potestate: quia nulla constitutio humana potentior est constitutione diuina, auth. sed episcopalis dignitas. C. de episco. & cleri. allegat etiam Bald. in conclusio. suis feud. de pac. iura. fir. Ioan. de Imol. in d. c. cum cōtingat, de iureiuran. Guiliel. de Montelaud. in cle. Romani, de iureiuran. subiungens quod nonnulli moderni docto. magne estimationis idipsum tenuerunt in d. l. si quis pro eo, scilicet Bar. Ual. & Catho. Addens quod hec procedūt quando est simplex donatio: multomagis ergo quando facta est contemplatione matrimonij, arg. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. Non enim est talis donatio simplex: sed facta ob causam matrimonij, quod alias non fuisset fortasse sequutum. Est ergo donatio, conuentio & pactum ob causam factum: quod valet & tenet etiam inter patrem & filium, vt notatur in d. l. ij. C. de inoffic. dona. Et sicut donatio facta per patrem filio etiā existenti in potestate firmatur iuramento, vt predixi: ita & promissio de donando facta per patrem filio, et iuramento firmata. Cum enim pater, qui ita facere iurauit, hoc facere possit sine interitu anime: ipse hoc facere debet. d. c. cū contingat. c. quamuis pactum, de pact. in vj. cum multis similib. Nisi forte quis dicat, quod prefatus quondam Petrus, cui donare promiserat, vita functus sit: & sic sibi donare non possit. Quoniam respōdeo quod hoc non obstat:
6 † quia cum, vt predixi, promissio predicta vestita fuerit iuramento, & sic ius & actio quesita contra patrem prefato quondam Petro: ipse Petrus hanc actionem seu ius ad dictos eius liberos, quorum prima causa est, transmisit, auth. de hered. ab intest. §. j. colla. ix. & transumptiue in authen. in successione. C. de suis & legit. liber. Nec fuit opus in promissione huiusmodi facere mentionē de heredibus eiusdem quōdam Petri. l. si pactum. C. de pactis. ¶ Nec etiā obstaret, si forte diceret idem Alziarius, quod propterea castra & alia bona donare non teneatur, quia excedunt in valore summam quingentorum aureorum: & sic si ea donasset vel donaret sine insinuatione, non valuisset vel valeret donatio. l. illud. C. de sacrosanct. eccles. & l. sancimus, iuncta. l. penult. C. de donat. Quoniam respondeo quod cum ipse nobilis Alziarius donare promiserit, debet donare cum effectu: quia verba cum effectu accipienda sunt. c. relatum, cum suis similib. de cler. non resid. Preterea † donatio exces-
7 siua facta cum iuramento, & sine insinuatione, obligat iurantem vt contrauenire nō possit, vt plene prosequitur Oldr. consil. mihi. ccxxij. exordien. Queritur an in donatione excessiua iuramentum donantis de obseruando, &c. vbi multa allegat que possunt ibi videri. Nec dicat aliquis, quod implementum conuentionis, seu promissionis de donando sit futurum inutile prefatis Ioāni & Alziarie: quia facta donatione huiusmodi statim liberabitur a promissiōe de donando idem Alziarius. l. in numerationibus, in fi. ff. de solutio. & voluit Bart. in d. l. singularia. ff. si cert. pet. & Pau. de Castr. in d. consil. xlij. Ad quod etiā induci potest quod notant Bart. & multi post eum in d. l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de legat. j. de eo qui per arbitrum condemnatus est ad locandum: quem dicit liberari a pena, si locet: etiam si postea patientiam non prestet. Et idem dicit Bal. in l. fin.
8 C. de pact. conuen. vbi notat, quod † si tibi promisero vendere fundum sub pena, quem postea vendidi, sed non tradidi: nō teneor ad penam: quia prime promissioni satisfeci: & in consequenti contractu non fuit pena repetita, dicta. l. in numerationibus. ff. de solutio. donando igitur liberabitur idem Alziarius a promissione iurata: nec valebit donatio, vtpote facta nepotibus in ipsius nobilis Alziarij potestate existentibus. l. ij. C. de inoffic. dona. & ita videtur quod implementum promissionis sit futurum eisdem nepotibus inutile. Sed hec non obstant. Tum quia, vt puto, & superius dixi, verba debent intelligi cum effectu, scilicet, quod prefatus nobilis Alziarius sic donare debeat, quod contra donationem venire non possit. Preterea, vt apparet ex verbis contentis in dicto versi. Prescripta autem pacta, idem nobilis Alziarius conuenit & promisit donationem castrorum, & bonorum predictorū tenere, attendere, complere, & inuiolabiliter obseruare, & non contrauenire, &c. per que satis apparet eundem Alziariū non solum esse obligatum ad donandum, si non donauerit: sed etiā ad tenendum, attendendum, complendum, & inuiolabiliter obseruandum donationem huiusmodi: & sic se liberare non potest per solam donationē, pro quo facit quod in simili voluit Bart. in d. l. si fideiussor. §. meminisse, respondēdo ad l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio. ¶ Uerum quamuis dixerim dictum nobilem Alziarium teneri ad donandū, si esset verum eundem non donasse: nō puto tamen quod ipse possit cōueniri per dictos eius nepotes, quādiu in ipsius potestate extiterint. l. lis nulla. ff. de indi. nisi princeps super hoc prouideret: quod facere posset ex certa scientia: et quod puto facile obtineri posse: quia audio hunc nobilem Alziarium iam cepisse alienare & transferre in alios de istis bonis donatis, argu. l. imperator, & quod ibi per doctor. ff. ad Trebel. ¶ Illud autem certum est, † quod cum ipse
9 Alziarius, si donationem non fecerit, teneatur ad illam faciendum, & sic ad factum, per id quod ex glos. super verbo interponende, in l. ex ea parte. ff. de verbo. oblig. si illam non faciat, tenebitur ad interesse, vt etiam sentit ibi idem Franc. facit. l. si quis ab alio. §. fin. ff. de re iudic. Preterea cum idem nobilis Alziarius promiserit & conuenerit, vt sepius dictū est, tenere, attēdere, &c. sub hypotheca & obligatione omnium bonorum suorum, commissa est promissio ad interesse, si contra faciat: quod cōtingit in omnibus obligationibus facti, & que in non faciendo cōsistunt. d. l. si quis ab alio. §. vlti. l. ij. §. fin. cum duabus. ll. sequētibus, & l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verbor. oblig. & per consequens omnia bona hypothecata existūt eisdem nobilibus Ioanni & Alziarie, quasi existente conditione debiti, id est, interesse tacite promissi. l. grege. §. si sub conditione. ff. de pigno. Et hoc est quod eleganter voluit Oldra. consil. mihi. xxxv. exordiente, Factum tale est quedam mulier, &c. Ex quibus verbis etiam colligitur quod tantum sit interesse, quantum valent res ipse que donari debuerunt. Et pro hoc interesse poterunt in dies prefati nobiles Ioannes & Alziaria experiri contra possessores: nec curret eis prescriptio quandiu viuet idem Alziarius, in cuius potestate existunt: quia non valenti agere, &c. l. j. in fin. C. de bon. matern. & l. j. §. fina. C. de anna. exceptione.
10 ¶ Uenio ad tertium & vltimū quesitum, Super quo † dico quod si pactum reddende dotis post solutū matrimoniū, de quo supra, factū extitisset per solam nobilem Honoratam & prefatos nobiles Alziarium & Petrum, aut alterum eorundem: illud non deberet obesse eidem nobili Honorate superstiti eidem Petro & eius relicte, quominus termino iuris, & sic anno elapso, totam dotem, vel id quod de ea solutum est repeteret. l. de die. l. vt autem, & l. Atilicinus. ff. de pact. dota. Si etiam pactum huiusmodi factū fuisset duntaxat per dictum quondam nobilem Gaspardum patrem eiusdem nobilis Honorate, hoc est sine consensu eiusdem Honorate: tunc etiam dicerem quod cū idem Gaspardus vita functus sit, & decesserit non relicta herede insolidum, aut pro parte dicta nobili Honorata, & sic fuerit dos predicta reintegrata eidem Honorate. l. j. §. videamus. C. de rei vxo. actio. pactum predictum sibi obesse non deberet. l. aliud, in fin. ff. de pact. dota. arg. a cōtrario. Sed quia istud pactum factum est per patrem & filiam, et sic per patrem consentiente filia, per id quod notāt Ioan. de Imol. & Alexan. post alios in l. cum pater. §. liber. ff. de legat. ij. Bald. & Ioan. de Imol. in l. is qui heres. §. neque filius. ff. de acquir. heredit. videtur istud pactum nocuisse filie quoad hoc: nec contra pactum experiri posset contra heredes viri, vel ipsum nobilem Alziarium, si dotem recepit, per ea que notat Bald. nouel. in suo tract. iur. do. in vij. parte, vers. vndecimum priuilegium est, &c. ibi, & ex predictis infertur ad quintam limitationem, &c. Sētit enim relatione habita ad dictum priuilegium, quod licet speciale sit in muliere, vt non teneatur soluto matrimonio ad obseruantiam pacti, per quod ipsa in totum vel in parte remanebit indotata, vel aliter sue dotis conditio efficitur deterior. l. ij. l. Atilicinus, & l. die. ff. de pact. dotal. hoc tamen fallit quando mulier consentit patri, allegat. l. quoties, versic. ceterum, & l. ij. §. j. a contrario sensu. ff. sol. matr. & l. cum

ꝛ l. cū dos, secundo respōso. ff. de pact. dot. Et huius dicti
redditur ratio: quia tale pactū non videtur multū preiu-
diciale filie: pro eo quia pater eo casu tenetur redotare eã.
l. si socius pro filia. ff. pro soc. ꝛ authen. sed quanuis. C. de
rei vxo. actio. ꝛ idem in herede patris: qui succedit in one-
re redotandi, vt per Dyn. in. l. si marito. §. ij. ꝛ per Bart. in
l. post dotem. ff. solut. matri. Si tamen in casu nostro he-
res dicti quondam Gaspardi non esset potens ad redotã-
dum eandem nobilem Honoratam, putarem ꝙ non ob-
stante pacto predicto, ipsa possit repetere totam dotẽ, vel
id quod de ea solutum est, non expectatis dilationibus, de
quibus conuentum est, per id quod voluit Bald. nouel. in
v. fallen. dicti vndecimi priuilegij. Et quanuis loquatur
eo casu, quo filia remansura esset simpliciter indotata pro-
pter impotẽtiam patris vel heredis: idem tamen videtur
propter impotentiam huiusmodi remãsura esset indota-
ta vsq; ad tempus fiende restitutionis dotis per heredem
mariti, vel eum qui dotem recepisset, argu. dicte. l. vt autẽ.
ff. de pact. dotal. vbi dicit text. non magis posse pacisci, vt
longiore die dos reddatur, ꝙ ne omnino reddatur.

¶ Rub. De subdit. vasal. ¶ Epitome. ¶ Consil. xiiij.

¶ Vasalli, aut eorum officiarij subditos incolas vocare
non tenẽtur in impositione bannorū, aut preconisationū
laxatione: non negata tamen subditis legitima exceptio-
ne, si in eos ea propter inquiratur. V. F.

1 ☞ Bannum multa quedam est, ꝛ iurisdictionem exigit.
2 Preconisationes multatorie cur fiant.
3 Proclamata an ꝛ quando sciri presumantur.
4 Preconis vox paucis innotescit.



PErtinenter Viso casu mihi
exhibito, ac du-
bijs ex codez elicitis, vna cum preconisa-
tionibus inibi mentionatis, ꝛ dudum fa-
ctis vt dicitur in loco ꝛ castro de Solori-
no per dominos illius, seu eorū bayllivū
ꝛ iudicẽ: dico ꝛ respondeo ad dubia huiusmodi prout se-
1 quitur. Primo premittẽdo, † ꝙ bannū est de iurisdictione:
cum sit quedam mulcta. l. j. §. ex hoc rescripto, versic. quid
ergo, iuncta glos. ff. de ven. inspi. notat gl. in. l. si quis post
hanc. C. de edif. priua. hanc autem mulctam ille qui iuris-
dictionem habet ꝛ illi preest indicere seu imponere potest.
l. j. in princ. ꝛ quod ibi glos. ꝛ doct. ff. si quis ius dicen. non
obtemper. ꝛ hanc mulctã imponit iudex ex eius arbitrio,
ꝛ quantam arbitratur. l. aliud est fraus. §. inter mulctam,
versic. ꝛ mulcta quidem, ꝛ. l. si qua pena est. §. fin. vers. mul-
2 cte, ꝛc. ff. de verb. sign. Premitto † etiam ꝙ fieri solẽt fere
vbiq; de generali consuetudine tales preconisationes, et
forte pro eo vt iudices, si reperiant aliquos venisse contrã
eas, possint post illos inquirere, etiã in casibus in quibus
alias inquirere non potuissent. Et has preconisationes
siue banna fieri consulit Ang. Aret. in suo tracta. malefi.
in glo. hec est quedã inquisitio, versi. ex quo dicto tu iudex
sume cautelam, ꝙ in principio tui regiminis fieri facias
banna, ꝛc. Quibus premissis dico ꝛ respondeo prefatos
dominos seu eorum bayllivum potuisse de iure communi
facere preconisationes mihi exhibitas, ꝛ punire trãsgres-
sores: si tamen sciuerint illas esse factas: quia faciẽdo scien-
ter rem prohibitam videntur transgressores pene consen-
3 tire. Ideo autem dixi † si sciuerint eas esse factas: quia pu-
to ꝙ non presumantur sciuisse. l. verius. ff. de probat. pre-
sertim cum non fiant, nec facte fuerint in ciuitate Trica-
strina: sed in dicto loco de Solorino, loco quidẽ depopu-
lato, distante a Tricastrina ciuitate spatio medie leuce: et
nõ presentibꝰ nec vocatis ciuibus ꝛ incolis Tricastrinis.
4 Et † quia etiam vox preconis paucis innotescit, auth. de
litigi. §. omnino vero, ꝛ authen. qui semel. C. quo. ꝛ quan.
Et sic puto, respondendo ad primum quesitum, ꝙ prefati
ciues ꝛ incole Tricastrini se possent tueri ex capite igno-
rantie: nisi probentur sciuisse: ꝛ hoc quoad penã siue ban-
num de quo in preconisationibus. Quo vero ad penam,
qua alias puniri possent pro delictis vel excessibus, de qui
bus in dictis preconisationibus, puto ꝙ sine accusatore
vel denuntiante non possent prefati domini, seu eorum
bayllivus inquirere nec punire Tricastrinos: ꝛ hoc pro-
pter libertates delphinales: quibus regulariter fieri pro-
hibentur inquisitiones sine denuntiante, nisi in certis ca-
sibus: que videãntur, quia illas non habeo. ¶ Ad secun-
dum ꝛ tertium dico ꝛ respondeo ꝙ prefati domini, seu di-
ctus bayllivus non tenentur pro validitate preconisatio-
num, ꝛ impositione banni, de quo in eis, vocare dominos
syndicos Tricastrinos: quia vt predixi bãna seu mulcte,
ꝛ facultas illas imponendi sunt de iurisdictione: ꝛ quidẽ
nõ de voluntaria, sed contentiosa: que redditur in inuitū.
l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verbo. obliga. Dico
tamen ꝙ ciues ꝛ incole Tricastrini se poterunt defendere
aduersus inquisitiones, si postea fiant contra eos in vim
preconisationum, tam ex capite ignorantie, ꝙ etiã virtute
dictarum delphinalium libertatum: secundum quas, vt
predixi, regulariter prohibentur fieri inquisitiones sine
denuntiante. Vbi vero esset denuntiãs ratione sui inter-
esse: putarem ꝙ tunc posset curia inquirere ꝛ punire trans-
gressores, vel in vim preconisationuz, si vel eas sciuissent,
aut scire potuissent: vel de iure cõmuni. Que dixerim, ꝛc.

¶ Rub. De dot. promis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. xv.

¶ Dotem, quam socius fratris filiabus suis promisit vel
soluit, prestet ipse de suo: nisi inter socios istos fratres con
uenerit dotem de bonis communibus solui. V. F.

1 ☞ Dotandi onus patri incumbit.



DVdum Fuit in humanis honora
bilis quondaz vir Ioan-
nes Castellani: qui vita functus est ꝛ de-
cessit, superstitibus Petro ꝛ Andrea fi-
lijs naturalibus ꝛ legitimis, ꝛ heredibus
ꝛ vniuersalibus: qui mortuo dicto Ioan-
ne eorum patre paternam hereditatem communiter ꝛ pro
indiuiso tenuerunt ꝛ possederant, facientes vnam bursam
ꝛ communẽ expensam, ꝛ inuicem lucra sibi cõmunicantes,
aut in communi bursa ponentes. Durante autem societate
huiusmodi prefatus Andreas maritauit duas eius filias:
pro quibus etiam viris earundem dotes constituit: quas,
aut illarum maiorem partem, ipsis maritis exsoluit de cõ-
muni pecunia eorundem Petri ꝛ Andree. ¶ Quesitū est
an onus dotandi dictas filias solum pertineret ad dictuz
Andream patrem: an ve dotari debuerint de bonis com-
munibus eorundem Petri ꝛ Andree. Ad quod respon-
deo breuiter ꝛ succincte, ꝙ etiam presupposito, citra preiu-
dicium veritatis, ꝙ prefati Petrus ꝛ Andreas fuissent
tempore dotationis antedicte socij omnium bonoruz: di-
ctum tamen opus dotãdi dictas filias ad solum Andreã
earum patrem spectabat, secundum communem opinio-
nem. l. si socius pro filia. ff. pro socio: vbi dicit text. ꝙ si fa-
ctum sit pactum, ꝙ filie sociorum dotari debeant de com-
muni, tunc danda est dos de communi: ergo si non est pa-
ctum factum, onus dotandi non pertinet ad alios: sed ad
solum patrem. Et hanc partem videtur tenere Specu. tit.
de iudic. §. sequitur, vers. quid si vnus, Bald. in. l. fin. C. de
dot. promis. Bald. in auth. ex testamento. C. de collat. vbi
dicit, ꝙ vnus ex fratribus dotando filiam, nõ potest pre-
iudicium facere fratribus suis: nisi essent adeo socij, ꝙ hoc
facere liceret per expressa capitula societatis: pro quo alle-
gat dictam. l. si socius pro filia. Requiritur ergo ꝙ sit ex-
presse contracta societas omnium bonorum, cum hoc ꝙ
onus dotandi sit cõmune, vt ibi. Pro quo facit, quia de-
bitum dotis non contrahitur occasione societatis: sed spe
ciali obligatione patris. l. fin. C. de dot. promis. ꝛ. l. qui li-
1 beros. ff. de rit. nupt. onus † etiam dotandi videtur cohe-
rere persone patris, ꝛ eius personam afficere, dicta. l. fin. C.
de dot. promis. Et que coherent persone ad aliū nõ trans-
eunt. c. fin. de offic. deleg. c. is cui, eod. tit. in. vj. ꝛ. c. manda-
ta, de presumpt. Quanuis ergo omne es alienū, quod ma-
nente societate illius occasione contractū est, solui debeat
de communi. l. omne es alienum, ꝛ. l. iure societatis. ff. pro
soc. non tamen sequeretur ꝙ dos solui debeat de commu-
ni. Et quod de communi solui non debeat, sed pertineat
onus dotandi ad patrem filie, non ad societatem, seu ad
omnes socios, consuluit Petr. de Peru. Et hoc etiam
tenuit glos. in. l. si socius. ff. pro soc. cuius opinioni, post-
quam habet secum non famosum duntaxat, sed famosissi-
mos doctores, adherendum est, vt voluit Iacob. Butr. in
. j. C. qui pro sua iurisdictio. iudi. da. da. ve possunt. Si igi
tur dotes predicte solui nõ debuerint de communi, etiam

si prefati Petrus & Andreas fuissent socij omnium bonorum: multofortius ergo si non fuerint socij omnium bonorum. Et ita mihi videtur, &c.

¶ Rubr. De edendo. ¶ Epitome. ¶ Consilium. xvj.

¶ Libello anteꝙ̃ reus respondeat petere potest actoris mentem explicari: ne diuersis iudicijs libellisve distringatur. Vasquinus Filiolus.


Eliberando Super quodã pretenso libello parte Joãnis de Villario contra & aduersus probum virum Ymbertũ Janodi in hac causa oblato & producto, idem Janodi, seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem, dicit & proponit. ꝙ cum prefatus de Villario in dicto eius pretenso libello petere enitatur octo florenos in diminutionem cuiusdam pretensi census octo summatarum bladi & octo florenorum: non tenetur idem Janodi eidem libello respondere, nisi prius reintegratus extiterit: aut nisi idem de Villario dixerit et eius mentem declarauerit, ꝙ in posterũ non intendit eundem Janodi pro dictis pretẽsis octo summatis bladi cõuenire: & hoc ne frustretur idem Janodi diuersis iudicijs & libellis: quod fieri nõ debet. Et ꝙ libellus huiusmodi admitti non debeat parte opponente tenuerunt Guil. Bar. Alexand. de Jmo. & doct. communiter in. l. quidam existimauerunt. ff. si cert. petat. Bart. in. l. in commodato. §. duabus. ff. commo. Ange. & moderni in. l. scire debemus. ff. de verb. oblig. Bald. Ange. Salic. & Fulgo. in. l. cum quedaz puella. §. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. Paul. de Castr. in. l. si idem cum eodem, eod. tit. Joan. de Jmol. & Alexan. in. l. j. ff. de acquir. heredit. & sic communiter tenent docto. Pro quorum dicto bene facit. l. non tamen. ff. de procurat. l. non plures. ff. de exercito. & l. nulli. cum similib. C. de iudi.

¶ Rub. De veter. numis. potest. ¶ Epito. ¶ Cons. xvij.

¶ Veteris numismatis potestas ea est, ꝙ si mutetur valor monete in sua bonitate intrinseca, secundum valorem cuius erat tempore cõtractus fiet solutio pensionũ. V. F.

1 ☞ Pacta atq; promissiones etiam iuratas an & quando non implere liceat.
2 Arbitrorum laudum transactioni ne magis, an sententie accedat. & num. seq.
3 Consules de rebus ad ciuitatem pertinentibus transigere possunt.
4 Moneta crescente vel decrescente in valore, qualiter solutiones veteris obligationis fieri debeant.


Jso Casu mihi exhibito parte vniuersitatis, seu venerabilium virorum dominorum cõsulum, ac hominum habitantium & manentiũ oppidi siue loci de Romanis, ac etiam copia arbitramentalis sententie dudum prolate, & promulgate per illustrem quondam, ac magnificos & egregios viros dominos tunc gubernatorẽ Delphinatus, Joannem de sancto Germano, Joannẽ Raboti & alios mihi nominatos, arbitros & commissarios pro cause decisione assumptos & deputatos, cuz alijs scripturis mihi exhibitis: dico & respõdeo, sub correctione cuiuslibet melius sentientis, ꝙ licet venerabiles domini capitulu & canonici ecclesie sancti Bernardi de Romanis dici possent venisse contra predictam sententiam, in dãdo libram ijs quibus dare nõ debuerunt, vel in extorquẽdo aliquid ab illis de Romanis pro sponsalitijs: aut alias prout in casu predicto: non tamen viderentur prefati domini consules, manentes, & habitantes loci predicti de Romanis posse venire contra predictam sententiam, & capitulum: in quo habetur sermo de aualuatione seu taxa, vel estimatione floreni auri, &c. pensionalis:
1 † quia ita demum est verum me nõ posse contra te agere ex contractu, quem tibi non adimpleo, quãdo obligatio qua mihi teneris, & illa qua tibi teneor respectiuãtur ad inuicem, vt quia pro eo ꝙ tibi promisi aliquid, tu mihi promisisti alium, verbi gratia, Promisi tibi ire Romam: & tu pro hoc promisisti mihi dare centum. Si enim nõ adimpleo, hoc est si Romã nõ vado, non teneris dare centũ, etiam si iurasses. l. cum proponas, la. ij. C. de pact. c. peruenit. el. ij. & quod ibi docto. de iureiuran. & c. constitutus, de pen. Tunc enim procedit quod dici solet, frangẽti fidem, &c. regula frustra sibi fidem, & quod ibi glos. de regu. iur. in. vj. Sed vbi obligationes non respectiuantur ad inuicem, hoc est non reflectuntur ad idem capitulum seu factum, aut illi cõnexum: sed ad separatum aut diuersum: tunc licet nõ adimpleam, nõ propterea debes venire contra promissionem tuam, arg. l. fin. §. penult. ff. de eo per quem fact. erit, notat glos. in. l. si duo. ff. de dolo: ad quod facit. c. quod Deo. xxxiij. q. v. notãt Pet. Cy. Salic. Fulg. Alex. de Jmol. in. d. l. cum proponas. Anto. de Butr. & Panor. in. c. peruenit. ij. de iureiur. & Ange. in l. qui seruum. ff. de verb. oblig. Et fuit in casu de quo queritur: quia illa obligatio, qua tenentur prefati de Romanis ad dandum quatuordecim grossos monete vsualis mentionate in predicta sententia, non respectiuatur ad obligationem qua tenentur capitulum & canonici, vel ecclesia de Romanis, ad non dandum libram nisi presentibus, vel ad nihil recipiendum pro sponsalitijs: sed concernunt obligatiões huiusmodi capitula seu facta diuersa. Et ideo esto ꝙ prefati do. capitulum & canonici, nõ seruassent: dicti tamen de Romanis deberẽt obseruare sententiam. Vbi etiam aduertendum est, ꝙ si illi de Romanis opponant de sententia nõ obseruata quoad librationes & alia, de quibus in casu: capitulum & canonici forte opponent de non obseruãtia eiusdem sentẽtie quoad solutionem floreni, que fieri debuit iuxta formam predicte sententie: & ita dicent ipsos de Romanis nõ posse opponere de non obseruantia, & ipsos super ea audiri non debere: quia fuerunt in eadem culpa: quod forte facere poterunt. l. viro, & l. cum mulier. ff. solut. matri. Pro quo facit quod notant Bart. & Alex. de Jmol. in. d. l. fin. §. pen. ff. de eo per quem fact.
2 ¶ Preterea † quamuis sententia seu laudum arbitratoris censeatur quedam transactio, auth. vt diffe. iudi. §. j. & quod ibi glos. collat. ix. & auth. si vero contigerit. C. de iudi. Non proprie, sed largo modo assumendo hoc verbũ transactio, vt not. Bart. in. l. quod Ephesi. §. j. ff. de eo quod cer. loc. & l. furti. §. qui iussu. ff. de ijs qui not. infa. Non tamen videtur ꝙ laudum arbitri sit transactio, nec ꝙ videatur accedere contractui: sed magis videtur accedere sententie iudicis: pro eo quia arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta. l. j. & quod ibi glo. ff. de arbit. l. penult. §. si autem, cum suis simili. C. eo. tit. in sententia autem capitula diuersa continente licet quis veniat contra vnum ex capitulis, aliud tamen debet obseruari. l. etiam. §. j. & quod ibi doct. ff. de mino. notat Bart. in. l. j. C. si aduers. rem iudi. Quamuis itaq; predicta sententia, que vt videtur, lata fuit per arbitros, non per arbitratores, si alias non appareat ex cõpromisso facto inter partes, non fuerit obseruata per capitulum & canonicos: non propterea infertur quin debeat obseruari per ipsos de Romanis quoad solutionem dicti floreni, per predicta. Dico tamen ꝙ prefati domini cõsules & manentes possunt in exequutionem sentẽtie pro eis late, quatenus illa concernit liberationes & alia facientia pro eis, petere cõpelli ipsos capitulum & canonicos ad obseruantiam eiusdem sentẽtie. ¶ Predicta procedunt si est verũ ꝙ illi domini, qui pretendũtur compromisisse pro & nomine vniuersitatis & particularium hominum, haberẽt sufficientem facultatem & mandatum ad hoc faciendũ: alias non. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. l. j. C. ne vxor pro mari. quia res inter alios acta, &c. c. inter dilectos. §. porro, de fid. instrum. c. quamuis, de re iudi. & C. res inter ali. acta. l. j. Super quo tamen est aduertendum, ꝙ si domini consules sint illi, qui compromiserunt, & ratam habuerũt sentẽtiam: dicta sententia debet obseruari per vniuersitatem quatenus eam concernit, hoc est in pẽsionibus per
3 ipsam vniuersitatem debitis: quia † consules habentes liberam administrationem, possunt transigere super rebus dubijs. l. preses, & quod ibi docto. C. de transact. Ergo & compromittere in arbitratores: quia laudum arbitratoris est quedam transactio, vt superius dictum est: seu vt verius loquar, cõpromissum & sententia sunt trãsactio, vt dicit Bald. in. d. l. preses, versi. sexto queritur, &c. Et multofortius, possunt compromittere in arbitrum: quia ille nullam habet facultatem donandi aliquid. ¶ Jllud autem non videtur pro expedienti omittendũ, ꝙ presupposito ꝙ prefati domini consules seu vniuersitas & alij venire possent contra dictam transactionem, et

se tueri

se tueri & defendere ne ad illius obseruantiam cōpellantur: eis tamen non expedit ꝙ ipsi illam impugnēt, quia si illa cessaret, ipsi possent conueniri, & cōpelli ad satisfaciendum de floreno superius mentionato, secundum valorem floreni monete currentis tempore cōtractuum, ex quibus
4 debentur pensiones huiusmodi: pro eo quia † quando mutatio monete contingit in pōdere vel in materia, vtpote quia tempore contractuum initorum moneta erat vel aurea, vel argentea, bone lige, & boni pōderis: tempore vero solutionis reperitur ere contaminata & minoris seu debilioris lige, vel minoris pōderis: tunc fieri debet solutio de moneta, non quidem de noua & vsuali currente tempore solutionis: sed antiqua, si de illa reperiatur: vel si antiquā non habeat debitor, tunc soluet de noua, & supplebit bonitatem in noua, vt sic satisfaciat ad rationē antique monete, que erat melior. c. olim, de censib. notāt Bart. & doct. cōmuniter in. l. Paulus. ff. de solut. Alber. & Bar. in. l. cū quid. ff. si cert. petat. & Alex. de Imol. in. l. quod te, eo. tit. Anto. de Butr. Panor. & alij, in. c. quanto, de iureiuran. & Marti. de Laud. in suo tracta. de monet. versic. accedo ad secundum articulum, &c. Et hec est cōmunis sententia docto. Nec isto casu secundum doct. distinguitur, an mutatio huiusmodi facta fuerit post vel ante moram debitoris, vt expresse notat Panor. in. d. c. quāto, & etiam sentit Paul. in allegata. l. Paulus, vers. quid si moneta, &c. Fit enim illa distinctio, quādo mutatio facta est in moneta, non quidem circa bonitatem intrinsecā: vtputa circa pondus & materiam seu ligam: sed circa estimationem seu cursum illius, manente eadem bonitate intrinseca: & sic solū circa bonitatem extrinsecam. Quo casu sunt opiniones. Sed non est opus insistere super illis: quia non sumus in hoc articulo: sed in primo. Quia videlicet a tēpore acquisitionum pensionum factarum per dictos capitulum & dominos canonicos moneta mutata est in sua intrinseca bonitate, scilicet in sua materia seu liga. Est enim nūc minoris seu debilioris lige, ꝙ tūc esset: propter quod minus valet. Quo fit vt per primo allegata considerari, & attendi debeat tempus cōtractuum, & valor monete tunc currentis: non valor monete nūc currentis, & magis cōtaminate. Et si ita fiat, prout ibi fieri debet, vtilius est prefatis de Romanis soluere iuxta adualuationem, seu estimationē & tenorem dicte arbitramentalis sententie, ꝙ iuxta adualuationem monete currentis tempore contractuum.

¶ Rub. De in ius vocan. ¶ Epitome. ¶ Consil. xviij.

¶ Citatus ad audiendam sententiam non comparens, post elapsum comparendi terminum, quāuis expectetur, amplius cōparere nōn tenetur: nisi denuo citatus fuerit. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Citatus sepe ad audiendam sententiam, & contumax, amplius ad id citari non debet.
2 Contumacia crescit expectatione.
3 Contumax an & quando expectandus: et an etiam post contumaciam teneatur comparere: & quando quis ab expensis excusetur.



Etiam Presupposito ꝙ dominus Dionysius Giraudi presbyter secularis, & chorarius ecclesie Tricastrine, citatus non extitisset, auditurus sentētiam suspensionis contra eum pro-
1 mulgatam: quia † tamen ante sentētiam huiusmodi idem dominus Dionysius fuit pluries citatus, & pluries contumax reputatus, & post contumacias expectatus: videtur ꝙ egregius vir dominus Girardus Testardi, Precentor eiusdem ecclesie, potuerit procedere contra eundem do. Dionysium ad sententiā suspensionis, etiam eodem do. Dionysio vlterius nō citato. c. consuluit, de offic. deleg. Quod licet in eo dicatur in diem alteram, &c. videtur posse intelligi, vt illud verbum alteram exponatur aliam: & sic non supponat pro die que cōtinuatur de necessitate diei termini assignati. Pro quo facit,
2 quia † quāto magis expectatur cōtumax, tāto magis crescit contumacia. Facit etiam, quia cum contumacia dicti do. Dionysij iā accusata, & sic perpetuata extitisset, & que purgari non poterat, nisi ipse compareret: potuit sentētia ferri postea, quandocunꝙ ipsi do. Precentori visum est: quia illa est prorogatio iuris commissa iudicis arbitrio: & ita tenuit Bald. in. d. c. consuluit, versi. sed vidi dubitari, &c. vbi etiam refert idipsum de facto consuluisse. Idem etiam voluit quoad casum nostrum, Ioan. Andr. in additio. Specu. tit. de senten. p̄rola. §. iuxta, versic. est etiam nulla, &c. vbi dicit, quod si feratur sentētia altera proxima die, illa valet indistincte, dicto. c. consuluit. Si vero fera-
3 tur altera die longiore, & † cōtumax cōtumaciam nō purgauerit: illa valet etiam post longum tempus: & huic opinioni videtur magis adherere Ostiens. in. c. cum dilecti, de dolo & contuma. Pro qua opinione etiam facit quod ibi voluit Paul. de Leasa. dicit enim, ꝙ si actus, ad quē contumax citatus extiterat, fuerit propter contumaciam expeditus, non tenetur ipse amplius comparere, nisi iterum citetur. Si vero actus huiusmodi expeditus non extiterit in termino, tenetur contumax comparere post terminum: nec est de nouo citandus. Quo fit vt cum actus, ad quem dictus Dionysius citatus extiterat, expeditus nō fuerit in termino, potuerit post terminum contra eum etiam nō citatum dictus dominus Precentor procedere ad penam comminatam, vel minorem. ¶ Preterea presupposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ alij aliter sentirent, & ꝙ eorum sententia siue opinio pretēderetur vel cōmunior, aut verior, illud tamen certum est, ꝙ quia venerabilis vir dom. procurator capituli, & dominorum canonicorum predicte ecclesie, habet pro se opinionem famosissimorum doctorum, ipse deberet releuari ab expēsis, per id quod notāt doct. in. c. vt debitus, de appellat. Card. Flor. in clem. ij. in princ. vers. quarto quero, &c. in fin. de magist. facit quod not. Bart. in. l. in bonorum. ff. de bonor. posses. Super quo vlterius non insisto.

¶ Rub. De edendo. ¶ Epitome. ¶ Consilium. xix.

¶ Libellus iniuriarum exigit expressionem loci & mēsis: alias reus est absoluendus. V. F.

1 Iniuriarum actio infamat de iure & de facto.



1 Illud Non est iuris incogniti, sed certi & indubitati, ꝙ † cū actio iniuriarū famosa existat, & infamet non solum de facto: sed de iure. l. j. ff. de ijs qui notan. infam. not. doct in. c. cum te, de re iud. debuerunt in libello parte Stephani Amblardi contra & aduersus honestum iuuenem Ludouicū Chayluti oblato & producto poni & describi annus mensis illate pretense iniurie, prout alias plenius prosequutus sum in schedula exordiente, Nihil hactenus oppositum est, &c. §. quoniam autem, &c. Et quemadmodum in libello huiusmodi deduci debuerūt & deducti extiterunt annus & mensis illius pretense iniurie, quam sibi illatam esse contendit prefatus Stephanus: ita & probari debuerunt, vtpote existentes de substātia: quia, vt dicit Ang. in. l. j. §. fin. ff. de incend. rui. & nau. vbi lex exigit certum locū vel tempus: illud deduci & punctualiter probari oportet. d. l. j. §. fi. & l. si quis ex naufragio, eod. tit. & l. libellorū, cum suis simil. ff. de accusa. facit quod voluit Ang. in. l. ij. C. de peti. hered. vbi dicit per illam. l. ꝙ vbicunꝙ aliquod tempus punctaliter est de substantia ad victoriam obtinendam, illud tempus debet probari liquido & punctualiter. l. matrem. C. de probat. & l. eum actum. ff. de neg. gest. facit quod not. Innoc. in. c. qualiter & quādo, el. ij. de accu. Quo fit vt cum mensis dicte asserte iniurie probatus non extiterit, vt apparet ex tenore processus cause huius, & presertim depositionum testium in hac causa productorum: palam infertur eundē Chayluti, etiā per eum nō probatis eius defensionibus debuisse & debere ab impetitis absolui: quia actore non probante reus etiam si nihil prestiterit, absoluendus est. l. qui accusare. C. de eden. l. fin. ff. de rei vend. l. cōtra negātes. C. de act. & oblig. §. commodum, Instit. de interd. & c. j. vt ecclesiast. benefic.

¶ Rub. De iure emphy. ¶ Epitome. ¶ Consilium. xx.

¶ Emphyteutici fundi particularis successor cōtra agentem pro censu, recte excipit vt prius authoris bona discutiantur. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Recognitio an & quando fidem faciat, vel probet rem esse emphyteuticariam.

2 Affirmare vel negare nostrum nihil mutat in re.
3 Error authori aut eius heredi an ⁊ quando noceat.
4 Ignorantia alieni facti iustissima.
5 Census emphyteuticus actione personali petitur: que contra particularem possessorem non datur.
6 Census nisi soluatur, an ⁊ quando hypothecate res interim dominio adiudicentur.


Viso Casu mihi exhibito parte hono-
rabilis viri magistri Joannis
Roytholonis, ac etiam quibusdam arti-
culis parte eiusdem Roytholonis contra
nobilem Frãcesiam relictã nobilis Pe-
tri Seylacij in causa ciuili inter eos pen-
dente indecisa oblatis ⁊ productis, ac etiaz dubio in pede
dicti casus posito: dico ⁊ respõdeo, sub correctione cuiusli-
bet melius sentiẽtis, ꝙ vbi idem magister Roytholonis
heres vniuersalis existeret honorabilis quõdam viri ma-
gistri Petri Alberti, ipse conueniri posset ad solutionem
census illius hemine frumenti in dicto casu mentionate,
1 quia † licet per recognitionem factam a dicto quondam
Alberti predia in dicto casu mentionata facta non fue-
rint emphyteuticaria. l. cum falsi, ⁊ quod ibi Cy. Barto. ⁊
doc. C. de iur. ⁊ fac. ignoran. ⁊ l. traditionibus. C. de pact.
notat post Zenze. Joan. de Imo. in c. j. versi. quero an re-
cognitio, ⁊c. de iureiur. ⁊ Pet. Jaco. in libello de rei ven.
vers. decimo ponit ibi effectus quia, ⁊c. pro quo facit, quia
2 † propter nostrum affirmare vel negare nihil mutatur in
re. l. assumptio, in princ. ff. ad municip. quod etiam voluit
Aristoteles in libro Periherm. tamen per recognitionem
huiusmodi probãtur res recognite emphyteuticarie: nec
potest recognoscens venire contra recognitionem a se fa-
ctam, secundum communem opinionem doct. in. l. publia
meuia. §. fi. ff. deposi. l. si coloni. l. litibus. C. de agric. ⁊ cens.
lib. xj. ⁊ l. generaliter. C. de non numer. pecu. notant Cyn.
Bart. ⁊ alij in. d. l. cum falsa, Joan. de Imo. ⁊ Pet. Jaco.
vbi supra, ⁊ Bald. in feud. tit. de capitaneo qui curi. vendi.
versic. queritur an valet recognitio ibi, sed contra hoc fa-
cit, ⁊c. facit quod notat idem Bal. in. l. si certis annis, ver.
non obstant leges contrarie. C. de pact. Et idem est de he-
rede recognoscentis, qui eadem persona fingitur eum de-
functo, authen. de iureiuran. a mori. presti. in prin. colla. v.
Ideo autem dixi secundum communem opinionem, quia
Oldr. cons. mihi. cj. exord. Factum est tale, do. B. do. Uti-
censis fecit quandam recognitionem, ⁊c. quem cõmemo-
rauit Bald. in tit. de capitaneo qui curi. vendi. vers. item
Oldra. querit de alia questione, ⁊c. visus est tenere per ra-
tiones, de quibus ibi, ꝙ recognitiões non valent etiam in
casu de quo hic queritur: sed quod supra dixi videtur ve-
rius. Et hec intelligo, nisi probaretur contrariũ, vt etiam
volunt doct. in. l. cum falsa: vel nisi probaretur error reco-
gnoscentis putantis rem teneri de ⁊ sub dominio directo
alicuius, vel sub aliquo censu: que tamen non tenebatur
3 sed sub alio censu: quia talis † error non deberet preiudi-
care recognoscenti. l. error, cum suis simil. C. de iur. ⁊ fac.
ignor. error autem in ijs que dependent ex facto alterius
probatur eo ipso ꝙ apparet rem aliter se habere. l. si post di-
uisionem. C. de iur. ⁊ fact. ignor. notat Bart. in. l. non fate-
tur. ff. de confes. Ange. Aret. in. §. si minus, versicu. quero
quomodo probetur error, instit. de actio. ⁊ voluit Paul.
de Castr. consil. mihi. lxxviij. exordiente, Pro ista muliere
4 facit expressio, ⁊c. in facto † enim alieno iustissima est igno-
rantia. l. fin. ff. pro suo. ¶ Si vero idem magister Joãnes
heres non existat prefati quondam Alberti: non puto ꝙ
propter huiusmodi recognitionem de iure cessante con-
suetudine, conueniri possit ad solutioñe dicte hemine fru-
5 menti: quia † census pro re emphyteotecaria debitus pe-
titur actione personali. l. j. C. de iur. emphyt. que nõ datur
contra particularem rei possessorem. l. fin. §. fin. ff. de con-
trahen. empt. ⁊ l. j. §. si heres. ff. ad Trebel. recognitio etiã
facta per dictum quõdam Alberti isto casu censeretur res
inter alios acta: que propterea eidem magistro Joanni
Roytholonis preiudicare nõ valeret. c. quis, de re iud. l. j.
C. res inter ali. act. ⁊ c. inter dilectos. §. porro, cũ suis simi.
6 de fi. instru. Fateor † tamen ꝙ nobilis Francesia experiri
posset contra eundem magistrum Joannem ad restitutio-
nem rerum in casu predicto mentionatarum, tenendarum
⁊ possedendarum per eundem donec de ipso censu satisfa-
ctum extitisset: ⁊ hoc si pro solutione census huiusmodi
idem quondã Alberti res predictas specialiter obligasset
⁊ ille in eius bonis extitissent tempore recognitionis et
obligationis huiusmodi: vel generaliter, ⁊ ille tempore
earundẽ recognitionis ⁊ obligationis vel postea in ipsius
Alberti bonis extitissent. l. ⁊ que nondum. §. quod dici-
tur. ff. de pigno. Sed tunc aduersus libellum sic conceptũ,
vel etiam si conciperetur in Saluiano interdicto. oppo-
nere posset idem magister Joannes ꝙ prius discutiantur
bona heredum dicti quondam Alberti, si qui existãt, au-
thent. de fideius. §. sed neq;, collat. j. ⁊ transumptiue in au-
then. hec ita. C. de pigno. Posset etiam opponere de pre-
scriptione. l. j. ⁊. ij. C. si aduers. credi. Uidetur etiã posse op-
ponere de errore predicte recognitionis, saltem si causam
haberet idem magister Joannes in rebus predictis a di-
cto quõdam Alberti: ⁊ probãdo rem aliter se habere: pro-
baretur error, vt superius dixi. Sed non puto ꝙ per pro-
bationem erroris huiusmodi possit dicta nobilis France-
sia cogi ad producendum contra se antiquum terrerium:
quia minus graue, ⁊c. l. nimis graue. C. de testib. Que o-
mnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius
sentientis.

¶ Rub. De secun. nupt. ¶ Epitome. ¶ Consilium. xxj.

¶ Binubus, cui plus satis donatũ est, habet saltẽ quantũ pro legitima habere debet vnus ex liberis prioris matrimonij, etiam si ad supplementum hũc agere contingat. Uasquinus Filiolus.

1 ☞ Legitima nimis parce relicta suppletur a lege.
2 Binuborum pena est non posse plus relinquere secundo coniugi, ꝙ vni ex liberis prioris matrimonij: ⁊ quid de plus relicto fiat.


Viso Processu cause mote, ⁊ adhuc
pendentis per et inter nobiles
Perrotum de sancto Michaele, ⁊ Ma-
riam Ysnarde coniuges actores origina-
rios ex vna parte, ac nobilem ⁊ generosuz
virum Fulquetum de Turre, dominum
de Romolis, reum originarium, ⁊ nunc appellãtem par-
te ex altera: visis preterea quibusdam positionibus ⁊ arti-
culis exordientibus, Ut vobis reuerendissi. patri, ⁊c. in
ipsa causa parte dicti do. de Romolis oblatis, vel offerẽ-
dis: dico ⁊ respondeo, ꝙ licet nobilis quondam George-
ta de Varederia, non reliquerit iure institutionis nobili-
bus Marie ⁊ Delphine eius filiabus naturalibus ⁊ legi-
timis, ⁊ cuilibet earundem, nisi summam quingentorum
florenorum: si tamen legitima eis, ⁊ cuilibet earundem de-
bita in bonis dicte quondam nobilis Georgete ascendat
ad valorem mille ⁊ quingentorum florenorum: idem do-
minus de Romolis poterit de legato per eandem quon-
dam nobilem Georgetam sibi facto retinere, vel habere
mille ⁊ quingentos florenos, non obstante. l. hac edictali.
§. si vero plusꝙ. C. de secund. nupt. ⁊ auth. de nupt. §. opti-
me, el. ij. versi. si vero multi filij, ⁊c. iuncto versic. ⁊ hoc de-
cernens recte intulit, ⁊c. colla. iij. Cuius dicti ille assignã-
tur rationes: quia illi quingẽti floreni iure institutionis di-
ctis Marie ⁊ Ysnarde priuignis eiusdem do. de Romo-
lis ⁊ cuilibet earundem relicti trahuntur ⁊ trahi debent
ad legitimã ipsis priuignis in ⁊ de bonis ipsius quondam
nobilis Georgete debitam: ita vt videantur eedem priui-
gne ⁊ earum quelibet in earum legitima institute. l. omni-
modo. l. quoniam in prioribus, ⁊. l. scimus antea. C. de
1 inoffi. test. Judiciũ † enim dicte nobilis Georgete, in quo
cuilibet ex dictis suis filiabus, ⁊ priuignis dicti domini
de Romolis, florenos quingẽtos iure institutionis reli-
quit suppletur a lege: ⁊ huius supplementi ipsa Georgeta
testatrix extitit fundamentum: pro eo quia disposuit per
modum institutionis. Miscetur enim, vt dicit Bal. in. d.
l. hac edictali, versic. ⁊ primo quero. C. de secun. nupt. pro-
uisio testatoris cuz prouisione legali. Quo fit vt quia pro-
uisio legalis veniat ad fundandum ⁊ confirmandum indi-
cium dicte quondam Georgete, vt non expugnetur eius
testamentum per querelam: perinde videatur ac si dicta
quondam Georgeta legitimam reliquisset dictis eius fi-
liabus: ita ꝙ vsq; ad currentem quantitatem legitime vi-
detur nobilis Georgeta testatrix ⁊ binuba potuisse relin-
quere dicto domino de Romolis. Et pro hac parte refert
Bald. in. d. l. hac edictali, se in facti contingentia consu-
luisse, ⁊ fuisse motũ exemplo de quo ibi: pro quo allegat. l.
si te solum

si te solum. ff. de heredib. instit. Et pro hac determinatio-
ne Bal. facit id quod ipse notat in. l. j. versi. quarto quero.
C. de inoffic. dotib. vbi dicit, ꝙ si mater binuba reliquerit
filie primi matrimonij decem solidos iure institutionis, ⁊
secundum maritum heredem vniuersalem instituerit: ipse
secundus maritus tantum habere debet, quantũ est in re-
licto facto filie suppleto per legem: non autem quantũ est
in scriptura relicti: ⁊ sic sentit ibi Bald. ꝙ quia vbi decem
solidi filie relicti non sufficerent ad legitimam, illa supple
tur per legem, debeat ipsi secundo viro tantum remanere
de hereditate vxoris binube, quantum ascendit legitima
filie: pro quo dicit Bald. videri casum in. l. quoniam pre-
terite, versi. danda vel relinquenda. C. de secund. nupt. vbi
propter hec verba danda vel relinquenda, non respicitur
solum quod relictum est, sed quod erat relinquendum: ⁊ sic
necessario loquitur. l. illa de debito bonorum subsidio: vi-
de quod voluit Fulg. relatus per Paul. de Cast. in. l. omni
modo. ad fin. C. de inoffic. testa. Et hanc partem dicit Bal.
vbi supra esse veram: quamuis postea adijciat se dubitare,
per rationes de quibus ibi. Et per hanc sententiam Bald.
idem do. de Romolis videtur posse retinere vel habere
saltem tantum, quantum ascẽdit legitima dictis eius pri-
uignis debita. Facit quod voluit Bart. in summario. d. l.
quoniam preterite, vbi summarius dicit, ꝙ quod vltra debi
tum coniugi secunde relinquitur debet inter filios, ⁊c. vbi
attendo quod Bar. non dicit, quod vltra donatum vel re-
lictum liberis, ⁊c. sed dicit, quod vltra debitum, subaudio
ipsis liberis. Et hoc etiam videtur esse de mente Ange. in
summario dicti. §. optime vero: ibi, dum tamen filie relin-
quatur legitima. Et ad hoc allegat eum Alex. de Imo. in
addit. ad Bald. in. d. l. hac edictali, super verbo amplius
circa istam materiam speculantes, ⁊c. Etiam pro hac sen-
tentia videtur facere dicta. l. hac edictali. §. sin vero: ibi, ita
tamen vt quarta, ⁊c. ⁊ in. d. §. optime vero: ibi, quippe du-
1 dum, ⁊c. Pro hac sententia etiam facit, quia † certũ est ꝙ
hec est pena binubi, vel binube, non posse plus relinquere
vel donare nouerce, vel vitrico liberorum primi matrimo-
nij, ꝙ̃ vni ex liberis, illi videlicet cui minus: hoc enim di-
cit Azo in summa. C. eod. tit. de secun. nupt. versi. punitur
autem parens, ⁊c. ⁊ Ostien. in summa, eod. tit. §. sic vidisti,
in princ. Et hec pena eisdem infligitur propter non serua-
tam affectionẽ liberis prioris matrimonij, vel propter in-
iuriã eis factam in eo ꝙ plus reliquit eorũ nouerce, vel vi
trico, ꝙ̃ vni ex eis, illi vz cui minus. Et hinc est ꝙ istud
plus relictum aufertur nouerce ⁊ vitrico, ⁊ applicatur libe
ris primi matrimonij: non alijs. l. hac edictali, ⁊. §. optime,
superius allegatis. Quod si ita est, imo quia ita est, maiore
pena, vel saltem non minore affligi deberet ille binubus,
aut binuba qui nihil donauit aut reliquit liberis primi
matrimonij: sed totum donauit eorum nouerce vel vitrico:
ꝙ̃ ille qui aliquid minus tamen legitima eisdem liberis
aut reliquit, aut donauit: quia ille maiorem iniuriam eis
intulit, vel minorem affectionem habuit ad eosdem. Et ta-
men eo casu liberi primi matrimonij ijdemq; priuigni ea-
tenus reuocant ⁊ non vltra, vt ipsi ⁊ vitricus vel nouerca
concurrant viriliter, hoc est equis portionibus in donato
vel relicto, vt notat glo. in. d. l. hac edictali, super verbo di
uidi, quam ibi sequũtur Cyn. vers. tertio queritur, ⁊c. Bal.
in versi. modo statim occurrit, Salic. in versic. secundo vi-
deamus in questione glos. ⁊c. ⁊ Ioan. Fa. ⁊ nullus scriben
tium eam damnat. Ergo in casu in quo non sic preterijt af-
fectionem, nec tantã intulit liberis primi matrimonij in-
iuriam, debent ipsi liberi duntaxat eatenus ad reuocan-
dum admitti, vt saltẽ vitrico vel nouerce remaneat quan-
tum ascendit legitima cuiuslibet: imo etiam quantum
ascendit pars virilis, vt dicit Bald. consil. clij. in. iiij. par-
te, ⁊ sic ad maius, si ad minus ascendat pars virilis: que le-
gitima ascendit ad minus ꝙ̃ pars virilis ascenderet, si to-
tum esset relictum aut donatum dicto domino de Romo
lis. Quinimo isto casu, vt dicit Cyn. vir profecto non con-
temnẽde authoritatis, in. d. l. hac edictali, ver. quarto que-
ritur, ⁊ Bal. in versi. statim queritur, ⁊c. ꝙ liberi primi ma-
trimonij admittuntur ad reuocandum, vt fiant portiones
equales de relictis inter eos ⁊ vitricum. Et quamuis Sali.
in. d. l. hac edictali, versic. quero septimo, sentiens fortasse
aliquid de opinione Bald. de qua supra, contrarium sense-
rit: scilicet, ꝙ vitricus vel nouerca solum habere debeant
quantum relictum est vni ex liberis, etiam si minus legiti-
ma: puto tamen, sub correctione cuiuslibet domini melius
sentientis, ꝙ hic non sit recedendum a sententia Bald. et
cõsequenter ꝙ dictus do. de Romolis habere, vel sibi re-
manere debeat saltem quantum ascendit legitima cuiusli-
bet ex dictis suis priuignis. Procedunt igitur, ⁊ optime
confecti sunt predicti articuli, vtpote ex quorũ probatione
reportare debet victoriam idem do. de Romolis.

¶ Rub. De admin. tut. ⁊ cur. ¶ Epitome. ¶ Consi. xxij.

¶ Curator bonorũ, qui per iudicem eo nomine cõdemna-
tus iussus est vni soluere, aduersus alios creditores tutus
esse debet: ⁊ in reddenda ratione, quod soluit debet ad-
locari. V. F.

1 ☞ Curator bonis datus ad quid teneatur.
2 Dolo caret qui mandato iudicis quid facit.
3 Perplexus intellectus vitandus.
4 Diligentia creditores decet.
5 Res iudicata pro veritate accipitur.



Existimo ꝙ pecuniaria summa parte venerabilis Cõ-
uentus fratrum minorum Montilij ade-
marij, alias exsolui petita ab egregio viro
domino Iacobo Cuculli, curatore ⁊ cura
torio nomine bonorum prouidi quondã
viri Nicolai Ferranchi, olim eiusdem loci habitatoris, et
incole, ⁊ in qua idem do. Iacobus cõdemnatus extitit, de-
buerit ⁊ debeat eidem do. Iacobo in suis compotis adlo-
cari, non obstantibus quibuscunq; in aduersum parte ho-
nestarum mulierum Ioanne ⁊ Ysabelle in causa inter eas-
1 dem partes pendente indecisa illegatis. Cuius illa † vi-
detur esse sufficiens ratio: ꝙ curator bonis datus nõ tene-
tur pretextu ⁊ ad causam per eum geste administrationis,
nisi de dolo ⁊ lata culpa. l. pretor. §. est preterea. ff. de bon.
autor. iud. possi. notant glos. ⁊ Barto. in. l. j. §. si tres. ff. de
cura. bo. dan. dolus autem eidem do. Iacobo curatori im-
putari non potest, si post causam opportune per eum defen
satam condemnatus, ⁊ demum iussus, ⁊ etiam per magrã-
2 tus impenatus dictam summã soluerit: quia † quod quis
mandato facit iudicis dolo facere nõ videtur, regula quod
quis, de regu. iur. in. vj. ⁊. l. non videntur data. §. qui iussu,
cum suis simılib. ff. eod. tit. Et huius ratio vtrobiq; reddi
tur: quia parere habet necesse. Et non solũ dolo facere non
videtur ꝙ quis mandato facit iudicis: sed etiam dolo non
caret qui iudicis precepto non obtemperat, regula nõ po-
test dolo carere, ⁊ quod ibi glos. ff. de regu. iur. notat glos.
in. d. regula Quod quis. Fuisset ergo eidẽ do. Iacobo im-
putandum, si non paruisset: ⁊ sic non est imputandum quia
3 paruit: alias † esset dare casum perplexũ, ⁊ in quo idem do.
Cuculli cogebatur male facere. Obediendo enim malefe-
cisset: ⁊ etiam non obediendo preceptis dolo nõ caruisset:
quod fieri non potest, vt notat glo. in. c. duo mala, dist. xiij.
¶ Non obstat quod ex aduerso opponitur, scilicet, ꝙ sen-
tentia predicta fuerit nulla, tum quia lata nõ vocatis pre-
fatis Ioanna ⁊ Ysabella: tum ⁊ quia lata contra senten-
tiam per dominum vicesenescallum in causa generalis
discussionis promulgatam. Quoniam respondeo ad pri-
mum, ꝙ prefatus domi. Iacobus non tenebatur easdem
Ioannam ⁊ Ysabellam euocare: quia nec hoc facere tene-
tur heres cum beneficio inuentarij soluens primo venien-
tibus: ⁊ hoc ne ponatur in maiore vexatione, supponendo
4 se litigijs plurimorum: ⁊ † quia etiam diligentia pertinet
ad creditores, non ad heredem debitoris, vt notat Bal. in
l. fin. §. ⁊ si prefatam, vers. sed an cuz heres, ⁊c. C. de iur. de-
lib. Ad secundum respondeo ꝙ dicta sententia nõ est lata
contra aliam sententiam: non enim reuocata est per eã sen
tentia que antea lata extiterat pro dictis filiabus, ⁊ per
quã fuerãt ipse filie inter eos qui egerant, ⁊ tunc agebant
in secũdo gradu: sed per eam cõdemnatus est idẽ do. Ia-
cobus curator, ⁊ dictus Cõuentus qui nec egerat, nec age
bat, collocatus ante ipsas filias. Preterea opponere non
poterat dictus do. Iacobus ad soluendum condemna-
tus, ⁊ deinde etiam penaliter soluere iussus et coactus.
Quo vero ad viginti tres florenos ⁊ sex grossos, quos sol
uisse computat idẽ domi. Iacobus magistro Symondo
Courteti, ⁊ Ioanni Theueti olim firmarijs curie: illi vi-
dentur eidem do. Iacobo allocandi, postꝙ̃ pro illis fuit
idem do. curator condemnatus: ⁊ ipsi Courteti ⁊ Theueti
ante prefatas Ioannam ⁊ Ysabellam in primo gradu col
locati: quod procedit etiã si sentẽtia videretur iniqua vel

5 iniusta: quia † res iudicata pro veritate accipitur. l. res iudicata. ff. de regu. iur. Quid enim potuit aut potest eidem do. Jacobo imputari, si parendo iudici satisfecerit dictis Courteti, ⁊ Theueti iuxta collocationis ordinem? Profecto nihil, vt videtur. Et eadem ratione videtur ꝙ eidem do. Jacobo allocari debeãt ille pecunie in quibus fuit condemnatus defensor bonorum dicto do. Jacobo cessionario nomine egregij viri domini Antonij Bessandi: postꝙ pro pecunijs huiusmodi extitit collocat⁹ ante dictas Joãnam ⁊ Ysabellam. Potuit enim de bonis sue cure cõmissis sibi satisfactionem impendere: quemadmodum ⁊ negotiorum gestor, ⁊ tutor, ⁊ heres de restituendo grauatus, si creditores sunt eius cuius negotia gerunt, aut pupilli, vel defuncti testatoris. l. debitor, in princip. ff. de negot. gest. l. quoties. §. sicut. ff. de administra. tuto. ⁊ l. ita tamen. §. si ex Trebelliano, iuncta glos. ff. ad Trebellia. Preterea cum idem do. Jacobus actionem haberet si de pecunia predicta satisfactum non esset: posset enim illam petere actione iudicati, vel in factũ: multofortius ergo habere debet exceptionem, regula Qui ad agendum, de regulis iur. in. vj. regu. inuitus nemo. §. cui damus actionem, cum simil. ff. eod. titulo.

¶ Rub. De apochis publi. ⁊ priua. ¶ Consilium. xxiij.

¶ Epitome.

¶ Apocham, quam debitori meo de recepto feci, nõ dubium est eum liberare. V. F.

1 ☞ Quietantia satisfactionem probat.
2 Instrumento publico in dubio standum est.
3 Probanda per quem sit negatiua.
4 Nocumum autori nocet ⁊ successori: ⁊ nume. 6.
5 Confessio in carceribus vel alibi facta, an ⁊ quãdo obstet.
6 Sententia principem concernens, si absente procuratore fisci proferatur, est nulla.
8 Instrumentum actis insertum, sed non ex integro, an plene probet.
9 Ablatiui absoluti conditionem important.



Jsis Processu ⁊ actis cause primo cepte per ⁊ inter nobilẽ quõdam ⁊ potentem virum dominum Syffreduz alamandi do. Castrinoui ex vna parte, ⁊ nobilem quondam virum Joannẽ Plouerij ciuem valentinen. ex alia: ⁊ taz inter eos, ꝙ eorum successores ⁊ heredes continuate, de ⁊ super mille ⁊ tricentis scutis auri, parte dicti do. Syffredi pretensi donatarij recolende memorie serenissimi do. Ludouici regis delphini, domini nostri, a prefato nobili Plouerij asserto debitore nobilis quondam Antonij Bolomerij petitis ⁊ postulatis, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte, ꝙ difficultas cause huius videtur in hoc cõsistere: an per producta parte dicti Plouerij sufficienter appareat de illarum summarũ solutione, quas se soluisse pretendit in diminutionem dictorum mille ⁊ tricentorũ scutorum: ⁊ quid de illis tricentis de quibus responsionez fecisse dicitur prefat⁹ quondã Bolomerij pro bone memorie reuerendissi. do. Ludouico de Pictauia, tunc Valentinensi episcopo: quid etiam de illis quinquaginta scutis in quibus apud eundẽ Plouerij se obligasse pretenditur dictus quondam Bolomerij pro quodam Antonio de Bostedino do. Laurie. Super quibus dico imprimis ꝙ quoad summam sexcentorum quinquaginta quatuor floren. monete, ab vna parte, ⁊ quinquaginta sex florenoruz ⁊ decem grossorum eiusdem monete, quos ab alia parte confessus fuit, ⁊ se habuisse recognouit a nobili viro Joanne
1 Plouerij nobilis vir Franciscus Gauterij: ille † summe sufficienter probate sunt per quietantias cõcessas ab ipso Francisco ad multas seu emendas exigendum deputato. l. ij. §. ad hec. C. de quadri. prescript. Super quo articulo, cum de illo non dubitetur, vlterius nõ insisto. ¶ Quo vero ad sexcenta scuta, que idem Bolomerij se habuisse ⁊ recepisse confessus est ab eodem Plouerij propter remissionem annue pensionis viginti octo florenoruz, ⁊ arreragiorum illius, videtur prima facie ꝙ per instrumentũ in causa parte dicti Plouerij exhibitum ⁊ productuz probetur
2 solutio summe huiusmodi. In dubio † enim standum est instrumento publico. l. precibus, cum suis similibus. C. de probat. Sed huic obstat, ꝙ in instrumento huiusmodi pactum adiectum reperitur, ꝙ nisi perpetuitas predicte pensionis ⁊ arreragia pro eadem debita ascenderent ad summam dictorum sexcentorum scutoruz, idem Plouerij teneretur ⁊ deberet hanc summã sexcentoruz scutorũ dicto Bolomerij facere bonaz. Propter quod occurrit difficultas non modica: cui probãdi onus incumbat, an videlicet prefato Bolomerij, aut suo successori, ꝙ pensionis predicte arreragia ⁊ perpetuitas ad summam scutorum sexcentorũ ascendant: vel prefato Plouerij, ꝙ illa ascendant ad
3 hanc summã. Quod autem dicto † Bolomerij vel suo successori onus probãdi incumbat, videtur colligi ex ijs que notat Bart. ⁊ post eum plene Alexand. de Jmol. in. l. hoc iure. ff. de verbor. oblig. Notat enim ꝙ vbicunqꝫ negatiua est fundamentum intẽtionis eius qui negatiue ponit: ille tenetur eam probare: ⁊ ad hoc allegat idem Alexan. multas concordantias. Econtra vero ꝙ nõ idem Bolomerij, vel eius quiuis successor: sed prefatus Plouerij probare debuerit proprietatem ⁊ arreragia predicta ascendere ad summam dictorum sexcentorum scutorum, probari videtur in. l. si nomen. ff. de hered. vel acti. vendi. Quod nõ fecit: nihil eniz produxit per quod appareat de acquisitione predicte pensionis. Preterea idem Plouerij reperitur in actis produxisse quãdam pretensam apocham per Bolomerij confectam: in qua idem Bolomerij, commemorata datione in solutum facta de predicta pensione, ⁊ illius arreragijs, dicit se anno, mense, ⁊ die in ea contentis ab eodem Plouerij habuisse quingentos ⁊ quadraginta florenos: quibus eundem Plouerij de dictis sexcentis scutis quietauit, ⁊ arreragia predicte pensionis, que eidem Bolomerij in solutum data extiterãt, dicto Plouerij remisit. Non igitur probatur per dictum instrumentum solutio sexcentum scutorum. ¶ Preterea quoad centum ⁊ nonaginta quinque scuta, que idem Plouerij se soluisse pretendit, ⁊ illorum solutionẽ probasse per apochã confectaz, vt in ea pretenditur, ⁊ ab ipso Bolomerij subscriptam, anno Domini M. cccclxj. ⁊ die penultima mensis Julij, eo videlicet tempore, quo idem Bolomerij detinebatur in carceribus: dico, ꝙ vbi appareret apocham huiusmodi per ipsum Bolomerij fuisse scriptam aut subscriptam anno,
4 mense, ⁊ die antedictis: fortasse defendi posset † ꝙ quẽadmodum confessio huiusmodi noceret, ⁊ nocere deberet eidem Bolomerij, si dictam summam peteret. l. Publia Menia, §. fin. ff. de posi. l. generaliter, in fin. C. de non numerata pecunia: ita ⁊ nocere debuisset serenissimo domino nostro Regi delphino, cui bona, res ⁊ iura eiusdem Bolomerij confiscata extiterunt: ⁊ consequenter prefato do. Syffredo Alamandi asserto donatario, ⁊ suis heredibus, per id quod notat Bart. in. l. si mater. §. fin. ff. de except. rei iudic. ⁊ in. l. si superatus. ff. de pigno. ⁊ apertius Joan. Andr. in addit. Spec. tit. de teste. §. nũc tractemus, in magna addi. ⁊ Franc. de Are. consil. mihi. xxxvj. exordiente, In facto
5 quod quidam cardinalis, ⁊c. tamen quia † de hoc non apparuit nisi per confessionem eiusdem Bolomerij factã post confiscationis sententiam, ⁊ sic post ius translatũ in principẽ, ⁊ ipso Bolomerij existente in carceribus, dico ꝙ confessio ⁊ recognitio huiusmodi non videntur principi obstitisse, per id quod not. Joan. Andr. in. d. §. nũc tractemus, in prefata addit. referens Hugo. de Fonta. in quadaz sua questione. Et idem videtur colligi ex ijs que notat Bar. in dicta. l. si mater. §. fin. ⁊ in. l. si superatus, superius allegata. Pro quo facit quod, vt referũt Specu. ⁊ Joan. Andr. in addit. Spec. tit. de cessi. acti. §. j. versic. sed nunquid, ⁊ in addi. exordiente, Guil. de Suza. voluerũt Vbert. de Bo. Jaco. Bal. Gui. de Suza, de confessione facta per cedentem post factam cessionem. Qui omnes videntur sentire confessionem huiusmodi non preiudicare cessionario, saltem eo casu quo regressum non haberet contra cedentẽ. Et ꝙ talis confessio non noceat, videtur voluisse Joan. And. in. d. addi. Gui. de Suza. Et in hanc partẽ etiam inclinat Specu. in. d. versi. sed nunquid sola confessio: vbi finaliter refert opinionem Jaco. Bal. qui hanc partem tenebat. Et sic videtur Spec. illius opinioni adhesisse, per id quod notat Bald. in. l. j. in fin. ff. de constitu. ⁊ glos. in. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. Alexand. de Jmol. consi. cxxi. pro hac parte facit. l. si cum tempore. ff. de pact. l. fin. ff. de transact. ⁊ l. si partem. §. j. ff. quemadmo. ser. amit. Et hanc partem tenuit Cyn. in. l. seruum filij sui castren. peculij. §. j. ff. de leg. j. prout refert Joan. And. in dicta addit. Gui. de Suza. Cui etiam adhesisse videtur Ang. cons. cclxxvij. exord. Albertus quondam Nycolini, ⁊c. ⁊ Pau. de Cast. consilio mihi. lxxxiij. exordiente, Ad id de quo queritur.

Fateor

Fateor quod Dyn. in l. facta. §. si heres. ff. ad Trebel. prout refert Joan. And. in dicta addit. Gui. de Suza, tenet quod dicitur confessionem cedentis non nocere cessionario, forte verum esse in casibus. l. iiij. C. de noua. et idem voluit Cy. in d. l. seruum filij. §. j. ff. de legat. j. prout refert Alexand. de Imo. in d. l. pacta. §. si heres. Per quod videretur ipsi sensisse cõtrarium in alijs casibus, arguendo a cõtrario: quod licet etiam in dictis docto. vt colligitur ex ijs que notat Joan. de Jmol. in l. qui testamento. §. mulier, in fin. ff. de testa. quorum opinio si vera esset, multo fortius videretur dicendum in casu nostro, quod confessio seu recognitio dicti quondam Bolomerij debuerit preiudicare principi: pro eo quia non sic presumendum est contra eum, sicut contra cedentem, si confiteatur quod sibi ante cessionem satisfactum extiterat: cessit enim volens. docto. in l. j. C. de actio. et obligat. Iste vero Bolomerij inuitus habuit successorem fortasse post veram solutionem. Et quicquid sit iste casus videtur esse multum perplexus, vt dicit in simili Jo. And. in dicta addi. Gui. de Suza. Verumtamen existimo potius adherendum prime opinioni. Et sic nõ videtur fides facta sufficiẽs primo de illis quingentis quadraginta florenis: secundo de centũ nonagintaquinque scutis. Nec hodie rebus sic se habentibus prout tunc se habebant fieret de eis fides si exhiberẽtur quietantie originales facte per dictum Bolomerij, nisi aliter quam per suam confessionem probaretur quod ipse illas fecerit ante latam contra eum sententiam. Et sic non obstant notata per Inno. Ostiens. Joan. And. Panor. et doct. in c. quoniam contra falsam, de probat. et Salic. in l. fin. C. de fid. instru. per Barto. in l. chirographis. ff. de administr. tut. et Bald. in auth. si quis in aliquo. C. de fid. instru. in l. gesta. in fi. C. de re iudic. et in l. fin. versi. sed pone testa. etc. C. de fid. instru. Quia respondeo quod docto. prefati in passibus predictis loquuntur in scripturis publicis: et si qui sint qui loquãtur in priuatis, illi sunt intelligendi, quatenus scripture huiusmodi concernunt preiudicium eorum qui eis fidem imponũt. Preterea predicte apoche non reperiuntur descripte in actis domini de Mareolis iussu et mandato ipsius: quod tamẽ videbatur necessarium, vt videtur sensisse Bart. in d. l. chirographis, et Panor. in c. cum in iure peritus, de offi. dele. et in allegato. c. quoniam contra falsam, col. penulti. Nec opponat aliquis, quod cum sentẽtia lata extiterit per dictum do. de Mareolis contra serenissimum dominum nostrum Regem delphinũ, et in fauorẽ predicti Plouerij

6 quoad summas predictas: illa † quemadmodũ nocuit ipsi serenissimo do. nostro autori prefati do. Syffredi: ita nocere debuit eidem do. Syffredo, per ea que notat Bart. in d. l. si mater. §. fin. et l. si superatus, Joan. And. in d. §. nũc tractemus, in addit. magna, Franc. de Aret. in d. consilio xxxvj. et Ange. Are. in §. item si in iudicio, versic. secundo principaliter requiritur ad hoc vt non obstet exceptio, etc.

7 ibi, sed quid in singulari successore. Quoniam † respondeo quod sententia predicta videtur fuisse de iure nulla, pro eo quia lata reperitur absente aduocato fisci. l. non intelligitur. §. diuus, et quod ibi glos. et l. si fiscus alieni. ff. de iur. fis. notant glos. Bart. Joan. de Pla. et doct. in l. vnica. C. de senten. aduer. fisc. la. lib. x. glos. et doct. in l. si aduersus. C. si aduers. fisc. Et sic predicta sententia nec ipsi fisco obstitit. Quo vero ad illa quinquaginta scuta, pro quibus responsario nomine illius fratris de Hosteduno, domini Laupie, se obligauit dictus quondã Bolomerij prefato Plo-

8 uerij, dico † quod cum instrumẽtum obligatorium non fuerit omnino et ex integro in actis cause insertum: illud non videtur plene probare intẽtionem eiusdem Plouerij, prout notat in simili Bar. in d. l. chirographis: pro quo allegat. l. inciuile. C. de pact. Preterea esto quod opus nõ extiterit vt instrumentum huiusmodi ex integro insereretur in processu, sed sufficeret quod totus effectus instrumenti huiusmodi insertus extitisset, vt voluit Innoc. in d. c. quoniã contra falsam, Alex. de Jmo. in l. in fraudem. §. neque. ff. de iur. fisc. et in auth. si quis in aliquo. C. de eden. hoc tamen non sufficeret: quia in casu nostro predictum instrumentũ videtur excessiue discissum: ita vt nec iuxta tenorem, nec etiã effectualiter videatur totum instrumentum insertum. Quo vero ad illa tricenta scuta, pro quibus idem nobilis Joannes Plouerij se obligauit pro dicto R. do Valentino episcopo, existimo quod idem Plouerij illorum cessionem petere nõ potuerit, nec hodie petere possit dictus nobilis Claudius eius filius et heres cum beneficio inuentarij, donec et quousque de predictis mille et tricentis scutis ex integro satisfactum extiterit: hoc enim colligitur ex dicto obligatorio instrumento, in versi. quibusdã septingentis scutis auri, etc. Ubi ita demũ tenebatur prefatus Bolomerij cedere, et remittere eidem Plouerij actiones contra Joannẽ Nicole, etc. solutis septingentis scutis auri, et

9 ipsis scutis sexcẽtis factis bonis: Ubi † ponũtur multi ablatiui absoluti: qui conditionem important. l. a testatore. ff. de condi. et demon. et l. ab emptione, et quod ibi Bar. et doc. C. de pact. Est ergo sensus, quod prefatus Bolomerij teneretur ad cedendum et remittendũ, etc. si idem Blomerij soluisset dicta septingenta scuta, et sexcenta bona fecisset: quod quia nondum fecisse pretenditur, non videtur adhuc fuisse locus predicte cessioni. Existimo quod pro victoria obtinenda opus esset producere quatuor instrumenta acquisitionis illius pensionis vigintiocto florenorum per partes acquisite, que reperiuntur designata in instrumẽto obligatorio. Item etiam expediret producere instrumẽtum quo idem Bolomerij respondit prefato Plouerij pro illo fratre de Hosteduno quinquaginta scuta. Item expediret allegare nullitatem sententie late contra dictũ Bolomerij: vt sic resolueretur titulus prefati do. Syffredi, propter resolutionem iuris sui autoris: et producere processum contra eum agitatum: propter cuius defectum dominus Clauaysonis obtinuit eandem sententiã dici nullam: et alia multa que nunc non est narrandi locus.

Rubric. De reb. credit. et iureiur. Consilium. xxiiij.

Epitome.

Iuras te mutuo quidem accepisse, sed mihi reddidisse: fundata est intentio mea de mutuo, sed de redditione tibi non facile creditur. U. F.



Viso Processu causu agitate per et inter honorabilem virum Honoratum Caualerij alias fabri, tam suo, quam tutorio nominibus Bartholomei et Urbani Caualerij ex vna parte, et Joannem Arnulphi ex alia: et presupposita probatione que facta est aut fiet parte dictorum Caualerij, et per quam apparebit eosdẽ Honoratũ Bartholomeũ et Urbanum esse heredes honorabilis, quondam viri Stephani Caualerij eorum patris: dico et respondeo eosdem Honoratum, Bartholomeum et Urbanum debuisse aut debere in hac causa obtinere, et ipsum Arnulphi debere condemnari ad petita. Certum est enim quod licet testificatio, recognitio et cõfessio, quas fecisse legitur dictus Joãnes Arnulphi in curia Modij, et coram domino baiulo eiusdem, facte extiterint in alia causa, et inter alias personas: ille tamen probantur et apparent facte per acta publica dicte cause in hac causa producta. l. gesta. C. de iudi. c. quoniam contra falsam, de probat. Barto. Bald. et Salice. in l. is apud quem. C. de eden. Et quamuis testificatio seu recognitio et confessio huiusmodi, vtpote facte corã alio iudice in alia causa et inter alias personas, non videantur prodesse eisdem Caualerijs, vt colligitur ex notatis per Bart. et alios in d. l. is apud quem, et per Inn. in c. causam que, de test. tamen contrarium videtur verius: pro eo quia idem Joãnes Arnulphi non solum cõfessus est se scripsisse apocham de recepto sexaginta vnius florenorum et sex grossorum: sed etiã instrumento se hoc fecisse asseruit: quo casu valet confessio etiam in fauorem absentis, vt videtur colligi ex ijs que notat Bart. in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legat. iij. vbi secundum Alex. de Jmol. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. hoc tenuit Ange. Et idem fuit de mẽte Bald. C. res inter ali. act. in rub. Pro quo allegat notata in c. quoties cordis oculos. j. q. vij. ad quod facit quod voluit idem Bald. in auth. sacramenta puberum, versi. vlterius quero: ibi, timeo ne canoniste, etc. C. si aduersus vend. Facit quia minus indignum esse indicat imperator, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere. l. generaliter. C. de non numera. pecu. et c. per tuas, de probat. Nec sibi persuadere debet idem Joan. Arnulphi, quod propterea non debuerit facta per eum confessio dictis Caualerijs prodesse, quia in cauda confessionis huiusmodi idem Arnulphi adicit se dictos sexaginta vnũ florenos cum dimidio tradidisse et expediuisse prefato quondam Stephano patri et predecessori dictorum Caualeriorum, quasi nõ possint diuidere aut partiri confessionẽ huiusmodi, et acceptare partem pro eis facientem, et aliam reijcere. Quoniã respondeo

ꝙ hoc procederet si cõfessio huiusmodi facta esset vel emissa super vno capitulo forte qualificato, vel diuersis connexis, vt notat Bart. in. l. Aurelius. §. idem quesiit. ff. de libera. lega. Ant. de But. in. c. ex parte decani, versic. huic obuiant plura primo quia confessione, ⁊c. de rescri. ⁊ Sal. in. l. si quidē. C. de transact. ⁊ sentit Bal. in. l. ij. C. de dona. ante nupt. Sed confessio predicta non est facta super vno capitulo qualificato, vel diuersis cõnexis: sed super diuersis. Aliud est enim capitulum prefatum Joannē Arnaulphi pecuniam predictam recepisse a prouido viro Amedeo Boerij, ⁊ aliud est eādem pecuniam postea tradidisse dicto quondam Stephano: nec vnum est qualificatiuum alterius, nec alteri conexū. Quo casu scindi potest ⁊ partiri confessio, ⁊ illius pars acceptari. l. publia meuia, in fi. ff. depo. vt not. Bart. in. d. l. Aurelius. §. idem quesiit. ff. de libera. lega. Bald. in. d. l. ij. C. de donat. ante nupt. ⁊ Sali. in. d. l. si quidem. C. de transact. Ant. But. vbi supra. ⁊ hoc etiam voluit Joan. de Jmola in. l. decem. ff. de verb. oblig. ⁊ fuit de mente Pet. de Anch. Joan. de Jmo. ⁊ Gemi. in c. cupientes, in princ. de elect. in. vj. ⁊ apertius Barthol. Cepol. in suis singularibus. §. si mutuaui tibi centum in camera ⁊ tu recepisti, ⁊c. in quibus locis sentiunt doct. prefati, ꝙ si illi, cui centum mutuo data extiterunt, ⁊ deinde mutuāti restituta, deferatur iuramentum a mutuante super mutuo, an videlicet illud factum extitērit necne: ⁊ ipse respõdeat mutuum huiusmodi esse factum: ⁊ adijciat se illud restituisse mutuanti: fundata est intentio deferentis: nec creditur iuranti super restitutione: quod non esset nisi deferens partiri posset ⁊ diuidere confessionem eius, cui delatum est iuramentum, ⁊ acceptare de ea id quod est pro se, ⁊ id quod est contra se refutare. Super quo, quia apud eum est mihi sermo, qui de his nihil ignorat, vlterius non me extendo.

¶ Rub. De reuocan. dona. ¶ Epitome. ¶ Consil. xxv.

¶ Donator omnium bonorum alimentari debet a donatario, quanuis hoc in donatione expressum non sit: alioqui reuocari potest donatio. V. F.



Jsa Copia instrumenti donationis dudum facte per venerabilem virum dominum Joannē Raymundi presbyterū, honorabili viro magistro Pontio Raymundi, de omnibus vniuersis ⁊ singulis bonis suis mobilibus ⁊ immobilibus tunc presentibus ⁊ futuris ac rebus iuribus quibuscunq;, ⁊ pacto de quo ibi, dico ⁊ respondeo ꝙ cum idem magister Pontius eundem dominum Joannem donatorem suum non alimentarit, nec alia necessaria inter conuenta ⁊ promissa eidem prebuerit nec prebeat: potuit ⁊ potest idem dominus Joannes donator reuocare predictam donationem. l. generaliter, ⁊ ibi doct. C. de reuocan. dona. notant glos. Joan. de Jmo. ⁊ doct. in. c. fi. de donationib. Non enim debuit idem magister Raymundus venire cõtra pactum predictum per eundem iuratum: cum etiam si pactum non interuenisset teneretur idem Pontius alere predictum eius fratrem, vtpote factum pauperem ⁊ egenum propter dictam donationem factam de omnibus bonis presentibus ⁊ futuris, vt voluit glos. Cyn. ⁊ Salic. in d. l. generaliter. C. de reuocan. don. Pet. de Anch. Joan. de Jmo. ⁊ Panor. in. c. fi. de reuocan. dona. vbi etiam dicit Panor. ꝙ si illo casu non alimentet donatorē, ipse potest reuocare donationem. Nec putet idē magister Pontius ꝙ ipse non teneatur alimentare dictum eius fratrem, nisi pro modo fructuum seu prestiarum. Quoniam respondeo quod not. per Bart. in. l. penult. in princ. ff. de alimen. leg. ⁊ in. l. imperator, in fine. ff. ad Trebel. scilicet, ꝙ alimenta prestari debent secundum redditutum quantitatem, non de proprietate, intelligenda sunt in alimentis debitis titulo lucratiuo: non autem quando debētur titulo non lucratiuo, vt not. Alexand. de Jmo. in. l. maritum, in fi. ff. soluto mat. Quinimo eo casu tenetur donatarius etiā vltra fructus, argu. l. qui facere potest. ff. de reg. iur. in casu vero de quo hic non debentur alimenta eidem domino Joanni titulo quoad eum lucratiuo, sed titulo oneroso. donauit enim bona sua hoc saluo. Si igitur fructus non sufficiebant ad eundem alimentandum iuxta facultatem bonorum donatorum ⁊ statū persone dicti domini Joannis: debebat ipse, si aliter non poterat, vēdere saltem de bonis donatis, ⁊ non facere illas imputationes, quas fecisse reperitur in quadam schedula exordiente, Ut vobis dominis arbitris, ⁊c. Ex quibus apparuit ⁊ apparet de eius animo ad non alimentandum. Et hec dixerim pro nunc breuiter ⁊ succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ⁊ salua pleniore deliberatione.

¶ Rub. Que sit lon. consue. ¶ Epitome. ¶ Consi. xxvi.

¶ Cum longa ex cõsuetudine municipes soleant omnes incolas, etiam de bonis que alibi possident, ad subsidia ⁊ impositiones vrgere: illa seruanda est, non obstante contrario statuto: nisi hoc etiā huius consuetudinis mentionem faciat. V. F.



Jsto Casu mihi exhibito parte vniuersitatis loci de Carumbo, contra ⁊ aduersus quosdā particulares eiusdem loci recusantes soluere vintenum de eorum fructibus excretis non in territorio Carumbi, sed alibi in quibusdam predijs, que titulo conductionis seu arredamneti ab alijs tenent: audita preterea consuetudine eiusdem loci, que est, ꝙ singuli habitatores ⁊ incole qui nunc sunt ⁊ fuerunt pro tempore a. x. xx. xxx. xl. l. lx. ⁊ centū annis citra, ⁊ alias per tanti temporis spatium, ꝙ de initio aut contrario hominum memoria non existit, consueuerunt ⁊ soliti sunt contribuere in vintenis, trētenis, ⁊ alijs impositionibus eiusdem loci, etiam pro fructibus excrescentibus extra locum ⁊ territorium Carumbi: dico ⁊ respondeo ꝙ prefati particulares tenentur ad solutionem dicti vintem, et pro solutione illius cogendi sunt. Quia consuetudo tanti temporis habet vim priuilegij. c. preterea. §. super quibusdam, de verborum significatione. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotidiana ⁊ estiua. facit capit. j. de prescriptionib. in. vj. ⁊ quod notant Bartolus ⁊ doctores in. l. prima. C. de mulie. et in quo lo. libro decimo, de ciuitatibus que ex consuetudine, cuius contrarij memoria non existit, hoc habent vt possint imponere forensibus pro predijs, que in earum territorijs possident, collectas que imponuntur personis pro rebus. Si enim huiusmodi facultas possit ex consuetudine contra forenses acquiri, vt possint ipsi collectare: multo fortius vel saltem non minus acquirere potuit ex dicta consuetudine dicta Carumbina vniuersitas, vt compellere valeat particulares habitatores et incolas eiusdem loci ad contribuendum in vintenis: siue vintena huiusmodi imponantur pro munere mere reali, aut patrimoniali: aut pro munere quod imponitur personis pro rebus. Preterea cum, vt audio, prefati particulares nec in tributis, nec pro alijs oneribus aliquid contribuant in locis in quibus excreuerunt dicti fructus: ipsi videntur posse cogi etiam de iure communi ad soluendum vintenum de eisdem fructibus, per id quod notant Bartol. Joannes de Plat. et Moderni in dicta. l. prima. C. de mulierib. ⁊ in loc. ⁊ plenius Petrus Antibo in suo tractatu munerum, versiculo, sed pone altius in castro Draguiniani vbi sum incola, ⁊c. Nec puto ꝙ prefati particulares se tueri valeant constitutione siue statuto reuerendissimi domini nostri Legati: quia per illud non est derogatum consuetudini loci predicti Carumbi, quam ipse probabiliter ignorauit, capit. licet Romanus, de rescript. in sexto. Que dixerim breuiter ⁊ succincte sub correctione cuiuslibet alterius melius sentientis.

¶ Rub. De diuers. rescript. ¶ Epitome. ¶ Cons. xxvij.

¶ Rescripti verba, que rem que non fuit nec est simulant, ipsum vitiant rescriptum. V. F.

1 ☞ Obreptio detestabilior subreptione: ⁊ an dolose facta presumatur.

2 Uitium scripture aut solecismus an et quando rescriptum vitiet.



Uereor Ne, etiam presupposito ꝙ venerabilis quondā vir do. Bartholomeus de Uua olim prior prioratus collegij nuncupati beate Marie Magdalene, ordinis sancti Augustini, siti intra septa monasterij S. Ruffi extra ⁊ pro

tra et prope muros Valentinenses, ad vitam ad regimen prioratus huiusmodi per sedem Apostolicam deputatus extitisset: litere parte venerabilis et religiosi viri domini Caroli de Bleone, de et super prioratu huiusmodi a sede Apostolica obtente, fuerint et sint surreptitie pro eo quia in literis ipsis expositum reperitur, quod etiam aliquando alii dicti monasterii canonici ad vitam, ad regimen dicti prioratus etiam per sedem Apostolicam deputati fuerunt. Per que verba pluraliter prolata videtur esse expressum, quod ad minus aliquando aliqui ex canonicis dicti monasterii fuerint ad eorum vitam ad regimen prioratus antedicti deputati: duo videlicet, per do. abbatem, ac tractatores et diffinitores capituli generalis: et duo per sedem Apostolicam, aut saltem tres: unus videlicet per prefatos do. abbatem, tractatores et diffinitores capituli, et duo per sedem Apostolicam. Hoc enim operatur dictio alii, pluraliter prolata: que ad minus duo comprehendit, ut colligitur ex his que notat Bart. in. l. Julius Phebus. ff. ad Trebel. et Paul. de Castr. in. l. quoties. C. famil. ercisc. et fuit de mente glos. in regula pluralis loquutio, in fin. arguendo a contrario sensu, de regu. iur. in. vi. Censetur ergo idem do. Carolus narrasse, quod aliquando duo deputati extiterunt per sedem Apostolicam ad vitam, ad regimen dicti prioratus. Et quia ibi ponitur dictio etiam, que est implicativa, l. i. et quod ibi Bart. et Salice. C. etiam per procurat. cau. agi pos. c. accusatus. §. de questionibus, de hereti. in. vi. et c. cum in illis. §. illis, de prebend. eod. lib. not. Bart. in. l. supra iter. §. officium. ff. de aqua pluuia arcend. et que debet aliquid operari. c. si Papa. §. i. versi. cum verba, etc. et quod ibi glos. de regul. iur. in. vi. l. si quando, in prin. et quod ibi glos. ff. de legat. i. c. si Romanorum, et quod ibi glos. super verbo membranas, distin. xix. l. si stipulatus, in princ. ff. de usur. et. l. hac lege. ff. de contrahen. emptio. Facit quod notat Bald. C. eod. tit. in rubrica, in. ix. quest. videtur idem do. Carolus exposuisse, quod non solum duo pro tempore deputati extiterunt per sedem Apostolicam ad vitam, etc. sed etiam alii, vel ad minus alius per prefatos do. abbatem ac tractatores et diffinitores dicti generalis capituli. Que cum non ita se habeant, videntur vitiasse gratiam: que vitiatur non solum per surreptionem, que fuit causa inductiva et finalis gratie seu rescripti: sed etiam si fuit causa impulsiva: ut quia summus pontifex alias gratiam concessisset cessante surreptione: sed non ita faciliter. c. postulasti, et quod ibi Panor. de rescript. Et hoc vide-
1 tur maxime procedere in hoc casu: in quo non tacita veritas, sed fuit expressa falsitas: quod est detestabilius, quam supressisse veritatem, ut notat Panor. in. c. quia circa, de consangui. et affinit. et in dubio presumitur falsitas dolose expressa in literis gratiosis, ut notat Innoc. in. c. accedens, de crimi. fal. Et quamvis idem Innoc. loquatur ibi quando est magna gratia: tamen ipse idem in. c. dilectus, de rescript. loquitur simpliciter. Preterea ut dicit Bal. in. c. si proponente, de rescript. non dicitur modicus defectus qui ex impressione falsi oritur: pro quo allegat in arg. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. et quod notatur in. l. ad ea. ff. de reg. iur. videntur igitur dicte litere seu gratia non valuisse: quod esto quod pontifex, etiam tacito quod alias aliquando alii dicti monasterii canonici ad vitam ad regimen dicti prioratus etiam per sedem Apostolicam deputati fuerant, dictum prioratum contulisset, vel alias fecisset gratiam dicto domino Carolo in literis expressam: illud tamen videtur esse certum, quod non sic de levi fecisset. Non enim videtur modicum impulsus ex eo quod sibi expositum est, quod alias fuerat pluries, et saltem ter, derogatum statutis et fundationi prioratus antedicti, et non solum per sedem Apostolicam: sed etiam per prefatos do. abbatem, tractatores et diffinitores. Et hoc sufficit, etiam si alias cessante expressione huiusmodi pontifex fuisset concessurus. d. c. postulasti, et quod ibi Panor. Cui dicto non obstat distinctio de qua, in. c. super literis. §. inter alios, de rescript. Quia distinctio huiusmodi sibi locum non vendicat in literis gratiosis, ut colligitur ex his que habentur in. c. si motu, de preben. in. vi. et c. susceptum, de rescript. eod. lib. de quo etiam cano. in. d. c. super literis. ¶ Preterea attendendum est, quod in processu exequutoriali, ubi litere predicte inseruntur, reperiuntur in tenore literarum huiusmodi duo defectus. Prior, quia ubi debuit scribi serta, scriptum est scepta: et ubi debuit dici ne-
2 quaquam, scriptum est nequam. Propter que prima facie videretur quod litere predicte, si ita in eis scriptum reperiretur, deberent presumi false, arg. eorum que habentur in c. ad audientiam, et quod ibi per docto. et maxime per Bal. de rescript. quemadmodum enim litere Apostolice continentes falsam aut malam latinitatem ideo presumuntur false, quia non est verisimile quod litere que per tot et tantorum virorum manus transeunt debeant in latinitate continere defectum: ita videtur istas debere presumi falsas, et non transiisse per manus, etc. pro eo quia in illis reperiuntur illi duo defectus. Et hoc fuit de mente Ostien. Ant. de But. et Joan. de Imol. in. c. ex parte, de fide instr. et Domi. in. c. in memoriam, distinctio. xix. ut refert Felin. in. d. c. ad audientiam. Fateor quod Innocen. et post eum Panor. in. d. c. ex parte, de fid. instru. sentiunt contrarium. Super quo non insisto: quia non vidi originales: quia etiam istud non fortificat, sed impugnat ius partis, ad cuius requisitionem hec scribo.

¶ Rub. De fide instru. ¶ Epitome. ¶ Consiliu. xxviii.

¶ Instrumentum a duobus notariis sumptum ab utroque signari debet: sicut causa duobus commissa per alterum solum ex delegatis expediri non potest. V. F.



Non puto quod quoddam pretensum instrumentum cuiusdam asserte sententie late, ut dicitur, per dominum rectorem comitatus Venaysini pro domino abbate sancti Andree, contra et adversus dominum et communitatem loci de Thoro, per quam idem do. rector declarasse pretenditur locum Tudonis et eius territorium, iura et pertinentias pertinere ad ipsum dominum abbatem, etc. probet huiusmodi sententiam sic fuisse latam: quia cum de dicta pretensa sententia seu instrumento de ea conficiendo rogati extiterint duo notarii, scilicet Raymundus Guiberti et alius, ambo subscribere debuerunt, ut notat Bart. in. l. si quis ex argentariis. §. cogentur. ff. de eden. quod quia factum non reperitur in dicto instrumento, sed totum expeditum est per prefatum magistrum Raymundum: illi non creditur, arg. l. i. ff. de offic. consul. notat Bald. in. l. iusiurandi. C. de testib. ubi allegat in arg. d. l. i. et allegatam. l. si quis ex argentariis. §. ii. authen. de here. et fal. §. si vere absunt, et not. per Osti. et Joan. And. in. c. quoniam contra falsam, de probat. idem voluit Nicol. Neapol. in suo repert. in verbo, notarius. §. notarii duo: pro quo ultra predicta allegat not. per Bald. in. l. cum sententiam. C. de senten. et interlocu. omni. iud. et quod in simili dicitur de duobus iudicibus delegatis: quorum unus nihil potest facere sine alio. l. duo ex tribus. ff. de re iud. et c. causam matrimonii, cum sim. de offi. deleg.

¶ Rubr. ¶ De revoc. dona. ¶ Epitome. ¶ Consi. xxix.

¶ Dos egregia a patre profecta per supervenientem patri paupertatem non revocatur: sicut nec profusa donatio per supervenientes donanti liberos, nisi usque ad eorum legitimam. Vasquinus Filiolus.



Viso casu mihi exhibito pro nobili et egregia muliere domina Joanna de Celis ex una, et domino Petrus et Margareta coniuges, etc. et auditis dubiis que ex casu huiusmodi tam scripto quam verbis mihi facta extiterunt: dico et respondeo ad dubia huiusmodi et illa concurrentia prout ecce. Et primo dico, quod cum, ut in facto huiusmodi presupponitur, bona illorum dominorum Petri militis et Margarete coniugum tempore facte constitutionis dotis essent valoris annui mille et ducentorum florenorum, vel circa: non videtur constitutio dotis huiusmodi facta de quadringentis florenis annuis et redditualibus fuisse ab initio inofficiosa. retinuerant enim sibi valorem annuum sexcentorum florenorum: qui abundanter suffecissent filio postea nato dicto domino Petro militi ex alia uxore. Quo fit ut quamvis postea maior pars bonorum huiusmodi eidem ablata extiterit, non propterea videatur constitutio predicta debere revocari, arg. l. verum. §. si locupleti. ff. de minor. l. si patronum. §. i. ff. de bo. liber. et est optimum arg. in. l. in nave. ff. loca. quod enim legitime factum est per eam non meretur. l. Gracchus. C. de adult. et quod rite et secundum leges ab initio actum est non debet ex alio eventu suscitari. l. sancimus. C. de administra. tut. Et hec videntur colligi

ex mente Baldi in.l.j.versi. quinto queritur quid sit legitima, et Salic. in eadem.l.versic.quero quinto.C.de inoffi. donat. vbi notatur quod si residuum quod pater idemque donator sibi retinuerat, sufficiens ad legitimam aliorum liberorum casu fortuito perierit, non propterea reuocatur donatio, que ab initio inofficiosa non extiterat. Et hoc etiam voluit glos. in.d.l.j.super verbo duabus vncijs, versi.nono quero,etc. Et hec sine dubio procederent vbi bona postea ablata prefatis coniugibus tempore facte constitutionis dotis fuissent sua: si vero fuissent aliena, quamuis tunc per eos possessa: eo casu videretur distinguendum: an ipsi coniuges crederent bona huiusmodi esse sua, vel scirent illa esse aliena. Sed quodcunque dixerimus, semper redibimus ad hoc, quod constitutio predicta, etiam si hodie viueret ille filius natus post dictam dotis constitutionem, reuocari non deberet ex capite inofficiositatis, nisi vsque ad legitimam.l.si totas, et.l.si liqueat.C.de inoffi.donat. Non enim reuocatur inofficiosa donatio facta alteri ex liberis, siue illa fuerit inofficiosa re tantum, siue re et consilio, aut ex proposito, nisi vsque ad debitum bonorum subsidium, seu pro legitima, per iura proxime allegata. Et ita tenet Bar. in.l. Titia Seio.§.imperator.ff.de legat.ij.Bart.Bal.Salic. et moderni in.d.l.j.C.de inoffic.dona. Et quoad hunc casum idem senserunt, et in hoc conueniunt Azo, Hugol. Petr. et Cyn. prout apparet ex ijs que recitauit Cy. et moderni in.d.l.j.C.de inoffic.donat. Et idem etiam voluerunt Joan.de Imol. Panor. et doct. communiter in.c.fina.de dona. Et procedunt predicta vbi pretenderetur donationem predictam posse reuocari ex capite inofficiositatis. ¶ Ubi vero pretenderetur illam posse reuocari propter superuenientem natiuitatem illius filij masculi: adhuc dico quod isto casu non esset reuocata, nec reuocari posset, nisi vsque ad debitum bonorum subsidium, seu pro legitima dicti filij postea nati.d.l.si totas, vbi est sermo de donatione facta aliquibus ex liberis, postquam nati sunt alij liberi: Quod etiam voluit Bart. in.d.l.Titia Seio.§.imperator, vers. distingue ergo sic,etc. Et hoc etiam, vt apparet ex ibi relatis per Bart. per Cyn. et alios in.d.l.j.C.de inoffi.donat. fuit de mente Dyn. et hoc etiam voluit Cyn. Bar. Bald. Salic. et moderni in.d.l.j.Joan.de Imol.Panor. et doct. in.d.c.fin.de dona. Ad.l.vero si vnquam.C.de reuocan.dona. per quam videtur probari contrarium, respondent doct. quod illa non procedit eo casu quo facta est donatio alicui ex liberis ante natiuitatem alterius filij donationem huiusmodi reuocare volentis. Et pro hoc est casus in.d.l.si totas: sed procedit, secundum opinionem gl. in.d.l.si vnquam, quam doctor. communiter sequuntur, in donatione facta liberto, vel alteri extraneo: quamuis aliqui eam solum intelligant in liberto. Fateor tamen quod quamuis, vt predixi, donatio facta alteri ex liberis ante natiuitatem liberorum illam reuocare volentium non reuocetur nisi vsque ad legitimam: illa tamen reuocatio fit ipso iure quoad ipsam legitimam debitam liberis postea natis. Et hoc contingit propter presumptam voluntatem donantis: qui si tempore facte donationis cogitasset de liberis postea natis, eorum legitimam reseruasset, vt colligitur ex notatis per Bartol. in.d.l.Titia Seio.§. imperator, in.d.versic.distingue ergo, per modernos in.d.l.j.et in.l.si totas.C.de donat. et per canonistas in.d.c.fina. Sed dico quod etiam esto quod constitutio dotis de qua supra, ipso iure reuocata extitisset, vel reuocari posset vsque ad dictam legitimam dicti filij postea vita functi, etiam si filius ipse incontinenti ab humanis decessisset, vt forte persuaderi videtur ex ijs que not. Bart. in.d.§.imperator, versic. quero filij,etc. Bald. in allegata.l.j.versic.sed vlterius queritur, et Joan.de Imola in.d.c.fin.versic.querit etiam Bart. in.d.§.imperator,etc. istud tamen non videtur multum prodesse dicto do. Petro: qui ex tenore constitutionis dicte dotis non videtur constituisse bona sua in dotem, aut aliqua ex eisdem: sed magis videtur constituisse quadringentas libras annui redditus, quamuis illas, gratia fortasse demonstrationis, situauerit et assignauerit super suis bonis, per quam assignationem censentur ipsa bona extitisse obligata, per ea que notat Bar. in.l.fundus quem.ff.de annu. legat. et in.l.codicillis.§.instituto, vbi bonus textus.ff.de leg.ij.de quo habetur per Joan Fab. in.§.item seruiana, Institut.de act.per Roma.consil.mihi.cccclxxxviij.exord. In casu prepositi thematis,etc. et per Jasonem in.l.ij.versi. septimo quero,etc.C.de iure emphy. Quamuis enim huiusmodi constitutio reuocaretur vsque ad legitimam dicti filij mortui: que est semis seu dimidia pars trientis dictarum quadringentarum librarum annui redditus, hoc est sexta pars earundem quadringentarum librarum annue reuenute: non propterea videretur multum releuari idem do. Pet. constituens, qui tenetur ad alias quinque partes ascendentes longe vltra tricentas et viginti libras annue reuenute: pro quibus non sufficiunt bona que nunc habet, etiam cum legitima dicti quondam filij. Et sic non video quomodo possit cum effectu aliquid relinquere vel donare dicte domine Joanne de Thelis eius secunde vxori, presupponendo quod quamuis de iure mortua filia dicti domini Petri debuerit dos predicta reuerti ad ipsum Petrum et non remanere apud filium dicte filie, nepotem eiusdem Petri, seu egregium virum do. Carolum de Ponteues ipsius nepotis patrem: tamen, vt communiter referunt glo. et doct. in.l.dos a patre profecta.C.sol.mat. et doc. in.l.post dotem.ff.eod.tit. de consuetudine debet remanere apud dictum nepotem, seu do. Carolum eius patrem. Que consuetudo vtpote iuri contraria, et que est quid facti, probanda est per dictum nepotem, aut do. Carolum eius patrem: quia doctoribus affirmantibus ita esse de consuetudine non creditur, nisi aliter probetur. Pro quo allegasse sufficiat notata per Alexan. de Imo. in allegata.l.post dotem, ver. et iuxta hoc queri posset: et quod voluit Fran. de Are. consil.cxxxiij.exordiente, in causa que vertitur,etc.

¶ Rubri. De anno. et tribut. ¶ Epitome. ¶ Consil.xxx.

¶ Tributum prestare non tenetur exempta ciuitas, que huius priuilegij male impetrati obtinuit confirmationem. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Impositio, que personis pro rebus fit, in subditos duntaxat locum habere potest.
2 Fingitur heres eadem persona cum defuncto actiue et passiue.
3 Heres heredis testatoris est heres.
4 Particularis successor an et quando predecessoris factum seruare teneatur.
5 Clausula Ex certa scientia, quod alias inualidum foret reddit validum.
6 Adoptio non iure facta per principis confirmationem roboratur.
Donatio etiam inualida per principem roboratur, et hereditas lege deferri dicitur.
7 Confirmans dat.
8 Coniecturis veritas ipsa nullum relinquit locum.
9 Confirmatio principis supplet solennitatis defectum.
10 Principis potestatem in dubium disputatione vocare instar sacrilegij habet.



Uper processu principaliter agitato per et inter egregium virum do. regium procuratorem ex vna parte, et vniuersitatem et homines loci de Lurio parte ex alia, de et super contributione que parte eiusdem do. procuratoris a prefata vniuersitate fieri postulata extitit: dico prefatam vniuersitatem ab impetitis fore absoluendam. Cuius dicti illa videtur sufficere ratio, quod tallia seu collecta, cuiusmodi est
1 donum de quo in actis cause huius, vtpote que † imponitur et imponi consueuit personis pro rebus, imponitur duntaxat subditis, vt ciuibus et incolis.l.rescripto.§.fin. iuncta glo. et quod ibi Bart.ff.de muner. et honor.not. Bart. et Joan. de Plat. et doct. in.l.j.C.de mulierib. et in quo loco, lib.x. et Joan. de Platea in.l.indictiones.C.de anno. et tribu. libro.x. Dicti vero vniuersitas et homines loci predicti de Lurio subditi non existunt serenissimi domini nostri Francorum regis, prouincie et Forcalquerij comitis. Ergo collecta ipsi serenissimo domino nostro soluenda eis indici non potest. Quod autem subditi non existant, hoc apparet per patentes literas recolende memorie illustrissimi domini nostri Ludouici olim Sicilie et Hierusalem regis et dictorum comitatuum comitis: quibus ipse asseruit locum predictum de Lurio in libris focorum patrie prouincie et illorum numero descriptum non reperiri, nec consueuisse poni tanquam exemptum ab eius curie iurisdictione: prout de exemptione huiusmodi plene constare asserunt priuilegijs antiquis, visis et mandato eius regie maiestatis per certos eius commissarios descriptis. Per que sufficienter probata est exemptio dicti loci, ac vniuersitatis, et hominum predictorum, per ea que habentur in.c.si Papa.§.si autem ecclesie

ecclesie, de priuile. in.vj. ⁊ clemen.j. Adijcio ꝙ non solum
asseruit idem do. Ludouicus prout supra: sed etiam locuz
ipsum de Lurio seu homines eiusdem, qui tunc erant vel
forent pro tempore, ad soluendum in dono de quo tunc
erat sermo, aut futuris donis seu talhijs in dicta patria
tunc indictis vel ex tunc in antea indicẽdis, nisi de eorum
beneplacito procederet vel consensu, de certa eius scientia
decreuit ⁊ declarauit non teneri, seu posse vel debere com-
pelli de cetero, prout hec ⁊ alia multa in dictis literis ple-
nius continentur. Que declaratoi seu sententia quemad-
modum obstetisset prefato quondam do. Ludouico, si post
⁊ contra eam voluisset vniuersitatem seu homines antedi-
ctos ad contribuendum in talhijs seu donis compellere:
ipsa refragatur ⁊ obstat serenissimo domino nostro Regi
et comiti moderno eius vniuersali seccessori et heredi per
medium recolende memorie illustrissimorum do. Renati
⁊ Caroli, ⁊ serenissimi do. Ludouici suorũ predecessorum,
2 ⁊ olim comitum eorundem comitatuum. Fingitur † enim
heres eadem persona cum defuncto actiue ⁊ passiue, auth.
3 de iureiur. a mori. prest. in prin. ⁊ † heres heredis testatoris
est heres. l. fin. ⁊ quod ibi glos. C. de herd. instit. Et non so-
lum videtur declaratio seu sententia predicta obstare ipsi
serenissimo domino Regi ⁊ comiti moderno, et vniuer-
4 sali successori: sed † etiam eadem refragaretur ⁊ obstaret, si
particulari titulo dicto quondam do. Ludouico Hieru-
salem ⁊ Sicilie regi, ⁊ comiti dictorum comitatuum, suc-
cessisset, per id quod not. Bart. in. l. si mater. §. fin. ff. de ex-
cept. rei iud. ⁊. l. si superatus. ff. de pign. ⁊ per id quod aper-
tius voluit Joan. And. in addit. Spec. tit. de teste. §. nunc
tractemus, in magna addit. ⁊ Franc. de Are. consil. xxxvj.
exord. In facto quod quidam cardinalis, ⁊c. faciũt ad pre-
missa notata per Innocen. ⁊ docto. in. c. causam, de testib.
Preterea non solum exhibite extiterũt litere dicti quon-
dam illustrissimi do. Ludouici, de quibus supra: sed etiaz
litere recolende memorie illustrissimi do. Renati: in qui-
bus literas predictas dicti quondam do. Ludouici ac o-
mnia ⁊ singula in eisdem contenta, quorum ⁊ quarum te-
nores haberi voluit pro sufficienter expressis, ac de verbo
ad verbum in dictis suis literis insertis ⁊ particulariter
adnotatis, ac omnia alia exinde sequuta, licet valida ⁊ fir-
ma existerent, vt dicebat, ad maioris tamen cautele robur,
que prodesse ⁊ non officere consueuit, de eius certa sciẽtia,
cum sui eminentissimi consilij matura deliberatione con-
firmauit, ratificauit, acceptauit ⁊ approbauit, ac sue pote-
statis ⁊ authoritatis presidio communiuit, necnon ⁊ quan-
tum opus erat ad amplioris cautele plenitudinem huius-
modi declarationem de nouo fecit, supplens omnes defe-
ctus tam iuris, ꝙ facti, si qui forte interuenissent in eisdẽ,
de eius certa sciẽtia ⁊ plenitudine sue dominice ⁊ absolute
potestatis. Per que, cuz ex certa scientia facta extiterint,
5 declaratio seu sententia dicti do. Ludouici † si inualida
extitisset, facta esset valida. c. ij. de transacti. ⁊. c. hoc quip-
pe. iij. q. vj. notat glos. in. c. quis nesciat, distin. xj. ⁊ cano. in
c. cum dilecta, de confirma. vtili vel inutili. Sic enim ado-
6 ptio † non iure facta per principis confirmationem robo-
ratur. l. adoptio, ff. de adoptio. sic ⁊ donatio inualida per
principem confirmatur. l. donatio. C. de donat. inter vir. ⁊
vxo. sic ⁊ hereditates que lege duodecim tabularum cõfir-
mantur, dicuntur venire ex ipsa lege. l. lege. ff. de verbor.
7 signifi. Nam † qui confirmat dat, prout notat Barto. in. l.
more. ff. de iurisdict. omnium iudic. pro quo allegat dictã
8 l. adoptio, ⁊. l. legata inutiliter. ff. de legatis. j. Quod † au-
tem confirmatio predicta facta extiterit ex certa scientia
prefati do. Renati, apparet ex dictis literis. Non est igi-
tur locus coniecturis. l. quidquid adstringende, ⁊. l. conti-
nuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat. Et ita non licet dicere
confirmationẽ huiusmodi ex certa scientia non processisse.
c. si motu proprio, de preben. in. vj. ⁊ est iudicandũ de cõfir-
matione huiusmodi etiã si in ea expressa nõ extitisset decla
ratio seu sentẽtia dicti quondã do. Ludouici, quẽadmodũ
si expresso tenore declaratiõis seu sententie huiusmodi il-
9 la confirmata extitisset. Vtraq; enim † confirmatio sup-
plet solennitatis defectum. c. venerabilis, de confirma. vti.
⁊ videtur notari per Ostien. in. c. vltimo, eo. tit. ⁊. c. pasto-
ralis, de offic. deleg. Non est igitur de viribus confirma-
tionis huiusmodi amplius disputandũ, cum dicat ex cer-
10 ta scientia se fecisse. Nam † vlterius dubitare instar sacri-
legij obtineret. l. disputari. C. de crimi. sacrile. ⁊. §. qui au-
tem, versi. aut qui de principali, ⁊c. xvij. questio. iij. Ex qui-
bus omnibus concludo, vt predixi, vniuersitatem seu ho-
mines prefatos fuisse ⁊ esse per magnificos dominos meos do. presidentem ⁊ magistros rationales cause huius iudices ab impetitione predicta absoluendos. Que dixerim sub benigna eorundem dominorum supportatione, ⁊ cuiuslibet alterius rectiore sententia.

¶ Rubrica, De pactis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. xxxj.

¶ Pactus non vendere seu alienare alij ꝙ ei qui hoc stipulatur, si alij vendiderit: tenetur ad interesse. V. F.



Etiam Presupposito ꝙ pacta ⁊ cõuentiones pridem celebrate ⁊ inite per ⁊ inter nobilem ⁊ honorabilem virum Jacobum de Bosqueto ex vna parte, ⁊ Guilielmuz Chayssij ex alia, pretextu ⁊ ad causam cuiusdam prati siti in territorio loci Valriaci, suis confrontationibus confrontati, et quod paulo ante pacta ⁊ conuentiones huiusmodi idem nobilis Jacobus permutauerat, ⁊ de eo permutationem fecerat cum dicto Guilielmo Chayssij pro quibusdã molendinis, prato, terra, ⁊ quibusdam alijs predijs in permutatione huiusmodi plenius mentionatis non valuissent, vel efficaces extitissent quoad hoc vt per eas impediretur translatio dominij, si contingeret eundem Guilielmum Chayssij pratum predictum alij vendere, vel alias in aliuz transferre: fuerunt tamen ⁊ sunt pacta ⁊ conuentiones huiusmodi efficaces ⁊ valide ad hoc, vt prefatus Guliel. teneatur ⁊ cõueniri possit ad interesse, ad quod dicto nobili de Bosqueto tenetur ⁊ est obnoxius propter venditionem quam de prato predicto fecisse dicitur conuentui fratrum minorum dicti loci Valriaci. l. si ita quis promiserit. §. ea lege, ⁊ quod ibi Bar. Joan. de Imo. ⁊ Fran. de Are. ff. de verbo. obliga. glos. Bart. Bald. Salice. ⁊ docto. in. l. ea lege. C. de condictione ob caus. Innoc. ⁊ doct. in. c. dilecto, de preben. fuerunt enim pacta ⁊ conuentiones antedicte vallate efficaci ⁊ valida stipulatione, ⁊ per quas nõ solum conuenit ⁊ promisit dictus Guilielmus pratum predictum alteri non vẽdere, vel alias inter viuos, aut in vltima voluntare non alienare aut transferre: sed etiam conuenit, promisit, ⁊ ad sancta Dei euãgelia iurauit pratum predictum eidem nobili Jacobo tunc presenti, ⁊ solẽniter recipienti vendere pretio centum florenorum monete currentis tempore celebrande venditiõis huiusmodi. Et ita nulli dubium existit, quin idem Gul. Chayssij teneatur ad interesse dicto Jacobo. De hoc enim est text. in. d. l. si ita quis promiserit. §. ea lege: pro quo facit. l. si sterilis. §. si tibi. ij. responso. ff. de act. emp. ⁊ quod not. doct. in. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. Quinimo videtur sensisse Francisc. de Aret. in. d. §. ea lege, ꝙ cum prefatus Guil. Chayssij iurauerit non solum non vendere, vel alias inter viuos aut in vltima voluntate in alium non transferre dictum pratum: sed etiam iurauerit, vt predixi, pratũ predictum vendere dicto nobili Jacobo de Bosqueto: non valuerit de iure dicta attẽtata venditio per eum facta, vt dicitur, prefato conuentui, quia propter reuerentiaz iuramenti inducitur hoc, vt quis cogatur precise ad factum, per ea que notant Ant. de But. ⁊ Panor. in. c. veniens, de iureiur. ⁊ Panorm. in capit. per tuas, de arbit. Super quo tamen vlterius non insisto, cum existimem quoad hoc vltimum contrariam opinionem esse de iure veriorem. Que omnia, ⁊c.

¶ Rubrica, De fideicommissis. ¶ Consilium. xxxij.
¶ Epitome.

¶ Grauare non possum eum, qui in dote ad me non reuersura alteri iure hereditario successit, vt eam alij restituat. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Dotis sibiipsi reddende stipulatio a constituente facta an contrariam consuetudinem vincat. et num. 3.
2 Exorbitans a iure casus extendi non debet.
3 Consuetudo regionis an in reddenda dote seruanda sit, non obstante stipulatione de certa persona.
4 Stipulatus impersonaliter an et quando sibiipsi stipulari censeatur.
5 Pater dotem reddi impersonaliter stipulatus an sibi et filie stipuletur.



Viso Casu mihi exhibito parte nobi-
lis ꝛ generosi viri Caroli Ro-
dulphi filij ꝛ vniuersalis heredis nobi-
lis ꝛ potentis quōdam viri Petri Ro-
dulphi, ꝛ dubijs ex eodem elicitis: dico ꝛ
respondeo ad dubia huiusmodi prout ec-
ce. Et primo pro responsione ad primum premitto aduer-
tendum, q͏ idem quondam nobilis Petrus nō reperitur
extitisse stipulatus dotem nobilis quondam Ysote eius
filie per eum cōstitutam in casum soluti matrimonij sibi-
1 ipsi nobili Petro cōstituenti restitui. Si hoc † enim esset
factum: tunc non procederet consuetudo de qua in. l. dos
a patre profecta. C. solut. matri. secundum Joan. And. in
addit. Specul. tit. de do. post diuor. resti. §. fin. circa prin. et
idem tenet Cyn. ꝛ Jaco. Butri. in. d. l. dos a patre profe-
cta, ꝛ sequitur Alexan. de Imol. in. l. post dotem, vers. ter-
tio limitat Bart. vbi etiam hoc voluit Bart. ff. solu. matr.
Consuetudo enim predicta non loquitur isto casu. Ergo
2 † cum a iure exorbitans existat, extendi non debet. l. ius
singulare, ꝛ. l. quod vero contra. ff. de legi. c. fin. ꝛ quod ibi
Innoc. de offic. archid. manet enim lex, nisi quatenus re-
peritur eidem legi alia lege vel consuetudine derogatū. l.
cum dubitabatur. C. de edifi. priua. l. alumne. §. qui filias.
ff. de adimen. lega. ꝛ. l. sancimus, cū suis similib. C. de testa.
sed legitur impersonaliter ꝛ indefinite, nulla facta mētio-
ne de liberis, stipulatus dotem predictam restitui adue-
3 niente casu dotis restituende: quo casu † non censetur de-
rogatum predicte consuetudini obtentu liberorum intro-
ducte. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edi. edic. not. Bal.
quem ibi sequitur Alexan. in. l. constitutionis, versic. ad-
uerte. C. de bo. que lib. idem voluit ipse Bald. in. d. l. dos a
patre, versicu. idem si fuerit stipulatus in omnem casum.
Et idem voluit Alexan. de Imol. in. l. post dotem. ff. solu.
matri. quod etiam videtur voluisse Roma. super rubr. de
arbitr. q. xv. Et hec procederent etiam eo casu, in quo di-
ctus quōdam nobilis Petrus fuisset expresse stipulatus
dotem sibi reddi aduenientе casu dotis restituende, vt vo-
lunt Bald. Alexand. ꝛ Roma. in locis predictis: qui hoc
casu loquūtur: quod non reperitur factum: sed vt predixi
stipulatus est idem pater impersonaliter dotem restitui:
4 quo casu † licet alias ille, qui impersonaliter stipulatur, vi-
deatur sibi ipsi stipulari. l. stipulatio ista. §. sicut, ꝛ. §. si quis
ita. ff. de verb. obligat. tamen hoc fallit propter naturam
precedentis actus, de cuius natura esset, q͏ non solum sti-
pulanti, sed etiam alteri acquireretur, vt est in dote, vt no-
tant Bald. Angel. ꝛ Alexan. de Imol. in. d. l. post dotem,
ꝛ fuit de mente Bart. in. l. Caius. ff. solut. matri. Non igi-
5 tur † videtur prefatus quondam nobilis Petrus simpli-
citer stipulatus dotē sibi reddi: sed sibi ꝛ filie. Et hoc fuit
de mente Bald. in. l. fin. versic. vnum aliud queritur, ꝛc. C.
commu. vtriusq; iudi. Sed hec hic non prosunt: quia, vt
dixi, stipulatio nō est cōcepta in casum soluti matrimonij.
¶ Ad secundum quesitum dico ꝛ respondeo, q͏ nobilis
Joannes Baptista de Ponteues, dominus Cotigniaci,
filius ꝛ heres prefate quondam nobilis Ysote, ꝛ qui vel ex
dispositione consuetudinis, etiam cessante dominicali sta-
tuto, vel saltem ex dispositione statuti huiusmodi iure he-
reditario in dicta dote successit, potuit de eadem dispo-
nere ꝛ testari, per iura vulgata: non obstante substitutio-
ne facta per dictum quodam nobilem Petrum, qui eun-
dem nobilem Baptistā in dote predicta, vtpote ad ipsum
nobilem Petrum non reuersura, grauare potuit, saltem
vltra summam decem florenorū, quam in testamento sibi
reliquit, vt videtur colligi ex ijs que notat Bal. in. l. quo-
niam nouella, versic. secundo queritur. C. de inoffic. testa.
vbi etiam refert ita consuluisse: quod est verū, cons. cclxxx.
exord. Dicte filie succedit heres institutus, ꝛc. in secundo
volu. Et ita etiam fuit de mente Salic. in. d. l. quoniam
nouella, versicu. quero secundo: q̄uis cogitari preceperit.
Et idem videtur colligi ex iuribus allegatis per Barto.
in. l. fi. §. filie. ff. de leg. ij. Et q̄uis doct. prefati in locis al-
legatis loquantur de filia in dote sua ad patrem non re-
uersura de restituendo non grauanda, nisi prout ibi: idem
tamen ꝛ multo fortius videtur iudicandum in dicto nobi-
li Joanne Baptista nepote testatoris, ꝛ qui in dicta dote
successit iure hereditario.

¶ Rub. De bo. pos. sec. tab. ¶ Epitome ¶ Cons. xxxiij

¶ Mater que a filio heres instituta est, tutius cum bene-
ficio inuentarij hereditatem adit, q̄ si eam retenta legiti-
ma repudiet: ne in missione in possessionem, ob repudia-
tionem, quam ipsa facit, alius quispiam sibi forte prefera-
tur. Pandoreum responsum. A. F.

1 ☞ Caduca substitutio que ꝛ quando fiat.
2 Testamentum incipere potest a vulgari substitutione tā
tacita q̄ expressa.
3 Accrescendi ius an ꝛ quando per substitutionem vulga-
rem excludatur.
4 Agnoscere hereditatem per que quis censeatur.
5 Legitima quatuor liberorum quanta: Supplementum
item illius quale: ꝛ. 7.
6 Legitima est quota bonorum, non hereditatis: bona au-
tem dicuntur deducto ere alieno, quod ideo de legitima
deducitur.
8 Heres quomodo ꝛ quando in possessionem bonorum de-
functi mittendus: ꝛ an propria authoritate illā possit adi-
pisci: ꝛ quid de legatario: ꝛ nu. 12.
9 Mitti heredem in possessionem an ꝛ quādo contradictio
alterius impediat: ꝛ. 11.
10 Possidere vitiose quando quis dicatur, ꝛ quando non
vitiose.
12 Legatum an valeat quando in vim substitutionis peti
potest.
13 Legitimam propria autoritate capiens an ꝛ quando quid
acquirere dicatur: ꝛ quid de herede particulari.
14 Quarte trebellianica ꝛ falcidia an imputationem aliena-
torum admittant.
15 Accrescendi ius in verbis tantum coniunctis quale.
16 Repudiare hereditatem, ꝛ acceptare legitimam filius an
possit: ꝛ quid de legitima ipsorum parentum.



AD Casum mihi exhibitum, ꝛ dubia ex
eo subtilissime elicita, dico ꝛ respon
deo ad dubia huiusmodi, sub correctione
cuiuslibet melius sentientis, prout infra.
1 Et primo ad primum respondeo, q͏ † licet
institutio facta de Antonio Nyceri fa-
cta fuerit caduca, pro eo quia viuente ꝛ superstite egregio
quondā viro Bartholomeo Nyceri eius patre, vita fun-
ctus est ꝛ decessit. l. j. §. ꝛ cum triplici, ꝛ. §. pro secundo. C.
de cad. tollen. tamen substitutio eidem Antonio facta de
Marco eius fratre non euanuit, sed remāsit valida: fuit
enim substitutio huiusmodi compēdiosa cum temporum
distinctiōe facta per verbum substituit, quod est cōmune.
l. iam hoc iure. §. sed si alter, ꝛ quod ibi per doct. ff. de vulg.
ꝛ pupil. notat Joan. And. in. c. si pater, de testamen. in. vi.
glos. in. l. precibus. C. de impub. ꝛ alijs substit. quod etiam
voluit Oldra. cons. xxviij. exord. Circa ius municipale, ꝛc.
vers. circa secundam questionem ex themate, ꝛc. ꝛ Bart. in
l. centurio prope fin. ff. de vulga. ꝛ pupil. ꝛ hoc non habet
dubium. Continebat itaq; dicta substitutio vulgarem, vel
pro eo quia facta est eidem quondam Antonio iam pube-
ri: vel si erat adhuc impubes, pro eo quia continebat expres
sam pupillarem, iuxta notata per Bart. in. d. l. Centurio,
versic. quero vtrum substitutio compēdiosa facta per ver-
bum cōmune, ꝛc. Joan. Ferra. in sua practica tit. for. libelli
quo agi. ex substit. in glos. super verbo compendiose, versi.
amplius queritur an hec cōpendiosa, ꝛc. ꝛ sequitur Alex.
de Imo. in. l. precibus, versic aduerte tamē quia etiam isto
2 casu, ꝛc. a † qua vulgari, siue fuerit expressa, siue tacita, po-
tuit predictum testamētum incipere ꝛ assumere sibi vires.
Et quidem si fuerit expressa, hoc probatur in. l. iij. §. fi. ꝛ. l.
Gallus, fere per totam legem. ff. de libe. ꝛ posth. l. Thais.
§. splendosorus. ff. de fideicom. libert. hoc voluit gl. a doc.
communiter approbata in. l. si pater filium, vbi per Bart.
Joan. de Imo. Alexand. ꝛ alios. ff. de vulg. ꝛ pupil. ꝛ idem
probatur si fuerit tacita: hoc enim voluit glos. ꝛ post eam
doc. in. l. lex Cornelia, super verbo nō existimo. ff. de vulg.
ꝛ pup. idem voluit glo. in. l. si pater captus, super verbo
substitutus, eod. titu. ꝛ in. l. penult. ff. de ven. inspici. idem
Oldra. ꝛ Gul. quos sequūtur Bar. Ang. Joan. de Imo.
ꝛ Alexand. de Imola in. l. apud Julianum. §. idem Julia-
nus. ff. ad Trebel. ꝛ Bart. in. l. j. in quarto effectu vulgaris
substitutionis. ff. de vulgari substitut. idem Bart. in. l. fin.
C. de instit. ꝛ substitu. ꝛ in. d. l. j. §. pro secundo. C. de caduc.
tollen. ꝛ Oldra. consil. lxij. exord. Quidā habens matrem
ꝛ vxorem pregnātem, ꝛc. Pro quo bene facit. l. neq; enim.
§. fi. ff. de testamen. mil. ꝛ. d. l. si pater filium, secundū vnum
intellectum.

3 intellectum. Et † hec substitutio, per quã succedere potue-
rat idem Marcus, exclusit alios venientes vel alias suc-
cedere valentes per ius accrescendi. l. ij. §. si duo. ff. de bon.
pos. secund. tab. l. penult. ff. de inius. quod procederet etiã
si substitutio de qua supra fuisset tacita, vt probat textus
in. l. fina. in versicu. partem ve, &c. et quod ibi Baldus in
questio. xxxij. & Alexan. de Imol. C. de heredib. instit. pro
quo facit glos. fin. iuncto text. & quod ibi Bald. & Alex. de
Ymol. in. l. fin. C. de instit. & substit. sub con. fact. Et puto
4 † ꝙ satis appareat de animo prefati quõdam Marci, sci-
licet, ꝙ voluerit se immiscere paterne hereditati, tanꝙ se-
cundo loco heres institutus: pro eo quia, vt colligere pos-
sum ex casu mihi misso, idem Marcus legauit Fulqueto
nigri omne ius quod habebat & habere poterat ipse Ful-
quetus in bonis eiusdem Marci iure substitutionis facte
per dictum quondam Bartholomeum: in reliquis vero
heredem instituit dominam Bertinam matrẽ. Per que
satis videtur acceptasse paternã hereditatem. l. si auia. C.
de iur. delib. Etiam istud potest deprehendi ex eo quia, vt
puto, ipse Marcus possedit bona dicti Bartholomei ei⁹
patris: & nõ quidem duntaxat pro ea quota que eum con-
cernebat, si acceptasset particularem institutionem de eo
factam: sed insolidum. Per quod etiam satis colligitur
eum acceptasse vt heredem substitutum, per ea que haben
tur in. l. duo fratres. ff. de acqui. hered. Super quo atten-
lo vlterius nõ insisto: quia nõ habeo plenam informatio-
nem de ijs que gesta sunt per dictum Marcum. Poterit
autem per habentem pleniorem notitiã perfectius respon
deri, & videri quod notat Bart. in. l. gerit, versic. circa ter-
tium principale scilicet qualiter hec voluntas probetur
perfecta. ff. de acquir. hered. ¶ Ad secundum quesitũ di-
5 co & respondeo, ꝙ † quatuor liberi, de quibus ibi, scilicet,
Iulianus, Guilielmus, Margareta, & Maria, debuerũt
habere legitimam in bonis dicti quõdam Bartholomei
eorum patris: que, vna cum legitima dicti Marci eorum
fratris, ascendebat ad semissem, seu dimidiam partem bo-
norum eiusdem quõdam Bartholomei, auth. de trien. et
semis. §. j. collat. iij. & transumptiue in auth. nouissima. C.
de inoffic. testa. Et si ad legitimam huiusmodi nõ sufficie-
bat illud quod per dictum quondam Bartholomeũ eis
& cuilibet eorum relictũ fuit: ipsi potuerunt agere ad sup-
plementum. l. si quãdo. §. hec generaliter, & quod ibi Bal.
& doct. C. de inoffi. testa. quod procedit etiam si quilibet ex
prefatis liberis acceptasset id quod sibi relictum est, vt no
tat Bart. in. d. l. si quando. §. & generaliter. Cuius illa red
ditur ratio: quia illa clausula in relicto cuiuslibet ex pre-
fatis liberis adiecta, que est, ꝙ nil vltra peti possit super
bonis dicti quõdam Bartholomei testatoris per dictos
suos liberos, nõ valet. l. quoniam in prioribus. C. de inoff.
testa. & auth. vt cũ de appellatione cognoscitur. §. ceterum,
collat. viij. notat Ang. in. l. iubemus. C. ad Trebel. Ioan.
de Imol. in. l. quod de bonis. §. cum fideicõmissum. ff. ad
legem Falcid. & colligitur ex notatis per Bart. in. l. Pa-
pinianus. §. si cõditione. ff. de inoffi. testa. Guiliel. de Cu.
& Bald. in. l. de his. ff. de transact. & per Bal. in. l. hac edi-
ctali, vers. hoc quero pone, &c. C. de secund. nupt. Et ita re-
fert ibi Bald. se cõsuluisse. Etiam pro hac parte cõsuluit
Raphael Fulgo. consil. lxxxiiij. exordiente, Bonacursus
condidit testamentum, &c. ¶ Ad tertium quesitum dico
& respondeo, ꝙ domine Bertine, de qua ibi, debetur legiti-
ma, non quidem in bonis seu de bonis prefati quondam
Bartholomei primi testatoris, vtpote sibi extranei: sed in
bonis seu de bonis dicti quondam Marci, ipsius domine
6 Bertine filij. Et hec † legitima est quota bonorum non he-
reditatis eiusdem quondam Marci. Propter quod quia
bona dicuntur deducto ere alieno. l. subsignatum. §. bona,
& l. princeps bona, cum suis simil. ff. de verb. signi. legitima
ipsius Bertine intelligitur deducto ere alieno & funeris
impensa. d. l. Papinianus. §. quota, & §. quoniam autem
quarta. ff. de inoffic. testamen. ita declarat Bart. in. l. ex fa-
cto, la grande. ff. de here. institu. & Bal. in. l. quoties. C. eod.
titulo. Debet igitur detrahi de bonis prefati quondam
Marci funeris impensa: item & id quod in vim substitu-
tionis sibi facte per dictum quondam Bartholomeũ re-
stitui debet Fulqueto nigri, ac etiã alia debita, si que sint
per eosdem quondam Bartholomeũ & Marcum aut alte-
rum eorundem contracta. De residuo vero debetur eidem
7 domine Bertine † legitima: que hodie est triens, seu tertia
pars omnium bonorum. Quia quemadmodum aucta est
legitima filiorum, que cum olim esset quarta pars. l. cum
queritur, & l. parentibus. C. de inoffic. testa. hodie aucta est
iuxta formam de qua in authen. nouissima. C. eod. tit. ita
& legitima parentum aucta est, vt notat glos. Cy. Bald. &
doc. in. d. auth. nouissima, gl. in. l. Paconius. §. i. ff. si quis
a parẽte manumis. fuer. & in. l. si a milite. §. j. ff. de testa. mil.
& ita probari videtur in auth. de tri. & semis. §. patri, versic.
obseruando, vbi per Ange. collat. iij. Et hoc etiam voluit
Archidia. & Ioan. Andr. in cap. si patre, de testamen. in
vi. & doctor. communiter in. c. Raynutius, eo. tit. in antiq.
¶ Ad quartum quesitum dico & respõdeo, ꝙ cum de in-
stitutione dicte domine Bertine facta per dictum quon-
dam Marcum cõstet, vt existimo, per instrumentum pu-
blicum nõ cancellatum, nõ inductum, vel alias vitiatum:
ipsa domina Bertina mitti debet in possessionem omniũ
bonorum, que dictus quõdam Marcus tenebat & possid-
bat tempore eius mortis, iuxta dispositionem. l. fin. C. de
8 edict. diui Adria. tollen. Quinimo si † bona huiusmodi ab
alio occupata nõ extiterint, potest ipsa Bertina, si vel lex
municipalis, aut consuetudo, vel aliud speciale non obsi-
stat, possessionẽ huiusmodi propria authoritate appreben
dere. l. cum heres. ff. de acquir. posses. facit quod notat glo.
in. d. l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. & Bart. in. l. me-
minimus, in princ. C. quan. & qui. quar. pars, lib. x. hec est
enim authoritas habẽtis iura principalia & directa, vt per
se ipsum possideat, nec ab alio querat, vt not. Bald. in. d. l.
edicto, versi. primo casu. Pro quo facit quod notat Inno.
in. c. nihil post medium, de elect. & quod notat idem Bald.
C. qui admit. ad bonorum possessionem. in rubrica, versic.
quinto queritur, &c. In dicta vero missione in possessionẽ,
si eam peti & fieri contingat, venient nõ solum ea bona, de
quibus idem Marcus cum effectu disponere potuit: sed
etiam fideicommissum dicto Fulqueto relictum. ¶ Ubi
9 vero huic missioni † in possessionem fieri petite, aut fieri pe
tende parte dicte domine Bertine, in vim beneficij. d. l. fi.
resisteret dictus Fulquetus: aduertendũ erit, quia aut ipse
resistet excipiendo aduersus intẽtionem eiusdem domine
Bertine: aut resistet petẽdo se ipsum mitti in possessionẽ,
quasi poti⁹ debeat ipse mitti, ꝙ ipsa do. Bertina. Et si qui
dẽ cõtradicat excipiẽdo, non obstabit sua contradictio, nec
impediet quomin⁹ fiat missio in possessionẽ: nisi ipse pos-
sideat. l. filiam fratribus, & quod ibi Bart. Ang. Pau. de
Cast. & Alexand. de Imo. ff. ad Trebel. & ita sensisse vide-
tur Salice. in. d. l. fin. versic reuertor ad glos. &c. & Bald. in
ead. l. versic. tertio se preferendo prelatiue, &c. Si vero pos-
sideat idem Fulquetus: aut possidet vitiose, aut sine vitio.
Si vitiose, non erit legitimus contradictor. d. l. filiam fra-
tribus, secundum vnam lecturã, vbi etiam hoc voluerunt
Bart. Ang. Paul. de Cast. Alexand. de Imol. & doct. et
Sal. in. d. versicu. reuertor ad gloss. &c. ad quod facit. l. j. §.
10 redigũtur. ff. quor. bonor. Uitiose vero † possidet si propria
authoritate ius sibi dixerit, vt not. Alexand. in. d. l. filiam
fratribus: aut si ignorante dicta do. Bertina bona occu-
11 pauerit, vt inibi notat Paul. de Cast. Si vero † possideret
non vitiose, vt quia esset sibi facta assignatio bonorũ hu-
iusmodi in vita prefati quondam Marci, vel quia sciente
& patiente ipsa do. Bertina idem Fulquetus bona predi-
cta occupasset, & paratus esset docere incontinẽti de fidei-
commisso: tunc esset legitimus contradictor. l. j. & ij. C. de
edic. diui Adri. tollen. not. Bart. & alij in locis preallega-
tis: qui hoc casu intelligunt procedere glos. que est in. d. l.
fin. super verbo legitimo, versic. item an fideicõmissarius,
&c. & aliam, que est in. d. l. filiam fratribus. Ubi vero para-
tus non existeret docere incontinenti de fideicommisso,
tunc non esset legitimus cõtradictor. d. l. filiam fratribus,
vt notant Bart. Paul. de Cast. Alexan. de Imo. & Sali.
vbi supra. Si autem resisteret petẽdo se mitti in possessio-
nẽ: tũc nisi verbo sibi restituta extiterit hereditas, non erit
legitimus cõtradictor seu cõpetitor: nec impediet quomi-
nus dicta do. Bertina mittatur in possessionem. Si vero
verbo restituta sit hereditas: tunc esset legitimus contra-
dictor, & impediret missionem in possessionẽ, vt no. Bald.
in. d. versic. tertio se preferendo prelatiue, & Salicet. in. d.
versic. reuertor ad glos. &c. Nec opponat aliquis aduersus
predicta, ꝙ cum prefatus quondam Marcus legauerit
dicto Fulqueto Nigri omne ius quod habebat & habere
poterat in bonis ipsius Marci testatoris, &c. videatur
ipse Fulquetus posse propria authoritate capere legatũ,
idemꝙ fideicommissum. Quoniam respondeo ꝙ hoc non
12 obstat. Tum † quia presupposito ꝙ aliquid peti posset in
vim substitutionis, &c. non videtur valuisse legatum, sal-

tem quoad hoc vt debeatur actione ex testamento eiusdez
quõdam Marci.l. si autem, cum suis simili.ff. de legat.j.
Tum ⁊ quia esto ꝙ legatum huiusmodi valuisset ⁊ vale-
ret:nõ propterea eidem Fulqueto liceret illud propria au-
thoritate occupare:sed debet peti ab herede, vt not.gloss.
in.c.Raynaldus,super verbo petendo,de testam.pro quo
est bonus text.in.l.j.in princ.ff.quo.lega. Non nego quin
per testatorem posset legatario concedi facultas accipiẽdi
legatum propria authoritate. l. Titia cum testamẽto.§.j.
⁊ quod ibi Bar.⁊ doct.ff.de lega.ij.Et hec sufficiãt pro so-
lutione dicti quarti quesiti, quatenus illud concernebat
13 dictum Fulquetũ Nigri. ¶ Quo vero ad alios † liberos
prefati quondam Bartholomei primi testatoris, quibus
fortasse non sufficit ad legitimam id quod eis relictũ est:
dico ⁊ respõdeo, ꝙ cum legitima nõ debeatur simpliciter
⁊ indeterminate in qualibet re, pro eo quia debetur ere
alieno deducto:quod quantum sit ignoratur : nõ possunt
liberi pro sua legitima sua authoritate occupare bona he
reditaria:⁊ si hoc de facto faciant, nullius partis bonorũ
huiusmodi possessionem acquirunt: quia sua legitima est
incerta ratione loci:quia pro indiuiso.l.Meuius. §.duo-
bus.ff.de legat.ij.Item ratione quote:quia nescitur vtrũ
tertia,quarta, vel millesima pars predij debeatur pro legi
tima : ⁊ hoc propter incertitudinem eris alieni.l. in fidei-
commisso.§.hec verba.ff.si cui plus ꝙ per leg.Fal.Posses
sio igitur nõ queritur.l.iij.§.incerte,⁊.l.locus.ff.de acqui.
posses.Predicta notant Bart.Iaco. Rebuf.⁊ Ioan.de
Pla.in.d.l.ij.C.quan.⁊ qui.quar.pars.Quod autem di-
cit Bart.⁊ sequaces in.l.ex facto,la grande.ff.de heredib.
instit.⁊ multi docto.in.l.j.§.ex fundo,eod.tit.⁊ in.l.quo-
ties.C.eod.tit.de particulari herede, ꝙ possit sua propria
authoritate occupare vel capere rem iure institutionis re-
lictã,intelligitur quando certa res est relicta, vtpote fun-
dus certus,vel aliquid huiusmodi:de quo non est miruz:
quia cum testator possit dare licentiam, vt predixi, lega-
tario apprehendendi rem legatam propria authoritate.d.
l. Titia cum testamento.§.j.ff. de legat. ij. videtur dedisse
huic instituto illam licentiam,cum per verba mere directa
sibi reliquerit:⁊ sic per verba sonantia, ꝙ a seipso capiat:
sicut quando simpliciter heres instituitur,secundũ Ioan.
de Imol.in.d.§.si ex fundo,Bal.in repetitione.c.si pater,
de testa. in.vj.Paul.de Castr.⁊ Ioan.de Imol. in. d.l.ex
facto.In casu vero nostro non sumus certi quãtum predi
ctis liberis debeatur pro dicta eorum legitima, aut illius
supplemento.Et sic isti casus sunt diuersi.¶ Ad quintuz
14 quesitum dico ⁊ respondeo,ꝙ† licet substitutio facta pre-
fato Marco de dicto Fulqueto Nigri ⁊ Ioanna Nycere
sibi locum vendicauerit in persona eiusdẽ Fulqueti:quia
tamen illa non fuit pura,sed conditionalis,poterit dicta
do.Bertina ex persona prefati quondam Marci detra-
here duas quartas , scilicet legitimam ⁊ quartam trebel-
lianicam.c.Raynutius,⁊.c.Raynaldus,de testa.⁊ dicto
c.si pater,eod.tit.in.vj.notant glos.Bar.⁊ doct.in.l.Pa-
pinianus.§.meminisse.ff.de inoffic.testa:glos.in.l.ꝙꝙ.C.
ad legem falc.Bald.in.l.filium quem.C.famil. ercisc. Et
hec opinio hodie communiter obseruatur etiaz in terris
imperij.In his tamen quartis imputarẽtur alienata per
dictum quondam Marcum, si que essent, iuxta doctrinã
Barto.in.l.in quartam.ff.ad legem falc.⁊ doct.in.l. Mar
cellus.§. res que.ff.ad Trebel. ¶ Preterea vltra dictas
duas quartas detrahet seu potius sibi retinebit ipsa do.
Bertina bona aliunde ad dictum Marcum peruenta,ꝙ
ex successiõe dicti quondã Bartholomei : quia bona pro-
pria heredis,hoc est non hereditaria , nõ veniunt in resti-
tutionem fideicommissi.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulg.
⁊ pupil.His autem omnibus detractis per ipsam domi-
nam Bertinam fiet restitutio de residuo hereditatis dicti
quondam Bartholomei,non solum quoad quotã in qua
idem Fulquetus substitutus extitit:sed etiam quoad illã
quotam in qua fuit substituta prefata quondam Ioãna:
que vita functa proponitur viuẽte adhuc Bartholomeo
15 primo testatore: quia † quota huiusmodi accreuit dicto
Fulqueto,seu portioni sibi relicte. §.fin. iuncto.§.his ita.
C.de cadu.tollend. ꝙuis enim ipsi Fulquetus ⁊ Ioanna
disiuncti re extiterint: fuerunt tamen verbis coniuncti,
vt apparet ex doctrina Bart.in.l.re coniuncti.ff.de lega.
iij.inter quos est locus iuri accrescendi , non solum si ta-
libus est relicta hereditas iure directo:sed etiam si relicta
est per fideicommissum.d.§.fin.d.§.his ita, ⁊ voluit Bar.
consil.liij.exordiente, Picardus decedens fecit testamen-
tum,⁊c.⁊ Rapha.Fulgo.consil.xvij.exordien.Testator
quidam suum solemne condidit testamentum heredis in-
stitutionẽ hac forma ordinando.⁊c.versic.superest nũc se-
quens deliberatio,⁊c.hoc etiam fuit de mente Ioan.de
Imol.in.l heredes.ff.de heredib.instit.vbi etiam dicit se-
cus esse quando fideicommissarij sunt re.⁊ verbis disiun-
cti,⁊ idem ibi Bald.¶ Ad sextum quesitũ dico ⁊ respon-
deo,ꝙ in eo vnũ tacite presupponitur , ⁊ de alio queritur.
Presupponitur enim dictam do. Bertinam posse repu-
diare hereditatem dicti Marci eius filij,⁊ acceptare legi-
timam sibi pertinentem vel debitã in bonis eiusdẽ Mar
ci.Et queritur,vtrum erit sibi vtilius:an facere vt premis
sum est:an dictam filij hereditatem acceptare.Et veniẽdo
ad presuppositum , videtur ꝙ cum ipsa domina Bertina
heres instituta extiterit per dictum Marcum eius filiuz,
ipsa non poterit repudiata per eã filij hereditate accepta-
re legitimam,per id quod in simili notant Cyn. ⁊ doct.in
l.heres instituta.C. de impube.⁊ ali. substit. Bart.⁊ doct.
in.l.quia poterat.ff.ad Trebel. Bart.in.d.l. gerit,in.iij.q.
princ.versic.sed quero quid si aliquis.ff. de acq. heredit.et
expressius Salic.in.l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.
testa.⁊ Panor.in.d.c.Raynutius,circa fin. de testamen.
⁊ alij multi in alijs locis : quia omnes communiter dicũt,
16 ꝙ † cum filius debeat habere legitimam iure institutiõis,
non potest ipse eo casu quo vniuersaliter potuit patri suc
cedere acceptare legitimam,⁊ repudiare paternam heredi-
tatem : quia non potest quis habere partem hereditatis,
quin habeat totam,que sibi defertur. l.j.ij. ⁊.l.si nõ solus.
ff.de acquir.hered.Et cum etiam parentes habere debeãt
legitimam in bonis suorum liberorum iure institutionis,
vt videtur sentire Barto.in.l.filio preterito. ff.de iniust. ⁊
irri.testa.Bal.in.l.omnimodo. C.de inoffic.testa. ⁊ in.l.fi.
C.de bon.pos.contra tabu.Ang.in.l.si a milite.§. patri.ff.
de testa.milit.in authen.ex causa.C.de liber. prete.⁊ in au-
then.vt cum de appel.cogno.§. aliud quoqz, collat.viij. et
Ioan. de Imol.in.d.c. Raynutius, de testa. vbi plene:in
l.his verbis , circa princip. ⁊ in.l.j.§.si ex fundo, versic.iu-
xta predicta,⁊c.ff.de heredib.instit.requiritur ꝙ ipsi, saltẽ
eo casu quo heredes instituti extiterunt,non possint acce-
ptare legitimam sibi debitam in bonis liberorum,⁊ repu-
pudiare hereditatem:cum ratio fundamentalis, secũdum
Cyn.Rayne.Bald.Salice.⁊ Fulgo.in.d.l. heres institu
ta,⁊ alios tenentes ꝙ filius non possit acceptare legitimaz
⁊ repudiare hereditatem,sit:quia filius legitimam habere
debet iure institutionis,que vt predixi etiam locũ sibi ven
dicat in persona parentum: ergo idem ius debet vtrobiqz
statui.l.a Titio.ff.de verbo.obligat.⁊.l.illud. ff. ad legem
Aquil. Puto tamen ꝙ quia eidem domine Bertine da-
tus est substitutus,ipsa poterit acceptare legitimam,⁊ re-
pudiare hereditatem,si ipsa grauata extiterit legatis for-
te ad tantum ascendentibus,vt eis solutis non sit reman-
sura integra legitima : vel si esset grauata legatis rerũ sua-
rum,argu.l.si libertus patrono,versic. quid ergo.ff.de bo.
libert,quod etiam voluit Bar.in.l.j. in primo effectu vul-
garis substitutionis, versic.queritur etiam an aliquo , ⁊c.
ff.de vulga.⁊ in.d.l.gerit,in.iij.quest.princip.vers.sed que-
ro quid si aliquis,⁊c.ff.de acquir.heredit.de quo plene per
Alexand.de Imol.in.d.l.quia poterat,⁊ in addi.ad Bar.
in dicto versic.sed quero quid si aliquis,⁊c. vbi videri po-
terit. ¶ His premissis veniendo ad quesitum dico ⁊ re-
spondeo,ꝙ si prefata domina Bertina repudiet heredita-
tem dicti Marci eius filij,⁊ sibi reseruet legitimã:erit pe-
riculũ ne sibi substitutus preferatur in missione in posses-
sionem,dicta.l.fi.C.de edict.diui Adria.tollen.⁊ ꝙ postea
difficile sibi existat illam euincere a substituto. Propter
quod non videtur mihi malum ꝙ ipsa domina Bertina
dictam hereditatem adiret cum beneficio inuentarij, ⁊ ꝙ
illud conficiat in forma iuris, vel prout alias fieri consue-
uit:sic enim nulla erit difficultas quin habeat legitimam:
⁊ hec legitima est triens bonorum prefati quõdam Mar-
ci,vt post Iaco.Butri. in quadã sua disputatione voluit
Bald.in auth. nouissima , ⁊ post eum Salice:ibi, versicu.
quero nono.C.de inoffic.testa.idem voluit Bald.in repet.
l.pater filium.ff.de inoffic. testa. ⁊ Oldra.consil.mihi.xcj.
alijs vero.cxxiij.exordien.Quidam potens nullos habẽs
descendẽtes,⁊c. do.Iason, qui etiam hanc partem sequi-
tur,in.d.auth.nouissima,versi.tangit etiam Bald hic,⁊c.
⁊ de hac materia ponunt Bald.Ange.⁊ alij in.l.plane.§.si
duobus.ff.de legat.j. Et quia ista pars videtur mihi esse
communis , ⁊ pro qua etiam reperio multos consuluisse,
quanuis

quanuis Bart. tenuerit partem co ntrariam, ego huic adhereo, vtpote fulcite maioribus ra tionibus ⁊ motiuis: et quia etiam doct. bene respondent motiuis Bart. ¶ Ad septimum quesitum dico ⁊ respondeo, ꝙ legata per dictum Marcum relicta debent solui de bonis eiusdem Marci, ⁊ de quibus efficaciter disponere potuit. Veruntamē ipsa domina Bertina seruabit sibi legitimam, hoc est trientē bonorum huiusmodi, prout dixi: ⁊ si residuum non sufficiat ad legata, illa defalcabuntur.

¶ Rub. De admin. tutor. ¶ Epitome. ¶ Consi. xxxiiij.

¶ Administrate tutele non tenetur edere rationes heres tutoris, qui libros rationum non fecerat. V. F.

1 ☞ Redditio rationum etiam prestationem reliquorum significat: ⁊ que requirat.
2 Libros rationum fecisse an ⁊ quando quis presumatur: et an eius iuramento stari debeat.

1  Reddere † Rationem est non solū libros rationū edere: sed reliqua in medium proferre. l. boues. §. fin. ff. de verb. signifi. l. qui sub conditione reddendarum rationum, ⁊ l. cum seruus. ff. de condi. ⁊ demon. l. si ita fuerit. §. si vero, ⁊ l. qui filium impuberem. §. item quesitum. ff. de manumis. testa. l. j. §. officium. ff. de tute. ⁊ ratio. distra. l. Thais. §. sorore. §. stichus ⁊ damas, ⁊ §. Titius sticho, ⁊ l. si pater duos. §. sticho. ff. de fideicom. libert. l. si statulibera pene. §. vlti. ⁊ l. seruus si heredi. §. imperator, ⁊ l. sticho libertas. §. seruus testamento. ff. de statulibe. l. non solum. §. is qui rationes, ⁊ l. fin. §. inter cetera. ff. de libera. lega. Dicūt enim leges huiusmodi quid nomine reddendarum rationū contineatur. Et, vt dicit Bald. in. l. cum testamento. C. de testa. manu. cōditio reddendarum rationum quatuor complectitur, scilicet codices edi, calculū poni, reliqua reddi, ⁊ culpam purgari solutione eius quod debetur. d. l. cū seruus. ff. de condi. ⁊ demon. l. pure. §. fin. ⁊ l. si pater. §. si sticho. ff. de fideicom. libert. Et, vt dicitur in. l. cum seruus, proferende sunt rationes quomodo proferri solent, id est, offerende, legende, explorāde, ⁊ computande, an probe vel improbe referantur, recte vel non recte accepta vel data. Quo fit vt licet presupposito ꝙ quondam Georgius Cepa, cui titulo hereditario successisse dicuntur honeste mulieres Margareta vxor Thibaudi aquini, ⁊ Maria vxor Perrineti Baudi teneretur, si hodie viueret, rationem reddere de per eum gestis ⁊ administratis, iuribus ⁊ rationibus allegatis per spectabilem virum dominū Guilielmum Menerij iurium doctorem famosissimum: illam tamen reddere cogi non debent prefate mulieres: cū, vt puto, idem quondam Georgius nullos rationū libros ediderit. Et ita est eis impossibile rationes proferre, quomodo proferri solent, legendas, explorandas, ⁊ computādas an probe vel improbe referantur, ⁊ recte vel non recte accepta vel data se habeant. Et sic non possunt ad hoc cogi. l. impossibilium. ff. de regu. iur. ⁊ c. nemo potest, ⁊ quod ibi glos. eod. tit. in. vj. pro quo facit. l. fi. ff. que senten. sine appel. rescin. Nec debet contra easdem mulieres, quas nullū dolum, quinimo nec culpam commisisse apparet, deferri earum aduersario iuramentum in litem: sed debet aduersarius plene probare eius intentionem. l. is qui. §. j. ff. de publ. iud. l. alio iure, ⁊ quod ibi Bal. C. de in lit. iuran. facit. l. in actionibus, ⁊ quod ibi docto. ff. eod. tit. Nec opponat mihi aliquis, ꝙ per acta processus ⁊ cause reconuentionalis inter Petrum Golioni ⁊ ipsas agitatorum nō appareat siue constet dictum quōdam Georgium librū rationum non fecisse. Quoniam respondeo ꝙ hoc non obstat: pro eo quia videtur ꝙ eidem Golioni incumbat probatio, ꝙ dictus quondam Georgius libros rationū ediderit, ⁊ ꝙ illi ad manus dictarum suarum heredum peruenerint: non prefatis heredibus, ꝙ illi editi non fuerint, aut ꝙ illos non habuerint, vt videtur sensisse in simili Paul. de Leaza. in cle. j. de vsur. ⁊ Bald. in. d. l. alio. Et
2 † si que esset presumptio contra eas, videretur esse standū earum iuramento: an videlicet libros rationum huiusmodi habuerint, aut non: iuxta ea que notant glo. ⁊ Ioan. de Imol. in simili in. d. cle. j. de vsur. mitius enim agitur cum herede, ꝙ cum defuncto, quando non est eadem ratio in vtroqꝫ, vt not. glos. in. d. cle. j. ⁊ post eam Bald. in. l. si quis ex argētarijs. §. pretor. ff. de eden. Prestito vero iuramento huiusmodi per prefatas mulieres, ꝙ libros huiusmodi non habuerint nec habeant, debebit pronūtiari male processum, sententiatum, ⁊ cognitum per dominum iudicem a quo, quatenus easdem condemnauit ad reddendum rationem de gestis ⁊ administratis per dictum quondā Cepa, vtpote ad rem eis impossibilem. Non tamē nego, quin quoad ea que idem Georgius habuit, ⁊ eum apparet habuisse, valuerit ⁊ valeat condemnatio.

¶ Rubrica, De iudicijs. ¶ Epitome. ¶ Consiliū. xxxv.

¶ Iudicia criminalia cum ciuilibus non sunt temere cōmiscenda. V. F.

1 ☞ Confessio inter alios facta alijs non prodest, presertim absentibus.
2 Absolui debet reus, etiam si nihil prestiterit, actore non probante.
3 Percussionem percussione preuertere licet.
4 Moderamen inculpate tutele in quibus consistat.
5 Presumptio ꝙ quis ad defensionem potius ꝙ ad vindictam alium percusserit, an ⁊ quando habenda.
6 Fugere an quis teneatur aggressorem.
7 Moderamen inculpate tutele excedens an ⁊ quando pro illo teneatur excessu.
8 Iniuriarum actio solum dolum prosequitur.
9 Testis vnius dictum non probat.
10 Testificatur frater pro fratre in causa ciuili: ⁊ an ⁊ quando in criminali.
11 Testium numerus defectum idoneitatis supplet: ⁊ quid pro amico.
12 Iuramentum suppletorium an ⁊ quando deferendum.
13 Chirurgi relatio, in commissione cuius non fuit vocata pars, est nulla.

 Viso Processu cause agitate per ⁊ inter Andream Taulardi actorē ex vna parte, ⁊ prouidum virū Antoniū Arnaudi reum ex alia: ac omnibus hincinde dictis, propositis ⁊ probatis: dico ⁊ respondeo absolutoriam sententiam fore ⁊ esse proferendā in fauorem prefati quondam Antonij, causis ⁊ rationibus inferius adnotatis. Tum quia intentio dicti Andree Taulardi probata non legitur. Et quidem non depositionibus testium in hac causa productorum: quia nulli reperiuntur in presenti processu, qui de ⁊ super pretensis verberationibus seu percussionibus per ipsum Taulardi deductis aliquid deposuerint, vel dixerint: seu etiā qui super eis interrogati extiterint. Nec opponat mihi aliquis, ꝙ ad postulationem procuratorum predictarum partiū ordinatum extiterit, ꝙ acta facta in causa inquisitionali fidē facerent in hac causa ciuili. Quoniā respondeo ꝙ istud non obstat: duabus de causis. Prima, quia solum ordinatum reperitur ꝙ acta facta in causa criminali inter ipsos Andream ⁊ Antoniū Arnaudi in hac causa ciuili fidem facerent. Nullibi autem in actis factis in causa criminali per ⁊ inter prefatos Antonium ⁊ Andream reperitur per testes probatum, ꝙ idem Antonius dictum Andream percusserit. Quanuis enim huiuscemodi pretēse percussiones, ⁊ quedā asserta vulnera proposite fuerint ⁊ deducte parte dicti Andree in quadā schedulā exordiēte, Vt vobis nobili, ⁊c. parte eiusdē Andree in dicta inquisitionali causa producta ⁊ insertarū articuli tamē, in quibus percussiōes ⁊ vulnera huiusmodi deducte extiterunt, non fuerunt admissi, sed repulsi: nec super eis reperiūtur aliqui testes auditi. Tum etiā non obstat, quia aut in illis pretensis articulis nō fuit deductum tempus dictarum pretensarum percussionū ⁊ vulnerum: aut si quod deductū extiterit, hoc fuit per relationem habitam ad octauum articulum quorundā pretensorū titulorū inquisitionalium, parte venerabilis viri domini procuratoris curie in causa productorum. In quo pretēdebat idem dominus procurator percussiones ⁊ vulnera fuisse facta anno Domini M. cccclxxxvij. ⁊ die vltima mensis Nouēbris. In libello vero parte dicti Andree in hac causa producto pretenditur illas factas anno Domini M. cccclxxxvij. et de mense Nouembris, et sic diu ante. Quod si ita esset, non esset sermo de eisdem pretensis percussionibus: sed de diuersis. Non etiam probata reperitur intētio

dicti Andree Taulardi per confessionem eiusdem Antonij: quia nulla confessio facta reperitur in hac ciuili causa, per quam appareat de dictis pretensis percussionibus, et assertis vulneribus. Etiam nec aliqua facta est in actis celebratis seu factis per et inter eosdem Antoniū et Andream in causa inquisitionali: prout apparet ex actis. Nec dicat aduersarius, quod confessio quam idem Antonius fecisse pretenditur in respondendo octauo articulo dictorum pretensorum titulorum inquisitionalium eidem prodesse
1 debeat in hac causa ciuili. Quoniam respondeo quod † cum huiusmodi asserta confessio facta extiterit, si et quatenus facta dici possit, inter alias personas, hoc est inter prefatos do. procuratorem et Antonium: que propterea dicto Andree de iure prodesse nō potest, pro quo allegasse sufficiat. l. fin. et quod ibi glos. et docto. ff. de interroga. actio. quod etiam voluit Specul. tit. de confes. §. nunc videndum, versi. sed nec confessio, etc. et colligitur ex ijs que notat Barto. in. l. cum lite. ff. indicat. sol. per docto. in. l. is apud quem. C. de eden. et in. c. causam que, de testib. Fuit enim huiusmodi pretensa cōfessio, quatenus de ea appareat, et quatenus cōcernere poterit vtilitatem aut cōmodum dicti Andree Taulardi, facta eo absente. Et sic sibi non prodest. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. de quo per docto. in c. ex parte, de confes. Non est igitur, vt initio dixerā, intentio dicti Taulardi probata testium depositionibus, aut confessione partis. Etiā nec alio probationis genere. Et
2 hoc certissimum. Debet igitur † absolui etiam si nihil prestiterit. l. qui accusare. C. de eden. l. negantes. C. de actio. et obligat. et. c. j. vt eccle. benefi. ¶ Tum etiam debet absolui, quia, vt apparet ex actis dicte cause criminalis factis inter eosdem Antonium et Andreā, idem Andreas boues prefati Antonij seu Guilielmi eius patris, cum securi eleuata aggressus est: et cum per dictū Antonium prohiberetur ne illos percuteret, idem Andreas prefatum Antonium cum eadē securi eleuata aggressus est, cum minis de eum offendendo: et non solum eundem Antonium aggressus est: sed etiā cum ipse Antonius retrocederet duobus, tribus, aut quatuor passibus, ipsum persequutus est cum
3 dicta securi eleuata. Quo fit † vt nō expectata percussione potuerit idem Antonius eundē percutere. Sufficit enim terror armorum, nec tenetur quis pati prius se percuti, quam se defendat, vt notat glos. et doct. in. l. j. C. vnde vi, Barto. in. l. iij. §. idem est. ff. de vi et vi arma. et Joan. de Lignia. in suo tracta. de bel. c. cxvj. exordien. Quinto queritur nunquid si video aliquem, etc. Nec † video quod idem Anto-
4 nius excesserit moderamen inculpate tutele. Non enim in tempore: quia hoc fecit in ipso instanti aggressionis. Non etiam in armorum disparitate: quia securis quā eleuatam portabat idem Andreas periculosior erat, quam baculus, cum quo Andreas percussus est. Nec etiā in causa: quia non ad vindictam, sed ad defensionem, et ad propul-
5 sationem violentie: quod † etiam presumitur, cum in aggressione ipsa, vt predixi, dicte pretense percussiones, si et quatenus de illis appareat, facte extiterint, et cum nō appareat quod ille facte fuerint ad vindictam, vt refert glos. in d. l. j. C. vnde vi, voluisse Jaco. Bal. in cuius opinionem videtur inclinasse glos. in. l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad. l. Aqui. Pro quo bene facit quod voluit Bar. in. l. sed et si quemcunque, in principio. ff. ad leg. Aquil. vbi per illum text. dicit, quod vbicunque aliquis venit contra me cū gladio, et ego statim occido eum, probata est defensio: et de hoc dicit Barto. esse ibi casum. Facit etiam quod voluit Bal. in l. itaque si seruum. ff. ad leg. Aquil. vbi dicit videri imminere periculum persone eo ipso quod armis impellitur: pro quo allegat dictam. l. et si quancunque, in princip. et subiungit, quod visus armorum affert iustum metum mortis. Dicit etiam Bald. in. l. multis. C. de libe. cau. quod volenti probare quod vitam suam defendendo inimicum occiderit, probare sufficit quod aduersarius animo occidendi vel vulnerandi in eum irruebat: allegat dictam. l. si ex plagis. §. tabernarius, et. l. is qui cum telo. C. ad leg. Cornel. de sicar. Facit etiam ad premissa quod voluit Petr. de Ancha. in clem. j. de homi. Dicit enim glos. communiter tenere, quod probata aggressura et insultu, si insultatus incōtinenti percutit, semper presumitur hoc fecisse ad sui defensionem: quod saltem procedere debet vbi aliter non apparet de circumstantijs personarum: prout nec hic. Quamuis enim alicubi in processu predicto parte dicti Andree dictum extiterit, eundem esse senem et debilem, et prefatū Antonium iuuenem et ro-
6 bustum: non est tamen probatum. Nec opponat † aliquis prefatum Antoniū cum fugere potuisset debuisse fugere, et sic se liberare a periculo. Quoniam respondeo quod imo nō tenebatur fugere: nam aliquem fugatum esse est ignominia. l. itē apud. §. j. ff. de iniurijs. Ergo in propulsanda iniuria licet fugato resistere: quod etiam voluit Bart. in dicta. l. j. versic. et ex hoc determino questionem, etc. C. vnde vi, et Bald. in. d. l. vt vim, versic. non tamen dico quod insultatus, etc. ff. de iustit. et iur. Preterea cum prefatus Andreas eundem Antoniū aggressus extiterit cum securi eleuata, si certus non erat, prout nec certus existebat, se non esse in discrimine vite constitutum, potuit aggressorem suū percutere. l. ij. et quod ibi Bal. C. ad. l. Cornel. de sicar. Ex quibus apparet eundem Antoniū in nullo moderamen tu-
7 tele inculpate excessisse. Preterea vbi appareret, † prout non apparet, eundem excessisse moderamen inculpate tutele: non tamen quoad illud plus, seu pretensum excessum, teneretur vt dolosus, sed vt culpabilis, per id quod notat Joan. And. in addit. Specul. tit. de homicid. in rubri. vbi dicit, quod si quis se defendendo inuasorē occiderit, non seruato moderamine inculpate tutele, non tenetur pena legis Cornelie de sicarijs: nec debet puniri tanquam dolosus, et pena homicidij: sed puniri debet vt culpabilis, per. l. in lege Cornelia. ff. ad leg. Cornel. de sicar. et in. l. j. C. eod. titu. quod etiam fuit de mente Cyn. in. d. l. j. C. vnde vi, versic. item pone quod quidam, etc. et ibi expressius Bald. in repetit. in nona et decima questio. idem tenet Bald. in. c. j. in prin-
8 cipio, de pace tenen. Quo fit vt cum † actio iniuriarum solum persequatur et puniat dolum, per id quod voluit glo. in. l. magna negligentia. ff. de verbo. signi. Bart. in. l. quod nerua, versi. item quero vtrum lata culpa, etc. ibi, fallit in omnibus actionibus que puniunt tantū dolum. ff. deposi. Archid. xv. q. j. illud, et glo. in. d. l. itē apud. §. quis astrologus. ff. de iniurijs, nō potuerit prefatus Anto. ius cōueniri actione iniuriarum, qua experiri conatus est et egit dictus Andreas Taulardi, etiam (vt predixi) si excessisset moderamē inculpate tutele: quia ratiōe illius pluris dici non deberet dolosus, nec puniri vt dolosus: sed dici deberet culpabilis: qui, vt predixi, nō tenetur actione de dolo. ¶ Sed forte opponet aduersarius, prout etiā opposuisse reperitur in discursu cause criminalis, quod credendum non sit depositionibus testiū parte dicti Antonij in causa productorum, causis et rationibus parte dicti Andree in suis articulis latius allegatis. Quoniam respondeo quod hoc nō obstat. Et primo quidem nō id quod propositum reperitur et deductū contra probum virum Perrinū Gasqueti: quem dicit simplicem, ac pauce seu nullius discretionis. Quia istud non probatur: de hoc enim nullus deposuit,
9 excepto Stephano † Chalueti. Cui propterea quia vnus est et singularis credi non debet. l. iurisiurādi. C. de testib. et c. tam literis, eod. tit. Et quia etiā causam sue sciētie non reddidit: quam tamen reddere debuit etiam non interrogatus, ad hoc vt valeret eius dictum, per theoricā Inno. quam ibi sequūtur docto. in. c. cum causam, de testi. et in. l. solam. C. eod. tit. voluit enim Innoc. et docto. vbi supra, quod in ijs que nō percipiūtur sensu corporeo, sed iudicio intellectus, oportet testē deponere de causa sue sciētie, etiam si non interrogetur: vt sic cognosci possit validitas depositionis, imo potius iudicij testis. Huiusmodi autem sunt simplicitas et fatuitas, aut carētia discretionis. Hec enim non videntur, nec etiam audiuntur, aut per alium sensum corporeum cognoscuntur, cum sint in interioribus. Sed de illis iudicant homines per actus exteriores, quos audiūt, vel fieri vident: qui aliquādo possunt male et imperite iudicare, et ex actibus minus sufficiētibus. Et hac de causa, vt sciatur si intelligūt, debet causa sciētie exprimi. ¶ Etiā nec obstat quod obiectum reperitur contra Guilielmum Alberti, scilicet quod duxerit in vxorē vxorem prefati Antonij, et idem Antonius sororē eiusdem Guilielmi. Quoniam respondeo quod istud non impedit dictū Guilielmum Alberti testificari pro eodem Antonio, presertim in hac
10 † causa ciuili: in qua etiā frater regulariter testificatur pro fratre. Pro quo allegasse sufficiat Azonem in summa. C. tit. de testib. glo. in. l. parētes. C. eod. tit. idem videtur voluisse glos. in. c. insinuante, de offic. deleg. Quod etiam voluit Bart. in. l. qui testamento. §. quecunque, versicu. quero quid in fratre, etc. ff. de testa. quod procedit non solum in causis ciuilibus: sed etiam in causis criminalibus, quādo frater producitur pro fratre, nō ad alterius impugnationē, sed ad simplicē defensionē fratris, et ad innocētiā liquidādum. c. in literis, de presumptio. et ita firmāt Bal. et Salic. in. d. l.

in d. l. parentes, & consuluit Alex. de Imol. consi. mihi. v. exordiente, In causa inquisitionis formate contra Valerium, &c. Que si procedant, imo quia procedūt, fortius credendū est prefato Gulielmo Alberti, qui non frater prefati Antonij asseritur, sed sororius. Preterea esto q ratione huiusmodi pretēse affinitatis eidem Alberti minus credi deberet: adhuc istud non obesset: cuz hic sint tres testes deponētes de insultu dicti Andree Taulardi: quorū
11 propterea numerus supplet qualitatem seu defectum idoneitatis, si quis esset, per id quod notat Jacob. Butr. in l. iij. post princip. ff. de testibus, ubi dicit q licet testes amici non faciant integram fidem, dicta. l. iij. in verbo amicus: tamen si tres testes amici producti extiterint in casu in quo duo integri sufficerent, illi probabunt. Et sic propter maiorem numerum supplebitur defectus resultans ex amicitia, argum. l. ob carmen. §. j. in verbo numerus, de testib. facit quod voluit Joan. de Imo. in d. l. qui
12 testamento. ff. de testamen. Preterea esto q prefati testes non plene probassent insultationem factam per dictum Andream: deberet saltem in supplementū probationis plenioris iuramentum deferri eidem Antonio, per ea que notat Bart. in l. admonendi, versic. viso ergo quando est, &c. ff. de iureiur. qui loquitur in casu magis dubio. Loquitur enim in delatione iuramenti fienda actori contra reum & in actione per quam reus infamandus est si condēnetur: hic autem est sermo de iuramēto deferendo non actori vel accusatori, sed reo ad sui purgationem, vel innocentiam defendendam: in cuius delatione non vertitur periculum infamie actoris. Et sic dato q illud dictum Bar. non esset verum, prout quidam dicere voluerunt: hoc tamē non noceret in hoc casu: quia hic sumus in alijs terminis. Preterea dato q hic nō esset plene probata insultatio dicti Andree Taulardi, prout probata est: nulli saltem dubiū quin sit probata insultatio huiusmodi plusq̄ semiplene: quo casu in causis criminalibus aut famosis, vel etiam alijs arduis deferri potest iuramentum in supplementum probationis plenioris: non dixerim reo, de quo non videtur esse dubium: sed etiam actori. Pro quo allegasse sufficiat quod notat Panor. in c. mulieri, de iureiur. & Alexand. de Imol. in l. ait pretor. §. quacunq3. ff. de iureiuran. versic. in hoc articulo: ubi refert opinionem Roma. hoc tenētis in d. l. admonendi: & hoc dictum dicit ipse Alexand. esse notabile. Refert etiā idem Alexand. hoc tenuisse Salic. in actione famosa in d. l. admonendi, per. c. fin. de iureiur. Et loquuntur isti omnes in accusatore vel actore: & in casu in quo est longe maius dubium, q̄ in casu nostro. Si enim accusatori vel actori in causa famosa plusq̄ semiplene probanti, cuius probatio debet esse luce meridiana clarior. l. sciant cuncti. C. de probat. deferri possit iuramentum in supplementum probationis: multo fortius deferri debet reo in supplementū sue innocētie. Quo vero ad alia contra prefatos testes opposita, illa non sunt probata: & sic non
13 insisto. Illud tamē certum est, q relatio illius chirurgici est nulla: quia in commissione sibi facta & iuramento quod prestare debuit erat vocandus prefatus Antonius, per id quod notat Ang. Aret. in §. quedam, versi. quero que erit forma, &c. instit. de act. agebatur enim de suo interesse: ergo erat vocandus. l. nam ita diuus, cū suis simil. ff. de adopt.

Rub. De indicijs. Epitome. Consilium. xxxvi.

Einsdem argumenti, cuius est superius: nisi quod illic pars lesa, hic fiscus propulsantur. V. F.

1 Minis solis iniuria fit.
2 Punienda criminaliter non venit leuis culpa.



Quod Prouidus vir Antonius Arnaudi, absolui debuerit et debeat ab impetitis parte Andree Taulardi, probaui multis ratiōibus & causis allegatis in alia schedula. Quod autem etiam absolui debeat ab intitulatis contra eum parte domini procuratoris curie ordinarie loci de Sansauornino, pro nobili et generoso viro Antonio de Alegijs, cōdomino Sansauornini, etiaz probatur multis rationibus & causis in dicta alia schedula allegatis: que si placet videātur ibi. Ut enim apparet ex actis huiuscemodi cause inquisitionalis, idem Andreas Taulardi boues prefati Antonij seu Gulielmi aggressus est cum securi eleuata. Et deinde cum idem Antonius viam facti fieri prohiberet, & dictuz Andream moneret ut via iuris procederet: idem Andreas in eundem eleuata securi irruit, & ipsuz aggressus est, ut colligitur ex depositionibus testium parte dicti Antonij in hac causa productorum. Et quorū depositionibus seu dictis, ut dixi in alia schedula, non obstantibus obiectionibus in ipsa causa datis, credendū est. Potuit igitur idem Antonius tam pro dictorum bouum, q̄ sue persone defensiōe etiam cum armis resistere, & ipsum Andreā impedire, ne vel boues huiusmodi, vel eius personam offenderet. Et quidem q pro bobus defendendis licuerit desistere, allegasse sufficiat quod habetur in c. dilecto, de sen. excom. in vj. in l. furem, cum notatis. ff. ad leg. Cor. de sicar. & quod habetur in c. olim, el. j. in fine, & quod ibi Panor. versic. item queritur ad declarationem, &c. de restit. spol. Et q̄uis idem Andreas nō quereret boues auferre: querebat tamen eosdem occidere. Et ita verisimiliter potuit suspicari prefatus Antonius propter eleuationem securis, ac accessum ad boues. Est enim instrumentum aptum ad interiectionem. Quod autem pro defendenda sua persona eidem Antonio licuerit etiā cum armis resistere, & non expectata percussione dictum Andream percutere, ostendi authoritatibus & rationibus allegatis in alia schedula: quod etiam voluit Panor. in d. c. olim, sed circa predicta dubitatur. Et hoc ideo videtur permissum, ne forte post percussionem defensioni locus non existat. l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. l. j. §. cum arietes. ff. si quad. paup. fec. dicat. sufficit enim terror armorum, arg. l. idem. §. j. ff. de vi & vi armata. Et hoc plenius ostendi in alia schedula. Et maxime debuit in casu nostro sufficere terror: cum prefatus Andreas eundem Antonium cum
1 securi eleuata aggrederetur: que tamen minatio fuit iniuriosa. l. item apud Labeonē. §. si quis pulsatus, & quod ibi Bar. ff. de iniur. & Ange. Are. in suo tracta. maleficio. su per verbo adminauit. Nec erat securum expectare ictum securis: sed periculosum: potuisset enim uno ictu occidi ipse Antonius. Nec etiam tenebatur fugere, ut dixi in alia schedula: quod etiam voluit Panor. in d. c. olim, vers. itē queritur. Nec videtur prefatus Antonius in aliquo excessisse moderamen inculpate tutele. Et quidē non in modo: non etiam in tempore: non in causa, ut latius dixi in alia schedula. Et si in aliquo excessit, illud esset valde paruz, & non esset peccatū: quia insultatus non potest bene deliberare, nec habere stateram in manu sua, ad quod facit quod not.
2 Guil. in l. imperator. ff. de sta. homi. Leuis tamen culpa etiam non videtur criminaliter punienda, ut notat Cyn. in l. si quis nō dicam rapere. C. de episc. & cler. & Bal. in l. ut vim. ff. de iustit. & iur. Et dato q idem Antonius in multo excessisset moderamen inculpate tutele, qui excessisse non videtur: non propterea deberet puniri, nec teneretur ut dolo sus, ut dixi in alia schedula, per multas rationes seu authoritates. Quibus adijcio q quelibet causa etiam iniusta excusat a dolo. l. igitur. §. penult. ff. de libe. cau. notat glo. in l. j. in fin. ff. de abige. & l. plagij, la. ij. C. ad leg. Flam. de plagi. quod etiam voluit Alex. de Imol. in l. si quis maior. C. de trāsact. & consil. xcij. exordien. Perspectis ijs que in themate, &c. & Paul. de Castr. consil. xv. exordien. Pro clariore examinatione istius negotij. Que dixerim, &c.

Rub. Res int. al. acta. Epito. Cōsilium. xxxvij.

Res que inter tutores acta est, utputa bonorum diuisio, que pupillo deferebantur: huic preiudicium afferre nō potest. V. F.

1 Pacisci de bonis viuentis alij non possunt eo inscio.
2 Indictionis computande ratio, remissiue.
3 Prefationes instrumentorum finalem causam an & quādo probent.
4 Ignorās an donasse censeatur ea de quibus nō cogitauit.
5 Iuramentum obligationem non auget.
6 Prefationum verba inter contrahentes probant.
7 Consilium peritorum rudes petere oportet.
8 Notarij ignorantia circa verba non vitiat effectum.



Viso Processu cause agitate tam in prima, q̄ secunda instantijs, per & inter honorabilem virum Gulielmum Cureteti actorem originarium in prima instantia, & in secunda appellatuz ex una parte: & prouidum virum Adam de Pō-

tenes, tutores ⁊ tutorio nomine Joannis Roberti in pri-
ma instantia reum, ⁊ in secunda appellantem parte ex alia:
existimo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentiē-
tis, ꝙ diuisio, quam fecisse pretēduntur prefatus Guliel-
mus Cureteti ⁊ honesta mulier Catherina Roberte, ma-
ter ⁊ tunc tutrix ac tutorio nomine eiusdem Joānis Ro-
berti, de bonis ⁊ hereditate venerabilis quondam viri do
mini Joannis Cureteti presbyteri, eidem Guilielmo Cu
reteti nocere non debuerit nec debeat, quominus iuxta te-
stamentariam dispositionem prouidi quondam viri De-
siderij Cureteti habere debeat integram dimidiam bono-
rum in Arelata existentium, per dictum quondam domi-
num Joannem Cureteti ipsi Desiderio relictorum. Cum
quia tempore diuisionis huiusmodi ⁊ pactorum in ea ad-
iectorum, prefatus quondam Desiderius adhuc viuebat
1 in humanis. Et ita † eo ignorante ⁊ inscio non potuerunt
prefati Guilielmus ⁊ Catherina super dictis bonis paci-
sci. l. fin. C. de pact. Quod autem huiusmodi diuisio preces
sit mortē dicti quondam Desiderij, hoc ideo apparet quia,
vt legitur in pretenso instrumēto dicte asserte diuisionis,
illa facta pretenditur anno incarnationis dominice. M.
cccclxxxv. ⁊ die. xxj. mēsis Aprilis. Dictus vero Deside-
rius legitur condidisse eius vltimum ⁊ nuncupatiuū te-
stamentum anno. M. cccclxxxvj. ⁊ die. v. mensis Februarij:
⁊ sic per nouem mēses ⁊ vltra post dictam diuisionem. Et
ꝗuis in instrumento predicti testamenti non dicatur ex-
presse illud cōditum extitisse anno incarnatiōis vt supra,
satis patenter perpenditur ꝙ testamentum huiusmodi fa-
ctū extiterit anno predicto incarnationis dominice. M.
cccclxxxv. ⁊ nō anno natiuitatis dominice. M. cccclxxxvj.
Primo ex eo ꝙ magister Vitus de Panicolis notarius,
qui de testamento huiusmodi notam recepit, in instrumen
to exemplati testamenti computat annos non quidē a na-
tiuitate domini: sed ab ipsius incarnatione. Et ita censen
dus est in dubio fecisse in nota testamenti dicti quondam
Desiderij: ꝗuis hoc non reperiatur expressisse. Secundo
hoc idem sine hesitatione perpenditur ex indictione, quā
idem magister Vitus reperitur descripsisse tam in instru-
mento seu nota predicti testamenti, ꝙ etiā in predicto exē-
plo. Et primo quidem in nota testamenti dicit illud esse
factū quarta indictione. In dicto vero exemplo dicit il-
lud esse factum sexta indictione: que non viderentur bene
posse stare, si verum esset ꝙ testamentum factum extitisset
anno natiuitatis dominice. M. cccclxxxv. qui esset ann⁹
incarnationis dominice. M. cccclxxxiiij. Et sic lapsi fuis-
sent a tempore cōditi testamēti vsq; ad tēpus facti exēpli,
quod factū est anno incarnatio. dominice. M. cccclxxxvij.
natiuitatis vero anno. M. cccclxxxviij. anni tres, ⁊ dies
viginti vnus. Nō enim tanto tempore durare potuerunt
quarta, quinta, ⁊ sexta indictionum, etiam si predictū te-
stamentum factū esset prima die dicte quarte indictionis,
⁊ exemplum descriptum vltima die sexte indictionis, vt
patet computanti: adhuc enim superessent viginti vnus
dies, propter quod oportuisset dicere exemplum esse factū
indictione septima, ⁊ non sexta. Preterea si non fallor in
computo, anno natiuitatis dominice. M. cccclxxxv. ⁊ die
quinta mēsis Februarij, non currebat indictio quarta, sed
2 indictio tertia, vt † apparet ex ijs que notat Specu. tit. de
instru. edit. §. ij. versic. ceterum si velis scire quantus sit an-
nus indictionis, ⁊c. ¶ Cum ⁊ quia presupposito ꝙ tem-
pore facte dicte pretēse diuisionis dictus quondam Dio-
nysius mortuus extitisset: quia tamen prefati Guilielmus
⁊ Catherina ignorabant eundem Desiderium acceptasse
bona ⁊ hereditatem dicti quondā Joannis pro tertia par-
te sibi relicta, ignorabat preterea idem Guilielmus Cure-
teti testamētariam dispositionem prefati Desiderij, vt ap-
3 paret ex † prefatione instrumenti eiusdem diuisionis, per
quam probatur causa finalis diuisionis. l. fin. ⁊ quod ibi
Bart. ⁊ docto. ff. de hered. instit. notat Bar. in. j. constit. C.
versic. oppo. ⁊ videtur ꝙ prefationes, ⁊c. non potuerunt
4 † diuisio ⁊ pacta predicta eidem Guilielmo preiudicare:
quia non videtur idem Guilielmus de dispositione huius
modi cogitasse. l. cū Aquiliana. ff. de transactio. ⁊ percōn-
sequens nec donasse, vel cōmunicasse prefato Joāni Ro-
berti sibi relicta per dictum Desiderium: quia ignorans
non donat. l. nec ignorans. C. de donat. Cui non obstat ꝙ
5 † iuramentum interuenerit: quia illud obligationem non
auget: sed ei intra suos limites manenti addit religionis
vinculum, vt voluit Oldra. consi. clxxxvij. exordien. Cum
mulier, ⁊c. Pro quo allegat in arg. l. Titius, in fin. ff. ad
Trebel. hoc idem notat Bald. in. l. fin. C. de non numerat.
pecu. pro quo facit. d. l. fin. ⁊. l. vltima. ff. qui satisd. cogan.
Pro quo bene facit doctrina Bart. cum quo communi-
ter transeunt hic docto. in. l. sed ⁊ si. §. quesitum. ff. si quis
cau. in. l. j. C. commoda. in. c. j. eod. tit. ⁊ Bald. in. c. j. de con-
tro. feud. apud pa. termi. Dicit enim Bart. ꝙ si post gene-
ralē renūtiationē in instrumento est iuratum, ad illos ca-
sus, ad quos refertur renuntiatio, refertur ⁊ iuramētum,
d. l. fin. C. de non numera. pecu. ⁊ alijs iuribus per eum al-
legatis. Et sic a contrario sensu, non refertur iuramentū
ad illos ad quos nō referebatur renuntiatio. Cum igitur
in casu nostro diuisio, ⁊ alia predicta non referrentur ad
iura dicto Guilielmo competentia, aut competere valen-
tia ad causā dicte testamētarie dispositionis prefati quō-
dam Desiderij, vtpote incognita, ⁊ consequēter incogita-
ta, dicta. l. cum Aquiliana. ff. de transact. ergo nec ad illa
referri debet iuramētum. Et hoc videtur maxime proce-
dere in hoc casu: in quo non solum non videtur etiā in ge-
nere cogitasse: sed etiā videtur nō cogitasse per verba pre-
fationis dictarū pretensarum diuisionis ⁊ conuentionū:
que, vt dixi, finalē causam dispositionis, hoc est diuisionis
per ipsos facte cōtinēt. Pretendētes enim quotā ⁊ portio-
nem dicto Desiderio relictas per prefatum quondam do
minum Joannem eisdem accreuisse, causis de quibus ibi,
moti sunt ad diuidendum bona eiusdem quondam domi-
6 ni Joannis, prout ibi. Dicta † enim verba probant inter
cōtrahentes. l. optimam, ⁊ quod ibi doct. C. de contrahen.
⁊ committen. stipu. facit quod notat Barto. in. l. si forte. ff.
de castren. pecul. Cui non obstat quod dicitur in sentētia
lata per egregium virum dominum vicariū Arelatensem,
scilicet illa verba in diuisione posita, ⁊ declarantia partes
non fuisse certioratas, fuisse apposita per notarium, cum
partes sint idiote, ⁊c. Quoniam respondeo ꝙ licet verba
huiusmodi per notarium scripta extiterint: illa tamē scri-
pta fuerunt propter assertionem partium predictarū ita
pretendentium, vt dicitur in dicto pretenso instrumento.
Quod si ita non est: illud est falsum. Dicitur enim, ꝙ tra-
ctantibus nonnullis amicis communibus ambarum par-
tium, partes ipse, videlicet dicta Catherina tutorio nomi
ne dicti Joānis Roberti filij sui, ⁊ Guilielmus Curete-
ti nomine suo proprio, quibus partem Desiderij Curete-
ti pretendunt accreuisse, cum non constet eis ipsum Desi-
deriū fuisse tempore mortis dicti quondā domini Joan-
nis Cureteti, nec etiā hodie viuere: non constetq;, vt par-
tes ipse asseruerunt, predictum Desiderium adiuisse neq;
acceptasse, ⁊c. Ubi attende ꝙ dicit, pretendunt ⁊ asserue-
runt: que stare non possent cum veritate instrumēti dicte
pretense diuisionis, nisi partes predicte ⁊ pretendissent et
asseruissent predictā diuisionem. Preterea nihil prohibet
quomin⁹, etiā si idiote existāt, premissa intelligere ⁊ dicere
7 † potuerint, habito prius peritorum consilio, quod petere
debent minus consulti. c. non omnis ignorans. x. distinct.
xxxvij. notant Bart. ⁊ doct. in. l. in bonorum. ff. de bonorū
8 possessio. Adijcio premissis, ꝙ etiam † presupposito ꝙ ver
ba predicta essent verba notarij, quodq; idē notarius non
bene intellexisset virtutem dictorum verborum: nō tamen
propterea deberet vitiari effectus, vt dicit in simili. Joan.
de Jmol. in. l. Lucius. ff. de vulga.

¶ Rub. De instit. ⁊ substit. ¶ Epito. ¶ Consi. xxxviij.

¶ Substitutio, per quam Marthe et liberis suis relin-
quitur, per decessum ipsius Marthe ante substituentem
non efficitur caduca. V. F.

1 ☞ Testamentum ratione preteritionis filiarum an et
quando nullum.
2 Codicillaris clausula ⁊ donationis in testamento quid
operentur: ⁊ nu. 5.
3 Caduca substitutio in primo gradu an ⁊ caduca cēseatur
in secundo: ⁊ nu. 6. ⁊ quando caduca fiat, nu. 11. 15
4 Verbi directi, quando communi verbo adiungitur, vis
⁊ potestas.
7 Exclusio vnius an ⁊ quando sit inclusio alterius.
8 Frater nepotem ex alio fratre non excludit, quamuis gra-
du proximior sit.
9 Tutela ⁊ successio a pari procedunt.
10 Legitima est quota bonorum, non hereditatis: ⁊ quid de
trebellianica ⁊ restitutione hereditatis his detractis.
12 Restitutio fideicōmissarie hereditatis ante tēpus qualis
13 Condit

13 Conditio mortis in fideicommisso quam certitudinem habeat.
14 Communis opinio vt tenenda.
16 Suorum dictio ad quos quomodo referatur.
17 Detractio legitime ⁊ trebellianice an etiam a parentibus in bonis filiorum fiat.



IN humanis extitit nobilis ⁊ generosus Joannes Astoaudi domicellus ciuis Auenionensis, vir quidem opulentus ⁊ diues: qui pridem de anno Domini M.cccclviij. ⁊ de mense Augusti, fecit ⁊ condidit eius vltimũ ⁊ nuncupatiuum testamentum, sufficienti testium numero ⁊ alijs de iure requisitis roboratum. In quo inter cetera heredẽ suuz vniuersalem fecit ⁊ instituit nobilẽ Petruz Austoaudi, tunc impuberem, filium suum naturalem ⁊ legitimum, ⁊ suos liberos. Et si idẽ Petrus sine liberis legitimis ex suo corpore de legitimo matrimonio procreatis decederet, instituit, cõstituit, ⁊ ordinauit post dicti nobilis Petri astoaudi ⁊ suorum liberorũ mortẽ nobilem ⁊ egregiuz virum do. Ludouicum Astoandi legum professorem, eiusdem testatoris fratrem, ⁊ suos liberos masculos naturales ⁊ legitimos. Et casu quo idem do. Ludouicus Astoaudi sine liberis masculis decederet, sibi heredes substituit nobiles Mariam, Margaretã, Joannã, ⁊ Giletam Astoaude, sorores germanas, ⁊ dicti nobilis testatoris filias naturales ⁊ legitimas equis partibus et portionibus, et suos. Prefatis vero nobilibus Marie, Margarete, Joanne, ⁊ Gilete Astoaude, eius filiabus, ⁊ cuilibet earundem, legauit ⁊ iure legati reliquit in ⁊ super omnibus bonis suis ⁊ pro suis ipsarũ filiarum dotibus, octingentos florenos monete in Auenione tunc currentis, soluendos si in matrimonio collocarẽtur: quas dimisit in dispositione ⁊ arbitrio eorum de quibus ibi. Mortuo autem in voluntate huiusmodi dicto nobili Joanne testatore, prefatus nobilis Petrus eius filius bonis ⁊ hereditati eiusdem se immiscuit. Quo viuente dictus do. Ludouicus eius patruus sibi substitutus vita functus est sine liberis naturalibus ⁊ legitimis, et presertim masculis. Successiue autem, anno videlicet domini. M.cccclxxix. ⁊ de mẽse Octobris, dictus nobilis Petrus Astoaudi fecit ⁊ condidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuum testamentũ, sufficienti testium numero ⁊ alijs de iure requisitis roboratum: in quo inter cetera heredem vniuersalem instituit dominã Martham Astoaude matrem suam: ⁊ post ipsius mortẽ eidem substituit prefatas nobiles Margaretam ⁊ Joannã eius sorores. Et casu quo eadem Joãna sine liberis ex suo corpore ⁊ de matrimonio legitimo procreatis decederet superstite eadem nobili Margareta, ipsam nobilem Margaretam eidem substituit. Nobili vero Francesie de Ambrosijs eiusdem nobilis Petri testatoris nepti ex prefata nobili Maria eius sorore predefuncta legauit quinquaginta florenos. Et permanẽs in voluntate huiusmodi ab humanis sine liberis decessit. Quo mortuo dicta domina Martha eius mater bona ⁊ hereditatem eiusdem adiuit, ⁊ pro ipsius herede se gessit. Uiuente autem ipsa domina Martha vita functe sunt ⁊ decesserunt prefate nobiles Margareta ⁊ Joanna, eidem domine Marthe substitute: dicta videlicet nobilis Joãna superstitibus nobilibus Catherina, Martha, ⁊ Joãna eius filiabus naturalibus ⁊ legitimis, ⁊ prefata Margareta sine liberis, prius per eam condito testamento: in quo heredem vniuersalem instituit dictam dominam Martham eius matrem. Cui vt puto post eius mortem substituit prefatam nobilem Joãnam eius sororez, ⁊ suos: ⁊ dicte nobili Francesie eius nepti ex prefata quondam Maria sorore quinquaginta florenos legauit. Deinde anno videlicet domini. M.ccccxc. ⁊ de mense Octobris prefata domina Martha fecit ⁊ cõdidit eius vltimũ ⁊ nuncupatiuum testamentũ, sufficienti testium numero ⁊ alijs de iure requisitis roboratum: in quo inter cetera reuerende domine Gilete eius filie certa bona iure institutionis reliquit: dictis vero tribus neptibus suis siue felezenis ex prefata nobili Joanna prelegauit, vni videlicet florenos sexcentos, ⁊ cuilibet ex alijs duabus florenos ducentos: ⁊ nobili Joanne eius pronepti, filie nobilis Gabrielis Carlauerij, ⁊ dicte nobilis Frãcesie de Ambrosijs iure institutionis reliquit quandã vineam suis confrontationibus confrontatam. Dicte etiã nobili Francesie de Ambrosijs eiusdez domine Marthe nepti ex prefata nobili Maria Astoaude eius filia predefuncta, prelegauit quandam domũ. Et in alijs bonis heredes vniuersales sibi instituit ipsam nobilem Francesiam pro dimidia parte: ⁊ dictas Catherinã, Marthã, ⁊ Joannam, prefate quondam nobilis Joanne vita functe filias, neptes vero seu felezenas eiusdem domine Marthe, pro alia dimidia, prohibendo eis detractionem quarte trebellianice. ¶ Ex casu predicto satis prolixe enarrato oriuntur dubia sequẽtia. Primum est, an substitutio de qua supra in principio facta per dictum quondam nobilẽ Joannem Astoaudi de prefatis nobilibus Maria, Margareta, Joanna, ⁊ domina Gileta eius filiabus, sibi locũ vendicauerit, ⁊ in quarum personis, ⁊ de effectu substitutiõis huiusmodi. ¶ Secundũ est, an fuerit ⁊ sit locus substitutioni facte per dictũ quõdam nobilem Petrũ Astoaudi. ¶ Tertium, quid iuris sit de substitutione facta per prefatam nobilem Margaretã. ¶ Uiso casu predicto, ⁊ dubijs ex eo elicitis, dico ⁊ respondeo ad dubia huiusmodi, sub correctione tamen cuiuslibet melius sentientis, prout
1 ecce. Et primo ad primuz dico ⁊ respondeo, ꝙ licet † testamentum dicti quondam nobilis Joãnis videatur ab initio fuisse nullum, propter preteritionem dictarum suaruz filiarum, quibus nihil reliquisse reperitur iure institutionis, prout facere debebat, auth. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoqꝫ capitulũ, collat. viij. ⁊ transumptiue in auth. ex causa. C. de liber. prete. vel exhe. non propterea impeditur efficacia seu validitas substitutionis de qua supra, vt notant glos. ⁊ docto. in. l. ita tamen. §. quoties. ff. ad trebel. ⁊ sentit glos. iuncto text. in. l. eam quam. C. de fideicom. notant Bart. ⁊ doct. in. d. auth. ex causa, Bald. in. l. j. C. de inoffic. testa. ⁊ alij in alijs locis: super quo nõ insisto, presertim cum prefate nobiles Maria, Margareta, ⁊ alie testa-
2 mentũ non impugnauerint. Et quia etiã † dictus quõdã nobilis Joãnes voluit, ꝙ si dictum eius testamentum nõ valeret iure testamenti, valeret iure codicillorum: ⁊ si non valeret iure codicillorũ, voluit ꝙ valeret iure donationis causa mortis, ⁊ alias iure cuiuslibet alterius vltime ⁊ extreme voluntatis ac dispositionis nũcupatiue, ⁊ omni eo meliore modo, via, iure, causa, ⁊ forma, quibus melius, securius ⁊ vtilius de iure vel de consuetudine patrie valere
3 posset ⁊ deberet. ¶ Preterea q̃uis † prefatus quondam dominus Ludouicus primo loco seu gradu eidez Petro substitutus vita functus sit, ⁊ decesserit viuẽte adhuc eodem nobili Petro, ⁊ propterea substitutio facta de eodẽ domino Ludouico facta fuerit caduca. l. si in personam. C. de fideicom. l. j. §. sin autem sub conditione. C. de caduc. tollen. l. miles. §. j. ⁊ l. vnum ex familia. §. rogo. ff. de legat. ij. notat glos. in. l. j. C. de ijs qui ante apert. tabu. non propterea effecta est caduca substitutio facta de prefatis nobilibus filiabus secundo loco per ipsum quondam nobilem Joannem substitutis: sed remansit fideicommissum eisdez filiabus in secundo gradu relictum apud dictum nobilez Petrum cum suo onere. d. l. j. §. pro secundo. C. de caduc. tollen. notat Bart. in. l. quandiu, in. iij. q. in fi. ff. de acquir. hered. de quo per Pet. Jaco. in suis libel. tit. de compen. substit. que fit a paga. versi. quidam testator, ⁊c. ⁊ ita consuluit Bal. consil. lxxviij. exordien. Quamuis primus substitutus in parte, ⁊c. pro quo vltra predicta allegat glos. in l. qui habebat. ff. de vulga. ⁊ pupilla. ⁊ l. publius. §. j. in fin. ff. de condi. ⁊ demonst. ¶ Et q̃uis prefate substitutioni facte de dictis nobilibus filiabus: que quia idẽ nobilis Petrus mortuus est, vt audio, post pupillarem etatem, ⁊ sic iam factus pubes, valere non potuit iure pupillaris substitutionis. l. verbis ciuilibus, ⁊ l. in pupillari. ff. de vulga. ⁊ pupilla. nec etiam vulgaris, pro eo quia se paterne hereditati immiscuerat. l. post aditam. C. de impube. ⁊ alijs substitut. obstare videatur verbum heredes, positum in ipsa
4 substitutione facta de dictis filiabus, quod est † verbũ directum, ⁊ adiunctum verbo communi substituit, videtur ipsum traxisse ad directam substitutionem, per ea que arguendo ponit Rapha. Fulgo. consil. xliij. exordiente, In primo proposite consultationis articulo, ⁊c. in princ. tamẽ existimo per rationes de quibus in dicto consil. ꝙ substitutio de qua supra valere potuerit ⁊ valeat iure fideicõmissi: ⁊ ꝙ propter adiectionez dicti verbi heredes, in substitutione huiusmodi adiecti non fuerit tractum verbum commune substituit, ad directã substitutionem: sed ꝙ verbum substituit, quod est commune, potius ad se traxerit
5 verbũ heredes. Pro quo † videretur illud solum sufficere, ꝙ in testamento predicto adiecta extiterit clausula co-

dicillaris, si non valerent, &c. per id quod notant Joan. de Imol. & docto. in d. l. verbis ciuilibus, iunctis notatis per Bald. in l. fin. versic. deinde recipiamus, & quod ibi Sali. C. de codicillis, & Bart. in l. j. in vij. questio. ff. de iur. codi. ¶ Dico igitur respōdēdo ad primā partē dicti prim quesiti, ꝙ substitutio predicta locum sibi vēdicauit in persōnis predictarum nobilium Margarete, Joanne, & domine Gillete viuentium & superstitū tempore mortis & decessus dicti quondam nobilis Petri: & etiam in persona
6 dicte nobilis Francesie. Quia licet † substitutio huiusmodi, quatenus cōcernebat dictam quondā nobilem Mariā vita functam adhuc viuente testatore, facta fuerit caduca, dicta. l. j. §. si autem sub conditione. C. de cad. tollen. non tamen facta est caduca quoad ipsam nobilē Francesiam, que est de suis ipsius quondam Marie: cum non solū substitute extiterint dicte nobiles Maria, Margareta, Joāna, & do. Gilleta: sed etiam sui. Quinimo videtur ꝙ † exclu
7 sio ipsius quondam nobilis Marie predefuncte fuerit et sit inclusio eiusdem nobilis Francesie. l. Gallus. §. quidā recte, & quod ibi notatur, & in §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. nō enim venit ipsa nobilis Francesia ex persona dicte nobilis Marie eius matris: sed venit ex persona propria sui ipsius vigore substitutiōis de ea facte per verbum & suos. Sicut si princeps concederet feudum Titio & liberis eius. Mortuo enim Titio vocantur eius liberi: non ex persona Titij patris: sed ex persona propria: nec posset Titius etiam si vellet eos priuare dicto feudo: quia ab eo illud non habent, sed a principe, vt notatur per Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope r. liber. Idem ergo erit in casu nostro: in quo non solū dicte filie, sed etiā sui fuerunt substituti. In quo propterea censetur prefata Francesia inuitata in propria persona: non ex persona dicte quōdam Marie. Et sic mors eius eidē non nocuit: imo viam sibi aperuit, que prius clausa videbatur. l. peto. §. fratre. ff.
8 de leg. ij. Nec dicat † aliquis, ꝙ prefata nobilis Francesia, vtpote remotior, excludi debeat per dictas nobiles Margaretam, Joannam, & do. Gilletam. Quia dico ꝙ per eas non excluditur, authen. cessante. C. de leg. hered. per quam hoc voluit glos. in l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. ff. de leg. ij. quam sequitur Alexan. de Imo. cons. cxxxvij. exord. Preclare a priore consultore, &c. in j. vol. vbi etiam dicit glossam predictam videri communiter approbatam. Quamuis Bald. in d. §. in fideicommisso, in fi. visus fuerit tenere cōtrariū: pro quo allegat, ꝙ in d. auth. cessante, non cōsideratur testatoris affectio: sed iuris dispositio. In testamento vero consideratur affectio testatoris: que est maior ad propinquiorem, ꝙ ad remotiorem. Item etiam, vt dicit Bal. in d. §. consideratur sola prioritas gradus. Et ita videtur secundum eum ꝙ dicta Francesia neptis, vtpote remotior, debeat excludi per dictas eius materteras filias dicti quondam nobilis Joannis testatoris. l. iij. §. si duo. ff. de leg. tut. Sed prout apparet ex notatis per Joan. de Imo. in d. §. in fideicommisso, & Alexand. in d. consil. dictus. §. si duo; potius facit pro opinione glos. quia in illo tex. dicitur, ꝙ eodem modo vocantur ad tutelam, prout vocantur ad hereditatem. Unde, quia in successione hereditatis liberti non vocantur pariter filius patroni & nepos ex alio filio: sed solus filius tantum. l. libertus preterito. §. si libertus. ff. de oper. libert. non mirum si etiam iudicādum
9 videatur idem de tutela liberti: quia & † tutela & successio a pari procedunt. d. §. si duo, & authen. de hered. ab intest. §. ex his vero, collat. ix. Et secundum Joan. de Imo. & Alex. vbi supra responsio Bal. data ad d. authent. cessante, non est bona. Quia text. in d. §. in fideicommisso, non dicit magis inspiciendam esse affectionem, ꝙ dicat text. in d. auth. cessante: sed solum dicit text. in d. §. in fideicommisso, propinquiores in gradu esse vocandos. Et ꝙuis dixerim locum fuisse substitutioni de qua supra: tamen quia vt ex forma illius apparet, illa non fuit pura, sed facta sub conditione: potuit idē quondā nobilis Petrus, seu ex ipsius persona prefata quondam domina Martha eius heres vniuersalis & vnica, detrahere duas quartas, scilicet legitimam & quartam trebellianicā. c. Raynutius, & c. Raynaldus, de testa. notat glos. & post eam Bart. & docto. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffc. testa. glo. in l. ꝙꝙ. C. ad l. falcid. Joan. de Imol. in l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgar. & pupil. Bald. in l. filium quem. C. famil. ercisc. & pro hac opinione consuluit pluries Bart. & etiam Bal. vt refert & est verum Panor. in d. c. Raynutius, prope y. versic. in glos. in verbo legitimam, &c. Et quia iste articulus nō habet difficultatē, saltē in terris ecclesie, in quibus casus presens occurrit: ego super eo non insisto. ¶ Legitima vero dicti quondam nobilis Petri fuit decima pars omnium bonorū prefati quōdam nobilis Joannis: quia cum eidem Joanni superfuerint quinqꝫ liberi, vt patet ex casus positione: eorum omniū legitima fuit semis seu dimidia pars bonorum ipsius quondam nobilis Joannis, auth. de trien. & semis. §. j. collat. iij. & trāsumptiue in auth. nouissima. C. de inoffic. testa. Et quod dixi legitimam dictorum quinqꝫ liberorum fuisse semissem bonorū prefati quonda nobilis Jo. intellige bonorū deducto ere alieno
10 & funeris impensa: quia † legitima non est quota hereditatis: sed bonorum. d. l. Papinianus. §. quarta, & §. quoniam quarta, notant Bart. & doct. in l. ex facto, la grande. ff. de hered. instit. Trebellianica vero, quam idem quondam do. Petrus, seu ex ipsius persona prefata quondam do. Martha detrahere potuit, est quota pars residui, vt apparet ex ijs que not. glos. in d. c. Raynaldus, super verbo licet ipsas expresserit, & Joan. de Imol. in d. l. coheredi. §. cum filie. Et de his duabus quartis, & etiam de alijs bonis per ipsum quondam nobilem Petrum acquisitis, potuit ipse nobilis Petrus disponere & testari, nō obstāte substitutione de qua supra: residuū vero debet restitui prefatis substitutis, illis videlicet in quorum personis sibi locum vendicauit predicta substitutio: seu eorū heredibus. In quo, vt ex precedentibus iunctis sequentibus apparebit, dicta nobilis Francesia debet habere vt videtur quartam partem ex persona sui ipsius, & dimidiam partē alterius quarte partis delate ad dictam do. Gilletam: cū qua ipsa & filie dicte quondam nobilis Joanne dicuntur concordasse. Et per hec patet responsio ad secundam partem dicti primi quesiti. ¶ Ad secundū quesitum respōn
11 deo, & dico ꝙ † cum prefate nobiles Margareta & Joanna decesserint viuente dicta quondam domina Martha, cui substitute extiterunt: substitutio de eis facta effecta est caduca. Cum enim pendente conditione fideicōmissi moritur fideicommissarius, extinguitur fideicommissum: siue loquamur de fideicommisso vniuersali, siue de singulari, dicta. l. j. §. si autem sub conditione. C. de cadu. tollen. l. si in personam. C. de fideicommis. l. cum pater. §. hereditatē. ff. de lega. ij. & alijs iuribus superius allegatis, cum dicebatur substitutionem factam per dictum quondam nobilem Joannem Astoaudi, quatenus concernebat dictam nobilem Mariam viuente Petro defunctam, factam esse caducam. Quibus non obstat. l. post mortem. C. de fideicom. vbi dicitur, ꝙ rogatus de hereditate restituenda post eius mortem potest illam ante mortem eiusdē restituere: quod non videretur posse fieri, nisi iam deberetur fideicommis
12 sum. Quoniam respondeo, ꝙ † licet rogatus de restituendo post eius mortem possit ante mortem huiusmodi restituere hereditatem fideicommissario, vt videlicet illam habeat vi cuiusdā donationis, dicta. l. post mortē, & quod ibi Cyn. Bart. & docto. cōmuniter: non tamen potest ante eius mortem hereditatem restituere ad hoc, vt facta restitutione huiusmodi transeant actiones per senatusconsultum Trebellia: sed & si alio. §. si. & l. sed & si ante. ff. ad Trebellia. notant Cyn. Bart. & alij in dicta. l. post mortē. Nec etiam obstat glos. dicte. l. post mortem, quatenus sentit ꝙ post mortem heredis censeatur substitutio sub cōditione
13 omnino extitura. Quoniam respondeo ꝙ licet † heres sic grauatus, sit omnino moriturus. l. heres meus. §. j. ff. de condi. & demon. Statutum est enim homini, vt ait Apostolus, semel mori, qui etiam proprio Filio non pepercit: non tamen est omnino certū ꝙ substitutus sit habiturus fideicommissum: pro eo quia potest mori ante mortem heredis: vt in casu nostro contigit. Et sic fuit conditionale fideicommissum. Nec illud transmiserunt prefate nobiles Margareta & Joanna. d. l. heres meus. §. j. & quod notant doct. in d. l. post mortem. Et ꝙuis Bal. & Fulgos. videantur sentire in d. l. post mortem, ꝙ si rogatus de restituenda hereditate post eius mortē eam in vita restituat, transeāt actiōes in fideicōmis. per Trebellianū: ꝙqꝫ fideicōmissarius interim decedēs trāsmittit fideicō. ad suos heredes,
14 quia purificatum est: istud tamen non obstat. Tum quia † quod primo dixi communiter tenetur a doct. vt etiam fatetur idem Bald. in d. l. post mortem: non est ergo ab hoc in consulendo vel iudicando recedendū, per id quod not. doct. in c. j. de constit. & c. prudentiam, in princip. de offic. deleg. & in l. cum prolatis. ff. de re iudic. Tum & quia in casu nostro non reperitur restitutio fideicommissi facta per dictam

dictam quondam dominā Martham prefatis nobilibus Margarete ⁊ Joāne: ⁊ sic non sumus in terminis, in quibus loquuntur Bald. ⁊ Raph. ¶ Ad tertium quesitum
15 dico ⁊ respondeo, ꝙ † licet dicta quondam nobilis Joāna decesserit viuente prefata do. Martha, ⁊ propterea substitutio de ipsa Joanna facta per dictam quondam Margaretam caduca effecta extiterit. d. l. j. §. si autem sub conditione. C. de caduc. tollen. non est tamen substitutio facta
16 de suis effecta † caduca. Et ita videtur substitutio locum sibi vendicasse in personis prefatarum nobilium Catherine, Marthe, ⁊ Joanne filiarum eiusdem quondam nobilis Joanne. Vel forte si instrumentum testamenti dicte quondam Margarete scriptum esset in tertia persona, vt quia dictum esset, ꝙ dicta Margareta substituit prefataꝫ nobilem Joannam eius sororem, ⁊ suos: posset intelligi non quidē de suis ipsius Joanne: sed de suis eiusdē Margarete testatricis. l. ex facto, in princ. ⁊ quod ibi gl. ⁊ Bart. ff. ad Trebel. Quod si ita est, non solum censerentur substitute prefate Catherina, Martha, ⁊ Joanna: sed etiam dicta nobilis Francesia: que etiam erat ⁊ est de suis ipsius quondam Margarete testatricis, ⁊ que ei attinebat in eo gradu, in quo ⁊ prefate Catherina, Martha, ⁊ Joanna. Super quo, cum testamentū dicte quondā nobilis Margarete non viderim, vlterius non insisto. ¶ Posset autem hic queri, an prefata do. Martha heres quondā dicte nobilis Margarete, potuerit ex bonis ⁊ hereditate eiusdem quondam nobilis Margarete detrahere duas quartas, scilicet legitimam ⁊ trebellianicam. De quo articulo ample disputat do. Andr. Sicu. in d. c. Raynutius, vers. capio nunc secundam hesitationem vtrum retenta communi opinione ꝙ filius possit detrahere duas quartas, ⁊c.
17 vbi † post multa finaliter cōcludit, ꝙ quemadmodum filius heres institutus, ⁊ de restituēdo grauatus detrahit duas quartas: ita ⁊ parens. Pro quo allegat multa, ⁊ inter cetera. c. Rainutius, ⁊ c. Raynaldus, superi⁹ allegata: quibus dicit se nō posse respondere vt opinionē contrariam teneat. Et ita etiam videtur sensisse Ang. ⁊ Raph. in. l. si a milite. §. patri. ff. de testam. mil. Alexand. vero de Imo. qui etiam de hoc quesiuit in. d. l. coheredi. §. cum filie, non decidit: pro eo quia, vt dicit, tūc pendebat de facto. Ideo autem de hoc quesiui, quia si prefata do. Martha potuerit detrahere duas quartas: ille essent diuidēde inter prefatas nobiles Francesiam, Catherinam, Martham, et Joannam, pro portionibus hereditarijs bonorum eiusdem quondam Marthe: ita ꝙ ipsa nobilis Francesia haberet dimidiam partem, ⁊ alie tres aliam dimidiam.

¶ Rub. De relig. ⁊ sump. funer. ¶ Epit. ¶ Cons. xxxix.

¶ Religioso vt quis loco sepelliatur indebite parochus pecuniam petit. Sed si cōsuetudo aliquid soluendi inualuerit, recte petit, postꝗ corpus humatum est: non ante: ne humationis difficultate pecuniam extorqueat. V. F.



Ponitur In facto ꝙ cum in Ansoysio moritur aliquis masculus aut femina caput dom⁹ faciēs, vicarius ecclesie parochialis, seu qui curā animarum ibi exercet, non vult cadauer illius ecclesiastice tradere sepulture, nisi prius heredes illius, vel alij coniuncti paciscantur ⁊ conueniant de certa summa pecuniaria sibi danda, ⁊ illam se eidem soluturos promittant. Quesitum est, an hoc sit iuridicum: an ve ab eo sit idem vicarius prohibendus. Ad quod respōdeo, ꝙ istud non est iuridicum, sed damnabile: ⁊ propterea prohibendum. c. abolende, de sepult. c. non satis, versic. pro sepultura quoqꝫ, ⁊c. c. cum in ecclesia, versic. necnon ⁊ pro sepulturis, ⁊c. ⁊ c. suam, ⁊ quod ibi doct. ⁊ c. ad apostolicam, ⁊ quod ibi Innocent. ⁊ doctor. de simon. Terra enim cemiteriata vendi non potest. c. questa est. c. postꝗ, ⁊ c. precipiendū, cuꝫ suis simil. xiij. q. ij. not. Ostien. ⁊ docto. in. d. c. abolende. Etiam nec vendi debet officium sepulture, seu exequie que defunctis exhibentur in eorum funere. c. non satis, ⁊ c. cum in ecclesia, superius allegatis, ⁊ c. in ecclesiastico. xiij. q. ij. de quo etiam per Ostien. ⁊ doc. in. d. c. abolende. Fateor ꝙ vbi hactenus fuissent sine conuentionibus vel pactionibus superius mentionatis celebratis vel initis defunctorū corpora libere sepulta, ⁊ deinde post sepulturam huiusmodi inoleuisset aliquid sponte dari vicario, per tempus sufficiens ad introductionē consuetudinis huiusmodi: possent recusantes, si qui essent, post sepulturam, seu post factas exequias, cogi ad obseruantiam laudabilis consuetudinis. d. c. ad apostolicam, ⁊ doct. cōmuniter, ⁊ Panor. in. d. c. suam. Sed iste non est casus noster: quia, vt ponitur in casu, prefatus vicarius ⁊ sui predecessores recusauerunt, ⁊ recusat ipse, defunctorum corpora sepelire, ⁊ pro eis facere exequias, nisi sic morientium heredes vel coniuncti primitus paciscantur ac conueniant ⁊ promittant ꝙ dabunt tantam summam, eam videlicet quam habere desiderat: quod est omnino damnabile ⁊ prohibitum, vt apparet ex ijs que notant Ostiens. Joan. And. ⁊ doct. in. d. c. abolende, per Innoc. ⁊ docto. in c. ad apostolicam, ⁊ Panor. in. d. c. sententia, de simonia. Talis enim non dixerim cōsuetudo, sed corruptela ⁊ lex mortis, habuit initium vitiosum, dicto. c. cum in ecclesia: ⁊ ita seruanda non est: notant Innoc. ⁊ doct. in. d. cap. ad apostolicā: sed est ipse modernus vicarius, vt a tanta presumptione desistat, ⁊ etiam pro excessu satisfaciat, competenter monēdus: ⁊ si obedire noluerit, pena canonica puniendus. d. c. suā. Et ita mihi videtur sub correctione, ⁊c.

¶ Rub. De pact. inter empt. ⁊ vend. compo. ¶ Consi. xl.
¶ Epitome.

¶ Pactum inter emptorem ⁊ venditorem, ꝙ rei vendite maior valentia emptori datur, venditioni adeo adijcit donationem: vt venditionis contractus, qui alias foret vsurarius, ratione donationis vsurarius non sit. V. F.

1 ☞ Vendito censu super fructibus certi fundi capiendo, fundus venditus non censetur.
2 Tempus contractus inspiciendū: ⁊ rescissio venditionis ob pretiū minoritatem an ⁊ quando fiat.
3 Verba an ⁊ quando ad modicum vel ad multum referri debeant.
4 Renuntiatio remedij cum iuramento facta, venditorem a quo excludat.
5 Simulatus contractus ob vsuras an ⁊ quando dicatur in vendendo.
6 Pignoris fructus in sortem imputantur.
7 Ratum quis habere non potest quod suo nomine factum non est.
8 Interesse alicuius per lapsum temporis an ⁊ quando desinat, ⁊ per consequens actio pro eo competere.



Asseritur In facto, ꝙ pridem de anno Domini millesimo. cccc v. ⁊ de mense Decembris prouidus vir Guilhelmus de Balneolis apothecarius ville Tarasconis vendidit ⁊ titulo vere, pure, perfecte, ⁊ irreuocabilis venditionis tradidit seu quasi nobili ⁊ egregio viro do. Hugonino Raymundi in legibus licentiato loci Belliquadri, licet tunc absenti, nobili ⁊ honorabili muliere domina Sileta Raymunda eius vxore ⁊ veluti vxore et coniuncta persona, ac notario publico vt communi ⁊ publica persona presentibus, stipulantibus, ⁊ recipientibus pro ⁊ nomine eiusdē do. Hugonini, florenos quinqꝫ censuales monete tunc currentis, cum toto eorum maiore et directo dominio ⁊ segnoria, annis singulis ⁊ perpetuo per ipsum do. Hugoninū ⁊ suos heredes, ⁊c. percipiendos in ⁊ super quibusdam terris inibi plenius mentionatis, et que dicuntur esse septem summatarum terre in vniuerso, paulo plus vel minus, ⁊ hoc pretio quinquaginta florenorum monete prementionate. Et si dicti quinqꝫ floreni cum maiore directo dominio ⁊ segnoria eorundem ac ipsorum iuribus tunc plus valerent, aut imposterū valituri essent pretio supradicto, etiam si vltra dimidiaꝫ iusti pretij summam excederent, ⁊c. illam maiorem valentiā, quantacūqꝫ tunc esset vel foret imposterum, idem Guilhelmus venditor per se ⁊ suos, ⁊c. dedit, donauit, ⁊ remisit dicto domino Hugonino, licet tunc absenti, stipulantibus ⁊ recipientibus quibus supra ⁊ nomine quo supra; ⁊ hoc tam ratione ⁊ ex causa vēditionis predicte, ꝗ etiam donationis mere, firme, pure, ⁊ simplicis, rateqꝫ, ⁊ irreuocabilis. Hanc autē venditionem, donationem, ⁊ cessionem promisit, cōuenit, ⁊ ad sancta Dei euangelia iurauit idem de Balneolis per se ⁊ suos dicto do. Hugonino, quibus supra stipulantibus, ratas, gratas, firmas, ⁊ validas habere perpetuo, tenere ac etiam obseruare, ⁊ nunꝗ contra facere, dicere, excipere, opponere, nec venire arte aliqua vel ingenio de iure

vel de facto, aliqua ratione vel cauſa, &c. Poſt hec eiſdem
anno, menſe, & die, & vt puto incontinenti, dicta domina
Sileta promiſit & ad ſancta Dei euangelia iurauit prefa-
to Guilielmo de Balneolis infra quinque dies tūc proxi-
mos facere ꝙ dictus do. Hugoninus eidē de Balneolis
daret terminum octo annorum infra, quem poſſet pretio
prementionato redimere dictos quinque florenos. Nunc
autem parte dicti Guilielmi pretenditur terras predictas
valuiſſe tempore venditionis antedicte & valere vltra du-
centos florenos. Propter quod dicit huiuſmodi vēditio-
nis contractum fuiſſe & eſſe nullum, aut ſaltē propter mi-
noritatem ſeu vilitatem pretij cum pacto de retrouenden-
do fuiſſe & eſſe ſimulatum, & pignoratitium, & (vt ita dixe-
rim) in fraudem vſurarum celebratum. Pretēdens quod
de dicto annuo cēſu quinque florenorum per dictum domi-
num Hugoninū vel ſucceſſores perceptum eſt, debere im-
putari in ſortem dictorum quinquaginta florenorum: & ſi
quid vltra receptum eſt, debere eidē Guilielmo aut eius
heredi dari & exſolui. ¶ Ex caſu ſuperius poſito elicitu-
tur dubia ſequentia: Primum eſt, an cōtractus predictus
dici poſſit nullus ex eo quod parte dicti Guilielmi ſeu
eius heredis allegatur in prima parte: ſcilicet pro eo quia,
vt pretendit, terre predicte valebant vltra ducentos flo-
renos. Secundum, an ſuppoſito ꝙ ex cauſa huiuſmodi nō
debeat dici nullus, debuerit ſaltem & debeat cenſeri con-
tractus ſimulatus, vel pignoratitius: & conſequēter an de-
buerint & debeant fructus percepti computari in ſortē, pro
eo quia prefata domina Sileta conuenit & promiſit ſe fa-
cturam ꝙ prefatus do. Hugoninus daret terminum, &c.
Tertium, an eo ipſo ꝙ idē do. Hugoninus ratificauit em-
ptionem ſuperius mētionatam, cenſeatur etiam ratificaſſe
promiſſionem factam per dictam do. Siletam, de faciēdo
ꝙ idem do. Hugoninus daret terminum, &c. & conſequen-
ter an idem do. Hugoninus, ſi viueret, poſſet cogi ad reuen
dendum dictum cenſum: & quid de eius herede vel ſucceſ-
ſore. Quartum, an dicta domina Sileta teneatur ad inter-
eſſe, ſi heres predictus vel ſucceſſor cenſum vendere nolit.
¶ Viſo caſu predicto, & dubijs ex eo elicitis, dico & reſpō-
deo ad dubia huiuſmodi prout infra. Premittēs pro ſo-
1 lutione primi queſiti, ꝙ, vt † colligitur ex caſu predicto, et
apertius ex inſtrumento prementionate venditionis, pre-
dicte due terre non leguntur vendite eidem domino Hu-
gonino: ſed venditi fuerunt quinque floreni cenſuales, cum
dominio directo, &c. hoc enim clare ſonant verba predicti
inſtrumēti: que veniūt attendenda. c. in memoriā. xix. diſt.
c. in his, de priuilegijs. c. ſi Papa, & quod ibi Gemi. de pri
uileg. in. vi. pro quo facit quod notat gloſ. in. c. ſi Romano
rum, ſuper verbo membranas, diſtinct. xix. & in. c. ſic enim:
ibi, Item vbi ait ecce ego Paulus, &c. xxviij. queſt. j. Non
igitur debet ſimpliciter attendi quantum valuerint terre
predicte, que vt dixi ſimpliciter vendite non ſunt: ſed quā-
tum valebat dictus cēſus annuus quinque florenorū, cū do-
minio directo, &c. quia cēſus huiuſmodi cum dicto domi-
nio vēditus eſt. Premitto etiam ꝙ hic attēdi nō debeat
quātū hodie valeat dictus cenſus cū dicto dominio dire-
cto: ſed quantum valebat tempore facte vēditionis, de qua
2 ſupra. Tempus † enim contractus inſpiciendum eſt. l. ex
mille. §. j. ff. de euictio. l. ſi voluntate. C. de reſcin. vend. et. c.
cum cauſa, de emptio. & vend. not. gloſ. in. c. cum dilecti, eo.
titu. Eſto igitur ꝙ propter meliorationem predictarū ter-
rarum, aut quia hodie etiam ſine melioratione magis ap-
pretiarentur cenſus predictus & dominiū directum earun
dem terrarum, vel alias, ꝙ̃ tempore facte venditionis: nō
propterea concluderetur dictum Guilielmū fuiſſe leſum.
Quibus premiſſis, dico & reſpondeo dictum contractum
non potuiſſe nec de iure debuiſſe dici nullum ſimpliciter
propter pretij minoritatem: etiā ſi verum eſſet ꝙ idē Gui-
lielmus re ipſa leſus aut deceptus extitiſſet vltra dimidiā
iuſti pretij. l. ij. C. de reſcin. vendi. c. cum dilecti, &. c. cū cau-
ſa, ſuperius allegatis. Fateor tamen ꝙ propter huiuſmo-
di leſionem, ſi tanta interueniſſet, & nulla eſſet facta mētio
de donatione pluris, & etiam non interueniſſet iuramen-
tum: debuiſſet id quod deerat de iuſto pretio ſuppleri,
aut venditio reſcindi. d. l. ij. & alijs iuribus ſuperius alle-
gatis. Sed propter donationem pluris, de qua ſupra, ex-
cluſus eſt idem Guilielmus a dicto remedio, per id quod
notat Bart. & Alexan. de Imol. in. l. ſi quis cum aliter. ff.
de verb. oblig. Bald. & Salice. in. l. ij. C. de reſcind. vend. &
Ange. Aret. in. §. actionum. verſic. quero quid ſi in inſtru
3 mento, inſtit. de actio. Nec opponat aliquis, ꝙ illa † verba,
Si vero dicti floreni ex nunc plus valent, &c. poſita in in-
ſtrumento venditionis antedicte, debeant referri ad modi
cum. l. ſi libertus. ff. de oper. liber. l. hec adiectio. ff. de verb.
ſigni. & argu. l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbit. Quoniam
reſpōdeo ꝙ hec procedere poſſent vbi non eſſent alia ver-
ba adiecta, prout hic: vbi adiecta ſunt verba ſequētia, etiā
ſi vltra dimidiam iuſti pretij, &c. Per que verba clariſſime
apparet dictum Guilielmum de Balneolis voluiſſe face
re donationem, & illam feciſſe de illo pluri, etiam ſi excede
ret dimidiam iuſti pretij: quod facere potuit, vtpote mode
rator rei ſue. l. in re mandata. C. manda. & l. polla. C. de ijs
4 quib. vt indig. Idem † etiam Guilielmus renuntiauit. d.
l. ſecunde, & iurauit, vt predixi, non venire contra. Propter
que etiā excluſus eſt a remedio dicte. l. ij. C. de reſcinden.
vendit. &. c. cum cauſa, ſuperius allegati, vt apparet ex ijs
que notant gloſ. & doct. in. d. l. ij. & in. d. c. cum cauſa. Con-
cludo igitur ſuper iſto articulo, venditionem ſeu contra-
ctum ſuperius mentionatum nō poſſe dici nullum ex illo
primo capite, ſcilicet pro eo ꝙ ſe pretendit idem Guiliel-
mus ſeu eius heres fuiſſe leſum vltra dimidiā iuſti pretij.
¶ Venio ad ſecundum queſitum: ſuper quo premitto, ꝙ
5 an pretij vilitas cum pacto de retrouendendo faciat preſu
mi contractum, licet ſonantem in venditionem, eſſe pigno
ratitium, & in fraudem vſurarū celebratum, maxime quan
do emptor erat vſurarius, ſunt opiniones. Iacobus enim
de Are. & Cy. in. l. iij. C. plus val. quod agi. quos ibi ſequū-
tur Bald. & Salicet. tenent ꝙ ex his iudicari non debeat
contractus pignoratitius, ſeu vſurarius. Et nituntur re-
ſpondere ad. c. ad noſtram, de empt. & vendit. &. c. illo vos,
de pigno. que videntur facere contra eorum opinionem, ꝙ
ibi erant alia indicia. Hāc etiam opinionem ſequutus eſt
Ange. Are. inſtitu. de except. in princ. verſic. predicta ta-
men, &c. Alia fuit opinio gloſ. in. c. conqueſtus, de vſu. & in
d. c. ad noſtram, ꝙ illa duo ſufficiant ad hoc vt preſuma-
tur talis contractus eſſe pignoratitius, vel ſimulatus in
fraudem vſurarū. Et hec opinio videtur mihi magis com
munis, preſertim inter canoniſtas: cū ea enim tranſit Ar-
chidia. in. c. plerique. xiiij. q. iij. Ioan. de Imol. & Anton. de
Butr. in. d. c. illo vos, de pigno. & Panor. in. d. c. ad no-
ſtram: qui etiam pro hac parte conſuluit conſil. lxxvj. exor
diente, Tria ſuccincte videnda ſunt primo an vēditio, &c.
verſic. & nimirum quia etiam in caſu magis dubitabili, &c.
Et pro hac opinione dicunt canoniſte eſſe bonum tex. in. d.
c. ad noſtram. Qua opinione preſuppoſita pro vera, vide-
tur dicendum ꝙ niſi in inſtrumento venditionis mētio-
nate eſſet facta donatio illius pluris, deberet contractus
predictus iudicari pignoratitius & ſimulatus: ſed quia hic
non ſolū eſt facta vēditio de illis quinque florenis cenſuali-
bus & dominio directo, &c. pro pretio quinquaginta flore
norum: ſed etiā eſt facta donatio pluris valoris, etiā ſi hoc
plus excederet dimidiam iuſti pretij, & ita videntur fuiſſe
duo contractus: vnus videlicet vēditionis factus vel de
dictis quinque florenis annualibus & dominio directo, vel
de illorū ea quātitate ſeu parte, cuius pretiū iuſtum exiſte-
rēt quinquaginta floreni: & alius donationis facte de plu-
ri quantumcunque exiſteret. Et hec fuit vera & mera dona-
tio quoad illud plus, vt colligitur ex ijs que not. Roma.
in. l. ij. in princ. ff. de verb. obligat. Petr. de Anch. & Ioan.
de Imo. in. d. c. cum cauſa, de empt. & vend. Sentiūt enim
ꝙ vbi illud plus donatum excederet ſummam legalem, re-
quireretur inſinuatio: quod non eſſet, niſi eſſet vera dona-
tio. Etiam ꝙ ſit vera donatio illius pluris quando exce-
dit dimidiam iuſti pretij, tenuit Bal. C. de contrah. empt.
ſuper rubr. verſic. duodecimo quero, &c. pro quo allegat. l.
ſi quis donationis. ff. eod. tit. Que ſi ita ſe habeant, vide-
tur dicendum ꝙ hic dici non poſſit interueniſſe vile pre-
tium: cum ſolum cenſeatur venditio de dictis quinque flo-
renis cenſualibus & dominio directo: quod vendi potuit
dicto pretio quinquaginta florenorum, tanꝙ̃ pretio iuſto:
reſiduum vero ſeu plus, de quo ſupra, cenſeri debeat do-
natum. Et ſic videtur hunc caſum eſſe multū diuerſum ab
illo de quo loquitur gloſ. & doct. in. d. c. ad noſtrā, & doct.
in. c. illo vos, ſuperius allegato. Preterea attēdendū eſt,
ꝙ (vt audio) prefatus quondam do. Hugoninus nullum
pactum fecit de retrouēdendo: nec aliud reperitur, niſi ꝙ
(prout ſupra dixi) prefata domina Sileta facere promiſit
ꝙ idē do. daret terminū, &c. inter que eſt differētia. Aliud
eſt enim paciſci de dando terminū, &c. aliud eſt dare termi
num, &c. quemadmodum aliud paciſci de vendēdo, & aliud
vendere, vt voluit Bart. in. l. ſingularia quedam precepta.
ff. ſi cert.

ff. si cert. petat. ⁊ Alexan. de Imol. in. l. Iulianus. §. offer-
ri, vbi allegat multos. ff. de actio. empti, Paul. de Castr.
consil. xlij. exordien. Tria que faciunt pro dicto Guliel-
mo, ⁊c. ⁊ Franc. de Aret. consi. xxviij. exordien. Diligēter
animaduersis ijs, ⁊c. quod maxime procedere debet in hoc
casu: vbi non idem do. Hugoninus pactus est vel conue-
nit de dando terminū, ⁊c. sed prefata domina Sileta: que
etiam non reperitur promisisse nomine dicti do. Hugoni-
ni eius viri dare terminum: sed promisit facere apud eum
ꝙ ipse daret terminū, ⁊c. Ex quibus omnibus videtur con
cludendū in hoc articulo, sub correctione cuiuslibet domi-
ni melius sentientis, dictum contractum non esse censen
dum pignoratitium, vel in fraudem vsurarum celebratū,
propter pretensam pretij vilitatem ⁊ pactum de retrouen-
dendo: ⁊ consequenter sequitur ꝙ dictus quondam domi.
Hugoninus ⁊ successor fecerunt fructus suos, nec tenean
6 tur eos imputare in sortem. Licet enim † fructus ex pigno
re percepti imputentur in sortem. l. j. ⁊. ij. C. de distract. pi-
gno. ⁊. l. iij. C. de pig. actio. secus tamen est in re vendita, ⁊
que per venditionem facta est emptoris. ¶ Ad tertium
respondeo ꝙ cum, vt predixi circa finem responsionis fa-
cte ad secundum quesitū, prefata domina Sileta non repe
riatur conuenisse aut promisisse nomine dicti Hugonini
eius viri, ꝙ daret terminum, ⁊c. sed legitur promisisse se fa
cturam apud eum ꝙ ipse daret terminum, ⁊ sic fecisse hanc
promissionem nomine sui ipsius: non censetur nec censeri
potuit idem quondā do. Hugoninus ratificasse hāc pro-
7 missionem, vtpote suo nomine non factam: quia † ratum
quis habere non potest ꝙ ipsius nomine non est gestū, re-
gula ratum quis, ⁊ quod ibi glos. de regu. iur. in. vj. ¶ Ad
quartum videtur dicendum ꝙ nisi prefatus de Balneolis
vel eius successor diligentiam fecerint de redimendo cen-
sum ⁊ dominium directum superius mentionatos, saltem
infra terminum octo annorum, quem dari facere ad illos
redimendum promiserat dicta domina Sileta: non possit
idem Guilielmus vel eius heres pretēdere interesse. Esto
enim ꝙ terminus huiusmodi eidē Guilielmo datus ⁊ cō-
cessus extitisset iuxta formā promissionis facte per prefa-
tam Siletam: non potuisset tamen ipse vel dictus heres
experiri, vel petere fieri reuenditionem post terminum. l. si
fundū. C. de pact. conuen. de quo Archid. in. d. c. pleriqꝫ.
8 xiiij. q. iij. ⁊ doct. in. d. c. ad nostrā. Et sic † cum per lapsum
termini dictorum annorum desierit interesse dicti Gui-
lielmi venditoris, vel prefati eius heredis: non potest idē
heres pretextu huiuscemodi promissionis cōuenire dictā
dominam Siletam, etiam dato ꝙ idem quōdam Guiliel-
mus, vel prefatus eius heres damnum passus extitisset:
quia istud non videtur contigisse culpa ⁊ defectu dicte do
mine Silete: sed potius culpa ⁊ defectu eiusdem quōdam
Guilielmi, qui durantibus octo annis non reperitur fe-
cisse aliquam diligentiam pro redemptione cēsus ⁊ domi-
nij directi superius expressorum: quo casu si desinit inter-
esse, desinet ⁊ actio competere, per ea que notant doct. in. l.
qui autem. §. illud tenendum, cum suis simili. ff. si quis cau
tio. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domi-
ni melius sentientis.

¶ Rubr. De subditis vasallo. ¶ Epito. ¶ Consil. xlj.

¶ Principis, nō autē meri vasalli est cōstructionē molē-
dinorū ⁊ furnorū pro libito ꝓhibere. Sed ⁊ nec principis
nec vasalli est pascuis municipij abuti, ⁊ ibi officiarios cō-
tra morem creare: sed creatos interdum deponere. V. F.



Viso Casu mihi exhibito parte vniuer
sitatis ⁊ hominū loci Cotiniaci,
⁊ dubijs ex casu huiusmodi elicitis: dico
⁊ respondeo ad dubia huiusmodi prout
infra. Et primo ad primum, ꝙ licet vni-
uersitas ⁊ homines prefati ab antiquissi-
mis temporibus pro molendis eorum bladis accesserint
ad molendina domini eiusdem loci, vel ad alia per parti-
culares constructa in locis ⁊ predijs sibi datis in emphy-
teusim per eundem dominum, aut eius predecessores, pro
inibi edificandis aut construendis molendinis: non pro-
pterea impedienda est vniuersitas vel homines eiusdem
loci quominus, sibi edificent ⁊ faciant in suis predijs mo-
lendina: in quibus ⁊ sua blada ⁊ aliorum molant aut mo-
li faciant, ⁊ emolumētum quod inde percipitur recipiant.
1 Cuiqꝫ † enim licitum est edificare in suo etiā vsqꝫ ad celum,
etiam dato ꝙ alieno vel alteri noceat. l. fluminum. §. fina.
cum duabus sequentibus. ff. de damno infecto. l. si in meo.
ff. de aqua plu. arcen. ⁊. l. fin. ⁊ quod ibi Ang. ff. de vsucap.
l. altius. ⁊. l. ⁊ si in edibus. C. de seruit. l. fin. ff. de seruit. ⁊. l.
fin. §. penult. ff. quod vi aut clam, ⁊. c. significante, ⁊ quod
ibi Ostien. Ioan. And. in nouel. Panor. ⁊ doct. de appel.
⁊ Bar. Cepol. in suo tractatu seruitut. sub rubri. de furno.
Quamuis enim dominus ipse vel alij, qui ibi longo aut lō-
gissimo tempore molendina habuerūt, prohiberi non pos-
sint quominus eis vtantur. l. si quis diuturno. ff. si seruit.
vend. ⁊. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotid. ⁊ esti.
⁊ argu. l. in summa. §. idem labeo ait. ff. de aqua plu. arcen.
2 ipsi † tamen dominus vel homines habentes molendina
alios impedire vel prohibere non possunt quominus mo-
lendina faciant, nisi probent hanc seruitutem sibi deberi,
vel pacto habito cum predecessoribus, vel quia alias cum
vniuersitas vel homines vellent facere molendina, fuit
eis inhibitum per dictum dominum, vel eos qui habent
molendina: ⁊ ipsi acquieuerunt inhibitioni, ⁊ postea com-
pleta est prescriptio: quo casu, vt dicunt Ostiens. ⁊ Ioan.
And. in. d. c. significāte, de appel. intelligi potest. l. ⁊ in pro-
uinciali, ⁊. l. si manifeste. C. de seruit. arg. l. j. C. que sit longa
consuet. Non autē inchoatur nec currit prescriptio huius-
modi, nisi a tempore quo ipsi voluissent edificare molen-
dinum, ⁊ propter prohibitionem sibi factam destitissent,
vt not gl. ⁊ doct. in. l. qui luminibus. ff. de seruit. vrb. pred.
⁊ in. l. j. C. de seruit. vt notat Bald. in. l. item lapilli, versic.
tertio quero. ff. de rer. diui. ⁊ Cepola in. d. rub. idem etiam
notant canoniste in dicto. c. significātę. Facit quod voluit
Bald. in. §. prediorum, versic. deinde quero quando quis,
3 ⁊c. instit. de seruit. vbi † referēs Pet. dicit, ꝙ seruitutum

quedam sunt affirmatiue, vt aque ducende, iter, actus, τ si-
miles: quedam negatiue vt ne altius edifices. Et in nega-
gatiua seruitute dicit non acquiri possessionē nisi vicinus
volens vti libertate fuerit prohibitus ne vteretur, τ ipse
prohibitus huic prohibitioni obtemperauit: ex hoc enim
tempore prescribere incipit seruitutem, non ante. l. j. C. de
seruitu. τ. l. fin. ff. quēadmo. seruitu. amittan. Et quod dixi
de molendino, intelligo de furno, per easdem rationes: de
quo etiam videri potest per Petr. Jaco. in suis libel. sub
rubr. libel. de furn. maxime in versic. sed dico ꝙ si in dicto
castro non fuit aliquis furnus, τc. Dico preterea ꝙ si vni
uersitas τ homines prefati vellent accedere ad alia molen
dina pro molendis eorum bladis, ipsi possunt hoc facere:
ꝙuis longissimo tempore illa moluerint aut moli fecerint
in molendinis superius mentionatis, vt post Pet. voluit
Bald. in. d. l. j. vers. τ ex predictis infert Pe. τc. C. de serui.
Talis enim accessus fuit per modum cuiusdā facultatis,
τ cuius pretextu pretendere non possunt dominus vel ho
mines prefati habentes molēdina se adeptos alicuius iu-
4 ris quasi possessionem. Et quia † etiam seruitus nō cadit
in libero homine, nec ei⁹ quasi possessio: nec obligatio per-
sonalis inducitur per prescriptionem. l. obligationuz fere.
§. placet. ff. de actio. τ obligat. hec Bal. vbi supra. Idē not.
Ambro. de Vina. in repetit. l. de quibus, versic. idem dico
ego si omnes de populo veniant ad molendum ad molen
dinum tuum, τc. ff. de legi. Pro quo allegat. l. viam publi-
cam. ff. de via publi. Cum enim dictus accessus factus fue
rit, vt predixi, per modum cuiusdam facultatis, nō potest
dici prescriptum, dicta. l. viam publicaz. Et hec intelligo,
vt superius dixi in alio puncto, nisi alias fuisset inhibitum
vniuersitati, vel maiori parti huiusmodi dicti loci Coti-
niaci ne ad alia molendina accederēt, τ ipsi paruissent in-
hibitioni huiusmodi: τ post inhibitionem esset completa
prescriptio. Dixi notanter nisi esset facta prohibitio vni-
uersitati vel maiori parti: quia non suffecisset nec suffice-
ret inhibitionem huiusmodi esse factaz minori parti pre-
dictorum hominuz, vel aliquibus particularibus, vt etiā
dicit Pet. Jaco. in loco preallegato. Sed forte ad premis-
sa opponetur de eo quod notat Ostiens. τ sequitur Joan.
Andr. in. d. c. significante, de appel. notat enim ꝙ licet ille
qui longo tempore vsus est furnis aut molendinis alium
volentem de nouo edificare furnum vel molendinum pro-
hibere non possit, nisi probet hanc seruitutē sibi deberi vel
ex pacto cum predecessoribus habito, vel quia alias vo-
lens edificare fuit prohibitus, τ ille acquieuit prohibitio-
ni: hoc tamen fallit in domino ville, qui hanc seruitutē si-
bi deberi asserit: de quo sentire videntur, ꝙ ipse possit pro-
hibere, etiam si non probet ex pacto vel prescriptione sibi
deberi seruitutem: pro quo allegant. c. quo iure, distin. viij.
Quod si ita est, videtur ꝙ dominus Cotiniaci prohibere
valeat ne fiant molendina, etiam si non probet sibi deberi
seruitutem. Sed puto ꝙ hoc non obstet: quia cum tex. per
Osti. τ Joan. And. allegatus loquatur non in omni domi
no alicuius loci seu ville, sed in principe: ipsi debent intel-
ligi loqui de domino ville eodemq́ principe: non de alio
inferre: quia glos. τ docto. intelligendi sunt secunduz iura
que allegat, vt voluit Bartol. in. l. non solum. §. liberatio
nis. ff. de libera. lega. τ post multos alios doct. Alexan. de
Jmol. in. l. si constante, versic. tertio respondent ꝙ glos. il-
la, τc. ff. solut. matr. Idem sentit Alexand. de Jmol. in. l. si
prius, versic. in eadem glos. ibi eodem ipso, τc. ff. de no. ope.
nuntia. τ consil. cxxxviij. exordien. Opportune cōsideratis
ijs, τc. versic. non obstat quod not. Dyn. in. c. j. τc. Cū igi-
tur ipse do. Cotiniaci nō sit princeps, vel dominus supre-
mus dicte ville Cotiniaci, non videtur in eo habere locum
quod dicunt Ostien. τ Joan. And. vbi supra. Pro quo fa
cit ꝙ notant Ostien. Joan. And. Panor. τ Benedic. in. c.
nimis, de iureiuran. Ex quorum dictis illud colligitur, ꝙ
5 † domini terrarum non habent fundatam eorum intētio-
nem super singularibus rebus τ possessionibus terrarū hu
iusmodi, nisi aliud probetur. Quo vero ad iurisdictionem,
fateor ꝙ res temporales subsunt dominis locorum, τ sub
eorum iurisdictione censentur. l. incola. ff. ad munici. l. for-
ma. §. si vites. ff. de censi. τ. l. j. §. cum vrbem. ff. de off. prefec.
vrb. Multa enim sunt bona allodialia: τ a iure primeuo
omnis persona τ omnis terra libera est, nisi inquantū vio-
lentia est illata. §. ius autem gentium, institut. de iur. natu.
§. j. instit. de liber. τ Genes. xlvij. c. notant Ostien. τ Joan.
And. in nouel. in. d. c. nimis. ¶ Ad secundum dubiū, quo
queritur an dominus de Cotiniaco pascua hominib⁹ pre-
dicte vniuersitatis pro eorum aueribus depascendis neces
saria vendere possit extraneis, τ aueria extranea vsum ho
minum absorbentia in territorio eiusdem loci immtttere,
dico τ respondeo, ꝙ licet quoad iurisdictionem territoriū
eiusdem loci sit eiusdem domini. l. pupillus. §. territoriuz.
ff. de verbo. signific. l. extra territorium. ff. de iurisd. omniū
iudic. c. fin. de constit. in. vj. τ. l. bene a zenone. C. de quadr.
prescript. est tamen ciuium τ incolarum quoad pascua, et
alias explechias. l. omnes. C. de ope. publi. l. omne territo-
rium. C. de censib. lib. xj. l. ij. in fin. τ quod ibi Bar. τ Jaco.
Rebuffi. C. de pascu. publi. τ idem Bart. in. l. fin. C. in qui.
6 cau. colo. vel censi. eod. lib. Et ꝙuis, † vt predixi, dominus
habeat iurisdictionē castri: nihil tamen potest in pascuis,
nisi vt incola: cū illa sint vniuersitatis τ hominū dicti ca-
stri cui adheret territorium. l. in tātum. §. vniuersitatis. ff.
de rer. diuis. facit. l. cum satis. §. caueant. C. de agri. τ censi.
lib. xj. Ex quibus infero non licere dicto domino Coti-
niaci vendere extraneis vel locare pascua dicti territorij:
quod etiā fuit de mēte τ opinione Pet. Antibo. viri pro-
fecto bene docti, τ illarum partium, prout ipse notat in suo
diuersorio, versic. exoritur ex his alia questio vtrum domi
nus alicuius castri posset apascayrare, τc. Et quamuis in
multis locis de consuetudine, que secundum eum non cō-
suetudo, sed corruptela, vtpote a radice auaritie procedēs
dicenda est, seruetur contrarium: non tamen possunt do-
mini tantam animalium quantitatez in illo introducere,
ꝙ animalia hominū dicti loci arceātur a pascuis, ar. l. j. C.
de pascuis publi. τ per alia iura, que idē Antibo. in. j. par
te predicte questionis satis plene inducit. Facit ad predi-
cta quod volunt Ostiens. τ Joan. And. in nouel. τ alij in
c. dilecti, de arbit. vbi notant ꝙ licet induci possit cōsuetu-
do, vt militi vel hominibus vnius castri ligna scindere li-
ceat, vel animalia sua depascere infra limites alterius, et
sit huiusmodi consuetudo obseruata, dum tamen nō vio-
lenta, sed pacifica τ prescripta existat, argu. c. cum sint, τ. c.
ad apostolice, de decimis. d. l. si quis diuturno. ff. si serui.
vendi. l. ij. §. fin. ff. de aqua pluui. arcen. τ. c. super quibusdā.
§. preterea, cum suis simili. de verbo. signifi. tamen vbi ne-
mus vel pascua vtrisq́ non sufficerent, tunc preferēdi es-
sent illi, quorum essent pascua siue nemus, argumento. c.
suggestum, de deci. c. quid per nouale, de verbo. signi. τ est
bonus text. in. l. preses. C. de serui. τ. l. venditor. §. si cōstat,
τ quod ibi Paul. de Castr. ff. commu. predi. Ergo a simili
presupposito ꝙ prefatus do. Cotiniaci τ sui predecessores
vendiderint extraneis, vel locare consueuerint pascua ter
ritorij dicti loci: si tamen pascua huiusmodi non sufficiunt
animalibus hominum vniuersitatis dicti loci, cuius sunt
ista pascua, vt predixi, τ animalibus extraneis per ipsum
dominum immissis, vel que immittere vult, est ipse domi
nus inhibendus ne hoc faciat. Que si procedant vbi pre-
fati domini vendere vel locare cōsueuissent pacifice, quie-
te, τ sine violētia, multo fortius locuz habent vbi cū vio-
lentia, vel etiam non bona fide hec facta sunt, no. Ostiens.
in. d. c. dilecti, versic. hec autem intelligas. Quinimo non
potuit per dictos dominos per tales actus violentos ius
acquiri. c. quoniam omne, de prescript. τ regula possessor,
7 de reg. iur. in. vj. Quibus † adijcio, ꝙ vbi dominus habet
animalia propria, τ vellet tantam quātitatem tenere τ de-
pascere in dicto territorio, ꝙ territorium huiusmodi illis
τ animalibus predictorum hominum non sufficeret: tunc
esset veniendum ad diuisionem dicti vsus depascendi, vt
tam ipse dominus, ꝙ singuli ciues, habitatores τ incole
pro rata immittere possent, ita ꝙ ipse dominus nō absor-
beat totum territorium: nec etiam ipsi homines, argum. l.
imperatores. ff. de seruitu. rust. predi. facit. l. communi di-
uidundo. §. cum de vsufructu. ff. commu. diuidun. τ ita in
simil. dicit Albe. in. l. nemo. §. sed τ flumina. ff. de rer. diui.
¶ Venio ad tertium quesitum: quod est super deputatio-
ne in baiulum illius magistri Antonij Pequi: quod sub-
diuiditur in multa particularia dubia: ad que respōdeo vt
8 sequitur. Et primo † ad primum dico, ꝙ de iure communi
ciuis non prohibetur exercere officium in loco originis,
vt colligitur ex ijs que notant glos. Bart. Alex. de Jmol.
τ doctor. in. l. presidis. ff. si certum petat. si tamen verum sit
ꝙ curia vel dominus det gaygia seu stipēdia baiulo dicti
loci: puto ꝙ ipse Pequi baiulus esse non possit: obstat
enim eidem statutum hoc fieri prohibens, τ a quo solū ex-
cipiuntur inferiores, τ non omnes: sed illi duntaxat, qui-
9 bus a curia non dantur gaygia. Illud † enim relatiuum
quibus, restringit illud nomen inferioribus. l. ea tamē ad-
iectio, cum

iectio, cum suis simili. ff. de legat. iij. Et ita innuitur q ad
hoc vt originarius possit esse officiarius in loco originis,
ille sit de inferioribus, & q sibi non dentur stipendia seu
gaygia a curia: & hoc statutum seruandum est, q̄uis iuri
communi contrariũ. l. omnes. ff. de iustit. & iur. Ad aliud,
10 quo † queritur an pendente lite super oppositione aduer-
sus deputationem seu cõstitutionem factã de dicto Pe-
qui, & tam aduersus euz, q̃ aduersus alios officiarios, sint
alij officiarij eorũ loco subrogandi: an vel cogatur ipsa vni
uersitas coram ipsis comparere, & iudicium subire, vel te-
nere consilium. Respondeo q Specul. tit. de censi. §. vi-
dendum, versic. pone Titius, &c. dicit q si electo in pote-
statem alicuius castri aliqui se opponant, dicẽtes electio-
nem non valere: non debet ipse electus pendente lite exer
cere officium, si non inchoauerit. l. qui status. ff. de re mili.
secus vero si ante oppositionem inchoauerit. l. vnic. §. fin.
ff. nihil noua. appel. penden. & l. reus. §. j. ff. de muner. & ho-
norib. & cum eo transit Joan. And. Propter quod dico q
licet Specu. loquatur in electo: tamen idẽ videatur in con
stituto, & per consequens q si anteq̃ dictus Pequi offi-
cium exercere inchoauerit, vniuersitas vel homines pre-
fati aduersus eum & constitutionem de eo factam se oppo
suerint, non debeat idem Pequi officium exercere pẽden
te lite. Preterea etiam existimo q vbi idem Pequi accu-
saretur, vel contra eum inquireretur de illis excessibus et
delictis, de quibus fit magnus sermo in casu mihi exhi-
bito: non deberet idem Pequi pendente processu accusa-
tionis vel inquisitionis huiusmodi exercere officium ba-
iulie. d. l. reus. ff. de muner. & hono. l. j. C. de re. postu. Pro
quo facit. l. reum criminis. C. de procurato. & quod notant
Innoc. & docto. in. c. accusatum, de simon. Insuper etiã cuz
ratione huiusmodi impugnationum cõtracte fuerint ini-
micitie inter eundem Pequi & prefatam vniuersitatem et
homines, posset ipse, vbi predicta non sufficerent, recusari
tanq̃ suspectus. Ad id vero quod vlterius queritur, an
11 † idem Pequi potuerit in dicto officio refirmari non fa-
cto syndicatu: dico q non. l. neminem, & quod ibi Barto.
Ange. Jacob. Rebuf. & Joan. de Platea. C. de suscep. &
adequa. lib. xj. Ad aliud vero, quo queritur an illa de qui-
bus in dicto casu, si probata extiterint, sufficiant ad eum &
sequaces remouendũ ab officio: dico q sic. Licet enim ba-
iulus sit ibi membrum honorabilius inter ciues: nõ pro-
pterea deberet dedignari obseruare cõstitutiones siue or-
dinationes cõsilij factas pro bono publico, vtpote pro cõ-
seruatione fructuum, vel alia communi vtilitate: quẽad-
modum nec dedignatur imperator, licet legibus solutus
sit, se legibus alligatum profiteri. l. digna vox, cum ibi no
12 tatis per glos. & doct. C. de legi. Certũ † est enim q vniuer-
sitates possunt facere statuta vel ordinationes circa guber
nationem rerum suarum: dummodo non sint ambitiosa.
l. j. & ij. ff. de decre. ab ordi. facien. hoc not. Inno. & Ostien.
in. c. cũ accessissent, de constit. & Joan. Andr. post Cõpos.
in. c. cum Joannes, eo. tit. in nouel. pro quo allegari solet.
l. j. §. ij. ff. quod cuiusq; vniuers. Et non solum hoc possunt
ipse vniuersitates seu eorum parlamenta: sed etiam syndi-
ci & consiliarij, qui representant totam ciuitatẽ seu vniuer-
sitatem, vt notat glos. in. l. sed ex dolo. ff. de dol. Angel. et
Joan. de Jmo. in. l. ita tamen, in princ. ff. ad Trebel. glo. in
rubr. C. que sit long. consuet. & in. l. alium. §. refertur. ff. de
13 regu. iur. Deberet † etiam idem baiulus studere pro pace,
siue pacatione ciuium & incolarũ dicti loci Cotiniaci iu-
xta ea que de preside prouincie dicuntur in. l. congruit. ff.
de offic. presid. Cõgruit enim, vt dicit ibi text. bono & gra-
ui presidi curare, vt pacata atq; quieta prouincia sit, quam
regit. Cui etiam conuenit alius text. authen. de mãdatis
principum. §. deinde, collat. iij. deinde inquit text. ad que-
storem sacri palatij & exconsulem conueniens est prouide-
re, vt nulli populi ciuitatum alterutri seditiones faciant:
sed omnem pacem esse ciuitatibus, dum equitas etiã hinc
nominis subiectis seruatur, & neq; lucri neq; cõpassionis
alicuius causa ad aliquam partium declinatur. Ubi etiam
dicit glos. potestates terrarum teneri ad fieri faciendas pa
ces. Pro quo videri potest quod habetur in. c. j. & per totũ,
de pace tenen. Ad pacem etiam faciendam inter subditos
monent Christi vicarius & concilia episcopos in. c. discor-
dantes. c. dissidentes. c. studendum. c. placuit, & c. percipi-
mus, distin. xc. Quorũ omnium cõtrarium, vt in casu po-
nitur, facit idem Pequi: qui non solum non querit pacez
facere inter ciues: sed partialitatem & diuisionem facit in-
ter eos: quod re vera non deberet dominus tolerare, si at-
tenderet ad. c. j. §. quicunq; aduocatiam, & quod ibi Bald.
de pa. tenen. & Alexan. de Jmol. in. l. diuortio. §. si fundũ.
14 ff. solut. matr. Dicunt † enim, q superior dominus potest
auferre castrũ vassallo, qui male tractat populos seu sub-
ditos suos: est enim castrum illud & populus eius supremi
principis: cuius propterea interest tanq̃ domini superio-
ris, ne dominus Cotiniaci vel dilaceret, aut eorum facul-
tates exhauriat, & ad paupertatẽ deducat: vel hec fieri ocu
lis conniuentibus patiatur per illum Pequi & suos col-
laterales. Si enim interist reipublice ne quis re sui ipsius
vtentis male vtatur, & propterea in hoc prouideat. §. fina.
instit. de his qui sunt sui vel alien. iur. multo fortius inter-
est principis superioris ne quis male vtatur re sui ipsius
principis, saltem ratione maioris dominij. Si enim pro-
pter deterioratẽ fundi fortasse rustici & feudalis debeat
fundus redire ad dominum: multo fortius hoc fieri debet
vbi non solum fundus, sed etiam homines male tractan-
15 tur per vassallum. Ad aliud, in quo queritur † an querele
ciuium faciant probationes, & an cõciues possint super his
testificari: dico & respondeo q non est credendum conque-
rentibus de dicto baiulo, propter inimicitiã aut suspicio-
nem inimicitie: sed vbi essent alij testes, etiam si essent ho-
mines eiusdem vniuersitatis: illi possent deponere contra
prefatum Pequi & pro dicta vniuersitate petente illũ re-
moueri ab officio, per ea que notant doct. in. d. l. in tantũ.
16 §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. Ad aliud, in quo † queri-
tur an illi septem vel octo recusantes cõtribuere in tallijs
ordinatis vel ordinãdis pro prosequutione harum litiu,
vt sunt illi officiarij, possint cogi ad soluẽdum talliã: dico
& respondeo q Pet. Antibo. si in ea parte eum corruptuz
non habeo, dicit in suo diuersorio, versic. quidam de vni-
uersitate litigabant, &c. q Specul. tit. de censi. §. nunc di-
cendum, versi. quid si damnum, &c. determinat indistincte,
illi litigantes debeant contribuere, &c. Ueruntamen ego
non reperio Specu. mouisse vbi supra hanc questionẽ: sed
bene querit Spec. nũquid si alicui datum est damnum in
castro vel villa, & agat ad emẽdationẽ damni huiusmodi,
debeat ipse contribuere. Sed iste nõ est casus noster. Di-
co ergo q, vt colligitur ex his que notat idem Antibo. ta-
les non tenentur contribuere in tallia, arg. l. ij. §. quod ve-
ro. ff. ad leg. Rhod. de iac. Pro quo facit. l. qui accusare.
C. de eden. & l. nimis graue. C. de testi. Et hoc videtur mi-
hi verius. Si vero contigerit, prout spero, q illi succum-
bant in causa, ipsi tenebũtur ad expensas ex causis victo-
rie. l. properandũ. §. sinautẽ. C. de iudi. Uenio ad quar-
tum quesitum principale: super quo dico q dictus domi-
nus Cotiniaci non fundabat intentionem suam de iure
communi super singularibus rebus & possessionibus loci
& territorij Cotiniaci: nec presumuntur bona huiusmodi
esse sua, vel teneri & possideri de & sub dominio directo &
maiore segnoria eiusdem domini, vt notãt Ostien. Joan.
And. Panor. & alij in. d. c. nimis, de iureiuran. & idẽ Pa-
nor. in. c. si diligenti, de prescript. Et sic si ante recognitio-
nes in dicto quesito mẽtionatas pretẽdebat idẽ dominus
bona predicta teneri & possideri de & sub domino eiusdẽ,
vel in feudum, vel in emphyteusim, seu ad accapitum: ipse
tenebatur hoc probare. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de
rei vendic. l. negantes. C. de actio. & obligat. & c. j. cum suis
17 simili. vt eccle. benefi. Dico preterea † q per dictas reco-
gnitiones non fuit idem dominus factus dominus supe-
rior & directus predictorum bonorum, si ante recognitio-
nes huiusmodi dominus non erat. l. assumptio, in princi.
ff. ad municipa. notant Cyn. Bart. & doct. in. l. cum falsa.
C. de iur. & fact. igno. Zenzel. quod etiam post eum videtur
sentire Joan. de Jmo. in clem. Romani, de iureiur. & Pe.
Jaco. in suis libel. sub rub. de rei vendic. versi. decimo po-
nit, &c. tamen per dictas recognitiones probantur esse ta-
les, donec ipsi recognoscentes probauerint cõtrarium, vel
q errantes vel in facto vel in iure fecerũt dictas recogni-
tiones, vt notant Cyn. Bart. & docto. in. d. l. cum falsa, ad
quos etiã remittit Joan. de Jmol. in. d. cle. Romani. Si
autem cum putarent homines eiusdem loci dicta bona te-
neri vel in feudum vel in emphyteusim a predicto domi-
no, cum tamen nõ esset verum, sed essent bona allodialia,
ipsi fecerint recognitiones de quibus supra: puto q reco-
gnitiones huiusmodi eis nocere non deberent probato
18 isto errore. Etiam † puto q si per metum sufficientem in-
ducti extiterint ad faciendum dictas recognitiones, ille
eisdem nocere non deberent. Ad quem metum probãdum
multum suffragabitur, imo forte sufficiet probare q nunq̃

recognouerant, nec pro bonis predictis censum soluerant domino dicti loci, per id quod dicit Joan. Andr. in c. j. de prescript. in. vj. Bald. in c. j. §. pactiones, de pace Constan. Alexan. de Jmol. in l. j. §. que onerande. ff. qua. re. acti. nō da. Aluar. in c. j. quali. vassal. iur. debe. fid. ⁊ Fran. de Are. consil. xiiij. ex ordiente, Viso ⁊ diligenter considerato, ⁊c. ⁊ consil. xxiiij. ex ordiē. Quatuor dubia, versic. videamus modo si ad inductionem, ⁊c. Ex quorum dictis colligitur, ꝙ cum recognitiōes predicte ⁊ solutio censuū non essent consuete, sed insolite: ille censentur ab ipso domino per metuz extorte. Non enim alias presumerentur ipsi homines con
19 cessisse eidem domino id quod sibi non deberent, ne † suuz iactare videātur. l. cum de indebito. ff. de probatio. Et hoc maxime debet procedere in hoc casu, vbi agebatur de magna effusione sui patrimonij, scilicet quoad maius ⁊ directum dominium omnium bonorum suorum immobiliū. Propter quod presumendum est, ꝙ hoc fecerint per im
20 pressionem. Contra † potentes enim de facili presumitur. l. nolumus. C. de testa. ⁊ l. j. C. de omni agro deser. libr. xj. Presumitur etiam pro viris rusticanis ꝙ metu hec ⁊ similia fecerint, arg. l. ij. ⁊ quod ibi Joā. de Pla. C. vt rusti. ad nul. obsequi. deuo. lib. xj. ⁊ l. j. C. de salga. hospi. lib. xij. Non possum tamen super impugnatione huiusmodi recognitionum conficere libellum, nisi viderim recognitiones: puto enim quod in eis interuenerit iuramentū de nō contraueniendo: ⁊ sic quoad illos recognoscentes, qui adhuc viuunt, opus erit dispensatione iuramenti: quoad alios vero erit via facilior. Ad id autem quod vlterius
21 queritur, a † quanto tempore peti possint arreragia censuum: dico ⁊ respōdeo: ꝙ illi qui sciunt se ad arreragia vel census huiusmodi teneri, non prescribunt. c. possessor male fidei, de regu. iur. in. vj. ⁊ quod notant docto. in c. fina. de prescript. ⁊ magis communiter legiste in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. Si vero ignorabant: puto ꝙ peti possunt arreragia incursa vel debita pro tempore elapso a triginta annis citra: non pro incursis seu debitis pro tempore precedenti. l. cum notissimi. §. in his, ⁊ quod ibi doct. C. de prescript. xxx. vel. xl. anno. ¶ Ad quintum quesitū di
22 co ⁊ respondeo † ꝙ, aut tallia de qua ibi est realis, vtputa quia soluitur ratione certe rei, ⁊ tunc quia pro tali tallia daretur iudicium possessorium possessionis repetende, si spoliaretur. c. querelam, ⁊ quod ibi doct. de elect. not. doct. in c. peruenit, de censi. non consulo ꝙ vniuersitas recuset vel deneget solutionem tallie huiusmodi. Si vero tallia huiusmodi sit mere personalis, vt quia non debetur respectu alicuius certe rei, tūc sunt opiniones: an videlicet pro tali prestatione, si subtrahatur vel denegetur per vniuersitatem vel homines qui talliā huiusmodi soluere consueuerunt, detur iudicium possessorium: de quibus in c. querelam, ⁊ c. peruenit, superius allegatis, ⁊ per legistas in. l. si certis annis. C. de pact. Et ꝗuis pro magna parte doct. iuris canonici consueuerint dicere ꝙ detur iudicium possessorium: docto. tamen iuris ciuilis vtplurimū solent dicere contrarium: ⁊ huius sententie fuit Barto. in. l. fina. ff. quo. bono. ⁊ Bald. in d. l. si certis annis. C. de pact. quod ante eos etiam voluerant ⁊ magis late Jaco. de Rauen. ⁊ Pet. in d. l. si certis annis, ⁊ Cy. in. l. ij. C. de serui. ⁊ aqua. Idem voluit Bald. in. l. ij. versic. ⁊ licet lex dicat ꝙ pro iuribus, ⁊c. C. de serui. ⁊ aqua. Et idem etiā senserunt Joan. Andr. ⁊ Panor. in d. c. peruenit: quorum opinio fortasse seruaretur in terra principis secularis coram iudice seculari: quanuis huic opinioni videatur obstare dictū. c. querelam. Sed illi respondebat Jaco. de Rauen. ꝙ aduersus querelam opus est querela: per hoc sentiens ꝙ illud cap. querelam, male loquitur. Alij vero ⁊ melius ⁊ honestius respōdent, ꝙ illud loquitur in prestatione annua facta respectu alicuius rei: ⁊ sic in reali, non in mere personali. Veruntamen quia nescio quid de consuetudine obseruetur in prouincia, consulo vniuersitati ⁊ dominis syndicis loci predicti, vt huiusmodi talliam non subtrahāt aut denegent, donec ⁊ quousqꝫ consuluerint aliquem ex egregijs ⁊ doctissimis viris dominis doctoribus Aquensis ciuitatis, per quem poterunt reddi certiores. ¶ Ad aliud, in
23 quo queritur an † vniuersitas de Cotiniaco possit facere retentiones largas ⁊ strictas iuxta formam instrumēti, ⁊c. dico ⁊ respondeo ꝙ pro solutione istius libenter vidissem totum instrumentum, vt sic securius respondissem: quia in capitulo mihi dimisso non fit mentio de binis retētionibus, vez de strictis ⁊ largis: nec vniuersitas in capitulo supplicauit vt sibi cōcederētur bine retētiones, scilicet large ⁊ stricte: sed supplicauit sibi concedi retentiones: quod dominus concessit: cum hoc tamen, ꝙ vniuersitas poneret locum ⁊ modū. Que concessio satis est cōformis dispositioni iuris: quia in his iuribus ⁊ visibus omnia sunt ad modum ⁊ ciuilem equitatem atqꝫ intellectum reducenda. Ciuili enim modo vtendum est seruitute. l. si cui. ff. de seruitu. facit quod habetur in. l. cum hi. §. modus. ff. de transactio. vbi modus seruandus est, ⁊ in c. j. de offic. custo. ⁊ est bonus text. in feud. tit. de pac. tenen. ⁊ eius viola. §. finali. Puto igitur ꝙ per dictam concessionem dominus eidem vniuersitati concessit vt facere posset retentiones necessarias sufficienter ad vsum ipsius ⁊ hominum. Ubi autem verum esset ꝙ vniuersitas ⁊ homines prefati consueuissent antiquitus facere binas retentiones, largas videlicet ⁊ strictas: tunc dico ꝙ licet cessassent facere largas retentiones per tempus de quo in casu mihi exhibito, vt quia forte non indigebant, vel alias non curabant: ipsi possent hodie illas facere: duntamen alias illas facere prohibiti non extiterint per dominum. Pro quo allegasse sufficiat notata per Innocen. in c. dilectis, super verbo possessorū, de capel. monach. per Pet. Cyn. ⁊ doct. in. l. j. in. vj. quest. ⁊ in. l. ij. in. iij. quest. C. de serui. ⁊ aqua. per Bald. ⁊ Angel. in. l. hec autem iura. ff. de seruit. vrban. predio. per Joan. de Plat. in. l. in filijs, vbi bonus text. C. de eden. libr. x. ⁊ in. l. cum scimus. §. id quoqꝫ. C. de agric. ⁊ censi. lib. xj. Ex quorum omnium dictis illud aperte colligitur, dominū predicti loci non potuisse prescribere aduersus facultatem faciendi retētiones huiusmodi nisi a tempore quo inhibuisset ne fierent: ab illo autem tempore cepisset esse in possessione aduersus illam facultatem. Puto tamen ꝙ vbi sciuisset eandem vniuersitatem habere facultatem faciendi retentiones huiusmodi, ipse non potuisset prescribere, vtpote existens in mala fide. c. possessor malefidei, cum suis similib. de regu. iur. in. vj. Et ita poterit vniuersitas aduersus pretensam prescriptionem, si de ea excipiatur, replicare de mala fide domini: preterea ⁊ de metu, si propter metum ⁊ austeritatem eiusdem domini ab ijs abstinuerit.
24 ¶ Ad septimum, quo queritur an † vniuersitas de Cotiniaco seu consilium illius possit stabilire penas, ⁊c. respondeo ⁊ dico ꝙ non sine licentia ⁊ cōsensu superioris: pro eo quia nullam habet iurisdictionem: ⁊ ita non potest suis stabilimentis seu statutis penam adijcere: quia hoc facere est iurisdictionis, vt notant Innoc. ⁊ Ostiens. in cap. cum accessissent, Compo. ⁊ Joan. Andr. in nouel. de constitut. ⁊ Christo. Nicel. in repetit. l. j. C. de summa Trinit. Expediret igitur ꝙ vniuersitas predicta hoc constitueret sub presentia alicuius officiarij deputati a magnifico domino magno Senescallo, vel eminenti regio consilio. ¶ Ad octauum, in quo est sermo, ꝙ pro inuestitura in baiulia de Bareolis non debetur nisi grossus pro singulo floreno: di
25 co ⁊ respondeo † ꝙ, si dominus Cotiniaci ⁊ sui predecessores fuerint in possessione seu quasi recipiendi summam de qua ibi per tempus de cuius initio memoria non existat, difficile esset obtinere remediuz, propter ea de quibus per docto. in d. c. peruenit, de censib. in allegata. l. si certis annis, de pact. ⁊ in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. Et idem dico si allegaretur aliqua legitima causa, propter quā ipse ⁊ predecessores consueuerunt summam predictam recipere: quia probando possessionem seu quasi decem vel viginti annorū, forte presumeretur pro illa causa, nisi aliud appareret, per ea que notāt doct. in locis superius allegatis. ¶ Uenio ad decimum quesitum, pretermisso nono, quod
26 reseruo in vltimo loco. Dico † ⁊ respondeo, ꝙ quoad reparationem ecclesiarum, illa de iure communi fieri debet de portione fabrice ecclesie deputata, ⁊ per illum qui illaz percipit: si que tamen portio eidem deputata extiterit. c. vnio. x. q. iij. ⁊ q. j. c. decernimus. Et vbi illa portio non sufficit: tūc rector ⁊ beneficiati in ea, secundū ꝙ ibi percipiūt, cōferre debēt. c. j. ⁊ c. de ijs, de ecclef. edifi. ⁊ c. si monachus. xvj. q. j. hec colliguntur ex ijs que nōt. Ostien. Joan. And. in nouel. ⁊ Panor. in c. j. de eccles. edifi. ⁊ idem Ostien. in summa eod. ti. §. ij. Uerum ꝗuis ita sit de iure communi: tamen si consuetudo aliter se habeat, vt quia de consuetudine populus reparationē facere consueuit: tunc seruāda est huiusmodi consuetudo, arg. c. ad apostolicam, de simo. c. concilium. §. sanctorum, ⁊. §. item de illis, ⁊ c. fin. de obseruat. ieiu. ⁊ ad huiusmodi consuetudinem primo recurrendum est, vt hec colliguntur ex notatis per Ostien. Jo. And. ⁊ Panor. in d. c. j. ⁊ vt dicit Joan. in d. c. j. in ipsa reparatione contribuet nobilis ⁊ ignobilis, argum. c. j. de coniunct.

coniunct. servo, nec credit quod aliquis singularis de populo possit contributionem evadere renuntiando ipsius ecclesie commodo vel usui. Secundum que videretur quod dominus Cotiniaci deberet contribuere in reparatione ipsius ecclesie: si tamen ita sit de consuetudine. Si vero de consuetudine universitas vel homines illam facere consueverint sine domino vel predecessoribus: tunc difficile esset obtinere quod dominus contribueret: quia consuetudo eum
27 non astringeret. Quo † vero ad reparationem pontium et menium, respondeo quod omnes tenentur: et sic tam ipse quam alij, et non solum ipse et alij cives habitatores et incole loci predicti: qui in dicto loco vel territorio aliquid tenent vel possident. l. ad portus, et l. omnes. C. de ope. publ. l. fin. iuncta glos. et quod ibi per Joan. de Plat. et doct. C. de immuni. nemi. conce. lib. x. l. absit. C. de priui. do. arg. l. ad instructionem, et quod ibi doct. C. de sacros. eccles. Et quod ad illam teneatur ipse dominus et alij domini locorum et castrorum, etc. satis probatur ultra premissa in. l. restaurationi. C. de diuer. pred. urba. et rustic. lib. xj. per quam hoc etiam voluit Pet. Antibo. in suo divers. versic. de dominis autem castrorum non credo esse dubium quin ad reparationem et instructionem murorum teneantur, etc. Et de contributione fienda in reparatione menium seu murorum publicorum plenissime loquitur Oldra. consil. mihi. cclxxxj. exordien. Quidam civis Avenionensis habet in territorio de Tarascone, etc. Et secundum Joan. de Plat. in. d. l. fina. C. de exacto. tribu. pro fienda reparatione, de qua supra, estimandum est universum patrimonium cuiuslibet tam rerum mobilium, quam immobilium. d. l. fi. et secundum valorem patrimonij uniuscuiusque fieri debet solutio: intelligo quoad cives incolas et habitatores loci vel territorij: et hoc etiam voluit Oldra. in dicto consil. circa fin. Quo vero ad forenses et extraneos, qui in loco vel territorio aliqua possident non est fienda estimatio universi patrimonij cuiuslibet: sed solum eorum bonorum que inibi habent. Dico igitur respondendo formaliter ad quesitum, quod dominus Cotiniaci contribuere debet de iure secundum valorem patrimonij sui in reparatione predictorum menium et pontium prout et alij cives, incole, et habitatores, quilibet videlicet secundum valorem patrimonij eiusdem. ¶ Ad ultimum quesi-
28 tum, quoad id quod † ibi queritur de expulsione bauili, et aliorum eius opinionem tenentium, et contra universitatem predictam litigantium, an videlicet illi per consilium expelli possint perpetuis temporibus ab officijs eiusdem universitatis: dico quod licet, ut notat glossa. C. que sit longa consue. Bart. in. l. ciuitas, in prin. ff. si cert. petat. et Jacob. Rebu. C. de decu. sup rub. li. x. consilium representet totam civitatem, vel totum populum, ut dicit Jo. de Pla. in. l. obseruare. C. eod. titu. et quamvis consilium videatur regulariter posse quicquid potest tota civitas, vel totus populus, ut notat Alexand. de Jmol. in. l. ij. ff. de iure immuni. pro quo alle. gloss. in. d. rub. C. que sit lon. consue. et alias glos. iuris civilis, de quibus ibi: et propterea videatur consilium posse facere ordinationes seu statuta concernentia gubernium et administrationem rerum et bonorum eiusdem universitatis, sicut et ipsa universitas, per id quod notant Bartol. et doct. in. l. omnes populi, in. j. q. princip. in princ. ff. de iust. et iure, et moderni doct. in. l. j. C. de sum. Tri. Inno. et Osti. in. d. c. cum accessissent, Cepo. et Joan. And. in nouel. in. d. c. cum omnes, de constitu. ego tamen non consulo quod consilium vel etiam universitas faciat pro nunc statutum vel ordinationem super expulsione hominum huiusmodi, ne
29 sibi improperari possit, quod † monopolium vel statutum ambitiosum fecerit: quorum utrumque prohibitum est. l. j. de monopo. et l. ambitiosa. C. de decret. ab ord. facien. Expectet igitur consilium seu universitas finem harum causarum: ne tot litibus se inuoluat, et ne etiam fatigetur per fiscum: et non solum ipsa: sed etiam particulares. Post finem autem litium, et cum authore domino apparuerit illos fuis-
30 se victos: tunc poterit prouideri. Quo † vero ad furnum dico et respondeo, quod licet toto tempore et ipsi, et predecessores panem suum coxerint in furno huiusmodi: potest tamen ipsa universitas eosdem repellere, et panem eorum in suo furno non coquere, per id quod post Pet. not. Bald. in. §. prediorum, versic. item pone aliquis, etc. insti. de serui. ubi dicit, quod licet quis per longum tempus iuerit ad molendinum meum, si ego volo eidem prohibere quod amplius ad illud non accedat, ego facere possum: nec poterit ille pretendere, quod ius eundi prescripserit per longum tempus. Quod dicit esse verum idem Bal. post Pet. nisi forte dum semel voluissem eum prohibere, huic prohibitioni non obtemperasset, sed ea non obstante ad molendinum per tempus longissimum accessisset: quia ab hac prohibitione incepit prescribere. Hec post Pet. dicit Bald. ubi supra. ¶ Redeo ad nonum quesitum: super quo pauca dicam, pro eo quia audio quod super materia illius dudum facta extiterit aliqua constitutio existens in archiuis communitatis, quam libenter
31 viderem, ut securius loqui possem in hac materia. Dico † igitur quod reseruata authoritate constitutionis huiusmodi et salua consuetudine contraria, si que esset, dictus dominus tenetur contribuere in collectis que fiunt vel fient pro reparatione menium et pontium, ut predixi, etiam pro alijs muneribus realibus, hoc est que rebus ipsis imponuntur. Quo vero ad collectas que imponuntur personis pro re-
32 bus, et sic habito respectu ad res, dico et respondeo quod † si loquamur de collecta seu tallia, que imponitur per serenissimum dominum nostrum Francorum regem, Prouincie comitem, ipse do. Cotiniaci debet contribuere de iure communi, authent. de defensorib. ciuitat. §. penulti. collat. iij. iuncta. l. qui indignus. ff. de senatoribus. Si enim nobiles immunes non existant a muneribus personalibus: ergo nec a patrimonialibus: quia persona est potior quacunque re. l.
33 sancimus. C. de sacrosan. eccle. Nobiles † etiam quantum ad commoda pares sunt ignobilibus. l. ij. §. deinde. ff. de orig. iur. ergo debent esse pares quantum ad incommoda. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. Et hoc voluit Antibo. in suo diversorio munerum, versic. iuxta hoc quero nunquid
34 nobiles, etc. Quo † vero ad collectam seu talliam quam syndici et consilium seu universitas loci predicti Cotiniaci inibi imponunt seu indicunt, puto quod quia persona dicti do. eisdem syndicis et consilio seu universitati non subijcitur, non potest per eos huiusmodi collecta vel tallia imponi. Et ut videtur eadem ratio est in eo, que est in forensibus et ecclesijs: quibus munera seu collecte aut tallie huiusmodi imponi non possunt a subditis. l. rescripto. §. fin. ff. de muneribus et honorib. Et hoc etiam voluit Christo. Nicel. in. d. l. j. versicu. an autem nobiles excusentur a muneribus. C. de
35 sum. Tri. et fi. cat. ¶ Ad aliud quo queritur, an † videlicet idem dominus possit agere ad commissum contra quendam, pro eo quia licet petierit se de re per eum empta inuestiri, et deinde de et cum voluntate et consensu eiusdem domini possessionem realem, actualem, et corporalem rei huiusmodi adeptus extiterit, non tamen soluit laudimium seu trezenum propterea debitum: dico et respondeo, sub correctione cuiuslibet melius sentientis, quod non. Non enim ratione adepte possessionis seu ingressus: quia licentiam habuit ab ipso domino, qui propterea eum inuestiuisse videtur, per ea que ponit Pet. de Anch. consil. mihi. lxj. exordien. Motiua iudicis in ferendo sententiam, etc. Non etiam propter non solutum laudimium seu trezenum: quia licet propter cessationem solutionis canonis per triennium res cadat in commissum, quando tenetur a laico. l. ij. C. de iure emphy. non tamen reperio quod propter non solutum laudimium seu trezenum, dum tamen precesserit inuestitura, res committatur.

¶ Rub. Commun. de lega. et fideic. ¶ Epito. ¶ Cons. xlij.

¶ Restitutioni subiecta bona alienari non possunt, nisi usque ad legitimam et trebellianicam: de quibus vel capella fundari, vel aliud quiduis per liberos fieri potest. V. F.

1 ¶ Testamentum etiam nihil iure institutionis liberis relinquens validum.
2 Caduca substitutio in primo gradu non continuo censetur caduca in secundo.
3 Scripture ordo vel affectionis quomodo attendendus.



Viri In humanis prouidus quondam vir Antonius Tardini, alias Flacodi: qui pridem fecit et condidit eius ultimum et nuncupatiuum testamentum, postea ad instantiam Guilhelmi Tardini eius filij, et authoritate iudiciaria in scriptis redactum: in quo Michaeli, Joanni, Antonete et Syluestro, si ecclesiasticus esse vellet, et cuilibet eorundem dedit et legauit certas pecuniarum quantitates et summas, et res alias inibi plenius mentionatas: quibus voluit eos esse contentos. Suos vero heredes universales fecit, ordinauit, et suo proprio ore nominauit Guilhelmum, Joannem, et Raymundum Tardini filios suos, et eorum heredes et

successores. Voluit tamen ꝙ de vno ad alium eorundē su-
peruiuentem, vel suos heredes, bona sua peruenirent, et
demum ad propinquiorem in sua parentela. Quo Anto-
nio mortuo ⁊ vita functo, prefati Guilielmus, Joannes,
⁊ Raymundus eius filij se immiscuerunt bonis ⁊ heredi-
tati eiusdem quondā Antonij, ⁊ ipsas acceptarūt. Dein-
de successu temporis vita functi sunt ⁊ decesserunt, vnus
videlicet post alium, prefati Joannes ⁊ Raymūdus, su-
perstitibus liberis naturalibus ⁊ legitimis ex eis procrea
tis. Nouissime vero sine liberis defunctus est dictus Gui
lielmus Tardini, prius facta per eum donatione de re-
bus ⁊ bonis, que ad eum ex paterna successione peruene-
rant, capelle beate Anne loci sancti Ferreoli. Cui Gui-
lielmo superfuerunt ⁊ supersunt filij seu liberi prefatoruꝫ
Joānis ⁊ Raymundi. Ex quibus sic narratis oritur du-
bium sequens: an videlicet prefati filij seu liberi censeātur
inuitati ⁊ substituti eidem quondam Guilielmo: ⁊ sic, an
predicta donatio fieri potuerit in preiudicium eorundem
liberorum. ¶ Viso casu superius enarrato, ⁊ dubio exin-
de elicito: dico ⁊ respondeo ꝙ licet testamentū dicti quon-
dam Antonij videatur ab initio fuisse nullū propter pre-
teritionem quatuor liberorum, quibus nihil reliquisse re-
peritur iure institutionis: quod tamē facere debebat, au-
thent. vt cum de appellat. cogno. §. aliud quoqꝫ capitulū,
collat. viij. ⁊ transumptiue in authen. ex causa. C. de libe.
1 preter. vel exhere. non † propterea impeditur efficacia seu
validitas substitutionis de qua supra, vt not. glos. ⁊ doct.
in. l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Trebel. quod etiam sentit
glos. iuncto text. in. l. cam quam. C. de fideicom. not. Bal.
⁊ doct. in. d. auth. ex causa, Bald. in. l. j. C. de inoffic. testa.
⁊ alij in alijs locis. Super quo non insisto: presertim cum
dicti Michael, Joannes, Antoneta, ⁊ Syluester testa-
2 mentum non reperiantur impugnasse. Preterea † ꝙuis
prefati Joannes ⁊ Raymundus, coheredes dicti quon-
dam Guilielmi, mortui extiterint viuente adhuc ⁊ super-
stite dicto quōdam Guilielmo, ⁊ propterea substitutio fa-
cta de eis fuerit facta caduca. l. vnica. §. sin autem sub con-
ditione. C. de caduc. tollen. l. si in personam. C. de fideicom.
l. cum pater. §. hereditatem. ff. de legat. ij. l. vnum ex fami-
lia. §. rogo, eod. tit. not. glos. in. l. j. C. de ijs qui. an. apert.
tabu. non propterea effecta est caduca substitutio facta de
liberis prefatorum Joannis ⁊ Raymundi secundo loco
per dictum quondam Antonium substitutis: sed remāsit
fideicommissum prefatis liberis in secundo gradu relictū
apud dictū quondam Guilielmum cum suo onere, dicta. l.
vnica. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. not. Bart. in. l. ꝙ-
din, in fin. ff. de acquir. hered. de quo per Pe. Jaco. in suis
libellis, tit. de compendiosa substitutione que fit a paga.
versic. quidam testator, ⁊c. Et ita consuluit Bald. consilio
lxxviij. exordien. Quamuis primus substitutus, in. ij. par.
pro quo vltra predicta allegat gl. in. l. habebat. ff. de vulg. ⁊
3 pupi. ⁊. l. publius. §. j. ff. de cond. ⁊ demon. Preterea † certū
est ꝙ licet prefati Joannes ⁊ Raymundus ratione ordi-
nis scripture ⁊ affectionis, quam ad eos habuisse presumi
tur quondam dominus Antonius, presumātur primo lo-
co inuitati: tamen dicti eorum liberi censentur secūdo lo-
co substituti. l. cum pater. §. penult. ff. de legat. ij. not. glos.
⁊ doct. in. l. penul. C. de verb. signi. Voluit enim ipse quō-
dam Antonius testator, ꝙ eius bona peruenirent de vno
dictorum heredum per eum institutorum ad superuiuen-
tem, vel suos heredes. Per que verba apparet eum substi
tuisse alteri ex dictis heredibus decedenti superuiuenteꝫ,
vel suos heredes. Et quia dicto Guilielmo non superfue-
runt prefati Joannes ⁊ Raymundus, qui vt predixi, cen
sebantur primo loco substituti. d. l. cum pater. §. penulti-
mo, admitti debent dicti eorum liberi: si tamen sint here-
des prefatorum Joānis ⁊ Raymundi: quia per dicta ver
ba, Et eorum heredes, censentur inuitati heredes descen-
dentes ex dictis Joanne ⁊ Raymundo, per ea que notāt
Bart. ⁊ doct. in. l. gallus. §. etiam si parēte. ff. de lib. ⁊ post-
humis, de quo Alex. de Imo. consil. cv. exordien. Perspe
ctis verbis testamenti, ⁊c. in. j. vol. Ex quibus infero pre-
fatum Guilielmū non potuisse in preiudicium dictorum
liberorum ⁊ heredum facere donationē de qua supra, au-
thent. res que, cum suis similib. C. commun. de legat. facit
quod notat Joan. And. in addi. Specul. tit. de dona. su-
per rubr. post Dyn. in consil. suo. xxviij. Fateor tamen ꝙ
prefatus quondam Guillelmus potuit donare de bonis
ad eum peruentis ex paterna successione septimam partē
dimidie partis, ad quam eius legitima ascendebat, cum
essēnt septem liberi, auth. nouissima, ⁊ in corpore vnde su-
mitur. C. de inoffic. testa. potuit etiam donare quartā par
tē eius quod superest detracta prius septima parte semis-
sis seu dimidie partis. Ut verbi gratia: ponamus ꝙ bona
dicti quondā Antonij in vniuerso, prius detracto ere alie
no ⁊ funeris impensa, valebant quatuordecim florenis: et
ꝙ quota seu portio, in qua fuit heres institutus prefatus
quondam Guilielmus, ascenderet ad tres florenos. De
his tribus florenis debet detrahi pro eius legitima vnus
florenus, qui est septima pars semissis seu dimidie partis
quatuordecim florenoruꝫ: ⁊ de residuo, hoc est de duobus
restantibus, detrahitur quarta pars: ⁊ sic sex grossi pro
quarta trebellianica: quam vltra legitimā detrahere po-
test filius heres institutus ⁊ de restituendo grauatus, per
ea que habentur in. c. Raynutius, ⁊. c. Raynaldus, de te-
stam. de quo glos. Bart. ⁊ doct. in. l. Papinianus. §. me-
minisse. ff. de inoffic. testa. glos. in. l. ꝙꝙ. C. ad leg. falc. Et
de his duabus quartis potuit ipse quōdam Guilielmus
disponere, ⁊ illas donare dicte capelle sancte Anne. Re-
siduum vero restitui debet prefatis liberis ⁊ heredibus di-
ctorum quondam Joannis Raymundi. Et ita mihi vi-
detur sub correctione, ⁊c.

¶ Rubr. ¶ De sacrosan. eccles. ¶ Epito. ¶ Consi. xliij.

¶ Summatur vt in primo notabili.

1 ☞ Decime integraliter soluende sunt ex precepto: nec valet contraria consuetudo.
2 Consuetudo an ⁊ quando ratione incertitudinis susti-nenda sit.
3 Consuetudine ius non acquiritur priuato: sed in publico consistit.
4 Lex quousqꝫ maneat.
5 Prescribere decimas laicus non potest.
6 Mala fides predecessoris nocet heredi.

1 DEcime † Integraliter soluende
sunt ex precepto, vt voluit
Innoc. in. c. fin. de paroc. alias in rub. de
deci. Et idem voluit ibi Joan. Andr. in
nouel. pro quo allegant multas ratiōes,
ac etiam authoritates veteris ⁊ noui testa
menti. Et hoc saltem procedit, secundū Ostien. in summa,
tit. de deci. §. ⁊ vtrum, sub. §. septimo queritur, versi. magi-
stri vero canonū, ⁊c. in decimis nō psonalibus. Pro quo
allegat authoritates diuine legis ac etiam sanctorum pa-
trum, ⁊ ius canonicum, vt ibi plene videri potest. Etiaꝫ ꝙ
decime integraliter soluende sint, tenuit glos. in. c. in ali-
quibus, de deci. ⁊ in. c. j. de deci. in. vj. Nec cōsuetudine nisi
illa esset per Papā approbata introduci potest, quin de-
cime saltem prediales ex integro soluantur, vt sentit In-
nocen. in. d. c. fin. de paroch. Innoc. glos. ⁊ docto. in. d. c. in
aliquibus, ⁊ Ostien. in dicto sub. §. septimo queritur, ver-
sicu. si vero vis defendere per consuetudinem, ⁊c. Quo fit
vt Blasius de Rulberia ⁊ cōsortes minus ciuiliter ⁊ in-
iuste se nitantur tueri ⁊ defendere in vim pretense consue
tudinis, quominus soluant reuerēdo in Christo patri do
mino Cauallicensi episcopo cōmendatario perpetuo prio
ratus Firminiaci veram ⁊ integram decimam fructuum
excrescentium in territorio in actis cause inter eundē R.
dominum episcopum ⁊ commēdatarium ex vna parte, et
dictos Blasium ⁊ consortes ex alia pēdentis indecise ple-
2 nius mentionato. ¶ Nec † opponant prefati Blasius et
consortes, dictam pretensam consuetudinem per eos alle-
gatam valuisse ⁊ valere, per id quod post Vincent. notat
Panor. in. d. c. in aliquibus, de consuetudine Teutoni-
corum: qui pro decimis soluunt certas mensuras, siue co-
loni aliquid recolligant, siue non: quam consuetudinem
pretendebat Vincentius esse tolerandam ratione incer-
titudinis: pro eo quia ecclesia potest se habere ad lucrū vel
ad damnum. Quoniam respondeo ꝙ etiam presupposito
ꝙ huiusmodi pretensa consuetudo alias esset toleranda:
illa tamen obesse non deberet in hoc casu dicto R. domi-
no episcopo ⁊ commendatario, nec prodesse prefatis Bla-
sio ⁊ consortibus: quia, vt puto, non apparet in actis cau-
se huius ꝙ prefati Blasius ⁊ consortes in vim pretēse con
suetudinis soluerint annis singulis duntaxat duo sesta-
ria bladi, vel siliginis: sed illa soluerūt in vim pretensi pa-
cti, seu cōuentionis in hac causa producte; que, vtpote per
quam

quam alienabatur siue remittebatur quota decime eccle-
sie debite sine consensu pontificis, ⁊ cuiuslibet alterius su-
perioris eius qui remisisse pretenditur, ⁊ alias facta fuit
nulla seruata iuris solennitate nõ valuit, nec propter lon
gam aut longissimam solutionem factam de duobus se-
starijs potuit validari, quoad hoc vt non teneretur illi, cũ
quibus hec conuentio inita est, vel successores, nisi ad so-
lutionem dictorum duorum sestariorum, per id quod no-
tat Bart. in. l. cum de in rem verso, versi. si vero loquamur
de inducenda liberatione: ibi, aut titulus inhabilis proce
dit ab alio. ff. de vsur. pro quo allegat. l. comperit. C. de pre
script. xxx. anno. ⁊. c. j. de prescript. in. vj. Preterea etiam
alia ratione dicere non possunt prefati Blasius ⁊ consor-
tes se ⁊ eorum predecessores de consuetudine non soluisse
annis singulis nisi duo sestaria siligis. Quia hec nõ potest
3 dici consuetudo: quia † per consuetudinem non acquiri-
tur ius alicui priuato: sed acquiritur in publico, vt notãt
Joan. And. Panor. ⁊ doct. in. c. fin. de consue. In hoc ve
ro casu, si ⁊ quatenus potuisset ius queri, illud acquisitum
fuisset, nõ quidem in publico, sed priuatis personis, vide-
licet prefatis Blasio aut predecessoribus, ⁊ hoc ratione di
cte pretense cõuentionis. Non ergo dici potest cõsuetudo.
¶ Nec etiam obstaret eidem reuerend. domino episcopo,
⁊ commendatario, si fortasse esset probata dicta pretensa
consuetudo quoad alia loca forsan circũuicina territorio
seu tenemento de quo in actis. Quia cum consuetudo hu
iusmodi sit iuri contraria, illa non est extendenda. Manet
4 † enim lex, nisi quatenus reperitur eidez legi vel alia lege,
vel consuetudine derogatũ. l. cum dubitabatur. C. de edifi.
priua. l. alumne. §. qui filias. ff. de adimen. lega. l. sancimus.
C. de testa. ⁊. l. precipimus, cum suis simi. C. de appel. quod
etiam voluit Innocen. in. c. fin. de offic. archi. Bart. in. l. de
quibus. ff. de legib. Oldra. consil. mihi. clxxxvj. exordien.
Perlectis ⁊ diligenter attentis, ⁊c. Franc. de Are. consil.
xcv. exord. Respondendo breuiter, ⁊c. ⁊ Innoc. in. c. in li-
teris, super verbo prius, de restit. spol. ¶ Nec mihi oppo-
nant ipsi Blasius ⁊ consortes, ꝙ tuti esse debeant propter
prescriptionem, vt soluere non teneantur annis singulis
5 preterꝙ dicta duo sestaria siliginis. Quoniã respondeo † ⁊
dico, ꝙ cum laici decimas possidere non possint, illas pre-
scribere non valent. c. causam que, de prescript. ⁊ regula si-
ne possessione, ⁊ quod ibi glos. de regu. iur. in. vj. not. glos.
in. c. a nobis, de deci. Preterea cum vel prefati Blasius ⁊
cõsortes, vel sui predecessores, cum quibus conuẽtio pre-
dicta celebrata extitit, contra iura contraxerint: nõ potue-
runt prescribere, obstante eis mala fide. l. quemadmodum.
C. de agrico. ⁊ censi. lib. xj. ⁊. c. hoc consultissimo. §. contra-
ctus, ⁊ quod ibi glos. de re. eccle. non alie. in. vj. iunctis ijs
que notat Joan. And. in addi. Specu. tit. de prescript. §.
fin. in magna addi. Anto. de Butr. Joan. de Imo. ⁊ Pa-
norm. in. c. si diligenti, de prescript. Joan. de Imo. in repe-
titio. c. j. de prescript. ⁊ Roma. in. l. Pomponius. §. cum
quis. ff. de acquir. posses. ⁊ Paul. de Cast. in. l. sequitur. §.
6 heres, ⁊ in. l. iij. ff. de vsuc. vbi notatur, ꝙ mala fides † pre-
decessoris ⁊ defuncti nocet heredi. Concludo igitur ꝙ sen
tentia precedentium confirmatoria ferri debet pro dicto
reuerend. do. episcopo contra plefatos Blasium ⁊ consor
tes, sub correctione tamen, ⁊c.

¶ Rubr. De transactio. ¶ Epitome. ¶ Consiliũ. xliiij.

¶ Transactioni si innitaris, probate animalia partiaria
tenere iuxta eam, vt municipij pascuis vtaris. V. F.

1 ☞ Ut, dictio similitudinem significat.
2 Verbis apertis innitendum.
3 Similitudo quoad omnia fieri debet.



VIsis Duobus publicis instrumẽtis
trãsactionis celebrate ⁊ inite per
⁊ inter vniuersitatem Vallisauree, seu pro
ea ⁊ eius nomine prouidos viros Jacobũ
Pamuerij cõsyndicum, ⁊ alios inibi mẽ-
tionatos ex vna parte: et probum virum
Petrũ Roberti, suo ac Frãcisci ⁊ Jacobi Roberti eius
fratris, ⁊ Guilielmi Roberti nepotis nominibus, ex alia:
⁊ presupposito ꝙ particulares homines seu habitatores ⁊
incole eiusdẽ loci Vallisauree, possint ⁊ valeant ab extra-
neis ⁊ forensibus animalia recipere ad medium incremen-
tuz, ⁊ illa immittere, tenere, ⁊ depascere in territorio Val-
lisauree, prout mihi refertur: dico ⁊ respondeo prefatum
Petrum Roberti posse immittere ac tenere ⁊ depascere
in eodem territorio animalia rossatina, seu equina, que in
veritate, ⁊ nõ fictitie seu simulate ab alio recepisset ad me-
dium incrementum. Ad quod dicendum moueor, pro eo
quia in transactione predicta dictum fuit ⁊ conuẽtum, ꝙ
prefati Roberti ⁊ sui gaudere deberent libertatibus, pri-
uilegijs, pasturgagijs, precursu, ligneragijs, vsibus, ade-
quatarijs, ⁊ alijs pertinentijs dicti loci Vallisauree, vt
1 ceteri habitantes eiusdem loci. Per † quod patet ratione
illius aduerbij, vt quod similitudinem significat, vt notat
glos. in. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact. ⁊ Bart. in. l.
fin. versic. pro declaratione huius, ⁊c. ff. de eo quod certo
loc. ꝙ quemadmodum habitãtes loci predicti Vallisau-
ree possunt, vt audio, ab extraneis ⁊ forensibus anima-
lia ad medium incrementum recipere, ⁊ illa immittere,
tenere, ⁊ depascere in dicto territorio Vallisauree: ita ⁊
hoc facere potest dictus Petrus Roberti. Quia si aliter
vel aliud diceremus: iaz nõ gauderet pasturgagijs, precur
su, vsibus, ⁊ alijs predictis, vt ceteri habitantes loci predi
cti Vallisauree: quod esset contra formam transactionis
2 antedicte: a cuius † verbis, cum quoad hoc clara existant,
non videtur recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis, ⁊
l. non aliter, cum suis simil. ff. de legat. iij. Et ꝙ istud esset
contra formã transactionis huiusmodi patet: quia in du-
3 bio, † ⁊ nisi contrarietas vel aliud aliter cogat, similitudo
debet fieri quoad omnia, vt colligitur ex ijs que not. glos.
⁊ Bart. in. l. sacrilegij, la. j. §. is autem. ff. ad leg. Jul. pecul.
Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in verbo perinde,
Joan. de Imo. ⁊ doct. in. l. miles. §. iudicati. ff. de re iudic.
Cum igitur prefatus Petrus possit ⁊ valeat vti pastur-
gagijs, precursu ⁊ alijs predictis sicut ceteri, nec appareat
aliquid quod nos cogat ad dicendum oppositum: ista simi
litudo, que secũdum formam transactionis antedicte esse
debet inter eundem Petrum ⁊ ceteros habitantes Val-
lisauree, fieri debet quoad omnia. Quemadmodum ergo
alij habitantes possunt recipere, immittere, tenere, ⁊ depa-
scere animalia ad medium incrementum: ita potest ⁊ po-
terit idem Petrus Roberti. Propter quod partes ho-
norabilis viri domini baiuli eiusdem loci erant ⁊ sunt, vt
declaret inhibitiones imo verius precepta, que fieri fecit ⁊
mandauit dicto Petro Roberti de extrahendo a dicto
territorio Vallisauree certa animalia rossatina per eundẽ
immissa in ipso territorio, fuisse fore ⁊ esse reuocanda ⁊ tol
lenda, ⁊ illa casset ⁊ reuocet: prius tamẽ facta sibi fide par-
te eiusdem Petri, ꝙ animalia huiusmodi ad medium in-
crementum receperit: quia alias non posset ipse Petrus
ex ea parte se tueri, vtpote non probans id quod est funda
mentum sue intentionis. l. actor, cum suis simil. C. de
probatio. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet
domini melius sentientis.

¶ Rubr. Commu. de succes. ¶ Epitome. ¶ Consil. xlv.

¶ Collium Delphinalium (cuius Bertrãdus ipse fuit,
⁊ Guidonis pape conterraneus: quamuis Carpentora-
ctensis dicatur) cacumina citius innixeris, ꝙ huius respõ-
si tot capita in vnum redigas. V. F.

1 ☞ Uxor a marito extantibus liberis domina ⁊ vsu fru-
ctuaria omnium bonorum in testamẽto relicta ad quid re-
ducatur ⁊ restringatur.
2 Alimenta matri per maritũ relicte domine ⁊ vsufructua-
rie an ⁊ que per filios prestanda.
3 Alimentorum appellatione quid veniat.
4 Estimatio monete in legato fit de tempore conditi testa-
menti: ⁊ quid in repetitione dotis.
5 Substitutio vulgaris per aditionem vel immixtionẽ he-
reditatis expirat: sicut pupillaris pubertate.
6 Quartas duas detrahere qui debeant.
7 Legitima quota bonorum est: non hereditatis: ⁊ quo or-
dine illa ⁊ trebellianica detrahantur.
8 Substitutio compendiosa an ⁊ quando pupillarem con-
tineat.
9 Dotis repetende distinctio ⁊ personarum ⁊ temporis: et
nume. 13.
10 Inuentarij conficiendi remissio per testatorem quatenus
procedat.
11 Dolus futurus remitti non potest: ⁊ dolosus est qui reli-
qua non reddit.

12 Obligare se pro reddendis fructibus an ⁊ quando quis debeat.
14 Laborare tenetur qui alimēta ex alia q̃ legati causa petit.
15 Tutoris salarium laboris an ⁊ per quos constitui possit.



NOn Jtā pridē fuit in humanis pro-
uidus quondā vir Petrus Se-
guyni de Lambisco: qui fecit ⁊ condidit
eius vltimum ⁊ nuncupatiuū testamen-
tum: in quo inter cetera Honorate ⁊ Ma
thee eius filiabus naturalib⁹ ⁊ legitimis
⁊ cuilibet earundem legauit ⁊ iure institutionis reliquit
centū florenos monete in Prouincia tunc currentis. Ho
neste vero mulieri domine Laurete eius vxori legauit et
amore Dei reliquit omnia ⁊ singula iocalia sua ⁊ vestes
seu raupas suas: ita ꝙ de eis posset ⁊ valeret vti ⁊ gaude-
re tanq̃ de re sua propria pro libito voluntatis, omni con
tredictione cessante. Legauit preterea eidē Laurete amore
Dei, ⁊ pro impensis seruitiis, quinquaginta florenos mo-
nete superius mentionate, soluendos ad primam ⁊ simpli
cem requisitionem. Et nihilominus in recompensationē
multorum gratuitorum seruitiorum per eam sibi vt dice-
bat collatorum, eandem Lauretam tanq̃ bene meritā ⁊
condignam, fecit, cōstituit, ⁊ ordinauit dominam ⁊ segno
ressam ac vsufructuariam, rectricem, administratricem, ⁊
analogistam omnium liberorum, ⁊ bonorum suorum tam
mobilium, q̃ immobiliū, absq̃ inuentarii confectione, q̃-
diu viueret in humanis, ⁊ statū seruaret vidualem, ⁊ absq̃
computi redditione: prohibens ⁊ vetans eius liberis ⁊ he
redibus infra mentionatis, ne computum seu rationem
reddi peterent, aut alias super hoc molestiam seu petitio-
nem aliquam facerent. Heredes vero suos vniuersales fe
cit ⁊ instituit Audibertum ⁊ Antonium, Pauletum, et
Guilielmū Seguyni, filios suos naturales ⁊ legitimos,
equis portionibus inter eos, ⁊ suos liberos ex eorum cor-
poribus ⁊ legitimis matrimoniis procreandos. Et si alte-
rum eorundem filiorum ⁊ heredum quandocunq̃ decede-
re sine prole legitima ex suo corpore procreata cōtingeret,
illi sic decedenti substituit aliū ⁊ alios superuiuentem, ⁊
superuiuentes, ⁊ suos liberos ex eorum matrimonio legi-
time procreatos. Fecit ⁊ alias substitutiones: que tamen,
quia proposito nō seruiūt, recitari omittuntur. Quo testa-
tore in prima voluntate vita functo, prefati Audibertus,
Antonius, Pauletus, ⁊ Guilielmus bonis ⁊ hereditati
eiusdem se immiscuerunt, ⁊ pro ipsius heredibus se gesse-
runt. Successiue vita functus est, ⁊ ab humanis sine libe-
ris decessit intestatus prefatus Antonius etatis decē ⁊
septem annorū, vel circa, superstitibus ⁊ superuiuentibus
dictis Audiberto, Pauleto, ⁊ Guilielmo eius fratribus,
⁊ Laureta matre. Deinde autem vita functus est ⁊ deces-
sit prefatus Guilielmus adhuc impubes ⁊ etatis nouem
annorū, vel circa, superstitibus dictis Audiberto, ⁊ Pau
leto fratribus, ⁊ Laureta matre. Postremo vita functus
est dictus Pauletus Seguyni, superstite Bitrona eius
filia legitima, ⁊ prefata Laureta matre: inter quas, seu in-
ter ipsam Lauretam ⁊ Aymelionum Bebardi, vt mari-
tum ⁊ personam coniunctam eiusdem Bitrone, ⁊ cui ipsa
Bitrona, aut pro ea ⁊ eius nomine prefata Laureta eius
auia paterna cōstituisse ⁊ assignasse dicitur in dotē omnia
vniuersa, ⁊ singula bona ⁊ iura eiusdem Bitrone, est con-
tentio ⁊ controuersia: pro eo quia idem Aymelionus pe-
tit sibi tradi ⁊ expediri medietatem omnium bonorum di
cti quondam Petri Seguyni, ⁊ ipsa bona diuidi. Econ
trario vero prefata Laureta dicit bona nō esse diuidēda,
nec dictam mediam partem bonorū huiusmodi sibi expe-
diendam aut tradendam: sed ipsam manutenendam in bo
nis huiusmodi, pro eo quia, vt superius narratū est, idem
quondam Petrus testator dictam Lauretam fecit ⁊ ordi
nauit dominā ⁊ segnoressam ⁊ vsufructuariam, ⁊c. omniū
liberorum ⁊ bonorum suorum q̃diu viueret in humanis
⁊ statum seruaret vidualem. Et vbi de iure cognitū esset
ꝙ bona huiusmodi diuidi deberent: petit ante diuisio-
nem huiusmodi sibi satisfieri de iuribus sibi debitis su-
per bonis ⁊ hereditate, scilicet, de dictis quinquaginta
florenis, ac iocalibus ⁊ raupis superius mētionatis. Pe-
tit etiam legitimam, quam habere dicit in bonis dictorū
quondam Antoneti ⁊ Guilielmi: necnon etiam alimēta
sibi prestari super bonis ipsius quondam Petri. Super
quibus quesitum est quid iuris: ⁊ que sint partes arbitro-
rum arbitratorum ⁊ amicabilium compositorū ac pacis ⁊
concordie tractatorum, quibus (vt audio) presens discor
dia seu controuersia remissa est pacificanda ⁊ sedanda.

¶ Viso casu superius mentionato, ⁊ dubiis que ex eo eli-
ci possunt, ⁊ que ex infra dicendis apparebunt: dico ⁊ re-
spondeo ad dubia huiusmodi prout sequitur. Et primo,
1 ꝙ licet † dictus quondam Petrus prefatam Lauretam
eius vxorem constituerit ⁊ ordinauerit dominam, segno-
ressam ⁊ vsufructuariam omniū bonorum suorū: quia ta-
men prefati Audibertus ⁊ Bitrona sunt de liberis eius-
dem quondam Petri testatoris, ⁊ sic nō sunt heredes ex-
tranei, non debet ipsa Laureta virtute relicti huiusmodi
habere plenum vsumfructū: sed solū habere debet in do-
mo dicti quondam Petri alimenta ⁊ preeminentiam in
domo, prout hactenus tempore vite dicti Petri eius viri
habere consueuerat, per ea que notant glos. Bart. Bald. ⁊
doct. communiter in authen. quod locum. C. si secun. nups.
muli. Et hec est communis opinio, quam doct. communiter
seruant tam in scribendo, q̃ in consulendo: pro ea enim
consuluit Bart. consil. exordiente, Petrus Mastioli de
Perusio, ⁊ in consilio exordiente, Nicolaus Samati, ⁊c.
Etiam pro ea consuluerunt Petr. de Anchar. Paul. de
Cast. Ang. Roma. Franc. de Are. ⁊ alii multi, quos re-
2 ferre non expedit. Et † est verum ꝙ in legato huiusmodi
fit larga interpretatio alimentorum: vt per legatum hu-
iusmodi censeantur relicta omnia necessaria ad vitam, vt
notat Bald. in. d. auth. quod locum, ⁊ Joan. Ferra. in sua
practica, tit. forma libelli ad petēdum dotem, super verbo
donec vitam duxerit vidualē, versic. postremo queritur, ⁊c.
Et hec alimēta percipere debet ipsa Laureta a se ipsa: nō
de manu prefatorum heredum, arg. l. fundi Trebatiam, ⁊
quod ibi glos. ff. de vsufruct. lega. notat Alexan. de Jmol.
in. l. nemo potest. ff. de legat. j. ⁊ Franc. de Are. consil. mihi
xl. exordien. Presupponitur in facto ꝙ quidam Ange-
lus, ⁊c. Et ita etiam tenuit Mar. Syl. quem refert ⁊ sequi
tur Joan. Andr. in addi. Specu. tit. qui filii sint legit. §. j.
versi. quid si quis, in addi. exordien. Sed cum secundū in-
terpretationem, ⁊c. Et dicit etiam Franc. de Are. in dicto
consil. ꝙ dictum legatum importabat plusq̃ alimenta: pro
eo quia potest ipsa Antoneta percipere sua propria au-
thoritate de fructib⁹ ⁊ rebus hereditariis omnia sibi ne-
cessaria ad victum ⁊ vestitum. Appellatione autē alimen-
3 torum, † vt dicit Bart. in tractatu de alimentis, continen
tur omnia ad vitam necessaria, sine quibus corpus ali non
posset, vt cibaria, ⁊ alia que hominum natura desiderat,
ac etiam habitatio, calciarium, lectus, ⁊ secundum quos-
dam medicine. Puto igitur ꝙ prefati domini arbitri, ar-
bitratores, ⁊c. bene faciēt si eidem Laurete assignauerint
aliquas possessiones ⁊ predia, ex quibus predicta necessa-
ria sua authoritate, non de manu prefatorum Audiberti
⁊ Bitrone percipiat. ¶ Quo vero ad iocalia ⁊ raupas su-
perius mentionatas, illa sunt eidem Laurete expediēda:
vtpote facta sua a tēpore traditionis seu immixtionis he-
reditatis dicti quōdam Petri testatoris, facte per dictos
eius filios. l. si tibi. §. cum seruus, ⁊ quod ibi docto. cū suis
simili. ff. de lega. j. notat Cyn. in. l. j. §. cū igitur. C. de cadu.
tollend. Quo vero ad dictos quinquaginta florenos ei-
dem Laurete legatos, illi etiam sunt sibi expediendi ⁊ sol-
4 uendi cum moderatione de qua infra: ⁊ debent † sibi solui
de moneta currente in patria Prouincie tēpore testamēti
prefati quondam Petri, aut secundū estimationem ⁊ va-
lorem illius. l. vxorem. §. testamento. ff. de legat. iii. l. medi-
co, ⁊ quod ibi notatur, ff. de auro ⁊ arg. lega. ⁊. l. Aurelius.
§. testamento. ff. de libe. lega. quod voluit Oldr. cons. mihi
lxxiii. exordien. Thema tale est, quidā condens testamen-
tum, ⁊c. Joan. And. in addi. Spec. tit. de obligat. ⁊ solu. §.
nunc aliqua, versic. pone in statuto, ⁊c. in addit. incipiente,
Jdem si ex testamēto. Quāuis. Roma. videatur cōsuluisse
contrariū consil. cxxiii. exordien. Circa primum dubiū, ⁊c.
Etiam eidem Laurete expediendi sunt dicti. xxx. floreni,
quos prefatus quondam Petrus eidem recognouisse di-
citur de eius dote. Et puto ꝙ isti. xxx. floreni soluendi sint
de moneta currente tēpore facte solutionis, aut iuxta va-
lorem ⁊ estimationem illius, si de illa nō reperiatur, vt etiā
voluit Oldra. in dicto consi. pro quo allegat. l. imperato-
res. ff. de contrahen. empt. ⁊ vend. l. cōtinuus. §. cum quis.
ff. de verbo. obligat. l. cum quid. ff. si cert. petat. ⁊. c. olim, de
censi. pro quo facit quod notant doct. in. c. quanto, de iu-
reiuran. ⁊ in. l. Paulus. ff. de solut. Quo vero ad legitimā,
quam ipsa Laureta habere pretendit in bonis prefatorū
Antoneti ⁊ Guilielmeti: dico ⁊ respondeo primo quoad
bona

bona eiusdem Antoneti ad eundem peruenta ex bonis et
hereditate dicti quondam Petri eius patris, quod substi
tutio facta per dictum Petrum testatorē sibi locum ven-
dicauit in personam prefatorum Audiberti, Pauleti, et
Guilielmeti. Uerum quia idem Antonetus mortuus est
post pupillarem etatem, ⁊ post aditam per eum paternam
5 hereditatem, non potuit † esse locus substitutioni vulgari:
que per aditionem seu immixtionem expirauit. l. post adi-
tam. C. de impuber. ⁊ aliȷ̈. substit. nec etiam potuit esse lo-
cus pupillari substitutioni: quia illa expirauit per aduen-
tum pubertatis. l. in pupillari, cū suis simil. ff. de vul. ⁊ pu.
Fuit igitur locꝰ fideicōmissarie substitutiōi: ⁊ sic oblique.
6 Quo fit † vt idem quondam Antonetus vel eius heredes
potuerint ⁊ possint ex sua persona detrahere quartas, sci-
licet legitimam ⁊ quartam trebellianicam, per ea que no-
tant glos. Bart. ⁊ doc. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff.
de inoffic. testamen. gl. in. l. ꝙꝙ. C. ad leg. fal. Bald. in. l. fi-
lium quem. C. familie erciscun. pro quo sunt boni text. in. c.
Raynutius, ⁊. c. Raynaldus, de testamen. legitima vero
eiusdem Antoneti erat sexta pars semissis, hoc est duode-
cima pars bonorum ⁊ hereditatis dicti quondam Petri,
7 deducto tamē ere alieno ⁊ funeris impensa: quia † legitima
est quota bonorum, non hereditatis, vt probantur hec per
ordinem in authen. nouissima. C. de inoffic. testamēto. d. l.
Papinianus. §. quarta, ⁊. §. quoniam autē quarta, iunctis
notatis per Bart. ⁊ doct. in. l. ex facto, la grande. ff. de he-
red. instit. Et hec legitima detrahenda est de illa quota, in
qua fuit idem quondam Antonetus institutus. Deinde
detrahi debet quarta trebellianica, que est quarta pars resi
dui, vt apparet ex ȷ̈s que notat glos. in. d. c. Raynaldus,
super verbo, licet ipsas non expresserit: quod etiam sentit
Ioan. And. in reg. qui prior, in quest. priorum, de reg. iur.
in. vj. in mercur. ⁊ Ioan. de Imo. in. l. coheredi. §. cum filie.
ff. de vulg. ⁊ pupil. Et de his duabus quartis ⁊ de bonis
per eū acquisitis, si que erant vltra ⁊ preter bona paterna,
poterat idem quondam Antonetus testari et disponere:
quod si nō fecerit, eidē successerūt in bonis huiusmodi pre-
fati Laureta ⁊ aliȷ̈ sui liberi equis portionibus, authen.
defuncto, ⁊ in corpore vnde sumitur. C. Ad Tertul. Resi-
duum vero bonorum eiusdē Antoneti delatum est prefa-
tis Audiberto, Pauleto ⁊ Guilielmeto suis substitutis.
Et est verū ꝙ pro ea quota, in qua succedit ipsa Laureta
in dicta trebellianica, confunditur pars ⁊ portio, quā pe-
tere poterat de dictis quinquaginta florenis ex vna par-
te, ⁊ triginta ab alia a prefato Antoneto. l. si ab eo, cū suis
simili. C. de nego. gest. Quo vero ad legitimam, quam ipsa
Laureta habere pretēdit in bonis prefati quondam Gui-
lielmeti, dico ⁊ respondeo, ꝙ cū idem Guilielmetus vita
functus sit ⁊ decesserit in pupillari etate, omnia eiꝰ bona
deuoluta sunt ad prefatos Audibertū ⁊ Pauletum sibi
8 substitutos, in † vim pupillaris substitutionis cōprehen-
se in compendiosa substitutione, de qua supra, facta cum
aduerbio distributiuo tēporis quandocunqꝫ. l. sed ⁊ si plu-
res. §. ad substitutos. ff. de vulga. ⁊ pupil. Ceterum quoad
id quod mihi refertur, prefatuꝫ Audibertū petere, ꝙ ante
diuisionem fiendam de bonis predictis sibi expediantur
omnia iura honeste mulieris Antonete eius vxoris, seu
9 dos † eiusdem Antonete: dico ⁊ respondeo, ꝙ si dos hu-
iusmodi recepta extiterit per ipsum Audibertum ⁊ dictū
quondam Pauletū: tunc dos huiusmodi recipi deberet
non solum super parte seu quota bonorū eiusdē Audiber
ti: sed etiam super quota ⁊ parte dicti Pauleti, arg. l. fi. C.
de do. cau. non nume. not. Ioan. Ferra. in sua practica, tit.
for. libel. quo agi. pro here. vel re si gu. diui. in glos. cōmu-
niter ⁊ pro indiuiso, ver. ex his patet decisio ad questionem
sepissime, ⁊c. Si vero ipse Audiberti receperit: aut ipse
eam conuertit in cōmunem vtilitatem, ⁊ de hoc constat, et
tunc teneretur heres dicti quondam Pauleti: aut nō con
stat illam esse conuersam in cōmunem vtilitatem, ⁊ tūc so-
lus Audiberti teneretur, vt hec etiam colliguntur ex no-
tatis per Ioan. Ferra. ⁊c. Ad id vero quod denuo queri-
10 tur, an non obstante † remissione confectionis inuētariȷ̈ ⁊
redditionis rationū ⁊ compoti, ⁊c. facta per dictū quondā
Petrum testatorem, valeat prefata Bitrona, seu iam di-
ctus Aymelionus eius maritus eandem Lauretam com-
pellere: dico ⁊ respondeo ꝙ licet testator possit tutori re-
mittere confectionē inuentariȷ̈. l. fina. C. arbitr. tute. notat
Bart. in. l. nemo potest. ff. de legat. j. Ange. Are. in. §. actio-
num; in materia tutele, versic. octauo quid incumbat tuto-
ri, ⁊c. institu. de actio. ⁊ voluit Paul. de Castr. consil. vn-
hi. ccclȷ̈. vbi etiam dicit non referre an testator confectio-
nem inuentariȷ̈ remiserit, aut inuentarium cōfici noluerit:
tamen per remissionem redditionis rationum nō videtur
ille, cui huiusmodi redditio remissa est, vel qui ab ipsa red
denda ratione liberatus est, posse se tueri, quominus red-
dat rationem doli, fraudis, ⁊ late culpe, nec quominus re-
liqua, si que sint, consignet ⁊ restituat ei, cuius bona admi-
nistrauit: solū enim videtur releuatus quoad hoc vt scru-
pulosa non fiat inquisitio: hoc est, vt contra eum non ha-
beatur ratio culpe leuis, vel leuissime, siue negligentie. l. si
seruus vetitus, ⁊ quod ibi per modern. ⁊. l. cum tale. §. ȷ̈. ff.
de condi. ⁊ demon. ⁊. l. Pomponius. ff. de nego. gest. Et ꝙ
reliqua, que fortasse ex fructibus ⁊ bonis mobilibus pe-
nes eum remanserunt, teneatur cōseruare ⁊ restituere, pro-
batur in. l. quidam decedēs. ff. de admin. tuto. ⁊. l. Aurelio.
§. Caius, ⁊ quod ibi Bart. ⁊ doct. ff. de libera. lega. de quo
Angel. consil. cxl. exordien. Reuocatur in dubiū viso te-
stamento, ⁊c. ⁊ alius Ange. in. d. §. actionū, versi. vicesimo
quinto quero, Ioan. Ferra. in sua practica, titu. for. libel.
ad compel. quem vt reddat rationes, super verbo analogi-
stas ⁊ sine inuentariȷ̈ confectione. Et Alex. de Imo. consil.
xlv. exordien. Habita super his de quibus dubitari con-
tingit, ⁊c. in. j. volu. Nec puto quod propter illa verba, qui-
bus prohibuit idem testator prefatis heredibus, ne eidem
Laurete molestiam aut questionē facerent, censeatur eadē
Laureta releuata, quominus doli ⁊ fraudis rationē red-
dat, nec quominus reliqua, si que penes eam existant, resti-
tuat, vt videtur colligi ex dictis Bar. in. d. §. Caius. Pro
quo facit quod notat Bald. in. l. j. versi. item quero si testa-
tor, ⁊c. C. de ȷ̈s que pe. nomi. ⁊ in. l. j. C. de vsufruct. Non
11 † enim potest remitti dolus futurus. d. l. quidā decedens,
⁊. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. esset auteꝫ in dolo si reliqua
non restituerat. l. per procuratorē. §. fi. ff. manda. Quo ve-
12 ro ad id quod vlterius querebatur: an † dictus Aymelio-
nus, qui dicitur fundos dotales prefate Bitrone eiꝰ vxo-
ris plenos recepisse, cogi debeat ad illos recognoscendū,
⁊ se obligandum de illis restituendis in casum restitutio-
nis: dico ⁊ respondeo, ꝙ cum aliquo casu contingere pos-
sit, ꝙ nihil restituere tenebitur, vel quo minus restituere
tenebitur, vt patet ex ȷ̈s que habētur in. l. fructus, ⁊ quod
ibi glos. ⁊ doct. in. l. diuortio. §. interdum. ff. solut. matr. et
l. dotis fructus. ff. de iur. dot. nō tenetur ipse Aymelionus
se obligare de fructibus restituendis, quia illi non sunt in
omnem euentum dotales: nec in omnem euentum sunt do-
13 tem aucturi, vt verbi gratia, † si contingeret matrimoniū
durare vnō anno integro, ⁊ nō vltra, vel multis annis in-
tegris, ⁊ non vltra: ⁊ fundos dotales esse plenos tempore
soluendi matrimoniȷ̈: fundi huiusmodi cum fructibus ei-
deꝫ Bitrone, si superesset, alioqui ipsius heredibꝰ restitue-
rentur, ⁊ fieret mutua cōpensatio de fructibus primi anni
a viro perceptis, ⁊ expensa causa querendorum fructuū hu
iusmodi per vxorem facta, cū fructibus vltimi anni, ⁊ ex-
pensa pro illis querendis per virū facta. d. l. fructus, cū ibi
notatis per Bart. Alexan. ⁊ doct. ⁊ in. l. diuortio. §. inter-
dum. Similiter si matrimoniū a tempore traditorum fun
dorum dotalium ⁊ sustētorum onerum matrimoniȷ̈ dura-
ret minus anno, vel vno anno, aut pluribus, ⁊ vltra per
aliquod tempus: tunc pro quota temporis quo matrimo-
niū durasset anno integro, vel quo durasset vltra annum,
vel multos annos integros: fructus debent esse viri. Et
pro illa quota non teneretur ipse vel heres eius ad restitu
tionem. Pro alia vero quota essent vxoris, Ut verbi gra-
tia, ponamus ꝙ matrimonium nō duraret nisi decē men-
sibus, ⁊ sic minus anno: prefatus Aymelionus deberet
habere decem partes fructuū, ⁊ vxor duas. Si vero dura-
ret vno anno ⁊ sex mensibus, maritus haberet dimidiam
partem fructuū secundi anni, ⁊ vxor aliam dimidiam par-
tem. De quibus tamen fructibus ante fiendā diuisionem
essent deducende expēse facte per vxorē pro querēdis fru-
ctibus primi anni, ⁊ qui erant pendētes tempore matrimo
niȷ̈, ⁊c. Essent etiam deducēde expense, que essent facte per
virum pro querendis fructibus secundi anni. Eodē modo
dici potest eo casu, quo matrimonium duraret multis an-
nis integris, ⁊ per aliquod tempus vltra: minus tamen
14 anno. Postremo † quia quesitum est, an pro operis, labo-
ribus ⁊ penis dicte Laurete sit aliquid sibi exsoluendum:
dico ꝙ cum alimenta eidem legata extitissent: non teneba
tur operari prefatis heredibus. l. quarta. §. fi. ff. de alimen.
licet secus sit quando alimenta debentur tantum de iure
cōmuni. l. sicut, in glos. ff. de oper. liber. Bene faciēt prefati

arbitri, arbitratores, &c. si super hoc aliquam ratione ha-
beāt. Non enim debuit officiū eidem Laurete esse damno
sum. l. si quis ex cōsignatoribus. ff. quemadmo. testa. aper.
15 Pro quo facit, quia † licet tutori sine iudicis authorita-
te salarium regulariter constitui non debeat: tamen autho
ritate iudicis posset sibi constitui in remunerationē labo
ris. l. a tutoribus. §. fin. ff. de admin. tuto. facit quod notat
Bal. & quod ibi Bar. in. l. in eos. ff. de tute. Joan. de Ana.
in. c. qualiter & quando, el. ij. §. licet autem, versic. vlti. quia
dixi, &c. de accusa. Non erit igitur iniquū, si attentis dili-
gētijs, laboribus, & curis, in quibus diu fuit prefata Lau-
reta, etiam post finitā tutelam prefatorū Audiberti, Pau
leti, & Antoneti, dicti arbitri arbitratores, &c. habeāt ali-
quem honestū respectum ad labores & curas huiusmodi: &
pro aliquali remuneratione aliquam summam pecuniariā
sibi adiudicent. Et ita mihi videtur.

¶ Rubr. De confessis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. xlvj.

¶ Confessio geminata etiam extraiudicialis, cum proba
tione promissionis nuptiarum, vel iuramēto suppletorio
mulieris, concubitorem ad matrimonium viget. V. F.

1 ☞ Confessionis geminatio quid operetur: & .3.
2 Geminata obligatio naturalis actionis est productiua: &
quid de conuentione sine causa facta, sed geminata.
4 Matrimonium per testes q̄ facile probetur.



Volens aliquid scribere in causa
que vertitur inter honestā
iuuenculam Catherinā Chalemele actri-
cem ex vna parte, & prouidū iuuenē Pe-
trum Micheleti ex alia, timeo ne dicatur
mihi illud Horatij, in syluam ne ligna fe
ras, &c. propter scripta egregij domini Antonij de Dor-
na iuriū professoris eximij: qui adeo (licet sub paucis ver
bis) plene scripsit, vt opus esse non videatur aliquid ad-
ijcere. Plenitudo enim adiectione nō indiget. c. bene qui-
dem, in princ. distinct. xcvi. facit. l. j. in fin. ff. de dote prele.
& c. si omnia. vj. quest. j. Verum vt satisfaciam voto postu-
lantis, dico adherendo conclusioni & sententie dicti domi
ni Antonij, sentētiam condemnatoriam fore & esse profe-
rendam contra dictum Micheleti tanq̄ plene conuictū.
1 Presupposito † enim, citra preiudicium veritatis, ꝙ vni-
ca confessio extraiudicialis facta parte absente non plene
probaret (cuius contrariū senserūt Joan. And. & Anto.
de Butr. per ipsum do. Antoniū allegati, & fuit de mente
Ostiens. in summa, tit. de confes. qualiter intelligatur, ver
sicu. verum est autem) tamen vbi est geminata confessio,
illa videtur plene probare, argu. eius quod notat Barto.
in. l. cū scimus, in fin. C. de agric. & censi. lib. xj. Dicit enim
Bart. ꝙ licet confessio facta nō in figura iudicij non preiu-
dicet: tamen si bis emanauerit, forte ita preiudicaret, sicut
ea que facta est in figura iudicij. Pro quo allegat glos. in
dicta. l. cum scimus: dicēs eam hoc velle. Dicit etiam ad-
ijciendum id quod notatur in. l. triticum. ff. de verb. oblig.
vbi dicit ꝙ due cōfessiones plus operātur, q̄ vna. Actus
enim geminatus vel perseueratio multū arguunt ad vali
ditatem eius quod agitur: ad quod facit. l. si mulier. C. ad
Velleia. facit etiā quod not. Jas. in. §. in personā, institut.
de actio. vbi referēs Ostien. & Ant. de But. in. c. per tuas,
de arbit. & eundem Anto. in. c. cum contingat, & in. c. quin
tavallis, de iureiur. dicit regulare esse, ꝙ ex pacto nudo ge
minato super eadem re etiā ex interuallo apposito oritur
actio etiā de iure ciuili: ad quod optime facit secundū eū
in. l. fin. C. ad leg. falc. qui secundum Ange. ibi probat sub-
2 tiliter incontinenti, ꝙ † vbicunq̄ est geminata naturalis
obligatio, illa est actionis productiua. Facit etiam, quia
geminata conuētio sine causa valet & tenet, secundū Ang.
in. l. petens, in. vj. lectura. C. de pact. Et subijcit ibi Jason,
3 ꝙ † confessio extraiudicialis, que alias nō preiudicaret, si
sit geminata, ita preiudicat, sicut si facta fuisset in iudicio:
& allegat Bart. in. d. l. cū scimus, in fin. Dicit etiam Ro-
manus consil. ccxc. exordien. In casu proposite cōsultatio-
nis, &c. ꝙ confessio extraiudicialis, & sine causa, & sic indi-
screta, & prima fronte nō probans. l. cum de indebito. §. fi.
ff. de probat. notat glos. in. l. generaliter. C. de non numera.
pecu. c. si cautio, de fid. instru. tamen si geminata extiterit,
illa habet vim confessionis iudicialis: quam certū est va-
lere etiam sine causa, vt notat glos. in. l. j. ad finem, super
verbo apud iudicem. ff. de interroga. actio. & Bald. in. l. si-
cut. C. de repu. hered. Ex quibus videtur nō inepte infer-
ri, ꝙ confessio facta parte absente, si geminata extiterit,
probat. Si enim geminatio operatur effectus predictos,
vt predixi, & presertim si facit ꝙ confessio indiscreta, vel
que talis presumebatur probet: nō video cur etiam facere
non debeat, ꝙ confessio extraiudicialis facta parte absen
te probet: ea presertim ratione, quia qui dicunt talem con
fessionem non probare, mouētur ex eo ꝙ non videatur fa-
cta ex certa scientia: sed potius ex abrupto, & ex aliqua oc-
casione. Et adducunt simile de confessione facta sine cau-
sa: que presumitur erronea. Sed hec cessant quando fuit
geminata: prout factū est in casu nostro. Et ꝙ cōfessio ge-
minata facta parte absente probet, tenuit Pet. de Tre. in
repetit. l. admonēdi. ff. de iureiur. Preterea quomodo ex-
cusabit dictus Petrus Chaberti illam confessionē per
se factā sub presentia Catherine & Buetti Bayeti: de qua
idem Bayeti deponit. Etiam Joanna Fransone testifica
tur, & deponit dictū Petrū Chaberti dedisse prefate Ca-
therine sub fide vel nomine matrimonij quandam zonam
& patrenostros, & illico eandem Catherinam carnaliter co
4 gnouisse. Qui duo † testes licet deponāt de diuersis, vnus
videlicet de confessione dicti Petri, alius de contractu
matrimonij, probant matrimonium contractū, per ea que
notant communiter omnes scribentes in dicta. l. admo-
nendi, & in. l. in bonefidei. C. de re. credi. & cano. in. c. fi. de iu-
reiuran. Dicunt enim duas semiprobationes etiam diuer
sas coniungi ad faciendum vnam plenam probationem.
¶ Adijcio predictis, ꝙ attentis multiplicibus confessio-
nibus prefati Petri Chaberti, & alijs de quibus deponūt
testes parte predicte Catherine in hac causa producti, ac
etiam prefati Bayeti & Joanna Fransone: qui per dictum
Petrum producti deponunt vt predixi: si quid deesset ad
perfectionem probationis, prout deesse non videtur: illud
posset suppleri per iuramentum eidem Catherine deferen
dum: quod isto casu deferri potest eidem Catherine: q̄uis
causa ardua sit, per id quod notat Panor. in. c. mulieri, de
iureiuran. pro quo facit. c. fin. eod. titu. vbi in causa famose
actionis, in qua agitur de maximo preiudicio, potest de-
ferri iuramentum. Dico igitur eandem Catherinam, casu
quo nō plene probasset, quod tamen fecit, debere obtinere
victoriam: sub correctione tamen, &c.

¶ Rubr. De Episcop. audien. ¶ Epito. ¶ Consil. xlvij.

¶ Excommunicato non denegatur legitima defensio: aut
saltem ad eum repellendum exprimi debet excommunica-
tionis species: quia minor, que etiam in vim iudicati ferri
potest, non sufficit. V. F.

1 ☞ Excommunicatio que quem a iudicio repellat.
2 Probatio non releuans non admittenda.



Etiam si nobilis Petrus Al-
bertassij esset pro iudicato
excōmunicatus, prout ex aduerso preten-
ditur, licet minus vere: non esset tamē idē
nobilis Petrus a postulatis per eūdem,
nec ab appellatione etiam in casum recu-
sationis mihi postulatorum interiecta repellendus. Quia
licet excommunicatus agere non debeat: potest tamen ex-
cipere, & se defendere aduersus aduersarium. Excōmuni-
cato enim reseruata est oīs legitima defensio. c. cum inter.
c. dilecti. c. dilecte, & c. significauerunt, de exceptio. Potest
enim excōmunicatus, etiam si esset originarius actor, ap-
pellare a sententia cōtra se promulgata, & appellationem
prosequi. c. fin. de exceptio. de quo ibi glos. & in. d. c. signifi-
cauerunt. Preterea cum duplex sit excommunicatio, sci-
1 licet maior & minor, & † non quelibet eius species actorem
repellat, sed duntaxat maior excommunicatio. c. eigeltru-
dam. iij. q. iiij. notat glos. in. c. pia, de exceptio. in. vj. nō de-
buit nec debet dictus nobilis Colinus admitti ad praban
dum pretensam excommunicationem per eum oppositam:
quia etiam si illam probaret in genere, prout de ea in gene-
re opposuit: non esset idem Petrus, etiam si actor esset in
hac causa, prout non est, repellendus: ea ratione, quia incer
2 ta probatio nō releuat. c. in presentia, de probat. Et † si non
releuet, admittenda non est. l. ad probationem. l. neq̄ nata-
les. C. de probat. l. non hoc. C. vnde cogna. & c. cum contin
gat, cum suis simili. de offic. deleg. Preterea etiam dictus
Colinus

Colinus inepte opposuit de dicta pretēsa excōmunicatione: cum illius speciē non expresserit: quod tamē facere tenebatur, in d. c. pia. Nec obstat ꝗ proposuerit ꝛ dixerit eundem Petrum esse excommunicatū in vim cuiusdā pretēsi iudicati: quia ex hoc nō infertur ꝗ ipse excommunicatus extiterit vel existat maiore excōmunicatione: quia etiā in exequtionez iudicati posset proferri minor excōmunicatio ab homine. Debet igitur dictus nobilis Petr⁹ ad per eū postulata admitti, nō obstantibus ex aduerso propositis: que nō obstāt. Et ita mihi videtur, sub correctione, ꝛc.

¶ Rubr. De censib. ꝛ censi. ꝛ pereq. ¶ Consilium. xlviij.
¶ Epitome.

¶ Censum heres soluere tenetur pro predecessore, item is ad quem bona censualia peruenerunt. V. F.



Visis Antiquis instrumentis parte prouidorum virorum Joannis Bertrandi, Ysnardi Correardi, ꝛ aliorū quorundā particularium loci de Balma Arnaudorum, cuiusdā perequationis facte de octo libris annualibus solui cōsuetis per homines Breuis domini Jordani de Rosanis, possessores ꝛ tenementarios bonorū in eadem Breui existentium: auditis preterea aliquibus ex dictis hominibus: dico ꝛ respōdeo sub correctione cuiuslibet melius sentientis, ꝗ prefati Joannes Bertrandi, Ysnardus Coreardi, ꝛ alij qui in Breui huiusmodi dicūtur remāsisse, ꝛ adhuc existere, nō tenentur soluere quotā ꝛ portionem dictarum octo librarum, ad quam tenebantur quidam alij: quorum aliqui a Breui predicta ꝛ loco seu castro Balme Arnaudorum dicūtur recessisse, ꝛ alij ab humanis decessisse: quia non debet alteri per alterum iniqua afferri conditio, regula non debet alteri, ꝛ quod ibi glo. ff. de reg. iur. ꝛ quod notat glos. in regula non debet aliquis, eod. tit. in. vj. Et hoc procedit, nisi illi, qui in eodem Breui remanserūt, vniuersaliter successissent mortuis: eo enim casu tenerentur heredes huiusmodi ad soluenduz quotam ꝛ portionē illos defunctos concernentē. l. pro hereditarijs, ꝛ quod ibi glos. C. de here. act. vel nisi illi qui remāserunt, aut aliqui eorūdem emissent aut alias acquisiuissent bona que prefati defuncti aut illi qui a Breui decesserūt in dicto Breui possidebāt: tunc enim viderentur posse cogi ꝛ compelli ad soluendum de quota illorum defunctorū, vel eorū qui recesserunt, secundum quotam ꝛ portionē bonorum, que ad eosdem peruenissent de bonis que in dicto Breui existūt, arg. l. apud, ꝛ quod ibi Duli. ꝛ post eum Jacob. Rebuf. C. de debito. ciuit. notant enim doct. prefati. d. l. esse in arg. ꝗ si aliquis emat de rebus alicuius, qui debebat collectā: ille qui emit tenetur pro parte quā emit ad solutionē collecte, ad quam venditor tenebatur: discussis tamen, vt dicunt, facultatibus priorum debitorū, etiam si bona erant obligata pro solutiōe quote ꝛ partis illos defunctos, vel alios qui a Breui recesserunt concernentis: possent possessores bonorum huiusmodi conueniri actiōe hypothecaria: per quam domini castri petere possent bona huiusmodi sibi restitui, per eosdem tenenda ꝛ possidēda donec ꝛ quousqꝫ de quota seu parte predicta eisdem dominis satisfactum esset, per iura vulgata. Sed illi qui de bonis huiusmodi nihil tenēt vel possident, nec defunctorum heredes existunt, non possunt conueniri aut compelli ad soluēdum vltra quotā eis olim in perequatione assignatam: cum non reperiantur pro eis obligati.

¶ Rub. De pact. inter empt. ꝛ vend. comp. ¶ Cons. xlix.
¶ Epitome.

¶ Pactum de non vendendo non impedit permutationem, maxime vbi in pacto pretij mentio facta est. V. F.

1 ☞ Venditio an ꝛ quando ad omnem contractum extendatur, per quem dominium transfertur.
2 Odiosum est quem pro libito re sua vti non posse.
3 Damnum sua culpa sentiens illud sibi imputet.



Non Puto ꝗ appellatiōe vēditionis de qua in apodixa facta per venerabilem ꝛ egregium virū do. Antonium de Dorna iurium licentiatū eximium cōprehēdatur permutatio. l. fi. ff. de condict. cau. da. de quo Specul. ꝛ Joan. And. tit. de loca. §. nunc dicendum, el. ij. vers. sed pone statutum ex. ꝛc. Ant. de But. in. c. constitutus, de in integ. restit. ꝛ Pa-
1 norm. in. c. j. de ijs que fi. a prelat. In dicta enim † apodixa mentio fit ꝛ cauetur, ꝗ si nobilis vir Guilhelmus Rafardi terram, de qua ibi, redimeret, illam alteri vendere non posset: ꝛ ꝗ eodem pretio terram huiusmodi dicto domino de Dorna relinqueret, quod alibi realiter ꝛ sine fraude reperiret. Quo casu ꝙuis alias aliquando verbum vēditionis extendatur ad omnem contractum per quem transfertur dominium. l. statuliberi a ceteris. §. j. ff. de statulib. secus tamē est vbi fit commemoratio pretij: quia eo casu verbum venditio verificatur tantum in venditione vulgariter sumpta, quando scilicet interuenit pretium. l. fin. C. de predi. decur. sine decre. non alie. Ita notat Salic. in. d. c. j. de ijs que fi. a prelat. pro quo facit quod voluit Joan. de Plat. in. d. l. fi. vers. secundo not. ꝛc. C. de pre. curia. sine decre. ꝛ Jason in. l. j. vers. vnum tamen in proposito, ꝛc. C. de iure emphyt. vbi dicunt, ꝗ vbicunqꝫ fit mentio de pretio, in dubio refertur ad contractum emptionis ꝛ venditiōis, ꝛ de illo contractu intelligitur: pro quo allegant glos. in. l. cum dotem, ꝛ quod ibi Bald. C. de iure dot. allegat etiam idem Joan. de Plat. gl. in. l. apud Celsuz. §. si cū legitima. ff. de except. do. quod si ita est, ꝗ videlicet (vt predixi) commemoratio pretij referri debeat in dubio ad contractum emptionis ꝛ vēditionis: multo fortius in hoc casu: in quo idem do. de Dorna visus est verbo, vēditionis. Preterea
2 † odiosuz est ꝗ aliquis nō possit disponere de re sua prout vult, ꝛ illam transferere in alium, prout magis eligit: hoc enim est legi contrarium. l. dudum. C. de contrahen. empt. ꝛ vend. l. in re mandata. C. manda. ꝛ l. Polla. C. de ijs qui. vt indign. Sed vbi sumus in materia odiosa, appellatione venditionis non venit permutatio, arg. l. cum quidam. ff. de liber. ꝛ posth. quod etiam voluit Bald. in. d. l. fin. ff. de condi. cau. da. ꝛ Panor. in. d. c. j. Cum igitur in predicta apodixa caueatur, ꝗ si idem nobilis Guilielmus terram predictā redimeret, illam alteri vendere non posset: debuit ꝛ debet verbum venditionis accipi, non quidem generaliter, ꝛ prout comprehendit omnem contractum per quem transfertur dominium in alium: sed specialiter pro cōtractu venditionis ꝛ emptionis: in quo videlicet interuenit merx ꝛ pretium. Solum ergo ꝛ duntaxat astringebatur dictus nobilis ad non vendendum terram predictam alteri, eidem do. de Dorna: nō autem astringebatur ad non permutandū. Quo fit vt imputandū sit nobili ꝛ potenti viro Antonio lo Berge, ꝛ nobili Ludouice eius consorti, cum quibus idē nobilis Guilielmus de terra predicta seu iure ꝛ facultate candē redimendi ꝛ quibusdā alijs predijs permutationem celebrauit, si terraz predictā non redemerint, aut saltem cum predictam apodixam penes se habuerint, quantū in eis fuit redimere non tentauerint: postꝙ re vera idem dominus de Dorna illā reuendere promiserat, pro ut constat per dictam apodixam: ꝛ qui se, vt predixi, tueri ꝛ defendere non poterat virtute dicti pacti, quominus re-
3 uenderet. Damnum † enim quod quis sua culpa sentit sibi debet non alij imputare, regula damnum, de regul. iur. in. vj. ꝛ regula quod quis ex sua culpa, ꝛ quod vtrobiqꝫ notat glos. si. cod. tit.

¶ Rubr. De in ius vocan. ¶ Epitome. ¶ Consilium. l.

¶ Contumax vere non dicitur, qui parte extraiudicialiter interpellante id ad quod tenetur non adimplet. V. F.

1 ☞ Contumax quis sit.
2 Verba vbi cessant statuti, cessat ꝛ ipsius dispositio.
3 Interpretatio in contractibus stricte fieri debet.
4 Vsus loquendi in exaudiendis sermonibus quanti momenti sit.



Contumacia, Ut dicit Ostiens. in summa, tit. de contumacia. §. j. quem refert ꝛ sequitur Joan. And. in addit. Specul. in princ. est erga iudicem vel prelatum commissa inobedientia. A contumacia autez. dicitur quis contumax: quemadmodum ab albedine de-
1 nominatur quis albus. Est autem † contumax, vt notant Joan. Monac. de dol. ꝛ contuma. in. vj. super rubr. Joan Andr. in addit. Specu. tit. de contuma. §. j. ꝛ glos. in. c. j. in princ. tit. de mili. vassalo qui contu. est, qui tribus edictis,

vel vno peremptorio citatus non venit: vel venit, sed non obedit, sed illicentiatus recedit. c. certum. xj. q. iij. c. si quis autem. xviij. distin. c. ex literis, de exces. prelat. c. de illicita. xxiij. q. iij. l. tres denuntiationes. C. quomo. & quan. iud. c. causam que, de dolo & contu. & l. cōtumacia. §. cōtumax est, cum suis simili. ff. de re iudic. Goffri. etiam dicit in summa, tit. de contumacia, quod contumacia inobedientia & contemptus est, cum quis tribus edictis vel vno peremptorio pro omnibus citatus presentiam sui facere contemnit. d. l. contumacia: vel veniēs mādato non paret. l. j. ff. si quis ius dicen. non obtempera. & l. creditor. §. iussus. ff. de appellat. Quo fit vt esto quod vel per prefixionem certi termini, vel per interpellationem extra iudiciū legitime factam quondam magnificus & potens vir dominus Astorgius de Petra, vel magnificus & potens vir dominus Antonius de Petra, eius filius, in mora constituti extitissent: nō propterea dici debuerunt esse in contumacia: nec contumaces extiterūt: nisi (vt predixi) trino edicto vel vno peremptorio pro omnibus sui presentiam facere contempserint, vel alias mandato superioris vel iudicis non paruerint, per predicta. Non igitur potuit clamor exponi parte magnifici domini Berengarij de Rupefolio contra dictum magnificū do. Antoniū de Petra, de & pro summa octingentorū scutorum auri, pro pretensis quatuor solutionibus: & hoc obstante pacto dudum celebrato & inito per & inter predecessores vtriusque partis: quo caveri dicitur, quod solutiones dotis de qua ibi, tā in soluendo, quam in restituendo, si casus eueniret restitutionis, non possent nec deberent accumulari: nec possent partes inibi mētionate compelli in vno anno nisi pro vna solutione tātum de solutionibus inibi expressis: nisi pars rea esset in cōtumacia. In qua, vt predixi, esse non potuerunt prefati do. Astorgius pater quondam huius do. Antonij, vel ipse do. Antonius, nisi citati vel iussi, vt supra, &c. Et ita cessauerunt & cessant verba conuentionis inter partes celebrate. Debet igitur cessare conuētio,
2 vt dici solet, quod † cum cessant verba cōstitutionis seu statuti, cessat & ipsius statuti dispositio. l. bos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. iiij. §. toties. ff. de damno infec. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. & esti. & l. si seruum quis. §. nō dixit. ff. de acqui. hered. pro † quo facit, quia in contractibus
3 stricta fit interpretatio. l. veteribus. ff. de pact. & l. quidquid adstringende. ff. de verb. obligat. notat Alex. de Imo. in. l. non solum. ff. solut. matri. & l. si extraneus. ff. de condi. cau. da. Poterant enim partes predicte faciliter exprimere, quod facta requisitione extra iudiciū, &c. quod quia factum non est, sed vse sunt partes alio verbo: non video quare a verbo huiusmodi & illius significatione recedi debeat. c. ad audientiam, de deci. l. ille aut ille. §. cum in verbis, & l. non aliter. ff. de legat. iij. Facit ad premissa, quod videlicet prefati domini Astorgius & Antonius de Petra dici non potuerint contumaces, vel fuisse in cōtumacia: quia, vt audio, vel de consuetudine, vel de statuto, domini magistratus certum quid recipiunt a contumacibus. Et tamen nunquam aliquid recipiunt ab interpellatis extra iudicium, quantumcunque reiteratis vicibus interpellati extiterint: nec dici solēt contumaces, nisi vocati vt predixi presentiam sui facere contempserint, vel precepto non paruerint. Quo fit vt etiam presupposito citra preiudicium veritatis, quod contumacia vel contumax haberēt aliam significationem, quam superius dixi: illa tamen propter vsum loquendi, qui est in patria, deberent etiam contra propriam significationē accipi, vt
4 predixi: quia in † exaudiendis sermonibus vsus omni regule omnique constitutioni derogat. l. librorum. §. quid ergo, & quod ibi gl. ff. de leg. iij. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. c. ex literis, in fi. de spons. l. cum de lamonis. §. asinam. ff. de fun. instruc. l. si seruus pluriū. §. fi. ff. de leg. j. l. Labeo. ff. de supel. leg. & l. quod si nolit. §. qui si assidua. ff. de edil. edic. quod etiam voluit Oldra. cons. mihi. cxviij. exord. Ad primam questionem, &c. Ant. de But. consi. xij. exord. Viso puncto, &c. Petr. de Anchar. consil mihi. clij. exord. Pulchra sunt dubia de quibus queritur, &c. Panor. in. c. j. versic. ad vnum tamen aduertas, de iudic. & Io. de Imola in. l. si vero, versicu. sexto fallit quando extensio. ff. soluto matrimonio.

¶ Rubr. De litigiosis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. lj.

¶ Litigiosa res inter te & me ab alio potest alij cedi et remitti. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Presumptio quod quis habeat mandatum, vel officium, vel ius in re aliena, an & quando procedat.
2 Interdicto retinende agenti opponi non potest exceptio dominij.
3 Possessorem dominus de facto molestare non debet.
4 Possessio. xxx. annorum bonefidei & proba censenda.



Adherendo Alias per me scriptis, & in illis perseuerando, dico sententiam absolutoriā pro eodem de Fonte promulgatam fuisse & esse iniquam & iniustā: & propterea causis per me allegatis rescindendā. Quibus addo, quod pretensum albergamentum parte dicti de Fonte in hac causa allegatum, & quod factū pretenditur per nobilem virum Lācelinum Vellieu, vt & tanquam pretensum procuratorē & procuratorio nomine magnifici & potentis viri do. Guilielmi de Pictauia domini Cleriaci, eundē de
1 Fonte in aliquo nō releuat. Cū † quia de procuratoria potestate seu mandato dicti nobilis Vellieu nō apparet: nec pro ea presumitur, per ea que notat Bald. in. l. ij. C. si ex fal. instru. & in. l. j. C. de reb. alien. non alie. dicit idem Bald. quod quis non presumitur habere officium publicū nec priuatū quinimo presumitur quis officium non habere, nec ius in re aliena, nisi probet, vel nisi esset per eum possessa. Et quod nō presumatur mandatū precessisse etiam ex tēporis diuturnitate not. Alex. de Imo. in. l. sciendū. ff. de verb. obli. & in. l. qui in aliena. ff. de acquir. hered. Tum & quia huiusmodi pretensum albergamentum, vtpote res inter alios acta, eidem Michaeli preiudicare non debet, etiā si appareret de mandato seu potestate predicta. c. inter dilectos. §. porro, de fide instru. c. quamuis, & quod ibi glos. de re iudica. & l. j. cum suis simili. C. res inter ali. acta. Et eo maxime, quia tam prefatus Michael, quam prouidus quondam vir Julianus Vitalis eius pater possederunt nemus de quo agitur, iam sunt triginta anni, & vltra. Propter quod non licuit eidem de Fōte sua propria authoritate inquietare, turbare, & molestare prefatum Michaelem, etiam si per dictum pretensum albergamentum esset ius, quinimo & dominiū quesitū (prout non est) ipsi de Fonte, seu eius predecesso-
2 ri. Hinc † dicimus, quod agenti interdicto retinende possessionis opponi non potest exceptio dominij, vt notat glo. in l. si de eo. §. fi. ff. de acquir. posses. glos. in. c. cum venissent, super verbo abiurasse, circa fin. & quod ibi doct. de institu. Bart. in. l. naturaliter. §. nihil commune, versi. secundo oppono. ff. de acquir. posses. & Barto. in quodam suo consilio exordiente, Martinus, &c. & idem voluit Bart. in. l. j. C. si per vim vel alio mo. Bart. Joan. de Imo. & docto. magis communiter in. d. l. si de eo. §. fin. & hoc videtur esse verissi-
3 mum: quia † non videtur cōueniens quod dominus de facto molestet possessorē, arg. l. j. C. quan. lice. sine iudi. se vindi. Et hoc sine dubio procedere debet in hoc casu: vbi posses-
4 sio † prefati Michaelis est non quidē recens, sed antiquissima, ac triginta annorū & vltra: & ita non presumitur malefidei, vel improba, per id quod notat Bart. in. l. cū querebatur, in fi. C. vnde vi. Nec ex aduerso probatur iniusta vel improba. Dictus etiam de Fōte nihil probat de iure suo: nisi (vt predixi) de illo pretenso albergamento: quod causis superius allegatis, & presertim quia factum est ab eo de cuius mandato nō apparet, & quod precessisse nō presumitur, eundem de Fonte non releuat, nec refragatur seu obstat prefato Michaeli. Adijcio premissis, quod (vt apparet per instrumenta mihi exhibita) Neymo, seu aptius credo Aymo & Bartolomeus Vitalis & Michaela Vitale, filij dicti quōdam Juliani, & fratres prefati Michaelis, cesserunt, remiserunt, & donarunt eorum iura eidem Michaeli suo fratri: quod fieri potuit, etiā lite pēdente: quia quoad eos non erat res litigiosa. Non enim actiue aut passiue partem fecerunt in hac causa: & ita non erant prohibiti remittere, cedere, & donare iura sua: quia prohibitio solum fit actori & reo, vt apparet ex hijs que habentur in. l. fina. C. de litigiosis.

¶ Rubrica, De feudis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. lij.

¶ Vassallus domino ad imperiales casus adstrictus pro filia domini maritanda aliquid suppeditare non tenetur, nec dominum egenum alere, nec equos ei ministrare: nisi aliud vel pacta, vel consuetudo, suaserint. V. F.

1 ☞ Vasallus domino ad quid teneatur: & a quibus per
dominum possit liberari: & num. 4. & 8.
2 Dotare filiam mater non tenetur, nec filius matrem, nec
frater sororem.
3 Alere patrē filius tenetur: non tamē eius debita soluere.
5 Dominus subditis molestus esse non debet, nec in eos
aliquid innouare.
6 Maritatio filie domini de casibus imperialibus nō est.
Imperiales casus dominorum & vassallorum qui.
7 Dispositio non conuenit vbi verba non conueniunt.
9 Opinio vltimo recitata per doctorem an censeatur ap-
probata.
10 Alimentorum appellatiōe in eo qui pedibus ingredi ne-
quit continetur equitatura.



Vidi Copiā partis recognitiōis & ho-
magij olim, anno videlicet Do-
mini M. ccclxxvij. factorū per quosdam
particulares inibi plenius nominatos
domino loci de Furnicherio, cum certis
petitionibus: quas (vt mihi asseritur) fa-
cit & facere nititur contra homines incolas & habitatores
eiusdē loci de Furnicherio nobilis & generosus vir Clau-
dius Raymundi, dominus eiusdem loci. Voluissem pro
pleniore informatione habenda habere copiā integrā ho-
magij & recognitionis predictarum, & intelligere quid ha-
ctenus in illis partibus extiterit obseruatum. Verum
vt in aliquo satisfaciam voto petentiū, premitto quod Rofr.
in tract. suo. libel. sub sacramen. cuius. vassal. & que conti.
1 sacra. fid. dicit, quod † vassalli propter feuda, que a dominis
recipiunt, tenentur eisdē obedire in sex casibus. Primo
pro exercitu imperiali tenetur vasallus conferre secūdum
qualitatem & quantitatē sui feudi: quod vocatur adiuua-
mentū. Secūdo pro corredo imperiali, vt videlicet quādo
imperator transiret per illum locum, contribuat vassallus
in sumptibus eius. Et in his duobus seruit vassallus pro
curia. In alijs vero quatuor casibus, vt dicit Rofred. vbi
supra, seruit vassallus propter domini vtilitatē. Qui sunt
pro filia domini maritanda, Pro domino vel filio milite
faciendo, Pro domino capto ab inimicis redimendo. Et
terra per dominum emenda. Et subiungit idem Rofr. quod
in his quatuor casibus, qui principaliter tangūt dominum,
non Regē vel Imperatorē, possit dominus vassallū libe-
rare: non in duobus primis, quia illa duo statuta extite-
runt pro vtilitate domini Imperatoris. Et per omnia ef-
fectualiter idem dicit Specul. tit. de feu. §. quoniam, vers.
& nota quod vasalli comitum vel baronum, &c. & latius Ioan.
Blau. in sua summa, tit. quib. mod. feu. amitta. qui dicitur
ad hoc allegasse multa bona iura. Sed, vt dicit Io. And.
in addit. Spec. in d. versic. & nota quod vassalli comitum, &c.
quidam Rofr. resistunt, dicentes hoc legibus vel consue-
tudinibus feudorum non probari. Et potissime resistunt
tertio casui, qui est de filia maritanda: & quarto, qui est pro
se vel filio milite faciēdo, & sexto, qui est vt vassallus iuua-
re debeat pro terra emenda. Non enim, vt dicunt, vident
quare dixerit Rofr. quod vassalli teneātur iuuare dominum
2 pro filia maritāda: cum † mater non teneatur dotare filiam
nec filius matrem: nec frater sororem: nec tutor pupilli tali-
bus munera nuptialia conferre. De sexto casu, scilicet quod
vassallus teneatur iuuare dominū pro terra emenda, dicit
nō videre vnde Rofr. hoc dixerit. Nam etiam filius causa
ciuiliū munerū, vel causa sui debiti, a patre conueniri non
3 potest. C. ne filius pro pat. l. patris. Licet † enim filius pa-
trem alere teneatur: non tamen tenetur eius debita solue-
re. l. si quis a liberis. §. si vel parens. ff. de alend. liber. pro
4 quo bene facit. c. licet, in fi. si de feu. Vbi etiam † pro euitan
do periurio domini, qui iurauerat certa die soluere, vas-
sallus habens pecuniam etiam paratam, illam pro eo sol-
uere, vel sibi credere non tenetur. Et in hoc residet Ioan.
And. vbi supra. Hanc etiam partem tenuit Pet. Iacob.
in suis libel. sub rubr. de cau. ex quib. vassal. qua est de iu.
scrip. debet amitte. feu. versic. audiui a quibusdam, &c. vbi
inter cetera dicit idem Pet. quod quia Rofr. & Ioan. Blau.
premissa dixerunt, male fecerunt: & deterius quia in scri-
ptis redegerunt. Inde enim, vt ait, turbātur & errāt multi
domini terrarum nostri temporis, qui tota die satagunt
subditorum sanguinem suggere, & gaudent dictis eorum:
que simpliciter loquendo de iure ciuili falsa existunt: quod
probat primo, quia hec non reperiuntur de iure cauta: er-
go hec dicere non debemus: quia erubescimus cum sine
lege loquimur. l. illam. C. de collat. & auth. de trien. & semis.
§. consideremus, collat. iij. Secundo quia iure cauetur, quod
5 † dominus non debet aliqua innouare, vel molestiam in-
ferre colonis, seu hominibus suis. Et si cōtrarium fecerit,
moderator prouincie lesionem resarciri faciet, & veterem
consuetudinem redditibus prestandis obseruari. l. cum sa
tis. §. caueant. C. de agricol. & cen. lib. x. Et quod vassalli cogi
possint aut compelli ad contribuēdum in dote filie sui do-
mini, tenuit Iacob. Rebuf. in. l. j. C. de exacto. tribu. lib. x.
pro quo allegat. d. l. & l. placet de excusat. mune. eod. li. & l.
ij. in fi. C. in qui. cau. col. lib. xj. & l. fin. C. de statuis & imagi.
Hācetiam partē sequutus est Bertran. de Deu. per mul-
tas rationes, prout refert Pet. Antibo. quāuis ipse teneat
contrarium in suo diuersorio, versic. sed quero nunquid
baro vel comes, &c. Sequendo igitur hanc partē, que mihi
videtur probabilior, dico quod homines loci predicti de Fur-
nicherio cogi non possunt ad contribuendum in dotibus
contribuendis aut constitutis pro filiabus dicti nobilis
Claudij Raymundi: quod verum intelligo, nisi aliud ob-
seruatum extitisset de consuetudine: quia si ibi esset consue
tudo contraria, illa esset obseruanda, vt satis sensit Iaco.
Rebuf. in. d. l. j. C. de exacto. tribu. & Ioan. Raynaudi in
suo comprehensorio. l. imperialem. §. firmiter, de probib.
feu. alie. Alexand. de Imo. consil. xxxv. in. ij. vol. Non au-
tem puto quod ratione promissionis, de qua in homagio et
recognitione antedictis, & per quam homines prefati pro-
miserunt seruire in casibus imperialibus de iure vel con-
6 suetudine in comitatu Vuapincensi introductis: quia † con
tributio fienda pro maritāda filia domini nō videtur esse
casus imperialis: sed est casus pertinēs ad vtilitatē ipsius
domini. Casus vero imperiales videntur esse, vt predixi
post Rof. Spec. & Ioan. Blau. vt teneatur vassallus con-
ferre pro exercitu Imperatoris, secundū qualitatē & quan
titatē sui feudi, & pro corredo imperiali: vt videlicet quan-
do Imperator vel alius princeps transiret per illū locum
contribuat vassallus in sumptibus eius. In his enim duo-
bus casibus seruit vassallus pro curia. Et ita hi duo vi-
dentur esse imperiales. Et sic homines prefati non viden-
tur fuisse obnoxij vel astricti in vim promissionis, de qua
in homagio & recognitione antedictis, ad seruiendū nisi in
7 dictis duobus casibus: quia † verba promissiōis alijs non
conueniunt: ergo nec promissio ad eos extenditur. l. hos
accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. j. §. loquitur. ff. de aqua
quot. & esti. l. ita autem. ff. de administrat. tut. & l. si seruum
quis. §. non dixit. ff. de acquir. hered. Preterea vbi idem
nobilis Claudius Raymundi pretendere vellet quod tem-
pore homagij & recognitionis predictarum approbatum
esset de consuetudine aut de iure, quod vassalli contribuere
deberēt pro maritāda filia: ipse hoc deberet probare: alias
8 promissio predicta eidē non prodesset. ¶ Ad ea † vero que
vlterius pretendit idē nobilis Raymundi, scilicet quod pre-
fati homines teneantur eum nutrire, si non habeat de quo
se nutrire possit, & equos ad equitandū sibi emere, si equos
non habeat: dico & respondeo, primo quidem quoad ali-
menta, quod vassalli secundum magis communē opinionem
non tenentur alere dominum etiam egenum. l. iij. §. penul.
ff. de administr. rer. ad ciuit. pert. quod etiam voluit Iaco.
Ardi. in summa, quib. mod. feu. amitt. sub rubricel. an vas
sal. tenea. do. egen. ale. quem referūt & sequuntur Io. An.
in addit. Specul. tit. qui filij sint legit. versic. sed nunquid
dominus, in addit. exord. Ad literam fuit Alber. Bal. &
9 Aluar. in. c. licet, si de feu. contro. fue. Et hoc † etiam vide-
tur fuisse de mente Spec. in. d. vers. sed nunquid dominus:
pro eo quia hec opinio fuit vltimo loco per eum recitata,
per id quod notat gl. in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad Tre-
bel. & Bald. in. l. j. in fi. ff. de constitut. Fateor quod Bal. in. l. j.
§. sed scimus. C. de lati. liber. tol. dicit, quod vassallus tenetur
alere dominum de redditibus feudi, non de proprijs do-
mis. Etiam Bar. in suo tract. de alimen. dicit, quod vassallus
tenetur alere dominū egenum: alias posset dominus pro-
pter denegationem alimentorū feudum licite auferre: pro
quo allegat. c. j. de for. fidel. & idem videtur sentire in. l. ali-
menta. §. imperatoris, versic. querit Dy. ff. de liber. agno.
Sed primam partem, quod vassallus dominum alere non te-
neatur, tenet Salic. in. l. solo. C. de lib. cau. Et hec est com-
munis opinio, vt sentit Alua. in. d. c. licet. Et huic videtur
esse adherendum. Et idem dico de equis: quia si nō tenē-
10 tur subditi ad alimenta: ergo nec ad equos: qui † in eo qui
pedibus ire non potest similes sunt alimentis, imo sunt
pars alimentorum, notat Bald. in. l. solent. §. non vero, cir

ca princ.ff.de offic.proconsul.pro quo alegat in arg.notata in.l.idemq̃.§.idẽ Labeo.ff.mand. Non insisto vlterius super istis:cum,vt predixi, plenam informationẽ non habeam,nec satis aperte videre potuerim,an bona per homines recognita sint feudalia,an emphyteuticaria:nec an homines huiusmodi vassalli sint,an emphyteute.

¶ Rub. De except.ꝛ prescrip. ¶ Epitome. ¶ Consi.liiij.

¶ Emphyteuta contra eum,qui se dantis in emphyteusim non probat successorem, quinetiam cõtra eum qui de euictione tenetur,iusta exceptione tutus est. V. F.

1 ¶ Euictionis obligatus impeditur agere.
2 Actio personalis fundum non sequitur.
3 Commissum intentans rei vendicatione agere videtur.
4 Dominij probatio quid requirat.
5 Habeo verbi significata quedam.
6 Testes deponẽtes aliquem de certo tẽpore rem habuisse, ꝛ se referentes positioni sic cõcepte, nõ probant dominiũ.
7 Probatio incerta probantem non releuat.
8 Testem dicti sui causam efferre non oportet.
9 Actio personalis in emphyteutaꝫ vel eius heredẽ datur.



Etiam Si alias libellus parte nobilium Tanequini, Claudij, ꝛ Frãcisci de turre, ꝛ aduersus honorabilẽ Bernardinũ Teissenderij ꝛ Joannam eius vxorem,in curia maiore ordinaria Carpentoracten.oblatus,de iure procederet: cuius contrarium videtur colligi ex eodem, pro eo quia non solum nobilis vir Joannes Bobelli, ipsorũ de Turre pretensus pater,ꝛ cui pretendunt se iure hereditario successisse,sed etiã nobilis Catherina eiusdẽ Joannis mater, dicitur Martinetum ꝛ alia, de quibus in hac causa, dedisse in emphyteusim: cui nec se proponunt iure hereditario vel alias quomodolibet successisse, nec ab ea vel aliquo eius successore causam aliquaꝫ habuisse,ꝛ propterea videantur ab initio plus re petijsse:illud saltẽ certum est, eosdem male egisse ꝛ agere, quatenus dictus eorum libellus concernit ꝛ concernere potest illam partem Martineti ꝛ Affaris,quam eidem Joanni de Turre recognouisse pretenditur honorabilis quondã vir Petrus de Puteo,Bernardi ꝛ Joanne predictorũ predecessor:cũ vt apparet ex actis cause huius idem quondam Joannes de Turre ꝛ prefatus Tanequinus eius filius dominium directũ partis huiusmodi cũ pretenso annuo cẽsu viginti quinq̃ quintalium feni, ꝛ alijs suis pretensis pertinẽtijs ꝛ iuribus dicto quondam de Puteo vendiderint, anno Domini.M.cccc.xlvi.ꝛ die.xxvij.mensis Junij:hoc enim legitur in publico instrumento sumpto ꝛ recepto anno, mense ꝛ die predictis, per honorabilem quondam virum magistrum Bertrandum patris:ꝛ quod fuit in hac causa parte dictorum coniugũ oblatum ꝛ productum:vbi etiam reperiũtur se pro euictione obligasse.Cum enim, si ab alio pro premissis conuenirentur dicti Bernardus ꝛ Joãna, prefato de Turre tenerẽtur de euictione, ipsi videlicet omnes ex persona dicti quondam eorum patris, cuius (vt dicunt) heredes existunt:ꝛ rursum idem Tanequinus ex sua propria persona,tanq̃ conuẽditor:non potuerunt ipsi pro premissis agere vel experiri contra dictos coniuges:
1 quia † quem de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio.l.vẽdicantem,cum suis simili.ff.de euictio. ꝛ quia etiam nõ possunt successores venire contra factum sui predecessoris. Quoad hanc ergo partem debent dicti cõiuges proculdubio ab impetitis absolui. Preterea etiã quoad aliam partem videntur dicti coniuges absoluendi, aut pro eo quia cõuenti extiterunt cõdictione ex lege, ꝛ sic actione personali: quod fieri non potuit,cum nec ipsi, nec dictus quondam de Puteo hanc partem recognouerint:
2 quia † personalis actio fundũ non sequitur.l.j.§.si heres, cum suis simili.ff.ad Trebel. Quibus nõ obstat, q̃ quidã Joannes Fabri pretẽdatur alias recognouisse illam partem. Quia de hoc nihil ad dictos coniuges: qui non probantur, quinimo nec proponuntur bonorum possessores eiusdem Joãnis Fabri, per iura ꝛ rationes allegatas per spectabilem virum dominũ Georgium de Garronibus. Super quibus nõ insisto. Sufficiũt enim remissiones sue egregio viro domino iudici maiori,ꝛc. Aut ideo veniunt ipsi coniuges absoluendi quoad partem huiusmodi, pro eo quia cõuenti sunt quoad id, quod in libello petitur de
3 clarari † Martinetum ꝛ alia inibi mẽtionata cecidisse in commissum,ꝛ vtile illorum dominiũ cum directo dominio prefatorum de Turre fuisse ꝛ esse consolidatum, ꝛ ad eosdẽ pleno iure spectare ꝛ pertinere. Sic enim agẽdo vel concludendo in causa videntur egisse actione rei vendicationis, vt voluit Oldra.consil.ccxxij.exordien. Quod attento processu,ꝛc.ꝛ Joan. Raynau. in suo comprehẽso.l. imperialẽ.§.pena, versic.quero qua actione agetur ad feudum commissum,ꝛc.de prohibi.feud.alie.per Frider. Sed
4 † ad probationem eorum pretensi dominij non sufficiebat vel sufficeisset instrumentum cõcessionis in emphyteusim, etiam si quoad illam partem probarentur dicti coniuges fuisse emphyteute, vel illam a prefato quõdam Joãne recepisse in emphyteusim.l.ad probationeꝫ.C.loca. pro quo facit quod in simili notat glos.in.l.ita vt si fur.ff.cõmoda. Bart.in.l.si aliena.ff.solut.matri.ꝛ.l. si quis cõductionis titulo.C.loca.ꝛ quod ponit Paul.de Cast.consi.iij.exordiente, Facto isto,ꝛc.ꝛ consi.xcvj.Viso quodã processu,ꝛc. Et istud fuit in terminis de expressa mẽte Bart.in.l.legata inutiliter.ff.de adimen.lega. Multofortius ergo ꝛ sine dubio hoc procedit in hoc casu:in quo nõ apparet eosdem coniuges causam habere a dicto quondam Joãne, vel dictis eius heredibus. Nec suffragatur eisdem de Turre,q̃ pretendũt prefatum quondam Joãnem de Turre habuisse,tenuisse ꝛ possedisse tẽpore eius vite ꝛ mortis prefatum Martinetum, ꝛ alia predicta. Cum quia istud nõ probatur. Testes enim qui de hoc deposuisse videntur,ex eo possunt impugnari ꝛ impugnantur, q̃ Martinetum et alia predicta pretenduntur in emphyteusim concessa ꝛ tradita per prefatos Joannem ꝛ Catherinã dicto Joanni Fabri, vt apparet per instrumẽta parte dictorũ de Turre in hac causa producta. Quod si ita est, non ergo possidebat idem quõdam Joãnes Martinetũ ꝛ alia iam dicta tẽpore eius mortis. Cum ꝛ quia esto q̃ dicti testes sufficienter probarent,prefatum quondã Joannẽ habuisse ꝛ possedisse tempore eius vite ꝛ mortis,aut altero eorundem, Martinetũ ꝛ alia predicta:nõ propterea probarent Martinetuꝫ ꝛ res huiusmodi spectasse ꝛ pertinuisse iure dominij eisdem tẽporibus, aut altero eorundẽ,dicto Joãni de Turre: quia
5 † verbum habere est verbũ multum generale:habere enim dicimur nõ solum ea que iure dominij ad nos spectant:sed etiam ea que vel penes nos deposita, vel nobis commodata extiterunt, vel alia in quibus habemus nudam detentionem.l.stipulatio ista habere licere.§.habere. ff. de verb. obligat.ꝛ.l.habere,cum ibi notatis.ff.de verb.signifi.iunctis notatis per Franc.de Are.in.l.si de eo.§.si forte.ff.de verb.obligat. Ponẽdo igitur in primo ꝛ secundo articuli libelli prementionati,q̃ idem quondam Joãnes habuerit Martinetũ ꝛ alia predicta predictis tẽporibus,non est positum q̃ fuerit illorũ dominus:quemadmodum nec qui
6 dicit homines currere,dicit Petrum currere. Testes † ergo,qui deponunt ꝛ testificantur contẽta in dictis articulis esse vera,non probant dominiũ. Quemadmodũ enim illud non est specifice ꝛ certitudinaliter deductum:ita nec probari potuit duabus de causis: prima, quia sic visi fuissent deponere vltra articulata:ꝛ ita nõ probarent.l.si duo patroni.§.idem Julianus.ff.de iureiuran. Secunda,quia
7 † quatenus huiusmodi eorũ dispositio extendi diceretur ad probationẽ dominij,illa esset incerta: que non releuat
8 probantem.c.in presentia,de probatio. Preterea dico † q̃ etiam vbi in dicto libello deductũ extitisset Martinetũ ꝛ alia predicta spectasse iure dominij prefato quõdam Joãni,ꝛ testes deposuissent deducta huiusmodi esse vera:non propterea esset probatũ dominiũ:cum causam sue scientie saltem aptam ꝛ concludentem nõ reddiderint:sine qua tamen nõ creditur testi deponẽti de dominio,per ea que notant Innoc.ꝛ alij in.c. cum causam, de testib. ꝛ docto.in.l. solam.C.eod.tit. Predicta procedunt quoad Martinetũ ꝛ alia predicta,que prefati de Turre pretendunt esse commissa. Quo vero ad illam quantitatẽ quintalium feni,quã ipsi sibi exsolui postulant, certum est q̃ quoad medietateꝫ quantitatis huiusmodi male agunt, cũ quoad illam fuerit pretensus census annus quinquaginta quintalium dicto de Puteo venditus per prefatos nobiles Joannem ꝛ Tanequinũ. Quo vero ad aliam mediam partẽ,etiam experiri nõ possunt: cum illa peti nõ possit nisi condictione
9 ex lege zenoniana, que est prima.C.de iure emphy. que † cũ personalis existat, intẽtari non potest nisi contra eum, qui in emphyteusim recepit, vel eius heredem, ꝛc. etiam si ille qui con

qui conuenitur esset possessor pretense rei emphyteutecarie: quia (vt predixi) actio personalis nõ sequitur fundũ. l. fin. §. fin. ff. de contrahen. emptio. ⁊ d. l. j. §. si heres. ff. ad Trebell. Pro quo sunt multa alia iura: super quibus non insisto. Addo preterea quoad Martinetum ⁊ alia de quibus in prima parte, ꝙ eisdẽ de Turre obstat exceptio prescriptionis: super qua allegauit dictus domi. Georgius. Ideo non decreui insistere.

¶ Rubr. De episcop. ⁊ cler. ¶ Epitome. ¶ Consil. liiij.

1 ☞ Sepulturam laici pro se ⁊ suis in ecclesia habere non possunt, nisi qui miraculis fulgerent: quod tamen Episcopis ⁊ Abbatibus permittitur. V. F.



Etiam Si Goffred. ⁊ Panor. dixerint (ꝙ tamẽ de Goffre. nõ reperio) ꝙ laicus habere possit quoad vsum sepulturam, vel ius sepeliendi in ecclesia: ita videlicet, vt ibi laicus ipse ⁊ sui sepeliantur, nec eis inuitis possit extra-
1 neus ibidem sepeliri: his † tamen text. expressus resistit, ⁊ contradicũt maiore fulti ratione Lauren. Hugo. Ostiens. ⁊ Archid. viri quidem nõ cõtemnende authoritatis. Nullus enim mortuus (inquit) infra ecclesiã sepeliatur, nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri. Nec mihi opponãt aduersarij, ꝙ inibi adiectũ sit, vel fideles laici. Quia respondeo iuxta sentẽtiam Lauren. Hugol. ⁊ Archid. ꝙ hoc intelligendum est de fidelibus laicis miraculis fulgentibus, vel secundũ Ostiens. de fideli ⁊ in dignitate cõstituto: veluti Imperatore, Rege, aut Comite. Ostien. etiam, quem pars aduersa allegat, ⁊ qui refert Goffred. nõ loquitur in ecclesia: sed in cemeterio. Et ita etiam eum refert Joan. And. in. c. abolende, ex aduerso allegato. Inter ecclesiam autem ⁊ cemeteriũ multum refert: ⁊ minus opportune infertur arguendo affirmatiue ex cemeterio ad ecclesiam: quia alia ratio pactum reformãt. Et cur secus hic, secus ibi, euidens patet ratio. Jura etiam per Panor. allegata sunt iura ciuilia: quibus etiam lex ciuilis posterior quoad ecclesiam aliud statuit. Quamobrem non obstãtibus in aduersum allegatis parte nobilium Joannis ⁊ Colini Raymberti, que quatenus iuris pretẽduntur de iure nõ procedũt, ⁊ de quibus quatenus facti sunt legitime nõ apparet, petũt prouidi viri Gulielmus Cassini, Claudius ⁊ alter Claudius Roqueti, ⁊ alij particulares loci de Carumbo, ad instantiam dictorum nobilium Raymberti in causam tracti, seu eorum, ⁊ cuiuslibet eorundẽ legitimus procurator procuratorio nomine ipsorũ, iuxta parte ipsorum alias allegata ordinari, ⁊ alias ius, ⁊c.

¶ Rubr. Commu. diuid. ¶ Epitome. ¶ Consilium. lv.

¶ Tutor qui se datum esse tutorem certo scit: quãuis ab eo qui tutorem dare ei qui habere non poterat datus sit, si administrauit, perinde rata sunt que gessit, acsi legitime tutor datus esset: vt ita diuisio societatis fiat. V. F.

1 ☞ Tutor dari non potest ei qui in alteri⁹ est potestate. Potestas aui in nepotem ⁊ eius patrem simul extẽditur.
2 Donare causa mortis filiusfamilias non potest absq; licentia patris.
3 Inuentarij conficiendi, ⁊ rationis reddẽde remissio quid importet: ⁊ de reliquorum prestatione: ⁊ num. 5.
4 Liber rationum a tutore etiam releuato ab inuẽtarij confectione faciendus et curatoribus exhibendus est.
6 Jurari in litem ⁊ pro interesse potest contra tutorem non recte rationes reddentem.
7 Communi nomine facta acquisitio rata haberi potest: tuz demum res communis fit.
8 Pupillus sine tutore non se oblgat: acquirit tamen sibi sine eius authoritate.
9 Acquisitio si de bonis communibus fiat, cui fiat: et quando de illis facta presumatur.
10 Negotiari solito modo presumptionem facit ꝙ quis in societate manet.
11 Sententia ex abrupto lata est nulla.



Uir In humanis honorabilis vir Joannes Caluini, filius alterius Joannis: qui contemplatione matrimonij per verba de futuro tunc contracti, et postea effectum sortiti per et inter Claudium Chaluini eius fratrem et Catherinam Boniparis, eundem Claudium presentem stipulantẽ, ⁊c. pro se ⁊ suis, ⁊c. associauit ⁊ affreirauit in omnibus ⁊ quibuscũq; suis bonis mobilib⁹ ⁊ immobilibus, debitis mercantijs, ⁊ alijs quibuscunq;: eidemq; dedit, donauit, cessit, ⁊ remisit donatiõe pura, mera, firma, ⁊ irreuocabili, que fit ⁊ fieri dicitur inter viuos, medietatem predictoruz bononorum. Preterea anno, mense, ⁊ die predictis conuenerunt ⁊ pacti sunt prefati Joannes ⁊ Claudius, ꝙ ipsi starent ⁊ remanerent ac continuam residentiam facerent simul ⁊ in vna domo communiter ⁊ cõmunibus sumptibus per viginti annos ⁊ vltra tantum quantũ eisdem videretur, ⁊ hoc cũ eorũ vxoribus ⁊ famulis: quodq; omnia ⁊ quecunq; que per ipsos seu eorum vxores ⁊ domesticos ipsis simul stantibus acquirerentur, cõmunicari deberent ⁊ communicarentur ⁊ postea diuiderentur inter eosdem fratres. Qui Joannes ⁊ Claudius postea in communi ⁊ societate manentes negotiati extiterunt, ⁊ artem mercantie exercuerunt multis annis vsq; ad mortẽ dicti Claudij Chaluini inclusiue. Est verum ꝙ anno Domini M.cccc. xxiij. ⁊ die. xvj. mẽsis Aprilis, idem quondam Claudius de extremis tunc cogitans, inter alia per eum disposita et fieri ordinata dictum Joannẽ eius fratrem esse voluit et reliquit tutorem Ymberto Chaluini eius filio naturali ⁊ legitimo tunc in etate pupillari cõstituto. Qui Claudius, cumulatis multis bonis, ⁊ relicto magno capitali cõmuni inter eum ⁊ Joannẽ fratrem, tam in pecunia, q̃ mercãtijs, vita functus est ⁊ decessit, superstitibus prefatis Joanne eius fratre ⁊ Ymberto filio naturali ⁊ legitimo. Dictus vero Joannes tutelam dicti Ymberti eius nepotis, ac regimen, gubernium, ⁊ administrationem ipsius ⁊ bonorum eiusdem suscepit, dictamq; Ymberti personã ⁊ bona illius rexit, gubernauit, ⁊ administrauit spatio nouem annorum ⁊ vltra, exercendo ⁊ continuando mercantias, negotiationem per ipsum ⁊ prefatum quondam Claudium ceptas ⁊ inchoatas, emendo ⁊ vendendo mercantias. Emit etiam idem Joãnes post mortem dicti Claudij, vt dicitur, certa bona immobilia. Deinde vero, anno videlicet Domini M.cccclxxxij. idem Joannes pretensus tutor volens, vt dicebat, diuisionem facere cum prefato Ymberto, ⁊ a communione bonorum in qua cum eo extiterat ⁊ existebat discedere, citari ⁊ vocari obtinuit matrem eiusdem Ymberti ⁊ quosdam ipsius Ymberti cognotos, quosdã etiam eius affines ⁊ amicos, vt venirent, ⁊ coram domino iudice Vapincensi comparerent, nominaturi aliquem curatorez, vel visuri de curatore prouideri eidez Ymberto. Et facta prouisione ad illorum nominationem, petijt idem Joannes bona predicta diuidi: offerens quandam schedulã seu parcellam, in qua dixit ⁊ asseruit etiam cum iuramẽto esse descripta, posita, ⁊ indicata omnia vniuersa ⁊ singula bona mobilia ⁊ immobila, que fuerãt eiusdẽ Joannis tempore facte donationis superius memorate: necnon etiã omnia bona ⁊ iura que inter ipsos Joannem ⁊ Claudium communia extiterant tempore mortis dicti quõdam Claudij: protestans tamen ꝙ si que per inaduertentiam vel non recordationem in schedula ponere omisisset, illa ponere posset: ⁊ ꝙ etiam posset ab eadem remouere, si que posuisset, que non essent communia. Cum vero prefati curatores dicerent superesse notorie multa ⁊ varia bona inter ipsum Joannem ⁊ prefatũ Ymbertum communia, que posita vel indicata non extiterant in predicta schedula: ⁊ propterea peterent bona huiusmodi in dicta schedula siue parcella describi ⁊ adijci: respondit idẽ Joannes illa fuisse per eum acquisita a tempore mortis quondam Claudij, ⁊ ꝙ, cum morte eiusdẽ Claudij inita fuisset societas inter eos, Ymbertus nullam partem aut portionem habere debebat de eisdem: sed debebãt ipsi Joãni remanere insolidum: cuius contrariũ curatores prefati asserebant, petentes vt supra. Et petito hincinde ordinari, idem iudex decreuit bona per dictum Joannem post mortem dicti quõdam Claudij acquisita non fore necesse in diuisione communicanda, et procedi ad diuisionem indicatorum, ⁊ aliorum ante mortem eiusdem Claudij acquisitorum. Verum non obstante ordinatione huiusmodi remanserunt bona prout erant: ita ꝙ processum non extitit ad aliquam diuisionẽ: q̃uis Joã-

nes prefatus postea vixerit multis annis: qui deinde a
multis annis vita functus est & decessit, superstitib⁹ qui-
busdã eius liberis & heredibus. ¶ Ex casu superius enar-
rato eliciuntur dubia sequẽtia: Primum, an datio tuto-
ris facta per dictum quondã Claudium valuerit, presup-
posito (prout mihi asseritur, & ita legitur in instrumento
dationis tutele, &c.) q tempore dationis huiusmodi viue-
ret Joannes Chaluini pater eiusdem Claudij, & in cuius
potestate existebat ipse Claudius. Secundum, an presup-
posito q datio tutoris de qua supra valuisset, debuerit ni-
hilominus prefatus quondam Joannes patruus et tutor
eiusdem Ymberti reddere rationẽ sue administrationis,
& reliqua prestare, presupposito q, vt in instrumẽto dona-
tionis & dationis huiusmodi legitur, fuerit idem Joãnes
a compoti redditione & inuentarij confectione releuatus.
Tertium, an bona per eundem Joãnem patruũ post mor-
tem dicti Claudij acquisita fuerint communia, vel cõmu-
nicanda inter ipsos Joãnem & Ymbertum, & an nunc cõ-
munia existant aut communicari debeant inter prefatos
Ymbertum & liberos dicti Joannis. Quartũ, an suppo-
sito q bona huiusmodi vel cõmunia vel cõmunicãda exi-
sterẽt inter ipsos Joannẽ & Ymbertũ, nocuerit vel noceat
sentẽtia seu ordinatio per dictũ do. iudicem promulgata.
¶ Viso casu prenarrato, & dubijs ex casu huiusmodi eli-
citis: dico & respondeo breuiter & succincte ad dubia huius-
modi prout infra. Et primo ad primum: q cum non soluz
prefatus Claudius: sed etiam idem Ymbertus in potesta-
te prefati quondam Joannis patris & aui existerẽt. §. ita-
que si filius, cum suis similib. instit. de tute. dicta datio tu-
1 toris non valuit: quia † existenti in potestate alterius tu-
tor dari non potest. l. fin. in princ. C. de curato. furio. &. §. j.
2 cum suis similib. & quod ibi glos. instit. de tute. Nec † vide-
tur valuisse donatio causa mortis facta per dictum Clau-
dium: pro eo quia non habuit licẽtiam specialem a patre,
vel consensum: quod tamen erat necessarium. l. tam is. §.
filiusfamilias, & quod ibi Bart. ff. de dona. cau. mort. Su-
per quo tamen articulo vlterius me non extendo: cum nõ
3 sit opus. ¶ Ad secundum dico, q licet † alias remitti pos-
sit tutori inuentarij confectio. l. fin. C. arbit. tute. not. Bar.
in. l. nemo potest. ff. de lega. j. Ange. Are. in. §. actionũ, in
materia tutele, versic. octauo quid tutori incumbat, &c. in-
stitut. de actio. & voluit Paul. de Cast. consil. mihi. cccl. ij.
exordien. Postq̃ iste tutor, &c. tamen per remissionẽ red-
ditionis rationũ non videtur ille, cui huiusmodi redditio
remissa est, vel qui a ratione reddenda liberatus est, se pos-
se tueri, quominus reddat rationem doli, fraudis, & late
culpe: nec quominus reliqua consignet & restituat, si que
sint, ei cuius bona administrauit. Soluz enim videtur re-
leuatus quoad hoc vt scrupulosa non fiat inquisitio: hoc
est, vt contra eum nõ habeatur ratio culpe leuis vel leuis-
sime siue negligẽtie. l. si seruus vetitus, & quod ibi per mo-
dernos docto. &. l. cum tale. §. ij. ff. de condi. & demonst. &. l.
Pomponius. ff. de negot. gest. Et q reliqua, que fortasse
ex fructibus & bonis mobilibus penes eũ remanserunt te-
neatur consignare & restituere, probatur in. l. quidam dece-
dens. ff. de administra. tuto. &. l. Aurelio. §. Caius, & quod
ibi Bart. & doct. ff. de libera. lega. de quo Ange. consi. cxl.
exordien. Reuocatur in dubiũ viso testamẽto, &c. & alius
Ange. in. d. §. actionũ, versic. vicesimo quinto quero, &c. et
Ferra. in sua practica, tit. for. libel. ad compellẽdum quem
vt reddat rationẽ, super verbo analogistas & sine inuẽta-
rij confectione, &c. & Alexan. de Jmo. consil. xlv. exordien.
Habita super ijs de quibus dubitari cõtingit, &c. Et q̃-
4 uis † prefatus Joãnes Chaluini releuatus extiterit a cõ-
fectione inuẽtarij: non tamen reperitur releuatus a cõfe-
ctione libri rationũ: quem conficere debuit durãte sua ad-
ministratione, & de ijs que gessit, administrauit, recepit, &
expendit. l. j. §. de officio, & quod ibi doct. ff. de tute. & ratio.
distrahen. Et hunc librum rationũ confectum de datis &
receptis reddere seu exhibere debebat dicto Ymberto, seu
dictis eius curatoribus. l. si cui libertas, & quod ibi Bart.
ff. de condi. & demon. & Ange. Are. in. d. §. actionũ, in ma-
5 teria tutele, versic. xiij. Et † nõ solum tenebatur idẽ Joan-
nes libros rationum reddere: sed etiaz reliqua proferre in
medium, vt per multa iura probat Bald. consi. cccl. iij. exor-
diente, Ad euidentiam premittendum, &c. vbi etiam dicit
q, vt habetur in. l. cum seruus. ff. de condi. & demon. ratio-
nes proferende sunt quomodo proferri solent: id est offe-
rende, legende, explorande, computande: an probe vel im-
probe referantur, recte vel non recte accepta vel data. Et
in. l. si statulibera. §. fin. ff. de statulibe. habetur, q volumi-
na rationum tradenda sunt ad percunctãdas, examinan-
das, & sciendas rationes. Et breuiter omnis redditio ra-
tionum in se bonam fidem habere debet, necnon solertiaz
& diligentiam, quam natura actus desiderat. Hec autem
non fecit prefatus Joãnes Chaluini: qui tempore postu-
late per eum diuisionis nullum librũ rationum exhibuit:
nullam etiam mentionem fecit de fructibus perceptis in
quatuor aut quinq pratis, quinq aut sex vineis, & in alijs
predijs in sua pretensa parcella mentionatis: quod tamen
ante traditam parcellam durantibus nouẽ annis perce-
perat. Preterea debuit etiã idem Joãnes nominare debi-
tores suos dicti quondam Claudij vel Ymberti, & dicere
in qua summa, & ex qua causa quilibet eorum teneretur: et
an post mortẽ dicti Claudij aliquid exegisset, & quantũ: vt
sic posset videri veritas, an probe vel improbe, & an etiam
sua culpa exigere omiserit debitores, qui postea facti fue-
rint nõ soluendo. Insuper q̃uis dicat se habuisse tempo-
re donationis in animalibus bouinis duodecim vaccas
cũ suis incrementis: nõ tamen expressit quot animalia fue-
6 rint in illis incremẽtis. Et propter hos † defectus & alios
multos poterat contra eũ iurari in litem, & iuramento di-
cti Ymberti declarari eius interesse, arg. l. tutor qui reper-
torium. ff. de administra. tuto. (vt dicit Bald. in. d. consi.)
voluit Jacob. de Are. in. d. l. j. §. officio. ff. de tute. & ratio.
distra. ¶ Ad tertium dico & respondeo, q vbi presuppo-
neremus prefatũ Joannem Chaluini patruũ, fuisse tuto-
rem eiusdem Ymberti: distinguendũ est pro solutione di-
cti quesiti, & dicendũ, q aut ipse Joannes negotiatus est &
artem mercantie continuauit, & bona predicta acquisiuit
7 † communi nomine, suijpsius & prefati Ymberti: aut pro-
prio nomine suijpsius: aut sumus in dubio, vt quia non
apparet an hec fecerit suo ipsius nomine, an communi. Jn
primo casu, nõ est dubium: quia dictus Ymbertus potuit
& potest ratificare huiusmodi acquisitiões factas cõmuni
nomine. l. si pupilli, in princ. ff. de negot. gest. facit. l. vt in
conductionibus, in fin. ff. pro soc. secundum Bald. in ad-
ditio. ad tracta. Bart. de duo. fratri. & Petr. de Vbald. in
suo tracta. de socie. in. iij. parte, in princ. Ad quod etiã fa-
8 cit, quia licet † pupillus nõ possit se obligare sine tutoris
autoritate: tamen potest sibi acquirere. l. seruum, in fin. ff.
rem pupil. saluam fore. l. donatarum. C. de acquir. poss. §.
pupillus, instit. de inut. stipul. Et facta seu sequuta ratiha-
bitione, bona predicta, si communi nomine acquisita exti-
terint, facta sunt communia. l. si ego. ff. de negot. gest. Jn
9 secundo vero casu, scilicet † vbi prefatus Joannes bona
predicta acquisiuisse, de bonis communibus, vtpote de
pecunia communi: talia bona censerẽtur cõmunia, si idem
Joannes eiusdem Ymberti tutor extitisset. l. ij. ff. quan. ex
fact. tuto. l. curator. C. arbit. tute. not. Bal. in. l. si patruus.
C. commu. vtriusq iudi. & docto. in. l. si vt proponis. C. de
rei vendic. in. l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de admini.
tuto. Et puto q cum tẽpore factarum acquisitionũ prefa-
tus Joannes patruus & Ymbertus nepos haberẽt multa
bona communia, tam in predijs, animalibus, & mercãtijs,
q̃ in alijs rebus: quorum omnium habebat idem Joãnes
gubernium, regimen, & administrationem: presumi debue-
rit & debeat bona predicta fuisse & esse acquisita de bonis
communibus. Habetur enim recursus ad tales coniectu-
ras, vt voluit Bald. in. d. l. si patruus, pro quo allegat no-
tata in. l. facultas. C. de iure fisci, lib. xj. Jn tertio autẽ ca-
su, scilicet si nõ appareat quo nomine idem Joannes eme-
rit, vel negotiatus est, aut mercãtiam exercuit: dico & re-
10 spondeo q † cum in negotiando & mercando idẽ Joãnes
aggressus non fuerit insolita negotia dicto quondã Clau-
dio: sed continuauit negotium solitum, scilicet negotium
mercantiarum, quod ipse quondam Claudius, & dictus
Joannes antea inceperant: censetur & censeri debuit idem
Joannes negotiationem huiusmodi continuasse, & fecisse
mercãtias nomine communi eius & dicti Ymberti sui ne-
potis, arg. l. nam & Seruius. §. si vnio. ff. de nego. gest. quia
a primordio tituli posterior formatur euẽtus. l. j. C. de im-
po. lucra. descript. lib. xj. & arg. l. si filia. §. Neratius. ff. fam.
ercisc. & l. actione. §. morte, versic. quod ex re communi. ff.
pro soci. notat Bald. in. d. l. si patronus: vbi etiam dicit se
non distinguere vtrum ex prima mercantia aliquid deue-
niat aut perueniat, vel ex mercantia sepius repetita: quia
natura huius actus est, q id quod postea fit semper sub-
rogetur loco prioris. l. cum tabernam, in principio. ff. de
pignorib. Et idem etiam voluit Petr. de Vbald. in di-
cta. iij.

eta. iij. parte, versic. aut continuat negotium solitũ, ⁊c. Et
idem voluit ipse Pet. vbi vltra predicta alleg. l. postmor-
tem. §. j. ff. quan. ex fac. tuto. l. Lucius. §. tutorem. ff. de ad-
ministr. tut. ⁊. l. post dotem, secundum vnum intellectum.
ff. sol. matr. ⁊ notatur per Bart. in. d. l. Titiũ ⁊ Meuium.
§. altero. ff. de administrat. tut. Premissa procederent, vt
predixi, si prefatus quõdam Joannes fuisset verus tutor.
Sed, vt predixi, ipse non fuit verus tutor. Tum quia da-
tus ab eo qui ipsum dare non poterat. Tum ⁊ quia datus
fuit illi qui in potestate alterius, scilicet aui sui paterni,
existebat: ⁊ ita tutorem habere nõ poterat. Propter quod
est maius dubiũ: verũtamen pro nũc, ⁊ donec habuero ple-
niorem informationem huius negotij, ⁊ gestorũ per ipsum
quondam Joannem patruũ, ⁊ an suo proprio vel cõmuni
nomine sui ipsius ⁊ prefati Ymberti illa gesserit: dico sal-
ua pleniore deliberatione, ꝙ de premissis iudicari debeat
perinde ac si verus tutor extitisset, postꝙ̃, vt puto, sciebat
se relictũ vel datũ tutorẽ dicto Ymberto nepoti. Datum,
inquam, de facto, arg. l. qui pro tutore. ff. de eo qui pro tut.
vel cura. neg. ges. ¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo dictã
11 pretensam † ordinationem siue sententiam fuisse nullam,
vtpote latam ex abrupto, ⁊ libello non ablato, lite etiam
non contestata, nec alias iuris solennitatibus obseruatis.
l. prolatam, cum suis simil. C. de sen. ⁊ interloc. omni. iudi.
Et si de sententia opponatur parte heredum prefati quon
dam Joannis, poterit idem Ymbertus replicare de nulli-
tate sentẽtie. ¶ Quia vero vltra predicta parte dicti Ym-
berti quesitum est, quid facere debeat idem Ymbertus, vt
suã partem habeat de bonis cõmunibus: dico ⁊ respõdeo
imprimis, ꝙ quoad bona que confessus est idem Joannes
esse inter eos communia, potest ipse Ymbertus citra pre-
iudicium aliorum suorum iurium petere vt illa diuidãtur,
⁊ vt partem suam habeat a parte dictorum heredum diui-
sam: potest etiam petere partem capitalis per dictũ quon-
dam Joannem confessati: postꝙ̃ ista sunt clara. Partes
vero domini iudicis erunt, vt dicta bona partiri faciat, ⁊
partem capitalis expediri. l. statuliber rationem. ff. de sta-
tulibe. quod etiam voluit Bald. consil. ccciiij. in. j. parte.
Quo vero ad reliqua, consulo ꝙ agat contra dictos here-
des, ⁊ petat ab eis rationem reddi de gestis ⁊ administra-
tis per dictum quondam Joãnem: ⁊ in hac causa poterit
probari capitale fuisse maius, tã per olim institores seu fa
ctores prefatorũ Joannis ⁊ Claudij tempore mortis dicti
Claudij, ꝙ̃ alios, qui illius notitiam habuerũt. Etiam po-
terit inquiri de eorum debitoribus: ⁊ an post mortem fue-
rint per dictum Joannem exacti, et pro quibus summis.
Quo vero ad id de quo queritur, an prefati heredes pos-
sint eundem Ymbertum priuare bonis communibus sine
iudicis authoritate: certum est ꝙ non. Que omnia, ⁊c.

¶ Rubr. De author. prestan. ¶ Epitome. ¶ Consil. lvj.

¶ Authoritatem curatrix mater simul contrahens con-
trahenti censentur prestare filio: qui cum quatuordecim
annorum esset, iuramento obligatus est, ⁊ efficaciter obli-
gatus. Uasquinus Filiolus.

Postꝙ̃ Presupponitur in facto ꝙ
tempore obligatiõis seu cõ-
tractus celebrati per Gyuonum de Fro-
zo lipassij idẽ Guyonus erat maior qua-
tuordecim annis, ⁊ ꝙ ipse contractũ hu-
iusmodi celebrauit vna cum nobili Mar-
gona eius matre ⁊ curatrice, ⁊ sic de eius cõsensu ⁊ autho-
ritate, per ea que notant Bart. Alexand. de Imo. ⁊ doct.
in. l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ij. Ang. Joan. de Imo.
⁊ Alexand. de Imol. in. l. is qui heres. §. neq; filius. ff. de
acquir. hered. Bald. in. l. fi. C. Ad Maced. ⁊ in. l. si filius. ff.
de ijs qui sunt sui vel alie. iur. dictus contractus seu obli-
gatio valuit: maxime cum, vt puto, idem Guyonus etiã
iurauerit ⁊ cum iuramento promiserit attendere, seruare,
⁊ complere promissa. Certum est enim ꝙ non solum maio-
res vigintiquinq; annis: sed etiam minores, saltem maio-
res quatuor annis, si sint masculi: vel duodecim, si sint fe-
mine, tenentur regulariter ad obseruationem iuramenti,
quod potest seruari sine interitu, ⁊c. authen. sacramenta
puberum. C. si aduer. vend. de quo Joan. de Imo. in repet.
c. cum contingat, de iureiuran. vbi vero idem Guyonus
contraxisset, vel alias se obligasset sine licentia curatoris
⁊ iuramento, non valuisset contractus. l. si curatorem ha-

bens, ⁊ quod ibi glos. ⁊ doct. C. de in integ. restitut. minor.
Super quo non me extendo vlterius, cum non viderim
contractũ, nec sciam cuiuscemodi speciei aut generis con-
tractus extiterit: paratus cum illum videro respondere
quod mihi visum fuerit.

¶ Rub. De testamen. ¶ Epitome. ¶ Consilium. lvij.

¶ Testamentum, in quo quis dixit heredi omnia bona
dare, si non valet vt testamentum, nec vt donatio causa
mortis valebit. U. F.

1 ☞ Testamentum testium rogatorum sufficienti numero
constare debet: ⁊ rogatio hec in articulis exprimenda, ⁊ in
ipsius testamenti instrumento.
2 Testificatione eadem in diuersis causis et personis vti
non licet.
3 Testes quinq; donationi causa mortis necessarij.
4 Testis super non articulatis deponens nihil agit.


Visis Taz propositis ⁊ deductis par-
te nobilis et honorabilis viri
Petri Trucheti in duabus causis, vna
videlicet contra ⁊ aduersus Odoardum
Poncheti loci Castrinoui Calcernerij, et
alia contra ⁊ aduersus Andreã Trucheti,
ipsius nobilis Petri pretẽsum nepotẽ: ꝙ̃ depositionibus
testium parte eiusdem nobilis Petri super propositis hu
iusmodi productorum: dico ⁊ respondeo sub correctione
cuiuslibet domini melius sentientis, prefatum nobilem
Petrum non probasse sufficienter bona nobilis quõdam
viri Gauffridi Trucheti, eius quondam fratris, sibi inso-
lidum spectare ⁊ pertinere. Et quidem non in vim testa-
menti conditi per ipsum Gauffridum: de quo tamen in
dicta prima causa contra prefatum Odoardum agitata
deposuisse visi sunt prouidi viri Dionysius de Pegis,
Andreas Dalbone, ⁊ venerabiles ⁊ religiosi viri domini
Stephanus Hypoliti, ⁊ Ludouicus Chayroni mona-
chi: ⁊ rursum ipsi de Pegis ⁊ Dalbone in dicta secunda
causa, seu in secunda eorũ examinatione facta contra pre-
1 fatum Andreã. Tum quia † in huiusmodi pretenso testa-
mento non interuenit sufficiens testium masculorum nu-
merus, de quo in. l. hac consultissima, in princ. ⁊. §. nuncu-
pationem, cum suis simili. C. de testamen. Tum ⁊ quia te-
stes huiusmodi non apparent rogati, quos tamen rogari
oportuerat, ⁊ de quorum rogatu deberet apparere, vtpote
de solennitate requisita ad validitatẽ testamenti. l. diuus,
⁊ quod ibi Bart. ff. de testamento milit. notat. Spec. tit. de
teste. §. j. versic. quid ergo si dicitur in testamento, ⁊c. Ang.
Aret. §. fin. vers. in glos. adhibitis, instit. de testa. ⁊ Alex.
de Imola in. d. l. ij. C. de bonor. pos. secun. tab. Hinc con-
suluit Bart. in. d. l. diuus, ei qui habet probare testamentũ
per testes, vt sit cautus in formando articulos: sentiens ꝙ
capitulare debeat, ꝙ testes fuerint rogati: quia (vt ipse ibi
dicit) si testes dicunt se audiuisse Titium instituisse talem
heredem, ⁊ non dicant se adhibitos ⁊ rogatos ad hoc: nihil
probant. d. l. diuus. Et nimirum: quia etiam si exhiberetur
instrumentum publicum, in quo diceretur Titium insti-
tuisse talem heredem in presentia septem testium etiam no
minatorum in eo, ⁊ non diceretur ad hoc vocatorum vel
rogatorũ: instrumentum non probaret, propter defectum
solẽnitatis rogatus, vt notat Spec. vbi supra. Etiam nec
probauit idem nobilis Petrus ꝙ bona huiusmodi sibi
pertineant in vim donationis causa mortis. Et quidem
non per testes examinatos contra dictum Odoardum:
quia (vt predixi) illi deposuerunt de pretenso testamento,
non de donatione, vt apparet ex tenore depositionũ pre-
fatorum de Pegis, Dalbone, dominorum Hypoliti et
2 Chayroni. Tum ⁊ † quia illorum examen factũ est in causa
pendente inter alias personas, scilicet inter ipsum nobi-
lem Petrum ⁊ prefatum Odoardum. Quo fit vt eorum
depositiones eidem nobili Petro, etiam si de dicta dona-
tione tunc testificati extitissent, prodesse non valeant, nec
dicto Andree obesse, per id quod habetur in. l. ij. C. qui. res
iudi. non no. ⁊. C. res inter ali. ac. per totum, ⁊ notant doct.
in. l. ij. C. de eden. ⁊ canon. in. c. causam, de testib. Nec etiam
per testes examinatos contra dictum Andreã. Et primo
non per prefatos de Pegis ⁊ Dalbone: quia illi non de-
ponunt de donatione: sed de pretenso testamento: ⁊ alias
se referunt dicte prime examinationi de eis facte cõtra di-

ctũ Odoardũ. Nec enim probauit per alios testes, ⁊ presertim per quandã Peronam Penole: quia interrogata an prefatus quondã Gauffridus nominauerit illũ fratrem suum, cuius (vt ipsa deposuit) idem Gauffridus dixerat esse bona, dixit ⁊ respondit ꝙ non. Non etiam per depositionem Margarete Guinaude, Bartholomee Nicolaee, Alaysie Bergognine, ⁊ Petri Badionis: quia esto ꝙ ex illorum depositionibus videatur posse colligi, prefatum quondã Gauffridũ donasse eidẽ nobili Petro donatione causa mortis omnia eius bona: huiusmodi tamen depositiones non sufficerent ad probandũ dictam donationem.
3 Cum † quia ad donationem causa mortis requiruntur quinque testes. l. fi. §. fin. C. de codicil. ⁊ l. fin. C. de donat. cau. mor. Dicti autem testes non sunt nisi quatuor: vnus videlicet masculus ⁊ tres mulieres. Tum ⁊ quia in articulis, super quibus prefati testes deposuerũt de dicta donatione, ⁊ presertim in quarto, ipse nobilis Petrus proposuit ⁊ deduxit eundẽ quondã Gauffridum dixisse, ꝙ ipse nolebat aliud facere testamentũ: nisi ꝙ faciebat ipsum Petrum eius fratrem heredem suum: ⁊ dimittebat ac dabat eidem Petro omnia bona sua. Quo fit vt testes prefati, quatenus
4 deposuisse viderẽtur de donatiõe causa mortis, † non valide seu efficaciter deposuerint, vtpote deponẽtes super non articulatis. l. si duo patroni. §. idẽ Julianus, cum suis similib. ff. de iureiuran. Nec obstat ꝙ dicatur in ipso articulo, prefatum quondã Gauffridum non solum dixisse ꝙ faciebat dictum nobilem Petrum eius heredẽ: sed etiam ꝙ eidem dimittebat ⁊ dabat omnia bona sua. Quia per illa verba censetur voluisse dimittere ⁊ dare sua bona dicto Petro iure testamenti. Preterea etiam in ipsis articulis ⁊ presertim in. vij. deducitur parte dicti nobilis Petri, ꝙ ipse adiuit hereditatem eiusdẽ quondã Gauffridi. Et ita cẽsetur ipse nobilis Petrus acceptasse dispositionẽ eiusdem Gauffridi tanꝙ testamentariam, ⁊ non tanꝙ continentem donationem causa mortis. Possent ⁊ alia multa super isto articulo allegari: sed non insisto, cum ille non cedat in dicti Petri cõmodũ. Fateor ꝙ in hac materia contrariũ scripserunt spectabiles ⁊ egregij viri domini Guilielmus Meynerij, ⁊ Felix Andree, iurium doct. eximij. Sed puto eos circunuẽtos ⁊ deceptos propter indebitam informationem, ⁊ defectum partis sibi consuli postulãtis.

¶ Rub. De in integ. rest. mino. ¶ Epito. ¶ Consi. lviij.

¶ Minor. xxv. annis lesus enormissime, vel dolo circumuentus, habita relaxatione iuramenti omnimodo restituẽdus est, non obstante quauis renuntiatione. V. F.

1 ☞ Transactio calumniose inita etiam cum maiore est nulla: quanuis iurata: ⁊ nu. 3.
2 Transactio aliquoties bonefidei contractibus connumeranda.
4 Transacttio ob lesionem grandem rescinditur.
5 Renuntiatio limitata ad beneficium minoris etatis non extenditur ad beneficium contra lesionem.
9 Renuntiatio beneficij vt valeat, eius certior, fieri debet renuntians presertim minor. ⁊ num. 8.
7 Juramentum non trahitur ad incogitata. Et de iuramento agitur fere per totum consilium.
Judicis decretũ transactioni appositum an a restitutione in integrum excludat transigentem.
9 Remedium contra lesionem vltra dimidiã etiam in trãsactione locum habet.
10 Lesio enormis in quauis renuntiatione nunꝙ comprehenditur.
11 Juramentum leso enormissime relaxandum, tanꝙ dolo re ipsa cirumuento.
12 Succedunt masculi ⁊ femine eiusdem gradus equaliter, nisi statuto aliud caueatur.



Ponitur Mihi in facto, ꝙ mortuo ⁊ vita functo prouido quõdam viro Stephano de Croso, superstitibus Jacobo de croso, ⁊ nobili muliere domina Margareta, vxore ⁊ persona coniuncta egregij viri domini Melchionis Seguyrani iurium licentiati, eius filijs naturalibus ⁊ legitimis: ⁊ cadauere eiusdem Stephani nondum humato seu tradito ecclesiastice sepulture, sed adhuc in eius domo existente, idem dominus Seiguyrani maritus ⁊ coniunctorio nomine dicte domine Margarete, dicto Jacobo minori. xxv. annis tunc presenti comminatus est, quod ipsa Margareta cum eo pro dimidia parte dicto Stephano patri succederet, ⁊ bona paterna cum eodem divideret. Refertur preterea quod nouena nondum completa, ⁊ eo tempore quo idem Jacobus propter mortem prefati Stephani eius patris adhuc turbatus ⁊ desolatus existebat, vt non intelligeret quid ageret, idem domi. Melchion, ꝙuis intelligeret prefatam dominã Margaretam non posse dicto eius patri intestato succedere, obstante statuto comitali, quod superexistentibus masculis feminas excludit ⁊ repellit: ⁊ preterea sciens sibi per dictum quondam Stephanum satisfactum de quingentis florenis monete currentis in Prouincia, vel circa, in diminutionem dotis mille florenorum eiusdem do. Margarete ⁊ pro ea ipsi do. Melchioni per prefatum Stephanum constitutorum: dixit ⁊ asseruit hereditatem prefati Stephani ad ipsos Jacobum ⁊ dominam Margaretam iure legitime successionis ab intestato deuolutam, ⁊ equaliter inter eosdem diuidendam. Petijt insuper ab eodem Jacobo dotem predictam mille florenorum ab vna parte, ⁊ ab alia parte summam tricentorum octuaginta trium florenorum ⁊ septem grossorum: quos sibi prefato Stephano mutuasse asserebat: licet re vera non mutuasset nisi. clxix. florenos, ⁊ vnum Magdalenum: quem sibi solui postulauit. Et insuper etiam petijt tradi ⁊ expediri quandam domum, quam legatam vel donatam pretendebat prefate do. Margarete per dictum Stephanum eius patrem: licet contrarium esset veritas. Que fecisse ⁊ petijsse pretenditur idem Melchion, vt tandem eundem Jacobum ad secum ⁊ cum prefata domina Margareta transigendum induceret. Quod ⁊ fecit: ⁊ in qua transactione idem Jacobus, qui re vera prefatis do. Melchioni ⁊ Margarete in nullo tenebatur, preterquam in. cccccix. florenis pro resta dicte dotis, ⁊ in. clxix. florenis ⁊ vno Magdaleno dicto quondam Stephano mutuatis, eisdem dominis coniugibus remisit certos census, domum, terram, ⁊ pratum inibi mentionatos: que erant valoris mille ⁊. cccccc. florenorum, vel circa. Ubi etiam idem Jacobus minor. xxv. annis ⁊ nullum habens curatorem, cum duplici iuramento renuntiauit beneficio minoris etatis ⁊ restitutionis in integrum, ⁊ iurauit ad sancta dei euangelia attendere omnia, vniuersa ⁊ singula in transactione huiusmodi contenta, ⁊ contra ea non venire. Ex casu prenarrato mihi sunt elicita ⁊ facta dubia sequentia. Primum, an transactio predicta fuerit ⁊ sit ipso iure inefficax ⁊ nulla, aut saltem aliquo iure rescindenda. Secundũ, an predicta trãsactione existente nulla, vel post rescissionem ipsius, si aliqua extitat, possit prefata domina Margareta dicto quondam eius patri vna cum Jacobo fratre succedere. Tertium, an ipsa do. Margareta petere possit dictam domum tanquã sibi legatam vel donatam. Quartum, an attenta quantitate dotis de qua supra, ⁊ quod bona eiusdem quondã Stephani tempore eius mortis non valebant vltra summam quatuor millium florenorum, possit ipsa domina Margareta aliquid petere pro supplemẽto eius pretense legitime.

¶ Christi nomine inuocato. Visis casu ⁊ dubijs predictis, respondeo ad eadem dubia vt sequitur, sub correctione tamen cuiuslibet melius sentientis. Et primo ad primum respondeo, ⁊ dico quod cum, vt ponitur in casu, idem dominus Seiguyrani sibi sciret extitisse satisfactum de dictis ccccc. florenis vel circa, sciret preterea quod in Prouincia femine superexistentibus masculis excluduntur ⁊ repellentur a successionibus suorum parentum abintestato vita
1 functorum: ⁊ propterea † (honore ⁊ reuerentia eiusdem saluis dixerim) ipse calumniose petijt dotem predictam mille florenorum, dimidiam partem bonorum prefati quondam Stephani. Propter quod videtur transactio huiusmodi fuisse nulla. l. in summa, in princip. ⁊ quod ibi per docto. ff. de condic. indeb. notat Azo in sum. C. tit. de transac. in princip. Innoc. in c. ij. super verbo, compositio, versi. item ad hoc, ⁊ ibi Ostien. super. j. glo. col. ij. vers. idem ad hoc, de transac. Bart. ⁊ doct. communiter in. l. sub pretextu, la. j. C. eo. tit. Alexan. de Jmola, ⁊ docto. in. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. que procederent ⁊ procedunt etiam si idem Jacobus tempore predicte transactionis fuisset maior. xxv. annis: multofortius vbi erat ⁊ est minor. Preterea non solum est transactio nulla ratione calumnie actoris scientis se habere malam causam, ⁊ sic commisse in agendo vel petendo: sed etiam quando calumnia

huiusmodi commissa est in transigendo, hoc est in indu-
2 cendo eum ad transigendum: eo † tamen casu, quo trans-
actio celebrata est ⁊ inita super contractu vel actione bo-
ne fidei: quia eo casu iudicatur de transactione prout de
contractu bone fidei, quem certum est esse nullum propter
dolum eidem causam dantem. Et quod eo casu transactio
sit bone fidei ⁊ nulla propter dolum, tenuit Barto. in. d. l.
in summa. ff. de condic. indeb. ⁊ in. l. sub pretextu, superius
allegata: pro quo allegat notata per glos. in. l. de tute. C. de
in integr. restit. Idem voluit Franc. Tigri, Ang. Fulg. ⁊
Alexan. de Imola in. d. l. sub pretextu, Fulg. in allegata. l.
in summa. Et quamuis Ant. de But. dixerit in. c. j. de depo. se
alias dubitasse: ipse tamen inibi putat opinionem Bart.
esse sustentabilē: quia, vt ipse dicit, attēdi debet super qua
materia fit trāsactio: pro quo allegat notata in. d. l. si quis
cum aliter, ⁊ in. d. l. ij. C. de rescin. vend. Idem tenet Ioan.
de Imo. in. c. j. de deposito, per. l. si maior, cum glos. ⁊ quod
Bar. C. de dolo. ibi, ⁊. d. l. de tutela, secundū. ij. lec. gl. Per
que iura dicit idem Io. suppleri. §. actionū, institu. de act.
Pro hac parte allegat Alexand. de Imo. in. d. l. sub pre-
textu, multas rationes: que ibi videri possunt. Cum itaque
predicta transactio inita extiterit super actione de dote,
⁊ petitione hereditatis prefati quondam Stephani, que
pretēdebatur pro dimidia parte delata dicte do. Marga-
rete, que sunt actiones bone fidei. d. §. actionum, ⁊. §. fuerat,
instit. de act. illa censetur fuisse nulla. Quibus non ob-
stant. c. cum contingat, de iureiuran. c. quamuis, de pact. in. vi.
c. licet, de iureiur. eod. li. ⁊ in authen. sacramēta puberum.
3 C. si aduer. vend. Quoniam respōdeo, q † iura huiusmodi,
⁊ alia que iuramentum confirmāt, ita demum illud confir-
mant quando non est dolo vel metu prestitum, vt clare pa-
tet ex tenore eorundem iurium. A iuramento enim cen-
setur delictū exceptum, ⁊ id quod dolose factum est. l. fra-
tres. ff. de pact. ⁊ etiam legitima causa. l. fi. ff. qui satis. cog.
⁊. l. fi. C. de non nu. pec. Preterea etiam si teneret iuramē-
tum, non propterea videretur predicta transactio valida-
ri: quia per iuramentum huiusmodi hoc solum operatum
est, q videatur fuisse maior. xxv. annis, vt notant gl. Bar.
⁊ doct. in. d. l. ij. C. de rescind. vend. ⁊ colligitur ex notatis
per glos. Ioan. And. ⁊ doct. in. c. penult. de empt. ⁊ vendit.
Perinde ergo videretur, ac si ipse Iacobus factus maior
xxv. ann. sine iuramēto trāsegisset. Quo casu trāsactio fuis-
set nulla. d. l. in summa. ff. de cond. ind. prout dixi supra cir-
4 ca princ. Preterea etiam si diceremus † transactionē pre-
dictam non fuisse nullā, prout nulla videtur: quia tamen,
vt ponitur in facto, idem Iacobus fuit in ea vltra dimi-
diam iusti pretij ⁊ enormissime lesus, deberet huiusmodi
transactio ex capite predicte lesionis reuocari ⁊ rescindi,
vt notant gl. Ostien. ⁊ doct. in. d. c. penult. de empt. ⁊ ven.
ad quod facit. l. j. ⁊. ij. C. si aduers. transact. Nisi forte quis
dixerit eundem Iacobum renuntiasse cum duplici iura-
mento beneficio minoris etatis, et propterea eum videri
exclusum tā a remedio restitutionis in integrū a quo ex-
cluditur propter primum iuramentum, quod representat
eum maiorem. d. authen. sacramenta puberum, quam a reme-
dio. d. l. ij. C. de rescind. vend. a quo videtur excludi per se-
cundū: quēadmodum ab illo maior. xxv. annis si iuraret
non contrauenire, notant glos. ⁊ doct. communiter in. d. l.
ij. C. de rescind. vend. glos. ⁊ doct. in. d. c. penult. de empt. ⁊
vend. Sed hec nō obstāt. Tum quia cū sub dicto pretenso
duplici iuramento idem Iacobus renūtiauerit duntaxat
beneficio minoris etatis, ⁊ sic effectualiter solum videatur
iurasse non venire cōtra pretextu minoris etatis: non de-
bet renuntiatio huiusmodi extendi ad beneficium. l. ij. C.
5 de rescinden. vend. quia renuntiatio † huiusmodi, vtpote
limitata ⁊ restricta ad beneficium competens ratione mi-
noris etatis, limitatum parere debet effectū, arg. l. in agris.
ff. de acquir. rer. do. ⁊. l. ita autem, in princ. ff. de administr.
6 tutorum. Et nō † solum videntur iuramenta huiusmodi
eundem Iacobum nō exclusisse a remedio dicte. l. ij. quin-
imo etiam videntur eundem non exclusisse a beneficio re-
stitutionis in integrum: pro eo quia non apparet eundem
Iacobum certificatum extitisse de huiusmodi beneficio,
nec quid per ipsum sibi concederetur: quod tamen videtur
fuisse necessarium ad illius efficacem exclusionem, vt con-
suluit Dy. quia cum minor presumatur ius ignorare. l. re-
gula, in princ. ff. de iur. ⁊ fac. ignor. presumitur per conse-
quens nescire beneficium restitutionis sibi competere, aut
q beneficium illud existat. Iuri autem quod quis ignorat
nemo videtur renuntiare. l. mater. ff. de inoffic. testamen.
l. fin. §. si autem. C. de fur. ⁊. l. Claudius, cum ibi notatis.
ff. de acquir. hered. Cuius illa est ratio: quia de iure quod
7 quis ignorat non videtur cogitasse. Iuramentum † autem
non trahitur ad incogitata. d. l. fin. C. de non numer. pecu.
⁊. l. fi. qui satisda. cog. ⁊. c. veniēs, de iureiu. ad quod facit,
quia iuramētum obligationē non auget: sed ei intra suos
limites manēti addit religionis vinculum, arg. l. Titius,
in fi. ff. ad Treb. quod voluit Oldr. consil. mihi. clxxxvij.
exord. Cum mulier donatrix, ⁊c. ⁊ consi. ccliiij. exordiente,
Ex forma istius statuti, ⁊c. pro quo allegat. d. l. fi. C. de non
numer. pecu. l. si libertus. ff. de oper. liber. c. petitio, ⁊. d. c.
veniens, ⁊ quod ibi per Innocen. ⁊ Ostien. de iureiur. hoc
dictum Oldr. commemorauit Bald. in. d. l. fin. circa prin.
C. de non nume. pecu. Et q ad exclusionem beneficij mino-
ris etatis opus sit q minor de illo certificatus extiterit, vo-
luit Cy. in. d. l. ij. C. de rescind. vend. ⁊ idē voluit Io. And.
in. c. penult. de emp. ⁊ vend. Et hec opinio, vt dicit Ioan.
de Imo. in. l. sciendum. ff. de verb. obligat. habet multam
equitatem: ⁊ quod ibi sequitur Franc. de Are. Quam opi-
nionem quoad propositum nostrum sequutus est Bald. in
d. l. ij. C. de rescin. ven. ⁊ in. c. j. §. item sacramēta, in vltima
quest. de pace iura. fir. distinguendo enim dicit, q aut mi-
nor qui iurauit contraxit cum authoritate curatoris, aut
sine. Primo casu non potest per eum peti restitutio, secū-
dum Bald. quia sacramentum supplet defectum ignoran-
tie minoris, per iura que allegat. Secundo casu potest
etiam si interpositum fuisset decretum iudicis: quia scien-
tia iudicis non interpretatur esse scientia adulti. Ita not.
ipse Bald. in. d. l. ij. versic. sed hic dubitatur. Cum igitur
dictus Iacobus certificatus nō extiterit, nec in dicta trās-
actione interuenerit curatoris authoritas: patet renun-
tiationem predictam eidem non obesse. Nec opponat ali-
8 quis, q † propter decretum iudicis in trāsactione interpo-
situm censeatur exclusus predictus Iacobus, quemadmo-
dum ⁊ exclusus censeretur secundum Bal. si cum autho-
ritate curatoris renuntiasset: quasi decretum iudicis sup-
plere potuerit scientiam dicti Iacobi, sicut presentia cu-
ratoris si ille interfuisset. l. si infanti, in fi. C. de iure delib.
⁊. l. bonorum. C. qui admit. ad bonor. pos. Quoniā respon-
deo q hoc procedere posset quando iudex expresse hoc di-
ceret, q vult supplere defectū tutoris vel curatoris: alias
non, secundum Bar. in. d. l. bonorum, ⁊ Bald. in. l. si cura-
torem habens. C. de in integ. restitu. Fateor multos dicere
renuntiationē beneficij minoris etatis obesse minori, etiam
si de eo certificatus non extiterit. Sed quod predixi vide-
tur habere maximā equitatem, presertim quia vltra pre-
dicta idem Iacobus videtur esse multū simplex et ruralis.
Econtrario vero prefatus do. Melchion vir doctus et
astutus: ⁊ quia etiam poterat videri idem Iacobus pro-
pter mortem ⁊ decessum eius quondam patris non modi-
cum turbatus. Preterea presupposito q propter dicta
duo iuramenta, sub ⁊ cum quibus pretenditur idem Ia-
cobus dicto beneficio renuntiasse, censetur ipse Iacobus
9 exclusus a beneficio minoris etatis: non propterea † videtur
excludi a remedio. d. l. ij. C. de rescin. ven. quod datur etiam
leso in trāsactione vltra dimidiā iusti pretij, saltem habito
respectu ad dubium euentum litis, vt notant Bart. Ang.
Ioan. de Imo. ⁊ Roma. in. d. l. si quis cum aliter, ⁊ Bar.
Rayner. ⁊ Ioan. de Imo. in. l. Lucius. §. tres heredes.
ff. ad Trebel. Ang. in. d. l. ij. C. de rescind. vendit. Ioan. de
Imo. in. c. quintauallis, Cardi. Ioan. de Imo. ⁊ Panor.
in. d. c. penult. de empt. ⁊ vend. pro quo facit, quia in trans-
actione est eadē ratio, que est in alijs cōtractibus. Nec op-
ponat aliquis, q cum prefatus Iacobus non solum sub
dicto duplici iuramento renuntiauerit beneficio minoris
etatis: sed etiam iurauerit obseruare omia vniuersa ⁊ sin-
gula contenta in transactione predicta ⁊ cōtra ea non ve-
nire, cēseatur ⁊ cēseri debeat ipse Iacobus ab omni benefi-
cio exclusus. Quoniam respondeo q cum iuramentū hu-
iusmodi simpliciter prestitum extiterit, per ipsum non ex-
cluditur a beneficio. d. l. ij. vt notant gl. ⁊ doct. in. d. l. ij. ⁊. c.
penult. superius allegato. Etiam ab ipso remedio non ex-
cluditur, pro eo quia pretenditur renuntiasse exceptioni
lesionis: quia lesio potest esse infra dimidiam iusti pretij.
Et sic videtur q renuntiatio non trahatur ad lesionē que
esset vltra dimidiam iusti pretij. Pro quo faciunt not. per
10 doct. maxime per Bart. in. d. l. ij. vbi † dicit q si dicatur in
instrumento vēditionis, q talis vēdidit pro tanto pretio:
⁊ si plus valet, illud donat: per hoc non intelligatur renū-
tiasse beneficio dicte. l. ij. quia talis adiectio refertur ad mo-

dicum, per ea que habentur in l. hec adiectio. ff. de verb. sig. & hoc sequitur Bart. in d. l. ij. & Joan. de Imo. in c. cum contingat, vbi etiam refert Nicol. & Bald. dixisse in d. l. ij. quod etiam si minor promiserit non contra venire, vel generaliter renuntiet omni beneficio competenti, non videtur per hoc renuntiasse remedio d. l. ij. Et presupposito quod idem Jacobus censeretur omni remedio renuntiasse, prout
11 non renuntiauit: quia tamen, vt in casu † presupponitur, fuit enormissime lesus, sibi esset concedēda relaxatio a iuramento: quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis. c. quanto, de iureiur. c. inter cetera. xxij. q. iiij. not. glos. in auth. quod eis. C. de nupt. Paria etiā sunt inesse dolum re ipsa, aut ex proposito. d. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & l. ij. §. circa. ff. de exceptione doli. Et ideo cum iuramentum non obliget interueniente dolo. d. c. cum contingat, de iureiur. & d. c. quamuis, de pact. in vj. hoc debet intelligi etiā vbi interuenit dolus re ipsa. Pro hoc etiam facit dictū Inn. in d. c. cum cōtingat, dicētis quod in casu illius c. iuramētū obligat mulierē ad obseruātiā cōtractus: poterit tamē instare vt sibi relaxetur iuramentū. Et ita dicit Pe. de Anchan. c. canonū stātuta, versi. quid dices, debere limitari text. in dicta auth. sacramenta puberum, scilicet quod non procedat quando euidenter apparet adultum esse re ipsa enormissime & vltra dimidia iusti pretij lesum. Et ita etiam voluit idem Pe. in quadam sua disputatione exordiente, Causa. c. laici &c. & in c. quāuis. Et hoc etiam fuit de mente Anto. de But. prout ibi refert Joan. de Imol. in iiij. membro, & in dicto. c. cum contingat. Ex quibus omnibus dico & concludo dictam pretensam transactionem fuisse nullam: & si que fuerit, rescindendam; saltem prius obtenta dispensatione iuramenti: que sibi est concedenda. ¶ Venio ad secundum quesitū: ad quod respondeo, quod licet de iure commum patri abintestato vitafuncto succedant eius descendentes, auth. de here. ab intest. §. j. c olla. ix. & transsumptiue in authen. in successione. C. de suis & legi. here. & institu. de here. que ab intest. de
12 feru. nec in hoc † sit differentia inter masculos & feminas, dictis iuribus, & l. maximum vitium. C. de liber. preter. tamen vbi statutum aliter disponit, illud seruandum est tanquam lex, introducta fauore publico conseruandarum familiarum, vt colligitur ex ijs que notat Barto. & docto. in d. l. maximum vitium. Quo fit vt cum in Prouincia dicatur vigere statutum, quo cauetur quod existentibus masculis filie nō succedant, debeat ipsa do. Margareta, postquam masculus superest, a successione vniuersali dicti quondam Stephani eius patris repelli. ¶ Ad tertium dico & respondeo, quod si sufficienter appareret de dicto pretenso legato, vel etiam de donatione causa mortis, vel inter viuos, facta de domo predicta dicte do. Margarete, dumtamen ipsa vel alius pro ea presens extitisset, & huiusmodi donationem acceptasset, ipsa posset petere dictam domum: non alias cum affectu: pro eo quia cum idem Jacobus minor sit. xxv. annis, & propter cōfessionem de qua in instrumento transactionis antedicte lesus extiterit, poterit ipse petere se restitui aduersus cōfessionem huiusmodi. l. certum. §. fi. ff. de confess. notant glo. & docto. in l. j. C. eo. ti. ¶ Ad quartum respondeo, & dico quod cum eidem quondam Stephano superfuerint duo liberi, illorum legitima erat & est triens seu tertia pars bonorum eiusdem Stephani, auth. nouissima, & in corpore vnde sumitur. C. de inoffic. testa. Pro hac materia videri potest Paul. de Cast. consi. clij. & seq. & Rapha. Cuma. consi. clxxx.

¶ Rubri. De Bo. aut. iud. pos. vel venun. ¶ Consil. lix.

¶ Epitome.

¶ Bertrandus hoc responso Officialem quendam plane bestiam (quod dici solet) detegere velle videtur: quem toties peccasse in vna discussionis bonorum sententia ostendat. Ceterum in bonorum discussione quisque suo gradu collocandus. Expense vero curiales, quas creditores hic fecere, sequuntur ipsorum gradum: que vero pro bonis ipsis discutiendis facte sunt, in primo gradu creditorum recte computantur. V. F.

1 ☞ Discussionis bonorum fiende ratio.
2 Accessorum naturam sequitur principalis.
3 Presumitur pro sententia quod recte lata fuerit.
4 Probare si nequit actor, succumbit: tametsi reus nihil prestiterit.
5 Instrumentum non nominatam personam non iuuat, nisi eā in iure vel re successerit.
6 Vendendorum bonorum in discussione positorum modus: an vocanda pars, & an & quando absque presente pecunia liberanda bona.
7 Curatorem discutiendorum bonorū quid agere oporteat.
8 Apocha priuata an, quando & contra quem fidem faciat: & an testibus debeat esse vallata.



Visis Sententijs per reueren. patrem & virum egregium vicarium & officialem Cauallicensem promulgatis, in causa generalis discussionis bonorum que olim fuerunt nobilis Ludouici Chabaudi de Cauallione: & quodam casu mihi exhibito: dico & respondeo breuiter & succincte prout ecce, sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sen-
1 tientis. Et primo quo ad primum † articulum dictarum sententiarum, in quo idem do. vicarius & officialis condemnauit curatorem bonis datum ad dandum & soluendum de bonis eius cure notario & scribe, &c. dico quod licet defensor bonorum & notarius pro quota concernente defensorem debuerint collocari in primo gradu: tamē notarius pro quotis concernentibus creditores non debuit in gradu aliquo collocari: sed creditores ipsi pro suis creditis per eos sufficienter probatis debuerunt collocari tam pro ipsis creditis, quam expensis: in quibus includuntur expense notarij siue scribe cause, & quas habent ipsi creditores notario soluere, non curator. Etiam dico quod quatenus idem do. vicarius & officialis collocauit in primo gradu eos, qui scripturas, patrocinia, labores, iornatas, portus, viagia, & alias expensas in dicta causa fecerant: ipse male processit: nisi quatenus intelligeret de laboribus, scripturis, patrocinijs, iornatis, portibus, viagijs, & alijs expensis factis per curatorem aut defensorem bonorum, & pro bonorum defensione, vel pro factis per notarium cause, & pro quota ipsum notarium concernente: quoad alios labores, scripturas, patrocinia, &c. facta per alios, vtpote per creditores, & pro prosequutione suarum causarum, debuerunt ipsi creditores secundum suas collocationes factas pro suis creditis etiam pro his collocari, & satisfacere procuratoribus suis, & alijs qui pro eisdem laborassent. Debebat enim idem do. officialis in singulis sentētijs & collocationibus latis pro creditoribus condemnare curatorem ad dandum & soluendum talem summam tali creditori vna cum expensis in causa factis, & ipsum creditorem pro dicta summa & ex-
2 pensis in tali gradu collocare: quia accessorium † sequi debet naturam sui principalis. l. cum principalis. l. nihil dolo. §. cum principalis. ff. de regul. iur. & regu. accessiorum, eo. tit. in vj. Non enim debent expense esse magis priuilegiate quam credita principalia. Preterea cum idem do. officialis prefatum curatorem absoluerit ab impetitionibus multorum creditorum: non video qua de causa idem do. officialis eundem curatorem condemnauerit ad soluendum patrocinia procuratoribus qui pro ijs creditoribus in causa interuenerunt: cum debuerit curatorem ab impetitionibus dictorum pretensorum creditorum absoluere, & ipsos creditores condemnare in expensis: & qui de suo debent satisfacere suis procuratoribus & notario cause pro quota scripturarum eosdem concernente. Preterea quo ad sententiam siue sententias alias latas pro honesto iuuene Adriano de Manso: vnam videlicet de & pro summa. ccxviij. florenorum & decem grossorum: alteram de & pro summa. cclxij. florenorum nouem grossorum, duorum denariorum, trium summatarum grossiarum auene, & nouem heminarum siliginis: & aliam de & pro expensis. vij. florenorum, sex grossorum, & xviij. denariorum: dico & respondeo quod cum in alio & precedente processu facto & formato per & inter prefatū de Manso & dictū Ludouicū ante bonorum cessionem, fuerit idem Ludouicus condemnatus: nō erat opus quod prefatus do. officialis denuo condemnaret prefatum curatorem: sed sufficiebat quod ipse pro summis huiusmodi eundem de Manso collocaret secundum datas suorum instrumentorum. Grauauit tamen eundem de Manso quoad dictos. vij. florenos, sex grossos, & xviij. denarios, pro quibus eum collocauit in xxxvi. gradū creditorum: cum debuerit eum collocare secundum collocationes quas facere debuit pro debitis principalibus: cum non solum pro ipsis, sed etiam pro fiendis expensis reperiatur idem Ludouicus se expresse obli-

gasse annis, mensibus & diebus, quibus se obligauit in dictis principalibus debitis. Verum quia audio prefatum curatorem bonorum, &c. dicere se non debuisse condemnari ad dandum & soluendum dicto de Manso, &c. pro eo quia non probauit se fuisse filium & heredē magistri Pasqueti de Manso: dico quod cum idem Hadrianus hoc probauerit in processu predicto, & in eo sententiam diffinitiuam pro se obtinuerit: nō fuit necessarium hoc iterato probare in processu generalis discussionis: quinimo, vt
3 predixi, nec sententiam proferre: cum iam lata esset, & † pro qua erat presumendum q̄ rite & recte lata extiterat, secundum communem opinionem docto. cap. bone. §. j. & quod ibi Joan. de Imo. de elect. c. cum inter, & c. sicut, de re iudi. Compostel. & Joan. An. in. c. in presentia, de renuntia. de quo plene Alexan. de Jmola in. l. sciendum. ff. de verbo. obligat. & consil. xxiij. exordien. Viso processu cause, &c. in ij. volu. Et ita debuit sufficere dicto do. officiali, quod eidem apparuerit de sententia pro dicto Hadriano vel per ipsum do. officialem, vel per alium promulgata. Quo vero ad illos pretensos cessionarios, qui non probauerunt se tales, & quoad illos assertos filios & heredes quorūdam assertorum creditorum, qui etiam non probauerunt se esse illorum heredes vel filios: sed solum pro iustificatione eorum pretense intentionis exhibuerunt & produxerunt instrumenta obligatoria, concepta nō quidem in personam ipsorum pretensorum filiorum, sed quorundam aliorum suorum pretensorum patrum: dico quod idem do. officialis bene processit in absoluendo curatorem bonorum ab impetitionibus huiusmodi pretensorum cessionariorum,
4 vel assertorum filiorum & heredum. Quia † actore non probante reus etiam si nihil prestiterit absoluendus est. l. qui accusare. C. de eden. l. fin. C. de rei vendic. l. negantes. C. de
5 actio. & obliga. & c. j. vt eccle. benefi. Instrumentum † enim probat secundum ipsius tenorem. Et ideo qui non nominatur in instrumento non iuuatur instrumento: nisi esset iuris vel rei successor. Et hoc est q̄ aduocati sepe dicūt, instrumentū de te nō loquitur. l. ad probationem, la. j. & quod ibi Bald. & docto. C. de probat. Quo vero ad id quod dicitur de venditione bonorū fienda de bonis superius mentionatis post introductionē appellationis parte dicti curatoris interiecte: nō debet ipse curator vendere bona sue cure: nisi fortasse hoc fieret pro satisfaciendo creditoribus legitime collocatis ante illos, contra quos idem curator appellauit. Quia si pendente appellatione bona predicta venderentur, etiā pro satisfaciendo creditoribus posterioribus: fieret preiudiciū appellatis: qui fortasse obtinebunt sententias pro se latas confirmari: qui forsitam nihil recipirent post confirmationem, si bona interim venderentur etiam pro satisfaciendo posterioribus creditoribus, cōtra quos forte idem curator gratificando eis appellationē nō prosequetur. Et consulo q̄ si curator interim vellet vendere, creditores contra quos appellationē prosequetur sibi inhiberi obtineant per iudicem appellationis, seu cōmissarium. Quia pendēte appellatione nihil est innouandū, per iura vulgaria. De ipsorū enim preiudicio ageretur in alienatione. Et ideo super hoc audiendi sunt. ¶ Ad aliū
6 quo queritur, an † creditores vel eorum procuratores sint vocandi ad videndum dicta bona vendi, respōdeo & credo quod non, & quod sufficiat ipsa bona subhastari, & vendi ad inquantum iuxta morem consuetum. Verum quia forte si illi vocentur, vel si eis intimetur fienda venditio, ipsi facere poterunt conditionem bonorum aut creditorum meliorem: non erit malum eos vocare. Et caueant sibi curator & officiarij, ne bona predicta plus & vltimo offerenti expediant & tradant ipsa bona, nisi presente & soluta pecunia ipsi curatori, vel ipsi do. officiali, qui ea vendi faciet. l. a diuo Pio. §. oportet enim. ff. de re iudi. nisi forte illa venderentur pro satisffactione illius qui plus offerret: quia eo casu sufficeret offerre & soluere illud plus, ad quod ascēderet pretium vltra q̄ creditum eius, si creditū in aliquo ex-
7 cederet. ¶ Ad aliud quo queritur, an † processus sit nullus propter defectū oblationis libelli, quoad eos qui egerunt pro quantitate excedente summā decem florenorum: dico q̄ cū in discussionibus agi consueuerit summarie, &c. non debet curator se fundare super ambagibus huiusmodi: que rei veritatem non cōcernunt, sed solum aduertere, an creditores probauerint eorum intentiones, & an cōtra eos competant alique exceptiones vel defensiones legitime. Preterea secundū statutū comitatus Venaysini sufficit designare & petere summam de qua constat per instrumentū publicum, cum designatione anni, mēsis, & diei huiusmodi instrumenti, & notarij qui illud recepit. ¶ Cum autem de soluto & recognitione dotis nobilis & honorabilis mulieris Catherine Ysnarde, vxoris & persone coniuncte nobilis Ludouici Chabaudi, non cōstet nec appareat nisi per quandam pretēsam apocham priuatam, quam fecisse, subscripsisse & recognouisse dicitur idē nobilis Ludouicus: non debuit ipsa Catherina pro dote huiusmodi preferri honesto iuueni Hadriano de Manso, nec ante eū collocari: cū de eius intentione legitime appareat per pu-
8 blica instrumenta in causa producta & inserta. Quia † licet apocha seu priuata scriptura debitoris per eum recognita plenam fidem faciat contra eum, quatenus concernit eius preiudiciū. l. publia, in fin. C. depositi, auth. de trien. & semis. §. studium, colla. iij. & auth. de fid. instru. §. si tamen quisq̄, & auth. contra qui propriam. C. de non nume. pecu. notant doct. in. c. ij. de fid. instru. Bart. in. l. scripturas. C. qui potio. in pigno. habe. tamen apocha, siue priuata scriptura huiusmodi non probat contra tertium, & quatenus preiudicium illius concernit, dicta. l. scripturas, in fi. & ibi hoc notant Bart. & Panor. in. d. c. ij. de fi. instrumen. & sentit Bald. in. d. l. scripturas: pro quo optime facit quod voluit Pau. de Castr. consil. mihi. cccxciij. exordien. In causa Ser Ludouici: vbi videri potest. Et huius dicti ratio redditur: quia alias debitor de facili posset posteriorē creditorem preponere anteriori faciēdo apocham de antidata: quod secundū docto. esset absurdum. Et ideo non tolerandum. Et hoc maxime procedit in hoc casu: cum predicta apocha subscripta non extiterit per tres testes, qui attestentur q̄ sub eorum presentia pecunia soluta extiterit. Quibus non obstat quod dicitur, predictam apochā fuisse sub presentia iudicis recognitam, & de recognitione huiusmodi cōfectū instrumentū. Quia dico q̄ per instrumentū huiusmodi & acta coram iudice facta non probatur pecuniam fuisse numeratam, & solutam pretensis, anno, mense, & die, quibus dicitur fuisse exsoluta: hoc enim non dicunt acta facta coram iudice, nec instrumentū factum per notarium: sed solum probatur, q̄ sub presentia iudicis & notarij dictus Chabaudi cōfessus est & recognouit se scripsisse predictam apocham, & fortassis eam signasse anno, mense, & die in eadem mentionatis. Quod non preiudicat eidem Hadriano: quemadmodū nec preiudicasset, si ipse Ludouicus in dicta causa generalis discussionis fecisset huiusmodi recognitionem etiam cum iuramēto, per ea que plene prosequitur Paul. de Cast. in dicto consilio.

¶ Rub. De ijs quib. vt indig. her. auf. ¶ Consilium. lx.

¶ Epitome.

¶ Hereditas que de voluntate expressa testatoris ob non ↄ̄seruatā eius ordinationem aufertur heredi, non deuoluitur ad vulgariter substitutos huius filios: sed ad alios quos in eum casum testator vocauit, idq̄ per fideicommissum. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Hereditas scripto heredi ablata an & quando ad substitutos pertineat.
2 Testator an in casum sprete sue ordinationis possit ad quosuis hereditatem suam conferre.
3 Quicunq̄, dictio distributiua, rem cuilibet attribuit in solidum.
4 Substitutio extraneis facta, que iure directo valere non potest, an valeat per fideicommissum.
5 Heres quo casu desinat esse heres.


Testamenti verba in hūc modum cōcepta sunt. Volens & ordinans dictus testator, q̄ pro omnibus & singulis superius per eū ordinatis & legatis facilius persoluendis & attendendis hereditas sua Auallonis sit in manibus suorū exequutorū subnominatorū per septē annos, & per septē presias integras proximas post eius decessum, ita & taliter q̄ dicti exequutores sui vendere possint & debeāt ad inquantū publicū dictas septem presias, & plus offerēti liberare: & de pecunijs de dictis presijs habēdis soluantur superius legata & ordinata. Volens etiā et prohibens dictus testator q̄ntum potest, ne heres suus vniuersalis subscriptus, neq̄ aliqua alia persona, preterq̄ dicti sui exequutores, se habeant intromittere de dicta hereditate sua Auallonis, & presijs eiusdem quoquomodo de dictis

septem annis proximis, ⁊ alias donec sua predicta legata
sint plenarie persoluta ⁊ adimpleta, Et si secus fecerit di-
ctus suus heres vniuersalis substitutus, vult ⁊ ordinat ꝙ
ipse heres sit priuatus institutione vniuersali subscripta, ⁊
ꝙ tota sua hereditas sit ⁊ ptineat quibus infra declaratur.
In omnibus autẽ alijs bonis mobilibus ⁊ immobilibus,
iuribus ⁊ actionibus, domibus, grangijs, pratis, terris,
vineis cultis ⁊ non cultis, molẽdinis, ⁊ omnibus alijs bo-
nis sibi a Deo collatis, sibi pertinẽtibus nunc vel in futu-
rum, de quibus supra, nõ ordinauit, nec inferius ordinabi
tur, heredẽ suum vniuersalẽ sibi instituit ⁊ nominauit ore
suo proprio dilectum suum fratrẽ Raymundũ Cynardi
dominũ Montiscynardi: per quez, ⁊c. Et si dictus Ray-
mundus heres suus non esset, morte preuentus, sibi insti-
tuit heredem suum vniuersalem, ⁊ ore proprio nominauit
dilectum nepotem suum Jacobum Cynardi, filium dicti
domini Montiscynardi. Et si dictus Jacobus morte
preuentus heres suus non fuerit, sibi instituit heredem
vniuersalem dilectum nepotem suũ Hectorem Cynardi
filium dicti domini Mõtiscynardi. Et si dictus Hector
heres suus fuerit morte preuentus, heredem sibi instituit
vniuersalem primum filium siue liberum masculum pro-
creandum ⁊ nasciturũ ex dicto domino Montiscynardi
⁊ ex nobili Claudia Berengaria coniugibus: per quem he
redem suum vniuersalem, prout casus eueniet, vult legata
sua ⁊ debita, ⁊ omnia per eum ordinata persolui, satisfieri,
⁊ emendari. Et casu quo dictus suus heres, quicunqȝ sit,
vniuersalis contradixerit, vel aliquod impedimentum op
poneret in venditione dictarum presiarum hereditatis
Auallonis, ⁊ pro dictis septez annis: eo casu sibi instituit
heredem vniuersalẽ in omnibus bonis suis predictis no-
bilẽ Aymonẽ Alamandi: qui predicta habeat adimplere.
Et si dictus nobilis Aymo Alamandi predicta non ad-
impleat, eo casu heredes suos vniuersales sibi instituit no
biles Aymonem ⁊ Joãnem de Altouillario: qui predicta
habeant adimplere. Et si predicta non ad implent, eo casu
instituo heredes meos vniuersales dominũ nostrũ Del-
phinum pro media parte, ⁊ pauperes Christi pro alia me-
dietate. Exequutores suos fecit ⁊ ordinauit pro predictis
suis legatis melius adimplendis, videlicet in predictis
pijs causis, Raymũdum Fabri notarium, ⁊ Stephanum
Fabri filium dicti notarij, ⁊ circunspectos dominos do-
minum Joannem Baiulli, ⁊ dominum Joannem de san-
cto Germano. Deinde prefatus nobilis Jacobus per-
manens in dicta voluntate ab humanis decessit, supersti-
tibus prefatis nobilibus Raymundo Cynardi primo
loco herede instituto, Jacobo, Hectore, ⁊ alijs superius
nominatis. Quo mortuo idẽ nobilis Raymundus adi-
uit eius hereditatẽ, ⁊ apprehendit possessionẽ realem bo-
norum ⁊ rerum hereditariarum: ⁊ non solum aliarum, sed
etiam loci Auallonis: ⁊ bona ⁊ res huiusmodi tenuit, fru-
ctus ⁊ presias percipiendo, ⁊ sibi appropriando, contra
prohibitionem factam per dictum testatorem quoad bo-
na Auallonis. Qui nobilis Raymundus nouissime mor
tuus est, superstitibus prefatis nobilibus Jacobo, Hec-
tore, ⁊ alijs masculis filijs eiusdem nobilis Raymundi
necnon etiam aliquibus ex alijs substitutis in casum quo
heres eius impedimentũ opponeret in venditione presia-
rum hereditatis Auallonis. Ex quo casu, presupposito ꝙ
prefatus nobilis Raymundus propter cõtrauentionem,
⁊c. priuari debuerit hereditate eiusdẽ testatoris: quesitum
est cui hereditas huiusmodi applicari debuerit: ⁊ quo iu-
re, an videlicet directo, vel obliquo, seu per fideicõmissum.
¶ Uiso casu predicto, ⁊ dubio ex eo elicito: dico ⁊ respon-
deo ad dubium huiusmodi: ⁊ primo ad primam eius par-
1 tem, ꝙ † nisi prefatus testator non adieci sset ad quẽ vellet
eius hereditatem applicari vel deferri in casum contra-
uentionis: illa videretur debuisse applicari prefato nobi-
li Jacobo primo substituto, per ea que notant Jacob. de
Bel. ⁊ post eum Ang. in authen. de nupt. §. prefate, collat.
iiij. Bart. Joan. de Jmo. ⁊ doct. communiter in. l. paterfa
milias testamento. ff. de hered. instit. ⁊ idem Bartol. in. l.
vxorem. §. heres. ff. de legat. iij. Bald. in. l. j. versi. serto que-
ritur. C. de his que pe. nomi. Et idem quoad hunc casum
videtur voluisse ipse Bald. in authen. cui relictum, versic.
extra queritur, ⁊c. C. de indic. vidui. tollen. ⁊ Ang. Aret.
in. §. fi. instit. de legat. Qui oẽs videntur loqui eo casu, quo
testator nõ adiecit vel designauit ad quẽ in casuz cõtrauẽ-
tionis vel sprete prohibitionis vellet deferri hereditatez.
Sed cũ hic dixerit dict9 nobilis testator, ꝙ tota sua here-
ditas esset ⁊ pertineret quibus infra declaratur: ⁊ deinde
etiam in dicto eius testamento dixerit, ꝙ eo casu sibi here-
dem vniuersalem instituebat nobilem Aymonẽ Alamã-
di, ⁊ post eũ alios, de quibus supra: non puto ꝙ simus in
2 casu in quo loquuntur doct. prefati. Nisi forte quis vellet
pretendere, testatorem non potuisse disponere super appli
catiõe huiusmodi, vt eius hereditas ad alios perueniret,
ꝙ̃ alias peruẽtura extitisset, vbi nõ esset prouisum. Cuius
contrarium sentiunt doctor. prefati: quod etiam probatur
in. d. §. prefate, versi. nisi forte testator, ⁊c. vbi satis apparet
testatoris voluntatem esse sequendam. Facit authent. de
here. ⁊ fal. §. disponat, collat. j. Solum ergo videndũ est
ad quem idem testator disposuerit hereditatem applicari
in casum sprete prohibitionis. Super quo dico mihi vi-
deri eundem testatorem voluisse ꝙ eo casu dicta eius here-
ditas seu bona applicarẽtur, non quidem prefatis nobili-
bus Jacobo, Hectori, ⁊ alijs liberis masculis dicti nobi-
lis Raymundi vulgariter substitutis: sed prefato nobili
Aymoni Alamãdi, ⁊ alijs de quibus supra, ⁊ iuxta ordi-
nem quo scribũtur. Hoc enim satis clare expressisse vide-
tur idem testator in vers. Et casu quo dictus suus heres
quicunqȝ sit vniuersalis cotradixerit, ⁊c. vbi eo casu here-
dem vniuersalem sibi instituit in omnibus bonis suis di-
ctum nobilem Aymonem, ⁊ post eum alios, prout ibi. Et
cum verba eiusdem testatoris hoc clare sonent, nec de con-
traria voluntate appareat: non videtur ab eis recedendũ. l.
ille aut ille. §. cum in verbis, ⁊. l. non aliter. ff. de legat. iij.
Nec videtur ꝙ propter illud verbum quicunqȝ, positum
in predicta dispositione, videatur ipse testator duntaxat
inuitasse dictum nobilem Aymonez ⁊ alios, ⁊c. post pre-
fatos nobiles Jacobum, Hectorẽ, ⁊ alios masculos dicti
nobilis Raymundi. Quinimo videtur ecõtrario, ꝙ pro-
pter huiusmodi verbum quicunqȝ, voluerit ipse testator,
ꝙ siue Raymundus primo loco heres institutus, siue no
bilis Jacobus primus vulgariter substitutus: siue alius
quiuis ex per eũ instituto, ⁊ vulgariter substitutis, heres
factus eius prohibitionem sperneret: applicaretur here-
3 ditas dicto nobili Aymoni, ⁊c. Est † enim hoc verbũ qui-
cunqȝ, nõ collectiuũ: sed distributiuum duplex, vt notant
Bart. ⁊ doct. in. l. hoc articulo. ff. de hered. instit. ⁊ rem cui-
libet attribuit insolidum. l. edicto, in princ. ⁊. l. ait diuus.
ff. de iure fisci, notant. Bart. ⁊ doctor. in. d. l. hoc articulo.
Sufficit igitur ꝙ aliquis ex prefatis instituto ⁊ vulgari-
ter substitutis heres factus spreuerit prohibitionem de
qua supra, ⁊ cõtra eam venerit, ad hoc vt applicetur here-
ditas dicto nobili Aymoni, si superfit: vel alij post eũ no-
4 minato. Nisi forte opponatur, † ꝙ dispositio seu inuitatio
facta de dicto Aymone ⁊ alijs sequẽtibus pro eo non va-
luerit, quia facta per verbum directum, ⁊ in casum in quez
non videbatur prefatus testator posse directo substituere
prefato nobili Raymundo, aut dictis suis liberis mascu
lis, vtpote extraneis eidem testatori. l. verbis ciuilibus. ff.
de vulga. §. extraneo, instit. eod. tit. ⁊. l. si seruus legatus. §.
si seruus alienus. ff. de leg. j. quod fuit de mente Jo. And.
in. c. si pater, de testa. in. vj. in nouel. ⁊ Joan. de Jmol. in̄. c.
Raynutius, in materia cõpendiose, de testa. ⁊ in. l. Cẽtu-
rio. ff. de vulg. ⁊ pupil. Sed non obstat: quia presupposito
ꝙ etiam hoc casu non potuerit idem testator cum effectu
substituere de iure directo: eius tamen dispositio valeret
iure obliquo, ⁊ per fideicommissum, per ea que notant gl.
Dy. Bart. Ang. Bald. Jmo. Pau. de Cast. ⁊ doct. com-
muniter in. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. ⁊ pupil. notant
enim ꝙ vbi substitutio facta per verba directa non potest
a principio valere iure directo ratione defectus persone
testatoris, vel illius cui facta fuit substitutio, semper trahi
tur ad fideicommissum: quod etiam voluerunt doct. com-
muniter in. l. precibus. C. de impuber. ⁊ ali. substit. Et pro
hoc facit quod voluit Ang. si verũ est, in. l. paterfamilias
testamento: vbi videtur limitare dictum Bart. quatenus
dicit hereditatem applicari substituto, aut coheredi si ha-
bet: alioqui venientibus ab intestato per fideicommissum,
non iure directo. Dicit enim idem Ang. illud procedere
nisi testator instituit heredem post penam commissam seu
incursam illam personam, cuius cõtemplatione fieret pri-
5 uatio: vel etiam aliam. Eo enim † casu in euentũ conditio-
nis institutus erit heres: nõ (vt ipse dicit) directo, sed vti-
liter. Dicit etiam in consil. clxv. exord. Testator in omni-
bus suis bonis, ⁊c. ꝙ eo casu heres desinit esse heres ex di
spositione iuris ciuilis firmante voluntatem defuncti ita
cõceptam: vbi pro casu allegat. d. l. j. C. de his que pe. nomi.

Super

Super quo fundamento tamen non multum insisto: cum (vt mihi videtur) docto. magis cõmuniter teneant contra Ang. in hoc articulo: dicentes (vt predixi) post Bart. in. d. l. paterfamilias testamẽto, ꝙ huiusmodi priuatio non fit iure directo, sed per fideicommissum: hoc enim ibi voluit Joannes de Jmola: et idem voluit ipse Angelus in authent. de nuptijs. §. prefate, collatio. iiij. ⁊ Angel. Areti. in. §. fin. institut. de legatis. Et per hoc patet responsio ad secundam partem quesiti.

¶ Rub. De dotis promis. ¶ Epitome. ¶ Consil. lxj.

¶ Dotem se soluturum constituens etiam nudo pacto tenetur. Vasquinus Filiolus.



Voluissem Videre instrumẽtum quietantie, seu confessionis de dote recepta, facte per nobilem virum Michaelez de Frozo Lipassij, insuper ⁊ depositiones testiũ, qui parte eiusdem de Froso in causa producti, dicuntur deposuisse de promissione facta per nobilẽ Joannẽ Raymũdi de eidem de Frozo soluẽdo. cccc. florenos, ad hoc vt cõfiteretur illos se habuisse ⁊ recepisse a nobili viro Joanne Albi domino Roquemartine: vt sic securius possem respõdere ad quesitum. Verum quia hec pro nunc habere non possum, dicam aliquid per egregium virum dominuz aduocatum eiusdẽ Michaelis videndum, ⁊ corrigendum vbi sibi videbitur. Dico igitur; ꝙ hic non sumus in casu questionis formate per doct. an videlicet confessio dotis recepte presumatur in dubio facta animo donãdi, vel sub spe future numerationis fiende per eum cui facta est confessio, aut concessa quietantia: de qua per Bart. in. l. Papinianus. ff. de donat. inter vir. ⁊ vxor. in. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. iij. ⁊ per eundem Bart. Franc. de Are. Alexan. de Jmola. ⁊ alios in. l. si diuortio. ff. de verb. obligat. per Bald. in. l. j. C. de donat. inter vir. ⁊ vxor. per Salic. in. l. quod de suo. C. de do. cau. non numer. per Ang. Aret. in. §. fuerat, ⁊ alios, institut. de act. ⁊ Franc. de Are. consil. lxxxvj. exord. Diligenter consideratis que in puncto, ꝛc. Non etiam sumus in terminis questionis formate per Bart. in. l. singularia, versic. iuxta predicta quero cum in instrumento, ꝛc. de qua etiaz ibi per Alexand. de Jmo. ff. si cert. petat. ⁊ per Ang. Aret. in. §. actionum, versic. quid si in instrumento venditionis dicatur venditor fuit confessus, ꝛc. institu. de act. Essemus enim in terminis inibi formate questionis, si dicti. cccc. floreni fuissent exhibiti per dictum de Roquamartina: a quo illos se habuisse confessus est dominus Michael de Frozo: ⁊ deinde fuissent reportati per eundem de Roquamartina de consensu eiusdem Michaelis. Sed (vt mihi videtur) sumus in terminis questionis formate per Bart. in. l. penult. §. si vir. ff. sol. mat. quatenus ibi loquitur quid iuris sit quando post confessionem factam per maritũ de dote recepta, alius promisit se dotem soluturum marito confitenti. Quo casu dicit idem Bart. confessionem de dote recepta non censeri esse factam spe future numerationis fiende per eum cui facta est confessio: sed spe fiende promissionis per tertium: ⁊ videtur maritus confitens tantum extimasse nomen, ⁊ illud, hoc est promissionem huiusmodi accepisse in solutum: pro quo facit. l. pretij causa. C. de rescind. vend. Et in his terminis etiam loquitur Ang. consil. cxlj. exord. Gener a socero confessus fuit, ꝛc. versic. ⁊ predicta procedunt: ibi, Ceterum si alius promitteret: ꝛc. vbi etiã sequitur determinationem Bart. cum qua etiam transit Joan. de Jmola in. d. l. penult. §. si vir. Licet Bal. in. l. legem. C. de pact. distinxerit, an promissio facta exiterit statim post cõfessionem, vel ex internallo. Et hoc plene procederet vbi idẽ Raymũdi non probaretur promisisse ante confessionem de qua supra se soluturum dictam dotẽ incontinenti post confessionem siue quietantiã de qua supra. Sed (vt audio) probatum est eundem Raymundi promisisse se statim ⁊ illico soluturuz post factam confessionem: ⁊ sic videtur idem de Frozo cõfessus fuisse non sub spe future promissionis fiende per dictum Raymundi; sed sub spe illico fiende numerationis ⁊ solutionis: non quidem per dictum de Roquamartina, sed per ipsum Raymundi; qui propterea tenebatur dictã summã numerare ⁊ soluere, propter promissionem per euz factam: ⁊ ad illam dãdam ⁊ soluendã tenetur idem Raymundi, tanꝙ cõstitutor; etiam si illam nudo pacto soluere promisisset. §. de constituta, cum similib. ⁊ quod ibi glos. ⁊ doct. institut. de actionibus.

¶ Rub. De penis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. lxij.

¶ Pene fiscales ad emptorem emolumentorum iurisdictionis pertinent, si durante tempore emptioni prefinito delictum perpetratum sit. V. F.

1 ☞ Fisco in penis criminalibus ante sententiam nullum ius queritur.
2 Sententia est quidam quasi contractus.
3 Exceptionis virtus duplex est.
4 Verba contra eum sunt interpretãda, qui cum eius interesset apertius loqui potuit.
5 Interpretatio plena in contractibus fienda.
6 Verbis contractus, cum de contraria mente non apparet, standum.
7 Jllatio ex diuersis non fit.



In Facto ponitur ꝙ dominus quorũdam castrorum seu locorum pridem vendidit, ⁊ vẽditionis titulo habere concessit prouido viro Jacobo Francisci omnia emolumẽta, quecunqȝ essent, castrorũ seu locorũ huiusmodi: exceptis medietate omniũ assiziarum seu inquestarum eorundẽ locorum, ⁊ herbagio alterius ipsorum, ad ⁊ per vnum annum, certo pretio inter eos conuẽto. Pendente vero ⁊ durante anno huiusmodi inchoata est inquisitio contra quendam delatum, pretextu ⁊ ad causam quorũdam excessuum ⁊ delictorum per eum commissorum, ⁊ quorum aliqua cõmissa extiterant anno superius mentionato: alia vero fuerant perpetrata ⁊ commissa ante predictuz annum. Pro his vero omnibus excessibus ⁊ delictis fuit idez delatus infra annum predictũ condemnatus in certa pecuniaria summa. Quesitum est an medietas condẽnationis seu emolumẽti huiusmodi ad eundem Jacobum pertineat: anve tota condemnatio seu emolumentum pertinere debeat dicto domino venditori. Super quo dico ꝙ Bald. in. l. diuortio, in fi. principij. ff. sol. mat. format questionez: cuius decisio videtur facere ad decisionem dubij huiusmodi. Querit enim Bald. de eo, qui emit redditus iurisdictionis pro vno anno, ⁊ in fine anni committitur maleficium, pro quo sequẽti anno fit punitio: ad quem pertineat illa pena. Et respondet ibi Bald. post Cyn. in. l. extra territorium. ff. de iuris. omni. iud. ꝙ pena huiusmodi pertinet ad emptorem illius anni in quo maleficium extitit perpetratum. Et idem voluit Bald. in. d. l. extra territorium, vers. quoad septimum, ꝛc. pro quo allegat. l. quecunqȝ actiones. ff. de act. ⁊ obligat. ⁊. l. qui in puteum. §. si posteaꝙ. ff. ꝙ vi aut clam. Quod si ita est, videtur a simili ꝙ in casu nostro pena pecuniaria imposita pro delictis perpetratis ⁊ cõmissis ante annum superius mentionatum, spectare ⁊ pertinere debeat domino predictorum locorum. Sed contrarium tenuit idem Bald. in. l. fin. versic. modo quero. C. de fruct. ⁊ lit. expen. vbi dicit Bald. ꝙ si Jmperator mihi pro semestri concesserit commoda cuiusdam iurisdictionis: ⁊ quidam committat delictum in fine mee iurisdictionis, de quo post finitaz meam iurisdictionem condemnetur per principem in certa pecunie quantitate: pecunia huiusmodi pertinet ad principem: quia cum ista pena sit fructus iurisdictionis, et nondum esset reconditus in horreo meo durante dicto semestri, illa pertinet ad principem, ⁊ non ad me. l. defuncta.
1 ff. de vsufactu. Pro quo facit, quia † in penis criminalibus nullum habet ius fiscus: ergo nec ego ab eo causam habens ante sententiam. l. ex iudiciorum. ff. de accusat. l. eius qui delatorem, in princ. ff. de iure fis. l. si qua pena. ff. de verb. sig. notat Cyn. in. l. si quis post. C. de bo. damnat. Bart. in. l. post contractum, versic. circa predicta: ibi, nos habemus, ꝛc. ff. de donat. ⁊ in. l. aufertur. §. fiscus. ff. de iure fis. Bald. in. d. l. fin. ver. modo quero. ff. de fruct. ⁊ lit. expen. ⁊ Alexand. de Jmo. in. l. rescriptum, in princ. ff. de pact.
2 sed post sententiam habet ius: quia † per sententiam quasi contrahitur. l. iij. §. idem scribit. ff. de pecu. ⁊ videtur huiusmodi determinatio Bal. saltem locum habere, vbi nõ solum processum non est durante meo semestri vsqȝ ad sententiam exclusiue: sed nec processus aliquis inchoatus: ⁊ hanc sententiam Bal. videtur sequi Joan de Jmo. in. d. l. diuortio. §. si vir, versic. vltimo queritur. ff. sol. mat. vbi re-

lata opinione Baldi quam posuit in.d.l. diuortio, in fine prin. dicit idem Joan. de Jmola forte posse dici cōtrarium per.d.l. defuncta.ff.de vsufr. quā Bald. pro se inducit: quia in ea fructus erat percept⁹, cuius vigore pēsio debebatur. Jn casu aūt, de quo est hic questio, nō erat fructus pceptus ante annū predictum: sed tantūmodo (vt ita dixerim) seminatus. Etiam contra sententiam. Bal. in.d.l. diuortio, tenuit Jac. Rebu. in.l. susceptores.C.de suscep.⁊ arcar.li.x. eo casu quo ex delicti qualitate non esset pena ipso iure commissa: pro quo allegat in argumentū.l.sacra.§.illum. ff.de re.diui.l.Titio.ff.ad municipa.l.ij.§.fi.ff.de bo.poss. secū.ta.⁊.l.iij.§.j.ff.de mino. Que si vera sunt, videtur per consequēs quod cum in casu nostro processus inchoatus ⁊ finitus extiterit durante anno predicto, pena iam dicta pertineat ad prefatum emptorem. Pro quo emptore, ⁊ contra dictum venditorem facit: quia (vt predixi) idem venditor vendidit omnia emolumenta locorum predictorum quecunq; essent, exceptis medietate omnium assiziarum siue inquestarum eorundem locorū, ⁊ herbagiorū, ⁊c. Ergo aliam medietatem omnium assiziarum seu inque-
3 starum vendidisse censetur: quia † virtus exceptionis est duplex, scilicet eximere seu extrahere, ⁊ virtutem indefiniti seu obscuri sermonis ⁊ precedentis dispositi declarare, ar.l.fi.§.cui dulcia.ff.de trit.vi.⁊ oleo leg. precedētia enim declarantur per sequentia, ⁊ ecōtrario.l.quoties.C.fami. ercisc.l.legatorum.§.qui plures.ff.de lega.ij.l.vtrum.ff.de peti.here.⁊.l.qui non militabat.§.Lucio.ff.de here.instit. Censetur igitur quoad casum de quo loquimur nō solum vendidisse mediam partem penarū criminalium, ⁊ sic eorum criminum, que durante anno committerentur: sed medietatem assiziarum seu inquestarū, que fierent durante dicto anno. Et hoc est quod etiam voluit Jac. Rebuf. in.d.l.susceptores.C.de suscepto.⁊ arcar.li.x.post Guil. de Ferra. dicens ꝙ refert an dictum extiterit in venditione ꝙ venditor vendebat omnes penas: an ꝙ vendebat omnes condemnationes: vt primo casu pena pecuniaria ad primum pertineat: secundo vero casu ad secundum, non ad primum. Pro qua distinctione allegat in ar. l.fi.§.j.ff.ad leg. Rhodi.de iac. videtur igitur quod in casu nostro pena predicta pertinere debeat ad hunc emptorem, postquam durāte anno suo facta est inquisitio ⁊ processus, ⁊ contra delinquentem sententia promulgata. Et sic emolumentum condemnationis huiusmodi est pars emolumenti assiziarum seu inquestarum illius anni: quarum omnium media pars deprehenditur vendita. Preterea vbi esset aliquid difficultatis propter illa verba generalia assiziarum ⁊ inquestarum, illa deberent interpretari in
4 odium illius, qui apertius loqui † potuit: ⁊ sic in odium venditoris: qui dicere poterat se vendere medietatem assiziarum seu inquestarum fiendarū pro criminibus durante dicto anno committendis.l.veteribus.ff.de pact. Adijcio predictis, ꝙ presupposito ꝙ determinatio Bald. de qua in.d.l.diuortio, esset vera: illa tamen non videtur obstare in hoc casu: loquitur enim Bal. eo casu quo esset contentio inter primū emptorem emolumentorum ⁊ iurisdictionis, ⁊ secundum: quo casu fortasse esset fienda strictior interpretatio in fauorem primi, ⁊ odium secundi. Hic autem loquimur de contentione inter venditorem ⁊ emptorē: quo casu videtur fienda plena interpretatio, per ea que habentur in.c.cum dilecti, ⁊ quod ibi per Jnnoc. Ostien.
5 Joan. And. ⁊ docto. de dona. Jn † contractibus enim plena debet fieri interpretatio, vt ibi dicitur: quia cum contractus sint hincinde obligatorij.l. Labeo, la.ij.ff.de verbo.signi. debet in eis seruari equalitas, ⁊ presertim vbi in eam seruando non receditur a verbis contractus: sed in eisdem insistitur, prout hic, interpretando venditionem de qua supra comprehendere etiam emolumenta inquestarum factarum pro criminibus perpetratis ante annum
6 predictum. Jllius † enim verbis, cum de contraria mente non appareat, standum est.l.ille aut ille.§.cum in verbis, ⁊.l.non aliter.ff.de lega.iij. Ad motiua Bal. videtur facilis responsio. Jn casu enim quem ponit venditus erat vni redditus iurisdictionis certi temporis, ⁊ deinde alteri redditus eiusdem iurisdictionis pro alio tempore: hic autem non redditus iurisdictionis simpliciter, sed omnia emolumenta ⁊c. ⁊ etiam medietas emolumentorum omniū assiziarum seu inquestarum: que verba tantum sonant, ac si dictum esset de medietate emolumentorum omnium condemnationum fiendarum in assizijs vel in inquestis: ⁊ sic non sumamus in terminis questionis per Bal. formate. Ex
7 † sua igitur determinatione, vt pote facta in casu diuerso, non infertur ad hunc casum, arg.l. Papinianus exuli, cū suis simili.ff.de minor. quemadmodum nec infertur ex statuto, si in alijs terminis loqueretur.l.hos accusare.§. omnibus.ff.de accusa.l.iiij.§.toties.ff.de damno infec.l.j. §.loquitur.ff.de aqua quoti.⁊ esti.

¶ Rubrica, De nuptijs. ¶ Epitome. ¶ Consil.lxiij.

¶ Nuptiarum, matrimonij ve cōtrahendi etas iusta esse tum demum probatur, quum testes asserunt contrahentes vltra requisitam etatem tres annos attigisse. T.F.

1 ☞ Fingenti matrimonium sibi placere an et quando credendum super etate.
2 Etas ex aspectu corporis an ⁊ quando probetur: ⁊ quomodo.
3 Malitia quod etatem suppleuerit dicens, probet necesse est.
4 Matrimonium impuberes contrahere nō possunt: ⁊ que etas requiratur.6.
5 Matrimonium vt de sponsalibus fiat non sufficit perseuerantia consensus: sed commisceri carne necesse est.
7 Probatio non concludens non releuat.


Jso Processu matrimonialis cause agitate per ⁊ inter Frāciscū Aycardi, filiū prouidi viri Bermūdi Aycardi ex vna parte, ⁊ honestā iuuenem Beatricem Flote, filiam quondam magistri Antonij Flote ex alia: dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succinte, sub correctione cuiuslibet melius sentientis, videri esse probatum, ꝙ tempore quo parte dicti Aycardi pretenditur matrimonium extitisse inter eum ⁊ prefatam Beatricem contractum, idem Aycardi erat minor quatuordecim annis, ⁊ sic impubes: ꝙq; probatum non extiterit eandem Beatricem Flote fuisse tēpore huiusmodi etatis duodecim annorum, ⁊ sic puberem. Primum probatur confessione dicti Francisci, de qua in supplicatione exordiente, Parte probi viri, ⁊c. parte dicti Bermundi Aycardi ⁊ Antonete coniugum, parentum dicti Francisci oblata ⁊ presentata eminenti regio consilio Aquis residēti, ⁊ postea parte dicti Francisci in hac causa pducta. Talis enim confessio seu assertio per ipsum Franciscum facta probat contra eum, per iura pertinentissime allegata per egregium virum dominum primo loco allegantem. Cui dicto non obstat, ꝙ confessio huius-
1 modi videatur esse contra matrimonium, ⁊ esse † posse, ꝙ ipse Franciscus sic cōfitendo fingeret matrimonium sibi placere, quod re vera displicebat: quasi sint hominib⁹ multe vie ad malum, auth.de nup.§.minores, colla.iiij.⁊ quasi potuerit per ipsum Franciscum lis fingi.l.cum.ij.§.transactiones, ⁊.§.sequenti, de transact. Et ꝙ propterea non sit ipsi Francisco credendum facit.c.super eo, de eo qui cogno.consang. vxor. sue, ⁊.c.ex literis, de diuor. Quoniam respondeo ꝙ cum confessio huiusmodi emanauerit ab eo qui stat pro matrimonio, illa valet, vt notat gloss. in.c.attestationes, de despon. impube. Non enim est presumptio ꝙ idem Franciscus, qui (vt apparet ex actis cause huius) cum maxima instantia instat pro dicto pretenso matrimonio, falsum contra se confessus extiterit: nec apparet hic aliqua presumptio fraudis contra ipsum Franciscū. Propter quod videtur ꝙ etiam vbi relinqueretur arbitrio iudicis, an tali confessioni credendum sit vel non, deberet iudex arbitrari illi esse standum, vt etiam voluit Panor. in.c.attestationes, de despon.impub. Preterea etiam dixi probatum nō extitisse prefatam Beatricem fuisse tempore dicti pretensi matrimonij etatis.xij.annorum, ⁊ sic pu-
2 berem: quoniam (vt eleganter probatum est per dictum dominum primo scribentem) etas † hominis non probatur per testes ex aspectu corporis. Et presupposito ꝙ illa probari posset, prout videtur sensisse Bart. in.l.de etate.ff.de mino. testes tamē parte dicti Francisci in hac causa producti non probant eandem Beatricem fuisse tempore dicti pretensi cōtracti matrimonij etatis.xij.annorum. quoniam, prout dicit Bart. in.d.l.de etate, versi. ad cuius declarationem, ⁊c. ad probandum etatem.xij.annorum in muliere oportet ꝙ testis deponat ascēsiue de triennio: hoc est, ꝙ testis dicat ipsam mulierem ex aspectu iudicari esse etatis.xv.annorum: quod non fecerunt testes parte dicti Fran

Francisci in hac causa producti. Et quamuis (prout dicit
Barto.) hoc ⁊ alia de quibus ibi per eum, non videantur
posse probari per legem: tamen secundũ animi sui motum
⁊ habito colloquio cum pluribus doctor. iuris canonici ⁊
ciuilis, ⁊ etiã medicine, tẽpora possunt limitari, prout ibi.
Esto igitur ꝙ etas probari posset per testes: non fuit ta-
men in hoc casu probata etas. xij. annorum: que tamẽ pro-
bari debuit per prefatum Franciscũ. Et sic infertur ex pre-
missis dictum pretensum matrimonium ab initio non va
luisse vt matrimoniũ: quia (vt alibi allegatum est) ad illud
contrahendum requiritur in masculo etas. xiiij. annorum,
⁊ in femina etas. xij. annorum. Nec opponat aliquis ꝙ in
3 casu nostro malitia etatem suppleuerit. Quia † respondeo
ꝙ illa probata non extitit: quam tamen probari oportuis-
set: quia in prohibitis certo casu permissis nõ stamus ver
bis dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentum
ff. de probat. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. iij.
notat Joan. And. in addit. Spec. tit. de reb. eccle. non ali.
in rub. de quo per Alexand. de Imo. consil. lv. exordiente,
4 Consideratis verbis dicti statuti, ⁊c. Est † autem impube-
ribus regulariter prohibitum ne matrimoniũ contrahãt.
c. vbi non est, de desponsa. impuber. Ergo dicenti casum
permissuz subesse, vt quia etatẽ malitia supplebat, incũbit
huius casus probatio, per predicta. Preterea nec oppo-
5 nat aliquis, ꝙ † propter voluntatis perseuerantiam postea
subsequutam dictum pretensum matrimonium conualue
rit. Tum quia de illa pretensa perseuerãtia non apparet:
tum ⁊ quia, vt dicit Innoc. in. d. c. attestationes, et in. c. i.
de matri. contra interdictum ecclesie contract. illa non suf
ficit ad hoc vt sponsalia transeant in matrimonium: sed
6 opus est ꝙ vir mulierem cognoscat. Tum † ⁊ quia esto ꝙ
perseuerantia alias sufficeret: oporteret tamen ꝙ illa facta
esset post completam etatem. xij. annorum in muliere, et
xiiij. in masculo. c. i. §. i. de desponsa. impub. in. vi. l. si vxor.
§. si minor. ff. de adult. Quemadmodum enim ante etatem
huiusmodi matrimonium per consensum expressum con-
trahi non potest: ita nec per tacitũ. l. qui ad certum. ff. loca.
de quo Pau. de Cast. consil. cclxxij. exord. Quia per pri-
mum egregium consultorem, ⁊c. Tum ⁊ quia licet alias ex
cohabitatione maris ⁊ femelle censeretur colligi perseue-
rantia voluntatis inter eos: tamen in hoc casu perseuerã-
tia huiusmodi non videtur posse colligi, etiam si probatuz
extitisset dictos Franciscum Aycardi ⁊ Beatricem coha
bitasse post completam etatem pupillarẽ vtriusq;: eo quia
cum matre ⁊ cum dicto Bermundo vitrico ⁊ tutore, ⁊ qui
ex pactis ⁊ conuentionibus celebratis ⁊ initis inter ipsuz
Bermundũ tutorem eiusdẽ Beatricis, eam ⁊ Alionã eius
7 sororem nutrire tenebatur. Non igitur † est probatio con-
cludens: ⁊ sic non releuat. l. nõ hoc. C. vnde cogn. l. non so-
lum. §. sed vt probari. ff. de noui oper. nunt. l. eum actum.
ff. de neg. gest. l. matrem tuam. C. de prob. ⁊. c. in presentia,
cum suis simil. eod. tit. Adiicio predictis, ꝙ ex processu
cause huius non videtur fuisse sufficienter probatum, ꝙ
idem Franciscus, non dixerim tempore dicti pretensi con-
tracti matrimonij: sed nec tempore cepte cause huius, imo
nec tempore depositionum testium in hac causa nouissime
productorũ, esset eius etatis. Non enim parte ipsius Fran
cisci est aliquid probatum de eius etate: ⁊ si de illa aliquid
probatum extiterit, hoc probatuz est per testes dicte Bea-
tricis ree, super. xx. articulo schedule vltimate producte:
qui tamen non probant eum fuisse tempore eorum deposi-
tionis illius etatis de qua deponũt. Tuz quia (vt predixi)
etas non probatur ex aspectu. Tũ ⁊ quia si ex aspectu pro-
bari posset, oporteret secundũ doctr. Bar. in. d. l. de etate,
ver. Ad cuius declarationẽ, ⁊c. ꝙ testes deposuissent eun
dem Franciscũ indicari ex aspectu habere. x. ⁊. viij. annos.
Concludẽdo igitur cũ dicto primo do. cõsultore, puto sen
tentiam absolutoriã esse proferendã pro eadem Beatrice.

¶ Rubrica, De act. ⁊ oblig. ¶ Epitome. ¶ Consil. lxiiij.

¶ Qui vna cessione vocati sunt ad ius ⁊ bona cedentis, si-
cut equaliter cedenti succedunt: ita equaliter ad es alienuz
tenentur. Vasquinus Filiolus.



Isto Casu et dubio nouissime mihi
misso: dico ⁊ respõdeo ꝙ cum in
eo non queratur de successione intestati,
vel testamẽtaria: sed de successione quam
habiture sunt nobiles Francesia de Am-
brosijs, Catherina, Martha, et Joanna
de Cassagnis, in bonis ⁊ iuribus eisdem cessis ⁊ remissis
per nobilem ⁊ egregiam mulierem do. Giletam Astoau-
de ⁊ sic in vim contractus inter ipsas dominam cedentem
⁊ nobiles cessionarias celebrati: debent ipse nobiles ces-
sionarie bonis ⁊ iuribus huiusmodi equis partibus suc-
cedere, quelibet videlicet pro quarta parte. l. reos. §. cum
in tabulis. ff. de duob. re. pro quo facit. l. i. ⁊ quod ibi glos.
⁊ doc. C. si plur. vna senten. cond. sunt, ⁊. l. Paulus respõ-
dit eos. ff. de re iudic. Et pro eisdem partibus tenentur ad
solutionẽ illorũ centũ florenorũ, si soluti non extiterint: et
ad solutionem illius annue pensionis. xl. florenorum. Te-
netur enim quelibet pro quarta parte, per iura predicta.

¶ Rubrica. De pactis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. lxv.

¶ Pactorum precedentia verba per sequentia interpre-
tationem accipiunt. V. F.

1 ☞ Repugnantia facit vt neutrum valeat.
2 Verba sic exaudienda, vt alquid operentur, et ad id po-
tius impropianda. numero. 3.



Uper Pactis et conuentionibus
dudũ celebratis ⁊ initis per ⁊
inter vniuersitatẽ ⁊ homines loci Area-
rum ex vna parte, ⁊ prouidũ virũ Joan-
nem Nate parte ex reliqua: videtur dicen-
dum ꝙ licet partes ipse pacte sint ⁊ con-
uenerint, ꝙ aqua Bedalis de quo ibi ab exitu ville eiusdez
loci Arearum vsq; ad flumen Gapelli, vel alias vsq; ad
mare, si ad mare duceretur, deberet esse communis, ꝙque
posset libere recipi per quascunq; personas vniuersitatis
huiusmodi, ⁊ ad quoscunq; vsus applicari seu conuerti,
rigando, adaquando, ⁊ alia quecunq; faciendo de eadem:
huiusmodi tamen pactum ⁊ conuentio ita demum locum
habent, ⁊ intelligi debent, dum tamen aqua Bedalis pre-
mentionati recipiatur sine impedimento molendinorum.
Hoc enim expressum est in alio ⁊ sequenti pacto: quo effe-
ctualiter cauetur, ꝙ vniuersitas ⁊ illius singulares homi-
nes habere possint ⁊ habeant perpetuis temporibus facul
tatem ⁊ authoritatem recipiendi aquam dicti Bedalis: pro
bibendo, adaquando, ⁊ alia necessaria faciendo: absq; ta-
men impedimento dictorũ molendinorũ, tam infra dictaz
villã, ꝙ extra: ⁊ tam supra dicta molendina, ꝙ subtus. Ex
quibus vltima conuentione ⁊ pacto interpretantur ⁊ de-
clarantur pactũ ⁊ conuentio precedentes, de quibus supra:
vt videlicet capi possit aqua Bedalis ante dicti sine impe-
dimento molendinorũ. Nisi enim ita intelligerentur pacta
1 ⁊ cõuentiones huiusmodi, ille essent cõtrarie, ⁊ mutuo † se
impugnarent: ⁊ sic neutrũ valere videretur. l. vbi repugnã-
tia. ff. de reg. iur. Hoc autẽ euitandũ est: ⁊ debent pacta hu
iusmodi sic intelligi, vt repugnantiã non contineãt, cũ hoc
fieri possit, vt dicitur in prima constit. C. ⁊ quod ibi Bart.
versic. nota ꝙ contrarietates debent adiunari, ⁊c. notat
Bart. in. l. fi. §. idem quesiit, versic. circa predictã clausulaz
quero, ⁊c. ff. de condic. indeb. Preterea nisi pactum ⁊ con-
2 uentio predicte intelligerentur vt predixi, male ⁊ † super-
flue posita essent in conuentione ⁊ pacto secundo loco re-
citatis illa verba, absq; tamen impedimento dictorũ mo-
lendinorũ. Quod non est dicendũ: quia verba debent ali-
quid operari. c. si Romanorũ, ⁊ quod ibi per gl. super ver-
bo mẽbranas. xix. distinct. c. sic enim: ibi, itẽ vbi ait ecce ego
Paulus. xxviij. q. i. l. si quando. ff. de leg. i. c. si Papa, de
priuil. in. vi. ⁊. c. solite, ⁊ quod ibi Joan. And. in nouel. de
maior. ⁊ obed. de quo plene Roma. consil. clxxx. exordien.
Si admittamus totũ burgũ, ⁊c. Nec solũ vna queq; clau-
sula, sed etiã quodq; verbũ a contrahentibus prolatũ de-
bet esse cũ virtute operandi, si fieri potest. l. hac lege. ff. de
contrahen. empt. l. si stipulatus, in princ. ff. de vsur. notat
3 Bald. C. de contrahen. empt. in. ix. q. Et debent † verba ita
intelligi, ⁊ interpretari etiã cum improprіatione, si opus
sit, vt dispositio aliquid operetur, ⁊ disponentiũ saluetur
intentio: ⁊ hoc siue loquamur in contractibus, vt. l. si insu-
lam. ff. de prescript. verb. l. si tibi pecuniam. ff. si cert. petat.
l. si tam angusti. ff. de seruit. ⁊. d. l. si stipulatus. ff. de vsur.
siue loquamur in testamentis, in libellis, in iuramento, in
attestationibus, in sententijs, ⁊ in priuilegijs. Super qui-
bus, vtpote non necessarijs, non insisto. Debẽt ergo pactũ
⁊ conuentio predicte secundo loco recitate interpretari et
intelligi vt predixi: quia alias dicta verba, absq; impedi-

mento, non procederent. Preterea ad quid fieret conuentio siue pactum de aqua recipienda per vniuersitatem ⁊ illius singulares homines subtus molendina pro bibendo, adaquando, ⁊ alia necessaria faciendo, profecto non video: cum in conuentione ⁊ pacto precedentibus dictum esset, ꝙ aqua dicti Bedalis ab exitu ville vsque ad flumen Gapelli, vel alias vsque ad mare deberet esse communis, ⁊ libere posset recipi, ⁊c. Prout supra retuli. Debent ergo ista pacta sic interpretari, vt nec contrarietatem, nec superfluitatem contineant: quod fiet si ea intellexerimus vt prediri. Et ita mihi videtur, sub correctione, ⁊c.

¶ Rubrica, De heredit. act. ¶ Epitome. ¶ Consil. lxvj.

¶ Filius postquam paternam agnouit hereditatem, pro parte sua ad es alienum obligatus est. U. F.

1 ☞ Heres filius ante immixtionem paterne hereditatis an per creditores possit conueniri.
2 Immixtionem hereditatis facit solus animus qualitercunque declaratus.



Viso Processu cause agitate per ⁊ inter Joannē Fabri actorē ex vna parte, ⁊ Mattheum Huberti reū ex alia:
1 dico ⁊ respondeo, ꝙ † etiam presupposito ꝙ non eo ipso ꝙ filio delata est paterna hereditas, possit idem filius, etiā alias non probata immixtione paterne hereditatis, conueniri cum effectu per hereditarios creditores: cuius contrarium voluerunt aliqui, moti varijs rationibus ⁊ iuribus, vt refert glos. Salic. ⁊ docto. in l. j. C. si vt se ab hereditate abstineat, Joan. de Imol. post docto. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. sol. matri. ⁊ in l. necessarijs. ff. de acqui. here. de quorum numero videtur fuisse Oldra. vir quidem non contemnende authoritatis, vt apparet ex ijs que ipse posuit consil. cxxj. exordiente, Thema tale est Titius filiū heredem, ⁊c. versi. quinto queritur an ius dicendi nullum, ⁊c. istud tamen non officeret eidem Joanni Fabri, vtpote sufficienter ⁊ plene probanti immixtionem paterne hereditatis factam per prefatū Mattheum: quia idem Mattheus pro herede prouidi quondā viri Jacobi Huberti eius patris se reputauerit ⁊ gesserit, ⁊ ꝙ ipse pro tali fuit habitus, tentus, ⁊ reputatus: ⁊ nihilominus ꝙ ipse vt heres tenuerit ⁊ possederit, ac etiam possideat ⁊ teneat pro parte bona dicti quondam Jacobi eius patris. De his enim deposuerūt multi testes parte predicti Joannis in hac causa producti ac examinati. Per que satis apparet de immixtione eiusdem Matthei rei, etiam si bona predicta, que vt heres dicti Jacobi eius patris tenuit ⁊ possedit, non fuissent bona hereditaria. l. si extraneus. §. interdū, ⁊ quod ibi gl. super verbo non hereditaria, ⁊ l. gerit, vers. fi. ⁊ quod ibi glo. super verbo alienam. ff. de acqui.
2 here. Sufficit † enim solus animus qualitercunque declaratus. l. si auia. C. de iure delibe. ⁊ l. si seruum. §. pe. cum suis simili. ff. de acqui. hered. notat glo. in d. l. gerit. Quo fit vt etiam presupposito quod dictus quondam Jacobus fecisset donationem, quam probare conatus est idem Mattheus reus: non propterea infertur quin ipse Mattheus, contra quem testes testificantur ⁊ deponunt ꝙ se immiscuerit paterne hereditati, ⁊ partē bonorum paternorum tanquam heres prefati eius patris possederit condemnari debeat ad petita pro ea parte pro qua heres cōuincitur. l. j. ⁊ ij. cum suis simili. C. de heredi. acti. Preterea, vt parte prefati Joannis deductum est in hac causa, ⁊ plene probatum, Probi deputati ⁊ commissi ad partiendum ⁊ diuidendum bona ⁊ hereditatem dicti quondam Jacobi inter eius liberos, de quorum numero idem Mattheus existebat, in diuisione bonorum ⁊ hereditatis huiusmodi ordinauerunt, ꝙ dicti eius liberi satisfacerent creditoribus hereditarijs: quilibet videlicet pro sua quota ⁊ portione. Cui ordinationi honesta mulier Francesia dicti Jacobi relicta ac mater tutrix ⁊ tutorio nomine dicti Matthei rei, ⁊ alij liberi prefati quondam Jacobi, expresse acquieuerunt.

¶ Rub. De action. ⁊ oblig. ¶ Epitome. ¶ Consil. lxvij.

¶ Actori vincere non prodest, si non resoluatur ius eius qui rem possidet. U. F.

1 ☞ Scripturis publicis ex aduerso non impugnatis fides adhibenda est.
2 Notarij alicuius, cuius multa producuntur instrumenta, nota validatur per illam productionem, etiam si alias nō appareret de titulo notariatus.
3 Indictio an sit apponenda in instrumento.
4 Instrumēti locus vacuus, seu lacuna, inter ipsam scripturam an noceat.
5 Instrumentum, cuius nota in protocolo notarij non reperitur, an fidem faciat.
6 Notarium rogatum fuisse an apparere oporteat, saltem ipsiusmet assertione: ⁊ an rogatus presumatur.
7 Commissarij degrossandorum instrumētorum an possint extendere hanc dictionem, ⁊c.
8 Instrumento si quid indebite addatur vel detrahatur, an in totum vitium adferat.
9 Donationes infirmantia quedam, ⁊ corroborantia.
10 Donationes ob causam vel ob benemerita insinuatione non indigent: ⁊ que dicatur mera donatio.
11 Benemerita donationis an probanda.
12 Juramentum donantis ob merita an ea probet: ⁊ de iuramenti viribus.
13 Uxori per virum cum iuramento potest donari.
14 Geminatum pactum nudum an ⁊ quo casu actionem pariat: scilicet in constituto: ⁊ de geminatis actibus.
15 Confessio extraiudicialis an ⁊ quando valeat.
16 Uerba enuntiatiua an ⁊ quando probent.
17 Geminationis varij effectus: supra ⁊ infra.
18 Donatio an ⁊ quando morte confirmetur.
19 Feudales res an ⁊ quando sine consensu domini alienari possint: ⁊ ita per consuetudinem introduci.
20 Heres contra factum defuncti venire non potest, nec de iure tertij opponere.
21 Metus an presumendus si non allegetur: quamuis res in loco metui apto gesta sit: ⁊ quid de errore, ⁊ bona fide.
22 Donator dicens se donatione simplici donare an nihilominus donet ob causam, cum benemerita exprimat: ⁊ an talis donatio sit proprie donatio: ⁊ an hec natiuitate liberorū reuocetur, supra ⁊ infra: ⁊ l. si vnꝗ, intellectus multi.
23 Natiuitas liberorum donationē non reuocat, quando ex donatiōe apparet donantē de nasciturus liberis cogitasse.
24 Prohibito tēpe vel cōcesso aliquid fieri quādo paria sint.
25 Relatio an ⁊ quando ad omnia precedentia fiat.
26 Absurditas euitanda.
27 Autoritas regiorum parlamentorum que.
28 Fideicommissarius an ⁊ quando in possessionem mittendus: ⁊ de edicto diui Adriani.
29 Usufructuarius rem, cuius vsumfructum habet, non possidet: sed detinet.
30 Legis fina. C. de edict. di. Adr. tol. beneficium quorsum competat: ⁊ supra. 29.
31 Tempus nullum instantie seu prosequutioni causarum prefixum.
32 Doctori consuetudinem alleganti non creditur.
33 Successoris appellatione venit vniuersalis, non autem singularis.
34 Litigiosam rem efficere quandoꝗ quis non potest.
35 Prescriptio vicenalis a sententia lata quando procedat.



Ex Processu, cuius reuisionem fieri postulat ⁊ requirit magnificus ⁊ potēs vir Jacobus de Myolano, cōtra magnificum ⁊ potentem virum do. Hubertum de Bartenay dominū Bocagij, eliciuntur dubia sequentia. Primū an nobilis quondam ⁊ potens vir do. Gabriel de Rossilhione actor originarius sufficienter probauerit eius intentionē, quatenus illa concernebat donationem, quam factā asserunt nobili quondā ⁊ potenti viro do. Guilielmo de Rossilhione eius patri, per quōdam nobilē ⁊ egregiā mulierē domi. Frācesiam de Camera. Secūdum, an presupposito ꝙ donatio huiusmodi sufficienter probata extiterit, illa censeri debuerit ab initio fuisse nulla, per ea que parte do. Joānis de Mirabello rei originarij allegata extiterunt, vel propter alia: an ve censeri debuerit efficax ⁊ valida. Tertium, an dato ꝙ donatio huiusmodi ab initio valida extiterit, illa ex ijs que postea cōtigerūt reuocata extiterit. Quartū, an pro eodē domino Gabriele, ⁊ contra dictū do. Joannē de Mirabello, debuerit proferri sententia in prima instantia: ⁊ sic, an illa que in instantia huiusmodi prolata

lata extitit fuerit iniusta, et sententia que postea pro eodem do. Gabriele, et contra magnificum et potentē quondā virum do. Gaspardū de Camera prolata extitit in processu reuisionis per magnificū magnū Delphinale consilium fuerit bene promulgata. Quintum, an presupposito quod sententia dicti magni consilij fuisset inciuilis vel iniusta, deberet sentētia huiusmodi, que reperitur fuisse postea partibus auditis per idē magnū cōsilium confirmata, ad prosequutionē dicti magnifici do. de Myolano, reuocari: et castrum Briaceni cum suis pertinentijs et iuribus eidem magnifico dom. Huberto de Baternay auferri, et restitui vel adiudicari ipsi do. de Myolano. ¶ Uenio ad primum quesitum: super quo et sequentibus dico et respōdeo prout infra, sub correctione cuiuslibet domi. melius sentientis. Et primo quod per depositiones testiū examinatorum super octauo articulo schedule exordientis, Pro ampliore, etc. probatur sufficiēter quod originalis nota predicte donationis scripta et subscripta extiterit per prouidū quondā virum magistrū Iohānē de Boyssoneo. Etiam probatum est sufficiēter per testes examinatos super. x. articulo eiusdem schedule, quod nota originalis ratificationis eiusdem donationis fuit scripta per dictum de Boyssoneo, et quod fuit tam per eum, quam per prouidū quondam virū magistrū Guilielmum Marzonis subscripta. Et hec etiā probata sunt per cōparationē factā de notis huiusmodi per alterū ex dominis ad alias indubitatas scripturas eorūdem de Boyssoneo et Marzonis. De his enim deponunt testes multi: a quibus ipsi de Boyssoneo et Marzonis, et eorū signa cogniti extiterunt. Probatur preterea quod ipsi de Boyssoneo et Marzonis fuerunt notarij publici et Delphinales, aut saltem quod per magnificū do. gubernatorē Delphinatus precedente condecenti examinatione, facta per cōmissarios ad hoc specialiter deputatos approbati extiterint, vt apparet ex multis actis cause huius: et presertim ex literis tabellionatus dicti Guilielmi Marzonis, receptis anno Domini M. ccclxix. et die. xvi. mensis Iunij: ex literis receptionis eiusdē Marzonis in notariū Delphinalem, que facta est anno Domini M. ccclxxvij. et die. xij. mensis Augusti: ex literis confirmationis et approbationis facte de eodē Marzonis anno Domini M. cccxciij. et die. vi. mēsis Februarij: et ex literis cōfirmatiōis seu approbationis facte de prefato de Boyssoneo anno Domini Mccc. xciij. et die. v. mēsis Februarij: que litere et scripture inserte
1 sunt huic processui: quibus, vtpote publicis scripturis et literis, et in nullo ex aduerso impugnatis, fides est adhibēda. l. cum precibus, cum suis simil. C. de probat. Probatur etiā per testes pductos et examinatos super. iiij. v. vi. et vij. articulis dicte schedule exordientis, Pro ampliore, etc. quod prefati de Boyssoneo et Marzonis fuerūt notarij publici et quod ipsi pro talibus se gesserunt et gerebant, ac etiam habebantur, et habiti fuerāt tempore donationis et ratificationis predictarū et ante: et quod ad eos tanquam ad notarios publicos habebatur recursus, et habitus extiterat. xl. annis et vl-
2 tra. Fuerūt† etiā exhibita plurima instrumenta ab eisdem confecta, que sufficiunt ad validitatē predictarū notarum, etiā si alias non appareret de titulo notariatus, per ea que notat Innoc. in. c. j. et. c. cum dilectus, de fi. instru. Ostien. in Summa, eod. tit. §. quibus instrumentis, versic. quid ergo si tabellio, Specu. tit. de instrumentorū editione. §. postremo, vers. quid ergo si tabellio, etc. et tit. de proba. §. probare autem, versic. illud autem sciendū: ibi, verū licet probatio, Ang. in auth. de tabellio. §. penult. colla. iiij. et Ioan. Fab. instit. de testam. §. sed cū aliquis, versic. sed quid si testator: ibi, et is. §. facit ad multa, etc. Et quamuis aliqui contradicant: tamē huic sentētie videtur potius inherendū. Premissis vero, et validitati predictarū notarū non obstat quedam pretensa inhibitio, quam fieri mādasse dicitur magnificus quōdā vir do. Iacobus de Montemauro tūc gubernator Delphinatus. Tum quia, vt apparet ex tenore illius, illa facta fuit, si de ea appareat, anno Domini M. cccxciij. de mēse Decēbr. aut in principio anni Domini M. cccxciiij. Donatio vero et ratificatio predicte extiterunt anno Domini M. cccxcij. dicta videlicet donatio die. xxiiij. mensis Iulij, et ratificatio die penultima eiusdē mensis: et sic ante dictam pretensam prohibitionem, quinimo et ante literas in vim quarū facta pretenditur: que concesse leguntur anno predicto M. cccxciij. die. ix. Decembris. Non igitur debuerunt litere vel huiusmodi pretēsa inhibitio notis predictis et illarum validitati officere. Quia quoties nouum quid statuitur, ita solet futuris formā imponere, vt dispē-

dijs preterita non cōmendet. c. ij. et fin. et quod vtrobique no. glos. et doct. de constitut. Tum et quia apparet, vt predixi, de approbatione et cōfirmatione prefatorū de Boyssoneo
3 et Marzonis, et dicti eorū tabellionatus. Preterea† nec ex eo detrahitur fidei vel validitati predictarū notarū, quod in eis descripta nō fuerit indictio. Quoniā, vt apparet ex depositionibus testiū parte dicti quondā do. Gabrielis productorū, et examinatorū super. xj. xij. et xiij. articulis dicte schedule Pro ampliore, etc. indictio vt plurimū non ponitur nec poni consueuit in instrumētis receptis per notarios patrie Delphinalis: presertim mandamentorū Bochagij, Morestelli, et locorū circumuicinorū. Et hoc etiā apparet, maxime quoad ipsos de Boyssoneo et Marzonis, ex actis factis super comparatione de qua supra. Certū est enim quod vbi locorū consuetudo hoc habet, quod in instrumētis nō ponitur indictio, probāt instrumēta huiusmodi nō obstāte omissione indictionis, vt no. Ioan. And. in Data lib. vj. in nouel. Fuerunt igitur dicte note valide non obstante omissione indictionis. Insuper esto quod consuetudo proxime dicta probata non fuisset: nihilominus tamē valuisset et valeret nota donationis antedicte: cum, vt appa-
4 ret ex tenore illius, post† verbū, indictione, in eadē descriptum, dimissum est spatiū vacuū: quod sufficit ad hoc vt non vitietur, vt voluit Bal. in terminis in. c. inter dilectos, versic. quid ergo si notarius dicit indictione, etc. de fi. instr.
5 Etiam† nec dictis notis refragatur sine obstat, quod ille non reperiantur scripte in libro protocolorū seu schedarum: sed in folio separato. Quoniā respondeo et dico, quod cum in notis huiusmodi scripta extiterint loca in quibus facte fuerunt donatio et ratificatio predicte, fuerint etiā scripti annus, mēsis, et dies donationis et ratificatiōis huiusmodi, ac etiā testes qui eisdē interfuerunt, et quod illi ad hoc vocati vel rogati extiterūt, fuerint insuper note huiusmodi subscripte et signate: cumque in eis et ipsarum qualibet scriptum extiterit, Actum, etc. quod (vt dicit Bald. in authen. quod sine. C. de testa.) rem esse perfectā significat: nihil deerat de necessarijs: nec erat quod obesset, quominus note huiusmodi, vtpote efficaces et valide, degrossari debuerint, et degrossate fidē faciant, per id quod notant Bald. et docto. in. l. contractus. C. de fi. instr. et quod volunt Pau. de Cast.
6 consil. cciij. exord. Ad primū quesitū, etc. Etiam nec† opponat aliquis, quod ideo non valuerint dicte note: quia non apparet, etiam eorum assertione, prefatos de Boyssoneo et Marzonis, aut alterū eorūdē, fuisse rogatos: quasi ad validitatē notarum huiusmodi oportuerit eos rogari; et de hoc apparere saltem eorum assertione, per id quod notant Innoc. et cano. in. d. c. j. de fide instrumen. Quoniam respōdeo quod licet super hoc sint opiniones: tamen glos. reputata singularis in. d. authen. de tabelli. §. nos autē, super verbo iniūgatur, in fine tenuit, quod notarius presumatur rogatus: quod etiam videtur fuisse de mente Bart. in. l. Domitius Labeo. ff. de testamen. et tenuit Bald. C. de fide instrumen. in rubr. versi. sed dubitatur nunquid notarius, etc. Quia in notario propter artis peritiam presumitur solennitas, vt notat glo. in. l. j. C. de vsur. et quia etiam non est consuetum quod notarius scribat nisi rogetur. Presumitur igitur rogatus: quia rogari consueuit, argumen. l. fin. C. de fideiussor. Idem tenuit Baldus in. l. j. in princip. ff. de hered. institut. et Ang. in dicto auth. de tabellio. §. nos autē. Etiam hanc partem videtur simpliciter sequi Guil. de Cuneo in. l. edita. C. de eden. Dicit enim, quod licet argentarius non teneatur rationes edere nisi ei qui sibi vt eas conficeret mandauit. l. si quis ex argentarijs. §. si quis ex hoc edicto. et. §. pertinere. ff. de eden. tamen, vt dicit ipse, in dubio presumitur interuenisse mandatū illius cuius intererat rationes confici. Quod dictum formaliter sequitur Baldus in. l. j. in fine, versiculo, sed quid in dubio, etc. C. de edendo. Idem tenuit Fran. de Are. in. l. sciendum, versi. super questionibus autem quas tangit hic Bar. etc. ff. de verb. obli. Ex quo enim notarius exprimit nomen officij, et dicit se scripsisse tanquam notarium, videtur quod presumatur sibi mādatum vt scriberet. Tum quia notarius tanquam talis persona nō potest scribere instrumentum nisi rogatus, auth. de tabellio. in prin. et. §. j. ergo cum se asserit notarium, verba ista de necessitate important quod fuit rogatus. Dictā etiam glos. superius allegatā videtur sequi Ioan. de Pla. in. l. generale, vers. deinde ponunt notarij. etc. C. de tabula. lib. xj. Et quamuis aliqui videantur in aliquo aliter tenuisse: tamen cū glos. predicta habeat non solum vnum, sed multos famosissimos docto. sibi adherentes: non videtur fore ab ea in iudicādo

recedendum, per ea que notat Iaco. Butr. in. l. j. C. qui pro
sua iuris. indi. da. da. ve. pos. Preterea q̃uis alia multa
fuerint parte dicti quondam domini Ioannis de Mira-
bello in diversis eius schedulis deducta, proposita, ⁊ alle-
gata contra ⁊ adversus dictas notas originales, vtpote ꝙ
ille erant imperfecte, immunde, ac variis ⁊ diversis mani-
bus scripte, interlineate, ⁊ diversorum atramentorũ, ꝙ
erant in certis earum partibus delete, ⁊ alias multis ⁊ va
riis pretẽsis defectibus affecte, vitiose, ⁊ de falso suspecte:
hec tamen nõ obstant, ea potissimum ratione: quia de eis
non apparet. Quinimo potius videtur apparere de cõtra
rio: cum note huiusmodi vise fuerint ⁊ palpate per mul-
tos notarios deputatos ad faciendum comparationẽ de
qua supra: qui tamen de notis huiusmodi nihil tale retu-
lerunt: quod verisimiliter fecissent, si apparuissent eis ta-
les, aut taliter confecte, quales pretendebat idem de Mi-
rabello. Eodem modo dico non obstare ea que parte dicti
de Mirabello opposita extiterunt adversus instrumenta
sumpta ⁊ degrossata super predictis notis: quatenus par
te eiusdem de Mirabello pretenditur, ꝙ in instrumen-
tis huiusmodi multa addita extiterint, que non fuerant
scripta in dictis notis: aut ꝙ aliter in eisdem instru-
mentis scripta extiterint, q̃ in ipsis notis. Quoniam
de his non constat: de quibus tamen constare oportebat:
7 pro eo † quia Ioãnes Billaudi ⁊ Iacobus Rachassii, com
missarii deputati ad dictas notas degrossandum, presu-
muntur eas degrossasse prout in eis repererunt, ⁊ nihil
addidisse, per quod veritas mutaretur, vt notat Bal. in. c.
cum. P. tabellio, de fi. instrum. Et dato ꝙ fortasse in ali-
quo extendissent dictionem, ⁊c. abreviate scriptam: non
propterea essent predicta instrumenta iudicanda vitiosa:
quia multa sine vitio in extendendo dictionem, ⁊c. addi
possunt, vt colligitur ex iis que notat Spec. in tit. de in-
stru. edit. §. ostenso, versic. quid ergo si in abreviatura, ⁊c. ⁊
Ioan. And. in. d. §. ostenso, versic. quid si abbreviatura, in
addi. exordiente, Ex versi. sequenti ad materiam, ⁊c. Bar.
in. l. argentarius, in princip. ff. de eden. Anto. de Butri. ⁊
Panor. in. c. cum. P. tabellio, de fi. instru. ⁊ Bald. in. l. fi.
C. de fideius. ⁊ in. d. l. contractus, vers. quero circa istam se-
cundam perfectionem: ibi, item hoc non est supplere, ⁊c.
8 Addicio, ꝙ † etiam si aliquid alias non addendum vel
detrahendum additum vel detractum extitisset: non pro-
pterea vitiaretur totum instrumentum: sed solum illud
additum. l. si ex falsis. C. de transact. secundum Nicol. de
Matha. quem memorat ⁊ sequitur Bal. C. de fi. instru. in
rubr. versic. quarto queritur nunquid, ⁊c. quod etiam fuit
de mente Ioan. And. in addi. proxime allegata: ibi, Si
quid ergo addendo, ⁊c. arguendo a contrario sensu eius
quod ibi dicit. Nec puto ꝙ id quod idem Ioann. Andr.
subiungit: ibi, Excessiuus rigor videtur mihi iste, ⁊c. de-
beat referri ad id quod dixerat in dicto versic. si quid ergo:
sed ad precedentia, vt satis apparet ex iis que dicuntur in
precedentibus, ⁊ etiam in sequentibus post dictum versic.
Excessiuus rigor, ⁊c. Verum cũ dictas originales notas,
vel earum copiam non viderim, vlterius super istis non
insisto. Concludens nihil esse propositum, deductum, ⁊
probatum parte dicti de Mirabello, per quod appareat
dictas notas originales non fuisse efficaces ⁊ validas, ⁊
tanquam tales authenticandas: nec quominus debuerit
⁊ debeat predictis instrumentis super eis degrossatis fi-
des indubia adhiberi. De aliis vero in libello dicti quon
dam do. Gabrielis de Rossilhione contentis, non appa-
ret facta esse difficultas, prout nec fieri debuit, quominus
illa sufficienter probata extiterint. Et quidem quod ca-
strum predictum Ornaceni cum suis pertinentiis tempo-
re facte donationis ⁊ ante eam fuerit dicte quondam do-
mine Frãcesie, satis probatum est per testes parte do. Ga-
brielis in hac causa productos, ⁊ super secundo ⁊ tertio ar
ticulis libelli eiusdem domini Gabrielis examinatos ⁊
auditos. Probatur etiam per duo instrumẽta homagio-
rum olim factorũ de castro ⁊ pertinentiis predictis: vnius
videlicet ⁊ primi facti per dominum Aymonem de Came
ra, patrem predicte domine Francesie, ⁊ alterius facti per
eundem do. Franciscum: que in causa predicta exhibita ⁊
producta extiterunt per dictum de Mirabello: qui pro-
pterea videtur tacite fuisse confessus omnia contenta in
eisdem instrumentis, cum illa non reperiantur postea per
eum impugnata, per ea que notant Innoc. ⁊ Ostien. in. c.
cum venerabilis, super verbo credere, de excep. ⁊ idez In-
noc. in. c. cum olim, de censi. Barto. in. l. post legatum. ff. de
iis qui. vt indi. Bald. in. l. ii. ad fi. C. de fideicommis. liber. ⁊
in. l. cum precum. C. de libe. cau. Dictus etiam de Mira-
bello in multis eius schedulis proposuit ⁊ deduxit, ꝙ
tempore facte donationis castrum predictum erat feuda-
le, ⁊ ꝙ ipsa Francesia iure feudi illud tenebat ⁊ possi-
debat. Ex quo infertur eum esse confessum, ꝙ ipsa domi.
Frãcesia erat domina, saltem iure vtilis domini dicti ca-
stri: quia vasallus est dominus saltem vtilis rei feudalis.
c. j. §. rei autem, de investi. de re alie. fac. ¶ Nunc venio ad
secundum quesitum: super quo, ⁊ pro faciliore responsione
9 ad ipsum facienda, premitto † ꝙ (vt colligitur ⁊ appa-
ret ex multis schedulis parte dicte de Mirabello in ipsa
causa oblatis) idem de Mirabello conatus multis ratio-
nibus ⁊ modis est ostendere donationem predictã ab ini-
tio fuisse nullam: signanter sequentibus: scilicet ratione
omisse insinuationis, ⁊ quia castrum predictum Ornace-
ni erat feudale, ac etiam dotale, ⁊ quia donatio predicta fa
cta legitur in castro de Breugo, ⁊ in loco tunc subdito ei-
dem quondam do. Gabrieli. Sed (vt videtur) ex his, vel
aliquo eorundem non infertur predictam donationem ab
initio fuisse nullam. Et primo quidem non ratione omisse
insinuationis: cui an possit renuntiari vide Alex. cõsil. xxj.
in. j. volu. quia vt apparet ex instrumento donationis hu-
10 iusmodi, ipsa donatio † facta est in recompensam ⁊ remu-
nerationem meritorum per magnificum quondam domi-
num Guilielmum de Rossilhione patrem predicti do.
Gabrielis eidem do. Francesie impensorum: que propter-
ea, vtpote non mera seu simplex donatio, sed ob causam,
insinuatione non egebat. l. Attilius Regulus, ⁊ quod ibi
glo. Bar. Ioan. de Imola, ⁊ doct. ff. de dona. Ioan. And.
in addi. Spec. tit. de instru. edi. §. porro, versic. fi. vbi etiam
refert alias ita fuisse determinatum, cum questio de facto
emersisset: idem tenet Guil. in. l. illud. C. de sacrosanc. eccl.
Per quo facit, quia donatio proprie sumpta est illa, que
simplex est: tunc autem simplex est, quando nulla alia do-
nationis causa assignari potest, nisi sola liberalitas. l. j. ff.
de donat. Cum igitur leges loquentes de insinuatione lo-
quuntur de donatione, ille intelligende ⁊ interpretande
veniunt de mera donatione: non de illa, que per se ⁊ sine
adiuncto non existit: quia verba simpliciter prolata sem-
per quũ possunt accipi debent secũdum proprium signifi-
catum, non secundum improprium, vt. l. eum qui vectigal.
ff. de verb. sig. ⁊. l. j. §. si is qui navem. ff. de exerci. act. Quod
autem donatio remuneratoria non sit mera donatio, sed
ob causam, probatur in. d. l. Attilius Regulus, in verbo
non meram, ⁊ quod ibi glo. ⁊ doct. ff. de dona. quod etiam
voluerunt Bar. Alex. ⁊ docto. in. l. iurisgentium. §. quin-
imo. ff. de pact. Panor. in. c. donatio, de do. post divor. ⁊
in. c. cum in ecclesie, de simo. ⁊ Roma. plene in consil. xxvj.
exordiente, Pro decisione eorum, ⁊c. in. iii. dubio. Nõ igi-
tur indiguit insinuatione. Quod sine dubio procederet si
constaret de meritis, in quorum remunerationem facta est
11 donatio: sed † quia de illis non videtur sufficienter consta
re, est maius dubium, propter ea que notat Bar. in. l. si for
te. ff. de castren. pecu. Guil. de Cu. Salic. ⁊ alii communi-
ter in. l. illud. C. de sacrosanct. eccle. Bald. in. l. ii. C. ne lice.
poten. idem Bald. in. l. si tibi. ff. si cer. peta. qui communi-
ter notant, ꝙ de meritis non stetur assertioni donantis.
Pro quo solet allegari dicta. l. si forte, ⁊. l. castrense. ff. de
castrẽ. pecu. ⁊. l. qui testamentum. ff. de probatio. dicit ta-
men Bald. in. d. l. illud, versic. quarto quero: ibi, In dubio
distingue, ⁊c. quod si in instrumento donationis fiat men
tio certorum meritorum in specie: tunc stari debeat instru
mento, dicta. l. Attilius. Et hoc fuit de mente Sali. in. l. si
donatione, circa princip. C. de dona. vbi licet reprehendat
Baldum distinguentem vt ibi, ⁊ loquentem in donatione
per patrem filio facta, ⁊ sic persone incapaci. l. ii. cum suis
simili. C. de inoffic. dona. secus tamen videtur ipse Salic.
sentire vbi donatio fieret capaci. Per que videretur, ꝙ
in casu de quo queritur debuerit stari assertioni dicte quõ
12 dam do. Francesie. Si enim † hoc operatur specificatio me
ritorum, secundum Bal. ⁊ Sali. vt predixi: multofortius,
aut saltẽ nõ minus hoc videtur debere operari iuramentũ
prestitum per donãtem super meritorum veritate, ⁊ huic
iuramento debere stari per heredes donantis, auth. quod
obtinet. C. de proba. Pro quo facit, quia facilius specifica
ret ⁊ exprimeret donare volens merita que non precessis-
sent, q̃ specificatione non facta iuraret condigna meri-
ta precessisse: ⁊ hoc propter reverentiam iuramenti, ⁊ ne
periurium incurreret: quod ab initio incurrit si falsum iu-
rat

rat. l. sancimus. C. ad leg. Jul. repe. iuncto eo quod notat Cyn. in. l. j. ad fin. C. de sacrosan. eccle. & Joan. de Imol. in repet. c. cum contingat, in. x. membro, versi. circa secundum an videlicet donatio inter coniuges, de iureiur. Facit, quia iuramentum habet vim clausule, quod si non valet actus ut agitur, valeat ut valere potest. l. cum pater. §. filius matrem, & quod ibi Barto. & docto. ff. de. legat. ij. quod secundum Joan. de Imo. ubi supra videtur intelligendum, ut valeat quantum alias valere potest etiam cum iuramento: licet Cyn. ubi supra intellexerit quod actus valeat, ut alias valere potest sine iuramento. Cum igitur Bald. in. d. l. illud. C. de sacrosanc. eccle. & Salic. in. l. si donatione, superius allegati sentiant donationem remuneratiuam valere, etiam si non appareat de meritis: dummodo tamen merita sint expressa & specificata: ergo & eo casu valebit donatio, quo meritis non specificatis donator iurauit merita condigna precessisse. Pro quo etiam facit, quia iuramentum habet vim casus expressi, & supplet defectum expressionis specialis, ut not. Bald. per dictum. §. filius matrem, in. l. j. versic. secundo queritur. C. commoda. & Joan. de Imo. in. c. j. eo. tit. Nec opponat aliquis, quod dictus. §. filius matrem, procedat in iuramento promissorio: ita quod non in assertorio. Quoniam respondeo, quod imo procedit etiam in assertorio, in quo expresse loquuntur Cyn. et Joan. de Imo. ubi supra: ubi etiam dicit Joan. de Imo. posse attentari, quod dictum Bar. in. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. iij. quatenus ibi dicit iuramentum assertorium non operari, ubi potest esse suspitio fraudis, seu quod in fraudem iuris prestitum sit, quod illud procedat quando persona esset omnino incapax: ita quod non posset etiam cum iuramento aliquid sibi donari: secus autem quando non est omnino incapax: quia eo casu saltem cum iuramento pos-
13 set capere, ut † patet in uxore: que capere potest a viro per donationem factam cum iuramento, ut notat Bart. in. l. si quis pro eo. ff. de fideius. & alij in alijs locis. Et ideo videtur quod tunc standum sit iuramento liberalitatem exercentis: ne de periurio redarguatur, arg. eorum que habentur in. dicta. l. sancimus. C. ad leg. Jul. repet. & videtur fuisse de mente Salic. in. d. l. si donatione. Quod si secundum Joan. de Imo. procedat in persona omnino incapace sine iuramento, quanto magis capace cum illo: multo fortius procedere debuit in eo, qui capax erat donationis etiam sine iuramento saltem intento, hoc est usque ad summam legitimam, &c. Vide Franc. de Aret. in terminis, in consil. ij. Oldr. consil. ccij. circa fi. Franc. de Aret. consil. xxiij. Joan. And. in addit. Specu. tit. de instru. edi. §. porro, versic. donare autem, in additione, Hec subscriptio. Preterea, ut apparet ex notis & instrumentis superius mentionatis, prefata Francesia non solum fecit donationem de qua supra: sed etiam illam ex interuallo ratificauit, & denuo reiterauit: & sic quoad donationem huiusmodi interuenit duplex concessio, & duplex consensus: qui multum operatur, ut colligitur in multis
14 iurium articulis. Quamuis enim † de iure ex pacto nudo regulariter non oriatur actio: hoc tamen fallit in constituto: cuius illam assignant rationem Joan. Fab. & Ang. de Aret. in. §. de constituta, instit. de act. quia pactum constituti interponitur super debito iam contracto. Ideo potius operatur productionem actionis, quam si fieret super debito contrahendo: & hoc operatur geminatio promissionis: quasi magis appareat de deliberata voluntate promittentis, quam si duntaxat interuenisset unica promissio & unicus consensus. Ad quod facit ratio quam ponit Bart. & doct. in. l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbor. oblig. Dicit etiam Ostien. & clarius Anto. de Butr. in. c. per tuas, de arbit. & idem de Butr. in. c. cum contingat, & in. c. quintauallis, de iureiuran. quod ex pacto nudo geminato super eadem re etiam ex interuallo apposito oritur actio etiam de iure ciuili. Pro quo optime facit. l. fin. & quod ibi Ang. & Alexa. de Imo.
15 post Bald. C. ad leg. Fal. Quamuis etiam † confessio extraiudicialis facta sine causa etiam parte presente non valeat. l. cum de indebito. §. fin. ff. de probat. & quod notant doct. in. l. generaliter. C. de non numer. pec. & in. c. si cautio, de fi. instru. tamen si fuerit geminata, habet vim confessionis iudicialis, ut notant Bart. & post eum doctor. in. l. cum scimus. C. de agric. & censi. lib. xj. Panor. in. d. c. si cautio, in fi. Pau. de Cast. consi. lxxxij. exord. Quod prefata sententia arbitralis, &c. & Roma. consil. cclxxx. exord. In casu
16 proposite consultationis, &c. Etiam licet verba † enuntiatiua in contractibus apposita obligationem non inducant, sed probationem. l. publia, in fi. ff. depo. l. optimam. C. de contraben. & commit. stipul. notat Bart. in. l. ex hac scriptura. ff. de donat. hoc tamen fallit ubi interuenit secunda enuntiatio vel scriptura. d. l. cum scimus, & quod ibi Barto. & Jo. de Plat. facit. l. mulier. C. ad Velle. & l. unica, in fi. C. de plus peti. Si enim obliget circa adscriptitiam conditionem, que est magni preiudicij & quasi seruitus. l. ne diutius. C. de agric. & censi. lib. xj. multomagis preiudicare debet in alijs
17 que non sunt tanti preiudicij. Etiam cautio † geminata tollit beneficium Velleiani, secundum Franc. d. l. si mulier, & quod ibi Bald. & l. antique. C. ad Velleian. confessio geminata etiam tollit exceptionem non numerate pecunie, ut vult glos. in. l. in contractibus. §. illis etiam. C. de non numera. pecu. Que omnia videntur non impertinenter posse adaptari ad hunc casum: ut esto quod in aliquo videatur posse impugnari. d. prima donatio: tamen quia illa reperitur postea racata & denuo reiterata, illa impugnari non valeat. Duo enim vincula magis operantur, quam unum, auth. de consan. & uter. fra. in princ. auth. en. itaque. C. communia de legatis. Preterea nec videtur predicta donatio ex eo potuisse vel posse dici nulla, quia facta pretenditur de re dotali: super quo vide Franc. de Aret. consil. ij. Tum quia non apparet sufficienter quod castrum predictum Ornaceni in dotem constitutum extiterit. Illud enim pretensum instrumentum constitutionis dotis dudum facte, ut pretenditur, per do. Joannam de Mirabello assertam tutricem & matrem dicte do. Francesie, non bene probat, ut apparet ex illius tenore. Tum & quia si constaret de huiusmodi constitutione: non tamen apparet quod prefata quondam do. Joanna tutrix fuerit eiusdem Francesie, nec quod de eius bonis solenne inuentarium confecerit: & ita dotem constituere non poterat, quia nec alias administrare bona pretense pupille. Tum & quia non apparet matrimonium subsequutum inter eandem Francesiam & illum, cuius nomine dominus quondam Bertrandus Gasparis dicitur cum prefata domina Joanna sponsalia contraxisse: sine quo tamen dos esse non potuit. l. fi. §. sicut. C. de donat. ante nupt. & l. iij. cum suis simil. C. de iure dot. Tum & quia non apparet dictum castrum Ornaceni ullo unquam tempore expeditum & traditum prefato Bertrando, nec ipsum castrum huiusmodi possedisse: quinimo apparet de contrario per testes in hac causa productos, deponentes de possessione prefate do. Francesie. Illud autem certum est, quod sine traditione castrum predictum dotale esse non po-
18 tuit. l. de diuisione. ff. sol. mat. notat Bart. in. l. si fundum. ff. de fun. do. Tum & † quia si castrum predictum dotale extitisset, & tale probaretur: fuisset tamen donatio predicta per mortem eiusdem Francesie, ad quam redire debebat, confirmata, arg. l. si vir. ff. de usucap. notat gl. in. l. constante. C. de donat. & sentit Bald. in. l. si predium. C. de iure do. Et hoc etiam de iure ciuili: quamuis alias prohibeat alienationem fundi dotalis. Tum & quia prefata quondam do. Francesia iurauit non contrauenire: per quod fuerunt donationes huiusmodi confirmate. d. c. cum contingat, de iureiuran. hoc enim casu non solum obligabatur dicta quondam Francesia propter iuramentum a se prestitum: sed etiam firmate sunt iuramento donationes huiusmodi, ut probatur in simili in. c. quamuis pactum, de pact. in. vj. ubi renuntiatio alias nulla de iure ciuili firmatur iuramento. Et idem etiam sentit glos. & tenent communiter doct. in alio simili in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. Et quod contractus in casu. d. c. cum contingat, firmetur iuramento, tenuit glo. in d. c. quamuis pactum. Bar. in. l. si quis pro eo, in. iij. membro. ff. de fideiussor. Bald. Card. Flor. Joan. de Imola, & Panor. in. d. c. cum contingat: ubi etiam affirmat idem Bald. hoc tenuisse Joan. Mona. & Archid. in. d. c. quamuis pactum. Idem tenuit Frider. de Sen. consi. cxlij. exord. Punctus questionis, &c. & hec est communis opinio doct. in iure scribentium: que propterea, cum nec notorie male sentiat, nec rationabiliter conuincatur, sequenda est in iudicando, ut colligitur ex notatis per Innoc. in. c. ne innitaris, Ostien. Joan. And. Panor. & doct. in. c. j. de constit. per Joan. de Imo. Alexand. de Imola, & alios in. l. cum prolatis. ff. de re iud. & per Alexand. in. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. Etiam nec potuit donatio predicta dici
19 nulla, pro eo quia facta de re feudali. Quia † licet de iure & consuetudine feudorum vassallus rem feudalem donare vel alias de ea disponere regulariter non valeat. c. j. §. donare autem, qua. pote. olim feu. alie. & c. j. post princip. de prohib. feu. alie. per Frid. Bal. consi. cxlvij. in prima parte: nec potest de ea testari, etiam si esset feudum francum, Bald. consil. clix. tamen per libertates Delphinales, vel per consuetudinem notoriam, & notorie longissimo tempore in pa-

tria Delphinali obseruatum fuit ab huiusmodi iure seu feudorũ consuetudine discessum, scientibus ⁊ ita fieri patientibus recolende memorie serenissimis dominis retroprincipibus ⁊ Delphinis: quod fieri potuit, vt per Bald. vbi supra: ⁊ facta sunt bona feudalia ad instar patrimonialium. Et ita virtute vel libertatum vel consuetudinis huiusmodi Delphinales vassalli possunt donare ⁊ vendere bona feudalia, ⁊ de eis alias disponere prout de bonis patrimonialibus: quod quidẽ fieri potuit non solum per libertatem ab ipsis dominis Delphinis vel eorũ altero concessam, de quo non est dubium: cum potuerint alij, ⁊ possit serenissimus dominus noster modernus in Delphinatu quidquid potest Imperator in imperio, cum in eo superiorem non recognoscat: sed etiam per consuetudinem, arg. l. si in emptione. §. omniũ. ff. de contrahen. empt. ⁊ vend. l. munerum. §. iuxta, versi. sed ⁊ ea que. ff. de muner. ⁊ honorib. l. venditor. §. si constat. ff. commu. pred. ⁊ arg. l. j. in fi. ⁊ l. in summa. ff. de aqua pluui. arcen. ⁊ l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotid. ⁊ esti. facit. c. super quibusdam. §. preterea, de verb. signif. ⁊ Bald. vbi. s. Et ita etiam de cõsuetudine seruari dicit in regno Francie Ioan. Fab. prout ipse notat in authen. ingressi, vers. quid si vassallus: ibi, sed cum feuda. ⁊c. C. de sacrosan. ecc. ecle. Potuit igitur quondam prefata domina Francesia donare castrum predictum Ornaceni cum suis pertinentijs ⁊ iuribus: quẽadmodum donare potuisset, si non fuisset res feudalis, sed res patrimonialis eiusdem Frãcesie: ⁊ quod facere potuisset. l. in re mandata. C. manda. ⁊ l. Polla. C. de ijs qui. vt indig. Etiam de dicta pretensa nullitate opponere non poterat prefatus quondam dominus Ioannes de Mi-
20 rabello, vtpote † pretensus heres eiusdem domine Frãcesie: qui propterea contra factum illius venire non poterat. l. cum a matre, cum suis simili. C. de rei vendic. ⁊ quia opponebat de iure tertij, scilicet serenissimi domini nostri Delphini, a quo ius non habebat, nec se habere dicebat: ⁊ sic de eo opponere non poterat. l. loci corpus. §. competit. ff. si serui. vendi. l. si prior. §. si simpliciter. ff. qui poti. in pigno. habean. notat gloss. in. l. ij. ff. si ager vecti. vel emphy. peta. Pro quo Oldra. consi. mihi. cvij. exordiente, Ad habendum aliqualem notitiam eorum de quibus, ⁊c. versic. sextum cũ hec bona feudalia. ⁊c. dicit in terminis nostris esse casum in. l. his consequenter. §. j. ⁊ quod ibi notatur. ff. fami. ercisc. Pro quo facit quod notant Bart. Ange. ⁊ docto. in. l. ij. C. de iure emphyt. quatenus ibi dicitur tertium possessorem rei emphyteutecarie aduersus emphyteutam vendicantem opponere non posse, ꝙ res emphyteutecaria in commissum ceciderit propter canonem non solutum. Adijcio ꝙ si ⁊ quemadmodum de pretẽsa nullitate predicte donationis ex capite predicto opponere potuisset dictus quodam de Mirabello: ita ⁊ de inualiditate testamentarie dispositionis dicte quondã do. Francesie quoad castrũ huiusmodi opponere potuisset dictus quondam do. Gabriel de Rossilhione. c. j. versic. nulla ordinatione defuncti, ⁊c. de succes. feu. c. imperialem. §. j. de prohi. feu. alie. per Frid. ⁊ c. j. §. donare, qua. olim feu. pote. alie. superius allegatis. Nisi forte opponatur, ꝙ ipse de Mirabello possidebat. Sed hoc saltẽ obstitisset nobili quondam ⁊ potenti viro do. Gaspardo de Camera pretenso substituto, qui non possidebat: ⁊ multofortius dicto do. de Myolano, qui non possidet, ⁊ quorum vterque innixus est ⁊ nititur ipse magnificus do. Myolani testamentarie dispositioni, vt patet ex actis. Restat igitur vt hec oppositio non valuerit, nec noceat dicto magnifico do. moderno Bochagij. Posset enim dicere, data hincinde inualiditate que non est quoad donationem predictam, nil arenarius arenario, nil Catilina Cethego. ¶ Insuper nec ob-
21 stat quod parte dicti de Mirabello reperitur † oppositũ, donationem predictam factam fuisse in castro Bochagij, in camera Grosse turris: quasi ex hoc innuere voluerit donationem huiusmodi fuisse meticulosam. Tum quia ad inducendum huiusmodi pretensam presumptionem non sufficiebat nec sufficit proponere, ꝙ illa facta extiterit in turri predicta: sed dicere oportebat, ꝙ per metum facta extiterit: quia super non allegato nõ resultat presumptio, vt notat Bald. in. l. si certis annis. C. de pact. per. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adulte. quod etiam voluit Bart. in. l. cum quid, ante fi. ff. si cer. peta. pro quo facit quod voluit Bar. in. d. §. idem Pollioni, ⁊ Bal. in. l. venia. C. de in ius vocan. Ex quorum dictis illud colligitur, ꝙ non sufficiat constare de errore, nisi ille allegetur. Facit etiam pro predictis, quia ꝗ̃uis ex titulo presumatur bona fides. l. pen. C. de euict. l. apud antiquos. C. de fur. ⁊ notatur in. l. super longi. C. de prescrip. longi tempo. ⁊ per docto. in. l. Celsus. ff. de vsuca. ⁊ in. c. vigilanti, ⁊c. si diligenti, de prescrip. non tamen sufficit ad hanc presumptionem inducendam, ꝙ probetur titulus, nisi ⁊ bona fides allegetur, vt voluit Ange. in. l. eum qui. §. fi. ff. de publi. ⁊ in. d. l. super longi, ⁊ Bald. in. c. moribus. §. si quis per triginta, si de feu. controuer. fue. inter do. ⁊ agna. Alexan. de Imola in. l. rem alienam. ff. de pignora. acti. ⁊ ibi etiam voluit Bart. ꝙ vbi ex possessione presumitur dominium, non sufficit allegare ⁊ probare de possessione, nisi etiam ponatur ⁊ allegetur dominium: ⁊ idem notat Bald. in. l. etiam, versi. ⁊ nota licet possessor, ⁊c. C. de execun. rei iudi. ⁊ Sali. in. l. certi. C. loca. Non igitur debuit sufficere allegare donationem factam esse in turri: sed etiã debuit allegari ⁊ deduci ꝙ illa fuerat facta per metum. Et sic non obstat. Tum etiam non obstat: quia (vt apparet ex actis cause huius) prefata quondam domina Francesia donationem predictam laudauit, ratificauit, confirmauit, ⁊ illam de nouo fecit in loco Morestelli, ⁊ domo habitationis nobilis Ioannis Nicodi, dicto quondam do. Guilielmo. Pro quo facit. l. cum te. C. quod me. cau. qui locus nõ probatur tunc fuisse eiusdem quondam do. Guilielmi. Quod autem sepius oppositum est, prefatam quõdam dominam Francesiam sepius asseruisse ⁊ dixisse, ꝙ donationem non fecerat, non obstat: cum (vt superius dictũ est) de contrario appareat per publica instrumenta: quibus credendum est. l. cum precibus, ⁊ quod ibi Bald. C. de proba. l. ꝗ̃uis. C. si quis alte. vel sibi: non ipsi do. Francesie: ne quod directe facere non poterat, scilicet reuocare donationem antedictam. §. alie, cum suis simili. Instit. de dona. per obliquũ ⁊ indirecte facere posset, regula cum quid vna via, de regul. iur. in. vj. Etiam nec eidem domino Gabrieli officiebat, ꝙ post factam donationem prefata domina Francesia possederit castrum cum suis pertinentijs, ⁊c. Tum quia (vt apparet ex instrumentis dictarum donationum) ipsa vsumfructum castri huiusmodi ⁊ suarum pertinentiarum ⁊ iurium sibi ad vitam retinuerat: ⁊ sic non fuit eidem domi. Guilielmo, seu etiam prefato Gabrieli eius filio imputandum, si eãdem passi extiterunt tenere castrum, ⁊c. iure vsusfructus: quinimo eis imputandum extitisset, si hoc passi non essent, ne de hoc opponere potuisset prefata domina Frãcesia: cum ex possessione huiusmodi lucrum sensisset. l. cũ in fundo. §. ꝙ si mulier. ff. de iure dot. Preterea expressum est in donatione, ꝙ parcendum sit donatario, si donatorẽ ad solutionem nõ precipitauerit. l. si extraneus. ff. de iure do. quod etiam voluit Bartol. consil. mihi. lxxx. exordien. Martinus de Eugubio donauit, ⁊c. Et quẽadmodum de hoc opponere nõ potuisset prefata Francesia: ita nec potuit dictus de Mirabello eius heres, ⁊ per consequens eadem persona fictione iuris, authen. de iureiur. a morien. presti. in prin. ¶ Nunc venio ad tertium quesitum: super quo dico ꝙ parte dicti de Mirabello multa fuerunt opposita ad ostendendum reuocationem donationis superius mentionate, scilicet ꝙ post donationem huiusmodi dicta domina Francesia filiam pepererit, ꝙ ipsa iuxta pretensam reseruationem in ea factam ipsam postea in suo vltimo testamento reuocauerit, ⁊ ꝙ dictus quondam do. Gabriel mille florenos in testamento huiusmodi sibi relictos a dicto de Mirabello pretenso herede petierat, ⁊ etiã exegerat. Sed hec non obstabant eidem do. Gabrieli: nec etiam obstant dicto magnifico moderno domino Bochagij. Et primo quidẽ non natiuitas dicte filie: quia. l. si vnꝗ̃. C. de reuocan. dona. propter cuius beneficium hoc extitit allegatum, loquitur in donatione: que propterea intelligenda est in donatione propria, scilicet que fit ex mera liberalitate non in donatione impropria, vt etiam voluit Ang. ⁊ Bald. in aliquibus lecturis, in. d. l. si vnꝗ̃, et Roman. in. l. si vero. §. de viro, in. xl viij. fallentia. ff. solut. matri. facit quod notat glo. in. l. si pater. §. fi. ff. de dona. cuiusmodi fuit donatio de qua supra, vtpote facta propter merita: ⁊ sic ob causam. l. j. ⁊ l. Attilius Regulus. ff. de dona. Et ꝙ donatio ob causam non sit proprie donatio, sed potius datio ob causam, tenuit Bart. in. l. ij. C. de condic. ob. cau. Bart. Paul. de Cast. Roma. ⁊ Alexan. de Imola in. l. si. ff. eo. tit. de quo etiam aliquid dixi superius in. ij. que-
22 stione, cum loquerer de insinuatione. Nec † opponat aliquis, ꝙ imo videatur fuisse donatio simplex, pro eo quia in ea dicitur, prefatam dominã donasse donatione pura, simp

simplici,⁊c. Quia respondeo ꝙ illa verba non faciunt donationem huiusmodi non esse ob causam: cum (vt apparet ex tenore instrumēti donatiōis huiusmodi) ipsa do. Frācesia donauerit in recompēsam seruitiorum, ⁊ pro quibus asseruit etiam cum iuramento se condigne dicto do. Guihelmo satisfacere non posse, nisi donaret castrum, ⁊c. Pro quo facit, quia licet contrahentes cōtractum donationis vel locationis appellent contractum venditionis: nō propterea censeri debet contractus venditionis. l. insulam. ff. de prescript. verbis. l. si olei, ⁊ quod ibi notatur. C. loca. l. si vno anno, in princip. ff. eod. tit. ⁊ c. constitutus, de religio. domi. Et si opponatur ꝙ non appareat de meritis. Respondeo vt dixi superius in respondendo ad secundam questionem. Preterea etiam videtur alia ratione non obstare predicta. l. si vnꝗ: quia (vt senserunt multi, ⁊ quidem non contemnēde authoritatis) donatio nō reuocatur per illam. l. nisi saltem facta extiterit de dimidia omnium bonorum donatoris: quod videtur probari in dicta. l. si vnquā, in versic. partis, iuncta. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verborum significatione, hoc enim voluit Guilielmus de Cun. in. l. j. C. de inoff. donat. ⁊ idem voluit ibi Bald. versicu. secundo quero nunquid illa. l. ⁊c. Rayne. in. d. l. si vnꝗ. ⁊ Bal. in. l. si cum vel in vtero. C. de testa. mil. qui etiam ibi refert ita vidisse consultum per quosdā doc. Bonon. Hic autem non apparet prefatam quondam do. Francesiam donasse vsqꝫ ad dimidiam partem bonorum suorum: de quo tamen, vtpote de fundamento eius pretense intētionis apparere oportebat. l. in exceptionibus, cum suis simil. ff. de probat. per ea que notat Bart. ⁊ ibi plenissime per Alexand. de Imola multos referentem in. l. hoc iure. ff. de verb. oblig. Postremo etiam non videtur ⁊ alia ratione. d. l. si vnꝗ. obstitisse: quia, vt apparet ex tenore donationis antedicte, prefata quondam domina Francesia voluit, ꝙ si donatio predicta effectum non caperet, aut de iure tunc vel alias non posset subsistere, dictum castrum Ornacem cū suis territorio, mandamēto, ⁊ alijs suis iuribus, ad eundē do. Guilielmū ⁊ suos heredes ⁊ successores ex tunc, ⁊ si ex tunc non posset, saltē ex tempore quo postea fieri posset ⁊ valeret, deueniret eis iure ⁊ iuribus, modo ⁊ modis, forma ⁊ formis, quibus melius in posterū posset ⁊ deberet. Per que satis videtur prouidisse aduersus. d. l. si vnꝗ: cuius dispositio procedit ex presumpta seu cōiectu rata mente donantis, quem lex presumit non donasse si de liberis cogitasset, vt notat Bart. in. l. Titia. §. imperator, circa principium. ff. de leg. ij. ⁊ doct. communiter in. d. l. si vnꝗ, ⁊ in allegata. l. j. C. de inoffic. donatio. Et hinc voluit
23 Bart. in d. dicta. l. imperator, vers. quid si pater donauit, ꝙ si donans liberos non habens cogitet in genere de filijs, propter filiorū natiuitatē non reuocatur donatio: pro quo allegat. l. qui iure. ff. de testamento mi. vbi scientia de filio in genere eidem filio preiudicat: quam Bald. ibi reputat singularem: ⁊ per eandē legem idem quod Bart. tenuit Jo. de Imo. in. c. fin. de donat. idem tenuit in. c. cum cōtingat, de iureiuran. Roma. consil. xxvj. exord. Pro decisione eorum de quibus dubitatur, ⁊c. Idem voluit Bald. in. d. l. j. ad fin. versic. deinde quero pater donauit, ⁊c. C. de inoffic. dona. ⁊ And. Sicul. vulgo Barbatia in repet. c. Raynaldus, versic. ad id autem quod hic Pet. de Anchar. ⁊c. de testa. Per verba autem superius relata satis videtur cogitasse de liberis saltem in genere, ⁊ voluisse ꝙ propter eorum natiuitatem non reuocaretur donatio. Esto etiam ꝙ propter natiuitatem censeretur reuocata, prout non videtur: illa tamē videtur per eandem donatricē renouata: que voluit, ꝙ si donatio effectum non caperet, aut de iure tunc vel alias non subsisteret, dictum castrum perueniret ad dictum donatarium eis iure ⁊ iuribus, modo ⁊ modis, ⁊c. super quo vide Franc. de Are. consil. lxxiij. Quod videtur potuisse facere, saltem isto casu: cum filia viuente eadem donatrice mortua sit: ⁊ sic redijt res ad eum casum a quo incipere potuit: talis enim clausula multum operatur. l. cum pater. §. filius matrem, ⁊ quod ibi doctor. ff. de leg. ij. quod etiam colligitur ex notatis per Bart. in. d. l. si quis pro eo, versic. septimo prohibetur: ibi, ad vnum tamen aduerte. ff. de fideiusso. ⁊ per Moder. maxime per Joan. de Imo. in. l. nemo potest. ff. de legat. j. quod plane in eo qui aliquo casu actum facere poterat cōfessus est Franc. de Are. cons. xvij. exord. Consideratis diligentissime, ⁊c. vers. item ꝙ patria potestas, iuncto versic. preterea nulla potest: ibi, nō obstat clausula, ⁊c. prout in casu nostro. In quo dicta domina Francesia, vtpote moderatrix rei sue, donare poterat castrum, ⁊c. vt ex tūc valeret donatio. Et vbi hoc facere non potuisset vt ex tunc valeret donatio huiusmodi, pro eo fortasse quia pretēderetur prediū dotale, vel pro eo ꝙ pretendi poterat, ꝙ nō posset renuntiare. l. si vnꝗ: quorū contrariū apparet ex predictis: saltem facere potuit vt ex eo tempore valeret eadem donatio, quo cessassent dicta pretensa impe
24 dimenta: quia † paria sunt aliquid fieri tempore concesso, ⁊ fieri tempore prohibito, quando eius effectus dirigitur in tempus concessum. l. in tempus, ⁊ ꝙ ibi docto. ff. de hered. institu. Et ad hoc videntur seruire verba prementionata: que propterea dici non debent continere nimiā aut superabundantē cautelam. Et ita non obstat. l. si quis sub conditione, ⁊ quod ibi gl. ⁊ doct. ff. de cond. instit. Que etiam ita demum locum habent, quando abundans cautela adhibetur in ijs que fiunt in fraudem legum, vt notat Bald. in. l. penult. C. de euict. quod hic non erat. Preterea etiam nec censetur reuocata, pro eo quia ipsa do. Francesia in dicto suo testamento legauit do. Gabrieli mille florenos, ⁊c. ea maxime ratione, qꝛ nec eos legasse reperitur animo cōpensādi cum castro ⁊ alijs rebus donatis, nec etiam prohibuisse quominus peteret castrū ⁊ alias res donatas. Pro quo allegasse sufficiat. l. si adulta. C. de hered. act. l. creditorem, ⁊ quod ibi doct. ff. de legat. ij. ⁊ quod notant doct. in. l. si compensandi. C. de hered. instit. ⁊ quod habetur in. l. j. §. sciendum. C. de rei vxor. act. ⁊ per Joan. de Imo. ⁊ doct. in c. officij, de testamen. Etiā non videtur ꝙ prefata domina Francesia potuerit in vim pretense reseruationis de qua supra, ⁊ que scripta reperitur in fine note donationis primo loco facte, reuocare in suo pretenso testamēto donationem huiusmodi. Non enim videtur per huiusmodi reseruationem retenta facultas disponēdi insolidum de rebus donatis: ⁊ hoc ne ipsa domina Francesia, que bona huiusmodi donabat, etiam cum iuramento asserens se non posse condigne satisfacere dicto domino Guilielmo, nisi donaret, ⁊c. ⁊ iurans non venire contra, videatur statim ⁊ illico se correxisse: quod non est presumendum. l. non ad ea. ff. de condit. ⁊ demon. Ita enim sunt contrahentiū verba intelligenda, vt repugnantiā aut cōtrarietatē non contineant. l. j. constit. C. §. quibus, notat Bart. in. l. fin. §. idem quesiit, vers. circa predictam clausulam, ⁊c. ff. de condict. indeb. facit quod post Pet. ⁊ Cyn. voluit Bal. in. l. cum falsa, vers. sed ponamus ꝙ ego confiteor, ⁊c. C. de iur. ⁊ fac. ignoran. Non est igitur intelligenda illa reseruatio, vt per eam censeatur ipsa do. Francesia sibi retinuisse facultatem vt posset de rebus donatis insolidum disponere: quod etiā verba non sonant. Non enim dicitur ibi sibi reseruasse ꝙ posset dare cui vellet res donatas: sed de rebus donatis. Preterea esto ꝙ huiusmodi reseruatio posset in aliquo cauillari: huic tamen caullationi videtur via precludi per confirmationem donationis antedicte, quam fecisse reperitur ipsa domina Francesia eo ipso tempore, quo etiam denuo donauit cui supra castrum predictum Ornaceni cum suis iuribus ⁊ pertinentijs. In qua non reperitur facta dicta pretensa generalis seu indeterminata reseruatio: sed duntaxat sibi reseruauit ꝙ posset in sua vltima voluntate ordinare de mille ⁊ quingentis florenis auri. Nisi forte quis dicat, ꝙ etiam ibi subiunctum sit, Et cum omnibus alijs clausulis supra expressatis: qua si videatur per huiusmodi clausulam reseruasse, prout in prima donatione, ꝙ posset disponere de rebus donatis, ⁊ dare cui vellet. Sed hoc di
25 ci nō debet: quia † nunꝗ fienda est relatio ad omnia precedentia, quando talis relatio induceret contrarietatem in ipsa dispositione, vel quoties ipsa dispositio irritaretur. l. si idem cum eodem. §. fin. ⁊ quod ibi glo. ⁊ doct. ff. de iurisd. omni. iudic. l. j. §. deinde. ff. de postu. l. seruo alieno. §. si ab impubere, ⁊. l. si quis a filio, in princip. ff. de legat. j. ⁊. l. cum vulgari. ff. de do. preleg. notat Bart. in. l. talis scriptura. §. fin. ff. de legat. j. Per hanc autem relationem, si ita fieret, daretur facultas irritandi donationem antedictam: ergo fienda non est. Preterea ipsa domina, quemadmodum in prima donatiōe sibi reseruauit ad vitam vsumfructū donatorum: ita ⁊ in secunda. Et nihilominus sibi reseruauit ꝙ posset in eius vltima volūtate disponere de mille ⁊ quingentis florenis auri. Non est ergo verisimile ꝙ per illa verba, Et cū omnibꝫ alijs clausulis, ⁊c. de quibus. s. voluerit reseruare, ꝙ posset in vltima voluntate disponere de rebus donatis, ⁊ illas insolidū alteri relinquere. Que enim esset hec remuneratio precedentium ⁊ condignorum meritorum, vt ipsa iurauerat ⁊ iurabat, velle posse disponere de mille ⁊ quingentis florenis auri, ⁊ insuper de omnibus bo

nis donatis: profecto nulla: quinimo potius onerosa di-
26 cto donatario, ꝛ † continens absurditatem: que in intelle-
ctu legum, testamentorum, ꝛ omnium dispositionum vi-
tanda est, ꝛ circunscriptis verbis mens disponentis inse-
quenda. l. scire oportet. §. sed ꝛ si maxime. ff. de excusa. tut.
l. iij. §. conditio. ff. de adimen. lega. C. Marchion, ꝛ Basili-
des. j. q. j. ꝛ c. intelligentia, de verbo. signi. Insuper in hac
conuentione fuisset superfluitas, propter reseruationem
facultatis disponendi de mille ꝛ quingentis florenis au-
ri. Si enim (vt ex aduerso pretenditur) reseruauerit facul-
tatem disponendi de omnibus bonis donatis, superflue
reseruauit vt posset disponere de mille, ꝛc. quod non est di
cendum: quia (vt dicit Bald. C. de contrahen. emptio. su-
per rubrica, versic. Nono quero) non solum clausule: sed
nec etiam minimum verbū debet esse sine virtute aliquid
operandi. l. hac lege. ff. de contrahen. emptio. ꝛ l. si stipula-
tus, in princ. ff. de vsur. l. si quando. ff. de lega. j. c. si Papa,
de regu. iur. in. vj. ꝛ c. si Romanorum, ꝛ quod ibi glo. su-
per verbo membranas, dist. xix. ꝛ in. c. sic enim: ibi, item vbi
ait ecce ego Paulus. xxviij. q. j. quod etiam voluit Pet.
de Anch. consil. mihi. lxiij. exordiente, Pro clariore deci-
sione, ꝛc. ꝛ Paul. de Cast. consil. cxiij. exordiente, Substi-
tio predicta facta Antonio, ꝛc. versic. sed in contrarium,
ꝛc. ibi, sed verba cum aliter, ꝛc. ¶ Venio ad quartum que-
situm: quod habet duo capita. Ad quorum primum re-
spondeo, ꝛ dico ꝙ cum prefatus quondā do. Gabriel ple-
ne probauerit eius intentionē, ꝛ aduersus illam nihil va-
lidum, quod eam elideret, parte dicti de Mirabello pro-
batum extiterit: debuit sententia condemnatoria contra
eum, non pro eo absolutoria proferri. l. cōgruit. §. veritas.
ff. de offi. presi. ꝛ l. negantes, cum suis simili. C. de actio. ꝛ
obliga. videtur igitur sententia absolutoria pro dicto de
Mirabello promulgata fuisse iniusta. Ad secundum ca-
put respondeo, ꝙ cum (vt predixi) prima sententia extite-
rit iniusta: illa debuit reuocari per serenissimum dom. no-
strum Delphinum, ad quem recursum extiterat, seu eius
magnificum magnum cōsilium: quod fecisse legitur. Hoc
enim satis equiualenter important illa verba in sententia
apposita, scilicet, Et quā sententiam in melius reforman-
do dicit ꝛ declarat non obstare, nec obtinere effectum: ꝛ
hoc sufficit, per ea que in simili notant docto. in. l. preses.
C. de senten. ꝛ inter l. omniū iudi. Idē etiā magnū cōsiliū
adiudicauit ꝛ expediendum fore ordinauit eidem do. Ga-
brieli castrum, ꝛc. per quod relatione habita ad acta, ꝛ si-
gnanter ad libellum parte ipsius do. Gabrielis in prima
causa oblatum, censetur ipsum magnum consilium decla-
rasse, castrum predictum cum pertinentijs, ꝛc. spectare ꝛ
pertinere iure dominij eidem do. Gabrieli, per id quod no
tat Joan. And. in. c. mandatum, col. pen. in. fi. de rescript.
in nouel. Licet enim (vt dicit ipse) magis proprie petat
quis declarari prebendam ad se pertinere, ꝙ sibi adiudica
ri, ꝛ consequenter etiam magis proprie declaretur res ad
actorem pertinere, ꝙ sibi adiudicetur, pro eo quia regula-
riter ius per sententiam non constituitur: tamē quia ver-
bum adiudicationis quandoque largius accipitur. c. cum
venerabilis, de religio. domi. admittitur petitio, qua pro-
uisus vel confirmatus petit sibi adiudicari: ꝛ si iudex ad-
iudicet, intelligitur declarasse actorem habere ius in libel
lo narratum. Et subiungit Joan. Andr. idem esse in qua-
cunque re adiudicata. Et ꝗuis fortasse suffecisset pronun
tiare sententiam non obstare, ꝛ non debere sortiri effectū,
vt dici solet de iudice cause appellationis, cui sufficit ꝙ
dicat sententiam iniustam. l. eos. C. de appella. tamen ad
euitandas opiniones, que sunt an sufficiat sic pronuntia-
re, etiā si sententia absolutoria precessisset: super quo sunt
gloss. contrarie in. d. l. reos, ꝛ in. l. Offidius. ff. de lega. iij. ꝛ
docto. reperiuntur aliquantulum variasse, vt apparet ex
notatis per eos in locis per Alexand. de Jmola allegatis
in. l. in summa. ff. de re iudi. rectius fuit vt idem magnum
consilium declararet castrum predictū spectare, ꝛc. dicto
do. Gabrieli, seu illud sibi adiudicaret: quod idē seu equi-
pollens reputatur. Et hoc facere potuit. l. cum apud. ff. in-
di. solu. ꝛ c. Raynaldus, de testa. Nec videtur ipsum ma-
gnum consilium aliter iudicasse, ꝙ petitum extiterat, pre-
sertim parte dicti do. Bochagij: qui petebat ex eisdē actis
sententiam reuocari. Et esto ꝙ non esset omnino iudicatū
iuxta postulata, vel super eis: ex hoc tamen non deberet
27 impugnari sententia: quia † hoc facere licuit eidem magno
consilio, inspecta veritate, ꝛ pro abbreuiatione litiū, prout
facit ꝛ facere potest princeps. l. Emilius Largian⁹, ꝛ quod
ibi Bart. ꝛ docto. ff. de mino. cuius (vt puto) vicem gerit,
ꝛ cōparatur Prefecto pretorio: cuius est magna authori-
tas, vt colligitur ex notatis per Bart. in. l. imperiū, versic.
quero exempla. ff. de iurisdict. omniū iudic. ꝛ per Alexan.
de Jmo. in. l. j. versic. sub quo autem gradu. ff. de offic. eius
cui manda. est iuri. Nec puto ꝙ magnificus quondam vir
do. Gaspardus de Camera iurisdice pretendere potuerit
se fuisse per hāc sententiam grauatum vel oppressum. Cuz
28 † enim nondum esset eidem pretensum fideicōmissum re-
stitutum, quinimo nec postea: petere non poterat se immit
ti in possessionem dicti castri beneficio. l. fin. C. de edict. di-
ui Adria. tollen. Jllud enim, vt not. glos. in. d. l. fina. super
verbo ex parte, non cōpetit fideicommissario vniuersali.
Quod saltem, secundū omnes docto. antiquos ꝛ moder-
nos, procedit ante factam restitutionem ab homine vel a
lege: quia ante illam nullum sibi ius competit in fideicom
misso, seu hereditate per fideicommissum relictā. l. restitu-
ta. ff. ad Trebel. Hic autem neutra facta extiterat: ꝛ quidē
non ab homine, vt satis apparet ex actis: vbi etiam domi.
Gaspardus nunꝙ asseruit illam factam extitisse: sed po-
tius contra heredes dicti Joannis de Mirabello vt illaz
facerent insistebat. Non etiam a lege: quia nullus interue-
nerat casus, nec interuenisse proponebatur ex ijs, in qui-
bus fieri solet restitutio ipso iure, vel a lege: de quibus in.
l. penul. §. fi. C. ad trebel. Et (vt puto) potuit non imperti-
nenter vel inepte idem domi. Bochagij de huiusmodi re-
stitutione nondum facta aduersus prefatum de Camera
opponere, vtpote de eo quod erat erradicatiuum ꝛ exclusi-
uum totalis iuris ipsius de Camera, per ea que notant
glo. ꝛ docto. in. l. cum seruum. C. de serui. fugi. ꝛ quia etiam
vbi duo eandem rem per tertium possessam pretendunt
ad se pertinere, permissum est eisdem vt se inuicem ꝛ suas
intentiones impugnent, vt notant Jnnocen. Ostiens. et
Joan. Andr. in. cap. veniens, el. ij. de testib. Bald. in. c. j. §.
si duo, de pac. tenen. ꝛ Alexand. de Jmol. in. l. is a quo. ff.
de rei vend. Nec opponat aliquis, ꝙ eo casu, scilicet quan-
do vnus petitor infringit competitorem obijciendo se si-
bi, pro neutro ferri posse sententia, nisi iure vtriusque di-
scusso, vt sentiunt docto. prefati vbi supra: ex quorum di-
ctis intelligitur limitari. d. l. is a quo, ꝛ sequens, ꝛ quod ha
betur in. l. penul. ff. de peti. here. Quoniam respondeo ius
vtriusque partis fuisse satis discussum: ius equidem tunc
competens: quod sufficiebat. Ad quid enim expectasset
idem do. Bochagij, de cuius iure plenissime apparebat,
decisionem illius litis inter dictum Gaspardum ꝛ prefa-
tos heredes, super restitutione dicti pretensi fideicommis-
si, que fortasse habitura erat longum tractum, non video.
Jstud enim non esset discutere ius eiusdem do. Gaspardi:
sed illius acquisitionem expectare: ad quod non teneba-
tur. Sed cum primo ad sententiam peruenisset idem do.
Bochagij, debuit sententia pro eo promulgari, d. l. is a
quo. ff. de rei vendic. Preterea esto ꝙ tempore contentio-
nis huiusmodi fuisset verbo facta restitutio dicto do. de
Camera: non propterea forte debuisset preferri ipsi dom.
Bochagij in restitutione seu relaxatione dicti castri, vtpo
te pretendenti, quinimo ꝛ docenti se habere titulum a di-
cta quondam do. Francesia testatrice, ꝛ se tempore vite ꝛ
mortis illius possedisse castrum predictum Ornacem: nō
ipsam testatricem: que per retētionem vsusfructus in eun-
dem do. Bochagij dominium ꝛ possessionem trāstulerat.
l. quisquis. C. de dona. ita vt diceretur nō possidere etiam
naturaliter dictum castrum cum suis pertinentijs: sed po
29 tius detinere: quia (vt † voluit gl. in. l. naturaliter, in prin.
ff. de acqui. poss. quam ibi sequitur Bart. in addi. secūdum
Alexan. de Jmola) vsusfructuarius non possidet etiam
naturaliter: sed detinet rem cuius habet vsumfructum:
non ipsum ius vsusfructus. Et hanc etiam glo. (prout re-
fert ibi Alex. de Jmola) sequuti sunt Cuma. ꝛ Roma. ꝛ
hec etiam visa est de iure verior Franc. de Are. qui pro ea
optima iura inducit. A qua sententia propterea non vide
retur in iudicando recedēdum, per ea que notat Jac. But.
in. l. j. C. qui pro sua iurisdi. iudi. da. dari ve pos. Que si ita
30 se habeant: † non competijsset dicto do. de Camera benefi
cium. d. l. etiam post verbalem restitutionem fideicōmissi:
quia illud datur pro recuperanda possessione, quā habuit
defunctus tempore mortis. d. l. fi. ꝛ quod ibi per omnes su
per verbo fuerūt: ꝛ hoc etiam poterat idem do. Bochagij,
qui competitor existebat, opponere, ꝛ infringere petitionē
dicti do. de Camera, vt predixi cum loquerer de oppositio
ne restitutionis non facte. Addo predictis ꝙ singulariter
sensit

sensit Sali.in.d.l.fi.versic.quero secundo quid de fideicō-
missario,in fi.vbi sentit ita demum fideicommissario vni-
uersali competere beneficium.d.l.fin.C.de edic.diui Adr.
tol.post verbalem restitutionem fideicommissi, si heres de
restituendo grauatus illam adeptus non extiterat: secus
autem si eam erat adeptus:quia cum tunc sibi non compe-
teret, non potuit de eo transire in fideicommissum. Et sic
dicit cessare rationem doct. Pro hoc dicto Salic.adducit
ibi Alexan. de Imol. certas bonas rationes:ꝗuis teneat
contrarium. Quod autē opponebatur parte dicti do.de Ca-
mera,de exceptione rei iudicate aduersus eundem do. Bo
chagij,nō videbatur multū attēdendū,pro eo quia eā pos-
se opponere non videbatur idē do. de Camera,vtpote pro
quo vel aliquo eius predecessore , a quo causam se habere
pretenderet,lata nō erat, nec ipse rē possidebat, super qua
lata extiterat:nec ideo dictus quondā de Mirabello lege-
batur ab impetitis absolutus,quia probasset dictū castruz
Ornaceni cuz suis iuribus ⁊ pertinētijs iure dominij seu
quasi sibi pertinere. Non igitur erradicabat nec etiam ex-
cludebat obiectio huiusmodi ius dicti domini Bochagij:
⁊ sic non erat audiendus, per notata per doct. in. d.l. cum
seruum.C.de seruis fugit.Etiam a sententia dicti tunc ma
gnifici Delphinalis consilij supplicatum extiterat,⁊ obtē-
ta prouisio infra tempus legitimum.Cui non obstat quod
ex aduerso pretenditur, causam supplicationis huiusmodi
non fuisse infra tempus biennij terminatā.Tum quia nul-
31 lum † tempus videtur esse prefixum instantie seu exercitio
⁊ prosequutioni cause supplicationis,vt notat glos.secun-
dum vnam lecturā in.l.j.C.de senten. Prefec.preto.Tum
⁊ quia presupposito ꝙ causa supplicationis deberet infra
biennium terminari:non proptera statim concluditur vel
infertur ꝙ sententia postea lata non valeat: ꝗuis secus sit
in sentētia lata a iudice appellationis post illius desertio-
nem,cle.si appellationem, de appel. in Clem. Sed hoc ex
eo contingere videtur: quia appellatiōis iudex in ea causa
desinit esse iudex propter desertionez: quod non reperitur
cautum in causa supplicationis: licet glos. secūdum aliam
lecturā in.d.l.j.C.de senten. Prefec.pret.arguat de instan
tia cause appellationis ad instantiā cause supplicationis:
que tamē, vt apparet ex ijs que notant doct.in.l.si quis ad-
uersus.C. de precib.imperat.offeren. glo.⁊ doct.in.c.ex li-
teris,de in integ.restit. non iudicantur ad paria , nec sunt
omnino similes:sed in multis differētes ⁊ diuerse. ¶ Ad
quintum queitū respōdeo, ꝙ etiam presupposito ꝙ prima
sententia dicti magnifici magni consilij fuisset in aliquo
inciuilis vel iniusta , ex pretensa minus sufficienti discus-
sione iurium dicti domini de Camera,prout non videtur:
esset tamen quod nunc obstaret dicto magnifico domino
Myolani:scilicet confirmatio predicte sententie facta per
dictum magnum consilium partibus plene auditis: a qua
iterato ⁊ secūdo recurri aut supplicari non potuit.l.si quis
aduersus. C. de precib. imperat. offeren. Et ita(vt audio)
statuēdo prohibuit sempiterne memorie serenissimus do-
minus Ludouicus tunc Delphinus:⁊ a qua supplicatuz
aut recursum etiā non apparet:nisi quatenus pretenditur
spectabilem quondā virum do.Guidonem Pape iurium
professorem eximium hoc retulisse decisione.cccxlv.exord.
A sententia Prefecti pretorio,⁊c.Tū quia (salua reuerē-
tia tanti viri dixerim) si hoc asseruisset,non esset ei creden-
32 dum,prout in simili dicere solent † doct.ꝙ doctori allegāti
consuetudinem non est credendum,per ea que notat Alex.
de Imola in.l.post dotē,in fi.versic.⁊ iuxta hoc queri pos-
set an absqꝫ alia probatione,⁊c.ff.sol.mat.⁊ Fran.de Are.
consil. cxxxiij.exord. In causa que vertitur inter homines
⁊ cōmune,⁊c.versic.remanet igitur dubiū,⁊c. Tum ⁊ quia
vltima sententia,a qua iterato ⁊ secūdo recursum seu sup-
plicatum reperitur parte predecessoris dicti magnifici do.
Myolani,lata reperitur anno Domini M. ccccliij. et
die.xix.mensis Martij:⁊ tamen idem do. Guido in dicta
decisione refert illam pretensam admissionem secunde sup
plicationis, de qua ibi, factam fuisse anno Domini. M.
cccclj.⁊ sic diu ante hanc sententiā pro dicto do.Bochagij
promulgatam.Tum ⁊ quia,si bene attendatur ad verba di
cti domini Guidonis, ipse non refert bina vice ab eadem
parte supplicatum:sed dicit vidisse admitti secundam sup
plicationē ab alia parte emissam.Et hoc fortasse fuit: quia
prefatus do.Gabriel primo supplicauit ⁊ recurrit a sentē-
tia contra se latam:⁊ deinde cum illa extitisset reuocata,fuit
per aliam partem ab hac reuocatoria sententia recursum
⁊ supplicatum. Sed quod idem do. Myolani , aut alius
quicunqꝫ eius predecessor bina vice supplicauerit , hoc nō
dicit idem nobilis do.Guido:sed potius oppositum, pro-
pter illa verba,Ab alia parte emissam: que non cōgruunt
sensui partis aduerse. Dixisset enim , vtpote vir doctus,
non ab alia parte: sed ab eadē:vel ab altera partiū. Et hoc
etiā sic intellexisse satis detegitur idez do. Guido in dicta
decisione:vbi statim post recitatam dicti pretensi facti cō-
tingentiam, per dictionem aduersatiuam subiunxit. Sed
vbi secunda supplicatio ab eadem parte emittetur , non
admittetur. Per que patenter datur intelligi , ꝙ in facti
contingentia per eum recitata loquutus erat de secunda
supplicatione facta non quidem a parte a qua prima , sed
ab alia. Preterea etiaz obstat dicto magnifico do. Myo-
lani:quia in duobus eius pretensis rescriptis , ⁊ quolibet
eorundem, exposuit ⁊ asseruit se esse heredem ⁊ successorez
prefati quondam domini Gaspardi de Camera. Et tamē
ex ijs,que parte eiusdem deducta extiterunt in libello,col-
ligitur eundem asseruisse ⁊ asserere dictum dominū Lan-
telmum eius quondā patrem fuisse legatarium eiusdē do.
Gaspardi,⁊ se heredem ipsius do.Lantelmi.Et sic nec he
res dici debet ipsius Gaspardi,nec successor,nisi cum ad-
33 iuncto: quia † appellatione successoris comprehenditur
duntaxat vniuersalis successor,non singularis.l.quidam.
§.nihil interest, ⁊ quod ibi Alexan. de Imola in princ.ff.
de eden.notat Bald.in.l.emptorem.C.loca.facit quod no-
tat Ioan.de Imola in.l. quod dicitur.ff. de verbor. oblig.
voluit enim ꝙ si quis receperit rē in emphyteusim pro se ⁊
suis heredibus ⁊ successoribus , intelligatur de heredibus
vniuersalibus,qui sunt heredes de iure ciuili,⁊ de successo
ribus vniuersalibus,qui succedunt iure pretorio.Et sic vi-
detur ipse magnificus do.Myolani obrepsisse principi, et
propter quam obreptionē presumitur multo facilius ob-
tinuisse prouisionem sub pretenso nomine heredis et suc-
cessoris , ꝗ obtinuisset sub nomine legatarij vel heredis
34 legatarij:qui licet liti † cepte per defunctū vel contra eum,
⁊ heredi litem huiusmodi prosequēti assistere valeat: non
tamen potest ipse principaliter instantiam prosequi,auth.
de litig.§.j.versi. et hoc autem, ⁊ quod ibi glo.super verbo
consequatur ,Bart. ⁊ doct.collat. viij. ⁊ transsumptiue in
auth.nunc si heres.C.de litig. quod etiā senserunt Innoc.
Ostien.Ioan. And.Ant.de But. Panor. ⁊ doct.in.c.ex
parte,de alie.iudi. mutan. cau.fac. Obreptio autem in re-
scriptis gratiosis vitiat ipso facto.c.ad audientiam,el.ij.⁊
quod ibi doct. de rescript. Quod procedit non solum in
rescriptis seu literis ad beneficia ecclesiastica: sed etiā in li-
teris gratiosis principum.l.j.ff.de natal. resti. sentit Bald.
in.l.prescriptione, versic.ego dico.C. si contra ius vel vtil.
pub.⁊ Panorm.in.d.c.ad audientiam:de quo ponit mul-
tas remissiones Felyn.in.d.c.ad audientiā, versic. amplia
secundo hanc regulam. Postremo etiam est ⁊ aliud, quod
videtur obstare eidem magnifico do. Myolani: quia non
solum reperitur lata sentētia pro dicto quondam do.Ga-
35 briele:sed † etiam post illam tentum ⁊ possessum castrum su
perius mentionatū cum suis pertinentijs ⁊ iuribus:⁊ non
solum per ipsum do.Gabrielem:sed etiam per dictum ma
gnificum do,Hubertū de Baternay,modernū dominum
Bochagij,per.xx.annos ⁊ vltra:qui propterea,etiam si ab
initio sententia non valuisset,que tamen valuit, dictū ca-
strum cum suis pertinentijs prescripsisset,per id quod no-
tat gl.in.c.si sacerdotes. xvj.q.iij. quod multofortius pro-
cedere debet,pro eo quia non solum se potuit ⁊ potest tue-
ri predicta sentētia ex possessione:sed etiā alijs titulis par-
te eius in hac causa productis, ⁊ qui eidem prebuerunt iu-
stam causam prescribendi,⁊ propter quos cēsendus est pre-
scripsisse castruz ⁊ alia predicta.Quo fit vt presupposito ꝙ
ex causa aliqua sententia , imo sententie predicte fuissent
vel essent nulle, vel alias per curiam irritande (quod non
videtur)nō tamē resolueretur ius ipsius do.de Baternay,
vtpote causatum non immediate a prefatis sentētijs,⁊ per
possessionem dicti quondam domini Gabrielis:sed a titu
lis ⁊ possessione dicti domini Bochagij.

¶ Rub. De in integ.resti.min.xxv.ann. ¶ Consi.lxviij.
¶ Epitome.

¶ Minor lesus , si semel tantū iurauit, vel rescindit con-
tractum, vel iustum pretium rei consequitur. A. F.

1 ¶ Minoris iuramentum eum maiorem representat.



Viso casu mihi exhibito parte honeste mulieris Antonete de Montiliis, & dubiis ex eo elicitis: dico & respondeo breuiter & succincte ad dubia huiusmodi prout ecce. Et primo ad primum, quod licet prefata Antoneta iurauerit non venire contra cessionē, remissionē & quietationē, de quibus ibi: quia tamen iuramentum fuit vnicum, & simpliciter seu indefinite prestitum, illud non impediuit nec impedit eam quominus vti possit remedio. l. ij. C. de rescind. vend. & sic non impeditur petere supplementum pretij eius quote et portionis bonorum paternorum, & aliorum in casu mentionatorum: aut quod quota & portio bonorū huiusmodi sibi restituatur reddendo summā pecuniariam pro ea constitutam. Ista est decisio gl. in. d. l. ij. quam ibi sequuntur Bart. Bald. & doct. magis cōmuniter. C. de rescind. vend. Idem voluit glo. in. c. cum causa, super verbo restituerent, in fine, quā ibi sequitur Joan. An. in nouel. Jo. de Imo. Pan. & doct. cōmuniter, de empt. & vend. Et hec est, vt dicit Jo. And. vbi. s. cōmunis opinio: quam etiam tenuit glossa in authen. vnde sumitur, auth. sacramēta puberum. C. si aduersus vend. eā etiā tenuit Osti. in. c. cum contingat, & ibi Joan. de Imo. in repet. de iureiuran. Et huius dicti ratio
1 tio reddi solet per doct. † quod iuramentum per minorem prestitum de non contrauenīēdo hoc solum operatur, quod eum facit censeri maiorē. Quemadmodū ergo maiori cōtrahēti & decepto vltra dimidiam iusti pretij subuenitur remedio. d. l. ij. & allegati. c. cū causa: ita etiam eodē remedio subueniri debet minori contrahenti, & iuranti simpliciter vel indefinite non venire contra contractum. Possunt & alie multe rationes pro hac parte allegari. Sed quia hec materia trita est, vlterius non insisto. ¶ Ad secundum dico & respondeo, quod cum remissio predicta mero iure valuerit: quis cogi possint illi fratres ad supplendū iustū pretium, vel ad restituendū bona sibi remissa, receptis per eos quinquaginta scutis, &c. ipsi fecerunt fructus suos, propter titulum eiusdem remissionis. ¶ Ad tertium dico & respondeo, quod expediet facere libellū in petitione hereditatis contra fratres, & petere suppleri iustum pretium: alioquin declarari dictā Antonetā fuisse & esse heredem pro triente, &c. & petere dictos fratres condēnari ad restitutionē illius trientis. Et fiet oblatio de illis quinquaginta scutis, vel de eo, quod fratres ipsi exsoluerūt: & nihilominus dē eundem liberando & liberari faciendo a residuo dictorū quinquaginta scutorum, si quod sit nondum exsolutum.

¶ Rubr. De caduc. tollen. ¶ Epitome. ¶ Consil. lxix.

¶ Caducum efficitur legatum vel fideicommissum, si is cui restitui debebat premoriatur grauato. V. F.

1 ☞ Caduce substitutiones quando fiant.
2 Insinuāde donationis potestas perpetuo durat: sicut ius adeunde hereditatis, & ius offerendi.



Mihi narratum est, quod dudum fuit in humanis nobilis & potens vir Antonius de Forcalquerio, domi. castri de Vientio & plurium aliorum locorum: qui pridem fecit & condidit eius vltimū & nuncupatiuum testamētum: in quo nobilibus & generosis domicellis dominabus Ludouice, Thomassie, & Margarete eius filiabus, & cuilibet earundem legauit & iure institutionis reliquit certas pecuniarū quantitates seu summas. Heredes autem suos vniuersales instituit filios suos naturales & legitimos a suo proprio corpore procreatos, si quem aut aliquos eum procreare cōtingeret. Si vero aliquē aut aliquos filium vel filios eum procreare non contingeret, heredes suas vniuersales fecit & instituit prefatas eius filias: dictam videlicet dominam Ludouicam in castris, territorijs, iurisdictionibus, prouentibus, redditibus, & emolumentis de Vientio, & in quibusdam alijs castris, bonis, & iurib⁹ inibi plenius mentionatis. Dictam vero dominā Thomassiā in castris de Garombodio & de Montecilico, quoad vsumfructū tantum, & non quoad proprietatem, ad vitam suam tantū. Et prefatam dominam Margaretā in castris & territorio, &c. de Mirabello & de Redorterio. Voluit autem & ordinauit, quod post mortem eiusdem do. Thomassie dictum castrū de Montecilico cum sua iurisdictione pleno iure perueniret & deuo lueretur ad dictam Ludouicam: & castrum de Garombodio ad prefatam do. Margaretā, cum suis iuribus & pertinentijs, &c. Predecedēti vero ex prefatis dominabus Ludouica & Margareta sine liberis ex suo corpore legitime procreatis substituit superuiuentē: & si ambe morerentur sine liberis a suis corporib⁹ legitime procreatis, substituit eisdem magnificum dominum Jacobum de Forcalquerio dominū Cesariste, & suos a suo corpore legitime procreatos. Si autem ipse do. Cesariste moreretur sine heredibus a suo corpore legitime procreatis, substituit eidem magnificum dominum Fulconem de Agonto, & suos a suo corpore legitime procreatos. Deinde vero, anno videlicet Domini. M. cccc lx v. & de mēse Junij, prefatus domi. Antonius testator fecit certos codicillos: in quibus premissa commemoratione de testamentaria institutione facta de prefata Thomassia, eandem codicillans ex certis causis animum suum, vt dicebat, legitime mouētibus heredem instituit, tam in proprietate, quam iurisdictione perceptioneque iurium, redditūum, prouentuum, & emolumentorum tam ad vitam, quam ad mortē: ita quod de illis posset vti, disponere & ordinare tam in vita, quam in morte pro libito sue voluntatis, prout alie sue filie poterant de earum portione in qua institute extiterant. Deinde permanēs in voluntate huiusmodi idem nobilis Antonius ab humanis decessit, nullis relictis masculis: superstitibus tamen prefatis dominabus Ludouica, Thomassia, & Margaretaque bonis & hereditati eiusdem Antonij se immiscuerunt. Et tandem viuente eadem do. Margareta mortue sunt dicte eius sorores, superstitibus liberis. Mortui sunt etiam prefati nobiles Jacobus de Forcalquerio & Fulconus de Agonto, nullis relictis liberis ex suis corporibus procreatis. Dicta vero do. Margareta pridem, de anno domini M. cccc lxxxiij. & de mense Septembris, contraxit matrimonium cum nobili Jacobo Targe: cui in dotē constituit castra predicta de Mirabello & de Redorterio, cum suis iuribus & pertinentijs, & alias de quibus ibi. Et nihilominus contemplatione matrimonij huiusmodi eadem do. Margareta dedit & donauit respectu eiusdē matrimonij, & fauore prolis procreande, siue ita succedat, siue alio modo, dicto nobili Jacobo tunc presenti, &c. castra predicta cum suis pertinentijs, &c. & omnia alia bona sua, donatione inter viuos: saluis tricētis florenis, de quibus posset disponere & testari. In qua etiam cum iuramento renuntiauit insinuationi, & iurauit, non venire contra. Cōstituit se tenere precario nomi. e, & retinuit vsumfructū per diē predictorum castrorū. Ex quo casu seu facto sic narrato oriuntur dubia sequētia. Primū, an substitutiones facte prefate Margarete fuerint effecte caduce. Secundū, an presupposito quod ille caduce extiterint & existant quoad prefatos nobiles Ludouicam, Jacobum de Forcalquerio & Fulconem de Agōto: ille saltem aut aliqua earundē aliquid operentur in fauorem liberorum dicte nobilis Ludouice. Tertium, an donatio facta dicto nobili Targe valuerit & valeat. ¶ Christi nomine inuocato. Viso casu superius deducto, & dubijs ex eo elicitis: dico & respondeo ad dubia huiusmodi vt sequitur. Et primo ad primum &
1 secundum, quod † cum viuente eadē do. Margareta vitafuncti sint dicti nobiles Ludouica, Jacobus, & Fulconus, substitutiones de eis facte quoad eos effecte sunt caduce: quia moriente fideicommissario pendente conditione extinguitur fideicommissum in ipsius personam: siue fideicōmissum huiusmodi fuerit vniuersale, siue singulare. l. si in personam. C. de fideicom. l. vnica. §. sin autem sub cōditione. C. de cadu. tol. l. miles. §. j. l. vnum ex familia. §. rogo, in fi. & l. cum pater. §. hereditatem. ff. de leg. ij. Quod in fideicōmisso vniuersali, de quo nunc loquimur, voluit Azo in Summa. C. ti. de his qui ante apert. tabu. versic. quod dicitur hereditatem, glo. Odofre. Cy. Bart. & omnes post eos in. l. j. C. de his qui ante apert. tab. vbi voluerunt tale fideicommissum non transmitti ad posteros. Et sic non solum facte fuerūt substitutiones predicte inutiles & caduce quoad dictos nobiles Ludouicā, Jacobū, & Fulconē: sed etiā quoad liberos eiusdē nobilis Ludouice, ad quos fideicōmissum ipsi matri relictum transmissum nō extitit, secundum Azo. glo. Odof. & alios in locis preallegatis. ¶ Ad tertium dico & respōdeo, quod cum quilibet sit moderator rei sue. l. in re mandata. C. manda. & l. Polla. C. de his quib. vt indig. prefata do. Margareta potuit facere donationē dicto nobili Jacobo, de castris & bonis predictis: non solum si non excedebant in valore summam quingentorū aureorum

rum.l.penult.C.de donat.& quod notant gloss.& docto.in l.illud.C.de sacrosanct.eccles.sed etiam si valorem huiusmodi excedebant. Tum quia, vt audio, donatio huiusmodi insinuata extitit: quod fieri potuit etiam ex interuallo: quia, vt dicit Angel.consil.clxxxj.exordiente, Visis instrumentis predictis, &c.versicu. sed incidenter videnda sunt, &c.ibi, de primo dic, &c.solennitas insinuationis nō est contextualis.l.in hac sacratissima.C.de donat.& l.fi.§. simili quoque.C. de donatio.ante nuptias, dicit etiam ibi
2 Angel. q † cum potestas insinuationis sit actus mere facultatis, & voluntarie iurisdictionis: illa perpetuo durat: quemadmodum dicimus de iure adeundi hereditatem.l. licet.C.de iu.delib.& in iure offeredi.l.cū notissimi.§.eodē iure in gl.super verbo conatur.C.de presc.xxx.ann.Et intelligo q perpetuo fieri possit, hoc est nō solum vsque ad xxx.an.sed sine tēporis prefinitione, vt bene probat Ant. de Cana.in suo trac.insinu.q.iij.Tū & quia, cū insinuationi renuntiatū extiterit cū iuramēto, valuisset donatio huiusmodi etiā si insinuata non fuisset, secundū magis communem opinionē, que originaliter videtur fuisse Joannis Andr.in addi.Specu.tit.de instru.edi.§.porro, in vltima & magna addi.exordien.De predicta.l.si quis, &c. pro quo allegat auth.sacramenta puberum, & quod ibi gl. C.si aduer.vendi.c.cum contingat.c.quemadmodum, in fi. de iureiuran.c.licet,eod.tit.in.vj.& c.q̄uis pactum, de pact.eo. lib.Ad quod etiam facit,secundū eum, quia donatio sine insinuatione nō est penitus inimica iuri: quod patet, quia tenet infra legitimam summam.l. sancimus. C. de donat. vbi etiam idem Joan.quibusdam contrarijs allegatis respondet.Hanc opinionem sequutus est Joan.de Imo.in repetit.d.c.cum contingat,in.ix.membro,versi.circa quartam quando fit donatio sine insinuatione, &c. vbi respōdet rationibus & contrarijs formatis per Joan.And. respondet preterea & eleganter, & plenissime rationibus & contrarijs inductis per Bald. in dicta.l.illud,versicu.quinto quero, &c.& per Salicet.in.l.penultima.C. de donatio. qui visi sunt tenere partem contrariam. Uerum quia & rationes & contraria huiusmodi & responsiones ad illas facte longum continent discursum, illas hic non refero: quia etiam non est opus. Eandem opinionem tenuit Joann. de Jmo.in.l. Attilius Regulus,circa fin. ff.de donatio. & Bal.propterea sibi contrarius in c. cum contingat, versic. & idem dico, &c.de iureiuran.& in.§.& cum retro, instit. de donatio.& Ange.in.d.l.sancimus.§.fin.C.de donatio. Panor.in.d.c.cum contingat.Etiam hanc opinionē sequutus est Alexan.de Jmo.in.l.nemo, versic. item quesiuit Barto.&c. ff.de legat.j.vbi etiam dicit se pro ista parte sepenumero cōsuluisse: quod & verum est, vt colligi potest ex discursu suorum consiliorum: &, vt refert cōsilio suo. iiij. in.j.volu.exordiente,Circa primum quesitum videtur, &c. versi. nec ad hoc obstat si dicatur, &c. multi & quidem non cōtemnende authoritatis cōsuluerunt pro hac parte: alij vero consilijs sic consulentiū adheserunt, & se eisdem subscripserunt.Etiam ad hanc declinauit sententiam Fran. de Aret.consil.xlvij.exordiente,Visis & diligenter ponderatis, & consil.lxxvij.exordien.Et ratio recte scribendi, &c.

¶ Rubr.De testa.& quemad.testa.ordi. ¶ Consiliū.lxx.
¶ Epitome.

¶ Testamentum inter liberos minore numero testium q̄ septem contentum est: sed vbi nō valeret in eo substitutio de extraneo facta, ex clausula codicillari adhibitis quinque testibus tanquam fideicommissaria admittetur. V. F.

1 ☞ Codicilli testes quinque requirunt.
2 Detrahenda prior vtra veniat, legitima ne, an trebellianica.



Viso Instrumento testamenti prouidi quondam viri Claudij Homagij; cum literis missiuis venerabilis & egregij viri domi. Bernardi de Tribus sanctis, iurium professoris eximij, in quibus exprimitur & narratur opportune facti contingentia, cum iurium allegationibus: dico & respondeo breuiter & succincte, q licet testamentum factum per dictum quondam Claudium, quatenus concernebat Peronam eius filiam naturalem & legitimam, valuerit & valeat iure testamenti: licet in dicto instrumento nō nominentur nisi sex testes.l.hac consultissima. §.ex imperfecto. C. de testa. tamen quoad substitutionē factam de Francesia, que non erat de liberis dicti Claudij testatoris, sed eius soror, requirebātur ad validitatem substitutionis huiusmodi septem testes, ad hoc vt valeret, tanq̄ facta in dispositione testamentaria, Uerum quia in predicto testamento voluit idem Claudius, q si iure testamēti nō valeret, valeret iure codicillorū: dico q substitutio huiusmodi defendi potest ex dispositione dicti quondā Claudij, non tanq̄ ex dispositione testamētaria: sed tanq̄ codicillari. Operatur enim in hoc casu, vt quatenus non valuit vel valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, per ea quē notant Barto. & doct.in.l.Stichum qui meus erit.ff.de legat.j. Bart.in l.j.quest.ix.ff.de iure codi.& auth.ex causa.C.de libe.prete. & Bal.in.l.controuersia.ff.de transact.Quo ergo ad institutionem de qua supra, valuit dispositio huiusmodi iure testamenti: & quoad substitutionem valuit & valere potest iure codicillorū, in quibus grauari potuit dicta quondam Perona de restituendo hereditatem huic Francesie.l.he-
1 reditatem, cum suis simil.C.de codici.Et † potuit hoc fieri sub presentia quinque testiū.l.fin.in fi.C.eod.tit. Puto igitur q in vim dispositionis huiusmodi posset ipsa Francesia, si non possideret, experiri & agere contra heredem dicte quondam Perone, & petere hereditatem sibi restitui, de qua ex persona eiusdem quondam Perone detrahende essent due quarte, scilicet legitima & quarta trebellianica, per ea que notant glos.Bart.& doct.in.l.Papinianus.§. meminisse.ff.de inoffic.testamen.in.l.q̄q̄.C.ad leg. Falci. Bald.in.l.filium quem.C.famil.ercisc.Joan.de Jmola in l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulg.& pupil. pro quo sunt boni text. in.c. Raynutius, & in.c. Raynaldus, de testam.
2 Et † primo detrahēda est legitima: & de residuo quarta trebellianica, vt notat glos.in.d.c.Raynaldus, super verbo licet ipsas non expresserit, & Joan.de Jmola in. d.§. cum filie.Detrahetur igitur tertia pars bonorum pro legitima: & sic quatuor vncie, authen.nouissima.C.de inoffi. testam. Et de residuo, hoc est de octo vncijs restātibus detrahentur due vncie pro trebellianica. Et sic effectualiter prefata Francesia nō est habitura nisi dimidiam partem bonorū dicti quondam Claudij.Et hec videntur mihi sine dubio procedere. Si etiam superessent septem testes, tam ex descriptis in instrumento superius mentionato, q̄ alijs qui fuerunt presentes & rogati, per illos posset probari dispositio testamentaria dicti quondā Claudij. Sed opus esset q illi deponerent non solum de dispositione huiusmodi: sed etiam q ipsi rogati extiterint, vt notat Specul. tit.de testib.§.j.versic.sed quid, & versic.seq.Barto.in.l.diuus.ff. de testamen.mil.& Ang.Aret.instit.de testamen.§.fi.in.fi. Super quo vlterius non insisto: cum putem dicta in prima parte huius schedule sufficere.

¶ Rub.De acquir.& retin.pos. ¶ Epito. ¶ Cons.lxxj.

¶ Remedium.c.reintegranda.iij.q.j.competit ei, qui sine causa de possessione cecidit, vt ante omnia reintegretur. Uasquinus Filiolus.

1 Actio que presumatur intentata.
2 Reintegratio possessionis ante omnia fienda.



Libellus Parte prouidi viri Joānis Raysse cōtra & aduersus Pasqualetum Fabri; Petrum Colomerij, Aubertum Audiberti, & Boninum Boyssoni, prout ex illius tenore, & signanter ex conclusione clarissime colligitur, conceptus est & formatus super remedio.c.reinte-
1 granda.iij. q.j. Illa † enim actio seu remedium presumitur intentatū, que ex narratione facta colligi potest, vt voluit Bart.Joan.de Jmola, Alexand.de Jmola, & doctor.in.l. Gallus.§. quidam recte.ff.de liber.& posthum.& signanter quando conclusio & medium concludendi non repugnant que maxime in libello inspicienda sunt, vt colligitur & apparet ex ijs que notat Cyn.in.l. edita, in.v.q. C. de eden. Bart.in.l.certi condictio, in prin.ff. si cert.petat. Pau.de Cast.consil.vj.exord. In causa que vertitur, &c.& cons.cclviij.exord.In causa mota, &c. Panor.in.c.j. versic. secūdo quero quid sit in libello, &c.ibi, debet enim semper attendi libellus circa modum concludendi, &c. de lit. contestatio. Et quidem (vt ex conclusione apparet) hic est intentatum iudicium possessorium possessionis reintegrāde, & quidem

non aliud ꝙ competens ex.d.c.reintegrãda, prout concipi potest ex narratiõe dicti libelli, iũctis ĩs que not. Panor. in.c.cum ad sedem.c.sepe, de restitut.spol. ⁊ Ang. Aret.in §.quadrupli, versic.sed quid si sine vitio, ⁊c.instit. de actio. quod cõpetit cuilibet qui sine iusta causa a possessione cecidit, vt not. doct.magis communiter in.d.c.cũ ad sedem. Et quod non solum datur pro recuperatione perdite possessionis rerum ecclesiasticarũ: sed etiam prophanarũ, voluit Bart.in.l.si coloni.C.de agric.⁊ censi.lib.xj. qui etiam ibi allegat Joan. And.in. d.c. cum ad sedem. Sed voluit forte allegare notata per eum in.d.c. sepe, post Innoc. ibi Et ita voluit Ant.de But.in.d.c.cum ad sedem, Alexan. de Jmo. consil.clj.exord.Uiso ⁊ discusso processu, in.j.vo. ⁊ consil.vj.exord.Circa processum cause, in.ĩj.volu. Jdem Alexand.⁊ Roma.in.l.rem que nobis.ff. de acquir. poss. Et hec opinio secundum eum post Joan.de Jmol.in.d.l. rem que nobis, cõmuniter seruatur in practica: ⁊ de hoc plene per Ang.Aret.in.d.§.quadrupli, versic. sed quid si sine vitio, ⁊c.ibi, sed reuerendissimus in Christo, ⁊c. instit. de act. Nemini vero venit in dubium, quin idem Joãnes Raysse plenissime probauerit, Floretam eius quondam matrem, ac se, ⁊ Eutropiuz, ⁊ Alaysetam tenuisse ⁊ possedisse penũ seu crotam, hortũ, vineam, ⁊ terrã in hac causa mentionatos: ⁊ deinde sine causa iusta eosdẽ a possessione rerum huiusmodi cecidisse, ⁊ possessionem peruenisse ad dictos reos: que propterea, seu res ⁊ predia predicte, iure eiusdem possessionis, ⁊ pro dimidia parte restitui debẽt eidem Joanni Raysse suo et cessionario nomine prefate Alaysete. Cui non obstãt ex aduerso parte dictorũ reoruz proposita, deducta, ⁊ allegata. Tum quia illa concernunt petitoriũ, ⁊ pretensam proprietatem rerum ⁊ prediorũ predictaruz: que propterea nihil adminiculantur in possessorio recuperãde possessionis.l.si quis ad se fundũ.C.ad leg. Jul.de vi, notat Bald.in.l.fin. circa fin.C. qui legi. perso.
2 ⁊ que†propterea admitti non debuerunt, sed debebat ante omnia fieri reintegratio possessionis, vt notat Anto. de But.in.d.c.sepe, ⁊ voluit Alexand. de Jmola multos referens in.d.consil.vj.versic.non obstat etiã si diceretur, ⁊c. ⁊ in.l.naturaliter.§. nihil commune, versic. iste est passus quotidianissim⁹, ⁊c.ff.de acqui.pos. Quo fit vt ꝙuis prefati rei probassent de dominio seu proprietate rerum ⁊ prediorum huiusmodi, eidez Raysse non refragetur siue obstet, postꝙ proposita ⁊ deducta ex aduerso, seu quidã pretensi exceptionales articuli admissi extiterunt, saluo iure impertinentiũ ⁊ nõ admittendorũ articulorũ, ⁊c. fuit enim admissio huiusmodi conditionalis: ⁊ sic si non erant admittendi articuli, ipso iure habentur pro non admissis: quia deficit conditio, sub qua admissi extiterunt. Et sic admissio huiusmodi dicto Joanni non nocet, vt notat Joan.de Jmol.in.l.si quando.ff. de legat.j. ⁊ est de mente Bart.in.l.ambitiosa.ff.de decre.ab ord. facien. secundum Constan.de Bal.qui ad hoc eum allegat in suo tractatu de caute.iudi.sub rubr.de arti.§.secundo principaliter videamus, ⁊c.vers.quero iudex admisit articulos, ⁊c. Tum etiaz eidem Joanni non refragantur siue obstãt ex aduerso proposita ⁊ deducta. Et primo quidem non id quod opponitur de venditione dicte penus facta, vt pretenditur, per quendam Autardum pretensum executorem testamentarium Agnetis vxoris quondã Joannis Hermani. Quia nõ apparet de morte dicte Agnetis, ⁊ minus de eius pretenso testamento, vel ꝙ idem Autardus exequutor extiterit, vel alias habuerit facultatem vendendi dictaz penum. Et sic non est probata exceptio parte dicti Boyssoni opposita. Etiam nec est probata vẽditio vinee in hac causa mentionate, ⁊ quam Stephanus Raysse ⁊ Floreta vendidisse pretenduntur prefato Pasqualeto: quia, vt apparet ex libello cause huius, ⁊ instrumento dicte pretense venditionis, vinea de qua in libello, ⁊ vinea de qua in instrumento huiusmodi varie confrontantur: vna enim dicitur sita loco dicto ad Podiũ, ⁊ alia loco dicto ad Bosquetum: ⁊ sic presumuntur esse non quidem vna vinea, sed diuerse, postꝙ probata non extitit earũ identitas.l.Pomponius scribit si frumentum.§.fi.ff.de rei vend.l.j.⁊ quod ibi Bar.C.si vnus ex plu.appel.⁊ idem Bart.in.l.demonstratio falsa, in fin.principĩj.ff.de condit.⁊ demon.⁊ Joan. And.in.c.auditis, de in inte.rest. Etiam alia ratione hoc nõ nocet prefato Joanni Raysse: qui nec est, nec ex aduerso ponitur esse heres prefatorum Stephani ⁊ Florete, aut alterius eorundem, ⁊ qui etiam non petit portionem seu partem dicte Florete. Preterea etiam nec refragantur parte dicti Audiberti opposita, scilicet de venditione terre in hac causa mentionate. Quia terra, de qua idem Audiberti opposuit, ⁊ terra in libello dicti Raysse mentionata leguntur in libello predicto ⁊ instrumento huiusmodi pretense venditionis habere diuersos confines: ⁊ sic presumuntur ⁊ presumi debent esse diuersa corpora, non vna terra.d.l.Pomponius scribit si frumentum.§.fi.ff.de rei vendic.⁊ alĩs iuribus ⁊ rationibus superius in simili allegatis. Postremo vero etiam non obstat ꝙ de venditione horti in hac causa mentionati opposuit dictus Colomerĩ. Quia non apparuit nec apparet de aliquo pretenso iure quorũdã Michaelis Raymũdi ⁊ Antonete Paradise, qui illum vendidisse pretenduntur eidẽ Colomerĩ: de quorum tamen iure probare oportuisset.l.cum res, cum suis simili.C.de proba.eo saltem quia non est probata possessio triginta annorum: que hoc casu requirebatur ad prescriptionem: cum tempore huius pretense venditionis ⁊ aliarum prefati Joannes ⁊ Alayseta essent minores viginti quinque annis, quinimo ⁊ duodecim. Pro quo allegasse sufficiat.l.fi.C.in quib.cau.non est neces.in int.resti. Ex quibus omnibus dico ⁊ concludo prefatos reos fuisse ⁊ esse condemnandos ad petita parte dicti Joannis. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

¶ Rubr.Commu.diuid. ¶ Epitome. ¶ Consiliũ.lxxĩj.

¶ Communibus bonis diuisis, iudicis, vel proborum, vel sortis est partem cuiq̃ suam assignare: non alicuius diuidentium eligere, etiam ratione minoris etatis. U. F.

1 ☞ Societatis diuisio qualiter fiat.
2 Electio in diuisione rei communis ad quem spectet.



1 Illud Est regulare, ⁊ de iure satis tritum: ꝙ in†re cõmuni nullus sociorum, vel eorum qui rem huiusmodi communem habent, potest de iure pretendere se habere vel habere debere in diuisione eiusdem rei electionem aut optionem: sed opus est ꝙ in ipsius rei diuisione fienda conueniant partes iudice precipiente ⁊ iubente.l.huiusmodi.§.fi.ff.de lega.j.notat Bal.in.l.iubemus, col.ĩj.versic.quero iste iudex, ⁊c.C.de sacrosanc.eccle.⁊ Petr.de Ubal.in suo tracta.socie.in.xj.parte, versicu. quero plures fratres, ⁊c. vel opus est ꝙ huiusmodi diuisio ⁊ partium assignatio seu electio cõmittatur iudicio sortis ⁊ fortune.l.ĩj.⁊ quod ibi doct.C.quan.⁊ qui.quar.pars debea.lib.x.⁊.l.sed cum ambo, cum simili.ff.de iudi. Et hoc est quod etiam voluit Bald.in.d.l.iubemus, versic.quero iste iudex, ⁊c.Bart.in.l.j.C.de ĩs qui se defe.lib.x.Petr.de Ubal.vbi supra, ⁊ Bal.in.l.pen.in princ.C.cõmu.diui. Et ꝙ in re communi
2 †ratione etatis aut maioritatis potioris non sit optio seu electio alteri ex habentibus rem communem de iure concedenda, tenuerũt (vt predixi) Bart.Bal.⁊ Pet.de Ubal. in locis preallegatis: ⁊ idẽ voluit Ang.cõs.mihi.cccxxxĩj. exordiente, Uiso dicto statuto cõmunis Aretĩj, ⁊c.Bart. in.d.l.ĩj.C.quando ⁊ qui.quar.pars, lib.x. Roma.consil. mihi.cccclxxj.versic.breuiter tamen veritas est, ⁊c.⁊ Ang. Aret.in.§.socius, Jnstitu.de socie.⁊ in.§.quedam, versic. quero de contingente apud mechanicos, insti.de acti. Ex quibus infero, ꝙ prouidus vir Petrus Bonetoni minus ciuiliter ⁊ iniuste pretendit ⁊ asserit, ꝙ pro partiendis ⁊ diuidendis certis bonis inter eum ⁊ honestam mulierem Margaretam Brutine existentibus communibus dicta Margareta debeat facere diuisionem seu partendam, ⁊ ipse eligere: sed debet electio huiusmodi, nisi partes aliter elegerint, cõmitti iudicio sortis vel fortune: vt verbi gratia per tilletos, vel alia huiusmodi, vt fieri solet, per iura ⁊ rationes superius allegatas. Pro quibus facit, quia si a iure data esset alteri partium electio, frustra diceret text. diuisionem iudicis officio expediri.§.si familie, cum seq. insti.de offi.iudi.l.antepenul.⁊.l.plane, cum simili.ff.fami. ercis. Et quia non puto hunc articulum habere dubitationem, ego vlterius non insisto.

¶ Rubr.De sacrosan.eccl. ¶ Epitome. ¶ Consi.lxxĩj.

¶ Consensu interueniente patroni, vnio facta de beneficio nulla est. U. F.

Bene

1 ☞ Beneficij patronum habentis vnio consensum patroni exigit.
2 Unio beneficiorum quedam capitis diminutio est.
3 Patronus beneficio vnito ius presentandi perdit: ⁊ de iure processionis.

1 IN †Unione beneficij patronati, hoc est patronum habentis, requiritur consensus patroni, arg. eius quod habetur in cle.j.§.ad hec, de sta.monac.⁊ quod notat gloss.in cle.j.si vna, super verbo rector, de reb.eccle.non alie.⁊ hoc in terminis post Ostien.in Summa, tit.de iis que fi.a prela.sine consen.c.§.j.versi.sed nec aliquid, ⁊c. tenuerunt Pau.de Leaza.in d.cle.j.si vna, super verbo defensor, ⁊ Cardi.flo.in.fi.prin.versic.xiiij.quero. Ad quod facit secundum eos.c.filiis.c.monasteriū, ⁊.c.seq.xvj.q.vij.c.ad hec, de offi.arch.c.tua, ⁊.
2 c.pastoralis, de iis que fi.a prela. Cū enim per†talem vnionem ecclesia vnita vel beneficium patiatur quasi quandam capitis diminutionem, vt notant Pau.⁊ Cardi.in.
3 d.cle.interest patroni eam defendere. Preterea † in beneficio vnito perdit patronus ius presentandi, ⁊ spem alimētorum: que ante vnionem huiusmodi facilius habuisset a presbytero presentato, q̄ habiturus sit post vnionem, ⁊ postq̄ fortasse beneficium trāsiuit ad incognitum. Et idem dicunt doct. de iure processionis. Quāuis enim prelatus ecclesie, cui facta est vnio, teneatur ad alimenta ⁊ processionem nomine ecclesie vnite: non tamen sic de facili exhibebit, prout exhiberet per patronum presentatus eidem presentanti. Quo fit vt vnio, que facta pretenditur per bone memorie reuerendum dominum Saucherium de Forcalquerio olim Uapincēsem episcopum, de quadā capellania dudū fundata per prouidū quōdam virū Jacobū Martini, tam de suis bonis, q̄ de bonis probi quōdā viri Joānis Joannis, nō valuerit nec valeat, vtpote facta non vocatis, sed cōtēptis ac spretis ⁊ inscijs patronis capellanie huiusmodi. Et ita male ⁊ indebite pretextu huiuscemodi vnionis fatigatur venerabilis vir do. Petrus Anglesii presbyter, eiusdē capellanie rector, ⁊ antiquꝰ possessor canonice institutus per dictuz quondā do. Uapincensem episcopum, ⁊ post dictam pretēsam vnionē. Et pro nullitate dicte pretense vnionis bene facit q̄ magis cōmuniter notant doct.scilicet Jnnoc. Ostien. ⁊ Joan. And.in c.ex insinuatione, de iure patro. Jo.And.in.c.licet, de offi.vica.in.vj. Fride.de Sen.in suo tract.permutat.q.xxx.et collector antiquaruz decisionum, post maiorem partē dominorum: et Panor.in sua disputat.exord. Augerio, ⁊c. de collatione beneficij patronatus facta sine consensu patroni: quam propter contemptū huiusmodi asserunt esse nullaz, per.c.decernimus.xvj.q.vij.⁊ per alia iura ⁊ rationes ad hoc allegatas. Si enim propter fauorem patroni collatio, que non nisi tēporale preiudiciuz affert patrono, nulla existat: multofortius nulla esse debet vnio beneficij patronati facta patrono nō vocato ⁊ inscio, auth. multomagis, cum suis simil. C.de sacrosan.eccle. Et ita consulo, ⁊ mihi subsignato videtur, salua rectiore sententia cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De penis. ¶ Epitome. ¶ Consiliuz.lxxiiij.

¶ Pene contra binubos introducte hodie penitus sublate sunt. Uasquinus Filiolus.

QUanuis Alerand.de Jmola in l.j.C.de secun.nupt.dicat Bald.⁊ Ang.eius germanum consuluisse in facti contingentia, q̄ si maritus instituit vxorem heredē, que postea infra annum transiuit ad secunda vota, ipsa debeat priuari hereditate, tanq̄ ingrata ⁊ offendēs animam defuncti: non autem quia durent pene legales: ego tamen nunq̄ reperire nec videre potui hec consilia. Et ideo vereor ne Alerand. in hoc sit incorrectus: eo maxime quia omnes pene introducte contra binubos ⁊ in odiū secundi matrimonij, que continentur in.l.j.⁊.ij.C.de secund.nupt. hodie sunt sublate, vt notat Jnnoc.in.c.fin.de secun.nup. post quem Ostiens.plenissime. Idem tenent cōmuniter legiste, prout scripsit egregius vir do. Antonius de Boma iuriū professor eximius: cui propterea pro nunc adhereo.

¶ Rub. De offic.diuers.iudic. ¶ Epito. ¶ Consi.lxxv.

¶ Officium iudicis est inter partes viam rixis precludere: ⁊ quid ideo inter eas de possessione cōtendentes agere debeat vel possit. U. F.

DEbet Ex suo officio iudex occurrere, ne partes veniāt ad arma, vel ad rixas.l.si cuius.§.deniq̄, alias s est.l.equissimum.ff.de vsufruct.notāt Jnno. Ostien.⁊ Joan.Andr.in nouellis, in.c.in presentia, circa princ.de probat.⁊ Specu. ⁊ Joan.Andr.tit.de petito.⁊ possess.§.j.versic.penul.⁊ tit. de libel.concept.§.nunc videndū, versic.vicesimo secundo quando duo, ⁊c.vbi etiam per Joan.And.Bald.⁊ Pau. de Castr.in.l.ordinarij.C.de rei vendicat.⁊ Cepol.in suis caute.versic.vbi duo contendūt de possessione, ⁊c. Et hinc est q̄ vbi duo contendunt se eandem rem possidere, ⁊ neuter eorum curat eius aduersarium vocare in iudicium, et fungi vice actoris, ne sit actor, sed quasi reus partes rei sustineat, ⁊ cōmodo possessionis gaudeat: potest iudex, si viderit vel cognouerit eos velle venire ad arma vel ad rixas ex suo officio citare partes ⁊ cogere vt quelibet eius petitionem offerat, vel probet de sua possessione: ⁊ postea poterit pronuntiare pro eo qui melius probauerit, etiam sine libello, quinimo (vt dicit Paul. de Castr. in.d.l.ordinarij) sine quacunq̄ petitione, vt notat Specul.in locis preallegatis, ⁊ Jnnoc.in.c.cum venissent, de instit. Cepol.vbi supra, Pau.de Cast.cōsi.mihi.v.exord. Causa que vertitur, ⁊c. Quo fit vt cum honorabilis vir magister Jacobus Baruncelli ex vna parte, ⁊ honesta mulier Catherina Morelle, Petrus Clerici eius filius, ⁊ Philippus Arnulphi gener ex alia, mutuo ⁊ adinuicem litigent ⁊ contendant de ⁊ super retinenda possessione rerum ⁊ bonorum in hac causa mentionatarum, quas idem Baruncelli dicit ⁊ pretendit se insolidum possidere, ⁊ in ea possessione turbari per ipsos Catherinā, Clerici, ⁊ Arnulphi: ipsi vero Catherina, Clerici, Arnulphi contrarium pretendant ⁊ affirment, se videlicet res ⁊ bona huiusmodi insolidum possidere, ⁊ in eorum pretensa possessione turbari per ipsum magistrum Barūcelli: debet egregius vir dominus iudex cause huius ex suo officio prouidere ne coram eo lite huiusmodi pendente indecisa veniāt partes ipse ad arma vel ad rixas. Et si ex probationibus iam factis appareat eundem magistrum Baruncelli habere potiorē probationem possessionis, debet ipse dictis eius aduersarijs inhibere ne pendente lite huiusmodi eundem inquietent vel molestent in dicta possessione. Si vero partes ipse nihil de pretensa possessione adhuc probauerint, debet hoc casu ipse dominus iudex ad fines fiende probationis, ⁊ prouidendi ne partes ad arma veniāt, eisdem assignare terminū infra quem probent de dicta eorum possessione: quod intelligo fiendum procedēdo non quidem ordinarie, sed summarie. Et si quam partium huiusmodi per hanc summariā probationem apparuerit habere meliorē probationē, debebit inhiberi alteri parti, ne pēdēte lite etiam super hoc possessorio turbet ipsam partem melius probantem, vt notant doct.in locis superius allegatis: plene prosequitur Pau. de Cast.in.d.consi.v. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

¶ Rub. De Repud.⁊ absti.her. ¶ Epit. ¶ Cons.lxxvi.

¶ Repudians mater filie hereditatem infra annum eā nihilominus adire potest: sicut ecōtrario filia repudians. Jnuentarium vero conficere consultius est. U. F.

1 Reseruatio legitime facit vt repudiata hereditas adita videatur.
2 Repudiatio materne hereditatis infra annum per repudiantem reuocari potest.
3 Jnuentarij conficiendi vtilitates ⁊ commoda.

CUm, Ut audio, honesta mulier Catherina vxor ⁊ persona cōiūcta honorabilis viri Jacobi Leonardi loci de Laneis, seu pro ea ⁊ eius nomine spectabilis vir dominus Stephanus Tartuli, iurium professor eximius, renuntiauerit bonis ⁊ hereditati defuncte Ysabellis, eiusdē quon-

dam Catherine filie naturalis ⁊ legitime, seu (vt aptius ⁊
pertinentius loquar) hereditatem eiusdem Ysabellis sibi
ex testamento delatam repudiauerit, salua ⁊ sibi retenta le-
gitima in ⁊ super bonis ipsius Ysabellis: dico ꝙ renuntia
tio seu repudiatio huiusmodi non valuit: sed fuit ⁊ est nul
la, vt voluit ⁊ tenet Bald. quem ibi sequitur Alexand. de
Jmola in. l. heres instituta. C. de impub. ⁊ aliis substit. di-
cens ita tenere modernos per notata per gl. ⁊ doc. in. l. ij. ff.
de acquir. hered. ad quod faciunt notata per eundẽ Alex.
de Jmo. in. l. quia poterat. ff. ad Trebel. Dico igitur ꝙ nõ
obstante dicta pretensa repudiatione facta, vt predixi, cum
reseruatione legitime, poterit eadem Catherina adire bo-
1 na ⁊ hereditatez dicte quondã Ysabellis. Quinimo † vide-
tur eandem hereditatẽ in reseruando legitimam adiuisse,
per ea que notat Paul. de Castro in. d. l. heres instituta,
Alex. de Jmo. in. l. j. ff. de acquir. here. Quid tamẽ iuris sit
si hereditas legatis exhausta sit, ita vt non videatur super-
esse legitima si legata ex integro solui debeãt, vide Paul.
de Cast. in. d. l. heres instituta, ⁊ remissiones quas posui su
per Sali. in. l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. testa. Pre-
terea fortasse hoc posset, etiã si nõ esset facta reseruatio: pro
quo illaz assigno rationẽ: quia cũ filius post repudiatã ma
2 ternã hereditatem † possit repudiationẽ huiusmodi infra
annum reuocare, ⁊ adire maternã hereditatẽ. l. filij mater
⁊ quod ibi Bar. ff. ad Tertyl. no. Bar. in. l. si quis suus. ff.
de iure delibe. Alexan. de Jmol. ⁊ docto. communiter in.
l. fi. C. de repudi. here. ita videtur mater post repudiatam
filij vel filie hereditatẽ posse infra annum repudiationem
hereditatis huiusmodi reuocare, ⁊ hereditatem quam re-
pudiauerat adire ⁊ acceptare, per multa similia allegata
per And. Sicu. vulgo Barbatiam, in. c. Raynutius, ver
sic. capio nunc secundã hesitationem vtrũ retenta cõmuni
opinione ꝙ filius possit detrahere duas quartas, ⁊c. de te
sta. Quod tamen pro nunc aliter firmare non audeo, nec su
per hoc articulo insisto: cum dicta in primo videantur ei-
3 dem Catherine sufficere. Cui † tamen consulo, ꝙ heredita
tem prefate Ysabellis eius quondam filie adeat ⁊ acceptet
cum beneficio inuentarij: ⁊ ꝙ illud infra tempus iuris le-
gitime conficiat: ne vltra vires hereditarias teneatur ad
onera hereditaria, aut legata ⁊ fideicommissa per dictam
quondam Ysabellam relicta: ⁊ ne etiam confundantur iu-
ra ⁊ actiones prefate Catherine, cõpetentes in bonis ⁊ he
reditate eiusdem Ysabellis. Que beneficia consequetur si
cum beneficio inuentarij ipsam hereditatem adeat, ⁊ in-
uentarium legitime conficiat. l. fi. C. de iure deliber.

¶ Rubr. De testib. ¶ Epitome. ¶ Consil. lxxvij.

¶ Cum testes actoris intentionem non satis probent: ipse frustra per eorum depositiones castri iurisdictionem, aut aliud ius conatur vendicare. V. F.

1 ☞ Testium depositiones an diuersis personis accõmo-
dari possint: ⁊ an etiam diuersis rebus.
2 Testes etiam super illa non interrogatos causam dicti
sui reddere oportet.
3 Testes in criminalibus per ipsum iudicem examinandi
sunt, non per notarium.
4 Relatio notarij non sufficit ad probationem commissio-
nis sibi facte de testibus examĩnandis.
5 Testis vnius vox, vox nullius.
6 Concessio parte absente facta an probet: ⁊ nu. 8.
7 Recognitio ꝙ res feudalis sit, eam feudalem non facit.
9 Confessio facta erronee non nocet: sicut nec informis pre-
bet titulum specialem: ⁊ quid si confitens contrarium pro-
bauerit: ⁊ an ⁊ quando ad illud probandum admittatur.
10 Testis iuramentum die feriato recipi non potest: deposi-
tio vero sic.
11 Periurium quando possit allegari.
12 Juramentum adeo personale est, vt filius quod pater iura
uit non seruans periurus propterea non sit.
13 Juramentum assertorium facilius rumpitur, ꝙ̃ promis-
sorium.

EPOSITIONES. Quas dudũ fecisse preten
duntur nobilis quõdam ⁊ generosus vir
Bonifacius de Sparono, tunc domi-
nus Solelbassij, ⁊ quidam alij, vt dicitur,
pro testibus nominati in quadam inquisi
tionali causa mota ⁊ tũc pẽdente indecisa in curia Caste-
lane, per ⁊ inter venerabilem virum dominum procurato-
rem fiscalem eiusdem curie ex vna parte, ⁊ nobilem quon-
dam virum Bertrãdum de Grassa, dominum Verrayso-
ni, non prosunt nec prodesse possunt nobili Joanni de
Grassa, domino moderno Verrayoni, ad probandum ⁊
ostendendum in causa inter eum ⁊ nobilem virum Boni-
facium de Sparono, modernum dominũ Solelbassij, ꝙ
prefatus quondam nobilis Bertrandus fuerit condomi-
nus castri, territorij, ⁊ district⁹ Solelbassij: vel ꝙ ipse nobi
lis Joannes fuerit aut sit in possessione seu quasi sua ani-
malia depascẽdi in territorio Solelbassij. Et primo qui-
dem non depositiones aliorum pretensorum testium a pre
fato quõdam nobili Bonifacio de Sparono. Cum quia
causa presens non agitur inter illas easdem personas,
inter quas agebatur dicta causa inquisitionalis: sed in-
1 ter personas † prorsus ⁊ omnino diuersas: ergo non pro-
bant. C. res inter alios actas, per totum, ⁊. l. ij. C. qui. res iud.
non no. ⁊. c. inter dilectos. §. nec attestationes, de fi. instru.
notant Jnnoc. Ostien. Joan. And. in nouel. ⁊ docto. com-
muniter in. c. causam, el. j. de testi. Bart. in. l. cum lite mor-
tua. ff. iudi. sol. Bald. Sali. Alexan. de Jmol. ⁊ docto. in. l.
ij. C. de edend. Cum ⁊ quia in dicta inquisitionali causa
agebatur de crimine seu delicto, quod pretendebatur per-
petratum ⁊ commissum per dictum quondam de Grassa,
⁊ ad fines ipsum puniendi de excessu. Hic autẽ agitur de
pretensa quasi possessione iuris immittendi ⁊ depascendi
animalia in dicto territorio Solelbassij, in qua se esse pre-
tendit ⁊ affirmat dictus nobilis Joãnes. Et sic cause sunt
omnino diuerse: quo casu depositiones testium facte in
hac causa non probant in alia, etiam inter easdem perso-
nas, vt notant Jnnoc. Ostien. ⁊ Joan. And. in nouel. in.
d. c. causam, de testi. Cum etiam non probant depositio-
nes predictorum testium: quia, vt est videre ex depositio-
2 nibus huiusmodi, ipsi nõ reddunt † causam aptam ⁊ con-
cludẽtem ad condominium de quo deponere nitebantur:
de qua tamen eos deponere oportebat ad probationẽ pre-
tensi condominij, etiam si de causa huiusmodi interroga-
ti non extitissent, per theoricam Jnnoc. communiter ap-
probatam a docto. in. c. cum causam, de testi. ⁊ in. l. solam.
C. eo. tit. Preterea cum dicta causa inquisitionalis esset
criminalis, debebant testes, si qui in ea producti extiterint
examinari per iudicem, auth. apud eloquentissimum. C. de
fi. instru. quod tamen in examinatione dictorum preten-
sorum testium factum non reperitur: sed per quendam as-
sertum notarium ⁊ scribam cause illius: de cuius tamen
commissione ⁊ facultate examinandi testes huiusmodi
4 non apparet, nisi † per eius relationem: que non sufficit ad
probationem huiusmodi commissionis, vt voluit Ostien.
quem ibi sequitur Joan. And. ⁊ docto. communiter in. c.
quoniam falsam, de probat. Bald. in. l. iurisiurandi. C. de
testib. ⁊ in. l. ad egregias. ff. de iureiuran. ⁊ plenius in. l. iu-
dices. C. de fi. instr. vbi etiam respondet rationibus Bart.
aliter dicentis in. l. ex sententia. ff. de testam. tute. Et hanc
partem dicit Alexand. de Jmola in. l. sciendum, in fi. esse
substentabilem: quia magna est authoritas Bal. cum qua
canon. communiter transeunt. Etiam nec probatur quod
predixi per depositionem dicti quondã nobilis Bonifacij
de Sparono. Cuius illam reddo rationem: quia si dice-
remus per dictam eius depositionẽ hoc probari: aut istud
fieret per huiusmodi depositionem tanꝙ̃ per depositionez
testis, aut tanꝙ̃ per cofessionem partis. Et quia non va-
lentibus pretensis depositionibus aliorũ, depositio huius
5 nobilis Bonifacij † esset vox vnius, ⁊ sic nullius. l. iuris-
iurandi. C. de testib. ⁊. c. tam literis, eod. tit. Non etiã tanꝙ̃
6 per confessionem partis: † quia illa, vtpote facta absente
dicto quondam nobili Bertrando, eidem in preiudicium
eiusdem Bonifacij prodesse non valuit. l. certum. §. si quis
absente, ⁊ quod ibi doct. ff. de confes. Preterea illud cer-
tum est ꝙ per depositionem dicti quondam nobilis Bo-
nifacij, etiam si habuisset vim confessionis, non fuit ipse
quondam Bertrandus de Grassa factus condominus ca
stri de Solelbassio. l. assumptio. ff. ad municip. ⁊ colligi-
tur ex notatis per Cyn. Bart. Bald. ⁊ doct. in. l. cum fal-
sa. C. de iur. ⁊ fac. ignor. Ad quod facit ꝙ post Zenzel. vo-
7 luit Joan. de Jmo. in cle. romani, de iureiur. vbi † notatur
ꝙ per confessionem seu recognitionem, qua quis recogno
scit rem tenere in feudum, non efficitur res feudalis: pro
quo allegabat Zenzel. l. in traditionibus. C. de pact. Ipse
autem Jo. de Jmo. allegat. d. l. cum falsa, ⁊ quod ibi Cyn.

⁊ Bart.

⁊ Bart. Etiam Pet. Jaco. in sua practica in .j. libel. versi.
decimo ponit, ⁊c. dicit ꝙ per confessionem, qua quis con-
fitetur aliquem esse dominum certi fundi, non efficitur ille
8 dominus fundi huius. Et esto † ꝙ talis confessio alias ha
bens requisita ad eius validitatem confitenti preiudicet,
eo quia statur illi donec probetur contrarium. l. Publia.
§. fin. ff. depo. quod etiam voluerunt Cyn. Barto. Zenzel.
⁊ Joan. de Imo. vbi supra, hoc tamen non nocet nec noce-
bit cum effectu dicto nobili Bonifacio, domino moderno
loci predicti de Solelhassio: cum vt audio probaturus sit
dictum castrum de Solelhassio spectasse ⁊ pertinuisse in-
solidum tam dicto quondam nobili Bonifacio eius pre-
decessori, q̄ eiusdem Bonifacij predecessoribus ⁊ etiam
successoribus. Per quod apparebit de cõtrario dicte pre-
tense confessionis, si confessio dici posset. Et sic non noce-
9 bit, siue † erronee facta extiterit. l. iiij. §. subtilius. ff. de cõ-
dic. ob cau. siue ex certa sciẽtia. Quia cum huiusmodi pre-
tensa confessio fuerit informis, nullũ prebuit super domi-
nio titulum specialem, vt notant Bal. ⁊ Pau. de Cast. in
d. l. cum falsa, ⁊ idem voluit ibi Alexand. de Imo. in addi.
Bald. dicens ꝙ idem videtur ibi voluisse Fulg. Et ideo di
cunt prefati doct. ꝙ confitens admittitur ad probandum
contrarium, quo probato non nocet confessio. Nec oppo-
nat mihi aliquis, ꝙ cum huiusmodi depositio, quam for-
te pretendit eius aduersarius habere vim confessionis, fa
cta extiterit in iudicio, ⁊ ex certa scientia: non debet ipse
confitens, vel eius heres admitti ad probandũ cõtrarium
d. l. certum. §. sed ⁊ si fundum. ff. de confes. ⁊ voluit Bald. ⁊
Paul. de Cast. in. d. l. cum falsa: vbi etiam Paul. dicit in
fi. ꝙ talis confessio facta scienter vel per ignorantiã iuris
habet vim depositionis, ⁊ facit cõfitentem haberi pro cõ-
demnato. l. j. C. de confes. Quoniã respondeo ꝙ huiusmo-
di pretensa confessio, si cõfessio dici possit, non censetur fa-
10 cta in iudicio: quia licet † iuramentum testis sit actus iudi-
cialis, ⁊ propterea fieri non debeat die feriato in honorem
Dei. c. j. ⁊ ꝙ ibi Joan. And. in nouel. de fer. actus tamen
depositionis, seu examinationis non est actus iudicialis,
vt notat Spec. tit. de fer. §. sequitur, versic. quid si testis, et
Panor. in. d. c. j. vers. ⁊ ex hoc dicit Joan. An. ⁊ ideo fieri
potest die feriato etiam ob Dei reuerentiã, vbi supra glo.
in cle. j. de offi. deleg. Joan. And. ⁊ Panor. in. d. c. j. de fer.
Et sic non obstat. l. predicta certum. §. sed et si fundum.
Etiam non obstat si dicatur, ꝙ cum prefatus quondã no-
bilis Bonifacius iuratus deposuerit, ⁊ dixerit, ⁊ sic fortas
se vt videtur parti aduerse confessus fuerit cum iuramen-
to, dictum quõdam nobilem Bertrandum de Grassa esse
condominũ, ⁊c. non possit idem nobilis Bonifacius mo-
dernus do. castri de Solelhassio venire contra. Quia pre-
supposito ꝙ contrauenire non posset: si tamẽ semel admis-
sus extiterit ⁊ probauerit contrarium dicte pretense con-
11 fessionis, huiusmodi probatio eum releuabit: quia † etiam
ille qui iurauit contenta in instrumento esse vera, postquã
periurium detectum est, potest allegare periurium, per id
quod legitur ⁊ notatur in. l. alias. ff. de iureiuran. notat
Alexand. de Imo. in. l. Seius ⁊ Augerius. ff. ad leg. Fal.
pro quo dicit facere notata per Innoc. in. c. cum dilecta, de
rescript. in. c. fraternitatis, de frig. ⁊ malef. ⁊ in. c. cũ Ber-
tholdus, de re iud. Preterea idẽ nobilis Bonifacius, do.
modernus, non est ille Bonifacius, qui cum iuramento
pretẽditur deposuisse in fauorem dicti quondã de Grassa:
⁊ sic sine metu periurij potest contrauenire, ⁊ docere de cõ-
trario. Quia, vt dicit Innoc. ⁊ post eum ⁊ plenius Ostien.
⁊ Joan. And. in nouel. Panor. ⁊ doct. in. c. veritatis, de
iureiuran. ⁊ doct. in authen. sacramenta puberum. C. si ad-
12 uer. vend. iuramentum † ex parte iurantis est personale: ita
ꝙ licet filius vel heres iurantis contra iuramentũ veniat:
non tamen incurrit periurium, etiã si iurans iurasset pro
se ⁊ heredibus suis, arg. c. penult. de iureiur. ⁊. c. iam itaqȝ. j.
q. iiij. ⁊ ita notant Ostien. Joan. And. ⁊ Panor. in. d. c. ve-
ritatis, ⁊ legi. in. d. authen. sacramenta puberum. Facilius
13 etiam † permittitur alicui venire cõtra iuramentum asser-
toriuz, quod est de preterito, vel presenti: q̄ cõtra iuramen
tum promissoriũ, quod est de futuro, vt colligitur ex ijs que
notat Cyn. in. l. j. in fi. C. de sacrosanct. eccl. Hinc dicit Jo.
de Imo. in repet. c. cum contingat, in. ix. mẽbro, de iureiur.
in ea parte in qua disputat de validitate vel inualiditate
donationis inter viuos inter coniuges, ꝙ iuramentũ asser
torium non est tam fauorabile, q̄ promissoriũ. Quod quare
contingat declarat Franc. de Aret. consilio. lxxiiij. exord.
Diligenter ⁊ mature ponderatis, ⁊c.

Rub. De instit. ⁊ substi. Epitome. Cons. lxxviij.

Qui filium instituit consultius facit si post eum vocet
etiam ex eo nepotes: ne illo forte ante ipsum testatorem
mortuo, isti rumpant testamentum. V. F.

1 Verba an ⁊ quando sequenda.
2 Substitutionum ratio qualis in. l. Gallus. ff. de liberis ⁊ posthumis.
3 Substitutio vulgaris an ⁊ quando ob verbum tractum temporis importans aditione non expiret.
4 Verbum, instituo, est directum.
5 Verbum directum obliquatur in substitutione compendiosa certis casibus: ⁊ qui sint illi.
6 Succeditur per fideicommissum testatori, non heredi grauato.
7 Donatio iurata per patrẽ filio facta valet ob iuramentũ.
8 Legitima quinqȝ filiorum quanta.
9 Grauatus quis legitimam ⁊ trebellia. detrahat: ⁊ qualia sint hec.



Asus Ponitur talis. Dudũ fuit contractum matrimoniũ per verba de futuro per ⁊ inter nobilem Antonium Rostagni, alias Symayson, ex vna parte, ⁊ nobilem Antoniã de Mornassio, filiam nobilis Guilielmi de Mornassio Charpey ex alia. Cuius cõtractus tẽporis nobilis Pontius Castagni, dicti Antonij pater, eidem Antonio tunc presenti, stipulanti solẽniter ⁊ recipienti donauit donatione pura ⁊ simplici, que fit ⁊ fieri dicitur inter viuos medietatem omnium vniuersorum ⁊ singulorũ bonorum ⁊ iurium suorum eiusdẽ Pontij mobiliũ ⁊ immobilium, presentium ⁊ futurorum quorumcunqȝ: saluis ⁊ sibi reseruatis vsufructu ⁊ administratione medietatis bonorum huiusmodi. Et nihilominus ijs saluis dedit ⁊ concessit eidem Antonio potestatem apprehendẽdi possessionẽ realem eiusdem medietatis. Et donec eandẽ apprehendisset, constituit se predictã hereditatẽ precario nomine eiusdem Antonij tenere ⁊ possidere. Deinde vero fuit inter prefatos Antonium ⁊ Antoniam contractum matrimonium per verba de presenti. Successu temporis prefatus nobilis Pontius vnicum habens filium, videlicet prefatum nobilem Antoniũ, fecit ⁊ condidit eius vltimũ ⁊ nuncupatiuum testamentum: in quo heredẽ vniuersalem fecit ⁊ instituit eundem nobilẽ Antonium, ⁊ post ipsum eius liberos masculos ⁊ de legitimo matrimonio procreatos, ⁊ liberos liberorum suorũ masculos recta linea descendẽtes vsqȝ in infinitũ: ipsos liberos masculos ad inuicem substituendo Si vero dictum nobilẽ Antonium, ⁊ post ipsum eius liberos masculos legitime procreatos ⁊ liberos liberorũ suorum masculos recta linea descendẽtes omnes in pupillari etate, seu alias quãdocũqȝ sine alijs liberis masculis legitimis, decedere contingeret: eisdem sic decedentibus substituit ⁊ substitutos esse voluit filias eiusdem Antonij, et post ipsas earum liberos masculos legitimos ⁊ de legitimo matrimonio procreatos, ⁊ liberos liberorum suorum masculos recta linea descendẽtes vsqȝ in infinitum. Qui Pontius permanens in voluntate huiusmodi vita functus est ⁊ decessit, superstite eodẽ Antonio eius filio ⁊ herede: qui se bonis immiscuit. Deinde prefati nobiles Antonius ⁊ Antonia coniuges, attendẽtes q̄ plurima ⁊ innumerabilia seruitia, amores, honores, largitates, ⁊ curialitates retroactis temporibus eisdem impẽsos, ⁊ quos sperabant fieri per nobilem Claudium eorum filium, et etiam contemplatione matrimonij contrahẽdi per ⁊ inter eũdem Claudium ex vna, ⁊ nobilem Helionoram filiã nobilis Antonij Cornilhani, donauerunt donatione pura ⁊ simplici, que fit ⁊ fieri dicitur inter viuos, eidẽ Claudio presenti ⁊ stipulanti, ⁊c. omnia, vniuersa, ⁊ singula bona sua mobilia ⁊ immobilia, presentia ⁊ futura: reseruato eisdẽ donatoribus, ꝙ ipsi essent ⁊ esse deberẽt domini vsufructuarij et legitimi administratores q̄diu ambo aut vnus eorum vitaȝ ducerẽt in humanis: ⁊ cum quibusdã alijs reseruatiõibus inibi mẽtionatis. Et inter cetera, ꝙ ipsi possent cõstituere totã dotẽ de bonis huiusmodi pro ⁊ nomine nobilis Marie eorum filie, aut ꝙ pro ea tantã constituere teneatur idem Claudius, quãtam prefatus Antonius constituerat pro nobili Antonia eorundem coniugum filia. Item etiam reseruarunt ꝙ ipsi de bonis predictis do-

nare possent, et ex tunc donauerunt donatione pura nobili Francisco eorum alteri filio, licet tunc absenti, et notario publico pro eo stipulanti et recipienti, et hoc pro omni iure, actione, et portione hereditaria debita et debenda eidem Francisco, summam videlicet tricentorum scutorum auri, incluso tamen in his tricentis scutis quodam legato eidem Francisco facto per quondam nobilem Joannem de Mornasio. Preterea etiam retinuerunt prefati donatores, quod eo casu quo ipse Franciscus sine liberis masculis decedat, dicta tricenta scuta pleno iure pertinerent dicto Claudio Symeyson et suis. Et viceuersa etiam voluerunt, quod eo casu quo prefatus Claudius sine liberis masculis a seipso et de legitimo matrimonio procreatis decederet, dicta eorum bona per eosdem donata pleno iure pertinerent et spectarent ac pertinere et spectare deberent dicto nobili Francisco et suis sine contradictione. Insuper etiam retinuerunt prefati coniuges, quod donare possent, et ex tunc donauerunt nobili Petro eorum alteri filio, licet absenti, centum florenos monete, ac victum et vestitum donec et quousque beneficiatus existeret vsque ad valorem quinquaginta florenorum annualium. Dederunt autem prefati donatores dicto Claudio filio authoritatem adipiscendi possessionem realem, etc. predictorum bonorum, et donec eam adeptus extitisset, constituerunt se bona huiusmodi precario nomine eiusdem Claudij tenere et possidere, et iurauerunt in forma, cum hypotheca et obligatione bonorum suorum, etc. Postea autem ipse nobilis Antonius vita functus est superstitibus prefatis nobilibus Claudio, Francisco, domino Petro, Antonia, et Maria, eius filijs et filiabus. Ex casu predicto eliciuntur dubia sequentia. Primum est, an prefati Claudius, Franciscus et do. Petrus, filij dicti quondam Antonij, censeantur extitisse per dictum quondam Pontium eorum auum paternum substituti. Secundum, an videantur inuitati, vt simul eidem Pontio succederent vna cum prefato Antonio eorum patre, vel ordine successiuo. Tertium, an presupposito quod vocati extiterint ordine successiuo, solum vocati censeantur in casum vulgaris substitutionis, hoc est eo casu quo idem Antonius vel non potuisset, vel noluisset esse heres dicti Pontij testatoris: an vero vocati et inuitati censeri debeant etiam per fideicommissum, hoc est etiam eo casu quo prefatus Antonius heres extitisset eiusdem Pontij testatoris. Quartum, presupposito quod prefati Claudius, Franciscus, et do. Petrus censerentur etiam per fideicommissum substituti, que bona veniant in substitutione huiusmodi, et de quibus potuit prefatus Antonius disponere inter viuos, vel in vltima voluntate, si illam condidisset. ¶ Christi nomine inuocato. Viso casu de quo supra, et dubijs ex eodem elicitis: dico et respondeo ad dubia huiusmodi prout ecce. Et primo ad primum et secundum, que non videntur mihi habere difficultatem, quod prefati Claudius, Franciscus, et do. Petrus fuerunt per dictum quondam nobilem Pontium inuitati. Hoc enim satis clare important verba eius testamenti superius relata: per que heredem suum vniuersalem dictum Antonium instituit, et post ipsum eius liberos masculos legitimos. Per dictam etiam dictionem post, clare apparet eosdem fuisse inuitatos, non quidem simul et vna cum Antonio patre, sed post

1 eum: et sic ordine successiuo. A quibus† verbis, cum clara sint, nec de contraria testatoris mente appareat, non est recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis, et l. non aliter, cum suis simili. ff. de lega. iij. ¶ Venio ad tertium dubium: in quo vnum presupponitur, et de alio queritur. Presupponitur enim prefatos nobiles Claudium Franciscum, et dominum Petrum, siue nati existerent tempore mortis vel testamenti prefati quondam nobilis Pontij, vel postea, fuisse inuitatos in casum vulgaris substitutionis, hoc est eo casu quo prefatus Antonius heres esse non posset, vel heres esse nollet eiusdem testatoris. Isto enim casu sine dubio potuissent in vim vulgaris substitutionis dicto testatori succedere prefati nobiles Claudius, Franciscus, et do. Petrus. l. Gallus. §. quidam recte, et quod ibi glo. et doct. magis communiter. ff. de libe. et posth. Queritur autem an ipsi Claudius, Franciscus, et dominus Petrus fuerint etiam inuitati per fideicommissum: hoc est, an etiam dato quod dictus Antonius eorum pater heres Pontij extiterit, potuerint et possint petere hereditatem in vim fideicommissi post mortem eiusdem Antonij. Super quo dico quod

2 nisi† in institutione de qua supra apposita extitisset dictio post, illi censerentur solum inuitati in vim vulgaris substitutionis: non autem per fideicommissum, vt colligitur ex ijs que habentur in d. l. Gallus. §. quidam recte, iuncta gl. in verbo exprimat, versic. vel sic filium et nepotem ex eo instituo, etc. et ita est de mente Bart. et doct. ibi, dum dicunt quod constitutio huiusmodi facta intelligitur quoad personam nepotis in casu qui colligitur ex verbis Galli Aquilij: et sic in casu in quo filius heres non esset: et hoc ibi multum clare vult Paul. de Cast. dicens quod glos. et Bartol. ibi sentiunt id quod dixi, scilicet quod nepos duntaxat intelligitur substitutus vulgariter, non per fideicommissum, per illum text. cum gl. et ideo secundum eum talis substitutio expirat quam primum filius est heres. l. post aditam, et l. precibus. C. de impuber. et alijs substit. et hoc dicit ipse Pau. procedere in filio et nepote, seu descendentibus ex eo, vt in casu nostro, qui erant instituendi: ne aliquo casu contingere posset rumpi testamentum dicti quondam Pontij: quod contingere poterat si eo viuo mortuus fuisset prefatus Antonius. Nam eo casu, si prefati Claudius, Franciscus, et dominus Petrus se preteritos reperissent, rupissent testamentum dicti Pontij eorum aui. d. l. Gallus, et l. posthumorum. ff. de iniust. rup. et irri. test. Idem voluit Alexand. de Imo. cons. xxiiij. exord. Attentis ijs que in themate, etc. vbi etiam refert quod

3 idem voluit Cuma. in d. §. quidam recte. Sed quia† hic posita fuit dictio, post, denotans tractum temporis, existimo quod prefati Claudius, Franciscus, et do. Petrus non solum fuerint inuitati in vim vulgaris substitutionis: sed etiam per fideicommissum: et quod propterea huiuscemodi substitutio non expirauerit: licet prefatus Antonius heres extiterit: et hoc fuit de mente Alexan. in d. consil. versic. et si diceretur dato quod filij, etc. Censetur enim prefatus quondam Antonius primo inuitatus, et eidem substituti prefati Claudius, Franciscus, et do. Petrus. Sed forte opponetur, quod hoc stare non possit: cum tam prefatus quondam Anto-

4 nius, quam dicti eius filij inuitati extiterint per† verbum, instituo, quod est verbum directum: quia talis modus significandi sibi datus est a iure, vt in tit. de hered. instit. C. et ff. secundum Bal. in l. fin. in fi. C. de sacr. eccl. Joan. de Imo. in l. j. in princ. ff. de vulga. et pupil. et Lanfran. in repet. c. si pater, versic. quarto est verbum, instituo, de testam. in vj. Quod si ita est, videtur quod postquam prefatus Antonius heres extitit, et factus pubes ab humanis decessit: non possit aliqua substitutio ibi locum vendicare in personam dictorum suorum liberorum. Et quidem non vulgaris: quia illa expirauit per aditionem seu immixtionem hereditatis. d. l. post aditam. C. de impub. et alijs substit. Non etiam pupillaris: quia illa expirauit per aduentum pubertatis. l. in pupillari. ff. de vulg. et pupil. Non etiam fideicommissaria: quia hec non est facta per verbum obliquum: sed (vt predixi) per

5 verbum directum, quod† non videtur posse obliquari. Sed hoc non obstat: pro quo allego in simili quod voluerunt aliqui doct. relati per Cyn. in d. l. precibus. C. de impube. et alijs substit. Joan. And. in d. c. si pater, in nouel. Cardi. Floren. in c. Raynutius, de testamen. vbi volunt quod licet substitutio compendiosa facta a pagano per verba directa, valeat infra pupillarem etatem iure pupillaris: non tamen postea expirat: sed trahitur ad fideicommissum: et sic verbum directum trahitur ad obliquum. Et hanc opinionem dicit Anton. de Butr. in d. c. Raynutius, seruari Florentie, et quod eam hodie communiter tenent canon. et sequitur Bald. in l. ex tribus. C. de inoffic. testa. et in l. et sine. C. ad Trebel. Et pro hac opinione adducuntur multe rationes in d. l. Centurio, et l. precibus. Super quibus non insisto. Preterea vbi substitutio facta per verba directa valere non potest a principio iure directo, ratione fortasse defectus persone testatoris, vel illius cui facta fuit substitutio: tunc semper ad fideicommissum trahitur, vt voluit gl. Dyn. Bar. Bal. Ang. Jo. de Imo. et Paul. de Cast. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. et pupil. Non igitur mirum si in casu nostro dixerim dictum verbum, instituo, trahi ad verbum obliquum: quia ex quo prefatus quondam Pontius testator fecit substitutionem eidem Antonio vsque in tempus mortis, et sic etiam post pupillarem etatem, imo et cum iam esset pubes: debemus attendere sensum plusquam verba. l. iij. C. de liberis pret. l. iij. §. conditio. ff. de adimen. legatis. Nec debet attendi verborum subtilitas. l. quoniam indignum. C. de testament. l. ij. in princip. C. communia de legat. facit. c. intelligentia, de verbor. significatio. c. Marchion et Basilides. j. q. j. Concludo igitur prefatos Claudium, Franciscum, et do. Petrum censeri inuitatos in vim fideicommissi. ¶ Ad quartum dico et respondeo imprimis, quod bona per

eundem

eundem Antonium aliunde acquisita, q̃ ex successione di
cti Pontij eius patris, non veniunt in hac substitutione:
6 quia † per fideicommissum succeditur testatori, non here-
di grauato. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. Di-
co etiā ꝙ in hac substitutione non venit illa dimidia pars,
quam prefatus quondam Pontius donauit eidem An-
tonio suo filio, etiam si ab initio donatio non valuisset:
postq̃ non apparet ꝙ per eum reuocata extiterit. l. sequēs
questio. ff. de legat. ij. Et multo minus venit dicta dimidia
7 pars si ab † initio valuerit donatio: vt quia fortasse fuit
iurata: que secundum Bal. facta filiofamilias per eius pa-
trem valet ratione iuramenti, vt notat Bald. ipse in. l. fin.
C. de vsucap. pro donat. quem sequitur Alexan. de Imol.
in. l. si donatione. C. de collat. Solum igitur venit alia di-
midia pars, quam idem quondam Pontius sibi reserua-
uerat: de qua tamen poterat prefatus Antonius detrahe
re quartam partem per senatusconsultuȝ trebellianum. Et
de his bonis, scilicet de bonis per eundē Antoniū aliun-
de acquisitis, q̃ ex paterna successione, ⁊ de dimidia parte
sibi donata, ⁊ de quarta parte alterius medietatis, potuit
ipse quōdam Antonius disponere inter viuos, vel in vlti
8 ma voluntate: salua tamen † legitima suorum liberorum:
que erat dimidia pars omnium bonorum suorum, cum es-
sent quinque liberi, scilicet tres filij ⁊ due filie, auth. nouis
sima. C. de inoffi. testa. Et sic legitima cuiuslibet erat deci-
ma pars bonorum dicti quondam Antonij. Residuum
vero dimidie partis, quam non donauerat dictus quon-
dam Pontius, quod super est deducta quarta parte, di-
uidi debet inter ipsos Claudiū, Frācīscum, ⁊ do. Petrū
equis portionibus. Puto tamen ꝙ si idem Claudius si-
ne liberis masculis ab humanis decederet, prefatus nobi-
lis Franciscus petere posset bona eidem Claudio donata
per dictum quondam Antonium patrem, in vim pacti de
quo supra. l. quoties. C. de donatio. que sub mo. ¶ Pre-
terea ponitur in facto, ꝙ dudum fuit in humanis nobi-
lis Guilielmus de Mornassio, pater naturalis ⁊ legi-
timus prefate nobilis Antonie, ⁊ auus maternus prefa-
torum Claudij, Frācisci, domini Petri, Antonie, ⁊ Ma
rie: qui pridem fecit ⁊ condidit eius vltimum ⁊ nuncupa-
tium testamentum. In quo inter cetera prefate Antonie
eius filie iure institutionis legauit ⁊ reliquit certam pecu
nie quantitatem, in ⁊ pro qua ⁊ dote per eum constituta,
voluit eandem Antoniam esse contentam. Et eius here-
dem vniuersalem fecit ⁊ instituit nobilem Joannem de
Mornassio eius filium naturalem ⁊ legitimum, ⁊ post
ipsum eius liberos legitimos ⁊ de legitimo matrimonio
procreatos, ⁊ liberos liberorum suorum per rectam lineā
descēdentes, vsque in infinitum. Si vero idem Joannes,
⁊ post ipsum eius liberi legitimi, ⁊ liberi liberorum suo-
rum vsque in infinitum, quandocunque sine libero seu libe
ris legitimis ⁊ de legitimo matrimonio procreatis dece-
derent, eidem seu eisdem sic decedenti seu decedentibus
substituit prefatam Antoniam eius filiam, ⁊ post ipsam
eius liberos legitimos ⁊ de legitimo matrimonio, ⁊c. ⁊ li-
beros liberorum suorum per rectam lineam descenden-
tes, vsq; in infinitū. Sunt ⁊ alie substitutiōes in testamē-
to predicto: que quia proposito non seruiunt, eas vlterius
non prosequor. Mortuo vero dicto nobili Guilielmo de
Mornassio, prefatus Joannes eius filius bonis ⁊ heredi
tati eiusdem se immiscuit: qui deinde condidit eius vlti-
mi ⁊ nuncupatium testamentum. In quo prefatis nobili-
bus Francisco, domino Petro, Antonie, ⁊ Marie eius
nepotibus ⁊ neptibus ex prefata Antonia ⁊ cuilibet eo-
rundem legauit ⁊ iure institutionis reliquit certas pecu-
niarum quantitates seu summas: quibus eos voluit esse
contentos, ⁊ nihil aliud posse petere in eius bonis iure
aliquo vel aliqua ratione. Heredem vero vniuersalem in-
stituit dictam nobilem Antoniam eius sororem, ⁊ post
ipsam prefatum nobilem Claudium Symaysoni ipsius
testatoris nepotem ex dicta Antonia. Deinde perma-
nens in voluntate huiusmodi vita functus est nullis re-
lictis liberis: superstitibus tamen prefatis nobilibus
Antonia eius sorore ⁊ herede vniuersali, Claudio, Fran-
cisco, domi. Petor, ⁊ Maria, nepotibus. Quo mortuo
prefata Antonia eius hereditatem adiuit, ⁊ pro eius he-
rede se gessit ⁊ gerit. Hic queritur quantum prefati Fran
ciscus, dominus Petrus, ⁊ alij habere debeant de bonis
quondam Guilielmi post mortem prefate Antonie eo-
rum matris. ¶ Respondeo imprimis ꝙ substitutio facta
prefato Joanni sibi locum vendicauit in personam An-
9 tonie eiusdē Joannis sororis. Potuit † tamē idem Joan
nes de fideicommisso sorori relicto detrahere duas quar-
tas, scilicet quartam debitā iure nature, ⁊ trebellianicam,
per id quod notant glo. Bar. ⁊ docto. in. l. Papinianus. §.
meminisse. ff. de inoffi. testa. glo. in. l. q̃q̃. C. ad le. fal. Bal.
in. l. iubemus. C. ad trebel. ⁊ hec est communis opinio, que
hodie communiter obseruatur: pro qua sunt boni text. de
iure canonico in. c. Raynutius, ⁊ in. c. Raynaldus, de te-
sta. legitima autem huius nobilis Joannis ascendebat nō
quidem ad trientem, seu quatuor vncias bonorum dicti
quondam nobilis Guilielmi: sed ad duas vncias: ⁊ sic ad
dimidiam partem trientis, pro eo quia dictus Guiliel-
mus mortuus est superstitibus duobus liberis, Joanne ⁊
Antonia: quorum legitima fuit triēs, auth. nouissima. C.
de inoffi. testa. ⁊ in corpore vnde sumitur. Quarta vero tre
bellianica fuit quarta pars residui: ⁊ sic due vncie, que sunt
quarta pars octo vnciarum. Potuit igitur dictus Joan-
nes testari de quatuor vncijs bonorū dicti quondā Guil-
lielmi, ⁊ in illis instituere prefatam Antoniam eius soro-
rem, ⁊ eidem Antonie substituere Claudium ipsius Joan
nis nepotem. In alijs octo vncijs prefata Antonia habet
duas vncias: nisi quatenus contenta dote minore renun-
tiasset bonis paternis cum iuramēto. Sex vero vncie de-
bebantur eidem Antonie ex capite substitutionis facte
per dictum quondam Guilielmum eius patrem: q̃uis il-
las capere potuerit in vim testamenti prefati quondam
Joannis, qui eam heredem instituit: et illas in vim testa-
menti eiusdem Joannis cepisse presumitur in dubio: pro
quo allegasse sufficiat Roma. consil. ccxlvij. exordiente,
Primo dici potest, ⁊c. vbi hoc dicit in terminis, ⁊ allegat
multas bonas rationes. Cum autem continget prefatam
Antoniam ab humanis decedere, poterunt ⁊ debebunt
iste sex vncie restitui eius liberis tunc viuentibus, cuilibet
videlicet pro sua quota: vt si tunc supersint dicti Clau-
dius, Franciscus, do. Petrus, Antonia ⁊ Maria, quili-
bet habebit vnam vnciam ⁊ quintam partem alterius vn
cie. Et quia ipsa Antonia donauit bona sua prefato Clau
dio eius filio, alij petent dictas eorum quotas a prefato
Claudio, si tunc viuat, vel ab eius filia: aut alijs suis here
dibus, si alios habeat qui bona possideant. Alie vero qua
tuor vncie de quibus potuit disponere prefatus quondam
Joannes ⁊ due vncie que pro legitima predicte Antonie
eidem pertinuerūt ⁊ pertinent, remanebūt penes dictum
Claudium, vel eius heredem, propter donationem supe-
rius mentionatam: ⁊ quia etiam prefatus Claudius fuit
eidem Antonie per dictum Joannem substitutus. Est ta-
men verum ꝙ de illis quatuor vncijs poterit ex persona
matris detrahi quarta trebellianica: in qua, ⁊ in dictis
duabus vncijs, liberi eiusdem Antonie, ⁊ in alijs bonis, si
que habeat, habebunt legitimam, tanq̃ in bonis mater-
nis: non obstante donatione per eam facta Claudio. l. j. C.
de inoffi. dona. l. omnimodo, ⁊. l. quoniam in prioribus, cū
suis simili. C. de inoffi. testa. Est verum ꝙ post scripturam
precedentium iurium allegatorum mihi extitit exhibita
copia instrumenti matrimonij seu sponsalium olim con-
tractorum per ⁊ inter prefatos nobiles Antonium Sy-
maysoni ⁊ Antoniam, ac donationis eidem Antonio fa
cte per dictum quondam nobilem Pontiū, cum pacto in
ea subiuncto: quo actū reperitur, ꝙ si cotingeret ex matri-
monio huiusmodi liberos masculos procreari, primus vel
secundus ex ipsis liberis masculis, qui magis habilis ⁊
magis sufficiēs esset, in medietate predicte medietatis ei-
dem Antonio per dictum Pōtium donate cum suis one
re ⁊ honore succederet ⁊ succedere deberet post mortem
eiusdem Antonij, ⁊ ad ipsius Antonij ordinationem. Et
ꝙ alij liberi masculi succederēt in alia medietate eiusdem
medietatis, ⁊ ita ⁊ taliter ꝙ ipsi in huiusmodi medietate
predicte medietatis filias, si que essent ex dicto matrimo-
nio, maritare ⁊ matrimonio aut in aliqua religione collo-
care tenerentur. Ex cuius pacti verbis, que clara sunt, sa-
tis apparet ꝙ presupposito ꝙ per donationem de qua su-
pra, factam per dictum nobilem Antoniū Claudio eius
filio, censeatur idem Antonius eundem Claudium elegis
se: debuerunt ⁊ debent dicti nobilis Frācīscus ⁊ dominus
Petrus habere medietatem illius dimidie partis, quam
dictus quondam Pontius Antonio eius filio dona-
uerat: licet super parte huiusmodi teneantur dotare fi-
lias.

¶ Rubr. De sacrosanc. eccles. ¶ Epito. ¶ Consil. lxxix.

Monasterium acquirit hereditatem tam paternam quam fraternam eius, qui illud ingressus est: siue is illi se immiscuerit et illam agnouerit viuens, siue non. V. F.



PRÆcepto Casu mihi exhibito parte venerabilis monasterii sancte Clare Sistaricensis, cum copia quarundam iurium allegationum super casu huiusmodi dictatarum ex quibus, quatenus ad facti contingentiam attinet, colligo quod nobilis quondam vir Galliassius de Marnilpho ciuitatis Digne vita functus est, et ab humanis intestatus decessit, superstitibus quatuor liberis, duobus videlicet filiis, et duabus filiabus: quorum duo, vnus videlicet masculus et alia femina, ab intestato et sine liberis decesserunt, superstitibus aliis duobus, scilicet Petro et Ysnarda eorum fratre et sorore: quamque ipsa Ysnarda deuotione mota facta est monialis dicti monasterii: que deinde post multos annos professionis eiusdem ab humanis decessit. Queritur autem in iure an monasterium huiusmodi aliquod ius habeat in et super bonis et hereditate dicti quondam Galliassii, et consequenter prefate sororis Ysnarde, et aliorum duorum defunctorum, que possidentur per heredem dicti Petri. Super quo dico, quod si prefata quondam domina soror Ysnarda ante ingressum monasterii se immiscuisset paterne hereditati, ac fraternam et sororinam hereditates adiuisset: vel eas acceptasset nulli esset dubium quin per ingressum eiusdem monasterii, seu professionem vite monachalis huiusmodi, hereditatis et bona essent eidem monasterio dedicata, seu translata in ipsum, auth. de mona. §. illud quoque decernimus, collat. j. et transumptiue in authent. ingressi, et quod ibi glos. et doct. et authent. si qua mulier, in princ. C. de sacrosan. eccl. c. quia ingredientibus, et in multis aliis. c. xix. q. fin. etiam si prefata monialis se dicte paterne hereditati immiscuerit, ac fraternam et sororinam adiuerit de et cum authoritate eiusdem monasterii, vel monasterium huiusmodi cum consensu dicte sororis Ysnarde illas acceptauerit. Nulli etiam in hoc casu venit in dubium, quin hereditates huiusmodi acquisite extiterint eidem monasterio, prout aperte colligitur ex iis que notat Joan. And. et doc. in. c. in presentia, de probat. Bald. et doct. in. l. Deo nobis. C. de episcop. et cleri. Sed si dicta soror Ysnarda vita functa sit et decesserit priusquam ipsa de et cum authoritate domine abbatisse et conuentus dicte paterne hereditati se immiscuerit, vel alias adiuerit: aut priusquam idem monasterium hereditates huiusmodi cum consensu vel sine consensu eiusdem domine Ysnarde acceptauerit: tunc est maius dubium. Et incidimus in illam trutinatam questionem, an monachus vel monialis equiparetur filiofamilias, aut seruo, aut neutri eorum: de qua per Joan. An. et canonist. in. d. c. in presentia, per Bart. et doct. in. l. j. de vulg. et pupil. per Jo. de Jmo. in. l. si paterfamilias, et in. l. qui soluendo. ff. de heredibus instit. per Bald. in. l. j. vers. quid si monachus decederet. C. qui admi. ad bon. possess. pos. per doc. in. l. cum proponas. C. de hered. instit. et per Ang. consil. mihi. cxxix. exordiente, Super. j. puncto dico, etc. Et in hac materia varii varia scripserunt, que referre esset longum et tediosum. Dico igitur resecatis non necessariis, quod quo ad paternam hereditatem illa potest adiri per dictum monasterium, non obstante morte dicte quondam Ysnarde: quia illa per eam transmissa est ad monasterium, quod est loco filii. l. j. C. de iis qui an. aper. tab. et in authen. de sanctis. episc. §. sed hoc de presenti, colla. ix. Et hec fuit opinio Jaco. de Are. quem refert et sequitur Cyn. in. d. l. Deo nobis, vers. quid si monachus decessit: et idem videtur ibi voluisse Bald. et Salic. Quo vero ad hereditates dictorum fratris et sororis, senserunt doct. prefati monasterium esse exclusum: sed illud (vt dicunt) restitui potest sicut minor, per iura que allegant. Joan. vero And. cuius opinio placuit Panor. in. d. c. in presentia, videtur sensisse quod hereditas potius deferatur monasterio, quam monacho vel moniali: et quod propterea monasterium adeat, non monachus vel monialis: et consequenter quod etiam mortuo monacho vel moniali possit monasterium adire hereditatem delatam ex persona monachi vel monialis. Et hoc etiam videtur fuisse de mente Ant. de But. in. d. c. in presentia, et Joan. de Jmo. in. l. si paterfamilias, et l. qui soluendo, superius allegatis. Hoc etiam fuit de mente Pau. de Cast. in. d. l. cum proponas, versic. fit autem questio quid in monacho, etc. Et sic siue teneamus hanc opinionem, siue aliam, redibimus in idem quoad effectum: quia licet (secundum primam opinionem) monasterium fuerit exclusum quoad hereditates prefatorum fratris et sororis dicte sororis Ysnarde, et sic mero iure adire non possit ante restitutionem: tamen poterit petere se restitui: et deinde adire. Fateor quod Bald. in. d. l. j. versi. quid si monachus, et Angelus in. d. consil. cxxix. et etiam Bart. in. d. l. j. C. de vulg. et pupil. videntur sentire contrarium.

Rub. De testib. Epitome. Consilium. lxxx.

Testium dicentium valorem rei tanti esse, quia tanti res sit, depositio non valet: siquidem valor sensui corporeo non subiicitur, sed intellectus iudicio. V. F.

1 Ratio eadem cum dicto esse non debet.
2 Actio qua quis rescindi contractum petit, vel iustum pretium suppleri, personalis est.



QUantum Res valeat videri non potest oculo corporali: sed per intellectum deprehenditur, vt dicit Bart. in. l. ii. C. de rescin. vendit. Cui concordant Pau. de Castr. et Alex. de Jmol. in. l. pretia rerum. ff. ad leg. falc. vbi dicunt non percipi immediate per sensum corporis quantum res valeat: sed iudicio intellectus. Hinc dicunt Pau. et Alex. quod testis in probando valorem rei debet reddere causam sui dicti, etiam si non interrogetur: alias non probat. Pro quo allegant theoricam Inno. in. c. cum causam, de testib. et docto. in. l. solam. C. eo. tit. vbi in versic. quero nunquid hoc tenuit Bal. Et ita etiam dicit Pau. tenere Bar. in suo tract. de teste. Ad quod benefaciunt notata per Bar. in. d. l. ii. ad fin. C. de rescind. vend. per Bald. in. l. fin. in fin.
1 C. de iure domi. impetran. vbi etiam hoc tenet. Ratio † autem seu causa scientie per testem reddita non debet esse eadem cum dicto: quia per talem causam nihil haberet iudex vltra dictum: et sic remaneret dictum sine ratione: et sic non valeret, per ea que notat Bald. in. d. l. solam, dictum etiam testis debet de necessitate concludere. c. in presentia, de probat. l. non hoc. C. vnde cogna. not. Joan. de Jmol. et Alex. de Jmol. in. d. l. pretia rerum: facit quod notat Bar. in. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. obligat. Que si ita se habent: palam infertur testes parte nobilium virorum Arnulphi et Joannis Arnaudi fratrum, et contra et aduersus honorabiles viros et honestas mulieres Arnulphum, Audoynum, Joannonum, Joannonam, et Catherinam Ruffe, alias Rastelon, productos, non probasse valorem, de quo videntur deposuisse: quia (prout ex tenore depositionum eorundem apparet) testes huiusmodi vel eorum aliqui pretense scientie causam nullam reddiderunt: aut si quam reddiderunt, reddiderunt impertinentem et ineptam et nihil concludenter inferentem, vel a dicto non differentem. Preterea cum, secundum com-
2 munem opinionem, † remedium, quo quis pretendens se deceptum vltra dimidiam iusti pretii petit iustum pretium suppleri aut rescindi contractum, sit actio personalis, secundum glos. et doct. communiter in. l. ii. C. de rescind. vend. et in. c. cum causa, de empt. et ven. actio vero personalis non sequitur particularem successorem. l. j. §. si heres. ff. ad Trebel. et. l. fin. §. fin. ff. de contra hen. empt. pro quo in terminis videtur bonus text. in. l. dolus: ibi, non aduersus eum, etc. C. de rescin. vend. non debuerunt dicti nobiles Arnaudi agere vel experiri contra prefatas Joannonam et Catherinam: sed agere et experiri debuerunt contra nobilem Stephanum Fortune, si viuat: vel eius heredes. Et quod contra eundem Stephanum vel heredes experiri debuerint aut potuerint, tenuerunt glos. Cyn. et doct. communiter in. l. ii. Et quod contra particularem rei successorem, et sic contra prefatas mulieres et consortes experiri non potuerint, nisi fortasse in subsidium, et prefato Stephano vel heredibus existentibus non soluendo, videntur sensisse Cyn. et Salic. in. d. l. ii. C. de rescin. vend. Cy. videlicet in versi. vndecimo ponamus, et Salic. in vers. sed iuxta predictum thema. Quod procedit, secundum Salic. etiam si secunda venditio laboraret eodem modo quo prima: quamuis quoad hoc vltimum aliter loquatur Bal. Quod pro nunc non discutio, nec vlterius pro nunc insisto, donec visis iuribus prefatarum Joannone et Catherine: pro quibus requisitus scripsi.

Rubrica

¶ Rub. De bon. que lib. ¶ Epitome. Consilium. lxxxi.

¶ Bona, que viuete patre filius ex dote, vel alias de consensu patris acquisiuit, propria acquirentis sunt: nec post mortem communis patris possunt fratres super illis aliquid petere. V. F.

1 ☞ Dos ibi esse debet, vbi & matrimonij sunt onera: que multa sunt.
2 Filius de consensu patris fructus dotis vel alios percipiens an suos faciat, tanquam sibi donatos: & an donatio hec taciturnitate & morte patris confirmetur.



Cum (Ut puto) onera matrimonij dudum contracti per & inter prouidum virum Claudium Auderij ex vna parte, & honestam mulierem Joannam Serre ex alia, fuerint per eundem Claudium maritum, non per probum quondam virum Jacobum Auderij eius patrem sustentata & supportata: debuit dos parte eiusdem vxoris eidem Claudio constituta apud eum remanere. Quia dos † ibi esse debet, vbi
1 & matrimonij onera. l. si maritus. l. si filius. §. j. ff. fami. ercisc. l. actione. §. fina. ff. pro socio. l. ij. C. famil. ercisc. & l. si is qui. §. j. cum suis similib. ff. de iure dot. huiusmodi autem onera multa sunt. l. si cum dote. §. sin autem in seuissimo. ff. sol. mat. & l. pro oneribus, & quod ibi glos. & doc. C. de iure dot. & quod ponit Valerius Max. lib. vij. sub rub. de sapienter dictis aut fact. §. idem ab adolescentulo quodam consultus, &c. & lib. ix. sub tit. de mulieri. Romanis. §. j. Que ideo premisi, vt inferam quod neque de bonis ex dote predicta acquisitis, neque de acquisitis ex fructibus eiusdem dotis, aliquid petere possunt probi viri Petrus & Joannes Auderij, fratres dicti Claudij. Quod etiam satis voluit Bal. Nouel. in suo tract. iuris dot. speciali. xxxvi. Et idem dico de acquisitis per eundem Claudium ex sua ipsius industria, & prospe
2 ra fortuna. Quia † cum ipse Claudius bona huiusmodi tenuerit & possederit, & fructus eorum perceperit quandiu pater vixit, ipso patre patiente & permittente: censetur pater ipse vel fructus huiusmodi seu ius suum ipsi Claudio remisisse, vt post Guil. de Cu. voluit Bald. in. l. cum oportet. §. sin autem. C. de bo. que liber. quibus consentire videtur Paul. de Cast. & Philip. de Bor. vel fructus ipsos eidem Claudio donasse: & quorum donatio aut ab initio fuit efficax & valida, aut saltem taciturnitate & morte dicti Jacobi confirmata. d. l. cum oportet. §. sin autem, & quod ibi glo. & multi scrib. & Azo in Summa. C. e. tit. de inoffi. do. pro quibus videri poterit Bal. in auth. ex testamento, vers. nonum capitulum, & versic. decimum quartum capitulum. C. de collat. Pet. de Anch. consil. clxxv. exord. Premittendum est quod matrimonium a filia, &c. versi. item licet quoad fructus per filiam consumptos, &c. & Bal. in suo tracta. iuris dot. speciali. xxxvj. Et sic non videtur quod dicti Petrus & Joannes aliquid petere possint in bonis per dictum Claudium acquisitis viuente Jacobo eorum quondam patre. Et ita mihi videtur, &c.

¶ Rub. De secund. nupt. ¶ Epitome. ¶ Consil. lxxxij.

¶ Epitomen habet vt in quinto notabili.

1 ☞ Grauatus filius disponere nihilominus potest vsque ad duas quartas etiam de bonis paternis.
2 Binuba liberis prioris matrimonij plus relinquere potest, quam liberis secundi: & econtrario.
3 Legitima quanta, & de quibus bonis, & quomodo detrahenda.
4 Supplementum legitime quomodo petendum.
5 Binuba ex priore matrimonio liberos habens perdit augmentum ex priore matrimonio prouenienes.



Viso Casu mihi exhibito parte honeste mulieris Marie Borrelle, et dubijs ex casu huiusmodi elicitis: dico et respondeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum, quod licet dicta Maria fuerit substituta Joanni Borrelli eius fratri sub conditione si ipse sine herede vel heredibus ab eodem procreato vel procreatis decederet, dictusque Joannes Borrelli postea sine liberis ab humanis decesserit: potuit nihilominus ipse Joannes (si tamen. xiiij. eius etatis annum compleuerat) testari & disponere de bonis suis: et non solum de bonis aliunde ad eum peruentis quam ex paterna successione: sed etiam de bonis paternis vsque ad duas
1 quartas, scilicet † legitimam & trebellianicam, per id quod notant glos. Bart. & doct. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. glos. & Bart. in. l. quicquid. C. ad leg. falc. Bal. in. l. filium quem. C. famil. ercisc. multas remissiones ponit do. Jason May. in auth. res que. C. communia de leg. pro quo sunt boni text. in. c. Raynaldus, & c. Raynutius, de testa. Et cum Guigoni Borrelli primo testatori, & patri dictorum Joannis & Marie, superfuerint duo filij, scilicet ipsi Joannes & Maria, legitima horum duorum fuit triens, seu tertia pars bonorum dicti quondam Guigonis, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno & funeris impensa, auth. de trien. & semis. §. j. collat. iij. & transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffic. testa. iuncta. d. l. Papinianus. §. quarta autem. Et sic legitima cuiuslibet ascendebat ad duas vncias. Potuit igitur dictus Joannes testari de his duabus vncijs, & de quarta parte octo vnciarum: & sic de alijs duabus vncijs: quas detrahere potuit pro trebellianica. Et in his quatuor vncijs, & alijs bonis, si que fuissent aliunde per ipsum Joannem acquisita, quam ex paterna successione, successit Catherina mater dicti Joannis per eum heres vniuersalis instituta. Alie vero octo vncie bonorum paternorum debebant peruenire ad prefatam Mariam, & sibi restitui. Ex quo patet quod si nulla fuerint bona per dictum Joannem acquisita vltra & preterea, que habuit ex paterna successione, ipsa Maria fuit lesa in duabus vncijs in transactione celebrata & inita per & inter eandem Mariam & dictam Catherinam eius quondam matrem.
2 Ad secundum quesitum dico † & respondeo, quod licet dicta quondam Catherina melius fortasse ac equius fecisset, si ipsa aliter distribuisset bona sua inter dictam Mariam filiam primi matrimonij, & Guilielmum & Joannonam filios secundi matrimonij: ipsa tamen non erat de iure prohibita plus relinquere liberis secundi matrimonij & eorum cuilibet, quam dicte Marie, authent. de nupt. §. penult. collat. iiij. nec cogebatur eadem Catherina bona, que dudum fuerant dicti quondam Guigonis eius primi mariti, seruare, custodire, & relinquere dicte Marie eius filie: & hoc pro eo quia ipsa Catherina non habuit bona huiusmodi ab eodem Guigone, nec in illis ab intestato successit dicto Joanni eius quondam filio: & sic non faciunt contra eam. l. femine, cum suis simili. & auth. ex testamento, versic. ab intestato quoque, &c. C. de secun. nupt. sed eidem successit ex testamentaria dispositione eiusdem Joannis: qui de illis disponere poterat quoad dictas quartas, & eam heredem vniuersalem instituere vt quemlibet extraneum: & que in illis successit non solum quoad vsumfructum, sed pleno iure, auth. de non eligen. secun. nuben. §. cum igitur, collat. j. & authen. de nupt. §. hinc nos, collat. iiij. & transumptiue in. d. authen. ex testamento. C. de secun. nupt. Est tamen verum quod cum dicte Catherine matri superfuerint tres liberi, scilicet prefati Maria, Guiliel
3 mus, & Joannona: horum † trium legitima fuit triens, seu tertia pars bonorum eiusdem Catherine, deducto ere alieno & funeris impensa, dicta auth. nouissima, & in corpore vnde sumitur, iuncta dicta. l. Papinianus. §. qualia autem. Et hec tertia pars debet equis partibus diuidi inter dictos tres liberos, dicto auth. de trien. & semis. §. j. Debet igitur dicta Maria habere pro legitima sibi debita in bonis maternis nonam partem: & sic vnam vnciam & tertiam
4 partem alterius vncie. In qua prefata † Catherina eam grauare non potuit: sed poterit agere ad supplementum, si minus sibi reliquerit. l. omnimodo. l. que nuper. l. quoniam in prioribus, & l. scimus, in princ. C. de inoffic. testam. & quod habetur in auth. vt cum de appella. cogno. §. ceterum, collat. viij. Non est tamen nullum predictum testamentum prefate Catherine: licet paruum reliquerit dicte Marie eius filie: dummodo hoc reliquerit iure institutionis, dicta. l. omnimodo, cum suis simili. Secus autem si non reliquisset iure institutionis: quia sic censeretur preterita, dicto authen. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum, iuncto dicto. §. ceterum. Pro quo remisisse sufficiat ad id quod notant Cyn. Salic. & Fulgos. in. d. auth. nouissima. C. de inoffic. testa. Bald. & Salic. in. l. fin. C. famil. ercisc. Bal. in. c. si pater, vbi etiam fatetur glos. istam opinionem esse tutiorem, de testa. in. vj. Joan. de Imo. in. c. Raynutius, de testamen. & Alexan. de Imol. in. l. inter cetera. ff. de liber. et posthum. Ceterum quia (vt audio) prefati Guilielmus &

Joānona, seu pro eis ⁊ eorum nomine eorum pater, que-
stionē mouit ⁊ prosequi nititur contra dictam Mariā, de
⁊ super certo augmento, quod donasse pretenditur prefa-
tus quondam Guigo dicte quondam Catherine: dico et
respondeo ꝙ cum post mortē dicti Guigonis prefata Ca-
therina conuolauerit ad secunda vota superstitibus libe-
5 ris ex ipsa ⁊ dicto quōdā Guigone, ipsa † perdidit dictuz
augmentū quoad proprietatez, dicta. l. femine. C. de secun.
nupt. ⁊. d. auth. de nupt. §. si vero expectet: ⁊ in isto augmen
to equaliter succedere debuerunt dicti Joānes ⁊ Maria,
d. §. si vero expectet, vers. venient autē talia lucra, ⁊c. ⁊ tran
sumptiue in authen. lucrum hoc. C. de secun. nupt. in dicto
igitur augmēto successit pro dimidia parte dicta Maria:
⁊ sic illam partem habere non potest: nec aliam, illam vide
licet in qua successit prefatus quondam Joannes, petere
possunt dicti Guilielmus ⁊ Joannona: cū effectualiter di-
cta quondam Catherina habuerit dimidiam partem bo-
norum dicti quondam Guigonis, ⁊ sic sex vncias: quāuis
habere non debuisset nisi quatuor vncias, vt predixi. Sed
domini arbitri ⁊ arbitratores inaduertentia ⁊ errore iuris
ducti, putantes ꝙ legitima prefati quondam Joannis es-
set triens bonorum dicti quondam Guigonis ⁊ sic qua-
tuor vncie, que tamen non erat nisi semis triētis, ⁊ sic due
vncie, pro legitima ⁊ trebellianica dicti Joannis adiudi-
cauerunt prefate quondā Catherine sex vncias, ⁊ sic duas
plus debito. Propter quod, ꝙuis huiuscemodi arbitra-
lis sententia fuerit etiam per dictam Mariam ratificata:
nihilominus tamen benefacerēt dicti Guilielmus ⁊ Joā-
nona, ⁊ eorum pater, si abstinerent etiam a petitione dimi
die partis dotis predicte Catherine, seu illius summe,
quam de ea habuisse pretēditur prefatus quondā Guigo.

¶ Rubr. De contrah. emptio. ¶ Epit. ¶ Consi. lxxxiij.

¶ Emptor rei vsufructuarium expellere non potest: aut saltem prestatur interesse. U. F.

1 ☞ Usufructus est pars dominij.



Non Potest venerabilis vir domi-
nus curatus loci Sarriani, pre-
tensus emptor cuiusdam stabuli cum fe-
neria de supra existente, siti in dicto loco
Sarriani, cōfrontati, ⁊c. a stabulo ⁊ fene-
ria huiusmodi expellere honorabilem vi-
rum magistrum Franciscum Bartholomei earum vsufru
1 ctuarium. Tum † quia vsusfructus est pars dominij. l. iij.
ff. de vsufruc. ⁊ sic qui habet vsumfructum rei habet ius in
re. Et ꝙ nō possit vsufructuarius expelli per emptorem a
re ⁊ possessione rei in qua habet vsumfructum, tenuerunt
domini de Rota in antiquis decisionibus, sub tit. de em-
ptio. ⁊ vendi. decisio. ij. exordien. Si venditur vsusfructus
ad tempus. Idem tenuit Ange. consil. ij. ⁊ seq. ⁊ do. Cardi.
Floren. in clem. j. §. verum, de reb. eccles. non alien. quoruz
omnium motiua pretermitto causa breuitatis, ⁊ quia pos-
sunt ibi videri. Tum etiam non potest idem dominus cu-
ratus eundem magistrum Franciscuz expellere, ⁊ maxime
vel saltem non sibi prius satisfacto de damnis ⁊ interesse:
cum in nota vēditionis predicti vsusfructus legatur pro-
uidum virum Antonium Feneli vēditorem vsusfructus,
insuper ⁊ pretensum etiam venditorē stabuli ⁊ fenerie pre-
dictarum conuenisse, promisisse, ⁊ iurasse eidem magistro
Francisco facere habere tenere ⁊ possidere stabulum ⁊ fe-
neriam predictas tempore sex annorum, ⁊ pro his eidem
obligasse ⁊ hypothecasse omnia, vniuersa ⁊ singula bona
sua: pro quo allegasse sufficiat quod notant Bart. ⁊ doct.
in. l. emptorem. C. loca. docto. in. l. si filiusfam. la. j. §. si vir.
ff. solut. matr. ⁊. c. fina. ne prelat. vic. suas, ⁊ in alijs multis
locis. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rubr. De donat. ¶ Epitome. ¶ Consilium. lxxxiiij.

¶ Donatio mutua certorū prediorum insinuatione non indiget: sed nec eam es alienum quod donans debet minuit: minueret autem illam, si facta esset de quota bonorū: minuit ⁊ eam filiorum legitima. U. F.

1 ☞ Donatio an ⁊ quatenus insinuanda: ⁊ an ob causam, numero. 4.
2 Juramentum an confirmet donationem non insinuataz, ⁊ iuramenti requisita.
3 Insinuationi donationis an renuntiari possit.
5 Donatio mutua est donatio ob causam.
6 Statuto municipali an ⁊ quando cum iuramento renuntiari possit.
7 Juratus actus an per statutum simpliciter loquens impediatur.
Statutum secundum ius commune interpretandum.
8 Statutum extra territorium non extenditur.
9 Donatiō an per natiuitatem filie reuocetur, ⁊ quādo non reuocetur.
10 Argumentum a contrario sensu etiam in contractibus valet.
11 Renuntiari an possit iuri dicenti donationes natiuitate liberorum reuocari.
12 Es alienum fundum non sequitur, vel res singulares.
13 Donatarius idē q; heres an ⁊ quando teneatur ad es alienum quod donans debet.
14 Inuentarij vtilitates magne ⁊ multe.
15 Legitime assignatio illibata donationem non obstante, ⁊ legatis: ⁊ nu. seq.
17 Falcidiam bona donata minuunt, quia in dubio in eam imputantur.



Ex Scripturis ⁊ casu parte nobilis ⁊ ge-
nerosi viri Trophimi de Luperijs
mihi transmissis eliciuntur multa dubia:
quibus succincte respondeo prout infra.
Et primo ad primū: super quo videtur ꝙ
multa sunt, que refragantur ⁊ obstant va
liditati donationis facte per nobilem ⁊ honorabilē quon-
dam virum Ludouicum de Luperijs dicto nobili Tro-
1 phimo eius patruo. Et primo † quidem illi obstare vide-
tur, quia (vt puto) valor bonorum donatoruz excedebat
⁊ excedit summam seu valorem quingentorum solidorum
siue aureorum: ⁊ ita non videtur donatio huiusmodi va-
luisse, saltem quatenus valor rerum ⁊ bonorum donatarū
excedebat ⁊ excedit dictum valorem. l. sancimus. C. de do-
natio. cuius dispositio procedit etiam in donatione inter
coniunctos. l. data. C. de donat. Nec videtur donatio hu-
iusmodi fuisse firmata iuramento dicti nobilis Ludoui-
ci, per id quod notat Bald. in. l. illud, versic. quinto quero.
2 C. de sacrosanct. eccles. qui pro hoc allegat, quia † ad hoc
vt iuramentum aliquid operetur, tria debent concurre-
re. Primo ꝙ sit persona habilis, vel per iuramentum ha-
bilitata. Secundo ꝙ forma generalis sit seruata. Tertio
ꝙ res non sit prohibita. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de le-
gatis. j. Sed iste donationes clandestine non interuenien-
tib⁹ actis sunt prohibite. l. donatio siue directa sit, ⁊ quod
ibi glos. C. de donat. ergo non validantur iuramento, nec
oritur ex eis obligatio naturalis: pro quo dicit Bald. face-
re quod notat Cyn. in. l. j. C. de sacrosanc. eccles. ⁊ Bart. in
l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Et subiungit Bald. vbi su-
pra, ꝙ non possit renuntiari legi disponenti super insinua
tione: quia insinuatio non est introducta in fauorem eorū
qui donant, sed in odium recipientium clandestinas do-
nationes, ⁊ ne quis prodigaliter vtatur sua substantia, ar-
gumen. l. Imperator. ff. ad Trebel. Legi vero statuēti so-
lennitates in actibus hominum non potest renuntiari. l.
nemo. ff. de legat. j. pro hac opinione multa inducit Salic.
in. l. penult. C. de donat. Et hanc opinionem Bald. scilicet
ꝙ insinuationi etiam cum iuramento renuntiari nō pos-
sit, fuerūt multi sequuti: ⁊ quidem Ange. eius germanus,
consil. lviij. exordien. Quidam paterfamilias, vbi etiaz re-
fert eundem Bald. eius germanum pro hac parte consu-
luisse in ciuitate Castelli, ⁊ se consilio illius adhesisse. Ean
dem sentētiam sequutus est Roma. in. l. Modestinus. ff.
de donat. pro qua etiam consuluit Antonius de Placen.
in quodam suo consil. exord. Circa hoc videtur, ⁊c. quod
est inter consil. Joan. de Cur. lxxvij. cui se subscripserunt
3 Hierony. Cer. ⁊ Nicol. de sancto Naza. Sed † contrariā
opinionem, scilicet ꝙ imo cum iuramento possit renūtiari
insinuationi, tenuerunt multi: ⁊ quidem Joann. Andr. in
addit. Specu. tit. de instrumen. edi. §. porro, in vltima ma-
gna addi. quem sequitur Joan. de Imo. in sua solenni re-
petitione. c. cum contingat, in. x. membro, versic. sed dubiuz
est quid iuris si interueniat iuramētum, de iureiuran. vbi
etiam pro hac parte multa inducit, ⁊ respondet melius
Bald. ⁊ Salic. Hanc partem etiam sequutus est Frideric.
de Senis consi. cclxxxj. exordien. Casus talis est, ⁊c. Ang

in dicta

in dicta.l.sancimus.§.fin.C.de donat. Bald. in.d.c.cum contingat,⁊ in.§.cum retro,institut.de donat. Alexan. de Imol.in.d.l.nemo, vbi multos commemorat tenẽtes hãc partem:⁊ pro qua dicit se sepissime consuluisse:quod ⁊ verum est, prout videri potest in remissionibus quas ponit Franc.de Cur. vbi etiam alios ꝙ plurimos commemorat sequentes hanc partem in addit.ad dictum consiliũ.lxvij. ⁊ dicit Alexan.de Imo.consil.iiij.in primo volu. vbi pro hac parte consuluit, se vidisse consilium domini Ioan. de Ana.quod exorditur, In nomine sancte Trinitatis,⁊c. Visis ⁊ ponderatis ijs que in scriptura donationis,⁊c. et ꝙ in illo refert se alias vidisse elegans consilium cuiusdã domini Pacis de Aquila,qui dicebat ꝙ licet Bart.in.d.l.si quis pro eo.ff. de fideiussor.specifice non decidat istum casum: tamen per rationes quas ibi ponit videtur Bart. sentire ꝙ donatio valeat:⁊ referebat in dicto consil. ꝙ do. Petrus de Ubal.de Perusio ita consuluerat.Dicit etiã Ioan.de Ana.in.d.consi.ꝙ illi consilio do.Pacis se subscripserant fere omnes docto.Bononie, ⁊ precipue Ioan. de Imo.⁊ do.Flori. de sancto Petro. Refert etiã Alex. de Imo.in.d.consil.iiij.ꝙ viderat consiliũ Ioan. de Ana. subscriptum a celeberrimis doct.domi.Iacobo de Zoc.de Ferra.⁊ Angel.de Aret. dicit insuper etiam recordari se alias consuluisse dum legeret Ferrarie, ⁊ ꝙ pro eadẽ parte consuluerunt celeberrimi iurisconsulti do.Francisc.de Aret.⁊ Maria.Zozin.Et est verum ꝙ pro hac parte cõsuluit, ⁊ quidem elegantissime ⁊ subtiliter Franc. de Aret. consil.ij.⁊ in alijs quibusdam,que non refero.Hanc partẽ etiam videtur tenuisse Angel.consil.xcj.exordiente, Pro parte negatiua,⁊c. versicu.superest igitur videre,⁊c.Pan. in.d.c.cum contingat,⁊ consil.cvij.in secundo volu.Ioan. de Imo.in.l.Modestinus.ff.de donat.⁊ Ioan.Campe.in repet.dicte.l.nemo potest,vbi etiam dicit istam partẽ esse veriorem:⁊ referre horum omniuꝫ rationes ⁊ motiua esset condere librum:non consulere.Et ꝙuis iste articulus possit alias dici dubius ⁊ difficilis: videtur tamen ꝙ opinio Ioan.And.tenentis renuntiationem de qua supra firmari iuramento,fulciatur pluribus fortioribus rationibus, ⁊ que videri possunt tam in dicta sua addi.ad Spec. ꝙ per Ioan.de Imo.in.d.c.cum contingat,in.x.mẽbro: vbi etiã opportune respondet motiuis Bal.⁊ Sali.Pro hac opinione etiã inducit multa ⁊ subtilia fundamenta Fran.de Aret.in.d.consi.ij.propter que existimo hanc partem esse sequendam: ac maxime ⁊ sine quocunque dubio in hoc casu:quia (vt plene colligitur ex instrumento donationis predicte) illa non fuit simplex donatio,cum non solum dictus quondam nobilis Ludouicus donauerit ipsi nobili Trophimo:sed etiam econtrario dictus nobilis Trophimus eidem Ludouico: ⁊ fuerũt donationes mutue ⁊ reciproce facte per ⁊ inter eosdem nobiles Trophimum, Ludouicum ⁊ Ioannem,vt colligitur ex dicto instrumen-
4 to.Nõ igitur fuerunt simplices,† sed ob causaꝫ:⁊ que propterea non indigebant insinuatione.l. Attilius Regulus.ff. de donatio. Et ꝙ tales mutue seu reciproce donationes,vtpote non simplices,sed ob causam , non exigant insinuationem,sensit Oldra.consil.cxxxix. exordien. Ad habendum aliqualem notitiam,⁊c.Ioan.Andr.in addit. Specu.tit.de instru.edi.§.porro,versic. fuit etiaꝫ alia questio de facto duo fratres.Alber.⁊ Salic.in.l.fi.C.de pact. Ange.in.d.l.sancimus,⁊ in.l.hereditarium.ff.de bon.authori.iudic.possiden.Ioan.de Imo.⁊ alij in.d.l.Attilius Regulus,Ange.consil.clxxxj.exordien.Visis instrumentis.Alexan.de Imo. consil.xxviij.in.iij. parte. Sentiunt
5 enim isti † ꝙ tales mutue ⁊ reciproce donationes nõ sunt simplices seu mere donationes,sed onerose ⁊ ob causam,⁊ ꝙ propterea nõ indigent insinuatione.Et quia de hoc nõ est dubium, non curo laborare in respõdendo ad obiecta, vel ea que obijci possent pro opinione contraria. ¶ Secundo obstare videtur donationi prementionate prouinciale statutum: quo prohibite dicũtur donationes inter viuos excedentes summam decem florenorum , nisi in eis obseruetur solennitas de qua ibi.Et cum non sit dubium bona donata per dictum nobilem Ludouicum excedere valorem decem florenorum , videtur ꝙ illa non valuerit, ⁊ ꝙ etiam huiusmodi insinuationi etiam cũ iuramento non potuerit renuntiari,prout etiam arguendo diceba-
6 tur in primo articulo. Sed his nõ obstantibus dico † pro ut supra, ꝙ imo statuto predicto seu illius solennitati renuntiari potuerit saltem cum iuramento. Pro quo remisisse sufficiat ad ea que notãt ⁊ ponunt Ioan.And.Ioan.

de Imol.⁊ alij supra allegati in materia renuntiationis
7 insinuationis,de qua supra. Preterea † cum dictum prouinciale statutum simpliciter loquatur, illud non videtur debere intelligi in donatione iurata, per id quod notat Ioannes de Imola in dicto.c. cum contingat, in tertio membro, ⁊ versi.nunc pro declaratione materie an per statutum possit prohiberi,⁊c.quia statutum debet interpretationem capere secũdum ius commune.l.iij.C.de nora.c.cum dilectus,de consuetudine.Sed de iure communi semper potentius operatur actus iuratus, ꝙ non iuratus.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de lega.ij.l.j.§.⁊ cum lex.C.de rei vxo.actio.l.pactum.C.de colla.iuncto dicto.c.cum contingat,⁊c.ꝙuis,de pact.in.vj.Et pro hoc multa ponit Alexan.de Imo.consi.cxxv.exord.Visis ⁊ consideratis,⁊c.Alex.de Imo.consi.xxix.in tertio volu.⁊ tam ipse,ꝙ alij in alijs locis. Preterea non apparet ꝙ conditor dicti prouincialis statuti voluerit ligare subditos etiã donare volentes seu donãtes extra patriam Prouincie. Quinimmo potius econtra:ibi, hoc edicto imposterum valituro volumus ⁊ ordinamus ꝙ ad donationes simplices inter viuos faciendas in futurum in ditione nostra patrie huius ⁊ terris adiacentibus,⁊c.Quo fit vt non solum non subditi, sed nec subditi dicti do.statuentis donantes extra patriam Prouincie,⁊ terras eidem adiacentes, videantur ligari predicto statuto. Pro quo allegasse sufficiat id quod notat Iaco.Butri.in.auth.item nulla communitas,in fi.C.de episco.⁊ cle.vbi innuitur, ꝙ si quis est bannitus de ciuitate Bononie, ⁊ secundum formam statutorum illius ciuitatis non possit bannitus testari: nihilominus tamen poterit testari Mutine: quia † statutum extra territorium non extenditur.c.vt animarum.§.j.de constitu.in.vj.c.a nobis,de sentẽtia excommunicationis. l.fi.C.de iurisdi.omnium iudi.⁊.l.cum vnus.§.penul.ff.de bo.autorit.iudi. possiden. Et supposito ꝙ iste articulus haberet aliquid difficultatis: tamen hoc casu tollitur omnimoda difficultas,pro eo quia statutum predictum lo-
8 quitur in donationibus simplicibus,vt patet † ex verbis illius:cuiusmodi non fuit nec est donatio de qua.s.sed ob causam. Et sic non sumus in terminis predicti statuti. Illius igitur dispositio nihil ad casum.l.si seruum quis. §. non dixit.ff.de acquir.heredi.l.j.§.loquitur.ff.de aqua quoti.⁊ esti.l.iiij.§.quoties.ff.de damno infec.l.ita autẽ, cum suis simili.ff.de administr.tuto.⁊ quod voluit Pau. de Cast.consi.iiij.⁊ consi.xj.⁊ Roma.consi.cccclxij.exord. Quoad propositam consultationem,⁊c. ¶ Tertio cõtra donationem predictam facere videtur natiuitas filie, de
9 qua in casu:per quam prima † facie videtur reuocata predicta donatio.l.si vnꝙ.C.de reuocã.dona.que habet locum non solum eo casu quo quis donauit bona sua, vel dimidiam illorum partem:sed etiam eo casu quo donauit quotam minorem dimidia parte,vel bona aliqua:dumtamen illa non sint pauci,sed magni valoris, per id quod voluit Bar.in.l.Titia Seio.§.imperator,ver. quero lex si vnꝙ, ⁊c.ff.de lega.ij.vbi etiam Bald.⁊ Ioan.de Imol.in.c.fi. versic.circa predicta tamen potest dubitari,de dona. Sed hec non obstant: pro eo quia(vt colligitur ex instrumento dicte donationis)prefati nobiles Trophimus,Ioannes ⁊ Ludouicus renuntiauerunt dicte.l.si vnꝙ: hoc est noluerunt mutuas ⁊ reciprocas donationes per eos factas reuocari aut annullari per natiuitatem seu superueniẽtiam feminarum:quod satis apparet ex eo, quia isti mutuo ⁊ vicissim filij donauerunt(prout in dicto instrumento)sub illa conditione,si ipsi sine liberis masculis ab humanis decederent.Et ita senserunt,⁊ quidem non solum de ipsis liberis masculis, ⁊ per quos voluerunt donationem impediri: sed etiam de feminis : per quas videntur voluisse, quinimo expressisse donationes huiusmodi non impedi-
10 ri: ⁊ † hoc a contrario sensu arguendo: quod habet locum etiam in contractibus.l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pact.dota.quam ad hoc allegat Bald.in.l.conuenticulam. C.de episco.⁊ cle.in.l.venditi.ff.de actio.empti, ⁊ in.l.pro hereditarijs,ad fi.C.de heredita.actio.⁊ Panor.in.c.cum apostolica, de ijs que fiunt a prela.sine consen.capi.Et ꝙ argumentum a contrario sensu habeat locum etiam in cõtractibus, consuluit Alexan.de Imo.consi.v.exord. Puto de iure considerandum,⁊c.in.iiij. volu.de quo plene do. Iason May.in.l.si pecuniam.ff.si cer.peta. Preterea dicti nobiles expresse ⁊ nominatim renuntiauerunt iuri dicenti donationem factam propter ingratitudinem,autinopiam, ⁊ liberorum susceptionem esse reuocandam: quod

intelligo de liberis feminini sexus, propter vitandā repu-
gnantiam, que vitanda est, prima constit. C. §. quibus, et
quod ibi Bart. ⁊ doc. ⁊ quod notant Bart. ⁊ doct. in. l. fin.
11 §. idē quesiit. ff. de condic. ind. Nec† mihi opponat aliquis
ꝙ dicti nobiles Trophimus, Joānes, ⁊ Ludouicus non
potuerint renūtiare. d. l. si vnꝗ̃, vtpote non introducte in
eorum fauorem, sed liberorum: quod etiam voluerūt Old.
consil. clxxiij. exord. Quidam habens vnicum filium, ⁊c.
Joan. And. in addit. Spec. tit. de instrumen. edit. §. porro,
in addit. que incipit, hoc autem certū est, ⁊c. ⁊ quidam alij
in alijs locis. Quoniam respondeo ꝙ contrariam senten-
tiam tenent doct. communiter, ⁊ idem Bar. in. d. l. Titia.
§. imperator. ff. de leg. ij. Bald. in. l. j. circa fin. C. de inoffic.
donat. ⁊ in addit. Spec. tit. de instru. edit. vers. si quis do-
nat. Alb. in. d. l. si vnꝗ̃, Pet. de Anch. in. d. c. fi. vers. que-
rit etiā, ⁊c. de donat. vbi etiā Joan. de Jmo. Roma. consi.
xxvj. exord. Pro decisione eorū de quibus dubitatur, ⁊c.
Et pro hac parte refert do. Jason May. in. l. si quis in cō-
scribendo, se cōsuluisse Papie pro quodam nobili Man-
tuano, ⁊ ꝙ eius consilio se subscripserunt multi doctores.
Pro quorum dicto facit. d. l. si quis in conscribendo. C. de
pact. facit etiam, quia (secundum doct. cōmuniter) dicta. l.
si vnꝗ̃, introducta est ex eo quia presumitur ꝙ si donans
cogitasset de liberis suscipiēdis, nō donasset. Ubi ergo ap
paret ꝙ donās cogitauit, ⁊ nihilominus voluit ꝙ per li-
berorū susceptionē nō reuocetur donatio, nos sumus ex-
tra dubiū. Et ita nō est opus reuocare ad cōiecturas: quia
in incertis ⁊ non in certis locus est cōiecturis. l. cōtinuus
actus. §. cū in certis. ff. de verb. obl. Ex quibus omnibus,
respōdēdo ad primū quesitū, dico ⁊ respōdeo donationem
predictā valuisse, ⁊ ei nō obstare impugnatiōes de quib⁹. s.
12 ¶ Uenio ad secūdum: pro cuius solutiōe premitto, ꝙ† es
alienum non sequitur fundum vel rem seu res singulares.
l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iud. l. j. §. si heres. ff.
ad Trebel. l. ij. C. de ijs que in frau. cred. l. creditores. C. de
heredi. act. ⁊ l. eris aleni, cum suis simil. C. de donat. Nec
videtur ꝙ propter es alienum debeat de bonis dicto nobi
li Trophimo donatis aliquid diminui seu detrahi: ⁊ hoc
pro eo quia eidem nobili Trophimo fuerunt donate res
certe expresse ⁊ specificate in instrumēto donationis: non
autem bona vel quota bonorum dicti quondam nobilis
Ludouici. Et sic nihil facit ad rē quod dici solet, ꝙ bona
intelliguntur deducto ere alieno ⁊ funeris impensa. l. ij. §.
illud. ff. de collat. bonorum, ⁊ l. subsignatū. §. bona, ⁊ quod
ibi gl. ff. de verb. sig. Et sic videtur ꝙ debita dicti quōdam
nobilis Ludouici solui debeāt de bonis hereditarijs, hoc
est de bonis eiusdē nobilis Ludouici non donatis, ⁊ qua-
tenus bona huiusmodi se poterunt extendere, non vltra:
13 postꝗ̃† (vt audio) idem nobilis Trophimus donatarius
⁊ etiam heres prefati Ludouici, eius hereditatē adijt cum
beneficio inuentarij, ⁊ illud solenniter seu legitime cōfecit.
l. fin. §. ⁊ si prefatā. C. de iure delib. Nō obstat. l. si patri tuo.
C. de donat. que videtur velle, ꝙ donatarius idēq; heres
14 donatoris tenetur ad solutionē eris alieni. Quoniam† re-
spondeo ꝙ illud procedit in illo donatario ⁊ herede, qui
non confecit inuentariū: qui etiam si donatarius non exti
tisset, teneretur insolidum ad solutionem eris alieni. l. que
dotis, cum suis simil. ff. sol. mat. Sed hic loquimur in eo
qui confecit inuentariū, ⁊ qui beneficio illius multa com-
moda cōsequitur, scilicet vt non teneatur vltra facultates
bonorum defuncti, ⁊ circa preseruationem iuriū sibi debi-
torum, vel contra ipsum defunctum cōpetentium, insuper
detractionē falcidie, ⁊ alias iuxta ea que habentur ⁊ scri-
buntur in. d. l. fin. C. de iure delib. ⁊ in auth. de hered. ⁊ fal.
Uidetur tamen ꝙ quia dictus nobilis Trophimus heres
dicti quondam Ludouici, ⁊ sic heres debitoris, possidet
bona donata: poterunt creditores habentes hypothecas
experiri contra eum, non solum actione personali, aut
actionibus personalibus: sed etiam actione hypotheca-
ria, coniunctim vel diuisim: ⁊ petere in actione hypo-
thecaria eundem nobilem Trophimum condemnari ad
sibi tradendum bona donata seu aliqua ex eis, vtpote ta-
lem domum, vel tale predium, vel aliud predium, aut ad
soluendum debitum. l. ij. C. si vnus ex plurib. hered. credi.
quod etiam voluit Bart. in. l. rem alienam, vers. possumus
concludere hoc modo. ff. de pig. act. ⁊ l. si fundus. §. in ven-
dicatione. ff. de pignor. Pro quo dicto facit. c. ex literis, ⁊
quod ibi Joan. de Jmo. cano. ⁊ doct. de pig. ⁊ idem voluit
Jo. Fab. in. §. itē seruiana, insti. de act. vbi etiā dicit ꝙ hāc
alternatiuam conclusionē amplectitur vsus curie laicalis:
ꝗ̃uis subijciat ꝙ doctores cōsueuerunt tenere contrariū.
Primam opinionē etiā sequitur do. Jason May. in. d. §.
item seruiana. Propter ꝙ videtur expedire dicto nobili
Trophimo, ad hoc vt per creditores habentes hypothe-
cas non sibi auferatur possessio bonorum donatorū, ꝙ ipse
vendat de alijs bonis dicti quondā nobilis Ludouici non
donatis, ⁊ satisfaciat ipsis creditoribus. Et per hec patet
responsio ad secundum quesitum. ¶ Ad tertium dico et
respōdeo, ꝙ debita dicti quondā nobilis Ludouici primo
sunt soluēda. Deinde vero legatum nobilis Joanne eius
filie, saltem vsq; ad valorem legitime sibi debite in bonis
patris: seu ipsa legitima: quam petere poterit sibi expediri
in bonis seu corporibus hereditarijs, aut substantia dicti
quondam Ludouici, ⁊ dicere ꝙ non vult illam habere in
pecunia. l. scimus. §. repletionē, ⁊ quod ibi doct. C. de inof.
testa. quod etiam post Guil. voluit Bart. in. l. suus quoq;,
in fi. principij, vbi etiā Joan. de Jmo. ⁊ alij. ff. de here. insti.
15 ⁊ Alex. de Jmo. in. l. non amplius. ff. de leg. j. Et† cū dicto
nobili Ludouico superfuerit vnica filia: eius legitima fuit
⁊ est triens, seu tertia pars omnium bonorum dicti quon-
dam nobilis Ludouici, eorum scilicet que superfuerunt
deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, auth. de triē. ⁊ semis.
§. j. collat. iij. ⁊ transumptiue in auth. nouissima. C. de inof.
testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eod. tit. et
quod notat Bar. in. l. ex facto, la grande. ff. de hered. instit.
⁊ Bal. in. l. quoties. C. eod. tit. Jn qua tertia parte grauari
nō potuit dicta nobilis Joāna. l. omnimodo, ⁊ l. quoniā in
prioribus. C. de inoffi. testa. Et intelligo ꝙ hec legitima sit
tertia pars bonorum dicti quondā nobilis Ludouici, non
solum habito respectu ad bona non donata: sed etiam ad
illa que donauerat, prout colligitur ex. l. j. ⁊ quod ibi glo. ⁊
doct. C. de inof. donat. ⁊ in auth. de immen. donat. §. posi-
ta igitur a nobis lege, colla. vij. ⁊ transumptiue in authen.
vnde ⁊ si parens, ⁊ quod ibi scribentes. C. de inofic. testa.
Quanuis enim donatio predicta facta (vt dicitur) de bo-
nis valentibus octo mille florenis, vel circa, nō fuerit im-
mēsa, nec adeo exhauserit bona dicti quōdam nobilis Lu
douici, quin in eis superfuerit valor legitime dicte nobilis
Joanne: ipsa nihilominus debet habere legitimā, taxan-
dam non solum habito respectu ad valorem bonorum que
remanserunt tempore mortis: sed etiā habito respectu ad
bona donata: ⁊ hoc (vt dixi) satis sentiunt glos. ⁊ docto. in
dicta. l. j. quatenus ibi loquūtur de duabus vncijs grossis
reseruatis tempore donationis de qua ibi, ⁊ in quibus fue
runt instituti illi duo filij querelosi, de quibus ibi. Et hoc
satis clare aperit Salice. in. d. l. j. q. x. detracto igitur ere
alieno ⁊ funeris impensa, videndum ⁊ cogitandum ꝗ̃tum
valebūt illa bona que supererunt, tam scilicet nō donata,
ꝙ donata: ⁊ secundum illorum valorem ⁊ estimationē de-
bebit eidem nobili Joanne assignari de bonis non do-
natis, vel in pecunia, vsq; ad valorem ⁊ estimationem ter-
tie partis horū omnium bonorū. De residuo vero bono-
rum non donatorum, quatenus se extendere poterit, fiet
16 solutio legatorum: non† autem ante detractionē legitime:
quia illa non diminuunt legitimam, etiam si essent facta in
piam causam. c. si. xvij. q. iiij. ⁊ quod notat glos. in. l. si quis
ad declinādam. C. de episc. ⁊ cler. ⁊ in. d. l. Papinianus. §.
j. quod etiam voluit Alexand. de Jmo. cons. xviij. exordi.
Non minuitur legitima per legata ad pias causas, ⁊c. in
17 quarto vol. Quo vero ad falcidiam, si essemus in casu in
quo illa deberetur, ⁊ detrahi posset: illa detraheretur de
ipsis legatis, ⁊ illa legata diminueret, seu defalcaret, qua-
tenus dictus nobilis Ludouic⁹ legasset de bonis suis vl-
tra dodrantē, seu nouē vncias eorundē bonorū. Sed quia
dictus nobilis Trophimus habuit de bonis defuncti ti-
tulo donationis tantum, ꝗ̃tum posset ascendere falcidia,
si alias detractioni illius locus fuisset: ⁊ longe vltra: non
videtur ipse posse detrahere falcidiam. l. cum quo de pecu-
lio. §. fi. ff. ad leg. falcid. vbi vult text. secundum docto. ꝙ si
testator hac mēte donauerit bona sufficiētia ad falcidiam,
vt illa in falcidiam imputaret: non detrahit falcidiā. Et
sentiunt ibi Bart. Joan. de Jmo. ⁊ Alexand. de Jmo. ꝙ
in dubio videtur testator donasse ea mente vt in falcidiam
imputaret. Fateor tamen ꝙ Pau. de Cast. in. d. l. cum quo
de peculio. §. fi. aliter loquitur. Uult enim ꝙ ad hoc vt bo
na donata imputētur in falcidiam, opus est ꝙ dicatur in-
ter donatorem ⁊ donatarium: alias vero non imputaren-
tur. Et dicit Paul. de Castr. in. d. §. fin. ꝙ hoc ibi voluit
glos. Et nō est iste articulus sine dubio. ¶ Ad quartū di-
dico ⁊ respōde, quoad id quod ibi queritur de legatis, ꝙ il-
la solum

la solum soluerentur de bonis non donatis. Et si illa non sufficiāt ad solutionem legatorum, legata huiusmodi non soluentur: quia (vt iam dixi) heres adiens hereditatē cum beneficio inuētarij, ⁊ illud legitime conficiens, non tenetur vltra vires hereditarias. d. l. fi. §. ⁊ si prefatam. Et predicta intelligo quoad mera legata, non quoad id quod fuit relictum dicte nobili Joanne, quatenus extenditur vel ascendit legitima: quia illa debetur ante legata etiam relicta in piam causam. Et si id quod supererit de bonis non donatis, facta detractione eris alieni ⁊ funeris impense, nō sufficeret ad dictam legitimam: posset peti residuum super bonis donatis, ⁊ donatio pro illo residuo reuocari: seu verius agi ad supplementum.

¶ Rub. De iure emphyt. ¶ Epitome. ¶ Consil. lxxxv.

¶ Emphyteuta inuito domino seruitutem imponere rei emphyteutecarie potest. Sed si laudimium eo nomine acceperit, seruitutē approbare cēsetur: adeo vt hec non extinguatur quāuis res postea domini fiat etiam iure dominij directi. Uasquinus Filiolus.

1 ☞ Laudimium an de bonis donatis ⁊ in dotem sub estima datis debeatur: ⁊ a quo, an a dante vel accipiente.
2 Loquendi vsus quantum attendendus, ⁊ item id quod fieri solet.
3 Emphyteuta rei quam tenet seruitutem imponere potest: ⁊ pro illa laudimium non debetur: ⁊ num. 6.
4 Uassalli ius iure emphyteute debilius est.
5 Seruit⁹ feudalis vel emphyteute rei qualiter resoluatur seu amittatur: re scilicet redeunte ad dominum directum.



EX Themate consultationis mihi trās-
misso parte nobilis et generosi viri
Joānis Artaudi do. Rupis supra Bu-
rū, eliciūtur multa dubia: quib⁹ respōdeo
1 breuiter ⁊ succincte. Et primo † ad primū,
ꝙ hic dici non potest constitutionem, de
qua in quinto articulo dicti thematis, habere locū in hoc
casu, pro eo quia huic futuro marito, de quo sermo habetur in themate, non fuerūt in dotem constituta bona immoblia: sed summa pecuniaria, prout ponitur in facto. Si autem fuissent aliqua bona immobilia constituta ⁊ assignata dicto viro in dotem illius Joanne, ⁊ estimata, seu appretiata, quoad hoc vt sciretur in quo valore deberent restitui seu reddi, vel quoad hoc vt non bona ipsa sed pretium restitueretur adueniente casu restitutiōis dotis: tunc opportune quereretur an constitutio, de qua in dicto themate, sibi locum vendicaret in hoc casu. Et sic non puto dictum futurū maritū teneri ad aliqua laudimia. Puto tamē ꝙ fratres illius Joāne, qui, vt puto, pro omnibus, vniuersis ⁊ singulis bonis ⁊ iuribus eiusdem Joanne constituerunt in dotē ⁊ pro dote ipsius illi futuro marito quinquaginta florenos, ⁊ pro quibus ipsa Joanna dicitur cessisse, donasse, quictasse, ⁊ remisisse omnia bona ⁊ iura predicta dictis eius fratribus: videtur teneri ad laudimia, non solum habito respectu ad dictos quinquaginta florenos: sed ad estimationem bonorum immobilium remissorum, si tamen non solum de venditionibus aut permutationibus seu excambijs: sed etiā de donationib⁹ que fiūt de bonis ⁊ rebus emphyteuticis debeantur laudimia, prout tamen debētur de iure cōmuni. l. fi. §. ⁊ ne auaritia: ibi, quinquagesimam partem pretij vel estimationis. C. de iure emphyt. de quo per Jacob. Rebu. in. l. j. C. de fun. patrimo. lib. xj. ⁊ per do. Jaso. May. in. d. l. fin. post Joan. de Imo. in. c. potuit, de loca. Ubi autem esset consuetudo in cōtrarium: tunc esset maius dubium: super quo vellem longius considerare. ¶ Ad secundum dubium dico ⁊ respondeo, ꝙ illud verbum pondus, est verbum multum generale, et ratione sue generalitatis obscurum. Propter quod recurrendum esset ad instrumentum transactiōis de qua in casu, ⁊ inspiciendus totus tenor, an inibi sint aliqua verba, ex quibus intelligi valeat de quo pōdere senserint transigētes. Si autem nihil ibi reperiatur, esset recurrēdum ad communem vsum loquendi, ⁊ quomodo secundum vsum
huiusmodi assumatur ⁊ assumi consueuerit dictū verbum:
2 quia † in exaudiendis sermonibus solus vsus derogat omni regule ⁊ omni constitutioni. l. librorum. §. quid ergo, ⁊ quod ibi gl. ff. de legat. iij. l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. ⁊. c. ex literis, ad fin. de sponsal. ⁊ quod voluit Oldr. consi. clxviij. exord. Ad primam questionē qua queritur, Ant. de Butr. consil. xij. exord. Uiso puncto ⁊ quesitis, Panor. in. c. j. versic. ad vnum tamen aduertas, ⁊c. de iudi. ⁊ alij in alijs locis. Etiam recurrendum esset ad id quod pro tempore fuit obseruatum in soluendo paleas: quia si per longissimū tempus fuissent palee solute in certa quantitate, tunc videretur ꝙ ex longissima cōtinuatione debeat accipi ⁊ intelligi pondus secundū quantitatem secundū quam vel in qua fuisset sic continuata solutio: vt verbi gratia, si pro pondere esset solutum quintale: quia minime sunt mutanda, ⁊c. l. minime. ff. de legib. ¶ Ad id vero quod queritur, an dictus do. Rupis teneatur mādare quesitum dictas paleas, vel homines illas sibi portare: dico ꝙ super hoc debet inspici tenor transactionis, ⁊ videri an de hoc aliquid ibi dicatur. Debet etiam inspici quid hactenus obseruatum extiterit: ⁊ illud seruari, saltem si longissimo tempore ita fuerit obseruatū. Quid autem de iure cōmuni fieri debeat alio non apparēte: dico ꝙ pro facienda responsione voluissem videre verba transactionis: vt intelligerem qua de causa solui debeat hoc pondus palearum, an videlicet respectu alicuius rei, vel alias. Et hoc propter ea que notat Bar. in. l. item illa. ff. de constit. pecu. cano. in. c. significāte, de pig. ¶ Ad aliud, quo queritur, an
3 † emphyteute seu tenementarij casalium possint eis imponere seruitutem altius non tollendi: respondeo ꝙ sic. l. iij. ff. de seruit. ⁊ quod habetur in. cap. j. §. quid ergo, ⁊ quod ibi doct. tit. de inuestitu. de re alie. fac. quod etiam voluit Pet. Jaco. in suis libellis, tit. de act. in rez pro re emphy. que ceci. in cōmis. vers. item est notandum ꝙ emphyteuta, ⁊c. cuius verba refert do. Gui. Papa in deci. parlamenti, decis. cccclxxvj. exord. Emphyteuta potest seruitutē imponere, ⁊c. ⁊ idem ⁊ plenius voluit Jo. Raynau. in. l. imperialem. §. habito, vers. quero an vassallus possit imponere
4 seruitutem, ⁊c. vbi † concludit vassallū posse imponere seruitutem etiam realem in re feudali: cuius tamē ius est debilius, ꝙ̄ sit ius emphyteute: quia ꝙ̄uis conueniant in hoc ꝙ quilibet habet dominium vtile: tamen facilius ⁊ longe pluribus casibus perditur ius feudale, ꝙ̄ ius em-
5 phyteuticū. Dicunt † tamē doct. prefati, ꝙ si res emphyteutecaria vel feudalis, in qua fuit per emphyteutam vel vassallum seruitus imposita, reuertatur ad ipsum dominum directum tanꝙ̄ ad dominum: vt verbi gratia forte iure commissi, vel quia cum vēditur vel alias alienatur, cum detinet iure prelatiōis: extinguitur illa seruitus, arg. l. lex vectigali. ff. de pignor. secus vero si non reuerteretur ad ipsum dominum tanꝙ̄ ad dominum directum, sed vt ad quēlibet: vt verbi gratia, si illam emeret, vel acquireret titulo permutationis, vel sibi donaretur vel legaretur per emphyteutam vel vassallum: quia his casibus ⁊ similibus
6 nō extingueretur seruit⁹. Quo vero † ad laudimia, puto ꝙ de venditione talis seruitutis non debeantur, pro eo quia non venditur res ipsa. Et hec venditio fieri potest: etiam domino inuito. Super quo est etiam aduertendū, ꝙ si dominus reciperet laudimia, ⁊ inuestiret emptorem, ipse videretur consentire illi imositioni: ⁊ sic si casalia postea reuerterentur ad eum etiam tanꝙ̄ ad dominum directū: non extingueretur seruitus.

¶ Rub. De secun. nupt. ¶ Epitome. ¶ Consil. lxxxvi.

¶ Donatum plus aut plus relictum secunde vxori solis liberis prioris matrimonij applicatur: non ipsis liberis ⁊ eorum nouerce. U. F.

1 Posthumi preteritione testamentum non rumpitur.
2 Relinquere pater non potest secunde vxori plusꝙ̄ vni ex liberis prioris matrimonij: ⁊ de illo pluri quid fiat.



PRidem Egregius vir do. Joānes Solayrolis leguz doctor fecit ⁊ condidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera per euz disposita ⁊ fieri ordinata legauit ⁊ iure institutionis reliquit Charlote ⁊ Ludouice ex primo eius matrimonio, ac ex secundo, Margarete, Guilhelmo, ⁊ Jacobo eius filiabus ⁊ filijs naturalibus ⁊ legitimis ⁊ eorum cuilibet, certam pecunie summam seu quātitatem. Heredem vero suum vniuersalem fecit et instituit egregiam mulierem dominam Richardam Galliane, eius secundam vxorem, eam per fidei-

commissum rogando quatenus post dies suos, seu mortem suam ipsius domine Richarde heredis bona et hereditatem sui ipsius testatoris sine detractione seu retẽtione alicuius quarte partis restitueret dicto Guilhelmo, si tunc in humanis existeret: alioquin dicto Jacobo alteri filio, si tunc viueret: sin autem Jacobus ipse non viueret, prefate Margarete, si eadẽ tunc viueret: si vero non viueret, predicte Ludouice: ꝛ si ipsa nõ viueret, dicte Charlote Tutricem vero, rectricem ꝛ administratricem ac analogistam prefatorum Ludouice, Margarete, Guilhelmi, et Jacobi impuberũ reliquit eandem do. Richardam, absq; eo ꝙ cogeretur aut cõpelleretur per quoscunq; iustitiarios vel officiarios de bonis suis inuẽtarium facere aut recipere, minusq; de administratione computum aut reliqua reddere vel soluere: quod ipse testator prohibuit ad plenũ confidens de legalitate ꝛ probitate dicte eius vxoris ꝛ heredis. Et casu quo compelleretur de ipsis bonis inuentarium facere, computum reddere, vel reliqua prestare: eo casu omnia ꝛ quecunque bona ac pecuniarum summas, in quibus ipsa tutrix reperiretur per finem computorum teneri, eidem do. vxori sue ꝛ heredi dedit, donauit, quietauit, cessit, ꝛ remisit amore Dei, absque eo ꝙ possit pro ijs cogi, compelli, aut fatigari. Et manẽs in voluntate huiusmodi vita functus est ꝛ ab humanis decessit, superstitibus prefatis domina Richarda ꝛ liberis: dicta videlicet do. Richarda tunc pregnante: q̃uis pregnãs nesciretur. Post cuius mortem vita functi sunt ꝛ ab humanis decesserunt prefati Ludouica, Guilhelmus ꝛ Jacobus: dicta videlicet Ludouica etatis quatuordecim annorum: que in testamento per eandem cõdito heredem vniuersalem instituit dictã dominam Richardam. Quesitum est an testamentum predictum iure valuerit ꝛ valeat, an ve nõ valuerit, aut sit nullũ propter preteritionẽ posthumi. Secũdo quesitum est, an saltem testamentum predictum rumpetur per agnationem posthumi, si contingat illum nasci: ꝛ quid tunc operabitur clausula codicillaris in testamento predicto apposita. ¶ Ad que per ordinem respondeo
1 breuiter ꝛ succincte. Et primo ad primum, ꝙ† licet in testamento predicto fuerit venter seu posthumus preteritus: ipsum tamen testamentum valuit, ꝛ adhuc valet: hoc est ꝙ non ideo fuit nec adhuc est nullum, pro eo quia in eo fuit venter seu posthumus preteritus. §. posthumi, versic. in preterito valet quidem testamentum, ꝛc. cum suis simili. instit. de exhereda. libero. Sed hic est aduertendum, ꝙ
2 quia† dicto do. testatori superfuerunt liberi ex primo matrimonio, ipse non potuit plus relinquere dicte domine Richarde, q̃ vni ex liberis dicti primi matrimonij, illi videlicet cui minus reliquit. l. hac edictali, ꝛ quod ibi scribẽtes. C. de secun. nupt. §. optime, ꝛ quod ibi Barto. Ange. ꝛ doct. collat. iiij. ꝛ quod notant multi in. l. j. C. de inoffic. do. ꝛ Rapha. Fulgo. consil. xlvij. exord. Antonius transiens ad secunda vota, ꝛ Bened. Capra consil. lxxxj. exordiente, Punctus domina Blasia filia quõdam Melchionis, ꝛc. Et vbi maritus binubus plus donat vel relinquit eius secũde vxori, q̃ vni ex liberis primi matrimonij, illi videlicet cui minus donauit vel reliquit: illud plus relictũ aut donatum habetur pro non scripto, relicto, aut donato: et debet diuidi inter liberos primi matrimonij. d. l. hac edictali. §. si vero plusq̃, ꝛ dicto. §. optime, versic. ꝛ hec decernimus: ibi, ꝛ inter eos solos ex equo diuidetur, ꝛc. ꝛ transumptiue in auth. ad eos solos. C. de secun. nupt. q̃uis (si non desipio) aliqui videantur voluisse ꝙ illud plus debeat viriliter diuidi inter liberos primi matrimonij, ꝛ eorũ nouercã vel vitricum: ꝛ huius sententie videtur mihi fuisse glos. in. d. l. hac edictali, super verbo diuidi, vbi etiam Cyn. in. iiij. q. ꝛ Benedi. Capra in. d. consil. lxxxj. Sed text. predicti videntur destruere hanc opinionem: ꝛ (vt dicit Albe. in dicta. l. hac edictali) illam glo. reprobat Jacobus Butrig. dicẽs, scriptum, relictum, vel donatum in totum reuocari per dictam. l. hac edictali. §. si vero: vbi dicitur ꝙ pro non dato, ꝛ pro non scripto habeatur. Quod si est ita, quo iure capiet nouerca vel vitricus? Et quidem ex lege non: quia lex eos non vocat: non etiam ex relicto vel donato: quia non valet.

¶ Rubri. Pro socio. ¶ Epitome. ¶ Consil. lxxxvij.

¶ Fratrum communis vita ꝛ vsus non continuo societatem facit: sed quod in fundo communi edificatum est commune fit. V. F.



Etiam Si verũ sit ꝙ post mortem honorabilis quondam viri Petri sancti Donati de Limantio, ab intestato vita functi, honesti iuuenes Georgius, Joannes, Bartholomeus, alius Joannes, Claudius, ꝛ Clementia, eiusdem Petri filij naturales ꝛ legitimi, ac vniuersales heredes, in communione remanserint ꝛ vixerint, ꝛ bona paterna, in quibus communiter equis portionibus successerunt, communiter ꝛ pro indiuiso tenuerint ꝛ possederint: non propterea infertur vel sequitur, quod in bonis per dictum Joannem seniorem suo ipsius proprio nomine acquisitis debuerint, aut debeant dicti Georgius, Bartholomeus, Joannes iunior, Claudius, ꝛ Clementia, habere partem: ꝛ eo maxime, quia non eo ipso ꝙ sic remanserunt in communione, presumendi sunt aut censendi contraxisse societatem. l. si patronus. ꝛ quod ibi doct. C. cõmunia vtriusq; iudi. ꝛ quod notat Bart. in. l. Titium ꝛ meuium. §. altero. ff. de administra. tuto. Albe. Bald. ꝛ alij in. l. j. C. qui testa. face. pos. ꝛ hoc, nisi probarentur actus sociales, ꝛ per quos presumi deberet societas fuisse inter eos tacite contracta, vt etiam notant docto. in locis superius allegatis, ꝛ Bar. ꝛ Bald. in. l. cum duobus. §. idem Papinianus, alias. §. si fratres. ff. pro soc. Nisi igitur de alio diceretur preterq̃ de communi vita, ꝛ ꝙ in communione paternorum bonorum post mortem patris vixerint prefati Georgius, Joannes senior, Bartholomeus, Joannes iunior, Claudius, ꝛ Clementia, non possent ipsi Georgius, Bartholomeus, ꝛ alij petere partem in bonis que ad nouum accapitum seu in emphyteosim perpetuam habuisse, recepisse, ꝛ acquisiuisse dicitur dictus Joannes senior a nobili ꝛ generoso viro Carolo le Barrij maiore condomino loci predicti de Limantio. Et idem dicitur de alijs bonis per ipsum Joannem seniorẽ, ꝛ ex sua ipsius industria ꝛ suo nomine acquisitis. Idem etiam dico de domo, quam edificasse dicitur in casali seu crota sui ipsius Joannis, ꝛ de propria pecunia eiusdem. Si vero illam edificasset in crota aut casali communi inter eum ꝛ fratres, etiam si hoc fecisset de propria sui ipsius pecunia: existimarem ꝙ ratione communionis fundi seu crote aut casalis, in quo domus fuisset edificata, esset domus ipsa communis: sed deberent contribuere in expensa facta per dictum Joannem. Quo ad arrẽdamentum per eundem Joannem seniorem receptum ꝛ habitum proprio nomine sui ipsius, nõ puto dictos fratres, nisi de alio edocerent, habuisse vel habere debere partem in ꝛ de emolumentis siue lucris per ipsum Joannem factis ad causam arrendamenti huiusmodi.

¶ Rub. De munic. ꝛ orig. ¶ Epito. ¶ Consil. lxxxviij.

¶ Municipali statuto facilius in totum tollitur legitima, q̃ minuatur. V. F.



Visis Municipali statuto ciuitatis Niciensis, ac publico instrumento honorabilis quondam viri Venelini Varleti mercatoris predicte ciuitatis, necnon etiam casu mihi exhibito: dico et respondeo breuiter ꝛ succincte (salua tamen pleniore visitatione statuti superius mentionati, cum illius copiã habuero magis correctam) prout infra. Premittens pro faciliore responsione, ꝙ licet dubium sit apud doctores, an legitima liberis naturalibus debita in bonis suorum parentum in totum per statutum tolli possit, prout colligi potest ex ijs que in varijs locis scribunt doc. super quo tamen insistere non expedit: non est tamen dubium quin secundum communem opinionem, legitima huiusmodi per statutum minui possit. Hanc opinionem tenuerunt Dy. ꝛ Joan. in regula, Indultum, de reg. iur. in. vi. Cyn. ꝛ omnes doct. in. l. sancimus. C. de nupt. do. de Rota in sua conclusione. xviij. exord. Item fuit dubitatum ꝛ in relationibus positum, ꝛc. in nouis, Joan. An. in addit. Spec. tit. de succeß. ab intest. in rub. Bart. ꝛ alij in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. ꝛ demonst. Ang. in. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoff. test. Old. consil. cxvij. exord. Circa ius municipale siue consuetudinem, ꝛc. in primo quesito, ꝛ consil. cxxxv. exord. Factum tale est quidam nomine. G. habens filium ꝛ filiã, ꝛc. Bart. in auth. de hered. ꝛ fal. circa fin. princ. Pro qua opinione consuluit Alexan. de Jmo. multos referens cond.

lv. exor. si

lv. exord. Uiso titulo questic is, &c. in. ij. vol. Fran. Mar. consil. lxxx. exord. Recte prefatus egregius doctor domi. Franciscus, &c. sed his non obstantibus, &c. Ubi etiã multos refert, & longe plures do. Albertus Bon. in suo tract. de statu. femi. & cogna. line. a succes. exclu. in prima quest. primi articuli. Et quia fundaméta & motiua huius cõmunis opinionis possunt videri & habentur vbiq3, ego breuitatis causa illa non refero. Quo supposito, videndum est an per verba statuti superius mentionati videantur filie exclusé a legitima vel parte legitime eis de iure communi debite in bonis parentum. Uide Salic. in. l. sancimus. C. de nuptijs.

¶ Rub. De offic. diuers. iud. ¶ Epito. ¶ Consil. lxxxix.

¶ Judicis officium est adstantes aduocatos super stylo interrogare cum iuramento: cui mordicus sicut statutis municipalibus inherendum est. U. F.



Quidam Pretensi supplicatorum declaratorij articuli, parte nobilis viri Henrici Gonelli, aui & legitimi administratoris liberorum & heredum nobilis quondã viri Gabrielis Gonelli eiusdem Henrici quondã filij, oblati & producti, contra & aduersus nobilem & honestam mulierem Joannam dicti Claudij relictam, & nunc vxorẽ & personam coniunctam nobilis et honorabilis viri Joannis de Plana, non fuerũt nec sunt admittẽdi: nec impediunt aut impedire possunt exequutionem literarũ parte dictorum nobilium Joannis & Joanne ab hac venerabili curia obtentarum. Cum quia vel de statuto, vel de stylo huius presentis curie non admittuntur nec admitti consueuerunt nisi tres exceptiones: scilicet solutionis, pacti de nõ petendo, seu nouationis, & falsitatis instrumẽti: de quarum numero non est pretensa cõpensationis exceptio, de qua opponere nititur idem nobilis Henricus in dictis pretensis articulis. Ergo illi non sunt admittendi: et hoc siue dispositio predicta fuerit & sit statutaria, siue ex stylo. Et primo quidem si sit statutaria: illi standum est, & verbis eius inherendum, etiam si dura viderentur. l. prospexit. ff. qui & a quibus, & l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercito. act. & quod voluit Bar. & post eũ mod. in. l. j. §. j. ff. quod vi aut clã. Jo. de Imo. Ang. Aret. & doct. in. l. fi. ff. qui & a quib. appella. non licet, doct. in. l. ita nobis pudor. C. de adulter. & in. c. ex parte, de of. del. Et idẽ dico si dispositio huiusmodi fuerit aut sit ex antiquo stylo curie: quia ille tenaciter seruandus est per id quod not. Cyn. & alij. in. l. ij. C. que sit long. consu. Et pro obseruatione styli curie do. Card. Flor. post Laud. & Senze. in cle. sepe. §. & quia, inducit. c. ex literis, de consti. c. in causis, de re iud. c. ꝙ graui, de crimi. fal. & quod habetur in. c. per tuas, de senten. excommu. c. mos antiquus, distin. xcvj. & in. l. j. §. sed & si que. C. de veter. iur. enuclean. Et dicit Ang. Aret. in suo tract. malef. super verbo, Nec non ad querelam, &c. paulo post med. versic. & primo quero an in accusatione sit necessaria: ibi, Nam stylus curie, &c. ꝙ de stylo curie potest iudex pro sui informatione interrogare procuratores & alios astantes cum iuramento, & in actis eorũ responsiones scribi facere. Pro quo etiam allegat Bart. & Flor. in. l. iij. §. fin. ff. de testib.

¶ Rub. De testamentis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. xc.

¶ Testamentum valet, in quo filij iam ante mortui portio a patre relicta fratri superstiti acquiritur per ius accrescendi. Uasquin. Filiol.



Licet Joannes de Camargijs ab humanis decesserit prius & anteꝙ honorabilis quondam vir Jacobus de Camargijs eius pater condiderit testamẽtum, & propterea videatur pars, & portio eidem quondam Joanni relicta fuisse & esse pro non scripta. l. vnica. §. in primo. C. de caducis tol. quia tamẽ Petrus de Camargijs, dicti Joannis frater cosanguineus, viuebat tempore testamenti huiusmodi: & tam post illud, ꝙ etiam post mortem dicti quondam Jacobi eius patris vixit, et paterne hereditati se immiscuit: pars & portio dicto Joanni relicta accreuit isti Petro. d. §. in primo. Et sic non puto testamentum dicti quondam Jacobi posse dici nullum, pro eo quia ante testamentum predictum ab humanis decesserat dictus Joannes.

¶ Rub. De condict. ob cau. ¶ Epitome. ¶ Consil. xcj.

¶ Conuentis ex aduerso non seruatis, id quod eo nomine datum est legitime repetitur. U. F.

1 Cedens cessionario refundere quando teneatur.
2 Implens pro parte sua contractum qua actione implentem conueniat.
3 Confessio de recepto per cedentem facta an et quando noceat cessionario.
4 Promissor facti an & quando precise ad aliud teneatur, vel ad interesse.
5 Oblatio realis, consignatio seu dispositio pecunie an et quando necessaria.
6 Citatus an & quando iterum peremptorie citandus.



Pro Decisione eorũ de quibus queritur parte nobilis & generosi viri Francisci Uinay, domini sancti Joãnis Alteuernis, premitto ꝙ hic nõ dubitatur aut queritur, an post factam permutationem per nobilem Hubertum de Casta cum nobili & generoso viro Francisco de Uinay de quibusdam alijs, & gratia reacheti latius mentionatis in scripturis & casu mihi transmissis, & post cessionem iuriũ & actionum predicti reacheti eidem de Casta pertinẽtium, potuerit ipse nobilis de Chasta redimere et recuperare a nobili Huberto Odonis parochiam de Triors & certam partem parochie Silonis, per eundem Odonis a prefato de Chasta antea acquisitas, & pro quibus redimendis seu recuperandis dictus nobilis Odonis eidẽ nobili de Chasta gratiam racheti cõcesserat. Si enim de hoc quereretur, & an idem de Chasta potuerit preiudicare prefato nobili Frãcisco de Uinay, quominus possit experiri cõtra dictũ Odonis: recurrendum esset ad ea de quibus per scribẽtes in. l. si cum emptore. ff. de pact. l. fin. ff. de transact. l. facta. §. si heres. ff. ad Trebel. & in. l. iij. C. de noua. & in multis alijs locis: & esset inquirendum an tempore facte recuperatiõis per dictum nobilẽ de Chasta parochus Odonis haberet notitiam permutationis & cessionis superius mentionatarum, & an illarum haberet seu habuisset altero ex tribus modis, de quibus in. d. l. iij. C. de noua. vel alio modo. Et rursum esset inquirendum an dictus nobilis Franciscus potuerit vllo vnꝙ tempore predictam parochiam loci de Triors & partem parochie Silonis repetere a dicto nobili Odonis. Quod ideo dico, quia forte penes eundẽ Franciscum non fuerunt nec sunt res tradite per prefatũ Odonis dicto nobili de Chasta, & quia gratia redimendi videtur fuisse concessa dicto nobili Hũberto fratri, & pro ipsis duntaxat; & non pro tradendo alteri. Uerum quia de eis non queritur, vt predixi, sed queritur an dictã parochiam de Triors & partem parochie Silonis, quas post permutationem superius mentionatam, & factam cum dicto nobili Francisco de Uinay, & cessionem iurium & actionum gratie racheti, recuperasse dicitur dictus nobilis Hubertus de Chasta a prefato Odonis, possit & valeat idem nobilis Franciscus petere sibi restitui seu tradi per dictũ nobilem de Chasta. Ad quod respõdeo, ꝙ sic, per id quod notat glos. in. d. l. fin. ff. de transact. & in. l. apud Celsum. §. quod si is cui. ff. de doli except. & est bonus text. in. l. venditor actionis. §. fi. ff. de herd. vel act. vend. facit. l. cum ij. §. si integra, vers. sed & si certa. ff. de transact. & in. l. ij. §. nõ tan-
1 tum. ff. de hered. vel act. vend. per que † iura probatur ꝙ si cedens post per eum factam cessionẽ aliquid egerit in preiudicium cessionarij, siue agendo, siue paciscendo, siue recipiendo: tenetur ei refundere: & (vt predixi) hoc notat glos. in. d. l. fin. ff. de transact. & voluit Bald. consil. cccij. exord. Factum tale est domina Auerana titulo donatiõis inter viuos, &c. vers. & predicta vera sunt inter cessionarium, &c. in prima parte: & fuit satis de mente Sal. in. l. j. vers. quero quid in pacto gratuito, circa fi. C. de act. & obli. & Joan. de Imo. in. d. l. facta. §. si heres. ff. ad Trebel. vbi etiam hoc voluit Joan. de Imo. dicit enim ꝙ illud quod exigit cedẽs tenetur restituere cessionario, si (prout in casu nostro) ad commodum cessionarij facta erat cessio: pro quo allegat
2 d. l. apud Celsum. §. ꝙ si is cui. Et puto † ꝙ dictus nobilis Franciscus, cum adimpleuerit per se cõuenta & promissa,

possit contra eundem nobilem de Chasta agere actiõe prescriptis verbis, et sic actione descendente ex contractu per eum cum dicto nobili de Chasta celebrato et inito. Et hoc videtur fuisse de mente Ioan. de Imo. in d. l. facta. §. si he
3 res, quatenus ibi sentit, quod †licet cõfessio de recepto, facta per cedentem post cessionem iurium, noceat emptori actionis, eidemque cessionario: illi tamẽ succurritur secundũ Io. de Imo. sub verbo tamen forte actione ex empto: ad quod facit, secundum eum. l. iij. C. de inut. stipul. et l. eleganter. §. non solum. ff. de dolo. Sic igitur potest ipse nobilis Franciscus petere sibi restitui per eũ data dicto nobili de Chasta, postquam per ipsum gesta non seruãtur: vel petere promissa obseruari: et sic tradi et expediri Baroniã et partem predictas. l. j. in. §. respon. et l. cum precibus. C. de rer. permut. Et puto quod dictus nobilis de Chasta possit ad hoc vltimum precise conueniri, saltem ratione iuramenti per eum prestiti, per id quod habetur in. c. fin. et quod ibi Anto. de But. ne prelat. vi. suas, et quod notat glos. l. si pecuniam, in princ. ff. de cond. ob caus. quam ad hoc ponderat et sequitur ibi Bald. et in. l. sed et he. §. pretor. ff. de procurat. vbi etiã ad hoc allegat. l. si quis maior. C. de transactio. et quod notat Alexand. de Imo. in. l. stipulationes non diuiduntur, ver. demum inquãtum Bar. hic in. viij. q. tetigit an ad factum possit quis precise cogi, vbi etiam alij moderni. ff. de verb. obligat. et quod notat idem Alexan. in. l. si conuenerit, circa princ. ff. de iurisd. omni. iud. et consil. xcj. in. ij. vol. Fran. de Are. in. l. si ita quis promiserit. §. ca lege. ff. de verb. obl. do. Iason May. in. d. l. si pecuniam, in princ. ff. de cond. ob caus. et cano. in. c. veniens, de iureiuran. in quibus locis vo
4 lunt doc. prefati, quod licet †obligatus ad factum regulariter liberetur soluendo interesse. l. si quis ab alio. §. fin. ad fin. cum suis simil. ff. de re iud. hoc tamen fallit propter iuramentum, si in contractu interuenerit, et illud fuerit prestitum per obligatum ad factum. Et sic non obstat quod no. glos. et doct. in. d. l. cum precibus, quatenus ibi dicunt non posse illum qui adimpleuit per se cõuenta in permutatione, agere precise contra cõpermutantem ad implendũ per se conuenta. ¶ Ad secundum quesitũ, in quo queritur an sufficiat deponere pecuniã, etc. respõdeo quod dictus nobilis Franciscus hic aduertere debet non solũ quoad pecuniam que dari seu restitui debuit dicto nobili de Chasta: sed etiã quoad illud tenementum prati, terre, et vinee, quod eidẽ de Chasta tradi debuit, et vt puto fuit traditum per dictum nobilem Odonis, et quod eidem nobili Odoni debebat restitui vna cum tricentis et quadraginta scutis auri pro obtinenda restitutione dicte parochie de Triors, et partis parochie de Silone. Et cum existimem quod tempore facte recuperationis parochie et partis predictarum dictus nobilis de Chasta vltra et preter dicta tricẽta et quadraginta scuta auri, restituerit dicto nobili Odonis predictũ tenemẽtũ: non sufficiet ipsi nobili Frãcisco offerre dicta. cccxl. scuta: cum teneatur ad solutionẽ valoris illius tenemẽti, quod ipsi de Chasta traditum extiterat vltra et preter summam predictam. Puto igitur quod in hac materia sic sit procedendum: scilicet quod ad instantiam ipsius nobilis Francisci citetur prefatus nobilis de Chasta, recepturus summã predictam et debitam satisfactionem de valore seu pretio tenementi superius mentionati: vel (si magis placet) consulo quod citetur responsurus petitionibus dicti nobilis Francisci, et quod in termino, facta cõmemoratione de prima permutatione, et gratia reacheti, deque secũda permutatiõe, quam de dicto reacheto et quibusdam alijs fecit dictus nobilis de Chasta cum dicto nobili Francisco, et cessione iurium et actionum: et postremo de recuperatione parochie et partis predictarum postea facta per ipsum de Chasta, offerat realiter sub presentia magistratus dictus nobilis Franciscus dicta. ccc. et. xl. scuta auri: et nihilominus petat taxari et estimari predictum tenementum, et offerat quod cum illud fuerit per deputandos, et in talibus expertos taxatum et estimatum, ipse realiter offeret et expediet pretium eidem nobili de Chasta: et alias quoad hoc offerat se paratũ facere quod est iuris. Et deinde petat parochiam et partem predictas
5 iuxta conuenta sibi restitui. Et† quod oblatio summe predicte. ccc. et. xl. scutorum debeat esse realis, et non sufficiat verbalis, tenent Ang. Alex. de Imo. et moderni in. l. si mora. ff. sol. mat. Bald. et Sali. in. l. acceptam. C. de vsur. nec forte sufficiet oblatio realis: sed opus erit consignatione seu depositione, per id quod habetur in. l. si a te. C. de pact. inter emptor. et vend. Est tamẽ verum, quod si dictus de Chasta diceret se nolle recipere pecuniã: nõ esset opus illam deponere, quinimo nec realiter offerre, vt voluit Bald. in. l. j. C. ne lice. tertio prouo. idem voluit Raph. Cuma. Paul. de Cast. et Alexand. de Imo. in. l. qui Rome, in princip. ff. de verb. oblig. Alexand. de Imo. in. d. l. si mora, versi. quinto fallit, et in. l. si insulam, vers. sed contra putarem. ff. de verb. oblig. et in. l. si seruus cõmunis, in princ. ff. de vulg. et pupil.
6 Pro quo solet allegari, quia † ille qui semel citatus dicit nolle cõparere, non est vlterius peremptorie citandus. c. ij. de dolo et contumac. in. vj. notat glos. magna in. c. fin. ff. de restit. in integ. vbi etiam Bart. ergo a simili, non expedit vlterius offerre realiter: quod etiam sentit Barto. in. l. qui solidum, in princ. ff. de legat. ij. et glos. fin. in. c. pastoralis, de offi. ord. Quo vero ad valorẽ seu pretium estimationis valoris predicti tenementi, dico quod ipse non cogitur facere realem oblationem, postquam istud pretium nondum est liquidum: et sic nescit quid aut quantum sit deponendũ: quod etiam voluit Alexand. de Imo. in. d. l. si mora, versi. tertio fallit, et And. Barb. consil. xv. ver. et si quispiam, etc. in prima parte, Fran. de Are. consil. cxliij. exord. Ex facto presupponitur quod illustrissimus et excellens princeps Franciscus, etc. in vltimo quesito: vbi ponit practicam quam supra commemoraui: qui potest videri. Que omnia dixerim, etc.

¶ Rubr. Commu. de succes. ¶ Epitome. ¶ Consil. xcij.

¶ Summatur vt in secundo notabili. A. F.

1 ¶ Grauari filius in legitima non potest: et an de eo grauamine trebellianica deducatur.
2 Filius in certa summa particulariter institutus, et grauatus detrahit tantum legitimam, non trebellianicam.
3 Legitima de re mediocri detrahenda, non de meliore, arbitrio iudicis.
4 Fideicommissum an et quando cum suo onere remaneat.
5 Inuitati ordine successiuo, non simul, qui quando censeantur: et num. seq. et vsque in finem huius quesiti.
6 Disiunctiua an et quando resoluatur in coniunctam, et econtrario.
7 Verba perueniat, deueniat, et pertineat sunt verba communia.
8 Verbum, liberorum, est collectiuum.
9 Substitutio locum habens in persona primi substituti cessat in persona sequentium substitutorum.
10 Fideicommissum inducitur ex sola coniecturata mente testantis.
11 Immiscere se paterne hereditati an et quando noceat.
12 Sumptus in re restitutioni subiacente facti an et quando repetantur.



PRO faciliore solutione eorum de quibus queritur parte nobilium et generosorum virorum Tanguidi et Ardoyni de Ponteues, premitto quod licet nobilis et generosus quondam vir Iacobus de Ponteues, eorum patruus magnus, non fuerit vniuersalis heres institutus per magnificũ et potentem quondam virum dominũ Blacassium de Ponteues eius patrem, et proauum eorũdem nobilium Tanguidi et Ardoyni, sed particularis in oppido seu castro de Cabanis, et quibusdam alijs latius mẽtionatis et expressis in te
1 stamento eiusdem quondam do. Blacassij: ipse tamen† nobilis Iacobus potuit, quatenus castrum et alia predicta excedebant valorem legitime, rogari seu grauari de eisdem reddendis et restituendis alteri vel alijs, prout legitur fuisse grauatus per dictum quondam do. Blacassium: nõ autem potuit onerari aut grauari in legitima. Hoc secũdum probatur in. l. omnimodo. l. que nuper, et l. quoniã in prioribus, cũ suis simil. C. de inoff. test. Primũ vero probatur in auth. de trien. et semis. §. j. vers. licebit enim ei reliquũ, etc. coll. iij. et auth. vt lice. matri et auie. §. j. ad fi. colla. viij. quod etiam satis voluit Bart. in. l. coheredi. §. cum filie. versic. et ideo, etc. ff. de vulg. et pupil. consil. xxj. exor. Bonio acursoli habebat quinque filias. Hoc etiam satis sensit Old. consil. cxxxij. exord. Latius habens filiam, vers. nec est locus querere an in dote, etc. ibi, et tamen verum est, etc. quatenus ibi voluit, quod etiam in dote per patrem pro filia constituta possit idem pater grauare filiã quatenus dos huiusmodi excedit legitimam. l. fin. §. filie. ff. de leg. ij. Nec de tali relicto potest detrahi trebellianica, vt voluit Io. de Imo. in. d. l. coheredi. §. cum filie, vers. item nota quod ille demum, etc. vbi

etiam

etiam idem videtur voluisse Alexan. de Imo. versic. item
2 nota ꝙ legata vnius certe rei, ⁊c. ⁊ apertius † hoc voluit Rapha. Fulgo. consil. mihi. lxj. non in scriptis ad stampam, exordien. Ad primum videtur posterius valere, ⁊c. vbi loquens de filia particulariter in certa summa herede instituta, ⁊ de restituendo grauata, dicit non esse querendum de trebellianica, cum non fuisset a patre heres vniuersaliter instituta, sed in certa quantitate: ⁊ sic legatarie locum teneret. l. quoties. C. de liber. instituen. quod etiam voluit Panor. in c. Raynutius, de testamen. vbi etiam refert Bald. pro hac parte consuluisse. Et idem videtur sensisse Pau. de Cast. consil. ccxxxix. exordiente, Hereditas dicte puelle, ⁊c. ⁊ idē voluit do. Iason May. in auth. res que, ad fi. C. cōmu. de leg. De dicto igitur relicto, conditione fideicommissi adueniente, solum potest detrahi legitima: que, cum eidem do. Blacassio superfuerint quinque liberi primi gradus, scilicet quatuor filij masculi ⁊ vna filia, erat dimidia pars eius quod fuerat dictus nobilis Iacobus ab intestato habiturus, dicto auth. de trien. ⁊ semis. §. j. collat. iij. ⁊ transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. Et cum (vt puto) castrum seu oppidum de Cabanis, cum suo mero ⁊ mixto imperio esset res melior inter eas que relicte extiterunt dicto nobili Iacobo: non videtur ꝙ in eo potuerit aut possit fieri detractio predicte legitime aduersus substitutum: cū illa, etiam si alias pos
3 sit vel fieri vel eligi in vna re: non † tamen fienda sit in re meliore: sed in mediocri, vt post Iaco. voluit Bal. in l. filium quem, versi. item dicit Iaco. C. famili. ercisc. Et hoc fit, ne dum filio satis fauendum esse existimamus, fideicōmissarij commoda defraudentur. l. fi. §. sed ⁊ si quis. C. cōmu. de lega. l. legato generaliter. ff. de lega. j. ⁊ argu. auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. Preterea post multas remissiones, quas nō repeto, dicit Alex. de Imo. in l. Marcellus. §. res que. ff. ad trebel. ꝙ, secundum breuem ⁊ communem cōclusionem, detractio legitime potest fieri in vna re arbitrio iudicis: qui tamen non debet arbitrari vt fiat in re meliore, dicta auth. hoc ius porrectum, ⁊ l. legato generaliter: quod etiam voluit Bald. consi. xliij. exor. Ad euidentiam est premittendum, ⁊c. in prima parte. Secundo premitto, ꝙ siue ponamus nobilem Fulquetum, de quo in casu, ab humanis decessisse post dictum quondam Iacobum, siue supponamus hunc Fulquetum ab humanis decessisse ante dictum Iacobum: non videtur esse dubium, quin substitutio de nobili Antoneto de Ponteues de castro de Cabanis, ⁊ alijs relictis dicto nobili Iacobo, sibi locum vēdicauerit in personam eiusdem nobilis Antoneti: postꝙ (vt in facto supponitur) dicti nobiles Iacobus ⁊ Fulquetus ab humanis sine liberis decesserunt. Et quidem hoc clare patet in primo casu: secundum quem primo decessit Iacobus sine liberis: ⁊ sic fuit locus in persona dicti Fulqueti immediate sibi substituti. Et cum postea etiam sine liberis decessit dictus Fulquetus, substitutio sibi locum vendicauit in personā prefati Antoneti post eum immediate substituti. Ita enim voluit ⁊ disposuit dictus quondā do. Blacassius: quod propterea seruandum fuit. l. j. C. de sacrosanct. eccle. auth. de nupt. §. disponat, ⁊ c. vltima voluntas. xiij. q. ij. Pro quo facit, quia quilibet est regulariter moderator ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. si quidem. C. de contrahen. emptio. ⁊ vendi. l. polla. C. de ijs quib. vt indign. ⁊ c. de ijs, ad fin. de sepult. quod maxime procedit in vltima voluntate, in qua, vt dicit Bald. in l. j. ff. de condi. institu. non requiritur causa: ⁊ sic videtur sufficere sola voluntas, prout dicimus in donatione. l. j. ff. de donatio. ⁊, vt dicit Ioan. de Imol. in l. ex ea. §. ex ijs, ad fin. ff. de testa. materia testamentaria est permissoria in suo genere, iuxta. l. j. ff. ad leg. falcid. in qua propterea debet posse testator id quod non reperitur sibi expresse prohibitum, argu. l. necnon. §. quod eis, ⁊ quod ibi glos. ff. ex quib. cau. maio. Etiam hoc
4 patet in secundo casu, scilicet eo quo † adhuc viuente dicto quondam Iacobo ab humanis decessisset dictus nobilis Fulquetus: quia isto casu remansisset fideicōmissum ipsi Fulqueto relictum apud dictum Iacobum cum suo onere. l. j. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. ⁊ quod notant Bart. ⁊ docto. in l. ꝗdiu, la. ij. ff. de acquir. heredit. ⁊ quod voluit Petr. Iacob. in suis libel. tit. de compendio. substitut. que fit a pagano, versic. quidam testator, ⁊ domi. de Rota decisione. dccclxvij. ⁊ Francis. de Aret. consil. clvj. exordiente, Diligenter visis ⁊ ponderatis testamēto ⁊ codicillis, ⁊c. Et per hec patet responsio ad primum quesitū, scilicet ꝙ substitutio facta dicto quōdam nobili Iacobo, seu Fulqueto eius fratri, de dicto quondam nobili Antoneto, ⁊ in castro de Cabanis, ⁊ alijs bonis dicto Iacobo relictis, sibi locum vendicauit in personā predicti Antoneti. ¶ Ad secundum quesitum dico ⁊ respondeo, ꝙ si sequimur opinionem Bart. de qua in l. Gallus. §. quidā recte. ff. de libe. ⁊ posthu. quam etiam sequutus est do. de Ricijs in quodam suo consil. posito inter consilia Ange. ⁊ post consilium. xxxvij. exordiente, Quidam Ioannes decessit condito testamento, ⁊ Andre. Barba. in c. Raynutius, in illo articulo quem prosequi incipit, vers. Nota, ⁊c. ibi, adijciēs vt Altherocha, ⁊c. de test. vbi post relatas plurium opiniones tandem adheret opinioni Bart. in d. l. Gallus. §. quidam: ⁊ dicit esse mirum ꝙ legiste non defen
5 derint Bar. ⁊ quidem doctorem supremū, † cōtra cano. Si (inquam) opinionem sequimur huius supremi docto. nemini dubium est, quin primo censeatur fuisse ad substitutionem superius mentionatam inuitatus predictus Antonetus, ⁊ postea ⁊ ordine successiuo ipsius Antoneti liberi masculi. Quia cum inter prefatum Antonetum filium primi gradus, ⁊ eius liberos masculos filios gradus seu graduum remotiorum, caderet affectio ordinate charitatis: ⁊ qui erant alias non simul, sed successiue ab intestato eidem Blacassio successuri, si ille intestatus decessisset: ipsi videntur fuisse inuitati ordine successiuo, ⁊ non simul: pro quo allegat Bart. text. ⁊ glo. in d. l. Gallus. §. quidam re
6 cte: allegat etiam, quia † disiunctiua posita inter personas ratione affectionis ⁊ charitatis, resoluitur in coniunctā. l. generaliter. C. de insti. ⁊ substi. Ergo eadem ratione coniuncta resoluitur in disiunctam. Sed non est dubium, ꝙ si fuisset disiuncta apposita, illi viderentur fuisse inuitati ordine successiuo, ⁊ non simul. l. cum pater. §. penult. ff. de lega. ij. Preterea supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ dictum Bart. in d. §. quidam recte, quatenus videtur ibi reprehendi per Bald. Angel. ⁊ moder. non procederet de iure, ⁊ sic opportune reprehenderetur: illud tamen non videtur reprehendi in hoc casu: imo potius in eo videntur cōuenire ⁊ concordare alij docto. scilicet quādo dispositio fit inter personas, inter quas cadit ordo affectionis ⁊ charitatis, ⁊ qui non est abstractus a ratione debiti naturalis attenta dispositione de qua agitur. Nam hoc casu omnes communiter concordant, ꝙ dispositio censeatur facta ordine successiuo. Cum igitur inter dictum Antonetum ⁊ liberos masculos caderet ordo charitatis ⁊ affectionis, pro eo quia Antonetus erat filius, ⁊ propterea primo loco ab intestato successurus: liberi vero masculi eiusdem erant futuri nepotes, pronepotes, vel vlteriores: ⁊ quia etiam iste ordo non erat abstractus a ratione debiti naturalis: quia si contingisset prefatum Antonetum ab humanis decedere in vita dicti quondā domini Blacassij, fuisset testamentum ruptum propter preteritionem masculorum ex dicto Antoneto descendentium, si qui fuissent, ⁊ nihil fuisset eisdem relictum. Propter que censetur ipse do. Blacassias, tanꝗ necessitatus metu ruptionis dicti eius testamenti, substituere, ⁊ sic aliquid relinquere etiam liberis masculis predicti Antoneti. Inuitauit ergo ipsum Antonetum ⁊ liberos masculos eiusdem, non simul, sed ordine successiuo: primo scilicet predictum Antonetum, ⁊ postea eo non superstite dictos eius liberos masculos, per doctrinam quam ponit Bart. ⁊ alij in d. l. Gallus. §. quidam. Et quia prefatus Antonetus habuit liberos masculos primi gradus, scilicet nobilem Antonium eius filium, ⁊ liberos secundi gradus, scilicet nobilem Ioannem de Ponteues, ⁊ prefatos nobiles Languidum ⁊ Audoynum ipsius Antonij filios: dico ꝙ cū isti, hoc est filius ⁊ nepotes masculi dicti quondam Antoneti inuitati extiterint per verbum ⁊ liberos masculos, ⁊ sic sub nomine collectiuo, primo fuit inuitatus predictus Antonius, ⁊ posteā ⁊ ipso non superstite dicti eius filij. l. peto. §. fratre, ⁊ l. cū ita legatur. §. in fideicom. ff. de lega. ij. ⁊ quod notant Bald. Ange. Philip. de Corne. ⁊ alij in l. fin. C. de verb. signi. ⁊ quod voluit Ang. consil. xxxviij. exordien. Cum substitutio fit de ijs inter quos cadit affectio ordinis, ⁊ Andr. Barba. in d. c. Raynutius, versi. adde tertio ꝙ inquantum dictum est, ⁊c. Et hinc dicit Ang. in d. l. fin. C. de verbo. signifi. se practicasse de facto illam. l. in quodā rustico, qui filio morēti substituerat Cyprum agnationis, ꝙ nō videātur vocati omnes de agnatione, sed gradatim, ⁊ secundum ordinem charitatis. Vnde primo vocātur descendentes, secūdo propinquiores, tertio collaterales. Et

si dicatur ꝙ dato ꝙ in dicta substitutione facta de prefato Antoneto ⁊ eius liberis masculis intelligātur vocati ipsi Antonetus ac filij, nepotes, ⁊ alij descendētes masculi ordine successiuo: tamen quia idem Antonetus fuit in rerū natura tempore, quo ab humanis ⁊ sine liberis decesserūt dicti nobiles Iacobus ⁊ Fulquetus, ⁊ sic tempore euētus cōditionis substitutionis facte de dicto Antoneto, ⁊ idē Antonetus agnouit dictum fideicommissum: videatur ꝙ dicta substitutio expirauerit in personam filiorum ⁊ nepotum eiusdem Antoneti, hoc est dictorum nobilium Antonij ac Ioannis, Tanguidi, ⁊ Audoyni: eo quia substitutio in persona dicti Antoneti primi substituti sibi locum vendicauit. Et ideo cessauit in persona dictorum Antonij filij, ac Ioannis, Tanguidi, Audoyni ⁊ sequentiū. l. cūm testamento, in princ. ff. de hered. institu. l. si mater. §. j. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ l. ꝙdiu, vltima, post prin. ff. de acquir. here. videtur posse responderi ⁊ dici ꝙ dato ꝙ prefati nobiles Antonius, Ioannes, Tanguidus, ⁊ Audoynus non potuissent venire ex substitutione, per quam fuerunt substituti dicto domino Iacobo primo grauato. Videbatur tamen potuisse venire ex quadam alia substitutione, que de eis facta videtur predicto Antoneto: cum videantur fuisse inuitati ordine successiuo, secundum opinionem Bart. in. d. §. quidam recte. Preterea si forte opponatur, ꝙ cum in illa substitutione, qua liberi masculi dicti nobilis Antoneti, ⁊ sic prefati nobiles Antonius filius huius Antoneti, ac Ioannes, Tanguidus ⁊ Audoynus, non fuerint apposite seu adiecte dictiones denotantes tractū temporis, vt quia non fuit dictum quandocunqȝ decesserit prefatus Antonetus, vel post mortem ipsius veniant eius liberi masculi: ⁊ ideo substitutio huiusmodi, quia videntur dicti filius ⁊ nepotes substituti eidē Antoneto, censeatur quoad ipsum fuisse tantum vulgaris, ⁊ ꝙ propterea expirauerit per aditionem seu agnitionem aut acceptationem factam per dictum Antonetum. l. post aditā, C. de impub. ⁊ ali. subst. ⁊ ꝙ illa non fuerit cōpendiosa, vel fideicomissaria: sicut nec est quādo testator dicit, Filium instituo, ⁊ ei Titiū substituo: quia cū talis substitutio facta sit simpliciter, ⁊ sine dictione importante tractum temporis, illa continet tantum vulgarem. l. iam hoc iure, versi. in vulgarem tantūmodo, ⁊c. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ quod notat. gl. magna in. d. §. quidam recte: ibi, vel sic filium, ⁊c. quod not. Bart. in. d. l. centurio, post medium, dum tractat an compendiosa contineat vulgarem, versi. secundo oppono ad predicta ⁊ in. l. Lucius. q. vlt. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ in. l. si arrogator, ad fin. ff. de adopt. ⁊ sic videatur ꝙ in casu de quo queritur fuerint liberi masculi predicti Antoneti solū ⁊ duntaxat inuitati, seu substituti vulgariter post dictū Antonetum, hoc est eo casu quo idē Antonetus vel non posset vel nollet succedere in dicto castro de Cabanis, ⁊ alijs relictis dicto nobili Iacobo: si (inquam) ita opponatur, videtur posse responderi ⁊ dici ꝙ hoc non obstat: pro eo quia dictus quondam de Blacassijs non solum substituit, vt predixi: sed etiam adiecit illa verba, ita ꝙ pars, portio atqȝ bona illius seu illorum sic vt predicitur decessi seu decessorū ad superstitem ex predictis perueniat, deueniat, et pertineat pleno successionis et substitutionis iure. Per que verba videtur euidenter apparere ꝙ liberi masculi prefati nobilis Antoneti fuerint eidem substituti vulgariter, hoc est in casum in quem vel nollet vel non posset succedere in dicto fideicommisso: sed etiam in eum casum, in quo successisset in eodem fideicommisso. Et hoc signant illa verba portio decessi seu decessorū ad superstitē ex predictis per-
7 ueniat, deueniat, ⁊ pertineat, ⁊c. Sūt enī illa verba, † perueniat, deueniat, ⁊ pertineat, verba cōmunia: ⁊ quidem de verbo, perueniat, patet per id quod not. Bar. in. d. l. centurio. ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊ Bal. in. l. fi. C. de sacros. eccle. ⁊ in c. si pater, de testa. in. vj. ⁊ Ioan. de Imo. in. c. Raynutius, de testa. De verbo deueniat, etiam patet per id quod not. Bald. in. c. si pater, ⁊ in. d. l. fin. ⁊ in. d. l. iam hoc iure. ff. de vulgar. ⁊ pupil. Angel. consil. xiij. ⁊ do. Iason May. in. d. l. Centurio. De verbo autē pertineat, etiam patet per id quod notat Bald. in. c. si pater, in. d. l. iam hoc iure, ⁊ dom. Iason vbi supra, ⁊ alij in alijs locis. Et cum impersonaliter dictum extiterit, ꝙ pars ⁊ portio decessi seu decessoruȝ ex predictis perueniret, deueniret, ⁊ pertineret ad superstitem, hoc est, quia non fuit palam expressum cui onus restitutionis iniunctum extiterit: illud videtur fuisse iniunctum illi ad quem peruenit pars ⁊ portio huiusmodi: ⁊ sic dicto Antoneto, ad quē peruenit, per id quod ponit Frāc. de Are. consil. clxvj. exordien. Diligenter visis ⁊ consideratis, versicu. ⁊ pro declaratione dicendorum premitto ꝙ quando verba substitutionis sunt ambigua, ⁊c. Fuerunt igitur liberi masculi prefati Antoneti eidem Antoneto substituti, non solum vulgariter, scilicet eo casu quo nollet vel non posset succedere in fideicommisso: sed etiam per fideicommissum, hoc est, etiam eo casu quo in fideicōmisso huiusmodi successisset: pro eo quia dictū est, ꝙ pars ⁊ portio decessi, seu decessorum perueniret, ⁊c. Et (vt dixi) videtur ꝙ dictus Antonetus fuerit rogatus de restituendo illam portionem dictis eius liberis. Et quia verbum libe-
8 rorum † est collectiuū, non simul, sed ordine successiuo fuerunt post Antonetum inuitati dicti nobiles Antonius, Ioannes, Tanguidus, ⁊ Audoynus. Primo scilicet, Antonius, ⁊ post eum dicti eius filij, dicta. l. fi. ⁊ quod ibi docto. C. de verb. signific. ⁊ l. cum ita legatur. §. in fideicōmisso. ff. de legat. ij. ¶ Sed contra premissa multum facere videtur, scilicet ꝙ substitutio facta de dicto nobili Antoneto ⁊ eius liberis masculis censeatur de eis facta eque principaliter: ⁊ sic vt simul venirent ipsi Antonetus ⁊ liberi masculi, non ordine successiuo. l. si quis Titio, ⁊ in. l. si mulieri. ff. de vsufruct. accrescen. ⁊ c. Raynutius, de testamen. vbi videtur de hoc casus. Ibi enim Raynutius testator heredem vniuersalem instituit Adiectam eius filiam impuberem adijciens vt Alterocha ⁊ soboles, quaȝ gestabat in vtero, eidem impuberi succederet si absqȝ liberis moreretur. Et cū (vt ex tenore illius text. apparet) postea dicta Adiecta ab humanis sine liberis decessisset, prefata Alterocha ⁊ eius soboles simul egerint contra filios illius Petri, de quo ibi, ⁊ eorum tutorem, ⁊ sententiā pro se ferri obtinuerint: que etiam fuit per summū pontificem quoad propositum cōfirmata: palam infertur ꝙ prefata Alterocha ⁊ soboles fuerint simul inuitati, nō ordine successiuo. Videtur igitur ꝙ in casu de quo queritur fuerint simul inuitati dicti nobiles Antonetus ⁊ eius liberi masculi: quod etiam fuit de mente Bal. Ang. Ioan. de Imo. ⁊ modernorū doct. in. d. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ⁊ posth. Ostien. Pet. de Anch. do. Card. Flor. Ant. de Butr. Ioan. de Imo. ⁊ Panor. in. d. c. Raynutius, et Barthol. Vero. suo singulari. clvij. exord. Nota si ascendēs puta auus, ⁊ Alexand. de Imo. in. l. heredes mei. §. cū ita, versic. nec obstat text. hic. ff. ad Trebel. qui omnes sentiūt ꝙ solus ordo charitatis abstractus ab ordine debiti naturalis, non inducit ordinē in veniendo seu succedendo, per dicta iura. Et sic q̄uis inter dictos Antonetum ⁊ liberos masculos esset ordo charitatis: quia tamen ille ordo abstractus seu remotus erat ab ordine debiti naturalis, pro eo quia legata ⁊ fideicōmissa non procedunt secundum ordinem charitatis naturalis, nec ex necessitate, sed ex voluntate disponētis, vt volunt doct. in locis superius allegatis: censendi sunt ipsi nobiles Antonetus ⁊ eius liberi masculi inuitati simul, ⁊ nō ordine successiuo. Quod si ita est, cum (vt audio) tempore mortis dicti quōdam nobilis Fulqueti sine liberis vita functi, ⁊ per cuius mortem sibi locum vendicauit substitutio in personā predicti nobilis Antoneti, nondum nati seu concepti extiterant aliqui liberi masculi ex dicto Antoneto: non videtur ꝙ dicti liberi postea ex eodem Antoneto procreati censeri debeāt inuitati ad dictum fideicōmissum, per id quod notat Ioan. And. in addit. Spec. titu. de testa. in rub. versic. item Lābertus de Rampo. in sua questione incipiente, Quidam Meuius, ⁊c. terminauit plura dubia. Primū erat, vtrum valeret talis substitutio, Petro filio meo heredi vniuersaliter a me instituto substituo vnū ex filijs Titij alterius filij mei, quem ipse Petrus heres meus elegerit vel nominauerit. Secundum dubium erat, quid si dictus Petrus heres nullum elegisset vel nominasset, an omnes equaliter succedant, ⁊ an ex testamento vel ab intestato. Vltimum erat, an veniant filij nati ex dicto Titio post morteȝ dicti Pētri, cui facta erat substitutio. Et istud vltimum est illud quod in specie videtur attingere casum nostrum. Et quoad hoc respondet Lamber. de Rampo. in dicta questione, ⁊ sequitur Ioan. And. vbi supra, ꝙ non veniunt filij nati post mortē dicti Petri heredis, pro eo quia non erāt in rerum natura quando substitutio sibi locū vendicauit: quinimo habētur pro non scriptis: pro quo allegat. l. j. §. et cum triplici. C. de cad. tol. ⁊ l. cum pater. §. hereditatē, la. j. in fi. ibi, viribus autē. ff. de leg. ij. Fortificatur predicta ratio, quia prefatus nobilis Antonius et dicti eius liberi masculi fuerunt in vna ⁊ eadem oratione et substitutione

vocati. Debet ergo intelligi ꝙ pariter ⁊ vniformiter cen-
seantur vocati, saltem in eo casu in quo dispositio facta de
dicto Antoneto ⁊ liberis masculis fuerit volūtaria, absq;
eo ꝙ ex dispositiōe iuris testator ad id teneretur. l. iam hoc
iure. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊. l. in testamento. C. de testa. milit.
Sed si dixerimus ꝙ in dicta substitutione facta de dictis
Antoneto ⁊ liberis eius masculis cōprehenderentur filij
masculi ex eo nascituri post euentū conditionis, non esset
verum dicere ꝙ pariter vocarentur: quinimo idem quon-
dam nobilis Antonetus quādoq;, scilicet anteq̄ fuissent
eidem nati aliqui liberi masculi, habuisset totum, quan-
doq; partem vnam, secundum ꝙ successiue eidem fuissent
nati liberi masculi. Non ergo est hoc dicēdum: sed potius
ꝙ nati post euentū cōditionis nō censeātur fuisse inuitati.
Et his postea natis, etiā si dici posset ꝙ dicti Antonetus
⁊ ei⁹ liberi masculi inuitati extiterūt ordine successiuo, ⁊ sic
ipse primo ac deinde ⁊ pōst eū dicti ei⁹ liberi masculi, refra
garetur ⁊ noceret id quod iam aliquantulū superius dixi
scilicet ꝙ dicta substitutio sibi locū vendicauit in personā
eiusdem Antoneti. Et ita videtur ꝙ quo ad eius liberos
9 expirauerit. Quia vbi † substitutio habet locum in perso-
na primi substituti, illa postea cessat in persona secundi,
vel alterius subsequentis. d. l. cum in testamento, in princ.
ff. de heredi. institu. l. si mater. §. j. ff. de vulga. ⁊ pupil. per
id quod voluit Bart. in. l. liberorum, versic. quero quid si
in aliqua dispositione. ff. de verbo. signifi. Joan. de Jmol.
consi. xlvj. exord. ¶ Ponderatis ijs de quibus in themate,
versic. ostenditur etiam hoc alio fundamento, ⁊ consil. cv.
exord. ¶ Perspectis verbis testamenti, versi. comprobatur
etiam quia in testamēto, ⁊c. ibi, perinde est ergo acsi in te-
stamento, ⁊c. in primo volu. ⁊ consil. xj. exord. ¶ Pondera-
tis ijs de quibus in themate, ⁊c. versic. ostenditur etiam
hoc, ⁊ consi. xxij. exord. Visis ⁊ perlectis verbis testamen-
ti, ⁊c. in tertio volu. quod repetitur in quarto volu. consil.
xiij. Sed ad hec videtur posse responderi, ꝙ licet illa sint
plurimum apparentia, ⁊ videantur procedere quoad sub-
stitutionem factam dicto Jacobo, seu prefato Fulqueto,
de dictis Antoneto ⁊ eius liberis masculis: quia tamen
fuit alia substitutio, per quam (vt predixi) dictus quōdam
do. Blacassius voluit ꝙ portio predecedentis seu predece
dētium perueniret, pertineret ⁊ deueniret ad superstitem
pleno successionis ⁊ substitutionis iure, videtur ꝙ dicto
nobili Antoneto, qui primo decessit, in portione ad eum
peruenta successerit predictus nobilis Antonius eius fi-
lius, ⁊ ꝙ deinde eidem Antonio postea decedenti succede
re debuerint nobilis Joānes de Ponteues eius primo-
genitus, ⁊ dicti nobiles Tanguidus ⁊ Audoynus, ꝙq;
consequenter ipsi Joanni nouissime sine liberis vita fun-
cto censeātur substituti dicti nobiles Tanguidus ⁊ Au-
doynus eius fratres, fideicōmissum predictum post mor-
tem dicti quōdam Fulqueti primo peruentum ad dictum
nobilem Antonetum postea ⁊ eo mortuo peruenerit ad
dictum nobilem Antonium eius quondam filium, ac ꝙ
deinde ⁊ ipso Antonio vita functo, peruenire debuerit ad
nobilem Joannem de Ponteues eius filium primogeni-
tum, ⁊ dictos nobiles Tanguidum ⁊ Audoynum, ⁊ no-
uissime post mortem dicti nobilis Joannis sine liberis
masculis vita functi, ad eosdem nobiles Tanguidum ⁊
Audoynum. Hec enim videtur fuisse mens ⁊ voluntas
dicti quondam do. Blacassij, ⁊ que videtur satis colligi ex
predicta clausula, Jta ꝙ pars ⁊ portio, ⁊c. per quam vide-
tur voluisse ⁊ satis aperte disposuisse ꝙ portio predece-
dētis sine masculis perueniret ad masculum superstitem:
⁊ sic grauasse primo decedentem, seu primo decedentes, de
restituendo superstiti aut superstitibus: quod videtur suf-
10 fecisse † ad inductionem fideicommissi, ad quam sufficit
coniecturata mens defuncti. l. cum proponebatur, ⁊ quod
ibi glo. ff. de lega. ij. Et hoc etiam videtur potuisse facere
idem do. Blacassius, pro eo quia (vt iam dixi) ipse non so
lum honorauit prefatos Jacobum, Fulquetum ⁊ Anto-
netum: sed etiam masculos liberos Antoneti, cuiusmodi
fuerunt prefati Antonius ⁊ Joannes. ¶ Potuit igitur eos
onerare. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso, ⁊. l. peto. §.
fratre. ff. de leg. ij. ad quod facit. l. ab eo. C. de fideicommis.
l. in re mandata, ⁊ alie circa princ. huius schedule allega-
te. Non enim huic dispositioni obstabant nec obstant no-
tata per Bart. ⁊ docto. in. l. centurio. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊
in. d. l. ab eo, ⁊ in. l. precibus. C. de impube. ⁊ alijs substitu.
in illa questione qua querunt, quid si testator filiū heredem
instituat, ⁊ si sine liberis, vel eius liberi sine liberis ab hu-
manis decedant alium pone Titium substituat, an vide-
licet mortuo filio herede, superstite filio eodemq; nepote
testatoris, ⁊ ipso nepote postea decedente sine liberis, sit
locus fideicommisso: quia nō loquūtur eo casu quo etiam
nepos fuisset honoratus. ¶ Preterea docto. in predictis lo-
cis, quatenus dicunt tale fideicommissum non valere, lo-
quuntur eo casu quo liberi liberorum, quibus nihil fue-
rat relictum, expresse grauati extiterant: quod nō fuit hic
factum: sed fuit grauamen impersonaliter conceptum.
Dixit testator, ita ꝙ pars, portio atque bona illius seu
illorum sic vt predicitur decessi seu decessorum ad super-
stitem ex predictis perueniat, deueniat ⁊ pertineat pleno
iure successionis ⁊ substitutionis. Quo casu valet fideicō
missum, etiam si conditio, sub qua fuit relictum, longissi-
mo tempore euenerit post mortem honorati, vt no. Bald.
⁊ post eum Salic. in. l. precibus, circa fi. ⁊ idem Bal. in. d. l.
ab eo, ⁊ doct. in allegata. l. precibus, in articulo superius
mentionato. Et per hec patet responsio ad ea de quibus
superius obijciebatur: procederent enim quoad substitu-
tionem factā prefatis nobilibus Jacobo ⁊ Fulqueto de
dicto Antoneto et liberis. Sed, vt dixi, fuit facta illa
substitutio in. d. vers. ita ꝙ pars ⁊ portio, ⁊c. per quam su-
perstites fuerūt inuitati ad portionem primo decedentis
seu decedentium. ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, ꝙ nisi
prefati nobiles Tanguidus ⁊ Audoynus se immiscuis-
sent paterne hereditati, dispositio testamentaria dicti no-
bilis Antonij eorum quondam patris, quoad dictum op-
pidum seu castrum de Cabanis ⁊ alia relicta dicto quon-
dam Jacobo subiacentia restitutioni, eis non preiudicas-
11 set. Sed quia † ipsi agnouerunt paternam dispositionem,
⁊ paterne hereditati se immiscuerunt, vereor ne cōtra eam
venire non possint, per id quod habetur in. l. ij. C. si quid in
frau. patro. l. si creditoribus. C. de seruo pign. da. manumi.
l. que a patre. C. de restitu. milit. ⁊. l. venditori. C. de re. alie.
non alie. Facit. l. cum a matre, cū sua materia. C. de rei ven.
facit etiam. l. si ego. §. j. cum suis simi. ff. de iure dot. ⁊ sic in
simili consuluit Roma. cons. xviij. exord. Visa facti narra
tione. Et per hec apparet responsio ad quartū quesitū, sci-
licet ꝙ dicti nobiles Tanguidus ⁊ Audoynus excludun
tur per filias dicti quondam nobilis Joan. a substitutio-
ne: pro eo quia acceptarunt paternam hereditatē. ¶ Ad
quintum dico ⁊ respondeo, ꝙ licet dictus quōdam domi-
nus Blacassius, in instituendo nobili Berengario herede
vniuersali ⁊ suis liberis masculis, post substitutiones fa-
ctas de dictis nobilibus Jacobo ⁊ suis liberis masculis,
insuper ⁊ de nobili Fulqueto ⁊ liberis eius masculis, sub-
stituerit dictum nobilem Antonetum: non tamen legitur
substituisse eius liberos masculos: ⁊ sic substitutio non ex-
tendebatur ad eos. Et si extēdi potuisset, videretur super
hoc articulo respondendum prout supra in proxime prece
denti quesito. Et per hec videtur non esse necessarium re-
spondere ad sextum ⁊ septimum quesita, vtpote inutilia.
Dico tamen ꝙ vbi predicta nō obstitissent nec obstarent
dictis nobilibus Tanguido ⁊ Audoyno, ⁊ esset loc⁹ sub-
stitutioni, viderentur filie dicti nobilis Joannis ex perso
na predecessorum posse detrahere vnam quartam, scilicet
legitimā: de qua dictum est superius circa principiū huius
schedule: ⁊ hoc quoad castrū de Cabanis, ⁊ alia, in quibus
fuit legatarius dictus quondam nobilis Jacobus: non
autem trebellianicam, per id quod ponit Bald. in. l. filium
quem, ver sic. sed hic quero presupposita opinione cano. ⁊c.
C. famil. ercis. vbi etiam refert se ita sepe consuluisse. ¶ Pro
quo allegat. l. lex falcidia. §. nunq̄. ff. ad leg. falcid. Quo ve
12 ro † ad reparationes, de quibus in dicto septimo quesito:
dico ꝙ sumptus pro illis facti possent deduci per dictas
filias, quatenus scilicet res fuissent pretiosiores seu melio
res tempore aduenientis conditionis substitutionis, per
ea que habentur in. l. domos hereditarias, ⁊ tribus, seq. ff.
de legat. j.

¶ Rubrica. De donat. causa mort. ¶ Consilium. xciij.

¶ Epitome.

¶ Donationem causa mortis de bonis suis non castren-
sibus, vel quasi, filiusfamilias sine consensu patris face-
re non potest, etiam cum decreto et authoritate iudicis.
Vasquinus Filiolus.



Quanuis filiusfamilias possit de bonis suis, aut eorũ aliquibus, facere alteri donationez causa mortis de speciali cõsensu seu permissione patris, in cui⁹ patria potestate existit. l. filiusfamilias. §. pari autem ratione. ff. de donat. ꝛ l. tam is. §. j. ff. de dona. causa mortis, sine tamen speciali sa patris cnosensu donationem huiusmodi facere nõ potest, de bonis scz nõ castrẽsibus aut quasi. d. l. filiusfamilias. §. pari autem ratione. Ad quod facit quod habetur in. l. fi. §. filiis autem. C. de bo. que liber. ꝛ quod notant doc. in. l. senium. C. qui testa. fac. pos. Et istud quod dixi, filium vel filiam non posse facere donationem causa mortis sine consensu patris, in cuius patria potestate existit, procedit etiam in donatione quam facere vellet in piã causam, vel pro anima sua. c. licet pater. §. j. de stipula. in. vj. Quo fit vt donatio, seu donationes causa mortis, quas legitur honesta quõdam mulier dona Alayona Bordone, alias Quatrevalle, filia probi viri Jacobi Bordoni senioris, ꝛ in cuius (vt puto) patria potestate existebat, non valuerint: sed fuerint ꝛ sint nulle, vtpote facte ab ea, que sine dicti patris consensu donare non poterat. Cui non videntur obstare authoritas ꝛ decretum egregij viri do. iudicis Aquensis. Tum quia illa fuerunt interposita sine cause cognitione: quod fieri non debuit, per id quod notat Ang. Are. in. §. tripli, vers. aduertas tamen ꝙ dictum decretum, ꝛc. instit. de act. Tum ꝛ quia nõ potest iudex interponere decretum ꝛ authoritatem in donatione, vt sic eam scilicet alias futuram nullã conualidet. l. fi. §. cũ autẽ donationes. C. si maior fac. Et ꝙuis lex illa loquatur in minore donare volente cum decreto iudicis: idẽ tamẽ videtur in casu de quo queritur: in quo multofortius, vel non minus est inhibita filiisfamilias etiam maioribus alienatio bonorum eorundem nõ castrensium vel quasi sine suorum patrum consensu, ꝙ minoribus viginti quinqꝫ annis donatio bonorum eorundẽ. Vide ad materiam Alexan. de Jmol. consi. cxxv. in. j. vol. Barba. cons. liij. in. ij. parte, ꝛ in statutis super verbo, donatio: ꝛ hoc quia in primo casu agitur non solum de preiudicio ipsorum filiorũfamilias, sed etiam suorum patrum habentium in bonis vsumfructum, ꝛ in quibus morientibus filiis sine liberis, essent ipsi successuri vel insolidum, vel pro parte, per ea que habentur in auth. defuncto, ꝛ in corpore vnde sumitur. C. ad Tertul. Jn secundo vero casu solum agitur de preiudicio minoris, qui etiam potest in donando sibi preiudicare, saltem cum iuramento, vt notat glos. quam sequuntur doctor. in a uth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. Sunt etiam multi casus, in quibus minor potest donationem facere de bonis suis: quorum aliquos ponunt docto. in. l. j. C. si aduers. donat. quos non prosequor. Hoc autẽ nõ sic reperitur in filiisfamilias, scilicet ꝙ donare possint bona sua non castrensia vel quasi sine consensu patrum. Si igitur donatio facta per minorem non possit authorari per iudicẽ: multominus, vel saltem non potius potest authorari donatio facta per filiũfamilias sine consensu patris, arg. autben. multo magis. C. de sacros. eccle. c. peruenit, de consecra. dist. ij. ꝛ. c. si in laicis, dist. xxxviij. c. non estimemus. xiij. q. ij. Possunt ꝛ alia multa pro hac parte induci: propter que existimo donationem seu donationes predictas non valuisse. Que dixerim, ꝛc.

¶ Rub. Com. de succes. ¶ Epitome. ¶ Consiliũ. xciij.

¶ Substitutio pupillaris omnia bona secum trahit: fideicommissaria vero non: nam auus maternus, qui amitis ꝛ consobrinis defuncti prefertur, ex persona huius detrahit legitimam ꝛ trebellianicam, parte que caduca effecta est, coniuncto accrescente. A. F.

1 ☞ Substitutio compendiosa verbis communibus a pagano facta an et quando pupillarem contineat.
2 Quartas duas liberi venientes ab intestato an et quando detrahant.
3 Ordo legitime ꝛ trebellianice detractionis.
4 Substitutio caduca quando fiat.



Ponitur Jn facto ꝙ anno Domini M. cccc xiij. de mẽse Augusti, prob⁹ vir Florimũdus Payani fecit ꝛ cõdidit ei⁹ vltimũ ꝛ nũcupatiuũ testam ẽtũ, sufficiẽti testiũ numero ꝛ aliis de iure requisitis roboratũ: in quo inter alia heredem vniuersalem instituit ꝛ nominauit Benedictum Payani eius filium naturalem ꝛ legitimum. Et si idem Benedictus ab humanis sine liberis legitimis, ex suo ꝓprio corpore procreatis decederet, substituit sorores sui ipsi⁹ testatoris: que erãt Antonia ꝛ Catherina Payane: qui permanens in voluntate huiusmodi vita functus est, superstite prefato Benedicto: qui se immiscuit paterne hereditati, ꝛ quo viuente vita functa est ꝛ ab humanis decessit predicta Catherina, relictis duob⁹ filiis naturalibus ꝛ legitimis, scilicet Joãne Salabele ꝛ fratre, qui supersunt. Post cuius mortẽ prefatus Benedictus, etatis quatuordecim annorum vel circa, vita functus est, ꝛ ab humanis decessit, superstitib⁹ prefatis Antonia eius amita, ꝛ cõsobrinis, ac honorabili viro Petro de Plano eius auo materno. Quesitũ est quid iuris: hoc est, que iura eidẽ Antonie pertineant in bonis dicti quondã Florimundi. ¶ Ad quod respõdeo breuiter ꝛ succincte ꝙ si verũ esset predictũ Benedictum ab humanis decessisse ante completũ. xiiij. annum, predicta Antonia eidez succedere posset in omnibus bonis in vim pupillaris substitutionis comprehense in compendiosa substitutione superius mentionata, ꝛ facta per verbũ cõmune substituit. Quanuis † enim ꝛ hodie
1 ꝛ olim fuerint ꝛ sint opiniones, an substitutio cõpendiosa facta a pagano filio impuberi per verbum cõmune, valeat in pupillari etate iure pupillaris substitutiõis, ꝛ post illaz finitam iure fideicommissi, an ve toto tempore valeat iure fideicommissi, ꝛ nunꝙ iure pupillaris substitutionis: communior tamen opinio fuit ꝛ est, ꝙ infra pupillarem etatem valeat iure pupillaris: postea vero iure fideicommissi, vt colligi potest ex iis que notant glos. ꝛ doc. in. §. qua ratione, instit. de pupil. substit. doc. in. l. precibus. C. de impu. ꝛ aliis substit. ꝛ in. l. centurio. ff. de vul. ꝛ pupil. ꝛ in multis aliis locis. Si ergo supponeremus predictũ Benedictum ab humanis decessisse ante. xiiij. annum completum, ꝛ sic in pupillari etate, fuisset ꝛ esset locus pupillari substitutioni: in vim cuius posset eadẽ Antonia succedere in omnibus bonis. l. sed ꝛ si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. et pupil. Et sic omnino excluderẽtur a bonis dicti Petrus de Plano ꝛ filii dicte quondam Catharine. Si vero supponamus eundem Benedictum ab humanis decessisse post decimumquartum annum: tunc respondeo ꝙ fuit locus substitutioni fideicõmissarie in personã predicte Antonie, cui in vim illius debent restitui bona dicti quõdam Florimundi, per ea que habentur ꝛ notantur per glo. ꝛ docto. in. l. precibus, ꝛ. l. centurio, superius allegatis. Pote-
2 runt † tamen per proximiores ab intestato eiusdem Benedicti detrahi due quarte, scilicet legitima ꝛ trebellianica, per id quod notant glo. Bart. ꝛ docto. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. glo. ꝛ Bart. in. l. ꝙꝙ. C. ad leg. fal. Bald. in. l. filium quem. C. famili. ercis. pro quo sunt boni text. in. c. Raynutius ꝛ. c. Raynaldus, de test. Et cum dicto quondam Florimundo superfuerit vnicus filius, scilicet prefatus Benedictus, legitima ipsius fuit triens seu tertia pars bonorum eiusdem Florimundi, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ꝛ funeris impensa, authen. de trien. ꝛ semis. §. j. colla. iij. ꝛ transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. test. iuncto eo quod habetur
3 in. d. l. Papinianus. §. quarta autez. Et hec tertia † pars, que ascendit ad quatuor vncias predictorum bonorum, detrahetur de eisdem bonis: ꝛ pro trebellianica detrahetur quarta pars residui, hoc est due vncie, iuxta theoricam quam ponit glo. in. d. c. Raynaldus, super verbo licet totas, Bald. in. l. si vero. §. quid ergo. ff. de testa. mili. ꝛ Joan. de Jmo. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. ꝛ pupil. Et in his duab⁹ quartis debet succedere dictus Petrus auus maternus prefati Benedicti, exclusis ꝛ repulsis prefatis Antonia ꝛ filiis Catherine, auth. defuncto, ꝛ in corpore vnde sumitur. C. ad tertul. ꝛ auth. post fratres fratrumqꝫ filios. C. de legi. heredi. Totum vero residuum debet in vim fideicommissi restitui prefate Antonie, partim iure suo, ꝛ partim iure accrescendi: pro eo quia cum ipsa ꝛ dicta Catherina essent verbis coniuncte, ꝙuis essent re disiuncte, portio eidem Catherine relicta accreuit prefate Antonie, seu eius portioni. l. j. §. his ita, versic. si vero, ꝛc. C. de cadu. tol. ꝛ quod notant docto. in. l. re coniuncti, vbi Bart. versic. secundo quero nunquid inter coniunctos verbis, ꝛc. ff. de lega. iij. Nec eidem Antonie obstat, ꝙ prefate Catherine superfuerint dicti filii. Quoniam respondeo ꝙ
4 † cum eadem Catherina ab humanis decesserit ante mortem dicti quondam Benedicti, ꝛ sic pendente conditione dicti

dicti vniuersalis fideicõmissi, substitutio de ea facta, facta est caduca. d. l. j. §. fin auté sub cõditione. C. de cad. tol. nec ipsa dici potest transmisisse spem substitutionis de ea facte ad dictos eius filios, per ea que notat glo. ⁊ sequuntur doct. in. l. j. C. de his qui ante apert. tab. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De dona. int. vir. ⁊ vxo. ¶ Epito. ¶ Consi. xcv.

¶ Donatio inter viuos ab vxore viro facta, alias inualida, firmatur iuramento. V. F.

DUo Sunt que videntur obstare donationi, quam fecisse dicitur honesta mulier Antonia Payane prouido viro Bartholomeo Velhoudi eius viro. Primũ quia donationes inter viuos sunt regulariter prohibite inter cõiuges. l. j. ⁊ ij. ff. de donat. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ l. donationes. C. eod. tit. Si tamen in donationibus huiusmodi interueniat iuramentum, ⁊ aliud non refragetur seu obstet, firmantur iuramento, prout voluit Guil. de Cu. in. d. l. j. ff. de donat. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ in. l. sed ⁊ possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiuran. ⁊ sequitur Bart. in. l. si quis pro eo, in fi. prin. ff. de fideiussor. ⁊ in. l. Seius ⁊ Augerius, vbi etiam Alex. de Imo. versi. querit Bart. an donatio. ff. ad legem falcid. Pro qua opinione dicit se pluries consuluisse Alexand. de Imo. quod ⁊ verũ est. Et hec opinio est communior. Si ergo prefata Antonia iurauerit sublatũ esse predictũ obstaculum. Secundum, quod eidem donationi obstat, est statutum Delphinale, editum super donationibus inter viuos non faciendis, nisi cum certa solennitate, scilicet vocatis iudice vel magistratu loci, aut illius locum tenẽte, ⁊ tribus ex proximioribus consanguineis siue parentibus donatoris, seu illius qui donare vult, existentibus in loco vel loco illorũ, si tales inibi nõ reperiantur, vel vocati nolint venire, tribus alijs probis illius parochie viris, in qua fit donatio, ⁊ nõ suspectis. Propter qđ existimo ꝙ si ⁊ quatenus dicta Antonia perseueret in prima voluntate, esset vtile ipsi donatario ꝙ donatio iterum fieret sub presentia magistratus, ⁊ vocatis tribus vel pluribus probis, ⁊ nõ suspectis: ⁊ ꝙ in donatione diceretur dictam Antoniam nõ habere consanguineos aut parentes in loco: prout audio etiam eam non habere: ⁊ insuper ꝙ isti tres vocandi surrogarentur in locum dictorum absentium.

¶ Rub. De verb. significat. ¶ Epitome. ¶ Cons. xcvj.

¶ Verbo victus seu alimentorum etiam habitatio continetur. Vasquinus Filiolus.

IN facto ponitur, ꝙ dudum prouidus vir Joannes Vitalis condidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuũ testamentum: in quo inter cetera heredem vniuersalem instituit Annetam eius filiam naturalem ⁊ legitimaꝫ. Honeste vero mulieri Antonete eius vxori, propter amorem ⁊ dilectionem, quos ad eam gerebat, insuper ⁊ propter seruitia que eidem impenderat, ⁊ facere nõ cessabat, legauit quinquaginta florenos sibi donatos in contractu eorũ matrimonij: legauit etiam victũ ⁊ vestitum q̃diu viueret in humanis, ⁊ seruaret statum vidualem sub nomine eiusdem testatoris, ⁊ hoc in camera sua, in qua idem testator ⁊ Antoneta dormiebant: legauit sibi ⁊ alia latius expressa in dicto testamento. Et si ipsa Antoneta non posset, vel nollet stare in domo predicta, voluit ⁊ ordinauit ipse testator, ꝙ ipsa semper haberet victum ⁊ vestitũ tam infra suam domũ, q̃ extra: dũtamen seruaret statum vidualem sub nomine eiusdem testatoris. Successiue vero eodem anno dictus testator in codicillis per eundẽ cõditis, ⁊ addẽdo dicto eius testamẽto, voluit ꝙ si dicta camera nõ perueniret ad partẽ suã, seu dicte eius heredis, dicta Antoneta esset vsufructuaria fructuuꝫ partis sue domus predicte quando diuideretur: quos fructus eidẽ legauit tãtum q̃tum viueret in humanis, ⁊ statũ seruaret vidualẽ sub nomine eiusdẽ testatoris. Mortuo vero prefato testatore, heres predicta ⁊ duo eius patrui, inter quos domus ⁊ bona eorũdem testatoris ⁊ patruorũ communia existebant, diuiserunt predicta bona: sic ꝙ inter cetera, ⁊ de cõsensu dicte Annete heredis, inscia tamẽ, ⁊ cum sciuit inuita prefata Antoneta, tota domus predicta peruenit ad partem dictorum patruorum, que eidem Antonete pro sua habitatione vix dimiserunt, aut dimittunt locum in quo possit facere lectũ ad dormiendũ. ¶ Quesituꝫ est quid iuris. Ad quod respondeo breuiter ⁊ succincte, et salua pleniore deliberatione, ꝙ cum diuisio predicta fuerit voluntaria, ⁊ domus vtpote ampla ⁊ sufficiens potuerit cõmode diuidi, vt pars assignari dicte Annete, cuius partis vsusfructus legatus extiterat predicte Antonete: non videtur ꝙ in preiudiciũ ipsius potuerit fieri diuisio, prout facta existitit. Preterea cum dicta Antoneta commode manere non possit in dicta domo, ⁊ cum etiam nolit, nisi in ea sibi prouideretur de ampliore ⁊ cõdigna habitatione: sibi prestari debẽt victus ⁊ vestitus extra dictam domum: quia ita voluit ⁊ ordinauit testator: cuius volũtas seruanda est. l. j. C. de sacrosan. eccle. auth. de heredi. ⁊ falc. §. j. ver. cum vtiq; etiam a veteribus, ⁊c. collat. j. ⁊. c. vltima voluntas. xiij. q. ij. Pro quo facit. l. libertis. §. si. secundum vnam lecturam. ff. de alimen. ⁊ ciba. legat. ex qua colligunt Jaco. de Are. Bart. ⁊ alij docto. ꝙ si testator relinquat vxori victum ⁊ vestitum, nõ adiecto ꝙ staret in domo sua, ipsa potest morari vbi vult, ⁊ habere alimenta. Multo ergo magis in casu isto, in quo dictus testator voluit ꝙ ipsa Antoneta haberet victum ⁊ vestitum etiam extra domum predictam, siue ipsa in ea habitare non posset, siue nollet. Et cum appellatione victus veniat habitatio, tenetur dicta heres eidem prouidere de habitatione. l. verbo victus. ⁊. l. seq. ff. de verbor. signific. iuncta. l. legatis alimẽtis. ff. de alimen. legat. ⁊ quod ponit Bart. in suo tract. alimentorũ, vers. item habitatio, vers. quid si debetur victus, ⁊c. Fateor tamen ꝙ cum dicta heres habeat domum, ipsa non est cogenda conducere aliam domum: sed sufficit ꝙ in ea vel in alia, si plures habeat, assignet eidem Antonete habitationẽ, in qua possit competenter ⁊ honeste morari. Non enim sibi debet assignare habitationem cecam, vel in lupanari: quia ciuili modo debẽt verba intelligi. l. si is qui binas. ff. de vsufruc. ⁊. l. si cui. ff. de seruit. quod etiã voluit Bald. in. l. in annalibus, ad fin. C. de leg. vbi etiam Alex. de Imo. in addit. ad Bald. ⁊ Pau. de Cast. in. l. si domus, in prin. ff. de legat. j. Ceterum quia dictus testator eidem Antonete legauit victum ⁊ vestitũ, dico ꝙ hec prestari debent ex accessionibus seu redditibus vel fructibus bonorum hereditatis. l. imperator. ff. ad Trebel. vbi not. Jaco. de Are. Bart. Alexand. de Imo. ⁊ alij, ꝙ quando debent moderari vel taxari alimẽta, hoc fieri debet secundũ quantitatem reddituum, non autem secundum valorem rerum. Idem etiam voluit Bart. in. l. cum alimenta. ff. de alimen. ⁊ ciba. legat. de quo per Bal. ⁊ Sal. in. d. l. si quis ad declinandam. Et est verum ꝙ forte non debent pro alimentis prestari omnes fructus: sed debet aliquid de eis remanere heredi. l. ius alimentorum, in princ. ff. vbi pupi. educa. deb. de quo etiam Ang. Are. in suo testamento, in verbo, item reliquit Titie cõcubine sue alimẽta. Et supposito ꝙ filius debeat habere legitimam ⁊ fructum legitime: nihil obstat quominus hec pauper vidua habere debeat pro suis alimentis que predixi. Et mihi videtur, ⁊c.

¶ Rub. De testamẽtis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. xcvij.

¶ Testamentum, in quo filie liberi preteriti sunt, filia herede premoriente, caducum atq; irritum fit. V. F.

1 Testamentum caducum, nullum ⁊ irritum quando fiat.
2 Ius nullum nepos habet in bonis auo viuente.
3 Transmissio spei substitutionis an ⁊ quando fiat.
4 Collatio donationis propter nuptias an ⁊ quando fienda ab eo qui vult succedere in alijs bonis donantis.
5 Causa ⁊ intentio donationis inspicienda.
6 Donatio an ⁊ quando in legitimam imputetur.



VIsis duobus instrumẽtis publicis, vno scilicet matrimonij dudum contracti per ⁊ inter Joannem Albertanchij, dictũ Rondeleti ex vna parte, ⁊ honestã iuuenem Sibyllam Chabertam, filiam naturalem ⁊ legitimam prouidi viri Gulielmi Chaberti pelliparij, ac donationis que fit ⁊ fieri dicitur inter viuos ⁊ propter nuptias eidem Joanni Rondeleti facte per prouidum quondam virum Joannẽ Albertanchij eius auum maternũ ⁊ patruum: ⁊ altero te-

stamenti postea conditi per dictum Joannem Albertanchij auum maternũ, et in quo heredem vniuersalem in solidum et vnicam substituit et suo proprio ore nominauit honestam iuuenem Claudiam Rondelete, neptem suã. Visis (inquam) dictis duobus instrumentis, vna cum facto seu casu mihi exhibito siue transmisso parte liberorum dictorum Joannis Rondeleti nepotis et Claudie eius Joannis sororis: dico et respõdeo ad dubia et quesita de quibus in dicto casu prout infra. Et primo ad primum, quod
1 cũ dicta Claudia, heres per dictum Joannẽ eius auum maternum instituta, decesserit superstite et sibi superuiuente eodem Joanne testatore et liberis dicte Claudete in dicto testamento preteritis, testamentum huiusmodi fuit et est caducum, et alias ruptum vel irritum, tam propter preuenientem mortem dicte Claudete heredis institute, quam etiã propter preteritionem liberorum illius. Et ita ex eo non potuit aut potest adiri hereditas: non igitur valet. l. eam quam, cum sua materia. C. de fideicommis. et institu. de heredi. que ab intest. defe. in prin. cũ suis simil. Et quia istud non habet dubium, super hoc non insisto. ¶ Ad secundũ dico et respondeo quoad primam partem, quod licet testamẽtum dicti quondam Joãnis Albertãchij aui materni ab initio valuerit: illud tamen causis predictis super primo dubio postea cecidit in causam caduci, seu alias ruptũ est et fuit irritum. Et quoad secundam partem eiusdem quesiti dico et respondeo, quod dicta Claudeta transmittere non potuit ius institutionis de ea facte ad dictos eius libe-
2 ros, vtpote que nullum ius habuit in bonis dicti Joannis Albertanchij eius quondã aui eo existente in humanis pro quo allegasse sufficiat id quod notat Bart. in. l. fi. ff. de libe. agnoscen. Joan. de Jmo. in. l. lex Cornelia. ff. de vulga. et pupil. Alexan. de Jmo. in. l. si cum dotem, in principio. ff. solu. matri. Ange. Are. in. §. item si quis, versic. quero an alienata, institu. de actio. et alij in alijs locis. Quod si ita est, imo quia ita est: ergo nullum ius trãsmittere potuit in dictos eius liberos. l. traditio. ff. de acquir. rer. do-
3 mi. c. gratia. j. q. j. et c. Daybertũ. j. q. vij. Et facit quod dici solet de substituto pupillariter, reciproce, vulgariter, seu etiam per fideicommissum: de quibus dici solet, quod illi non transmittunt spem substitutionis. Et primo quidem non substitutus pupillariter. l. sed et si plures, in princ. et quod ibi glo. ff. de vulga. et pupil. facit. l. si ex pluribus. ff. de suis et legi. heredi. Non etiam substitutus reciproce. l. qui liberis. et l. Lucius. §. fi. et quod ibi doct. ff. de vulg. et pupil. Nõ etiam substitutus vulgariter, dicta. l. si ex pluribus. ff. de legi. heredi. et postremo etiam non transmittit substitutus per fideicommissum. l. j. §. sin autem sub cõditione, et quod ibi Bald. C. de cadu. toll. quod etiam voluit glos. quã docto. sequuntur communiter in. l. j. C. de ijs qui ante aper. tab. et Oldra. consi. cxxxj. exordiente, Quidam habẽs tres filias et duos filios, vbi ponit multas remissiones, et reprobant communiter docto. glo. que communiter reputatur singularis in. l. is cui sub conditione. ff. de actio. et obliga. Ad tertiam partem eiusdem quesiti dico et respondeo, quod cum dictus Joannes Albertanchij (vt predixi) decesserit intestatus, eius hereditas delata est Catherine pronepti ex dicto quõdam Joãne Rondeleti, et liberis dicte quondam Claudete, scilicet Andree, Joanne, Degaue, et Claudete: dicte videlicet Catherine pro dimidia parte, et Andree, Joanne, Degaue, et Claudete pro alia dimidia parte, auth. de heredi. ab intestato. §. j. colla. ix. et transumptiue in auth. in successione. C. de legi. libe. et institu. de here-
4 di. que ab intesta. defe. in princ. Est tamen verum quod si dicta Catherina velit succedere in bonis prefati quondam Joannis Albertanchij, hoc est in illa medietate non donata, opus est quod ipsa conferat seu communicet prefatis Andree, Joanne, Degaue, et Claudete aliam dimidiam partem, quam dictus Joannes Albertanchij donauit dicto Joanni Rondeleti eius nepoti donatione que fit et fieri dicitur inter viuos, et propter nuptias seu contemplatione nuptiarum et matrimonij, arg. l. vt liberis. C. de colla. et l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. vt notant docto. loquentes de donatione ob causam, auth. ex testamento. C. de colla. Ideo autem dixi propter nuptias, seu cõtemplatione nuptiarum et matrimonij: quoniam loquẽdo proprie de donatione propter nuptias, illa fit per virũ vel ex eius parte sue vxori. l. vltima. §. sancimus. C. de donatio. ante nup. c. nuper, in fi. et quod ibi glo. de dona. inter vir. et vxo. et quod notat glos. in. §. est et aliud, institu. de donat. Et fit huiuscemodi donatio propter nuptias proprie dicta propter multas causas, quas post Pet. abba. antiq. et Joan. Andr. colligit Panor. in. c. fi. de donat. inter vir. et vxor. Quanuis igitur donatio predicta non fuerit proprie donatio propter nuptias: facta est tamen contemplatione nuptiarum et matrimonij contracti per et inter dictũ Joannem, Rondeleti ex vna parte, et Sibyllam Chaberte ex alia: quod apparet ex verbis instrumenti matrimonij et donationis predictarum. Videtur enim ex illis verbis quod indubitatum sit quod donatio predicta facta fuerit propter nuptias, idest propter matrimonium. Et quia mens est clara, igitur seruanda, vt dicit Sali. in. l. si donatione. C.
5 de colla. Est enim recurrendum ad causam donationis et intentionem. l. nepos proculo, vbi glo. ff. de verbo. signi. l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. c. intelligentia, et c. preterea, de verbo. signifi. Et si intentio esset dubia, illa declararetur per illa verba, Supra nominatus Joannes habens dictum futurum matrimonium et contenta in eodem ratum, gratum, etc. et per illa, donationem que fit inter viuos et dicitur propter nuptias, etc. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actio. l. ille aut ille. §. cum in verbis, et l. non aliter. ff. de lega. iij. Esto igitur vt nõ sit donatio propter nuptias proprie dicta: fuit tamen facta propter nuptias et cõtẽplatione matrimonij. Ergo videtur quod si prefata Catherina, filia et heres dicti quondam Joannis donatarij, velit in parte non donata et ab intestato succedere cum Andrea, Joanna, et alijs predictis, ipsa debet eis conferre seu communicare dictam partem donatam prefato Joanni eius quondam patri, et deinde hec omnia diuidere per medium, arg. l. quoniam nouella, et l. vt liberis, supra allega. et per id quod notant scribentes in. d. auth. ex testamento. C. de colla. Et per hec apparet responsio ad dictum secundum quesitum, quod effectualiter prefata Catherina est habitura dimidiam partem bonorum dicti quondam Joannis Albertanchij, et aliam dimidiam partem prefati Andreas, Joanna, Degaua, et Claudeta. Ad tertium quesitum dico et respondeo vt supra, quod predictum testamentum hodie non valet: et si valeret, vtpote quia superesset et viueret dicta quondam Claudeta heres instituta, non posset prefata Catherina aliquid petere super dicta media parte non donata vltra et preter decem florenos sibi legatos per dictum Joãnem Albertanchij: quemadmodũ nec potuisset aut posset aliquid petere dictus Joannes, si viueret, et fuisset aliquid sibi relictũ iure institutio-
6 nis: proteo quia ipse teneretur sibi imputare in legitimã dictam partem sibi donatam. dicta. l. quoniam nouella. Quinimo et illam imputare teneretur, etiam si fuisset donatio inter viuos et simplex, postquam illa ascendebat ad valorem legitime, imo et longe vltra. l. cum quo de peculio, et quod ibi Joan. de Jmol. ff. ad leg. falc. quod etiam voluit Alex. de Jmol. in. l. illud, versic. secundo modo singulariter limitatur. C. de colla. et do. Jason May. in. l. si quando. §. et generaliter, versic. tertio notabiliter limita. C. de inoffi. testa. et Alex. de Jmol. consil. cxlij. in secundo volu. Non obstat dicta. l. si quando. §. et generaliter. Quoniam respondent docto. quod ille. §. procedit, quando id quod donatum est non ascendit ad valorem legitime: tunc enim est verum regulariter quod tale donatum donatione simplici et inter viuos non imputatur in legitimam. Et sic non obstãte donatione de illo facta peti potest integra legitima, ac si nihil donatum extitisset. Sed nos non sumus in terminis: quia (vt dixi) donatio predicta non fuit simplex, sed ob causam: et quia etiã illa dimidia pars donata ascendebat ad valorem legitime dicti Joannis Rondeleti: quinimo illam in multo excedebat. Que dixerim, etc.

¶ Rub. De su. et legit. lib. ¶ Epitome. ¶ Consi. xcviij.

¶ Summatur vt in secundo notabili.

1 ☞ Legitima cuiuslibet ex octo liberis est decimaoctaua pars bonorum defuncti.
2 Legitima etiam quoad bona vni ex liberis donata per patrem consideratur, quanuis ea donatio immensa non sit, imputatis in eam dotibus.



Cum honorabili quodã viro Rodulpho Ricani mercatori superfuerint octo liberi: vnus scilicet filius masculus, et septẽ filie naturales et legitimi: horum octo legitima fuit semis seu dimidia pars bonorum eiusdem quondã Rodulphi,

dulphi, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ꝛ funeris impensa, auth. de trien. ꝛ semis. §. j. collat. iiij. ꝛ transumptiue in auth. nouissima. C. de inoff. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eod. Et debet esse semis seu dimidia pars equis portionibus diuidi inter dictos
1 octo liberos. Et† sic quilibet habitur⁹ est pro legitima sua dicimam octauam partem bonorum dicti quondam Rodulphi: in qua non poterunt dicti liberi grauari per ipsuz Rodulphum. Sed poterunt, si minus ea vel donauerit, vel reliquerit, peter esupplementū. l. omnimodo. l. que nuper. l. qm̄ in priorib⁹. l. scim⁹. in prin. C. de inof. test. ꝛ auth. vt cum de appel. cogno. §. ceterū, colla. viij. Et intelligo ꝙ
2 dicta† legitima predictorū octo liberorum sit decima octaua pars bonorum dicti quondam Rodulphi, non solum habito respectu ad bona non donata: sed etiam ad ea que idem Rodulphus donauerat honorabili viro Ludouico eius filio, prout colligitur ex. l. j. ꝛ quod ibi glos. ꝛ docto. C. de inof. test. ꝛ auth. de immen. dona. §. posita igitur a nobis lege, ꝛc. collat. vij. ꝛ trāsumptiue in auth. vnde ꝛ si parens, ꝛ quod ibi scribētes. C. de inof. testa. Quāuis enim donatio predicta facta (vt ponitur in casu) vel de sex vel tribus millle florenis non fuerit immensa, nec adeo exhauserit bona dicti Rodulphi, quin in eis superfuerit valor legitime dictarum septem filiarum: ipse nihilominus debēt habere legitimam taxandam non solum habito respectu ad valorem bonorum, que remanserunt, vel que superfuerūt tempore mortis, ꝛ sic post donationem: sed etiam habito respectu ad bona donata: ꝛ hoc, vt dixi, satis sentiunt glo. ꝛ doctor. in. d. l. j. C. de inof. donat. quatenus ibi loquuntur de duabus vegiis grossis reseruatis tempore donationis de qua ibi, ꝛ in quibus fuerūt instituti illi duo filij querelosi, de quibus etiam ibi. Et hoc satis clare aperit Salic. in. d. l. j. q. x. Detracto igitur ere alieno ꝛ funeris impensa, videndum erit ꝙ̄tum valeant illa bona que superfuerunt, scilicet tam non donata ꝙ̄ donata, ꝛ secundum illorum valorem ꝛ estimationem debebit, si aliud non obstet, eisdem filiabus assignari vel de bonis non donatis, vel in pecunia, vsqꝫ ad valorem dicte earum legitime, incluso eo quod iaz fuit pro eis aut earum aliquibus in dotem constitutū vel relictum. Hec libēter scribo vt premoneam partem an videlicet velit ꝙ his non obstantibus scribam respondendo ad singula quesita: super quo me aduisabit.

¶ Rub. De verbor. signific. ¶ Epitome. ¶ Consil. xcix.

¶ Verba hec, vestes pro eius vsu paratas vxori mee lego, ꝛ iocalia: non trahunt, que indulgentia quadam maritus vxorem ferre interdum permittebat, si alias ad eius vsum parata non fuerant. V. F.

1 Participia qualiter resoluantur in relatiuum, quis, ꝛ in verba: ꝛ an tunc qualitatem demonstratiuam habeant.
2 Necnon dictio in copulatiuam resoluitur.
Copulatiue ꝛ, effectus repetitiuus.
3 Genus cum adiectione speciei species fit.
4 Et copula repetit qualitatem restrictiuam.
5 Intelliguntur sequentia per precedentia.
6 Presumptio delicti tollenda.
7 Mulieres auarissime, viri auari.
8 Presumptio quevis poti⁹ assumēda alia, ꝙ̄ donationis.
9 Regule iuris an semper seruande.
10 Coniuncti verbis an ꝛ quando positi in duabus orationibus censeantur.
11 Demonstratio falsa quando non noceat, ꝛ quādo noceat.



Viso Processu cause din est cepte per ꝛ inter honestam mulierem dominam Mathieuā vxorē Petri Guioti ex vna parte, ꝛ prouidū virum Mitrium Sale ex alia, vna cum sententijs in varijs curijs ꝛ sedibus in processu ꝛ causa huiusmodi promulgatis: dico breuiter ꝛ succincte, sub benigna supportatione huius insignis parlamenti, ꝙ sententia vltimo lata, ꝛ quam tulisse dicitur spectabilis vir dominus Melchion Seguyrani, pro tempore locum tenens venerabilis ꝛ egregij viri do. iudicis secundarum, venit ꝛ est per hanc insignem curiam confirmanda, causis ꝛ rationibus in eadem sentētia veridice insertis, ꝛ alijs plenius scriptis in quibusdam iurium allegationibus per dictū dominum Seguyrani dictatis. Multa etiam facientia pro defensione predicte sententie, ꝛ impugnatione duarū precedētium comperi ꝛ legi scripta in alia iuriuz schedula. Et ꝙuis his nihil addi oporteat, quinimo nec facile fieri possit: vt tamen satisfaciā voto petentis aliquid subijciā. Premittēs
1 imprimis† ꝙ illa participia factas ꝛ compositas, posita in legato per prouidum quondam virum Joannē Sale huius Mitrij predecessorem facto dicte do. Mathieue, resoluuntur in relatiuum quis vel qui, ꝛ in verbum seu verba preteriti temporis, per id quod voluit glos. in clemen. j. super verbo dignitatibus, de preb. que exponit participium imminens, id est, si que immineat, ꝛ quod voluit Bar. in. l. centurio, in. q. quam mouet de substitutione facta de pauperibus Christi in fi. illius questionis. ff. de vulg. ꝛ pupil. ꝛ in. l. j. ff. de condit. ꝛ demonst. vbi participium futurū, exponit, id est quierit, ꝛ Alexand. de Jmo. cons. cxix. exord. Viso processu, ꝛc. in primo vol. vbi participium consignatas, preteriti tēporis exponit id est que fuerunt cōsignate: ꝛ dicit ibi Alexand. ꝙ relatiuum iunctuz verbo presentis vel preteriti temporis significat qualitatē demostratiuā. l. demonstratio falsa, in principio. ff. de cond. ꝛ demonstrat. Perinde est ergo ꝙ in dicto legato dictū extiterit, Jtem omnes ꝛ quascunqꝫ vestes ꝛ raupas suas tam lineas ꝙ̄ laneas foderatas ꝛ non foderatas, ꝛ expositas tā pro vsu, ꝛc. acsi dictum extitisset, Jtem omnes ꝛ quascunqꝫ vestes et raupas, ꝛc. que fuerunt facte ꝛ exposite tam pro vsu suo quotidiano, ꝙ̄ pro paramēto corporis sui. Quod si ita est, non est dubium quin legatum factum de omnibus ꝛ quibuscunqꝫ vestibus lineis ꝛ laneis suis ipsius Mathieue, debeat intelligi de ijs que fuerunt facte ꝛ cōposite tam pro vsu, ꝛc. ꝛ sic ad illas restringi ꝛ limitari, per id quod habetur in. l. ea tamen adiectio. ff. de lega. iij. ꝛ quod de relatiuo quis vel qui notant Bart. ꝛ doct. in. l. j. C. de sum. Trinit.
2 ꝛ fide cath. Premitto insuper ꝙ dictio† necnō, subseqūēs legatum factū de vestibus ꝛ raupis, resoluitur in affirmatiuam. l. duobus verbis. ff. de verbor. signif. notant glossa, Paul. de Lyaza. ꝛ doct. in clemen. j. super verbo necnon, de offic. deleg. ꝛ operatur dictio huiusmodi copulam, ꝛ est perinde acsi dictum extitisset et, vt etiam notat glos. in. d. clemen. j. super verbo necnon. Ex quo infertur ꝙ cum legatum factum de vestibus ꝛ raupis, ꝛ legatum factum de iocalibus auri, argenti, ꝛ perlarum fuerint posita in eadem oratione, ꝛ dictio necnon idez sonet quod copula ꝛ, posita inter legata huiusmodi indicat repetitionem. l. Seie. §. Caio, ꝛ quod ibi glos. Bartol. ꝛ doctor. ff. de fun. instruc. ꝛ quod notat Bartol. in. l. in repetendis, loquens de dictione item, que idem sonat quod dictio ꝛ. ff. de legatis. iij. debet qualitas in dicto legato vestiū ꝛ rauparum apposita censeri fuisse repetita in legato facto de iocalibus auri, argenti, ꝛ perlarum: ꝛ sic ꝙ dictus quondā Joannes Sale censeatur legasse non quidem omnia sua ipsius do. Mathieue iocalia auri, argēti, ꝛ perlarum: sed nec omnia iocalia huiusmodi dicte do. Mathieue causa parata, sed dūtaxat illa que fuerunt facta ꝛ composita pro vsu suo quotidiano aut pro paramento corporis sui: inter que multum
3 refert† quoad amplitudinē seu cōprehensionez. Primum enim est genus, secundum vero species. l. si quid earum. §. inter emptum. ff. de legat. iij. Et quemadmodū multa sunt animalia que non sunt homines, ꝙ̄uis omnis homo sit animal: ita ꝛ multa sunt, aut esse possunt iocalia parata pro vsu quotidiano, aut paramento corporis vxoris: que tamen non sunt pro vsu aut paramento huiusmodi composita seu facta. Et vt dicit Seigno. de Homode. consil.
4 xx. exord. Jn questione vertenti, ꝛc. non† est nouū ꝙ qualitas restrictiua precedētis dispositi virtute ipsius copule ꝛ, in sequentibus repetatur. d. l. Seie. §. Caio, ꝛ. l. fina. §. cui
5 dulcia. ff. de fun. instruc. Non† est etiā nouum ꝙ per precedentia intelligantur ꝛ limitentur sequētia. l. si seruus plurium. ff. de leg. j. l. si cum fundū. ff. de verb. sig. l. si adijciatur. ff. pro socio, ꝛ. l. item, in fine. ff. de pact. ꝛ. l. quoties. C. famil. ercifcun. Et, vt dicit Bald. in. l. j. in fi. C. de liberis preter. vel exhere. ꝛ in. l. Titius, ad fin. C. de oper. liber. Barto. in d. l. Seie. §. Caio. ff. de fun. instru. ꝛ Franc. de Aret. consi. ij. versic. in casu autem nostro, ꝛc. repetitio fit aliquando ex mente ꝛ identitate rationis: que satis videntur in hoc casu concurrere. Quia licet vt ꝛ quemadmodum dictus quondam Joannes Sale legatum per eum factum dicte donne Mathieue de vestibus ꝛ raupis suis limitauit, et restrinxit ad eas, que tam pro suo quotidiano vsu, ꝙ̄ ornamento corporis sui facte extiterant: ita etiam videatur voluisse limitare ꝛ restringere legatum per eum factū de di-

ctis iocalibus ad eã que pro quotidiano vsu ꝛ paramento predictis facta extiterant: ꝛ sic vt non censeatur legasse ꝛ reliquisse alia iocalia. Quod maxime procedit ꝛ procedere debet quoad zonam in actis mentionatam: de qua non solum non apparet ꝙ illa fuerit composita aut facta pro quotidiano vsu aut paramento predicte Mathieue: sed potius apparet de contrario, quatenus apparet illam fuisse cuiusdam donne Catherine Borgonhone, ꝛ post eam Mitrij Sale patris dictorum Joannis testatoris ꝛ Mitrij rei in hac causa, aut saltem illã apud eos extitisse prius ꝛ ante, ꝙ dicta donna Mathieua nuberet prefato Joãni Sale: ꝙ colligitur ex processu, iunctis responsionibus per eam factis in respõdendo ad articulos defensionales. Et non solum non apparet zonam predictã fuisse factam aut compositam pro vsu ꝛ paramẽto, ꝛc. sed nec forte suo vsui assignatam, aut parationi. Quanuis enim fuerit visa dicta Mathieua quibusdam diebus festiuis illam deferre: ex hoc tamen non infertur ꝙ illa fuerit vsui suo aut paramento parata. Et quidem non per dictum Joannẽ Sale: quia cum illa esset communis inter eum ꝛ Mitrium: non est verisimile ꝙ ipse eam assignauerit: ꝛ hoc † vt tollamus
6 presumptionem delicti. l. merito. ff. pro soc. Non etiam per eum ꝛ dictum Mitrium condominum dicte zone: quia † licet mulierum genus sit auarissimum. l. sed si ego, in fin.
7 ꝛ quod ibi glo. ff. ad Velleia. ꝛ. l. si stipulatus. §. j. ff. de iure dot. sunt tamen ꝛ viri auari: quia nemo presumitur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de proba. Et hinc est † ꝙ ꝙ̃
8 diu est locus alteri coniecture, nunꝙ̃ decurrimus ad coniecturam donationis. l. si cum aurum. ff. de solutio. Propter quod potius videtur ꝙ dicta Mathieua potius portauerit dictam zonam ex quadam patientia seu conniuentia dictorum Joannis ꝛ Mitrij, ꝙ̃ ex assignatione sibi facta per dictum Joannem eius quondam virum. Nec mihi videtur ꝙ aliquis dicere possit dictam restrictionem esse vel calumniosam, vel minus iuridicam: cum illa sumatur ex regula iuris posita in dicta. l. Seie. §. Caio: que (vt colligitur ex ibi notatis per Bart. ꝛ docto. ꝛ in. d. l. in repetendis) maxime videtur procedere in hoc casu: in quo in eadem oratione relicta sunt ꝛ legata vestes, raupe, ꝛ iocalia predicta ꝛ ab vno herede, ꝛ eidem legatario Quo casu non est dubium quin per regulam dicti. §. qualitas posita in primo censeatur repetita in alio: nisi ostenderetur exceptio a dicta regula. Quia † (vt dicit Bald. in. l. si tutor, in
9 fi. C. de seruo pigno. da. manumis.) regule iuris sunt tenaciter obseruande, nisi in cõtrarium appareat exceptio, vel dispositio specialis: prout nec apparet in casu. Non est autem dubium quin legata predicta facta extiterint in eadẽ oratione, pro eo quia in precedẽti legata facta eidem Mathieue de quadraginta florenis, ꝛ in clausulis dictorum legatorum, semel duntaxat apponitur dictum verbum lego, a quo reguntur illi accusatiui quadraginta florenos annuos ꝛ, quascunque vestes ꝛ raupas ꝛ, omnia iocalia: propter eius vnitatem hec omnia legata censentur facta in eadẽ oratione, per id quod habetur in. l. j. §. his ita, ꝛ quod ibi Bald. ꝛ docto. C. de cadu. tollen. ꝛ quod notant Bart. ꝛ doc. in materia coniunctionis legalis in. l. re coniuncti. ff. de lega. iij. Oldra. Bart. Pau. de Cast. Joan. de Jmol. ꝛ docto. communiter in. l. nemo. ff. de lega. j. Pro quo facit quod voluit Bal. in. l. si Fortidianum, versic. secus si imperfectum copuletur perfecto. C. de lega. ꝛ in. d. l. j. §. his ita: qui voluit, ꝙ si imperfectum copuletur perfecto, vt verbi gratia, quia dicit † testator, relinquo Titio
10 fundum portianum, item Seio eundem fundum: Titius ꝛ Seius dicuntur verbis coniuncti: ꝛ sic positi in vna oratione: quia licet hic videantur esse due orationes, pro eo quia post illa verba, Jtem Seio eundem fundum, tacite intelligitur verbum relinquo. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de lega. ij. tamen iste tacitus consensus seu subintellectus non attenditur in verbali coniunctione, secundum eum. Et hoc in terminis voluit Bart. in. d. l. Seie. §. Caio, versic. sed hoc verum, ꝛc. vbi voluit, ꝙ quando per coniunctionem Et, adijcitur oratio imperfecta, aut suppletur ex precedenti cum qualitatibus suis, prout refert se dixisse, ꝛ est verum de dictione item, in. d. l. in repetendis, ꝛ in. l. j. in princi. ff. de publica. Cum igitur orationes seu clausule, in quibus legata leguntur vestes, raupe ꝛ iocalia, sint imperfecte ratione defectus verbi lego, vel relinquo, ille debent suppleri ex verbo lego, posito in precedenti oratione, ꝛ he censentur vna oratio. Sic igitur videntur dicta legata fuisse relicta in eadem oratione. Propter quod videtur qualitas compositionis ꝛ factionis apposita in legato vestium rauparum fuisse repetita in legato iocalium. Quo fit vt non debeantur iocalia, que pro vsu ꝛ paramento predictis non apparent composita seu facta: cuiusmodi sunt zona ꝛ fronteria, de quibus in actis. Non obstat. l. Quintus Mutius, vers. si vero ita scriptũ fuerit, ꝛc. ff. de auro ꝛ argen. lega. vbi dicit text. ꝙ si testator in legato vestis facto vxori adiecerit: Que eius causa empta parata ve esset, illa debetur, etiam si neque empta neque
11 parata extiterit causa vxoris. Quoniam respondeo † ꝙ ille versic. loquitur in legato certe vestis, ꝛ sic certe speciei: quo casu non nocet falsa demonstratio. Nos autem loquimur in legato generis: quo casu nocet falsa demonstratio, prout etiam probatur in dicta. l. Quintus Mutius. Etiã non obstant fundamenta, per que primi domini iudices pretenderunt iocalia predicta vel in totum, vel in parte deberi. Quoniam respondeo breuiter, ꝙ hec procederent vbi appareret dictũ Sale disposuisse de iocalibus in hac causa mentionatis, hoc est de zona ꝛ fronteria. Sed istud non apparet: ꝛ hoc operatur qualitas importata per illa participia factas ꝛ compositas. Que dixerim, vt supra.

¶ Rub. De acquir. ꝛ retin. pos. ¶ Epitome. ¶ Consil. c.

¶ Possessionem ciuilem perdit qui longo tempore naturalem apud alium sciens dimittit. Ideo consultius est nõ apprehendere eã propria authoritate: sed quam iudex indebite distrahi iussit per iudicem debite repetere.

1 ☞ Exequutiones non citata parte vel sine intimatione facte sunt nulle, ꝛ quare.
2 Possessionem ciuilem an ꝛ quando quis non perdat, quanuis per iudicem ab eo bona auferantur.
3 Possidens ciuiliter an ꝛ quãdo naturalem possessionem in exequutionem rei iudicate sibi ablatam propria authoritate recuperare possit.
4 Possessio ciuilis an ꝛ quando perdatur.
5 Verba statuti vbi non conueniunt, nec ipsius dispositio conuenit.
6 Venditio sub hastã facta cum decreto iudicis an ꝛ quãdo reuocari possit.



Xequutiones, Que in bonis honeste mulieris domine Frãquete, relicte nobilis viri Curiti Botholerij, legũtur ꝛ apparẽt fuisse facte authoritate ꝛ mandato eminentis tunc regij consilij, ꝛ in exequutionem cuiusdam pretense sententie declaratorie incursionis penarum antea, vt pretenditur, impositarum nobili Joanni Botholerij eorundẽ nobilis Curiti ꝛ domine Franquete filio, videtur fuisse ꝛ esse nulle: ea maxime ratione, quia
1 ille facte † extiterũt non citata vel alias commonita dicta domina Franqueta, insuper ꝛ nulla intimatione sibi facta: que tamen citari aut commoneri, seu saltem intimatio exequutionum huiusmodi sibi fieri debuit: ne alias per indirectum auferretur, si valerent, prout non valuerunt, facultas defendendi. Pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. l. si deserta, ꝛ quod ibi docto. C. si propter publi. pensita. ꝛ in. c. j. cum suis simil. de cau. posses. ꝛ proprie. Et non solum non potuerunt bona predicta capi, vendi ꝛ distrahi in preiudicium eiusdem domine Franquete non vocate, ꝛ deinde ei auferri, ꝛ emptoribus tradi: sed nec debuisset sibi auferri illorum iniusta possessio, si iniuste illa possedisset, dicta. l. si deserta, ꝛ quod ibi notant Bal. ꝛ doc. ꝛ Bartol. in. l. j. §. necessario. ff. si ventris nomine. Et plus
2 † dico, ꝙ cum bona predicta capta, vendita, distracta, ꝛ tradita extiterint, non quidẽ tanꝙ̃ bona dicte domine Franquete: sed tanꝙ̃ bona prefati Joannis eius filij, non videtur ab initio eadem domina Frãqueta perdidisse ciuilem possessionem bonorum huiusmodi, per id quod notat Innoc. in. c. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lit. non conces. Joan. ꝛ Alex. de Jmol. in. l. peregre. §. quibus, Joan. de Jmol. ꝛ Alex. de Jmol. in. l. clam possidere. §. qui ad nundinas, versic. quod tamen intelligendum est. ff. de acquir. posses. Alex. de Jmol. in. l. a diuo pio. §. si post addictum. ff. de re iudi. Bart. ꝛ alij in. l. officium. ff. de rei vendic. Et hoc contingit, pro eo quia dictum eminens consilium mandans capi, vendi, ꝛ distrahi bona prefati Joannis: nõ censetur voluisse capi ꝛ vendi bona dicte Franquete, ꝛ illa sibi

la sibi auferri, que existimabat per aliū, hoc est per dictum
3 Joannē possideri. Et q̄uis ex dictis Ang. in. d. §. si post addictū, ꝛ in allegata. l. peregre. §. quibus explicitis, ꝛ. d. l. clam possidere. §. qui ad nundinas profectus, colligatur, ꝙ post factas exequutiones superius mentionatas non licuerit eidem do. Franquete ciuiliter possidenti recuperare eius propria authoritate possessionē naturalē: Jo. tamē de Jmo. ꝛ Alex. de Jmo. vtrobiq; reprehēdunt Ang. volentes ꝙ imo nō obstāte executiōe, ꝛ missione facta authoritate iudicis, potuerit propria authoritate adipisci naturalē, prout ꝛ alias posset, si sine authoritate iudicis fuisset alius ingressus possessionē absente possessore. d. §. qui ad nundinas, ꝛ quod not. gl. in. l. j. §. interdictum. ff. vti possid. Et respondent ad. d. §. si post addictum, super quo se fundat Ang. ꝙ ille non probat dictū Ang. quia licet ibi dicatur, ꝙ si quis velit experiri de iure suo, debet adire iudicem ordinarium, ꝛ ꝙ non potest dicere, peto summarie cognosci post adiudicatam possessionem: tamen non intendit iurisconsultus dicere, ꝙ non possit propria authoritate ingredi vigore sue ciuilis possessionis. Preterea si verum esset dictum Ang. sequeretur absurdum, scilicet ꝙ iussus iudicis ꝛ actus iudicialis etiam quoad non citatū afferret magnum preiudicium, contra. d. l. de vnoquoq;, ꝛ. l. si deserta, ꝛ totum titulum, res inter alios actas: pro eo quia auferret sibi ius ꝛ potestatem ingrediendi propria authoritate naturalē possessionē vigore sue ciuilis. Et dicit plus Pau. de Cast. in. l. ij. in glos. fin. C. de edic. diui Adri. tol. ꝙ quādo immittitur quis in possessionem non citato vero possessore, ingrediens nullam possessionem adipiscitur: q̄uis nihil pro hoc alleget. Puto igitur ꝙ post factas exequutiones predictas, ꝛ eis non ostantibus, potuit dicta do. Franqueta propria authoritate recuperare possessionem
4 predictorum bonorū. Veruntamen quia ipsa postea sciuit bona fuisse capta, vēdita, ꝛ distracta, ac emptores in eorū possessionē immissos, ꝛ illa possedisse per multos annos, quibus durantibus nihil (vt puto) egit pro recuperatione dicte naturalis possessionis: ipsa forte cecidit a ciuili, per id quod notat Alexand. de Jmo. in. l. j. §. interdictum autem hoc. ff. vti possid. ꝛ alij in alijs locis. Et ideo esset periculosum ꝙ ipsa Franqueta propria authoritate ingrederetur. Sed consultius erit ꝙ via iuris repetat bona predicta, seu eorum possessionem: quod puto eam facere posse, non obstante statuto recolende memorie illustrissimi do. Renati, edito super recuperandis vel non recuperandis bonis ex necessarijs distractionibus ꝛ per hastam in executionem iudicatorum, siue per stylum curie camere fiendis. Tum quia a tempore exequutionū ꝛ distractionum, que scilicet facte extiterunt anno M. cccclxxxiij. et de mense Maij, vsq; ad huncannum, scilicet M. ccccxcij. ꝛ mensem Aprilis, vel Maij, non sunt lapsi nisi nouem anni. Tum et quia statutum predictum loquitur in bonis debitorum necessario ꝛ per hastam in exequutionem indicatorum cōtra eosdem habitatores prolatorum, vel per stylum curie Camere: non cōtingit: quia dicta pretēsa declaratoria sententia non fuit lata contra dictā do. Franquetam: nec exequutiones predicte facte extiterunt in vim styli curie Camere. Et sic non sumus in terminis predicti statuti.
5 Quo fit vt in casu predicto dispositio eiusdem statuti sibi locum non vendicet. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acqui. hered. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quot. ꝛ esti. l. iiij. §. quoties. ff. de damno inf. ꝛ. l. ita autem. cum suis simil. ff. de administrat. tut. quod etiam voluit Paul. de Cast. consil. iiij. ꝛ consil. xj. Roma. consi. cxcix. exord. Presens statuti particula, in prin. consi. ccccxlij. exord. Ut decisionē accipiat presens cōsultatio, ꝛc. ꝛ consil. ccccxlij. exord. Quoad propositam cōsultationem, ꝛc. ad fin. ꝛ And. Barba. cons. xxj. ꝛ consil. lxiij. in secunda parte, ꝛ consil. ij. in tertia parte. Nec opponat mihi aliquis ꝙ imo dicta do. Franqueta fuerit debitrix ratione cautionis seu promissionis fideiussorio nomine dicti Joannis eius filij prestite: ꝛ sic ꝙ exequutio facta extiterit in bonis debitoris seu debitricis, ꝛ in exequutionē iudicati lati per dictum eminens regium consilium. Quoniam respondeo ꝙ hoc nō obstat. Tum quia si bene inspiciatur forma cautionis, seu promissionis per dictam do. Franquetā facte, ipsa nō videtur fuisse vel esse obligata ad solutionē illius pretēse pene declarate, ꝛ quā incurrisse pretēditur dictus nobilis Joannes eius filius, propter contumaciā in non comparendo. Tum ꝛ quia bona predicta non fuerunt capta ꝛ ad hastam vendita vt ꝛ tanq̄ bona dicte do. Franquete: sed vt ꝛ tanq̄ bona prefati Joannis eius filij. Et sic non obstat predicta obiectio. Soluitur enim per argu. de tanq̄: de quo in. l. si pater, la. ij. §. qui duos, ꝛ quod ibi Bal. ꝛ. l. si consul. ff. de adopt. ꝛ. l. tutor petitus. §. que tutoribus. ff. de excusat. tut. ꝛ quod ponit idem Bald. consil. lvij. exord. Premissis verbis, ꝛc. vers. est ꝛ alia ratio, ꝛc. in prima parte. Et per hec patet responsio ad primam partē quesiti.

6 ¶ Ad secundam partem, qua queritur an supposito ꝙ dicte exequutiones valide extitissent, posset nihilominus dicta do. Franqueta bona predicta repetere: attēto ꝙ illa, vt presupponitur, vendita extiterunt pretio minore dimidia parte iusti pretij: dico ꝛ respondeo ꝙ super hoc sunt opiniones. Quidam enim senserunt, ꝙ valor rei probari potest per subhastationem, si res subhastetur per plures dies, ꝛ communiter certum pretium offeratur, per id quod habetur in auth. hoc ius porrectū. C. de sacrosan. eccl. ꝛ ꝙ propterea vbi est facta vēditio cū subhastatione ꝛ decreto iudicis, non habet locum remedium. l. ij. C. de rescin. vend. ꝛ. c. penult. de empt. ꝛ vend. quasi sit tunc presumptio iuris ꝛ de iure ꝙ nō interuenerit deceptio, vt videtur dicere text. reputatus singularis in. l. j. vbi etiam hoc tenet Bar. C. de pred. curia. lib. x. ꝛ idē voluit Ang. in. l. pretia rerū. ff. ad le. Falcid. ꝛ respondet ad. l. si quos. C. de rescin. vendit. quod ibi clare probata fuit fraus ꝛ ambitio. Quidā vero tenuerunt opinionem in contrariam, scilicet ꝙ si per venditionem factam ad subhastationē seu inq̄ntum fuerit deceptus seu lesus dominus cuius res sic fuit vendita, habebit locū. d. l. ij. C. de rescind. vend. ꝛ. c. penult. de empt. ꝛ vendit. ꝛ sic ꝙ ipse poterit petere iustum pretium suppleri, vel venditionem rescindi, offerendo pretium datum. Et hanc opinionem tenuit Bart. in. l. j. C. de prescript. trigin. annor. per. d. l. si quos. Et hanc opinionē sequitur Joan. de Jmo. in. d. l. pretia rerum: vbi etiam respondet ad. d. l. j. C. de pred. cur. dicens ꝙ ibi non dicitur ꝙ nō possit probare se deceptum: sed bene dicitur ibi ꝙ si ꝓbauit ex necessitate rei familiaris factam esse venditionem, ꝛ appareat eam esse factam cum decreto iudicis, non potest venditor allegare se dolo inductum ad vendendum, nec oppressum per potentiam emptoris: ꝛ hanc opinionē etiam sequitur Joan. de Jmo. in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. hanc opinionē sequuntur Paul. de Cast. ꝛ Alexand. de Jmo. in. d. l. pretia rerum, Roma. ꝛ Alexan. in. d. l. si quis cum aliter, ꝛ Ang. Aret. in. §. si quis agēs. vers. quarto etiam secundū Ang. insti. de act. Fateor ꝙ Pau. de Cas. in. d. l. pretia rerū. limitat hāc opinionē, vt scilicet nō procedat vbi esset statutum quo caueretur ꝙ res subhastata detur plus offerenti: quia pretium oblatum reputatur iustum pretium, ꝛ non rescindetur contractus, vt statutum aliquid operetur, nisi esset nimis magnus excessus: quia tunc (secundū eum) presumeretur dolus. l. omnes. §. Lucius. ff. que in frau. cred. Sed Alexand. de Jmo. in. d. l. pretia rerum, impugnat hanc limitationem per bona fundamēta: que non refero. Et hec secunda opinio, scilicet quod nō obstāte subhastatione possit intentari remedium dicte. l. ij. videtur mihi magis communis, ꝛ fulciri maioribus rationibus, ꝛ propterea obseruanda, per notata per cano. in. c. j. de cōstitut. ꝛ per legistas in. l. cum prolatis. ff. de re iudic. ꝛ in. l. constitit. C. de pena iudi. qui male iudi.

¶ Rubrica, De iniurijs. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cj.

¶ Iniuriam vere infert qui etiam cum protestatione, ꝛ coram iudice, agendo aut excipiendo quempiam falsis criminibus onerat. V. F.


Recordor ꝙ post latā sententiam in fauorem nobilis domine Gilete Rodulphe recōuente, ꝛ in odium nobilis ꝛ honorabilis viri Petri Autardi reconuenientis, ego scripsi schedulam appellatoriā: in qua (si non desipio) sufficienter vel opportune respondi fundamento egregij viri domini pro tempore vicarij Carpen. ꝛ defendi libellum iniuriarū parte dicti nobilis Petri contra candem nobilem Giletam oblatum. Et quia schedula huiusmodi fuit, vt puto, inserta in instrumento appellationis, dignabitur (si placet) reuerendus pater ꝛ vir egregius do. vicegerēs curie camere apostolice Auenionis cōmissarius ꝛ iudex cause appellationis parte dicti nobilis Petri a sententia predicta introducte videre dictam schedulam.

Ceterum quia audiui dubitari an predicta Gileta potuerit ad causam eorum de quibus in dicto libello reconuentionali conueniri actione iniuriarum. Et quidem videtur ꝙ non, pro eo quia illa facta sunt coram iudice: ⁊ ita forsan non existimantur esse facta animo iniuriandi. Sed hoc non obstante dico ꝙ, quia prefata nobilis Gileta illa crimina per eam falso proposita ⁊ deducta, ⁊ quidem multa, contra dictum nobilem Petrum non probauit, ipsa tenetur actione iniuriarum, ratione presumpte calumnie: pro quo, quia ad patrem ⁊ preceptorem reuerendum est mihi sermo, allegasse sufficiat id quod notat Jo. And. in addi. Specu. tit. de accusatore. §. fin. versic. sed pone, ⁊c. Oldra. consil. liij. exord. Consueuit dubitari, ⁊c. versic. sed quid si opponitur per modum exceptionis. Pet. de Ancha. consi. cccxxvj. exord. Super primo dubio, Sali. in. l. si non conuitij, versic. quero quid si turpis exceptio, ⁊ quod ponit do. Feli. in. c. j. ad fi. in. c. dilecti, versi. restringe tripliciter, de except. ⁊ in. c. cum te, versic. vltimo dum ponit, ⁊c. de re iudi. Et (vt dicit Pet. de Anch. in. d. cōsi. cccxxvj.) magis puniendus est ille, qui contumeliam vel iniuriam infert in iudicio, ꝙ̄ is qui illam infert extra iudicium. Et procedunt premissa non solum eo casu, quo aliquis alium de turpi inculpauit, vel contra eum excepit non premissa vel subiuncta protestatione, ꝙ non animo iniuriandi, ⁊c. sed etiā eo casu, quo de hoc fuit protestatus, prout etiam senserunt Joan. And. ⁊ Oldra. in locis superius allegatis, secundum do. Feli. in. d. c. j. versi. deinum in materia, ⁊c. ⁊ in. d. c. dilecti, versi. restringe simpliciter, ⁊c. de prescript.

¶ Rub. Que sit longa consue. ¶ Epitome. ¶ Consi. cij.

¶ Consuetudo eius loci, in quo contractum est matrimonium, nō vsquequaq̨ in lucris hac de re faciundis attendenda est: si contrahentes tantisper ibi erant, non ea mente vt ibi agerent, sed vt in aliam prouinciam maritus vxorem traduceret. U. F.

1 ☞ Consuetudo vt ius singulare de prouincia in prouinciam non extenditur.
2 Consuetudo in contractibus quatenus seruanda.
3 Interpretatio verborum ambiguorum contra se fundantem in eis fienda.



Etiam si in Lugdunensi ciuitate fuisset contractum matrimonium per ⁊ inter magnificum ⁊ potentem quondā virum dominū Raymundū de Agōto dominū Saltus ex vna parte, ac nobilem ⁊ egregiā mulierem dominam Helionoram de Turnone ex alia: nō propterea inferretur eandem dominam posse pretendere habere dimidiam vel aliam partem bonorum per ipsum do. Raymundum postea acquisitorum. Tum quia licet consuetudo, qua se hoc facere posse pretendit, vigeat in aliquibus consuetudinarijs patrijs regijs: illa tamen non vigebat tempore dicti contractus, nec hodie viget in Lugduno, aut locis circumuicinis. Quo fit vt supposito, citra preiudiciū veritatis, ꝙ in eo de quo queritur deberet inspici locus contractus: non tamen posset dicta domina Helionora dicte pretense cōsuetudinis aliquid petere in postea acquisitis:
1 quia† dicta consuetudo vigens in quibusdam consuetudinarijs prouincijs, vtpote exorbitans a iure communi, non debet extēdi ad alia loca regni, nec in eis vincere dispositioné legis cōmunis, per id quod habetur in. l. consuetudinis, iunctis ibi notatis per gl. ⁊ doc. post Joan. ⁊ Azo. C. que sit long. consuet. ⁊ per scribentes in. l. de quibus. ff. de legib. ⁊ long. cōsue. ⁊ quod ponit Fran. de Are. cōsi. cxxxiij. exordien. In causa que vertitur, ⁊c. ⁊ huius dicti ratio est, quia consuetudo est ius siue lex non scripta. Sed ius singulare non extenditur. l. ius singulare, ⁊. l. quod vero. ff. de legi. ergo nec consuetudo: ita notat Bal. in. c. j. in fi. de feu. cognitio. Manet enim lex, nisi quatenus reperitur eidem legi, per alia lege, vel consuetudine derogatum. l. cum dubitabatur. C. de edific. priuat. l. alumne. §. qui filias. ff. de adimen. legat. l. sancimus. C. de testamen. ⁊. l. precipimus. C. de appellat. Sic igitur quamuis dici possit ꝙ generali legi fuerit derogatum quoad loca, in quibus fuit prescripta consuetudo huiusmodi: lex tamen manet incorrecta in alijs locis, secundum quam non succedit mulier in bonis viri, nisi prout habetur in. l. j. ⁊ authen. preterea. C. vnde vir ⁊ vxor. Tum ⁊ quia supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ huiuscemodi consuetudo viguisset ⁊ vigeret in Lugduno: non tamen propterea posset eadem domina partē petere in acquisitis, vtpote de quibus, aut super quibus non fuit contractus matrimonij, de quo supra, initus aut celebratus: ⁊ ita non obstat. l. si fundus. ff. de euictio. ⁊. l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur.
2 per quas videtur probari, ꝙ† non solum quoad solennitatem adhibendam in contractu attendi debet consuetudo loci contractus, quod etiam notant scribentes in. c. j. de sponsali. etiam quoad obseruantiam illius, vt etiā videntur velle aliqui in. d. c. j. ⁊ alij alibi. Quoniam respondeo ꝙ si iura predicta ⁊ docto. opportune attendantur, illa loquuntur quoad ea, de quibus agitur in contractu, vel eo casu quo actio oritur ex contractu: quod non videtur fuisse in hoc casu, in quo actum est de matrimonio inter partes predictas, constitutione dotis, ac solutione ⁊ restitutione illius, ⁊ forte quibusdam alijs: que tamen non vidi: non autem de bonis immobilibus acquirendis: nisi forte prout infra dicam. Et sic non videtur quoad hoc debere attendi consuetudo loci contractus, per id quod notat Albe. in. l. j. versi. item querit. ff. de iudi. Tum ⁊ quia licet idem magnificus do. Raymundus cum eadem domina in dicta ciuitate Lugdunensi contraxerit: illuc tamen accesserat tanꝙ̄ aduena, ⁊ paulopost illinc discessurus, ⁊ dictam dominam traducturus ad locū domicilij sui ipsius do. Raymundi: in quo non vigebat nec viget dicta pretensa consuetudo: qui locus domicilij propterea attendendus est: non dictus locus Lugdunensis, per id quod habetur in. l. exigere, iunctis ibi notatis per docto. ff. de iudi. ⁊ in. c. j. de sponsa. Et ꝙ̄uis. d. l. exigere, ⁊ doct. videantur loqui in dote: idem tamē videtur esse in dictis acquisitis, quatenus quoad ea deberet inspici contractus matrimonij ⁊ cōstitutionis dotis predictarum, in quibus videtur esse eadē ratio: ergo, ⁊c. l. illud, cū suis simi. ff. ad leg. Aqui. Forte vero opponetur parte dicte domine, ꝙ imo petere possit partē in bonis immobilibus acquisitis, ⁊ hoc ratione conuentionis habite inter partes, ⁊ in qua dictus do. Raymundus donauit dicte domine pro iure mobilium summā trium milium librarū turonensium: qua si ea ratione quia pro iure mobilium sibi donati extiterunt tres mille floreni, etiā habere debeat ius vel partē in bonis immobilibus postea acquisitis. Sed hoc non obstat. Tum quia eo ipso ꝙ cautum est de summa triū millium librarum pro iure mobiliū donanda, videtur etiam cautum a contrario sensu, ꝙ pro vel de bonis immobilibus acquirendis nihil haberet dicta domina: hoc enim argumentū habet locum in contractibus. l. pecuniā. ff. si cer. peta. ⁊. l. inter socerū. §. cū inter. ff. de pact. dota. ⁊ quod voluit Bald. in. l. conuenticula. C. de episco. ⁊ cle. quē. §. cū inter, ad hoc allegat pro singulari Pan. in. c. cū apostolica, de ijs que fi. a prela. sine consen. cap. ⁊ ante eū Bal. in. l. venditi, la. ij. C. de act. emp. Tum ⁊ quia videtur idē do. Raymundus non solum donasse summā predictam trium millium librarum pro iure mobilium: sed etiam pro iure immobilium: ⁊ hoc videtur posse aperte colligi ex verbis. c. exord. Itē quia consuetudo patrie gallie, ⁊c. vbi facta commemoratione pretēse cōsuetudinis, de qua ibi, tā quoad bona mobilia, ꝙ̄ acquisita, ⁊ subiūcto ꝙ in prouincia sit cōsuetudo contraria, dicitur, non obstante illa dictus dominus Saltus est contentus donare, ⁊ donat dicte domicelle, ⁊ faciet sibi valere pro omnibus iuribus mobilium vsque ad summam trium millium librarum turonen. absque eo ꝙ, dicta domicella nec sui possint aliud petere a dicto domino Saltus, nec a suis. Que verba videntur posse ⁊ debere intelligi, ꝙ prefatus do. Saltus pro omni iure, quod eadē domina pretendere posset in posterum in bonis mobilibus acquisitis, de quibus sermo precesserat, eidem donauerit de mobilibus vsque ad summā triū milliū florenorū: ⁊ hoc videtur persuadere sermo precedens: vt sic videatur summa taxata ⁊ quoad ius bonorū immobiliū, ⁊ quoad ius postea acquirendorū, pro vel de quibus noluit idem do. Raymūdus, aliquid petere posse vltra summam predictam, arg. §. si ita scriptum, institu. de fideiusso. Et supposito ꝙ verba predicta possent etiam habere alium sensum: nulli tamen du-
3 bium quin in eis sit aliqua ambiguitas. Et† ita videtur ꝙ interpretatio debeat fieri contra dictam dominam, quatenus se fundaret ex dicta conuentione. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. ⁊ regula contra eum, de reg. iu. in. vj. Propter

pter que (salua visione instrumenti contractus superius mētionati, quod nō vidi) videtur ꝙ dicta do. nihil petere possit in bonis immobilibus acquisitis. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub. De fide instrument. ¶ Epitome. ¶ Consil. ciij.

¶ Instrumentum, quod neq̄ principis nomen habet, neq̄ locum confectionis, neq̄ indictionem, neq̄ notarij signaturam vel subscriptionē, neq̄ mentionem publicationis facit, nec rogationis notarij, ⁊ in quo duas partes de tribus non apparet rem municipij gessisse: quisnā (nisi plane desipiat) fide dignum esse dixerit: U. F.



Uanuis Post alia scripta fuerit parte Reuerendissimi domini Tricastriuēsis episcopi ⁊ aliorum productum quoddam pretensum syndicatus ⁊ procurationis hominum ⁊ singularum personarum Tricastriuen. ciuitatis instrumentū: illud tamen non nocuit neq̄ nocet predicte vniuersitati, nec suffragatur prefatis domino episcopo ⁊ alijs. Tum quia in dicto pretenso instrumento non ponitur nomen recolende memorie serenissimi domini nostri tunc Delphini, in cuius principatu ⁊ dominio dicta Tricastriuensis ciuitas pro tempore existebat: quod tamen fieri debuit, auth. vt prepon. nomen imper. colla. v. iuncto eo quod notat Bart. in l. infamem. ff. de publi. iud. ⁊ tam ipse, ꝙ alij in multis alijs locis: quatenus volunt, ꝙ princeps nō recognoscens superiorem habet iura imperij, ⁊ sic censetur imperator in principatu huiusmodi. Tum ⁊ quia in dicto asserto instrumento non apponitur aliquis certus locus confectionis illius, seu creationis ⁊ constitutionis illorum pretensorum syndicorum ⁊ cōsiliariorum, de quibus in eisdem, qui tamē apponi debuit, per id quod habetur in c. abbate sane, de re iud. in. vj. Tum ⁊ quia in dicto asserto instrumēto non est posita indictio: que tamen (nisi consuetudo se aliter haberet) apponi debuit, per id quod notat Joan. And. in data. vj. libri, in nouel. Angel. cons. ccvij. ⁊ doct. in d. c. j. de fide instrumen. Tum ⁊ quia non reperitur in dicto pretenso instrumento aliquis notarius subsignatus aut subscriptus: qui tamen debuit se subscribere ⁊ subsignare, vt etiam post Specul. alibi not. cano. in d. c. j. de quo etiam Bald. in l. cōparationes, ⁊ ibi Alexand. de Imo. in addit. super verbo signis. C. de fide instrumen. Nec obstat ꝙ in calce dicti pretensi instrumenti dictum extiterit, Et me notario: Quia ex hoc non cognoscitur quis sit ille pretensus scriptor huius asserti instrumēti, nec sciri potest, vel inquiri an esset notarius vel non, insuper ⁊ an esset talis qui potuerit de actu predicto facere instrumentum. Tum ⁊ quia non legitur in eo, ꝙ creatio ⁊ deputatio predicte fuerint coram pretensis testibus publicate seu lecte: quod tamen fieri debuit, secundum Joan. And. in addit. Spec. tit. de instrumen. edi. §. ostenso, vers. illud quoq̄, ⁊c. Tum ⁊ quia non apparet ꝙ ille notarius fuerit rogatus de conficiendo instrumentum de creatione ⁊ constitutione predictis: quem tamen rogari oportuit ad hoc, vt de eis conficere posset instrumentum, auth. de tabellio. §. nos autem, quod etiam voluit Innocent. in d. c. j. vbi etiam Panor. ⁊ Bart. in l. sciendum. ff. de verb. obli. Preterea non apparet ꝙ in illis pretensis creatione ⁊ cōstitutione interfuerint due partes hominum predicte ciuitatis capita hominū illius facietiū: qui tamē videbātur necessarij. l. nominationū, ⁊ quod ibi gl. ⁊ doct. C. de decur. lib. x. notat glo. in l. nulli. ff. quod cuiusq̄ vniuer. glo. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. Bart. ⁊ doct. in l. quod maior. ff. ad municip. ⁊ multi doc. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. ⁊ in c. cum omnes, de constitutionib. Propter que dictum pretēsum instrumentū, ⁊ preasserte creatio ⁊ constitutio eisdem reuerēdo do. episcopo, ⁊ alijs non suffragantur: nec nocent dicte vniuersitati.

¶ Rub. Commu. de succes. ¶ Epitome. ¶ Consili. ciiij.

¶ Succedunt pater ⁊ soror defuncti equaliter in bonis eius: nisi in eo quod hic defunctus habet a matre, in quo pater, qui secundam duxit vxorem, vsumfructum solummodo habet portionis sue. U. F.

1 Pater ⁊ soror defuncte Titie an ⁊ quando in eius bonis simul succedant.

2 Pene contra mulieres binubas indicte locum habent et contra viros secundam vxorem ducentes.



Iso Casu mihi exhibito parte probi viri Guliel. Iuuenis, ac dubijs ex casu huiusmodi elicitis, vna cū instrumento matrimonij dudum contracti per ⁊ inter dictum Guilielmum Iuuenis ex vna parte, ⁊ honestam mulierē Fayetam filiam naturalem ⁊ legitimam Raymundi Cheualerij: dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte prout infra. Et primo ad primum: in quo videtur queri quis successerit ⁊ succedere debuerit honeste quondam mulieri Andriuete Iuuenis, eiusdem Guilielmi ⁊ Beatricis eius prime vxoris filie naturali ⁊ legitime: an scilicet ipse Guilielmꝰ, an Raymūdus Thome filius Magdalene alteriꝰ filie dicti Gui-
1 lielmi ex dicta quondam Beatrice, dico † ⁊ respondeo ꝙ cum eidē Andriuete sine liberis vita functe superfuerint prefati Guilielmus pater, ⁊ Magdalena soror, illi duo eidem in omnibus bonis, excepta dote dicte quondā Beatricis, de qua infra dicetur, successerūt, quilibet scilicet pro dimidia parte, auth. de hered. ab intesta. §. consequens, collat. ix. ⁊ auth. defuncto. C. ad Tertul. Et supposito ꝙ tempore mortis prefate Andriuete eidē non superfuisset predicta Magdalena, sed Raymundus Thome eius filius, illi duo eidem Andriuete successissent ⁊ succedere debuissent, quilibet scilicet pro dimidia parte, dicta authen. defuncto, ⁊ auth. vt fra. filij. §. j. collat. viij. nec dicto Guilielmo obstare videtur id quod dicitur in dicto instrumento, scꝫ ꝙ ipse nihil petere possit in legitima filiorū. Quoniam illa reseruatio videtur esse intelligenda eo casu, quo prefate Andriueta ⁊ Magdalena ab humanis decessissent ante Jacobum Iuuenis eisdem substitutum. Sed quia ipse premortuus est, ⁊ sic non euenit conditio, dicta reseruatio sibi non obstat. ¶ Ad secundum quesitum dico ⁊ respondeo, ꝙ cum prefata Beatrix, prima vxor dicti Guilielmi Iuuenis, ⁊ mater dictorum Jacobi, Magdalene, ⁊ Andriuete ab humanis decesserit superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus dictis eius liberis: dos eius ad eos deuoluta est in vim consuetudinis, de qua per glos. ⁊ doc. in l. dos a patre profecta. C. sol. mat. deinde vero cum mortuus est Jacobus sine liberis, supestitibus prefatis Guilielmo patre, ⁊ duabus sororibus, dicte sorores eidē Jacobo pleno iure successerūt in besse, seu in duabus tertijs partibus. d. auth. defuncto, ⁊ in proprietate alterius tertie partis: ⁊ dictus Guilielmꝰ in vsufructu huius tertie partis. Qui nisi post mortem dicte Beatricis prime vxoris conuolasset ad secunda vota, successisset pleno iure in tertia parte. d. auth. defuncto. Et postremo cum ab humanis decesserit predicta Andriueta, eidē successit dicta Magdalena in medietate pleno iure, ⁊ in proprietate alteriꝰ medietatis: ⁊ dictus Guilielmus in vsufructu huius medietatis: qui nisi cōuolasset ad secunda vota, in hac medietate successisset pleno iure. Sed quia conuolauit, non succedit nisi in vsufructu.
2 Quemadmodum † enim propter cōuolatū ad secunda vota mulier habens liberos ex primo matrimonio non succedit in proprietate bonorum que fuerunt primi viri, auth. ex testamento. C. de secun. nupt. ita nec vir habens liberos ex prima vxore cōuolans ad secunda vota succedit in proprietate bonorum que fuerūt prime vxoris pro eo, quia pene cōtra mulieres binubas habētes liberos ex pmo matrimonio indicte, habent locū cōtra viros binubos habētes liberos ex primo matrimonio. l. generaliter. §. penul. C. de secun. nup. auth. de nō eligen. secun. nub. §. quia vero cōtra binubos pene communes sunt, collat. j. ⁊ quod notat Azo in Summa. C. de secun. nup. quecunq̄, ⁊ Ost. in Summa, eod. tit. §. penult. vers. quecunq̄, Cyn. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nupt. ⁊ Joan. And. in addi. Specul. tit. de secun. nupt. super rub. ⁊ Oldrad. consi. xxxiij. ex ord. Quidā habuit vxorē, ⁊ alij in alijs locis. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub. De fideicommis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cv.

¶ Moriente vno ex fideicommissarijs, vocatur alius, qui copulatiue substitutus est. U. F.

1 Fideicommissum extinguitur si fideicommissarius pendente conditione moriatur.

2 Trebellianica recte suppleri petitur, si ea que in eā imputantur non sufficiunt.



Viso Testamento quod dudum condidisse dicitur prouidus quondam Hugo Blancardi mercator ciuitatis Arelatenis, vna cum casu parte probi viri Guilielmi Alphanti, filij quondā naturalis ꝛ legitimi Michaelis Alphanti mihi exhibito, dubijs ex eo elicitis, dico ꝛ respondeo ꝙ cum Claudius de Galeto ab humanis sine liberis decesserit, substitutio facta per prefatum Blancardi de predicto Michaele Alphanti ꝛ liberis, sibi locum vendicauit ꝛ vendicat in personam Michaelis ꝛ Ludouici Alphanti filiorum quondam naturalium ꝛ legitimorum Jacobi Alphanti alterius ex filijs dicti quōdam Michaelis, sci-
1 licet secundo genitı: pro eo quia † licet viuēte dicto Claudio, ꝛ sic pendente conditione vniuersalis fideicommissi, ab humanis decesserit dictus Jacobus secundus filius predicti Michaelis, ꝛ sic quoad eum fuerit fideicommissum huiusmodi extinctum. l. j. §. sin autem sub cōditione. C. de cadu. tollen. non tamen fuit vel est extinctum quoad dictos Michaelem ꝛ Ludouicum, dicti Jacobi quondā filios, ꝛ qui cum dicto Jacobo eorū quondam patre fuerunt copulatiue substituti: ꝛ sic vocantur ipsi ad dictū fideicommissum. Pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat ea, que notant docto. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ꝛ posthu. ꝛ Pau. de Cast. consil. ccclij. exordien. Visis omnibus punctis, ꝛc. versic. dicet aliquis, ꝛc. Et nō solum censentur dicti Michael ꝛ Ludouicus inuitati ad quotam ꝛ portionem, quam erant habituri si eorum pater vixisset tempore mortis ꝛ decessus dicti Claudij: sed ad totum fideicommissum, hoc est ad partem sibi relictam, ꝛ ad eam quam habiturus fuisset dictus eorū pater si vixisset, per id quod notat Joan. And. in addi. Specu. tit. de testa. §. imprimis, in addit. que incipit, Quod de precedēti. vers. ad tertiam. Dyn. consil. vj. ꝛ Alex. de Jmo. consil. clxv. in quinto volu. ¶ Ad secundum dico ꝛ respondeo, ꝙ q̄uis de dicto fideicommisso possit mater ꝛ heres. d. Claudij detrahere trebellianicam ex persona defuncti viri Stephani de Galeto, primi heredis dicti quondā Blancardi testatoris: quia tamen nec dictus Stephanus pater, nec prefatus Claudius eius filius erant de liberis primi gradus dicti quondam Blancardi, quinimo nec de liberis illius: tenebitur ꝛ tenetur ipsa mater Claudij fructus perceptos per dictos quondam Stephanum ꝛ Claudium sibi imputare in dictam quartam trebellianicam. Et si illi suppetāt ad quartam huiusmodi, vel illam excedant, nihil vlterius potest eadem mater petere pro dicta trebellianica. Si vero fructus huiusmodi nō ascendant ad valorē dicte quarte, ipsa poterit petere residuū, iuxta ea que habentur per tex. glos. ꝛ docto. in l. in fideicommissariam, in princ. ff. ad trebel. ꝛ in l. iubemus. C. eod. tit.

¶ Rubr. De eoden. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cvj.

¶ Edita actio a supremis curijs repulsa, quasi repugnātiam contineret, ab eisdem supremis curijs iuxta preces admitti debet infra biennium, si de inaduertentia iudicum super non repugnantia monstretur. V. F.

1 Verba contraria si fieri potest ad concordiam sunt reuocanda: ꝛ nu. seq.
2 Meum ꝛ tuum aliquid esse an ꝛ quando impossibile sit.
3 Libellus ad conclusionem ꝛ medium concludendi precipue attendendus: ꝛ nu. 6.
4 Libellus omnis quoad fieri potest tolerandus.
5 Jllatio non fit ex separatis: ꝛ nu. 12.
7 Proprietatis probatio in possessorio recuperande an ꝛ quando nihil prosit.
8 Alienari res dicitur etiam ratione translationis solius possessionis.
9 Recuperande possessionis remedia multa.
10 Possessoriū recuperande quali probatione contentū sit.
11 Supplicatio ad regias curias supremas contra earum factum fieri potest infra biennium, nedum infra decennium.



Pro pleniore ꝛ clariore defensione libelli parte reuerendi patris do. Prepositi ꝛ venerabilis Capituli ecclesie Gracensis oblati ꝛ producti coram illustri ꝛ excellenti do. senescallo, ꝛ suprems curia insignis Prouincie parlamēti, cōtra ꝛ aduersus nobilem Honoratum de Villanoua, ꝛ quē eadem insignis curia per interloquutoriam sentētiam ex capite pretense repugnantie declarauit repellendum, ꝛ dictum de Villanoua, seu procuratorem illius non teneri eidem libello respondere, premitto, ꝙ siue loquamur de pretensa legum contrarietate, seu contractuum, vel etiam actorum iudicialium, vel eorum que fiunt in processu: sic
1 sunt † verba intelligenda, vt q̄tum fieri potest ad concordiā reducātur, referendo scilicet prima ad vltima, vel ecōtra, seu etiam per aliquam diuisionem, per id quod habetur in prima constitu. C. §. quibus, versic. ꝛ contrarijs preterꝙ si iuris diuisione adiuuentur, ꝛ ꝙ ibi per Bart. quod etiam voluit Bart. loquens in contractibus, vbi etiā do. Jason May. in. l. fin. §. idem quesijt. ff. de condic. indebi. ꝛ idem voluit Pet. loquens in actis iudiciarijs, ꝛ post eum Cy. Bal. ꝛ alij in. l. cum falsa. C. de iur. ꝛ fac. ignorāt. Sali. in. l. cum precum. C. de libe. cau. Paul. de Cast. ꝛ Alexan. de Jmol. in. l. j. in princ. ff. ne quis eum qui in ius voca. est. Et hinc dicit Cyn. ꝛ post eum Bald. ꝛ alij in. d. l. cum fal-
2 sa, ꝙ si † cōfessus fuerim, vel dixerim fundum esse meum ꝛ tuum, quod videtur impossibile, propter id quod habetur in. l. si vt certo. §. si duobus. ff. commoda. debēt verba hec, pro euitanda repugnantia sic interpretari, vt censear fuisse confessus, vel dixisse fundum esse communem inter te ꝛ me. Pau. vero de Cast. ꝛ Alex. de Jmol. in. d. l. j. in princ. ff. ne quis eum, dicunt ꝙ si quis producat articulos vel positiones, quarum vna videatur alteri contrariari, debēt ad tollendam contrarietatem taliter intelligi, ꝙ producēs non incidat in contrarietatem: ꝛ ponunt exemplum de eo qui in primo ponit, ꝙ non promiserit tibi fundum, ꝛ postea faciēs secundum positionem dicit se contra te prescripsisse: quod non videtur potuisse facere, nisi promisisset quod primo negauerat. Sed ad tollendam cōtrarietatem dicunt, ꝙ in secunda positione subaudiendum est, Et posito citra preiudicium veritatis ꝙ promisissem, ꝛc. Possunt ꝛ alia multa exempla induci: a quibus supersedeo. Si igitur pretendi possit ꝙ in dicto libello fuerit aliqua repugnantia, defendendus est libellus per subdiuisionem, ꝛ alias q̄tum fieri potest, ne repugnantiā huiusmodi con-
3 tineat. Premitto insuper ꝙ † q̄uis in libello multa narrentur: precipue tamen attendi debet ad conclusionem ꝛ medium concludendi: de alijs vero parum curandum est, argument. l. que extrinsecus. ff. de verbo. oblig. ꝛ quod notat Ange. Are. in. §. j. ad fi. versi. ꝛ tene menti perpetuo ꝙ ad duo, ꝛc. institu. de actio. Et ꝙ conclusio, quinimo libellus, penes conclusionem attendendus sit, voluit Angel. consi. xxxvj. exord. Pro decisione questiorum, versic. Secundo premitto ꝙ in libellis verba narratiua non respiciuntur, sed solum conclusiua. Pau. de Cast. cōsi. vj. versi. nec obstat ꝙ in narratione dixerunt dicta bona, ꝛc. ꝛ in alijs multis, ꝛ Andre. Barba. consil. xxxviij. exord. Preclare scripsit Psalmista celebris, Prope est domin⁹ inuocantibus eum, ꝛc. vbi pro hoc allegat. c. ex parte. v. de fo. compet. c. series, de testi. c. litere, de dona. ꝛ c. ex parte, el. ij. de rescript. allegat preterea Inno. in. c. super literis, de rescript. quem refert Bal. in. l. prescriptione. C. si contra ius. allegat preterea alibi Bald. ac Jnnoc. Joan. And. Joan. de Lign. Bart. Cardi. Floren. Anto. de Butr. ꝛ Roma. Et quia hoc est indubitatum, ergo vlterius non progredior. Quicquid igitur propositum aut narratum extiterit in predicto libello, attendi debet illius conclusio, ꝛ quid in ea ꝛ per eam petierint prefati reuerendus do. Prepositus ꝛ Capitulum. Premitto insuper, ꝛ tertio, ꝙ † omnis
4 libellus tolerandus est, si fieri potest, vt voluit Jnno. in. c. examinata, de iudic. ꝛ post eum Bald. in. l. ij. versicul. queritur ergo si accusator, ꝛc. ibi, cum ergo. l. polla. C. qui accusa. non pos. Et possunt imo debent verba libelli impropriari defensione illius, arg. l. sed ꝛ si possessori. §. item si iurauero, ꝛ quod ibi Bart. ff. de iureiuran. vbi etiam do. Jason May. versic. quarto nota ex eodem tex. ꝙ terminus vsusfructus, ꝛc. ꝛ dominus Felin. in. c. auditis, versic. secundo collige ꝙ verba libelli, ꝛ multis sequentib. de prescript. ponunt ꝛ alia multa, quinimo plurima exempla pro defensione libellorum, qui alias vel prima facie, vel secundum iuris strictam rationem viderentur repellendi: que quia longe magis cognita sunt dicte supreme insigni curie, ꝛ ne eam tedio afficiam, non transcribo. ¶ Quibus suppositis, dico cum omni honorificentia dicte insignis supreme curie, ꝛ sub illius benigna supportatione, ꝙ predictus libellus non continet repugnantiam, ꝛ ꝙ si

ꝙ si aliquam continere videatur, illa potest per diuisionem euitari. Et primo quidē non videtur posse dici libellū huiusmodi continere repugnantiam ex eo quod dictū extiterit in .x. eius articulo, ꝙ domini Prepositus dicte Gracēsis ecclesie, seu prepositura, ⁊ dictū venerabile Capitulum fuerint a decem. xx. annis, ⁊c. prout ibi. ⁊ ꝙ in .xi. articulo eiusdem libelli dictuʒ extiterit, ꝙ predictus do. Prepositus ⁊ Capitulum fuerint a predictis temporibus ⁊ citra in possessione, ⁊c. Qua si videātur isti do. actores dicere se fuisse ⁊ esse in possessione eorum que postulant sibi restitui. Quoniam respondeo ꝙ in duodecimo articulo non proponunt simpliciter se fuisse in possessione a .x. xx. xxx. xl. l. lx. centum, ⁊ ducentis annis, ⁊ per eos: sed dicunt se fuisse in possessiōe ab annis predictis lapsis preteritis ⁊ effluxis tempore laudi, de quo postea subiicitur, ⁊ per illos. Et ita effectualiter ibi deducunt se possedisse per annos .x. xx. ⁊c. ante factum compromissum ⁊ latum laudum. In .xi. vero etiā non simpliciter dicūt se possedisse ab annis .cc. ⁊ citra: quo casu viderentur se dicere possedisse non solū ab annis ducentis, sed etiam postea ⁊ continue, ⁊ forte etiam tempore oblati libelli, per id quod habetur in .c. licet, ⁊ quod ibi Ostien. Io. And. Pan. ⁊ alii super verbo ⁊ citra, de prob. Bar. in .l. Celsus, versic. videndum est quid si in libello. ff. de vsucap. ⁊ Bald in .l. falsus, in .iii. oppo. versic. sed quid si ipse. C. de fur. Sed dixerunt se fuisse in possessione a predictis temporibus ⁊ citra, vsq; tamen ad tempus ⁊ tempora compromissi ⁊ laudi: ⁊ sic dici non possent proposuisse, ꝙ tēpore oblati libelli tenerēt ⁊ possiderēt illas duas partes, de quibus est contētio. Preterea nec potest notari aliqua repugnantia in dicto libello, pro eo ꝙ in decisiuo illius articulo dictuʒ extiterit, prefatos do. Prepositum ⁊ Capitulum fuisse a temporibus de quibusdam ex precedētibus articulis, ⁊ esse in possessione, ⁊c. Quoniā (vt apparet tam ex dicto articulo, ꝙ̄ ex multis precedētibus) ibi non est sermo de territorio de Neapola, seu duabus tertiis partibus in libello predicto mentionatis: sed de loco ⁊ territorio de Mandoloco: de quibus propositum est in .xiii. articulo dicti libelli, ꝙ illa sunt separata ⁊ distincta a loco ⁊ territorio de Neapola. Quo fit vt ex iis que deducuntur in dicto .xx. artic. opportune inferri non possit ad dictas duas
5 tertias partes: quia † ex separatis, ⁊c. l. inter stipulantē. §. sacram, versic sed hec dissimilia. ff. de verb. oblig. l. si maritus, la .i. ad fin. C. de dona. inter vir. ⁊ vxorem, ⁊ vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minor. nec puto ꝙ dicta insignis curia pretenderit libellum predictum continere repugnantiam, pro eo ꝙ in .xxi. illius articulo videantur prefati do. Prepositus ⁊ Capitulum nominasse ⁊ appellasse dictum nobilem Honoratum eorum aduersariū do. de Neapola, ⁊ iurisdictioneʒ, ⁊c. ⁊ sic sibi preiudicasse. l. cum precum. C. de liber. cau. Quoniam respondeo ꝙ ipsi non eum simpliciter dixerunt dominū castri ⁊ iurisdictionis predictarum: sed dixerunt pretensum dominum: inter que multū refert. Quod etiam bene intellexerant illi, qui dixisse leguntur, Noli scribere rex Iudeorum, sed quia ipse dicit, ⁊c. Porro nec potest colligi repugnantia ex eo quod in libello predicto non solum fuerit propositū ⁊ deductum prefatos do. Prepositum seu preposituram ⁊ Capitulum fuisse in possessione dictarum duarum partiū: sed etiam ꝙ ille a temporibus ⁊ per tempora de quibus in .vi. articulo spectauerūt ⁊ pertinuerūt ac etiam spectant ⁊ pertinent iure dominii seu quasi prefatis do. Preposito, seu prepositure, ⁊ Capitulo: ⁊ tamē prefati do. actores protestati extiterūt ꝙ non intentant, nec intentare intendunt iudicium petitorium.
6 Quoniam † respondeo (vt iam dixi) ꝙ non ea que narrantur in libello sint inspicienda, sed mediū concludendi, seu conclusio ipsa. Non enim dicitur actor ex eo intentasse petitorium, qui illud narrauit: nisi etiam vel specialiter vel generaliter in illo concludas. Hoc videmus dietim fieri a libellantibus in possessorio retinende: qui licet ad fines colorandi possessorium (quod quandoq; multum prodest) deducāt etiam petitorium: protestātur tamen se nolle ingredi, ⁊c. Hoc etiam faciunt petentes sibi restitui possessionem beneficiorum: qui secundum vnam opinionem et magis cōmunem, debēt iustificare possessionem ex titulo, seu aliter illum colorare, per id quod notat Ioan. And. in addi. Spec. tit. de restitut. spol. circa princ. ⁊ canon. magis cōmuniter in .c. in literis, eod. tit. nec sic dicuntur intentare petitorium: quia aliud est intentare petitorium, aliud iustificare possessorium ex titulo, vt notat glos. fin. in clemen. i. de cau. posses. ⁊ propriet. ⁊ cano. in d. c. in literis. Forte vero opponetur de eo quod notat Bal. in .l. momentanee, ad fi.
7 C. qui legi. perso. vbi dicit, † ꝙ in possessorio recuperande nihil adminiculatur probatio proprietatis. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi publ. ⁊ ꝙ propterea videtur ꝙ superuacanee deducta extiterint in predicto libello aliqua concernentia petitorium. Sed istud non obstat. Quoniam respondeo ꝙ Bald. loquitur in reo conuento pro restitutione possessionis violente, cui nihil adminiculatur probatio proprietatis: quia violēta possessio nō potest iustificari: vt etiā dicit Bal. in d. l. momentanee. ⁊ quod propterea opponēs de ꝓprietate regulariter nō auditur ante restitutionem possessionis. d. l. si quis ad se fundū, ⁊ quod notāt glos. ⁊ doct. in .l. si de vi. ff. de iud. glos. ⁊ docto. in .l. i. C. si per vim vel alio mo. ⁊ in .l. si de eo. §. fi. ff. de acquir. pos. Sed hic est sermo in actore, qui cecidit a possessione, que potest colorari ex titulo. Propterea nec etiā videtur posse pretēdi, ꝙ libellus predict⁹ repugnantiā cōtineat propter adiectionē protestatiōis, de qua in calce illius: scʒ ꝙ q̄uis ipsi do. Prepositus ⁊ Capitulū videātur deduxisse aliqua concernētia materiā petitorii: non tamen intentant nec intentare intendunt iudicium petitorium. Quia licet ex deductis parte dictorū do. Prepositi ⁊ Capituli potuerint ipsi concludere in petitorio, vtpote in rei vēdicatione, vel in publiciana: pro eo quia duxerunt predictas duas partes ad se spectasse ⁊ pertinere iure dominii vtilis, seu quasi, deduxerunt tamen ⁊ alia, scilicet ꝙ pretextu ⁊ sub colore compromissi ⁊ laudi, que de iure non valuerunt, fuerūt dicte due partes translate ⁊ alienate in nobilem Antoniū de Villanoua, huius nobilis Honorati predecessorem: alienate (inquam) nō quoad proprietatem seu dominiū: quia illud remansit penes eos: sed quoad possessionem, a qua sub colore cōpromissi ⁊ laudi predictorum ceciderunt.
8 Et † ꝙ etiam ratione translationis solius possessionis dicatur res alienari, notant Innoc. Ostien. Ioan. Andr. in nouel. ⁊ alii in .c. episcopi, de reb. eccle. non alien. ⁊ Archidiaco. in .c. ⁊ si illi. xii. quest. ii. in quibus locis volunt doct. prefati, ꝙ si mandetur alicui, ꝙ ea que de bonis alicuius ecclesie inuenerit alienata, studeat ad ius ⁊ proprietatē ecclesie reuocare: poterit ipse mādatarius seu commissarius reuocare etiam illa, quorum sola possessio in alium translata seu alienata extiterit: quia ⁊ ecclesia ⁊ alii possunt habere duplex ius in rebus, scilicet proprietatis ⁊ possessionis: ⁊ in larga significatione dicitur alienari non solū proprietas: sed etiam possessio. l. non solum, in princip. ff. de aliena. iud. mutan. cau. fac. l. si mulier. §. ii. ff. quod met. cau. ⁊ l. fin. C. de reb. alie. non alie. Et hinc est ꝙ iura prohibentia alienationem rerum ecclesie, habent locum non solum in iis rebus, quarum proprietas ⁊ possessio, vel sola proprietas ecclesie peruenit: sed etiam in iis in quibus habet duntaxat possessionē, vt notat Bal. in .l. iubemus, in prin. C. de sacrosan. eccles. quod etiam colligitur ex iis que not. Inn. Ostien. Ioan. And. ⁊ alii in d. c. episcopi, ⁊ Archid. in allegato. c. ⁊ si illi. Ex eo itaq; quia prefati do. Prepositus ⁊ Capitulum deduxerunt, ꝙ non subsistente causa legitima, insuper ⁊ pretermissa solennitate requisita fuerunt dicte due partes in alium translate, ⁊ ꝙ ipsi ab illarū possessione ceciderunt, ⁊ hoc sub colore compromissi ⁊ laudi predictorum potuerunt ipsi cōcludere in alio ⁊ diuerso remedio a petitorio, hoc est a rei vendicatione. l. qui petitorio. ff. de rei ven. Et caute fecerūt, sequuti doctrinā Spec. tit. de reb. eccles. non alien. in princip. vbi ponit libellum. Cuius theoricam commendat Paul. de Cast. consil. liii. exord. Super primo ꝙ dicta citatio, ⁊c. vers. super vltimo quesito, ⁊c. Et ꝙ Specu. libellum confecerit, non quidem in petitorio, sed in alio remedio, satis colligitur ex iuribus que allegat. Inducit enim iura huic materie appropriata, scilicet .c. si quis presbyter, de reb. eccl. non alie. c. dudum, eod. tit. in .vi. c. sine exceptione. xii. q. ii. c. non liceat. x. q. ii. et authent. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. Et subiungit idem Specul. hoc casu rem ecclesie alienatam posse vēdicari, ⁊ sic in ea concipi libellum. Sed, vt dicit Paul. de Cast. cautius est intentare aliud remedium predictum, scilicet q̄ rei vēdicationē. Preterea ex deductis colligitur
9 eisdē do. actoribus competiisse ⁊ competere † multiplicia remedia pro recuperatione possessionis dictarum duarum partium. Et primo quidem cōdictionem indebiti, per id quod notat Bart. in .l. indebiti. §. sed si nummi, ⁊ quod ibi Alex. de Imo. ff. de condic. ind. vel condictionem ex auth. de non alie. aut permutan. §. quia vero Leonis, colla. ii. et transumptiue in auth. qui res iam dictas. C. de sacrosanc.

eccles. ꝛ quod notat Bart. in. l. si rem alienam. ff. soluto matrimon. vel condictione ex dicto. c. sine exceptione: ꝛ aliis supra allegatis. Secundo competiit ꝛ competit officium iudicis, per id quod notat Ostien. in. c. accedens, el. i. vt li. non contesta. Etiam (et tertio) competiit ꝛ competit remedium. c. reintegrãda. iii. quest. i. quod datur cuilibet qui a sua possessione sine iusta causa cecidit, secundum doctrinam quam ponit Innoc. in. c. sepe, super verbo ciuilis, versicu. imo plus videtur, ꝛc. quam ibi sequitur Ostien. super verbo non obstante, versi. vt etiam videtur ꝙ si aliquis, ꝛc. de restitu. spoliat. ꝛ docto. communiter in. c. cum ad sedez, eod. tit. ꝛ Ange. Are. in. §. quadrupli, versic. sed quid si sine vitio, ꝛc. institut. de actio. Alexand. de Imo. consilio. li. exordien. Viso ꝛ discusso processu, ꝛc. in. i. volu. ꝛ consilio cxvii. exordien. Viso processu in causa ꝛ lite, ꝛc. in secũdo, ꝛ in. l. naturaliter. §. nihil cõmune. versic. iste passus quo-
10 tidianus, ꝛc. ff. de acqui. posses. in † quo remedio, ꝛ vt illud locum habeat, satis est probare possessionem antiquiorem agentis, ꝛ possessionem postea ad alium peruenisse, etiam si non probetur spoliatio vel violentia, vt cõcludit Inno. Ostien. ꝛ alii in dicto. c. sepe, ꝛ est de mente Inno. in. c. post electionem, de conces. preben. quod etiam voluit Lap. alleg. lii. exordien. Letatus sum in iis que dicta sunt mihi, ꝛ alii in diuersis locis. Ex quibus omnibus satis patet, ꝙ conclusio dicti libelli, ꝛ subiuncta protestatio non repugnant: quia etiam si dicti do. actores dicant se non intentare, nec intentare velle petitorium: superest tamen remedium quod intentare potuerunt ꝛ possunt, ꝛ ꝙ caute exegerunt, subiicientes se agere ꝛ inibi precedentia dicere meliore modo, via ꝛ forma, ꝛc. que clausula multum operatur, vt colligitur ex eo quod not. Ioan. de Imo. in. l. nemo potest, vers. item adde quia dicit Bal. ꝛc. ff. de leg. iii. Alex. de Imo. cõs. cxxi. ver. ꝛ per hoc nõ obstat qđ ꝛ ibi Io. de Imo. in. d. c. si cautio, in. i. volu. ꝛ do. Fel. in. c. auditis, vers. hec ꝛ similia, ꝛc. ibi, secus sentit si esset ibi clausula omni meliori, ꝛc. de presc. Ex quibus omnibus videtur, sed benigna supportatione, ꝙ dicta insignis curia inaduertenter processerit, repellẽdo dictum libellum ex capite pretẽse repugnantie: cui propterea videtur fore supplicandum pro obtinen-
11 da reparatiõe illius grauaminis: quod † fieri potest, etiam post decennium, dum tamen fiat infra biennium, authen. que supplicatio, ad fi. ꝛ quod ibi glo. super verbo retractationis. C. de precib. impera. offe. ꝛ in. l. i. ꝛ quod ibi gloss. ꝛ
12 docto. C. de senten. prefecti preto. Et ꝗuis † pars aduersa in quadam eius schedula opposuerit de quadam pretensa sententia alias in fauorem ipsius, seu nobilis Audomici, ꝛ contra dictos do. Prepositum ꝛ Capitulum per tunc eminens regium consilium promulgata: hoc tamẽ certum est, ꝙ illa non obstitit neque obstat, vtpote promulgata super interdicto vnde vi, parte eorundem dom. Prepositi ꝛ Capituli intentato, vt apparet ex libello in illa prima causa oblato, ꝛ ex tenore dicte pretense sententie: quod multum differt a remediis de quibus supra, ꝛ eorum quolibet. Quod quia certissimum est, non prosequor. Non ergo obstat illa asserta sententia. l. cum queritur, cum suis simil. ff. de excepti. rei iudi.

¶ Rubri. De feudis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cvii.

¶ Feudatarius confeudatarium habens furcas in feudo quidem, sed non in suo proprio fundo construxerat, quas confeudatarius propria authoritate destruxit: responsum est, quia supremi hoc magis imperii est, hunc destruere potuisse. V. F.

1 ☞ Libelli cõclusio semper attendenda: ꝛ que actio in dubio censeatur in eo intentata: num. seq.
3 Verbalis denominatio interdum multũ operatur: ꝛ quid de reali.
4 Negatiuus articulus quomodo per testes probetur.
5 Solius dictio, est exclusiua.
6 Testes de falso suspecti non probant.
7 Testes duo de affirmatiua deponentes plus probant, ꝙ̃ multi de negatiua.
8 Par in parem imperium non habet.
9 Testis dicti sui causam reddat.
10 Argumentum a remotione totius in modo ad eius partes valet.
11 Maior multipliciter quis dicitur esse.
12 Testis deponens quempiam maiorem esse non expressa maioritatis specie, non probat, quia equiuocum dicit.
13 Maleficia punienda, ꝛ precauenda etiam metu penarum.
14 Penarum insignia, vt furce ꝛ similia, ad quid exigantur.
15 Archiuum habet is, apud quem conficiuntur acta in archiuo condenda: ꝛ operas indicit is, in cuius rem cessure sunt.
16 Signum ꝛ signatum conformitatem habere debent, sub pena falsi: ita designante.
17 Furcarum erectio vice edicti pretoris est.
18 Princeps inuitis ciuibus principatus sui ciuitatem alienare non potest.
19 Municipum interest multis dominis non subiici.



Viso Processu pendente indeciso inter egregium ꝛ nobiles viros dominum Pontium iurium professorem, ꝛ Joannem de Relania, patruũ ꝛ nepotem ex vna parte: ꝛ nobilẽ ꝛ generosum virum dominum Antonium de Villamuris ex alia. Premitto pro faciliore declaratione infra dicendorum, ꝙ (vt apparet ex processu cause huius) prefati dom. Pontius ꝛ nobilis Joannes intentarunt possessorium retinende: quod patenter colligitur ex conclusione libelli
1 seu petitionis parte eorum oblate: que † semper debet attendi. c. ex parte. v. de for. compet. c. series, de testi. c. litere, de dilatio. c. ex parte, el. ii. de rescript. quod etiam voluit Innoc. in. c. super literis, de rescript. Cuius dictum refert Bal. in. l. prescriptione. C. si cõtra ius vel vtili. publi. ꝛ idẽ voluit Bald. in. l. domum. C. de rei vendica. Ange. consil. xxxvi. exord. Pro decisione questionum, Ange. Are. in. §. i. versi. in fin. glo. pro hoc facit, ꝛc. institu. de actio. multas remissiones ponit And. Barb. consi. xxxviii. exord. Preclare scripsit Psalmista celebris, ꝛc. vers. itẽ subdit postea dicta do. Petrina, ꝛc. in secunda parte. Et si essemus in dubio de remedio seu actione parte dictorum do. Pontii ꝛ Joannis intentata, prout non sumus: hoc patenter colligeretur ex propositis ꝛ narratis in dicta eorum petitione. In qua narrarunt se ꝛ eorum predecessores fuisse ꝛ esse in possessione rerum, bonorum, ꝛ iurium in petitione huiusmodi latius designatorum. Est enim certum ꝙ in du-
2 bio † censetur illa actio in libello intentata, que ex facta narratione resultat, seu ex verbis illius colligi potest, per id quod notat Cyn. in. l. edita actio, in. v. q. prin. vbi etiam alii scribentes. C. de eden. Bart. Joan. de Imol. Alex. de Imol. ꝛ docto. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ꝛ posthu. Premitto insuper ꝙ (vt apparet ex depositionibus testium parte eorundem do. Pontii ꝛ nobilis Joannis in hac causa, ꝛ pro probatione contentorum in dicta eorum petitione productorum ꝛ examinatorum) ipsi do. Pontius ꝛ Joannes probauerunt tam se, ꝙ̃ eorum predecessores, signanter vero ꝛ maxime nobiles quondam viros Petrum de Relania eorundem do. Pontii ꝛ Joannis patrem ꝛ auum paternum, ꝛ Ludouicum de Relania huius do. Pontii quondam fratrem, ꝛ dicti Joannis patrem, fuisse habitos, tentos ꝛ reputatos, ꝛ ipsos dom. Pontium ꝛ Joãnem hodie haberi, teneri, ꝛ reputari pro dominis in parte oppidi seu castri Sanctecrucis, ꝛ eius territorii. Et quia reputatio huiusmodi non consistit in
3 solis verborum foliis, ꝛ ita non fuit † solum verbalis, quia in sola denominatione consistit, que aliquando multum operatur. l. i. §. similiqꝫ modo. C. de lati. liber. tol. ꝛ notatur in. l. decernimus. C. de sacrosanc. eccles. Denominationis effectus notant doct. in. l. imperium. in. ii. not. ff. de iurisd. om. iud. sed etiam realis, que proculdubio vel semper, vel regulariter multum operatur. l. seruis vrbanis, in princ. ꝛ in secundo responso. ff. de lega. iii. l. sed si accepto. C. de in. fis. ꝛ. l. si quis patrem. ff. ad macedonia. Et ꝗuis non semper rem in vero esse constituat. l. Modestinus. ff. de mune. ꝛ honori. l. apud Celsum. §. si quis non tutor. ff. de do. except. ꝛ. l. si is qui. ff. de eo qui pro tuto. constituit tamen in quadam quasi possessione talis iuris. l. i. §. Julianus. ff. de agnoscen. liber. l. non epistolis, ꝛ. l. non nudis, ꝛ quod ibi notatur. C. de proba. ꝛ. l. i. §. ad questionem. ff. de questio. Probarũt etiã se fuisse ꝛ esse in possessione, seu quasi constituendi, deputandi, ꝛ habendi officiarios, pro iustitia ministranda in dicto loco Sanctecrucis ꝛ eius territorio, veluti Judicem, Baiulum, ꝛ alios: qui etiã, vel multi ex eis, qui successiuis temporibus inibi officiarii extiterunt, nominantur per testes predictos, vel multos ex eis. Probarunt insuper officiarios predictos vel multos ex illis

inibi exercuisse iurisdictionem, ⁊ signanter in pignorando
illos de Vacherijs, ⁊ quosdã alios, qui pro tempore sua
animalia in territorio predicto Sanctecrucis immiserũt,
seu quorum animalia inibi depascentia comperta extite-
runt. Sunt preterea qui deponunt de aliquibus inquisi-
tionibus factis cõtra aliquos. Et est notarius deponens
ꝙ penes eum sunt plures scripture, in quibus habetur de
multis iurisdictionis exercitijs factis per dictos officia-
rios dictorum de Relania, ⁊ suorũ predecessorum. Etiam
probarunt predicti dom. Pontius ⁊ nobilis Joannes se
fuisse ⁊ esse in possessione seu quasi recipiendi homagia ab
incolis dicti loci Sanctecrucis, ⁊ inibi recipiendi nouos
habitatores. Probarunt etiam ꝙ fuerunt ⁊ sunt in pos-
sessione dandi ⁊ concedendi terram gastam loci ⁊ territo-
rij predictorum ad nouum accapitum, ac recipiendi ⁊ exi-
gendi seruitia ⁊ tascas. In quorum propterea omnium
possessione seu quasi fuerũt ⁊ sunt manutenẽdi. Esto enim
vt etiam in possessione vel predictorum, vel aliquorum ex
predictis se ⁊ quosdam predecessores suos fuisse vel esse
probauerit prefatus dominus de Villamuris: non tamen
probauit ꝙ ipse ⁊ dicti eius pretensi predecessores soli ex-
titerint in possessione huiusmodi. Nullus enim ex testi-
bus parte sua productis hoc dicit. Nisi forte quis dicat,
ꝙ imo dixerunt aliqui: quatenus deposuisse pretendun-
tur nesciuisse, vel non vidisse ꝙ alius a predictis fue-
rit in possessione, ⁊c. Sed respondeo ꝙ per hoc non pro-
batur ꝙ dicti de Relania ⁊ predecessores non fuerint in
4 possessione seu quasi predictorum. Quia † ad hoc ꝙ testis
probet negatiuum titulum, seu articulum, opus est ꝙ ipse
remoueat actum a sensu, non sensuz ab actu: hoc est, ꝙ ipse
dicat ꝙ talis actus non fuit factus, ⁊ ꝙ ipse hoc scit per
sensum ⁊ presentiam suam, pro eo quia in tali loco ⁊ tem-
pore, vbi ⁊ quãdo dicitur actus fuisse factus, ipse interfuit
⁊ ꝙ re vera ille actus non fuit tunc celebratus seu factus,
nec potuisset celebrari vel fieri, quin ipse vidisset vel audi-
uisset, secundum Bald. qui hoc notat in. l. j. versicu. quero
extra. C. de bonor. posses. contra tab. vbi etiam Alexand.
de Imo. vers. vltimo tene menti, ⁊c. qui commendans di-
ctum Bal. ⁊ pro illius confirmatione multa allegat, ⁊ si-
gnanter, ⁊ glo. in auth. de hered. ⁊ fal. §. si vero absunt, ver.
vidisse, ⁊c. ⁊ quod ibi Ang. collat. j. glos. ⁊ docto. in. l. j. §. ij.
ff. de itinere actuq; priuat. ⁊ alios qui possunt ibi videri.
Dicti ergo testes, qui dicũt vel deponunt se non vidisse,
audiuisse, vel sciuisse alium seu alios preter scilicet dictum
de Villamuris ⁊ predecessores fuisse in possessione, ⁊c. non
probant quin alij possederint. Potuerunt enim alij esse,
qui etiam possederunt (non dico insolidum) non videnti-
bus, audientibus, vel etiã nescientibus predictis testibus.
Addo ꝙ si qui testes deposuissent, ꝙ dictus dominus de
Villamuris, ⁊ dicti pretensi predecessores soli fuissent in
possessione predictorum, quo casu censerentur deposuisse
5 illos fuisse in possessiõe. ⁊ nullos alios, pro eo quia † dictio
solus, est dictio exclusiua: excludit enim omnem alium a
participio eius actus de quo fit sermo. l. si finita. §. Julia-
nus, in fi. ff. de damno infec. l. cum vnus, in princ. ff. de bo.
6 author. iud. possiden. ⁊. l. vlt. ff. de constit. prin. ipsi † quoad
hanc negatiuam, scilicet ꝙ alij non possederint, redderen-
tur suspecti de falso, ⁊ non probarẽt, per id quod habetur
in. c. cum ecclesia Sutrina, de causa possessionis ⁊ propriet.
quod etiam videtur voluisse Bal. in. c. si quis per triginta,
si cõtrouer. fue. inter do. ⁊ agna. ⁊ in sua Marga. in verbo,
negatiua. Et vbi testes huiusmodi viderentur posse ali-
7 quid probare: hoc tamen certũ est, ꝙ † plus probãt duo de-
ponentes de affirmatiua, cuiuscemodi sunt testes dictorũ
do. Pontij ⁊ nobilis Joannis: ꝙ multi imo longe plures
deponentes de negatiua, vt essent testes dicti do. de Vil-
lamuris, per id quod notat gl. in. l. diem proferre. §. si plu-
res. ff. de arb. Innoc. in. c. veniens, de verbor. signi. ⁊ cano.
in. c. bone, de elec. Et hoc maxime procedit ⁊ procedere de-
bet in hoc casu: in quo negatiua non est coarctata ad cer-
tum locum ⁊ tempus, aut alias sic ⁊ taliter ꝙ non potue-
runt dicti do. Pontius ⁊ nobilis Joannes, vel eorũ pre-
decessores, possidere, vel exercere actus iurisdictionis, ⁊ fa
cere alia de quibus ibi, quin testes predicti vidissent aut
audiuissent, ⁊ alias sciuissent illa fieri: hec enim põderãtur
per Bal. ⁊ doc. in. d. l. j. C. de bon. posses. cõtra tab. ⁊ in. d. c.
bone, ⁊ in allegato. c. cum ecclesia Sutrina, de quo Bald.
in. l. cum ij. §. vult igitur. ff. de transac. per Bar. in quodam
suo consil. exord. Eleemosina accusauit Petrum, ⁊ Cyn.
consil. seq. exord. Non est dubium ꝙ quando testis in facti

contingentia, ⁊c. Ex quibus omnibus videtur ꝙ quoad
predicta aut eorum possessionẽ seu quasi, debuerit ⁊ debeat
sententia in possessorio retinende proferri pro dictis do.
Pontio ⁊ nobili Joanne. Infertur preterea ⁊ sequitur ꝙ
non licuerit dicto nobili de Villamuris, vel eius officia-
rijs, aliquam iurisdictionem exercere contra dictos domi.
Pontium ⁊ nobilem Joannem, etiam si vel ipsi, vel eoruz
aliquis deliquissent, prout non deliquerũt, in loco vel ter-
8 ritorio predictis: pro eo † quia par in parem non habet im-
perium. c. innotuit, de elect. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff.
ad Trebel. ⁊. l. nam magistratus. ff. de arb. Fuit igitur ⁊ est
inciuilis ⁊ iniuriosa illa personalis captio, incarceratio, ⁊
detentio facta de dicto do. Pontio per prefatũ dominum
de Villamuris, seu eius officiarios. Nec iuuat eundem do.
de Villamuris, seu eius officiarios, id quod pretendit, sci
licet ꝙ ⁊ ipse, ⁊ sui predecessores fuerint maiores domini
castri ⁊ territorij predictorum. Quoniam respõdeo ꝙ hoc
non probatur. Et quidem non per quasdam pretensas li-
teras recolẽde memorie illustrissimi do. Ludouici secũdi,
causis, rationibus, ⁊ motiuis alias per me allegatis, que
9 non repeto. Non etiã per testes. Tũ † quia ad hoc vt testis
deponẽs de dominio illud probet, oportet ꝙ ipse etiã non
interrogatus reddat causaz sui dicti: alias nõ probat secũ-
dum theoricã quam ponit Inno. ⁊ sequũtur docto. in. c. cũ
causam, de testi. ⁊. l. solã. C. eo. ti. Et quẽadmodũ nõ probat
10 dominium: ita nec videtur probare maius dominiũ: q₂ † si
remoueatur totũ in modo, ergo ⁊ quelibet eius pars: ⁊ hoc
est bonũ argumentũ non solũ apud logicos: qui quotidie a
remotione toti⁹ in modo arguũt ad remotionẽ partis: vt
verbi gratia, non est homo, ergo nõ est homo albus, vel ni-
ger, bonus aut malus: sed etiam est bonum argumentum
apud iuristas: ⁊ illo vtitur Joan. And. non cõtẽnende au-
thoritatis, in. c. peruenit. de censi. vbi arguit ꝙ si nõ est de-
bitum, ergo non est debitum annuum. Veniendo igitur ad
propositum bene infertur, ꝙ si testes deponẽtes de domi-
nio, illud non probent, nisi etiam non interrogati causam
sui dicti reddãt: ergo nec probant maius dominiũ. Tum
11 etiam non probant testes predicti: quia † certum est ꝙ quis
potest dici ⁊ dicitur maior multis de causis. Aliquando
enim dicitur quis maior natu seu etate, vt colligi potest
ex ijs que ponit Alexand. de Imo. consil. cxxiij. exordien.
Discussis hesitationibus, in. j. vol. ⁊ consil. iuj. in. iiij. vol.
Dicitur etiam quis maior multis alijs modis, vt colligi-
tur ex ijs que notat Felin. extra, de maiorit. ⁊ obedientia,
12 super rubri. ⁊ sic † verbum maior est equiuocum. Propter
quod dictum testium deponentium aliquem esse maiorez,
⁊ non declarãtium in quo consistat huiusmodi maioritas,
est obscurum ⁊ incertũ: ergo illi non probant intentionem
partis. c. in presentia, ⁊ quod ibi scribentes, de probatio.
⁊ quod notat Barto. ⁊ Alexand. de Imo. in. l. inter stipu-
lantem. §. Stichum. ff. de verb. obligat. Verum quia inter
cetera prefatus do. de Villamuris tam in quodã eius pre-
tenso libello, seu quibusdam pretensis titulis, ꝙ̃ alibi, pre-
tenderit se plantasse ⁊ erexisse, seu plãtari ⁊ erigi fecisse in
loco seu territorio Sanctecrucis quasdam furcas, ⁊ illas
fuisse destructas aut demolitas per dictos do. Pontium
et Joannem, seu eorum alterum, vel mandato eorum seu
alterius eorũdem, ⁊ ipsos in hoc maxime deliquisse vel of-
fendisse ipsum dominum de Villamuris: dico ꝙ imo eum
non offenderunt: quia licet in erectione furcarum publica
13 versetur vtilitas, p eo quia † sicut interest ne maleficia iam
cõmissa remaneãt impunita: sed vt male meriti publice pu
niãtur. l. ita vulnerat⁹. ff. ad leg. aqui. l. bona fides. ff. depo.
⁊. l. si a reo. §. vl. ff. de fideiuss. sic ⁊ multo forti⁹ interest ⁊ vti-
lius est a toto principio homines terreri, ne ad maleficia
prolabãtur: quia melius est in tẽpore occurrere, ꝙ̃ post exi
tum vindicare. l. j. C. quando lice. vnicui. sine iud. se vind. ⁊
l. j. C. in quib. cau. in integ. resti. non est necessa. quod fit me-
tu penarum. l. j. circa princ. ff. de iustit. ⁊ iur. propter quod
aliquando exercentur pene, vt ceteri exemplo terreantur.
l. j. ff. ad leg. Juli. repetun. ⁊. l. aut facta, in fin. ff. de penis.
14 Et ꝙ̃uis exequutiones † ⁊ impositiones penarum actu
transeant, ⁊ consequenter a memoria decidant: ⁊ propter-
ea inuenerit humana industria publice furcas erigi, vt
suppliciorum renouaretur memoria: sicut ⁊ monumenta
inuenta sunt in memoriam conditionis humane. l. quidaz
in suo. ff. de condit. instit. ⁊ per hoc quasi quadam lectione
continua, que etiam melius per visum imprimitur, ꝙ̃ per
solum auditum. instit. de gradi. in fin. non tamen licitum
est furcas erigere, nisi ei cui competit pene impositio: cui

enim competit dispositio finis architectonice, competit ⁊
dispositio omnium eorum que sunt ad finem. l. officiũ re-
15 gentis. ff. de re milit. Et † hinc est ꝙ archiuum habet is,
apud quem conficiuntur acta in archiuo condenda, auth.
de defensorib. ciuitat. §. ⁊ iudicare, ad fin. collat. iiij. Et ad
hoc bene facit. l. ij. C. vt nemo priua. tit. predi. suis, ⁊c. hinc
est etiam ꝙ is operas indicit, in cuius vtilitatem indicte
cedere debent. l. cum patronus, ⁊. l. quoties. ff. de oper.
16 liber. insuper † quẽadmodum debet esse conformitas inter
signum ⁊ signatum, alias falsum committititur. l. eos qui
inter. ff. de fal. l. apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de
iniur. l. stigmata. C. de fabricen. li. xj. ⁊. c. si iudex, de senten.
excommuni. in. vj. ita inter signatum ⁊ signantem qui vult
aliqualiter designari per signum. Unde scribere vel deni-
grare cuz conchylio nulli licet nisi principi. l. sacri affatus.
C. de diuers. rescript. ⁊ de vesti. olobe. per totum, lib. xj. Si
autem alteri tollere liceret, ꝙ ei cui competit impositio pe-
ne: nulla esset inter imponentẽ signuz ⁊ ipsum impositum
conformitas siue proportio: sed magis videretur quedã il-
lusio. l. j. §. sed ⁊ qui domini. C. de latin. liber. tollen. ⁊ hoc
pro eo quia vmbra quedam ostenderetur in opere: veritas
non subesset in effectu. c. quãto, ad fi. de consuet. ⁊ facit pro
hoc quod voluit Old. consil. clxj. exordien. Thema tale est
orta materia questionis, ⁊c. ⁊ Alber. in. l. imperium, versic.
ex predictis insurgit alia questio que fuit inter regem ma-
iorcarum, ⁊c. ibi, competit autem ei cui competit punire. ff.
de iurisd. omni. iud. Et, vt dicit Oldr. in dicto consil. fur-
17 carum † erectio est loco propositionis cuiusdam edicti: quo
cautum est, vt si quis tale maleficium faceret, malo loco pe
riturus esset. l. saccularij. §. quidam. ff. de extraord. crimini.
Quo fit vt cum certum sit dictum do. de Villamuris non
probasse se aut suos predecessores habuisse furcas erectas
in loco seu territorio Sanctecrucis, non licuerit eidẽ do.
de Villamuris furcas inibi erigere, aut facere erigi. Forte
vero opponetur, ꝙ non interfuerit vel intersit dictorum
do. Põtij ⁊ nobilis Joãnis, sed poti⁹ serenissimi do. no-
stri Francorũ regis, comitis, ⁊c. ⁊ ꝙ propterea non licuerit
illas demoliri, aut facere destrui: sed hoc nõ obstat. Quo-
niam respõdeo ꝙ imo interfuit: ⁊ hoc pro eo ne non soluz
haberẽt superiorem in mero imperio dictũ serenissimum,
⁊c. sed etiam eundẽ do. de Villamuris. Pro quo allegasse
sufficiat notata per Ostien. Jo. And. ⁊ alios in. c. dilecti,
de maiori. ⁊ obed. per Bal. ⁊ alios in. c. in generali, si de feu.
18 controuer. fue. inter do. ⁊. agna. vbi † volũt, ꝙ non possit
princeps vendere vel alienare vnam ciuitatem sui princi-
patus inuitis hominibus illius. Et, vt dicit Joan. And.
in. d. c. dilecti, ⁊ post euz do. Feli. si aliquis dominus velit
subijcere terram suam alieno domino, admittetur con-
19 tradictio hominũ suorum: quia interest † sua ꝙ dominus
ipsorum sit liber, ⁊ tot dominos non habere. Quod si ita
est, imo quia ita est, interest dictoruz do. Pontij ⁊ nobilis
Joannis ne habeant dominum non liberum, dictum scili
cet de Villamuris: qui non est liber, quia alteri subijcitur:
⁊ ne habeant tot dominos, scilicet dictum serenissimum
do. ⁊c. quem vere habent, ⁊ habere volunt, ⁊ dictum do. de
Villamuris, cui in nullo subijciuntur. Quia igitur de fa-
cto attentata est erectio furcarum, licuit de facto prefatis
do. Pontio ⁊ nobili Joanni resistere, ⁊ illas demoliri: ⁊
signanter cum non in solo seu predio dicti do. de Villamu
ris, sed in proprio predio, saltem ratione dominij directi,
dictorum de Relania hoc factum sit, Licuit, inquam, ea
demoliri de facto: quemadmodum ⁊ de facto liceret eidem
do. de Villamuris ⁊ suis officiarijs resistere, si vellent ibi
exercere merum imperium, ⁊ de crimine exigente penam
mortis cognoscere: quia quoad hoc censerentur ibi homi-
nes priuati: ⁊ sic attentarent ea que ad eorum officiuz non
spectarent. Pro quibus allegasse sufficiat. l. prohibitum,
⁊ quod ibi doct. C. de iure fisci, lib. x. l. deuotũ. C. de metat.
lib. xij. ⁊ quod eleganter voluit Pet. de Anchar. in repet.
regule, Ea que, versic. ⁊ primo oppono, de reg. iur. in. vj. Et
quannis pro defensione iuris dictorum do. Pontij ⁊ no-
bilis Joannis possint alia multa allegari: quia tamẽ pre-
dicta videntur sufficere quoad iudicium possessorium per
eos intentatum, ⁊ vt in eo obtineant (non tamen quoad
iurisdictionem, nisi pro parte, vt deponunt testes) ego vl-
terius non insisto.

¶ Rub. De diuers. rescript. ¶ Epitome. ¶ Consi. cviij.

¶ Rescribere princeps nõ potest, vt is, cui ⁊ suis feudum
concesserat, illud alienet in preiudicium liberorum ipsius
feudatarij: quannis hi liberi heredes vniuersales non sint,
nec primogeniti, V. F.

1 Intelligitur in pacto ea tantum persona que expressa vel
cogitata est.
2 Feudum an vni ex liberis, cui magis deberi videbatur,
auferri queat, vt alteri per patrem detur.
3 Feudi diuisio an ⁊ quando licita: ⁊. 5.
4 Primogenitura in feudis an ⁊ quando inspicienda.
6 Potest imperator vel princips iura habens imperialia
auferre vni rem pertinentem, ⁊ alij eandem cõcedere etiam
sine causa.
7 Mentiri ait Angelus negantes principẽ rem suam cuiq;
auferre posse.
8 Clausula ex certa scientia an importet plenitudinem po-
testatis: ⁊ nu. 10. ⁊ quid operetur nu. 11.
9 Princeps quando censeatur vti plenitudine potestatis
in dubio.
12 Ablatiui absoluti conditionem important, ⁊ ad omnia
precedentia referuntur.
13 Feudalis contractus vltro citroq; obligatorius est, ⁊ no-
minatus contractus.
14 Princeps ex contractu obligatur, etiam si initus fuerit
cum proprio subdito.
15 Priuilegia que in contractum transiuerunt, reuocari ne-
queunt.
16 Deus ex promissione obligatur.


On Potest plene vel tute responde-
rijs, de quibus queritur parte
nobilis ⁊ generosi viri domini Philiber-
ti, ⁊c. nisi habitis ⁊ visis literis ⁊ scriptu-
ris de quibus infra, scilicet literis infeuda
tionum dudum factarum domino Fran-
cisco de illis castris existentibus in patria Pedemonta-
na per recolende memorie illustrissimã do. Joannã Regi-
nã, literis exemptionis facte de illis a patria Pedemon-
tana, ⁊ subsequute vnionis ad comitatum Prouincie:
Forcalquerij, literis do. Ludouici tertij, qui prout refer-
tur communis priuilegij, ⁊c. locum. ff. titulo vice comita-
tus decorauit, ⁊ literis priuilegij ⁊ facultatis de testando,
⁊c. concessorum per illustrissimum do. Renatum Illi do.
Ludo. nepoti prefati do. F. primi inuestiti de dictis ca-
stris. Sine visione enim literarum huiusmodi nec facili-
ter nec secure responderi potest: ⁊ hoc pro eo quia in illis
potuerunt inseri multe clausule forte pregnantes ⁊ diuer-
sorum effectuum, ⁊ propter quas esset ⁊ aliter ⁊ aliud re-
spondendum, ꝙ colligi possit ex illis solis verbis, que mi-
hi relicta sunt, vel etiam ex copia literarum priuilegij ⁊ fa
cultatis: ⁊ que non solum non est integra: sed etiam est in-
correctissima. Talis est enim contractus seu actus, qualis
apparet ex eius tenore. l. ad probationem, versic. quem te-
nor adiuuat. C. de proba. l. sancimus, versic. pacti tenor. C.
de fideiusso. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio,
versic. lecta subscriptione, ⁊c. ff. eod. tit. l. si quis stipulatus
Stichum aut Pamphilum, versic. querentibus inspi-
ciẽdus est sermo. ff. de verb. obli. cap. si cui. versic. sermonẽ
inuestiture intuẽtes, de extraordinar. capi. Conradi, ⁊c. ⁊
c. j. de duo. frat. a capita. inuest. c. porro. c. recepim⁹, de pri
uil. ⁊. c. ex tenore, de for. comp. Esset preterea intelligenda
cõsuetudo Prouincie: de qua nõ potui veridice informa
ri. Salua igitur horum omniuz visione, ⁊ plena informa
tione multa sunt que videntur obstare intentioni dicti do.
Philiberti. Et primo quidem, quia (vt supponitur in fa-
cto) cõcessio seu inuestitura primo facta prefato do. Fran-
cisco facta est sibi ⁊ suis heredibus vtriusq; sexus ex suo
corpore natis, vel in antea nascituris. Quo fit vt videatur
feudum concessum fuisse, ⁊ esse feudum hereditarium: ⁊
sic ad hoc ꝙ feudum huiusmodi transeat, aut transire de-
beat in liberos descendentes ex prefato do. Francisco pri-
mo inuestito, opus est ꝙ in eis cõcurrat duplex qualitas,
1 scilicet ꝙ sint de liberis, ⁊c. ⁊ ꝙ sint heredes: quia † in stipu
latione vel in pacto nõ intelligitur nisi persona expressa,
vel de qua sit cogitatum. l. quidquid adstringende. ff. de
verbo. obliga. l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus.
ff. de verbo. obliga. quod etiam voluit Andre. de Yser. in
feu. ti. an agnatus vel filius defuncti. c. j. dicens ꝙ quan-
do feudum conceditur Titio ⁊ heredibus, tũc est feudum
hereditarium. de hoc vide Bald. in auth. si quas ruinas,

C. de sacrosanctis ecclesijs, ⁊ in authen. hoc amplius. C. de fideicomm. Paulus de Castro consil. o. cxxxvij. ⁊ in alio consilio meo facto pro eodez. Et q̄ isto casu opus sit q̄ ille sit de liberis ⁊ heres, etiam voluit Jacob. de Belloui. ⁊ Bald. in d. c. j. Alua. in c. j. versi. aut conceditur res in feudum vassallo paciscenti sibi ⁊ heredi, tit. de eo qui sibi ⁊ heredi. suis, Bart. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi, versi. predicta puto vera. ff. de ope. libe. Cy. in l. ij. C. de libe. ⁊ eo. libe. ⁊ Bar. in l. eũ qui. ff. de interdict. ⁊ relega. secundum Alex. de Imo. qui eos hoc voluisse refert consil. xiij. exordiente, Perspectis ijs que in themate, ⁊c. ⁊ idẽ voluit do. Jason May. in authen. vnde ⁊ si parens. C. de inoffic. testamen. qui multas remissiones ponit in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. ind. Ad premissa facit, quia feudum alicui ⁊ heredibus suis, vel alicui pro se ⁊ heredibus concessum, nunq̄ transmittitur ad agnatos, nisi sint heredes illius recipientis, vt etiam voluit Jacob. de Belloui. in c. j. de eo qui sibi ⁊ hered. suis: vbi etiam sequuntur moder. arg. d. l. quicquid adstringẽde, ⁊ l. si ita stipulat⁹. §. Chrysogonus. Idem notat Andr. de Yser. in c. j. §. hoc quoq̄, de success. feu. ⁊ in d. c. j. an agna. vel fil. defun. ⁊ Alexand. de Imo. consil. x. vers. item respondeo, ⁊c. in iij. vol. ⁊ facit ad hoc id quod notat Bart. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. dum dicit q̄ illa verba, Si decesserit sine herede, prolata a testatore intelliguntur, idest si decesserit sine liberis heredibus: vt etiam voluit Bald. in l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. j. ⁊ in l. j. C. de condi. insert. ⁊ Joannes de Imo. in l. quod dicitur, versic. circa secundum. ff. de verbo. obligatio. Cum igitur prefatus do. Philibertus nec immediatus, nec mediatus heres extiterit dicti quõdam do. Francisci primi vassalli, non videtur q̄ ipse potuerit, seu possit petere partem in dicto feudo in vim concessionis seu infeudationis facte prefato quondam do. Francisco ⁊ suis heredibus, ⁊c. Sed forte huic oppositioni posset responderi ⁊ dici illum primum do. Franciscum potuisse disponere et testari, ⁊ in testando vnum ex liberis heredẽ vniuersalem instituere, ⁊ sic faciẽdo preiudicare alijs liberis. Sed si hoc non fecerit, ⁊ sic preter testamentariã dispositionem eidem vassallo successerint vnus vel plures liberi, non videtur q̄ illi vel alij, qui ex eorum posteris postea erunt, possit testari vel alias disponere in preiudiciuz aliorum: ⁊ hoc pro eo quia feudum factum est paternum vel antiquũ. c. j. circa princ. de successione feudi. Cũ igitur in feudo predicto primo successerit do. Anto. prefa. Francisci quõdam filius, ⁊
2 deinde eidem Antonio dictus do. Ludouicus: † nõ videtur ipse do. Ludouicus, si aliud non esset, potuisse disponere de dicto feudo in fauorẽ vnius ex filijs, ⁊ preiudicium aliorum. Et id de alio do. Ludouico huius Ludouici filio. Uel etiam forte ⁊ secundo dici posset, q̄ licet prefatus do. Philibertus non sit heres vniuersalis: est tamen, vt opinor, heres particularis, ⁊ in vel certa re, vel quantitate heres institutus. Et hoc videtur sufficere quoad hoc vt partez habeat ⁊ habere debeat in dicto feudo, per id quod notat Bald. in c. j. versic. quero vtrum filius heres institutus in re certa, de feu. succes. ⁊ fuit de mente Barto. in d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi, ⁊ Alexan. de Imo. in l. quedam. §. nihil interest. ff. de eden. Uel etiã ⁊ tertio forte dici posset (prout post Jacob. de Belloui. dicit Bald. in d. c. j. vers. ex quo collige tres casus: ibi, Jacob. autem de Belloui sic distinguit, ⁊c. an agnati vel filij defuncti, ⁊c.) q̄ aut filius potest tanq̄ heres habere patris hereditatem, ⁊ tunc non potest alterum velle, ⁊ alterum nolle: aut non potest hereditatem habere, vt quia institutus est in re certa, vel in sola legitima: tunc potest habere feudum absq̄ hereditate paterna, nec tenebitur soluere debita, vt notat. in l. si quis priore. ff. ad Trebel. ⁊ videtur Bal. qui in hoc residet cum Jacob. de Belloui. loqui non solum eo casu, quo quis recepit feudum simpliciter nulla facta mentione de filijs vel heredibus: sed etiam eo casu quo illud recipit pro se ⁊ heredibus. Cum itaq̄ do. Philibertus paternam hereditatem habere non posset sibi refragante paterna ⁊ testamentaria dispositione, per quam alius fuit vniuersaliter institutus, ipse vero in re certa vel quantitate: ⁊ propterea non fuerit vel sit immediatus vel mediatus heres vniuersalis dicti quondam do. Frãcisci primo inuestiti: potest nihilominus partem petere in feudo tanquam vnus de liberis. Et sic puto sub correctione cuiuslibet domi. melius sentientis, ac etiam pleniore deliberatione habenda post visionez eorum de quibus supra, ⁊ pleniorem informationem, q̄ dicte obiectioni possit satisfieri, ⁊ veridice defendi q̄ illa non nocet dicto do. Philiberto. Uide ad materiam presentis consilij quod ponit Franc. de Cur. consil. lxxxij. vbi de inuestitura pro se ⁊ heredibus ⁊ successoribus. De quo etiam in alio consil. meo pro isto eodem.

¶ Secundo eidem do. Philiberto obstare videntur litere prefati illustrissimi do. Ludouici tertij: per quas constare † pretenditur, q̄ ipse titulo vicecomitatus decorauerit locum del, ⁊c. ⁊ ei, vt puto, vniuerit ⁊ incorporauerit alia castra: propter quod videtur q̄ castra predicta, seu dictus vicecomitatus, cui est annexa dignitas, fuerit factus indiuisibilis: ⁊ hoc ne per diuisionem minutatim diuiso obsequio do minus seruitio debito defraudetur, arg. l. solent, in princ. ff. de alimen. ⁊ cib. leg. l. plane, ⁊ l. quedam. ff. famil. ercisc. l. communi diuidundo. ij. responso. ff. commu. diui. ⁊ l. Carmelia pia. ff. de iur. patr. ⁊ videtur satis expressum in feudis, tit. de prohib. feu. alienat. per Fed. §. preterea ducatus, ⁊ quod habetur in c. maioribus, de prebend. Et in
4 hoc casu ius † primogeniture habet locũ: de quo habetur Genesis cap. xxv. ⁊ c. xxix. ⁊ ad Hebr. c. xxi. ⁊ in c. q̄ periculosum. vij. q. j. ⁊ c. licet, ⁊ quod ibi Ostien. ⁊ canon. de voto ⁊ voti redemp. ⁊ per Oldrad. consi. ccxxxvij. exordiente, Perlectis ⁊ diligenter attentis, ⁊ per Alber. de Rosa. in suo dictionario, in verbo feudum, versic. item querõ pulchram ⁊ subtilem questionem quam vidi inter nobiles viros. Et hoc procedit, nisi esset consuetudo contraria, per quam potuit discedi a dispositione. d. §. preterea ducatus, ⁊ potuerunt dignitates de quibus ibi, alias de iure indiuisibiles fieri diuisibiles, vt plene prosequitur Oldr. ⁊ Alb. vbi supra. ⁊ Joan. And. in add. Spec. tit. de feu. super rub. vers. non omittam ad intellectum predictorum: vbi etiam dicit, q̄ in Italia ⁊ certis partibus Alemanie, dignitates preter regales diuidũtur. Et sic Ducatus, Marchionatus, Comitatus, ⁊ his similes, contra. d. l. Friderici, de prohibita feu. alienat. §. preterea ducatus. Dicit etiam q̄ in illis non seruatur ius primogeniture, sed equalibus portionibus diuiduntur illa feuda, sicut allodialia. Sed vtrum huiuscemodi cõsuetudo vigeat in Prouincia, scire non potui. Etiam nec scio si inibi sint Comitatus vel alij vicecomitatus excepto Comitatu Relanie. Uerum videtur posse dici q̄ quoad hoc deberet inspici cõsuetudo vicecomitatuum aut comitatuũ locorum circũuicinorum, per id quod notat And. de Yser. in d. §. preterea ducatus. Preterea dicit Alber. in loco superius allegato, q̄ iudicio suo. d. §. preterea ducatus, non sit intelligendus ita large, vt prima facie sonat. Ille enim bene dicit q̄ Ducatus, Marchia ⁊ Comitatus sunt indiuisibiles, ⁊ ad vnum deueniunt, scilicet primogenitum, vt probatur in d. §. licet, de voto, cũ ibi notatis per Ostiens. ⁊ docto. Sed si recte
5 aduertatur, illud. c. ⁊ ille. §. preterea ducatus, loquũtur † et intelligi debent solũ de ipsis dignitatibus ⁊ titulis dignitatũ: nõ autem de bonis temporalibus earuz, puta ciuitatibus, castris, locis, et alijs immobilibus pertinẽtibus ad ipsas dignitates. Illa enim bene sunt diuisibilia: nec de eis loquuntur dicta iura. Quod patet: quia verba in eis posita sunt Regnũ, Ducatus, Marchia, ⁊ Comitatus: que sunt nomina dignitatũ. l. a proconsulibus. ⁊ l. si quando. C. de appella. ⁊ in Feudis, ti. quis dicatur dux, Marchio, Comes, ⁊ c. fundamẽta. §. proinde, ⁊ quod ibi Joan. Andr. super verbo Marchio, de electio. in vj. vnde fatetur idem Alber. dictas dignitates esse indiuisibiles, ⁊ ad primogenitum transire. Ita ex multis forte fratribus solus primogenitus dicetur Comes, vel Marchio, ⁊c. Sed res temporalis diuidi, non reperitur prohibitum: quinimo sicut dicit ipse Albe. continue diuiduntur. ¶ Preterea ⁊ tertio videtur obstare intentioni prefati do. Philiberti priuilegium concessum dicto do. Ludouico, ⁊ testamentaria dispositio per eum postea facta, ⁊ per quam heredem vniuersalem instituit do. Ludouicum eius filium maiorem natu: ad quem iussit, voluit, ⁊ ordinauit dictum vicecomitatum pertinere insolidum ⁊ pleno iure. De huiusmodi autem priuilegij validitate non videtur dubitandum, pro eo quia cum prefatus do. Renatus, eiusdem priuilegij concessor, esset pro tempore Comes Prouincie, in qua ipse ⁊ predecessores habuerũt iura imperialia, vt dicit Oldr. consi. xcviij. exord. Factũ tale est, quedã vniuersitas seu syndici eius, ⁊c. ⁊ propterea tanq̄ supremus princeps posset in dicto Comitatu quidquid potest Imperator in imperio, per id quod notant Barto. ⁊ Joan. de Imo. in l. infamem. ff. de publi. iudi. Bartol. in l. hoste. ff. de capti. ⁊ postlimi. reuers. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. facie. in

l.quominus.ff.de flumi.in.l.iij.in prin.ff.de mino.Bart.&
Bald.in.l.j.§.de qua re.ff.de postulan.& tam ipsi, q̃ alij in
6 multis alijs locis:potuit † idem do. Renatus concedere
dictum priuilegium, & dicto do. Ludouico concedere fa-
cultatem testandi & alias disponendi de dicto comitatu
etiam in preiudicium liberorum: quia hoc facere posset
Imperator in suo imperio, & bona vnius subditi eidem
auferre, & alteri cõcedere, per id quod notant Ang.& mul-
ti moderni in.l.iij.§.si is pro quo.ff.quod quisq; iuris, &
in.l.bene a Zenone.C.de quadrien.prescript. Angel.in.l.
item si verberatum.§.j.ff.de rei vendic.vbi inquit, q princeps
de plenitudine potestatis potest nobis dominiũ etiã
nulla causa suadente auferre ex certa scientia, & de pleni-
tudine potestatis,per tex.in.d.l.bene a Zenone.Idẽ Ang.
in.l.venditor.§.si constat.ff.commu.predi.in.l.Lucius.ff.
de euictio.& in.l.omnes.C.de prescript.xxx.vel.xl.anno.&
7 †subijcit Angel.q mentiuntur per gulam qui contrarium
dicunt.Et sic videtur dictum priuilegium voluisse, & con
sequenter testamentũ de quo supra, etiam si per concessio-
nem priuilegij huiusmodi fuerit derogatum iuri libero-
rum secundo genitorum, & qui alias erãt in legato succes-
suri cum primogenitis.Quod maxime videtur procede-
re, pro eo quia (vt dicitur in literis dicti priuilegij) idem
8 do. Renatus† processit ex certa scientia, & sic de plenitu-
dine potestatis, vt notat gloss.magna in.c.ad hec,ad fin.&
quod ibi Panor.de rescript.Bart.in consi.exord. Ciuita
ti Camerini,&c.& sentit gl.ij.in.l.eos,in princ.C.de appel.
vbi etiam expressius hoc voluit Bald.dicens hoc esse ve-
rum, quando hec clausula est expressa in literis, vt notant
gloss.fi.in cle.ij.de rescript.& Alexan.de Imo.in.l.q̃q̃.C.
9 de testa.mili. Preterea† q̃uis princeps non censeatur in
dubio vti plenitudine potestatis: hoc tamen fallit in mul
tis casibus.Et quidem eo casu, quo actus valere non po-
terat de potestate ordinaria ipso principe sciente, secundũ
Pau.de Cast.qui hoc voluit cons.cclxxxiij.exord.In fa-
cto presenti non intendo adulari, versic.Nec obstat q non
censetur, &c.pro quo allegat in argumentum.l.iij. ff.de te-
stamen. milit.l.si quando.ff.de legat.j.l.in testamento,la.j.
C.de testamen:milit.iuncta.l.centurio.ff. de vulg. & pupil.
& ita etiam dicit ipse Paul. in.l.ex imperfecto.C.de testa.
vbi etiam hoc videtur sentire glos.in verbo lex imperij, et
Alexan.de Imol.in.d.l.q̃q̃.C. de testa. milit. Cum ergo
non de potestate ordinaria, sed de plenitudine potestatis
possit rem vnius sibi auferri, & alteri concedi, prout legi-
tur in multis locis: Princeps dum hoc facit, cẽsetur vti
plenitudine potestatis, que (vt dicit Bald.in commento.
l.ij.C.de seruitu.& aqua) nulli necessitati subiecta,nullisq;
iuris publici regulis limitata in principe est sedes liberta
tis:& potest preferre minus equum magis equo, & minus
bonum maiori bono. ¶ Sed his non obstantibus vide-
tur q prefatus do. Ludouicus non potuerit in vim dicti
pretensi priuilegij disponere aut testari de dicto Comita-
tu eo modo quo fecit.Tum quia supposito (citra preiudi-
ciũ veritatis) q dictus do. Renatus potuisset dicto do.
Ludouico concedere facultatem testandi, & alias dispo-
nendi de dicto Comitatu in fauorem primogeniti,vel pri
mogenitorum, & in preiudicium aliorum: ad hoc tamen q
hoc fecisse censeatur non sufficit clausula, Ex certa sciẽtia,
sed opus erat apponere clausulam Non obstantium: quia
q̃uis super hoc sint opiniones:tamen opinio magis com-
munis (secundum Alexand.de Imo.in.d.l.iij.§. si is pro
quo.ff.q quisq; iuris,) & in.l.quidam consulebãt. ff. de re
10 iudic.est, q † vbi agitur de magno seu graui preiudicio
alterius, non sufficit clausula, Ex certa scientia: sed opus
est apponere clausulam, Nõ obstantium:& hoc pro eo quia
princeps cõcedens priuilegium, vel rescribẽs etiam ex cer
ta scientia, non censetur velle afferre graue preiudiciũ ter-
tio, nisi apponat clausulam, Non obstante,&c. per id quod
not. Bald.in proemio feudorũ, versi. item dicit Andr. de
Yser.allegat notata in auth.quib. mo.natura effici. sui. §.
fin.collat.vij.& quia mere fauorabilia licet legitimos iuris
tramites rumpant: tamen facilius dispensationem reci-
piunt, q̃ mere odiosa:pro quo allegat.l.cum quidam.ff.de
libe.& posth.idẽ tenet Sali.in.l.fi.C.si contra ius: pro quo
etiam allegat glo.in fi.in.d.l.iij.§.si is pro quo:que dicit, q
ibi rescriptũ tolleẽs exceptionẽ emanauit ex certa sciẽtia:
& q Imperator apposuit clausulã, Non obstãte:& sic non
sufficiebat certa scientia, per illam gloss.Idem etiã voluit
Anto.de Butr.in.c.que in ecclesiarum, ibi, Aut totaliter,
de constitu.& (vt iam dixi) Alex.de Imol.in.d.§.si is pro
quo, et hoc propter derogatoriam talium rescriptorum,
quam facit.l.quoties.C.de preci.imper.offe.Et ideo opor
tet q per clausulã, Non obstãte, derogetur illi.l.ar.l.si quis
in principio.ff. de leg.iij.Et idem voluit Bal.in auth.hoc
inter liberos, ad fi. C.de test.& Mart.Laud.in trac.de re-
scrip.& priui.§.iij. p quo facit quod voluit Pau.de Cast.
11 consil.clix.exor.Questio vertitur vt audio, &c.vbi dicit† q
clausula, Ex certa sciẽtia, nũq̃ operatur in preiudiciũ ter-
tij de quo non apparet principem fuisse informatũ, etiaz si
princeps dicat se ex certa scientia confirmare actum inua
lidum.Dicit etiam Bald.in.l.fi.C.senten.rescin. non pos.
q certa scientia principis solum operatur in ijs que sunt
iuris de quibus princeps presumitur habere notitiã: non
autem operatur in ijs que sunt facti: quod dicit esse bene
notandum.Et hanc opinionem sequutus est do. Felin. in
c.nonnulli, vers. limita secundo, &c. de rescript. Et facit,
quia quãdo dicta clausula, Ex ceta scientia, potest recipere
certitudinez alicuius facti, & tollere illius facti surreptio-
nem: tunc satis est q surreptionẽ huiusmodi tollat. Tum
quia ista clausula principaliter inuenta est, vt faciat rescri
ptum non videri surreptitiũ, vt notatur in.c.si motu pro-
prio, de preben. in. vj. Tum quia priuilegij verba debent
intelligi vt minus q̃ possunt, ledant ius commune, dum-
modo alquid operari possint.c.cum dilectus, de cõsuetu-
dine, &.c.j.& quod ibi notant doc.de rescrip. Ex quo sequi-
tur q licet illa pretensa rescripta, que in dictis literis do.
Renati pretendũtur fuisse sue maiestati originaliter osten
sa, fuissent coram ea lecta et diligentius examinata, & sic
princeps ipse plene informatus de facto, & signãter de pri-
ma infeudatiõe facta dicto do. Frãcisco & suis heredib9, &
propterea dici posset q per dictã clausulam, Ex certa scien
tia, censeretur sublata exceptio surreptionis: non tamen
censeretur sublata exceptio que resultat ex clausula dero-
gatoria apposita in legibus, que volunt q rescripta iuri
contraria & in alterius preiudicium non valeant, neq; cõ-
cedi possint.d.l.quoties.C.de precib.imperat.offer.&.l.fin.
C.si contra ius vel vtil.publ.per quam clausulam deroga-
toriã videtur deficere volũtas rescribentis in priuilegio.
d.l.si quis in principio testamẽti.ff. de legat.iij. Possunt &
alia multa pro hac parte allegari & induci a quibus super-
sedeo. Cum igitur in literis dicti priuilegij non sit posita
clausula, Nõ obstãte,&c.nõ videtur prefatus do.Ludoui-
cus testator potuisse disponere & testari, prout fecit, in gra-
ue scilicet preiudicium secundo genitorum, seu eorum qui
alias erant successuri cũ primogenitis. Preterea si atten-
dantur verba posita in predicts literis, ita demum dicto
do.Ludouico data fuit facultas testandi, vel alias dispo
nendi de dicto Comitatu, si ipse sine prole legitima dece-
12 deret:& hoc propter illa verba, Nõ† superstite sibi prole le-
gitima:que conditionẽ important.l.a testatore.ff.de cond.
& demonstrat.&.l. ab emptione, & quod ibi Bart.& doct.ff.
de pact. & videntur debere referri ad omnia precedentia.c.
secundo requiris, & quod ibi doc. de appellat.l.j.C. de lib.
preter.& exher.&.l.talis scriptura.ff. de legat.j. Cum ergo
eidem Ludouico superfuerit proles legitima, non videtur
potuisse in viz dicti priuilegij testari, vel alias disponere in
preiudicium eorũ qui alias poterant, & debebant succede-
re in feudo.Et hec procedunt etiam si supponeremus pre-
fatum do. Renatum potuisse per suum rescriptum seu pri
uilegium preiudicare agnatis, vel illis qui erant alias suc
cessuri in feudo. Quod non videtur potuisse facere, iuri-
bus & rationibus alias pro hac parte per alium allegatis:
13 que non repeto. Quibus addo q† feuduz, seu feudalis cõ-
tractus est contractus vltro citroq; obligatorius.c.de for-
ma.xxij.q.v.& non solum est contractus, sed etiam est con-
tractus nominatus, vt voluit Barto.in.l.iurisgentium.§.
quinimo.ff.de pac.& Bal.in.d.c.que in ecclesiarũ, de consti.
Propter quod non solum alius dominus feudi, sed etiam
princeps obligatur ex cõcessione feudi:ita vt contra eã sine
cause cognitione venire non possit, nec feudũ tollere, etiaz
14 feudalis cõtractus init9 extiterat cũ subdito:quia † etiaz si
princeps obligatur non solum ex cõtractu inito cum non
subdito, sed etiã ex eo qui cũ subdito initus est.c.j. & quod
ibi doct.de probatio.Et lz Deus principi eius leges sub-
iecerit:non tamen suos cõtractus. Pro quibus causa bre-
uitatis allegasse sufficiat notata per do.Feli.in.d.c.que in
ecclesiarum, vers. limita secũdo vt non procedat quãdo est
obligatus,&c.do.Iason May.in.l.si pecuniam, vers.secun
do amplia istam regulam vt procedat non solum in con-
tractibus, &c. ff. de condicti. ob causam, & Alexander de
Imola

Jmo.cons.liiij.exord.Viso puncto subtiliter formato,⁊c.
vers.quib⁹ tn̄ nō obstātibus,⁊c.in.iiij.vol.Facit etiā quod
15 voluit Pet.de Anch.consi.ij.dicēs, ꝙ† licet alias priuile
gia,que a iure vel a principe cōceduntur,innouari,modifi-
cari, ⁊ in totū tolli possint,hoc tamen fallit quando trans-
ierunt in cōtractum,⁊ non fuerunt inducta proprio mo-
tu principis:quia tunc non possunt reuocari.d.c.i.⁊ quod
ibi Ant.de But.⁊ Panor.de probat.⁊ quod notat Bald.
16 in.l.j.ff.de pact.vbi† etiam refert Magistrum sententia-
rum dicētem,ꝙ Deus obligatur ex promissione.Et idem
dicit Bald.in.c.j.de natura feud.Et dicit Bald.in.l.pe-
nul.C.de dona.inter vi.⁊ vxo.ꝙ princeps non potest reuo
care contractum cum subdito initum, nisi ex causa, quia
sibi non adimplentur promissa: quod etiam voluit Pa-
nor.in.c.nouit,de iudi.⁊ alij in alijs locis. Et ꝙuis prefa-
tus do.Renatus non fecisset dictam primam infeudatio
nem,sed dicta do.Joanna: tamen quia (vt existimo) fuit
illius heres,ipse tenebatur ex persona eiusdē. Que omnia
dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentiē-
tis, ⁊ salua visione ⁊ pleniore informatione eorum de qui-
bus supra, ⁊ sine quibus non potest plene ⁊ tute scribi in
hac materia.

¶Rub.De fal.cau.adiec.leg.¶Epitome.¶Cōsil.cix.

¶Falsa causa legato in codicillis ita adiecta,Cētum que
in testamento reliqui do lego: cum in testamento centum
relicta non essent, si legatarius hic postèa grauatus sit a
legante, non impedit quin legatum ex codicillis debea-
tur. V.F.

1 ☞Negatiua an probetur quando ad id quod non est,re-
fertur oratio.
2 Error eo ipso ꝙ res aliter se habeat an ⁊ quando probe-
tur:⁊ nu.4.
3 Enuntiatiua verba an ⁊ quando disponant:⁊ nu.5.


Onitur In facto,ꝙ dudum scili-
cet nobilis ⁊ honesta quō
dā mulier domina Gilleta Galliana fecit
⁊ cōdidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuum
testamentum: in quo inter cetera heredem
suam vniuersalem instituit,⁊ proprio ore
nominauit nobilem ⁊ honestam mulierem dominam Frā
cesiam Gallianam eius sororem: ꝙꝗ in testamēto huius-
modi certa legata reliquit nobilibus Ludouico, Mi-
chaeli,⁊ Bartholomeo Galliani eius fratribus,dicto sci
licet Ludouico centum scuta,prefato vero Michaeli flo-
renos tricentos,⁊ dicto Bartholomeo ducenta scuta se-
mel tantum,⁊ hec pro omni iure,⁊c.Nobili vero Gabrie-
li Galliani alteri fratri nihil legasse legitur in dicto testa
mento. Successiue vero,eodem tamen anno, condidit co-
dicillos:in quibus inter cetera ponuntur hec verba. Item
pariter cum dicta nobilis Gilleta legauerit ⁊ reliquerit
nobilibus viris, Ludouico, Michaeli, Bartholomeo ⁊
Gabrieli fratribus suis, ⁊ cuilibet eorum cētum scuta au-
ri, codicillando dicta nobilis Gilleta Galliana voluit,
⁊c.prout ibi.Quesitum est an per huiusmodi verba enun-
tiatiua videatur in predictis codicillis ipsa nobilis Gille
ta eidem Gabrieli legasse centum scuta.Et primo videtur
ꝙ non:quia cum ex inspectione instrumenti predicti testa
menti,ad quod eadem Gilleta se retulit, in quo nihil legi
1 tur de legato huiusmodi,⁊ sic appareat ⁊† probetur nega-
tiua,ꝙ ipsa eidem Gabrieli nihil legauerit, ⁊ signanter ꝙ
non sibi legauerit dicta centum scuta,per ea que de proba
tione negatiue coarctate notant scribentes in.c.bone, de
electione,Jaco.Rebuf.⁊ Joan.de Pla.in.l.j.C.de cano.
frumen.vrb.li.xj.⁊ Sal.in.l.ij.C.de errore aduoca.videtur
2 †eadem nobilis Gilleta errasse: quia apparet rem aliter
se habere, ꝙ̄ enuntiauerit: quod videtur sufficere ad pro-
bationem erroris.l.cum falsa, ⁊.l.si post diuisionem.C.de
iur.⁊ fact.igno.⁊ quod notat Bart.in.l.non fatetur.ff.de
confess.⁊ multi scribentes in.l.j.C.de fals.cau.adiec.lega.
Quod si ita est,non censetur eadem Gilleta legasse predi
cto Gabrieli dicta centum scuta, dicta.l.j.versi.nisi liqui-
do probari possit. Secundo facit contra intentionem di-
cti nobilis Gabrielis.l.cum tale.§.falsam.ff.de condit.⁊
demonst.vbi videtur de hoc tex.iuncta gloss.super verbo
dato.dicit enim text. ille falsam legati demonstrationem
non facere legatum,Sabinus respōdit: veluti si quis cum

Titio nihil legasset,ita scriptum reliquerit: ex cētum que
Titio legaui,quinquaginta heres Seio dato: per quem
tex.iuncta glo.probatur,ꝙ in illo casu testator per illa ver
ba enuntiatiua nihil legauerit Titio: quod etiam voluit
ibi Bartol.Et sic videtur ꝙ decisio Bald.in.d.l.j.versicu.
quero testator dicit ita.C.de fal.cau.adiect.lega.quam spe
ctabilis vir dominus iurium professor eximius primo
scribens allegauit, non procedat. Possunt ⁊ alia pro hac
parte allegari:que pretermitto. ¶Sed his nō obstātib⁹,
sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, con-
clusionē dicti do.primo scribētis puto esse veram:pro qua
facit,tum quia cum eundē Gabrielem grauauerit dicta no
bilis Gilleta de restituendis dicte eius heredi, vel suis
predictis centum scutis,si eum scilicet contingeret ab hu-
manis sine liberis decedere: ipsa censetur illa sibi legasse,
per id quod habetur in.l.deniꝗ.§.interdū.ff.de pecul.leg.
⁊ quod per illum.§.voluit Bar.in.d.l.cum tale.§.falsam.
vbi dicit,ꝙ si testator dixerit,Ex centum que Titio lega
ui,volo ꝙ ipse Titius det Seio decem. Quia enim Ti-
tius non potest grauari nisi illa demōstratione presuppo-
sita,ex hoc inducitur legatum dictorum cētum scutorum.
Cum igitur in casu videatur dictus nobilis Gabriel gra
uatus post mortem sui ipsius,si sine liberis decederet, de
restituendo dicte heredi predicta centum scuta,de quibus
reddendis grauari non poterat, nisi legata censerentur.l.
plane,la.ij.ad fi.ff.de leg.j.⁊.l.ab eo,cū suis simi.C.de fidei-
cōmis.⁊ supposito ꝙ solū grauamē hoc nō operaretur:quia
tamen non solum fuit idem nobilis Gabriel grauatus de
restituendo: sed etiam precesserunt illa verba enuntiati-
ua,per que dicta nobilis testatrix expressit se legasse:cense-
ri debet hoc legatum reliquisse. Et sic in terminis proce-
dit dictum Bart.in.d.l.cum tale.§.falsam:quod etiam vo
luit Joan.de Jmo.⁊ plenius ⁊ clarius in.l.centurio,versi.
idem si precedant verba enuntiatiua.ff.de vulga.⁊ pupil.
videtur igitur ꝙ non solum ex decisione Bald.quam po-
nit in.d.l.j.C.de falsa cau.adiecta lega.sed etiam ex decisio
ne Bart.in.d.§.falsam,⁊ Joan.de Jmol.in locis supra al-
legatis, concludatur decisio casus huius in fauorem dicti
nobilis Gabrielis.Quante autem authoritatis ⁊ in con-
sulendo ⁊ in scholis existant Bar.Bald.⁊ Joan.de Jmo.
nemo est qui nesciat.Et ideo idipsum persuadere nō opor
tet.Dicta igitur testatrix videtur illa centum legasse.Tū
3 ⁊† quia verba enuntiatiua principaliter propter se, vel
incidenter per modum cause emissa, regulariter disponūt
etiam ad obligandum.Probatur primum in.l.j.ff.de do.
prelega.de quo Paul.de Castr.⁊ docto.in.d.l.j.C.de fals.
cau.adiec.leg. Pro secundo solet allegari.l.emptor.§.an-
cillā,⁊ quod ibi Bart.⁊ Bald.ff.de rei vendi.l.cum taber-
nam.§.idem quesijt,⁊ quod ibi Bar.ff.de pigno.l.qui vo-
lebat,⁊ quod ibi docto.ff.de heredib.institu.⁊.l.si socer.§.
Lucius, vbi etiam docto.ff.solut.matrim.⁊ in.l.demon-
stratio falsa.§.j.ff.de condi.⁊ demon.⁊ in.l.ex hac scriptu-
ra.ff.de dona.de quo etiam docto.in.l.ex his, vbi do.Ja-
son May.versic.nono limita.C.de testamen.milit.Cum
itaꝗ dicta verba enuntiatiua, scilicet, item pariter cū di-
cta nobilis Gilleta legauerit, ⁊c.fuerūt prolata per modū
cause grauaminis, de restituēdis illis centū scutis in euē-
tū cōditionis de qua supra:illa censentur fuisse sibi legata.
¶Ad contraria vero respondeo, ꝙ illa non obstant. Et
primo,non primū:quia cum dicta verba enūciatiua con-
cernerēt proprium factum dicte nobilis Gillete, ⁊ circa il
4 lud verterentur,nō sufficeret† ad probationē erroris pro-
bare,ꝙ res aliter se habeat: quia in facto proprio non pre-
sumitur error.l.ꝙ̄ꝙ̄.ff.ad Velleia.⁊ quod notat Bart.in.l.
fin.ff.pro suo:quod etiam voluit Paul.de Cast.⁊ Phili.
de Corne.in.d.l.j.C.de fal.cau.adiect.legat. Ad secūdam
vero obiectionē, que facta est in.d.l.cum tale.§.falsam.ff.
5 de cond.⁊ demonstrat.per† quē probari pretēditur, ꝙ ver-
ba enuntiatiua prolata ad adimendum non cēsentur ope-
rari contrarium effectum, respōdeo prout respondet Bal.
in.d.l.j.vers.que testator dixit,⁊c.scilicet,ꝙ verum est ver-
ba huiusmodi non operari dispositionem quatenus ten-
dunt ad diminuendū: sed illam operantur quatenus non
diminuūt.d.l.emptor.§.ancillā.ff.de rei vend.⁊.l.Procu-
lus.ff.de vsufruct.vel etiam potest responderi, secundum
Bart.⁊ Joan.de Jmola in locis preallegatis,ꝙ dictus.§.
falsam,ideo non obstet, quia non Titius, de quo ibi, sed
heres fuit grauatus,qui etiam non precedēte dispositione
in personam Titij potuit grauari. Secus autē si Titius
fuisset grauatus: quia sic posset Titius petere alia quin-

quaginta, secundum Bart. ⁊ Joan. de Imo. ibi. Cum ergo
in casu de quo queritur non dicta nobilis Francesia he-
res, de reddendo sibiipsi dicta centũ scuta, sed dictus Ga-
briel grauatus extiterit, ⁊ verba enuntiatiua, de quibus
supra precesserint: palam infertur videri dictam nobilem
Gilletam eidem Gabrieli dicta centum scuta reliquisse ⁊
legasse. Et ita mihi videtur, ⁊c.

¶ Rubrica, De edendo. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cx.

¶ Libello, cuius fundamentum consistit in instrumento
ibi mentionato, respõdere quis non tenetur, ante ꝙ illud
instrumentum editum fuerit: vt videri possit. V. F.

1 ☞ Libello an ⁊ quando quis respondere non teneatur:
⁊ numero. 3.
2 Prout, limitatiua dictio est.
4 Possessio defuncti non transmittitur ad heredem.
5 Articulus iam decisus refricari non debet.
6 Cumulari non possunt petitorium ⁊ possessoriũ retinẽde.


Uidam Pretensus libellus diu
est parte nobilis ⁊ gene-
rosi viri Antonij de Ponteues domini
de Sillanis, cõtra ⁊ aduersus magnificũ
⁊ potentem virum domi. Durandum de
Ponteues, ⁊ cui idẽ nobilis Antonius
postulat per eundem do. Durandum responderi, non vi-
detur esse responsalis: causis, rationibus, ⁊ medijs ex eo
1 apparentibus. Et quidem primo non tenetur† ipse domi-
nus Durandus huiuscemodi pretenso libello respõdere,
donec ⁊ quousqꝫ parte ipsius nobilis Antonij exhibitum
extiterit ⁊ productum instrumentum cuiusdã pretense do-
nationis per eum pro fundamento assumpte: ⁊ de quo in-
strumento mentionem facit in. j. ⁊. ij. articulis dicti pretẽsi
libelli, iuxta ⁊ secundum theoricam quam ponit Innoc.
⁊ sequuntur Ostien. Joan. And. ⁊ docto. in. c. j. de probat.
⁊ Spec. tit. de instr. edit. §. nunc dicamus, vers. quid si quis
in libello. Pro quo allegari solet. l. fin. C. de eden. Et quia
sine illius inspectione non potest haberi plena deliberatio,
⁊ per consequens nec certa siue secura responsio: debet er-
go exhiberi, arg. l. j. ff. de eden. Et hoc vel maxime, vel sal-
tem procedit in hoc casu: in quo limitatiue facta est men-
tio de dicto instrumento, vt patet in dicto tertio articulo:
2 ibi, prout in dicto instrumento, ⁊c. quia dictio, prout, †est
dictio limitatiua. l. j. C. de eden. Et ꝙ isto casu exhiberi et
produci debeat instrumentũ ante responsionẽ, tenent cõ-
muniter omnes scribentes in. d. c. j. vbi de hoc per Joan.
de Imo. versic. an autem quando facit mentionem, ⁊c. per
do. Franc. de Are. versi. tertio nunquid agens ex iure sibi
cesso, ⁊c. ⁊ do. Felin. vers. secunda cõclusio principalis, ⁊c.
3 ⁊ vers. tertio scias. Secundo† non tenetur eidem pretenso
libello respõdere prefatus do. Durãdus, pro eo quia pre-
fatus nobilis Antonius in discursu libelli huiusmodi in
multis sibi ipsi contradicit, ⁊ ex quibus impugnatur eius
intentio. Et quidem sibi ipsi contradicit, quatenus in se-
cundo articulo dicti pretẽsi libelli deducit ⁊ proponit, ma-
gnificum quondam virum do. Jacobum de Ponteues
pretensum donatorem, tam tempore dicte pretense do-
nationis, ꝙ postea ꝙdiu vixit in hoc seculo, fuisse do. ca-
stri de Tabernis, ⁊ pro tali ab omnibus ⁊ cõmuniter re-
putatum: ⁊ ꝙ ipse castrum huiusmodi tenebat ac etiam te-
nuit, possedit, ⁊ rexit ꝙdiu vixit tanꝙ suum, ⁊c. Et alibi
in multis articulis eiusdẽ pretensi libelli dicit ⁊ pretendit
ꝙ per pretensas clausulas translatiuas dominij ⁊ posses-
sionis, veluti constituti, constitutionis precarij, ⁊ retentio-
nis vsusfructus, fuerint dominiũ ⁊ possessio tempore di-
cte pretense donationis translata in nobilem Bertrãdum
de Ponteues, pretensum primum donatariũ. Unde cum
hec adinuicem compugnent ⁊ sibi repugnent, non est ipse
nobilis Antonius admittendus. l. vbi repugnantia. ff. de
regul. iur. facit. l. j. cum suis similib. C. de furt. Tertio non
tenetur idem do. Durandus eidẽ pretenso libello respon-
dere, quatenus videtur libellus huiusmodi concludere in
possessorio retinende. Tum quia, ⁊c. in eo propositis ⁊ nar
ratis non infertur eundem nobilem Antoniũ possidere in
vim dicte asserte donationis: ergo, ⁊c. l. neqꝫ natales, ⁊. l. ad
probationem. C. de probat. l. non hoc. C. vnde legit. ⁊. c. cũ
contingat, cum suis similib. de offic. deleg. Et ꝙ nihil de-
ducatur in libello huiusmodi, ex quo concludi possit in
possessorio retinende, hoc apparet: quia si tenor libelli op-
portune attendatur, nihil quoad hoc proponitur, nisi vel
pretensum constitutum, vel constitutio precarij, vel reten-
tio vsusfructus: ⁊ ꝙ horum tẽpore prefatus do. Jacobus
possidebat: ⁊ ꝙ propterea vel omnis possessio, vel saltẽ ci-
uilis translata extiterit in dictum nobilem Bertrandum,
pretensum primum donatarium. Sed ex his non infertur
prefatum nobilem Antoniũ pretensum heredẽ, vel asser-
tum legatarium dicti nobilis Bertrandi possidere dictum
4 castrum: quia† possessio defuncti non transmittitur ad he-
redem. l. cum heredes, in prin. ⁊ quod ibi per omnes. ff. de
acquir. pos. de qua notant multi in. l. in suis. ff. de liber. et
posth. ⁊ in. §. sui, instit. de hered. qual. ⁊ diffe. ad quod opti-
me facit quod ponit Paul. de Cast. loquens in terminis
consi. cxv. exord. Uiso puncto, vers. nec etiam, ⁊c. vbi in ter
minis voluit ꝙ licet per cõstitutionem precarij ille censea
tur ciuiliter possidere, cuius nomine quis se constituit pos
sidere: huiusmodi tamen possessio morte possessoris perdi
tur, nec transit ad heredẽ: sicut videmus in eo qui possidet
per colonum. l. j. C. cõmu. de vsucap. nam ⁊ illa morte fini-
tur, ⁊ non transit ad heredes. l. qui vniuersas. §. quod per
colonum. ff. de acquir. pos. Et hoc nõ solum in possessione
ciuili, que solo animo retinetur: sed etiam in ea que retine-
tur animo ⁊ corpore. l. j. §. Sceuola. ff. si quis testa. liber esse
ius. fue. Tum etiam quia, vt audio, sententia reintegrato-
ria possessionis dicti castri, ⁊ que in rem trãsiuit iudicatam
vtpote nulla appellatiõe suspensa, fuit, diu est, lata pro di-
cto do. Durando, ⁊ contra dictum nobilem Antonium.
5 Non igitur† potest vel debet articulus iam decisus hic re-
fricari. l. cũ queritur, ⁊ duab⁹ seq. ff. de excep. rei iud. Tum
etiã ⁊ quarto non tenetur eidẽ pretẽso libello respondere:
6 pro eo quia prefatus nobilis Antonius videtur† in cõclu
sione dicti pretẽsi libelli cumulare petitoriũ ⁊ possessorium
retinẽde: quod regulariter fieri non potest, iuxta ea que ha-
bentur in. l. ordinarij. C. de rei vend. l. incerti. C. de interd.
⁊ in. l. si de vi, ⁊ quod ibi glos. ⁊ doct. ff. de iud. Nisi forte
quis opponat, ꝙ imo possit quis intentare petitoriũ cõtra
naturaliter possidentem seu detinentẽ: ⁊ sic respectu posses
sionis naturalis seu detentionis penes alium existentis, ⁊
possessorium retinende respectu possessionis ciuilis penes
se ipsum existentis, ⁊ in qua turbatur propter naturalem
penes alium existentem, iuxta ea que habentur in. l. natu-
raliter. §. nihil cõmune, ⁊ quod ibi gl. secundum quintam
lecturam, ⁊ doct. post eam. ff. de acquir. pos. canon. in. c. pa-
storalis, de cau. pos. ⁊ propriet. ⁊ tam legiste ꝙ canoniste in
alijs diuersis locis. Sed hoc nõ obstat: quia prefatus no-
bilis Antonius non solum contẽdit se possidere castrum
predictum ciuiliter: sed etiã naturaliter. Non igitur proce
dit libellus antedictus, in quo dictus nobilis actor cumu
lare nititur predicta iudicia: sed est repellendus. Quod
fieri petit, ⁊c.

¶ Rub. De sent. ⁊ interl. om. iud. ¶ Epit. ¶ Cons. cxj.

¶ Sententia non seruatis seruandis lata retractanda est:
quia nulla. V. F.

1 ☞ Judex contra non auditum nihil decernere debet, nec
preceps esse: numero. 3.
2 Libellus, anteꝙ iudex determinare possit super negotio
principali, an ⁊ quando offerendus.
4 Recusatio vel allegatio suspitiõis iudicis quid operetur.
5 Contradictor petentem bonorum possessionem secũdum
tabulas ad duo probanda cogit.


N Actis cause cepte corã egregio viro
domi. iudice ciuitatis ⁊ principatus
Auraice, ⁊ deinde aliquãdiu cõtinuate co
ram egregio viro domino Joanne Pa-
berani iurium licentiato eiusdem do. iu-
dicis pretenso locumtenente, per ⁊ inter
Moretam Uilarie relictam ⁊ pretensam heredem hono-
rabilis quondam viri Baudeti Reynaudi ex vna parte: ⁊
honestam mulierẽ Philippam Reynaude, filiam quon-
dam naturalem ⁊ legitimam dicti Baudeti, colligitur et
apparet ꝙ tempore inchoationis cause huius eadẽ Phi-
lippa erat in domo in actis eiusdem cause latius mentio-
1 nate. Quo fit† vt eadem Philippa non vocata, ⁊ in suis
iuribus non audita, non debuerit nec de iure potuerit di-
ctus do. iudex, seu etiam prefatus eius pretensus locũte-
nens,

nens, etiam si de pretenso testamento eiusdem quondam Baudeti in forma authentica, & alias probatoria fides facta extitisset, decernere vel ordinare, dictam Monetā fore immittendam in possessionem domus, & aliorū bonorum dicti quondā Baudeti: & alias quomodolibet eidē Philippe inhibendum quominus domum predictam teneret & possideret, & in ea habitaret. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. de vno quoq;. ff. de re iud. & c. j. cum suis simi. ff. de cau. pos. & propriet. Et quēadmodum prefatus do. iudex in ordinatione quam die inchoationis cause huius fecisse legitur, inciuiliter (honore suo saluo dixerim) processisse videtur: ita & inciuiliter, quinimo nulliter & longe inciuilius processit prefatus do. eius locūtenens: qui non solū ante oblatas & productas defensiones, seu legitimas exceptiones parte dicte Philippe, sed etiā post illarū ꝓductionē ordinauit dictā Monetā fore & esse manutenendā, & eam q̄uis de facto & nulliter manutenuit in pretēsa possessione dicte domus: a qua etiam mādauit & fecit manu militari ejci & expelli partem aduersam, etiam post legitime oppositam exceptionem suspitionis & recusationis eiusdem pretensi do. locumtenentis. In quibus idem locumtenens processit nulliter & de facto, & cessante nullitate inique, indebite
2 & iniuste. Tum quia† oblato libello parte dicte Monete: qui tamen, cum superesset & appareret contradictor, dicta scilicet Philippa filia naturalis & legitima dicti quondam Baudeti, & in possessione dicte domus existens, offerri debuit, secundum Petrum, Cyn. Ang. Fulgo. Paul. de Cast. & doct. communiter in. l. fi. C. de edict. diui Adri. tol. de quo Ange. Are. in. §. quadrupli, in materia dicte. l. fi. inst. de actio. Tum & quia nulla premissa cause cognitione, nec factis aliquibus probationibus parte dicte Mone
3 te: sed† precipitanter & ex abrupto processit dictus locumtenens ad dictam ordinationem: ergo nulliter, & alias inciuiliter. c. primates. ij. q. j. Clementina pastoralis, ad fin. versicu. iudicantis precipitatio, iuncto verbo, dici ne ergo meruit sententia, & quod ibi Ioan. de Imol. de re iudi. l. ex stipulatione, ad fi. C. de senten. & interlo. omn. iudi. c. ad audientiam: ibi, sine cause cognitione, & ibi, denunties nō tenere, &c. de appel. & auth. quomo. oport. episco. versic. pro nihilo, & quod ibi notat Ange. colla. j. glo. in. c. ecclesia sancte Marie, de constit. Bart. in. l. prolatam, ad fi. C. de senten. & interlo. & in. l. multum. ff. de cōdi. & demonstra. Bal. in. l. captatorias, versic. modo circa hoc querit tertio, &c. C. de test. mili. & Pau. de Cast. consi. cxcviij. exord. Super hoc puncto interrogatus, &c. versi. preterea sententia non debet ferri, &c. Que si procedant, prout procedere videntur, etiam non opposita exceptione suspitionis seu recusationis contra iudicem: multofortius procedere debēt op
4 posita exceptione huiusmodi, per† quam videntur ligate manus iudicis & suspēsa iurisdictio illius, argum. l. j. C. si quacunq; potesta. predi. & quod notant Bart. & docto. magis communiter in. l. quia poterat. ff. ad trebel. Ostien. & multi scribentes in. c. cum speciali, de appellat. Preterea
5 illud† certum est, ꝙ heres petens se immitti in possessionem bonorum defuncti in vim dispositionis dicte. l. fi. C. de edict. diui Adri. tol. cōparente cōtradictore, & se opponente missioni in possessionem fieri petite, debet duo probare. Et primo quidem debet testamentum ostendere non cancellatum, neque abolitum, neq; ex quacunque sue forme parte vitiatum: sed quod prima figura sine omni vituperatione appareat Secundo debet ostendere & probare ꝙ defunctus testator tempore eius vite & mortis tenuerit & possederit bona, in quorum possessionem se mitti postulat & requirit, & que possidentur vel tenentur per contradictorem. d. l. fi. C. de edict. diui Adri. tol. quorū neutrum probatum est in hac causa parte dicte Monete. Et quidem non testamentum, q̄uis petitū extiterit parte dicte Philippe illud exhiberi & produci, & copiam sibi decerni. Non etiam probata est dicta pretensa possessio prefati quōdam Baudeti. Propter que, supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ prefati do. iudex & eius locūtenens non processissent nulliter, prout processerunt, processissent tamen inciuiliter & iniuste. Quo fit vt deberent & debeant eorum ordinationes & pretense manutentiones tolli, cassari, & reuocari: & hoc propter rem non probatā. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de rei vendic. l. negātes. C. de actio. & oblig. & c. vt nostrum, cum suis simili. vt ecclesia. benefi. Sunt & alia que possunt induci ad ostendendum prefatos do. iudicem & locūtenentem, & maxime eūdem do. locūtenentem, nulliter, & cessante nullitate inciuiliter & iniuste processisse. Sed quia, vt opinor, predicta sufficiunt, ego vlterius non insisto. Que omnia, &c.

¶ Rubri. De verb. sign. ¶ Epitome. ¶ Consil. cxiij.

¶ Verba prouincialia, prouinciali idiomate in testamentis prolata, multa interpolatione egent, vt valeant. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Verba hec, heredes ex suo corpore, an filios significent naturales & legitimos: & an masculos tantum.
2 Testatoris mens in dubio presumitur conformis esse patrie statuto.
3 Verbis apertis & claris est inherendum.
4 Honoratus filius grauari potest: interdum & si ei nihil relictum sit: nu. seq.
6 Heres vocari potest non solum directe institutus: sed etiam fideicommissarius.
7 Mens inspicienda supramodum in fideicommissis: & lex eum sequitur vt venator leporem, ex Bald.
8 Absurditas fugienda: & ab ea valere argumentum.
9 Filij masculi feminis prediligendi.
10 Verba hec, si sine liberis decesserit: & hec, si liberos non habuerit, in quo differant.
11 Substitutio reciproca admixta compendiose quas substitutiones contineat, & quomodo.


Viso Processu cause cepte & aliquandiu ventilate per & inter nobilem & honorabilem virum Ioannem Homberti actorem ex vna parte, & nobilem mulierem Catherinā Raimbaude relictam nobilis quondā viri Aliberti Homberti ream ex alia: dico & respondeo sententiam fuisse & esse proferendam pro eodem nobili Ioanne. Pro cuius dicti pleniore declaratione premitto, ꝙ nobilis quondam vir Iacobus Homberti, dictorum nobilium Ioannis & Aliberti pater, in suo vltimo & nuncupatiuo testamento, in quo heredes vniuersales instituisse & suo ore nominasse legitur dictos nobiles Ioannem & Alibertum, insuper & nobilē Bertoldum, eius filios naturales & legitimos, quemlibet videlicet in bonis, rebus & iuribus in testamēto huiusmodi latius mētionatis, fecit multas & varias substitutiones. Primo quidē eosdem nobiles Ioannē, Alibertum, & Bertoldum filios & vniuersales heredes per eum institutos breuiloce & reciproce, primo scilicet decedenti seu decedentibus sine liberis masculis ex suo corpore procreatis superstites seu superstitem substituit per illa verba. Cum substitutione ꝙ de vno veniat ad alium, &c.
1 Et† ꝙ illa verba, heredes de suo corpore, &c. debeant accipi pro liberis predictorum heredum, probatur non solum ex eo ꝙ de talibus sensisse presumitur ipse nobilis Iacobus. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. sed etiam ex eo quia hoc fuit expressum in dicto testamēto: pro eo quia dictū est, heredes ex suo corpore. Et ꝙ verba huiusmodi accipi debeāt non quidem pro quibuslibet liberis, sed duntaxat pro liberis masculis, probatur per verba subscripta, seu subiuncta in predicta substitutione. Probatur etiam per verba posita in alio capitulo: vbi ad literam ponuntur hec verba. Item volo, ordino, & substituo predictos meos heredes in omnibus meis rebus: ita ꝙ casu quo dicti heredes nō haberent heredes ex suo corpore descendentes, dicta hereditas & eius pars redeat de vno ad aliū successiue: & casu quo nullus esset heres, veniat ad meas filias, prout cōtinetur in vno capitulo ante posito. Preterea cum secundum statutū Prouinciale filie & neptes etiā ex filijs masculis repellantur ab vniuersali successione patrum, matrū, & auorum, quandiu supersunt filij masculi vel nepotes masculi ex masculis filijs: dictus quondam nobilis Iacobus loquens in dicto eius testamento de heredibus suis, vel suorum filiorum post quos inuitauit & substituit filias, censetur fuisse loquutus non quidem de heredibus, hoc
2 est liberis vtriusq; sexus, sed de masculis: quia† mēs testatoris presumitur esse talis, qualis est dispositio statuti sue patrie. Presumitur enim testator in dubio voluisse illud ꝙ voluit statutū sui municipij aut prouincie, per id quod notat Pet. de Anch. in. l. tres fratres. ff. de pact. vbi dicit ꝙ si statutū disponit ꝙ filij masculi excludant feminas in successione parentum, modo testator illius municipij simpliciter sibi substituerit heredes vniuersales suos filios:

testator non videatur instituisse filias: ex eo quia testator videtur disposuisse ita vt disponit statutũ municipij: ⁊ sic videtur exclusisse filias feminas: cum in successionibus parentum, stante statuto predicto, diuersa sit conditio ⁊ natura masculorum ⁊ feminarũ. Et sic verba testatoris sunt intelligenda secundum mentem statuti: ⁊ refert Petr. de Anch. se ita consuluisse in contingẽtia facti. Idem etiam voluit Dyn. in quodã suo cons. prout refert And. Barb. in repet. c. Raynaldus, de testamen. pro quo facit quod voluit Bart. in. l. heredes mei. §. cum ita, ⁊ quod ibi Alexan. de Imo. ff. ad Trebel. Bar. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberti. ff. de oper. libe. Joan. de Imo. in. c. potuit, prope fi. de loca. Philip. de Corne. in. l. fin. C. de verb. signif. Alexand. de Imo. consil. cxxvij. exord. Viso testamento, ⁊c. in. j. volu. And. Barb. consil. xliij. exord. Preclare scribitur Judith, ⁊c. vers. ⁊ moueor ad sic dicendum quia is qui est de municipio, ⁊c. ⁊ consil. lxiij. exord. Sapienter scribitur. ij. Paralipomenon, ⁊c. in. j. parte. Secundo premitto ꝙ post breuilocam seu reciprocam substitutionẽ, factam per dictum Jacobum inter dictos nobiles Joannem, Alibertum, et Bertoldum eius filios sub conditione existentium liberorum, idem nobilis Jacobus eisdem suis filijs ⁊ heredibus respectiue substituit eorum liberos masculos, si quos habe-

3 rent. Et† quia verba huiuscemodi substitutionis clara sunt, non est, postꝙ de alia eius mente non apparet, ab eis recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis, ⁊. l. non aliter. ff. de legat. iij. ⁊. l. si quis filium. C. de liber. preter. vel exheredа. Premitto insuper ⁊ tertio, ꝙ post substitutionẽ huiusmodi idem nobilis Jacobus aliã substitutionem subiungit, per quã videtur liberos masculos proxime dictos, vel dictos ⁊ heredes primo gradu institutos grauasse de restituendo hereditatẽ inibi mẽtionatis, ⁊ hoc per illa verba, Et si masculi deficerent, veniant ad proximiorem mei generis filiarum mearum. Super quo aduertẽdum est, ꝙ siue dicamus prefatos fuisse grauatos non solũ sub conditione, si ipsi sine liberis masculis ab humanis decederent: sed etiam sub alia conditione, scilicet si eorum liberi masculi decederent sine liberis masculis: siue dicamus non quidem dictos filios ⁊ heredes primi gradus, sed eorum liberos masculos fuisse per hanc substitutionẽ grauatos: siue dicamus grauamen fuisse impersonaliter conceptum, ⁊ in rem scriptum, nihil ad rem: quia quolibet horũ modorum fieri potuit. Et quidem de primo modo nõ est questio: quia

4 † cum dicti filij ⁊ heredes primi gradus fuerint per prefatum Jacobum eorum patrem honorati, potuerunt ⁊ consequenter per eundem grauari. l. ab eo, cum suis simil. C. de fideicomis. quod etiam colligitur ex ijs que notant Bart. ⁊ post eum alij in. l. cẽturio, in. iij. q. princ. ff. de vulg. ⁊ pupi. Et hoc modo videtur idem Jacobus substituisse, ⁊ sic grauasse liberos primi gradus. De secundo modo etiam non videtur dubium: pro eo quia dictus nobilis Jacobus non solum honorauit prefatos nobiles Joãnem, Alibertum, ⁊ Bertoldum filios, eos scilicet instituendo: sed etiam eorum liberos masculos, illos scilicet respectiue eisdẽ substituendo. Potuit igitur eos grauare, ⁊ ipsis liberis masculis substituere. d. l. ab eo. l. cum ita legatur. §. in fideicõmisso, ⁊. l. peto. §. fratre. ff. de legat. ij. quod etiam satis voluerunt Bart. ⁊ doct. in. d. l. centurio, in. iij. quest. prin. ⁊ in l. sed ⁊ si sic. ff. de legat. iij. Etiam nec est dubium de tertio modo: pro quo allegasse sufficiat notata per Bald. ⁊ Sal. in. l. precibus, circa fin. C. de impuber. ⁊ ali. substit. ⁊ quod notat idem Bald. in. d. l. ab eo, ⁊ doc. in. d. l. cẽturio. Quod

5 † dictum procederet etiã si predictis liberis nihil relictum extitisset. Cui dicto non obstat id quod magis cõmuniter videntur dicere doct. contra Jacob. de Belloui. ⁊ Bart. in d. l. centurio, quatenus sentiunt liberos, quibus nihil fuit relictum, grauari non posse, ⁊ ꝙ illi censeri non debeant fuisse honorati ex eo solo quia honorati seu grauati extiterunt. Quia respõdeo ꝙ doc. loquuntur eo casu quo liberi quibus nihil relictũ extitit, fuerũt expresse grauati: quod factum non legitur in casu de quo queritur: sed magis videtur fuisse fideicõmissum in rem scriptum: pro eo quia dictũ est, Et si masculi deficerẽt, veniant ad proximiorẽ mei generis filiarum mearum. Per que non apparet ad quem directa extiterint verba grauaminis: pro eo quia illud verbum, veniant, prolatum est impersonaliter. Premitto insuper ⁊ quarto, ꝙ post dictam substitutionem idem nobilis Jacobus aliam subiunxit: per quam deficientibus dictis eius filijs eius heredibus, hoc est prefatis nobilibus Joãnne, Aliberto, ⁊ Bertoldo, ac eorum liberis masculis, ⁊ filiabus sui ipsius testatoris, substituit proximiorẽ de familia seu cognomine Gombertorũ equis partibus: ⁊ hoc per illa verba, ⁊ in defectum heredum ⁊ filiarum veniant ad proximiorem Gombertorũ equaliter. Ex quibus infertur ꝙ cum tam ex verbis dicte secunde substitutionis, ꝙ etiam ex dispositione statuti superius mentionati, dictus nobilis Jacobus censeatur ⁊ censeri debeat plus dilexisse hunc nobilem Joannem filium masculum primi gradus, ⁊ in primo gradu pro parte institutum, ꝙ filias sui ipsius testatoris, vel descendẽtes ex filiabus: ipse presumi debeat eundẽ nobilẽ Joannẽ inuitasse ad successionẽ liberorũ masculorum dicti quondam Aliberti sine masculis decedentium, ⁊ hoc ante dictas filias: quas nõ inuitauit siue substituit, nisi post mortem predictorum nobilium Joannis, Aliberti, ⁊ Bertoldi, ⁊ suorũ liberorũ masculorũ. Quod, vt videtur, apertius colligitur ex alia clausula testamenti exord. Item volo ⁊ ordino, ⁊c. vbi effectualiter se refert ad capitulum precedens. Unde cum superius fecerit mentionem ⁊ expresse ante filias ⁊ neptes inuitauerit non solum dictos nobiles Joannem, Alibertum, ⁊ Bertoldum: sed etiam respectiue dictos eorum liberos masculos, vt colligitur ex prima ⁊ secunda substitutionibus superius men-

6 tionatis, ⁊† non solum directe heres institutus vel substitutus dici possit heres, sed etiam fideicõmissarius. l. si necesse. §. fi. ff. de bo. liber. l. si filius. §. j. ff. quod cum eo. l. item veniunt. §. licet autem. ff. de petit. hered. ⁊. l. postulante. §. j. vers. loco heredis, cum suis simil. ff. ad Trebel. ad quod facit quod notant Bart. ⁊ doct. in. l. j. §. de illo. ff. ad Trebel. videtur palam posse inferri, ꝙ illa verba, ꝙ dicti heredes, ⁊c. posita in dicta clausula, Item volo, ordino, ⁊ substituo, ⁊c. capi ⁊ intelligi debeant non solum de dictis nobilibus Joanne, Aliberto, ⁊ Bertoldo, aut eorum aliquibus: sed etiam de eorum liberis masculis: vt sit sensus, ꝙ morientibus aliquibus ex dictis heredibus primi gradus, vel eorum liberis masculis, sine liberis masculis, hereditas seu pars ⁊ portio, ⁊c. reuertatur de vno ad alium succedentem.

7 Et per hec videtur satis ⁊ clare apparere de † mente dicti quondã nobilis Jacobi: que in fideicõmissis multũ inspicitur, ⁊ illa est que predominatur. l. penult. C. de necessar. seruis hered. instit. vbi inquit Bald. ꝙ lex pedetentim sequitur mentem testatoris sicut venator sequitur leporem: ⁊ dicit Bald. in. l. quoniam indignum. C. de testa. ꝙ non est curandum de verbo quali, dũmodo constet de mente loquentis. Facit ad premissa. l. in conditionibus primum locum, ⁊. l. publius, in fi. ff. de cond. ⁊ demonstrat. l. si mihi et tibi, in fi. ⁊. l. penul. ff. de leg. j. l. cum questio. C. de legat. ⁊. l. cum virum. C. de fideicommis. ⁊. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. Preterea facit pro predictis, quia argumentum ab absurdo est in iure validum, ne incõueniẽs sequatur: ⁊ hoc siue loquamur in cõtractibꝰ, siue in testamentis, siue in statutis. l. nam ⁊ absurdũ. ff. de bo. liber. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusat. tutor. l. furti. §. pactus, ⁊ quod ibi Bart. ff. de ijs qui not. infa. c. dudum. §. j. de preben. in. vj. ⁊ quod no. Bar. in. l. oẽs populi, versi. iuxta predicta quero, ⁊c. ff. de iust. ⁊ iu. Bal. in. l. non dubiũ. C. de legib. ⁊. l. quod vero contra. ff. eod. ti. ⁊ in. l. quoniam sororem. C. de ijs qui. vt indig. Petr. de Anch. cons. lxiij. exord. Contra Phi-

8 lippum faciunt: vbi dicit, ꝙ† absurditas in intellectu legum, testamentorũ, ⁊ omnium dispositionum euitanda est, ⁊ circunscriptis verbis mẽs testatoris sequenda est. Pro quo allegat. d. l. scire oportet. §. aliud, vers. sed ⁊ si maxime. l. diuortio. ff. sol. mat. l. iij. §. conditio. ff. de adimen. leg. l. iij. C. de lib. pret. ⁊. d. c. dudum: allegat etiam. c. intelligentia, de verbor. signific. ⁊. c. Marchion ⁊ basilides. j. q. j. de hoc argumento ab absurdo, ⁊ ꝙ illud valeat, ponit Bald. in. l. conuẽticula, vers. item est argumẽtũ ab absurdo. C. de epis. ⁊ cler. Sed si non diceremus prefatum nobilem Joannem fuisse substitutum dictis liberis masculis, sequeretur ab-

9 surdum ⁊ inconueniens, scilicet ꝙ † predictis liberis masculis censeantur filie, quas testator minus dilexisse presumitur, substitute, ⁊ non ipse nobilis Joannes filius masculus, ⁊ propterea presumptiue magis dilectus, propter conseruationem familiaris dignitatis ⁊ honestatis: que absqꝫ indicijs non faciliter conseruatur. l. ab omnibus, circa principium. ff. de lega. j. l. j. §. si seruus. ff. de ventre inspicien. Preterea dictus nobilis testator non solum substituit dictas eius filias: sed etiam extraneos de familia seu cognomine Gombertum, ⁊ sic collaterales. Ergo multo fortius videtur dici posse, ꝙ substituerit dictum nobilem Joannem, per id quod habetur in. l. cum auus. ff. de cõdi. ⁊ demonst.

⁊ demonst. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. l. generaliter. C. de institu. ⁊ substi. Preterea idem testator in predicta clausula, itē volo, ordino, ⁊ substituo, ⁊c. dicit se substituere in omnibus eius bonis primo quidem inter heredes reciproce, ⁊ deinde filios, ⁊ postea filias. Et ita videtur voluisse, ꝙ deficientibus masculis omnia bona peruenirent ad filias. Per quod videtur ꝙ omnes masculi fuerint mutuo ⁊ vicissim substituti, vt sic ad vltimo decedentem peruenirent bona predecedētium: ⁊ deinde ab illo ad filias substitutas. l. Titia Seio. §. Seia libertis, ⁊ quod ibi Dyn. ⁊ sequa. ff. de lega. iij. Bart. ⁊ docto. magis communiter, in. l. vel singulis. ff. de vulga. ⁊ pupil. Postremo (⁊ hec ratio plurimum mihi placet) ad verba illius sepe repetite clausule, item volo, ordino ⁊ substituo, ⁊c. respondetur ꝙ dictus nobilis testator in substituēdo dictis eius
10 filijs ⁊ heredibus in casum nō existētiū liberorū nō † dixit ꝙ casu quo dicti heredes morerētur sine heredibus descēdētibus ex eorū corporibus dicta hereditas, ⁊ pars seu portio veniat de vno ad aliū. Quo casu se retulisset ad tēpus mortis ⁊ decessus. Sed dixit ꝙ casu quo dicti heredes nō haberēt heredes ex suis corporibus descēdētes, dicta hereditas ⁊ portio veniat de vno ad alium. Per que verba non apparet eundē testatorem se retulisse ad tempus mortis predictorū heredū. Sed dixit simpliciter, Nō haberēt heredes, ⁊c. quod poterat contingere vel tempore eorum mortis, vel postea: ꝙ de facto postea contigit: quia licet dictus quondam Alibertus haberet liberos ante mortem ⁊ tempore eius mortis: verū est tamen ꝙ per illorum mortem, que postea contigit, desijt illos habere: ⁊ sic per eorum mortem fuit purificata conditio, sub qua predicti heredes fuerant reciproce substituti in. d. versi. item volo, ⁊c. purificata (inquam) in personam dicti nobilis Joānis superstitis. Pro quo allegasse sufficiat id quod eleganter ponit Alexan. de Jmo. consil. xlj. exord. Consideratis ijs que in themate, ⁊c. versic. preterea posito, ⁊c. ibi, sed in questione nostra testator non se restrinxit ad tempus mortis, ⁊c. in. iij. volu. per cuius dicta videtur decidi casus presens, scilicet ꝙ licet tempore mortis dicti Aliberti eidem superfuerint liberi: quia tamen illi postea mortui sunt, ⁊ sunt mortui sine liberis: verificata est predicta reciproca substitu-
11 tio in personam dicti nobilis Joannis. Et † quia illa non fuit mere reciproca, sed admixta compendiose: illa continebat non solum substitutiones directas, sed etiam fideicommissarias, per id quod notat Bart. in. l. Lucius, vbi etiam alij doct. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ Alex. de Jmol. multos referens in. l. hereditatem. C. de impube. ⁊ alijs substitu. Quāuis igitur per aditionem seu immixtionem paterne hereditatis expirauerit vulgaris substitutio, ⁊ per aduentum pubertatis expirauerit pupillaris: si tamen ⁊ quatenus in dicta substitutione illa cōtineretur. l. post aditam. l. precibus. C. de impube. ⁊ alijs substitu. ⁊ l. in pupillari, cum suis simili. ff. de vulga. ⁊ pupil. non tamen expirauit fideicommissaria: in vim cuius, vt predixi, idem nobilis Joannes fuit inuitatus. Et quāuis nobilis Catherina in hac causa rea, ⁊ mater predictorum liberorum, pretendat se posse ex persona dicti quōdam Aliberti, vel liberorum predictorum, posse detrahere duas quartas, scilicet legitimam ⁊ quartam trebellianicam, iuxta ea que notant glo. Bart. ⁊ docto. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. testa. glo. ⁊ Bart. in. l. quāquā. C. ad leg. falc. multa tamen fuerunt deducta parte dicti nobilis Joannis, per que pretenditur dictas pretensas quartas, seu ea que alias ex persona dicti quōdam nobilis Aliberti vel suorum liberorum, detrahere potuisset. Super quibus nihil pro nunc scribo, pro eo quia nō vidi testium depositiones: ⁊ sic nescio quid super hinc inde articulatis in isto articulo probatum extiterit. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De lega. ¶ Epitome. ¶ Consilium cxiij.

¶ Legatarius propria authoritate legatum occupans, siquidem post aditam ab herede hereditatem, illud perdit: si ante, non item. A. F.

1 ☞ Glosse authoritas quanta.
2 Vulgaris expressa tam sub casu indefinito, quā indiuiduo continet tacitam pupillarem: que tamen contra matrem speciali fauore non recipitur.



Viso Testamento quod fecisse legitur prouidus quondam vir Gabriel Gueydon habitator Arelatensis, ⁊ intellecto eo quod post mortem illius dicitur accidisse circa occupationē legatorum per eundem Gabrielem Andree Gueydon eius nepoti relictorum: dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte, ꝙ si post aditam hereditatem eiusdem Gabrielis, ⁊ apprehensam possessionem garachiorum ⁊ domus eidem Andree relictarum, ipse Andreas garachia ⁊ domum predictas occupauerit: ipse perdidit iura sua. l. non est dubium, ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. magis communiter. C. de lega. ⁊ idem voluit Oldra. consil. ccxlvi. exord. Questio est an electus Parisiensis, ⁊c. versic. sicut enim videmus in legatario, ⁊ Pau. de Cast. consi. cclxxxvij. versi. videtur dicendum dictum actorem, ⁊c. prope fi. versic. preterea verendum est. Si vero ante aditionē hereditatis dicti quondam Gabrielis, vel etiam post aditionē ipsius ⁊ ante apprehensionem possessionis garachiorum ⁊ domus predictarum, factam per heredem, dictus Andreas garachia ⁊ domum predictas sua authoritate occupauerit, vel eorū possessionem apprehenderit: tunc dico ꝙ idem Andreas nō perdidit dicta legata, nec incurrit penam priuationis eorundem, secundum gloss. que hoc sentit in. d. l. non est dubium, in versic. media magis placet. ⁊ idem voluit ibi Bart. ⁊ do. Jason May. Et hec videtur magis communis. Fateor tamen ꝙ Oldra. in. d. consi. videtur sentire, ꝙ legatarius incurrat penam priuationis legati sibi relicti, etiam si illud occupet ante apprehensam possessionem per heredem, dumtamen hoc fiat post aditam hereditatē. Sed
1 quia † primam opinionem tenuit glos. ⁊ quam sequuntur docto. famosissimi, esset periculosum in consulendo vel iudicando ab ea discedere, per id quod ponit Jacob. Butriga. in. l. j. C. qui pro sua iurisdict. iudi. da. darine poss. ⁊ quod notat Joan. de Jmol. in. c. cum contingat, de iureiuran. Bald. in. l. hereditas. C. depos. multas remissiones ponit dom. Felin. in. c. j. versic. secundo limita nisi contra communem opinionem sit authoritas gloss. de constitu. ⁊ Andre. Barba. consil. ix. in secunda parte. Et per hec patet responsio ad primum quesitum. ¶ Ad secundum dico
2 ⁊ respondeo, ꝙ licet † substitutio facta de Claudio Gueydon fuerit vulgaris expressa, ⁊ quidem non facta simpliciter sub illo casu indefinito, si heres non erit venter: sed sub illo casu indiuiduo, si heres esse non possit, quia non esset pregnans prefata Catherina: dicta tamen vulgaris substitutio continet pupillarē. l. fi. C. de instit. ⁊ substit. vbi de hoc est casus singularis, secundum docto. Sed ista tacita pupillaris non recipitur contra matrem. l. precibus, versi. nam nō est incerti iuris, ⁊ quod ibi doct. magis communiter. C. de impub. ⁊ al. substit. ⁊ in. d. l. fin. C. de instit. ⁊ substit. Si igitur fuerit adita hereditas pro ⁊ nomine pupilli, qui postea impubes mortuus est, dico ꝙ dicta Catherina illius pupilli quondam mater, debet repellere dictum Claudium substitutum: pro eo quia, vt dixi, tacita pupillaris non admittitur contra matrem. Et sic perinde est in hoc casu, ac si dictus Gabriel mortuus esset intestatus: quo casu esset paterna hereditas etiam non adita transmissa ad matrem, per id quod notant docto. in. l. iij. C. de iur. deliber. ⁊ in. l. ventre. ff. de acquir. heredit. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rubr. Si aduers. rem iud. rest. postul. ¶ Consi. cxiiij.
¶ Epitome.

¶ Restitutio etiam contra rem iudicatam conceditur, si iudex male iudicans possessione quempiam spoliasse dicatur. A. F.

1 ☞ Spoliatus ante principalis cause ingressum restituendus est: ⁊ que dicatur causa principalis, ex Goffredo in Summa.
2 Reintegratio quid secum trahat.
3 Spoliatio etiam per iudicem fieri potest, sicut per priuatum: ⁊ quomodo.
4 Presumptio an ⁊ quando pro facto iudicis stet.
5 Juramentum vt deferatur, an dolus eius contra quem defertur debeat argui.
6 Excusat a dolo decretum iudicis etiam nullum, ⁊ quelibet etiam iniusta causa.
7 Juramentum sibi deferri an ⁊ quando quis petere possit.
8 Doli culpā subit, qui se peritū iuris asserit, in quo errat.



1 Acienda † Est restitutio spoliatis vel eiectis ante principalis cause ingressum.c.causa2,qui filij sint legitimi. Principalem autē causam intelligit Gaufredus in Sūma, tit. de restitut.spoliat.versic.est autem facienda,rc.causam criminis. c. item cum quis,de restit.spoliat. vel non canonice institutionis.c.in literis,eod.tit. vel causam petitorij.c.conquerente, eod.tit. Ante igitur ingressum cause petitorij facienda est restitutio:quod etiam habetur in.c.j.de restitut.spoliat.vbi dicitur restitutionē esse
2 faciendam ante omnem contentionem.Et † debent restitui non solum res ablate,sed etiam damna ꝛ fructus percepta violento,ꝛ qui percipi potuissent a violentiā passo, si ei possidere licuisset.c.grauis, de restitut.spoliat. Sunt insuper etiam restituende omnes vtilitates,quas habiturus ꝛ consequuturus fuisset eiectus a die eiectionis.l.j.§.ex die,ꝛ.§.non solum.ff.de vi ꝛ vi arma. Aliter enim non censeretur integerrime vel plenarie reintegratus: quod tamen iura fieri volunt.c.eiectus.c.si episcopus.iij.q.ij.c.venerabili,ꝛ quod ibi glo.super verbo plenarie, de offi.dele.ꝛ.d.c.grauis.Quod etiam voluit Gaufre.vbi supra,versi.restituenda sunt igitur omnia, rc.ꝛ Archid.in.c.quia sepe,super verbo plene restituerint, vbi subiunxit, ꝙ etiam si non esset adiectum verbum plene: deberet nihilominus plenaria fieri restitutio:quia verbum restituere plenam habet significationē.l.videam⁹, la.ij.§.in fauiana.ff.de vsur. ꝛ verbo restitutionis omnis vtilitas actoris continetur. l.cum pretor.ff.de verb.signifi.hoc probat decretalis tanquā,de censi.iuncta cle.vlti.eo.tit.quod etiā voluit Joan. And.in.d.c.quia sepe,super verbo plene, in nouel.ꝛ quod ibi Gemi.versic.quero an si non fuisset,rc.Et idem etiam voluit glos.in.d.cle.fi.de censi.Archid.in.d.c.si episcopus, super verbo integerrime, referens Gaufre.in.d.c.venerabili.Quod si ita est, imo quia ita est, debuerunt ꝛ debent reddi ꝛ restitui honorabili viro Claudio Reynaudi bona eidem ablata ad importunam instantiam vniuersitatis,seu dominorum syndicorum loci Forcalquerij: ꝛ que non seruato ordine iudiciario, insuper ꝛ pretermissa forma literarum,ꝛ signanter eminentis tunc regij consilij,ad quas alie referuntur, fuerunt eidem Reynaudi ablata: ꝛ vel ipsis syndicis,vel alijs expedita:ꝛ alia fortasse capta ꝛ occultata.Nisi forte quis opponat,ꝙ iura superius mentionata loquuntur in spoliatione, que facta est per priuatum: non autem quando in exequutionem mandatorum iudicis res sue,vel earum possessio alicui aufertur: pro eo quia solet presumi pro facto iudicis.Sed hoc non obstat:
3 quia quemadmodum † spoliatio fit per priuatum:sic ꝛ fieri dicitur per iudicem non seruato ritu debito procedentem, ꝛ possessionem alieni auferentem.l.vlti.C.si per vim vel alio modo.l.meminerint.C.vnde vi,ꝛ est casus in.d.c. conquerente, de restit.spolia.ꝛ.c.presentium.vj.q.j.quod etiam voluit Oldra.consil.ccxxvij.exord.de toto themate questionis,rc.Jaco.Rebuf.ꝛ Joan.de Pla.in.l.si coloni.C.de agrico.ꝛ censi.lib.xj.ꝛ Angel.Are.in.§.quadrupli,in materia.d.l.vnde vi,instit.de actio.Et dicunt Rebuf.Joan.de Pla.ꝛ Ange.vbi supra, ꝙ spoliatus a iudice etiam est ante omnia restituendus,ac si a priuato spoliatus extitisset.d.c.conquerente,ꝛ.c.cum venissent,de resti-
4 tu.spolia.Quis † enim presumatur pro iudice in ijs,que in iudicio fiunt.c.in presentia,de renuntia.c.cum a nobis,de testi.ꝛ.c.sicut,de re iudi.nō tamen sic presumitur in ijs que fiunt extra iudicium.Et ideo si iudex preter figuram iudicij aliquē spoliat,facienda est restitutio, secundum gl.que hoc notat in.d.l.meminerint cūcti.C.vnde vi. Sic autem processisse legitur ꝛ apparet egregius vir dominus tunc vicarius Forcalquerij: qui non seruata forma mandatorum dicti tunc eminentis Regij consilij, ꝛ spectabilium do.magni presidentis ꝛ dominorum magistrorum rationalium:hoc est, non verificatis precibus,non constito in aliquo de intētione predictorum syndicorū, seu vniuersitatis Forcalquerij,ꝛ eodē Reynaudi nō audito, mandauit ꝛ fecit domū eius manu militari occupari, ꝛ pro summa trecentorum florenorum,quam eidem vniuersitati dicti syndici pretendebant deberi per prefatum Reynaudi, capi,vendi,distrahi,ꝛ pro pretensis emptoribus expediri: domum(inquam)ꝛ bona mobilia latius mentionata ꝛ expressa in processu.Censendus est igitur dictus Claudius fuisse possessione predictorum bonorum spoliatus: ꝛ sic debuit ꝛ debet ante omnia reintegrari, ꝛ signanter ante illam petitoriam causam,cuius pretextu fuit idem Claudius possessione bonorum suorum spoliatus. Et hoc satis senserunt prefati spectabiles do.magnus Presidēs ꝛ magistri rationales:qui propterea cassarunt ꝛ reuocarunt dictas exequutiones, ꝛ rem reduci in prestinum statum,ꝛ omnia eidem Claudio restitui: quod nondum factum est. Et quidem non solum restitute non sunt ille Cariote de quibus in processu, ꝛ alia multa que capta ꝛ sibi surrepta pretēdit ipse magister Claudius:sed nec racemi vinee prementionate,quos constat fuisse vēditos ꝛ distractos. Nec sufficit ꝙ pro illis oblati ꝛ deinde depositi extiterint viginti quinque floreni,qui (vt pretenditur) fuerāt per matrem ꝛ vxorem dicti magistri Claudij, aut earum alteram exbursati:quia (vt positum est in facto, ꝛ vt puto probabitur)illi non sunt legitimus valor, seu pretium legitimū dictorum racemorum.Et sic nō esset idem Claudius habiturus de dicto pretio omnem commoditatem:ꝛ per consequens non esset plene reintegratus. Ceterum non puto ꝙ quoad Cariotas,ꝛ alia de quibus nō apparet,nec fidem posset facere ipse magister Claudius, non puto iuramentum in litem sibi deferendum, seu ꝙ.l.si quando.C.vnde vi,ꝛ.c.super eo, quod me.cau.in hoc casu locum habeant
5 contra dictam vniuersitatem:pro eo † quia (vt colligitur ex ijs que notant Cyn.ꝛ alij docto.in.d.l.si quando, ꝛ cano.in.d.c.super eo,illa iura exigunt ꝙ in eo, contra quem petitur deferri iuramentum, arguatur dolus : quod non
6 fit,nec videtur fieri posse in hoc casu, ꝛ † hoc propter authoritatē seu decretū iudicis : ꝙ ꝙuis nullum vel inualidum existat, excusat a dolo : cum ab illo excuset ꝛ quidem non solum quelibet iusta causa,sed etiā iniusta.l.igitur.§.pen. ff.de libera.cau.quod etiam notat glo.in.l.j.in.fi.ff.de abige.ꝛ in.l.plagij,la.ij.C.ad leg.fla.de plagi. quod etiam voluit Paul.de Cast.consil.xv.exord.Pro clariore examinatione.ꝛ consi.xcj. Alex.de Jmo.consi.xcij.exord.Perspectis ijs que in themate,rc.in primo volu.Andre.Barba.cōsil.xlvij.exord. Scribitur preclare apud ecclesiastem, in prima parte,ꝛ consil.xiij.exord. Illud in medium referam.rc.in quarta parte:ꝛ in terminis nostris Ange.Are. in.d.§.quadrupli,versi.item dixi in libello siue spoliauit,
7 rc.ibi,ex quo mihi potest inferri.Utrum autem possit † dictus magister Claudius pro istis pretensis ablatis, ꝛ de quibus apparere nō potest nisi per iuramētū, agere cōtra dictū pro tūc vicariū,ꝛ petere sibi deferri iuramētum:non est sine dubio. Et quidam si probaretur ꝙ vel gratia, vel pretio corruptus extiterit ad sic procedendum, ꝛ ꝙ sic dolose processisset,satis putarem ꝙ contra eum esset iuramētum deferendum.Sed si nō possit hoc probari,forte presumemus ꝙ per imperitiam iuris hoc fecerit: que censetur lata culpa.l.lata.ff.de verbo.signific.l.imperitia.ff. de reg. iur.l.regula.§.penult.ff. de iur.ꝛ fact.igno.ꝛ quod notant docto.in.l.ij.quod quisq; iu.Quis Ange. ibi voluerit ꝙ in
8 † eo qui vere vel presumptiue videtur asserere se peritum, error iuris nō excusat a pena,que imponitur ratione doli. Et ꝙuis hoc dictum referat Alex.de Jmol. in. l. si quis id quod,versic.limita tamen.ff.de iurisdict.omn.iudic.nec illud dictum ibi impugnet : idem tamen Alexan.videtur in.d.l.ij.ff.quod quisq; iu.ab hoc dicto recedere. Preterea ipse dom.vicarius videtur posse pretendere qualē qualem excusationē, propter literas ꝛ mandatū dictorum do.magni Presidentis ꝛ magistrorum rationalium:pro eo quia putauerunt ꝙ illico,rc.ꝛ nō obstantibus oppositionibus, rc.Quis ipse aduertere debuerit ad illa verba, Forma iam dictarum literarum dominicalium diligēter attenta:in quibus dicebatur, veris supplicatis existentibus.Sed forte parum peritus est: ꝛ ei qualis qualis mandatorum obscuritas sufficiet ad sublationem doli.

¶Rubr.De secun.nupt. ¶Epitome. ¶Consil.cxv.

¶Secundas contrahens nuptias,qui filio prioris matrimonij successerat, horum bonorum proprietatem fratribus defuncti filij seruare tenetur:si bona illa ex priore marito vel vxore ad defunctum filium peruenerant. A. F.

1 ☞ Secunde nuptie amissionem proprietatis quorum bonorum,an ꝛ quando inducant.
2 Pene viri ꝛ femine binuborum sunt communes.
3 Satisdatio inter patrem ꝛ filium interponi non potest.
4 Augmentum pro rata dotis solute tantum debetur: nisi aliud actum extiterit.
5 Confunduntur actiones heredis ꝛ defuncti.

Uiso



Viso casu mihi exhibito parte honestorum iuuenũ Charlote, Joannis, Petri, & Bertrandi Patini, liberorum honorabilis quõdam magistri Patini, vna cum quesitis ex casu huiusmodi elicitis: necnon etiam instrumento matrimonij dudũ per verba de futuro cõtracti per & inter prefatum magistrum Joannem Patini ex vna parte, & nobilem Catherinam filiam nobilis Ludouici villeris habitatorem Cabroti ex alia: dico & respondeo breuiter & succincte, quod licet prefatus quondam magister Joannes Patini, si nondum secundas nuptias contraxerat, successerit pro media parte Antonete eius filie suscepte ex prefata nobili Catherina: & Joannes eiusdem Antonete frater vtrinque coniunctus pro alia parte, auth. de hered. ab intesta. §. consequens, colla. ix. & transumptiue in auth. defuncto. C. ad tertul. tamen quia idem magister Joannes post mortem prefate quondam nobilis Catherine transiuit ad secunda vota, matrimonium contraxit cum nobili Michaela Sarit, ipse magister Joannes perdidit proprietatem illius medie partis ad eum peruente de bonis prefate nobilis Catherine, per id quod notant gl. Bart. & Sali. in. l. femine. §. illud. C. de secund. nupti. vbi volunt, quod sicut mater que prius vel post mortem filij transit ad secundas nuptias perdit proprietatem rerum filij, que peruenerant a patre filij viuentis, & illa proprietas applicaretur fratri vel sorori defuncti, auth. de nupt. §. hinc eos, & transumptiue in auth. ex testamento. C. de secun. nup. ita pater per identitatem rationis similiter perdit proprietatem portionis sue quoad bona que a matre peruenerant ad filiũ, & applicatur illa proprietas fratri persone defuncti: quia
2 † pene secundarum nuptiarum, seu viri & mulieris binuborum sunt communes, auth. de nupt. §. si vero expectet, & l. generaliter, in prin. C. de secun. nupt. Et quamuis illa iura nõ loquantur in casu nostro, sed in lucris immediate prouenientibus ab altero coniugum: tamen satis patet de mente illorum iurium, quod intentio legislatoris fuit in penis secundarum nuptiarum patrem & matrem pari passu ambulare. Et quod illis penis puniatur vir qui liberos habens ex precedente matrimonio conuolat ad secũda vota, quibus punitur mulier que habens liberos ex precedente matrimonio conuolat ad secunda vota, tenet (vt dixi) glo. in. d. l. femine. §. illud, super verbo delata. & hec fuit originaria opinio Azo. in Summa. C. titul. de secund. nupt. prope fin. versicu. item quecunque dicta sunt, &c. vbi Azo postquam dixerat de lucris nuptialibus & hereditatibus filiorum defunctorum, quibus mater successit, quod ipsa mater transiens ad secunda vota amittat proprietatem, subdit Azo. Item quecunque dicta sunt de muliere secũdo nubente, seruanda sunt in masculo ducente secundam vxorẽ: pre-
3 terquam in cautione & satisdatione: que † non videtur posse interponi inter patrem & filium. l. imperator. ff. ad Trebel. Et hãc opinionem etiã sequutus est Ostien. in Summa, tit. de secund. nupt. §. quare. vers. penult. vbi formaliter sequitur sentẽtiam Azo. dicens quod quandoque dicta de muliere secundo nubente habẽt locum in viro secundas nuptias contrahenti. Dixerat autem Ostien. supra de successione matris ad filios, in qua mater propter secundas nuptias efficiebatur de proprietaria vsufructuaria. Istam opinionem etiam sequitur Bart. in. l. de emancipatis. C. de legit. hered. vbi etiam hanc opinionem tenuerũt Ang. & Paul. de Cast. Joan. And. in addit. Specu. tit. de secund. nupt. sup rub. Mathe. de Mate. in suo trac. de succes. ab intest. in. ij. memb. principali, versic. secundo casu quando nos loquimur in patre, &c. vbi etiam de hoc per Ludo. Bologni. in addit. exord. In hoc articulo multum quotidiano, &c. & Franc. de Are. consil. lxxij. exord. Presupponitur in facto quod quondam domina Maya de Tholomeis. Et dicit Bar. in. d. §. illud, questio cũ quod fuisset de facto Bononie, fuit idem cõsultũ per do. Fran. de Fas. Pro hac opinione etiã consuluit Oldr. consil. xxxiij. exord. Quidam habuit vxorem ex qua duos habuit filios, &c. Et quia hec est communis conclusio, a qua non est in consulendo vel iudicando recedendum, iuxta theoricam quam ponit Ostiens. Joan. And. & scribentes in. c. j. de constit. doc. in. l. cum prolatis. ff. de re iud. & in. l. fi. C. de pena iudi. qui male iud. concludo quod per transitum ad secũda vota quondã magister Joãnes Patini perdidit proprietatem eorum bonorũ, que ex materna successione peruenerãt ad dictam Antonetam: & sic remansit solũ vsufructuarius: qui vsufructus morte eiusdem magistri Joãnis Patini finitus est. §. finitur, cũ suis similibus, instit. de vsufructu. Et sic in dictis bonis nihil petere possunt prefati Charlota, Petrus & Bertrandus filij ex alijs vxoribus suscepti: sed sunt solus Joãnis filij predicte Catherine. Et idem dico si priusquam prefata Antoneta ab humanis decessisset dictus magister Jannes Patini, secundas nuptias cõtraxisset cum prefata Michaela: quia propter hunc transitum fuisset impeditus ne cum Joãne filio suo, & fratre predicte Antonete, succederet in proprietate eorum bonorum que ad eandem Antonetam peruenerant ex materna successione: & hoc aperte volunt doct. vbi supra. Pro quo facit quia si propter trãsitum ad secunda vota aufertur patri proprietas iam quesita per successionẽ filij predefuncti: multo fortius propter transitum huiusmodi impeditur a succedẽdo in proprietate ei. l. patre furioso, cum suis similib. ff. de his qui sunt sui
4 vel alie. iur. Quoad id vero quod † queritur de augmẽto dotis eidem quondam Catherine donato per dictũ quõdam magistrũ Joannem Patini, an videlicet illud ex integro debeatur, attento quod dos per dictũ nobilem Ludouicum dicto Patini promissa, non fuerit ex integro exoluta: dico & respondeo quod licet prima facie videatur quod augmentum huiusmodi non esset ex integro soluendum: sed solũ pro rata dotis solute: vt verbi gratia, si fuerit soluta quarta vel media pars dotis, debeat solui quarta vel media pars augmenti, auth. de non elig. secundo nuben. §. illud, & quod ibi Bal. & Ang. collat. j. & transumptiue in authen. sed que nihil. C. de pact. conuen. tam super do. quam super do. propter nupt. & idem post Angel. Aret. voluit do. Jason May. in. §. fuerat, versic. subdit Ange. hic ad vnũ aduertendum, instit. de actionib. tamen puto in hoc casu contrarium: & hoc pro eo quia in instrumento matrimonij dicitur, quod de augmento & iocalibus posset dicta nobilis Catherina facere ad suas omnimodas voluntates in vita pariter & in morte dote soluta, vel nõ soluta. Et post pauca dicitur in eodẽ instrumẽto, quod augmentũ debeat solui per similes solutiões dote soluta, vel non soluta in toto vel in parte. Per que apparet quod partes predicte conuenerunt, quod siue dos constituta soluatur, siue non, debeat augmentum solui. Et sic debetur ex integro: quamuis dos ex integro soluta non extiterit, arg. l. j. §. procul dubio. C. de rei vxo. acti. & l. fin. §. penult. ibi, pacta conuenta seruari oportet. C. de donatio. ante nuptias facit. l. j. §. si conuenerit. ff. depos. & l. si quis in conscribendo, cum suis simil. C. de pact. & (vt refert do. Guido pape in decis. parlamenti Delphinalis, decisione. cclxxiiij. exordien. In contractu matrimonij, &c. post mediũ) ita in iudicando seruatur in dicta parlamenti curia. De qua materia etiam aliquid ponit idem domi. Guido pape decisione. ccccxxx. exordien. Super questione. cclxxiij. Tetigi qualiter augmentuz dotis, &c. Ex quibus concludo quod licet dos predicta non fuerit ex integro soluta: potest nihilominus dictus Joãnes petere a quolibet ex predictis Charlota, Petro & Bertrando Pati-
5 ni quartam partẽ dicti augmenti. Pro † alia vero quarta parte confunditur actio: pro eo quia ipse est heres dicti quondã magistri Joannis Patini eius patris pro quarta parte. l. si ab eo, cum suis similib. C. de nego. gest. Et ita mihi videtur, &c.

¶ Rub. De su. & legit. liber. ¶ Epitome. ¶ Cons. cxvj.

¶ Renũtiatio expressa legitime valet: generalis autem etiam cum iuramento ad eam non porrigitur. A. F.

1 ☞ Promissio de remittẽdo & remissio an & quando idem sint.
2 Juramentum habere videtur vim expressi.
3 Renuntiationum elegans distinctio.
4 Juramentum ad que trahatur vel non trahatur.
5 Petitio hereditatis, vel cõdictio ex lege, dantur pro consequenda per filios legitima.
6 Authoritate propria filij legitimam petentes bona paterna non inuadant: nec authoritate magistratus, nisi vocatis heredibus.
7 Legitima & eius supplementum in quibus capiantur, & de quibus rebus.
8 Alienari etiam immobilia minoris possunt per diuisionem a maiore fratre petitam fieri cum tutoribus.



Ex Themate mihi transmisse consultationis parte honesti iuvenis Joannis Feraudi de Aurayca et suorum fratrum eliciuntur multa dubia: ad que respondeo breviter et succincte prout infra. Et primo ad primum, in quo queritur, an non obstante quietantia, cessione et remissione, quas cum iuramento fecisse dicitur honesta mulier Joanna Feraude eiusdem Joannis soror, de bonis et iuribus paternis, possit eadem Joanna cum dicto Joanne et aliis suis fratribus universaliter succedere providio quondam viro Petro Feraudi eorundem Joanne, et Joannis et aliorum quondam patri: dico et respondeo, quod non. c. quamvis pactum, et quod ibi docto. de pact. in vi. et notant docto. in l. pactum quod dotali. C. de collat. Cum enim pactum huiusmodi fuerit iuramento vallatum, potueritque et possit sine dispendio salutis eterne et detrimento alterius observari, illud servandum est, dicto. c. quamvis pactum, et c. cum contingat, cum suis simili. de iureiur. Et hec intelligo vera, nisi per dolum vel metum fuisset eadem Joanna inducta ad faciendum quietationem, cessionem, et remissionem predictas. Tunc enim non obstaret dictum. c. quamvis pactum. Quo vero ad honestam mulierem Annetam Feraude dictorum Joanne et Joannis sororem, que licet cum iuramento convenerit et promiserit prefato Petro eiusdem quondam patri tunc presenti, etc. quod ipsa renuntiaret bonis paternis: hec tamen nunc facere recusat: dico quod ipsa repellitur et repellenda est ab universali successione perinde ac si renuntiasset: pro quo pro nunc allegasse sufficiat quod voluit Bald. in d. l. pactum quod dotali, versi. decimo octavo queritur, ubi
1 dicit, quod† licet aliud sit promittere de remittendo, et remittere: tamen ubi est alteri ius quesitum vel querendum, non admittitur quis ad deierandum. l. si quis maior. C. de transac. ¶ Ad secundum videtur prima facie dicendum, quod quia in quietatione, cessione et remissione predictis, et in pacto de quietando et renuntiando intervenit iuramentum, † quod videtur
2 habere vim expressi, ut voluit Bal. in l. j. versi. secundo queritur. C. commoda. Alex. de Imo. in d. l. j. in addi. ad Bald. et in l. senium. C. qui testa. face. poss. videantur prefate Joanna et Anneta repellende a petitione supplementi. Sed contrarium puto verius, scilicet quod quietatio, cessio, et remissio predicte non noceant dicte Joanne, nec pactum de quietando et renuntiando noceat prefate Annete, quominus possint petere supplementum legitime: postquam in quietatione et pacto huiusmodi non apparet mentio specialis de legitima. l. si quando. §. et generaliter, et quod ibi doct. C. de inoffi. testam. et quod per illum text. notant Guiliel. de Cugn. Alber. Bal. et Ang. in l. de iis. ff. de transact. Pro quo facit, quia (ut dicit Fran. de Aret. in l. j. §. si quis ita,
3 ff. de verbo. oblig.) multum† refert utrum renuntiatio generalis sit invalida, non quia deficiat consensus, sed quia est indiscreta, iuxta notata in simili in l. cum aquiliana. ff. de transact. an vero dicamus quod renuntiatio alias valida non videatur intellexisse de hoc iure. Nam primo casu propter reverentiam iuramenti valet renuntiatio: sicut valet obligatio, quando quis iurat in genere et in confuso quod observabit omnes contractus per se faciendos, iuxta ea que notant Bart. et Bald. in authen. sacramenta puberum. C. si advers. vend. Sed in secundo casu, quando scilicet in verbis generalibus renuntians non videtur comprehendere ius quod nunc petit, sicut in filio vel filia qui petit legitimam: hec renuntiatio non habet locum in isto iure ex defectu consensus: et tunc succedet regula quam ponit Bart. in l. si quis pro eo, versus fi. ff. de fideiuss. que probatur in. l. fi. C. de non numera. pecu. et in l. fi. C. qui satisd. cogan. scilicet quod quando contractus deficit ratione consensus, tantum importat iuramentum, quantum contractus simplex, et non ultra. Et idem voluit Andr. Barba. consil. lv. exord. Preclare scribitur Sapientie. vij. versic. preterea faciat quod voluit Ange. etc. in secunda parte. Facit ad premissa, quia iuramentum non auget obligationem, sed ei infra limites suos manenti addit vinculum religionis, argu. l. Titius, in fi. ff. ad treb. et quod ponit Oldr. consi. ccxxx viij. exord. Cum mulier donatrix, etc. Cuius dictum commemorat Bald. in d. l. fi. circa princ. C. de non numera. pecu. Quemadmodum ergo quietatio et renuntiatio generalis vel pactum generale de quietando vel renuntiando, si iuramentum non intervenerit in eis, non videntur extendenda ad legitimam vel supplementum illius. d. l. si quando. §. et generaliter. C. de inoff. testa. ita nec videntur quitatio, cessio et pactum iurata extendenda ad legitimam, aut supplementum illius. Et hanc partem videtur sequi do. Jason May. in l. sed et si. §. quesitum. ff. si quis cau. ad quem locum remisit in d. l. si quando. §. et generaliter, versic. limita predicta, et in l. j. ff. si quis in ius voca. non ierit. Et respondet do. Jason in d. §. quesitum, ad dictum Bald. positum in d. l. f. versic. secundo queritur, etc. C. commo. et ad l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. Cui etiam respondet Andr. Barba. in d. consi. lv. quorum responsiones non refero causa brevitatis. Istam partem etiam sequitur Fran.
4 de Cur. consi. lxxv. ubi deducit multa, in† quibus iuramentum non habet vim expressi, et quod illud solum trahitur ad id in quo consentitur, et non ultra: et quod iuramentum non trahitur nisi ad eos casus ad quos traheretur renuntiatio non iurata, per id quod notant Cyn. et Sali. limitantes dictum §. filius matrem, in d. l. j. C. commoda. ubi etiam Alex. de Imo. in addi. ad Bald. Et idem Bart. Bald. et Ang. in l. qui superstitis. §. quesitum. ff. de acqui. heredi. Puto igitur quod prefate Joanna et Anneta possint petere predictum supplementum legitime, si dotes eis pro constitute non ascendant
5 ad valorem legitime. ¶ Ad tertium dico† et respondeo, quod si prefate Joanna et Anneta non sint in possessione bonorum dicti quondam Petri Feraudi una cum fratribus: ille debent petere supplementum, et agere pro eo contra fratres heredes eiusdem quondam Petri, vel condictione, etc. l. omnimodo. C. de inoffic. testa. vel petitione hereditatis, quam multi dicunt dari filio pro legitima seu sup-
6 plemento illius. Et† non debent sua authoritate invadere bona a filiis possessa, nec sibi ius dicere. l. extat. ff. quod me. cau. et non solum male procederent si hoc facerent sua authoritate: sed etiam si hoc facerent authoritate magistratus dictis heredibus non vocatis et auditis: pro quo allegasse sufficiat notata per do. Jasonem May. in l. fin. C. de iure delibe. Si vero sint in possessione bonorum predictorum cum dictis heredibus: ille possunt intentare utile iudicium familie ercisc. pro divisione bonorum, et petere sibi assignari in bonis id quod deest de legitima, per id quod notat Alexan. de Imo. in l. plane. §. si duobus. ff. de
7 lega. j. ¶ Ad quartum dico et respondeo, quod† si prefate Joanna et Anneta nolint habere predictum supplementum in pecunia, poterunt de iure illud petere in substantia bonorum hereditariorum. l. scimus. §. repletionem, et quod ibi per docto. communiter. C. de inoffic. testa. quod etiam voluit Bar. in l. suus quoque, in fi. principij, ubi etiam Joan. de Imol. et alij. ff. de heredi. institu. Et quamvis eisdem Joanne et Annete debeatur supplementum in qualibet re hereditaria: illud tamen non debet in qualibet re assignari: sed assignabitur in una re, vel in duabus aut pluribus, prout concordabunt dicti Joanna, Anneta et heredes: vel si non poterunt concordare, debebunt ipsum habere in una re vel in duabus, de quibus visum fuerit iudici. l. non amplius. §. j. ff. de leg. j. et quod notat glo. in l. filium quem. C. famil. ercisc. Joan. de Imol. in d. l. suus quoque, et alij in aliis locis. ¶ Ad quintum dico et respondeo, quod dicti heredes non possunt sua authoritate expellere dictam Joannam: postquam ipsa est in possessione. Propter quod consulerem quod ipsi heredes et Joanna convenirent et concordarent, et quod eidem Joanne expedirent supplementum legitime. ¶ Ad sextum
8 dico et respondeo, quod† maiores xxv. annis possunt agere contra tutores minorum, et petere bona dividi. l. j. §. si communis, et quod ibi glo. et docto. ff. de re. eo. qui sub tutel. et l. inter omnes, et quod ibi glo. et docto. C. de predi. minor. Quamvis enim alienatio bonorum immobilium sit regulariter minoribus interdicta: hec tamen regula fallit in divisione, quando illam adversus minorem fieri postulat maior, qui cum minore habet rem vel bona communia: quia hoc casu divisio fit ex necessitate. Que omnia dixerim, etc.

¶ Rubr. Que sit lon. cons. ¶ Epitome. ¶ Consil. cxvij.

¶ Summatur ut in primo notabili. V. F.

1 ¶ Consuetudo et possessio longissime vim habent privilegij.
2 Narrativa verba plurium etiam antiquorum instrumentorum an et quando non probent.
3 Communi rei unus ex condominis sine consensu aliorum servitutem imponere non potest.

Ex


Ex Forma, tenore, & cõclusione petitionis parte venerabiliũ & religiosorum virorũ do. canonicorũ & Capituli ecclesie Senecẽsis, oblate & producte cõtra & adversus magnificũ virum do. Cotigniaci, colligitur & apparet eosdẽ do. canonicos & Capitulum intentasse confessoriam actionem & possessorium retinende, & sic duo remedia: in quorũ quolibet debent obtinere, si tamen proposita & deducta in petitione huiusmodi probata extiterint. Et quidẽ in petitorio: pro eo quia parte eorum deducitur, ipsos fuisse in consuetudine ac possessione seu quasi, a. x. xx. xxx. xl. l. lx. & centum annis, & citra, ac ultra, & per dicta tempora, & alias a tanto tempore & per tantum tempus, ꝙ de initio huiusmodi memoria
1 non existit. Que† cõsuetudo & possessio habent vim privilegij. c. super quibusdam. §. preterea, de verb. signific. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotidia. & esti. & quod not. glos. fin. & doct. in. c. j. de prescript. in. vj. & Bartol. in. l. qui neq;. C. de incolis, & in. l. j. C. de mulieribus & in quo loco. Quemadmodum igitur deberent obtinere in petitorio si probarent se habere privilegium ab eo qui illud concedere potuit: ita & obtinere debent prefati do. canonici & Capitulum in dicto petitorio, si probent cõsuetudinẽ & possessionem predictas, aut earum alterã. Sed an probent respondere non possum: pro eo quia nõ vidi respõsiones testium parte eorũdem do. canonicorũ & Capituli in hac causa productorum: quas propterea ut possem respõdere videre voluissem. Quamvis enim fuerint parte eorum producta prima instrumenta, & inter ea duo principalia, unum scilicet confessionis facte anno Domini M. cclxxj. per do. Guilielmũ de Blenis, dominum pro medietate castri de Blenis & territorij illius, & aliud donationis facte per do. Sibyllam de Blenis, uxorem nobilis Leõcij de Cosa: per illa tamen (q̃uis aliqua existant) non probatur intentio dictorũ do. canonicorũ & Capituli. Et quidẽ non per confessionem dicti do. Guilielmi: quia licet narrative dicatur in dicto instrumẽto, ꝙ ipse erat dominus pro medietate loci & territorij predictorum: hoc tamen alio non apparente non probatur per dictum instrumentum in preiudicium
2 dicti do. Cotigniaci. Quia† q̃uis dici soleat ꝙ verba narrativa & enuntiativa plurium antiquorũ instrumentorum per diversos & inter diversos confectorũ regulariter probant, iuxta id quod notant Bald. & post eum omnes moderni cõmuniter in. l. ex aliquis. C. de iure deliber. & doct. in. c. cum causam, de probat. hoc tamen fallit & limitatur ut non procedat in favorem narrantiũ, enuntiantium seu affirmãtium, aut suorum successorũ: quia tunc non statur assertioni, seu enuntiationi aut narrationi etiam in facto antiquo, ad probandum dominium. Quod procedit non solum si sit unum instrumẽtum antiquum: sed etiam si sint plura & cum hoc etiam concurrat concessio alijs personis facta, secundũ Specul. qui ita singulariter tractavit titu. de emphy. §. nũc aliqua, vers. lvij. & lviij. ubi vult expresse, ꝙ nedum una charta antiqua concessionis in emphyteusim: sed nec plures probẽt ecclesiã concedentẽ esse dominã rei concesse in emphyteusim, & ita videtur Spec. intelligere. c. inter dilectos, ad fin. de fide instru. hanc doctrinã sequitur Fran. de Are. in. d. c. cum causam, versi. primo casu, &c. ubi subiungit ꝙ licet Spec. non assignet rationem predictã: illa tamen potest esse ratio: & credit ꝙ fuerit de mẽte Spec. Cum igitur hoc, scilicet ꝙ dimidia pars loci & territorij loci predictorũ spectant ad dictum do. Guilielmum fuerit & sit una assertio eiusdẽ do. Guilielmi: ex cuius persona, & in vim cuius prefati do. canonici & Capitulũ pretendunt se posse eorum animalia depascere in dicto territorio, & alia inibi facere, de quibus in dicta eorum petitione: non videtur predictũ instrumẽtum probare ꝙ dictus do. Guilielmus esset dominus pro dimidia vel alia parte dictorum loci & territorij, maxime alio non apparẽte. & idem videtur dicendum de instrumento donationis facte per dictam dominã Sibyllam: scilicet ꝙ illud nõ probet eandem do. Sibyllam fuisse dominam pro parte loci & terri-
3 torij predictorum. Preterea† illud certum est, ꝙ ubi sunt plures domini unius castri seu ville, vel etiã unius fundi aut plurium, non possunt aliqui ex illis concedere servitutem in talibus rebus, nisi omnes consentiant vel ab initio, vel postea. l. per fundum. ff. de servitu. rustic. pred. & quod notant omnes canon. in. c. cum omnes, de constit. Cum igitur dicta do. Sibylla non se pretenderet esse dominam in solidum loci & territorij predictorũ, sed pro parte: ipsa non potuit donare dominis canonicis & Capitulo predictis pasquerium seu iura pasquerij in dicto territorio. Addo ꝙ in dicto instrumento non legitur eandem do. Sibyllam simpliciter donasse predictum pasquerium: sed q̃tum ad ipsam, seu ad suam iurisdictionem spectabat: que donatio, aliter nõ constito de suo iure, parum valuit, per ea que scribunt doct. in. l. si sic. ff. de lega. j. & in. l. locus. ff. de acqui. posses. Propter hec igitur & alia dixi, ꝙ predicta instrumẽta nõ sufficiãt ad probãdum dicta iura, nec ad hoc etiã cum illis sufficiunt alia: nisi probentur consuetudo & possessio predicte, aut earum altera. Sed si hec probarentur, essent prefati do. canonici & Capitulum in bona spe obtinende victorie. Sed quia hoc sciri nõ potest, nisi visis depositionibus testium, quas non vidi, non possum aliter respondere. Quo vero ad possessorium retinende, non est dubiũ quin in illo obtinere debeant dicti do. canonici & Capitulum, si probent de possessione. Sed cum (ut dixi supra) testium depositiones non viderim: aliter respondere non possum. Que omnia, &c.

¶ Rub. De reb. cred. & iureiur. ¶ Epito. ¶ Cõsi. cxviij.

¶ Iuramentum remitti potest inter partes, que cuidam tertio absenti, pro quo nemo stipulatus fuerat, providerant. A. F.

1 ☞ Absenti an & quando ius queratur per contrahentes, si nemo pro eo stipuletur: &. 4.
2 Revocari provisio absenti facta per contrahentes an & quando possit: & nu. 3.
5 Iuramentum etiam de iure canonico an & quando actionem non prestet.


Ponitur In facto ꝙ nobiles & generosi viri Trophimus, Ludovic⁹, & Ioãnes de Luperijs patruus & nepotes fecerunt sibi invicẽ, mutuo & vicissim donationes inter vivos, post mortem effectum sortituras, sub cõditione tamen si sine heredibus masculis legitime & in matrimonio procreatis decederent. In quibus, & post certas provisiones de quibus in instrumẽto donationum huiusmodi, reperiuntur in calce donationis facte per dictum nobilem Ludovicum verba sequentia. Et si casus adveniret ꝙ dictus Trophimus & Ioannes de Luperijs decederẽt ambo sine masculis legitimis, vult dictus Ludovicus ꝙ dicta bona pertineant ad proximiorem cognominis & insigniorũ de Luperijs. Et si casus contingeret ꝙ nemo esset de cognomine & insignijs de Luperijs vult dictus Ludovicus ꝙ dicta bona pertineant ad suum proximiorem primum filium descendẽtem ex insignijs de Luperijs, cũ conditione, ꝙ ille primus filius deferet nomen, appellationem & insignia de Luperijs. In calce vero donatiõis facte per prefatum nobilem Ioannem, ponuntur hec verba, Et si contingeret ꝙ dictus Trophimus & Ludovicus non haberent filios masculos legitimos, & decederent ambo sine masculis: vult dictus Ioannes, ꝙ dicta bona pertineant ad proximiorem de cognomine de Luperijs. Et si casus contingeret ꝙ nemo esset de cognomine & insignijs de Luperijs, vult dictus Ioannes ꝙ dicta bona pertineant ad proximiorem suum primum filium descendentem ex feminis de cognomine & insignijs de Luperijs: cum conditione ꝙ ille primus filius portabit nomen, appellationem & insignia de Luperijs. Ex quibus oritur questio seu dubium: an dictus nobilis Trophimus donatarius & heres dicti quondam nobilis Ludovici, & prefatus nobilis Ioãnes possint provisiones predictas, factas scilicet in favorem agnatorum, seu eorum qui sunt de cognomine de Luperijs, vel filiorum masculorum ex mulieribus cognominatis de Luperijs, mutuo consensu tollere, cassare, & revocare in preiudicium dictorum agnatorum & filiorum masculorum descendentium ex mulieribus de
1 Luperijs. Pro cuius dubij solutione premitto, q̃ter discursu instrumenti dictarum donationum non apparet, ꝙ super dictis pretensis provisionibus intervenerit stipulatio notarij, seu acceptatio per eum vel alium facta pro & nomine agnatorũ & filiorũ masculorũ predictorũ. Et sic nõ sumus in terminis in quibus loquitur Bal. in. l. cũ a socero. C. de iu. do. Fran. Are. in. l. qui Rome. §. Flavius hermes, versi. licet autẽ predicta procedãt, &c. ubi etiam Alex.

de Imo. versi. ideo secundum eum videtur ꝙ si aliquis, ⁊c.
ff. de verbo. oblig. ⁊ Franc. de Are. consi. lxxiiij. versic. dili-
genter ⁊ mature ponderatis, ⁊c. versic. sed tamen his non
obstantibus. In quibus locis doc. prefati sentiunt, ꝙ pro-
uisio seu pactum factum inter contrahentes in fauorem
tertij absentis non potest eo inuito reuocari, si tempore fa-
cte prouisionis notarius vel alius stipulatus extiterit, vel
prouisionē (vtpote donationem) acceptauerit pro absen-
te. Premitto insuper ꝙ non solum non interuenit stipu-
latio notarij, seu ipsius vel alterius a dictis nobilibus
Trophimo, Joāne ⁊ Ludouico acceptatio: sed nec viden-
tur ipsi nobiles tunc contrahentes ⁊ sibi mutuo ⁊ vicissim
donantes super hoc pactum fecisse: sed solum dictum est
(vt predixi) vult dictus Ludouicus de Luperijs: ⁊ vult
dictus Joannes de Luperijs. Et sic non videmur esse in
casu d. l. quoties. C. de donat. que sub mo. vel in casu de quo
loquitur Bart. ⁊ post eum alij docto. in d. l. qui Rome. §.
Flauius hermes, Bal. in d. l. cum a socero, versi. modo re
stat hic examinare. Franc. de Aret. in d. consil. lxxxiiij. ⁊
2 Joā. de Imo. in c. potuit, de loca. Et si essemus† in illo ca-
su: videretur ꝙ prefati nobiles Trophimus ⁊ Ludoui-
cus, quoad bona donata per eundem Joannem, possent
prouisiones predictas cassare ⁊ reuocare, secundum Bart.
in d. §. Flaui⁹ hermes, per id quod habetur in l. iij. ⁊ quod
ibi notatur. ff. de seruis exportan. ⁊ in hanc sententiam
videntur inclinare Joan. de Imol. Fran. de Are. ⁊ Alex.
de Imo. in d. §. Flauius hermes. Fran. de Are. in d. con-
si. lxxiiij. Bald. in d. l. cum a socero, ⁊ Joan. de Imo. in d.
c. potuit, ideo autem dixi, quoad bona donata per dictum
nobilem Joānem, quia quoad bona donata per prefatum
nobilem Ludouicum, non videretur ꝙ dictus nobilis
Trophimus heres, ⁊ prefatus nobilis Joannes possent
prouisiones predictas reuocare, secundum Barto. in d. §.
Flauius hermes, dicta. l. iij. ff. de seruis export. quod etiā
voluit Bart. in d. §. Flauius hermes, ⁊ quem sequitur ibi
Alexand. de Imol. versicul. vltimus casus, ⁊c. ⁊ Salic. in
d. l. quoties. C. de dona. que sub modo. Quamuis Bald. in
d. l. cum a socero, tenuerit cōtrarium, scilicet ꝙ imo etiam
heres donatarij ⁊ donatarius possint reuocare. Sed re-
3 deūdo† ad id quod supra dixi, an videlicet possit prouisio
predicta, quatenus concernit proximiorem agnatum, vel
filios masculos descendentes ex feminis de Luperijs, re-
uocari per eosdem nobiles Trophimū ⁊ Joānem, quoad
bona per eos donata: videretur ꝙ sic: attēta forma verbo-
4 rum. Quia quoad dictos† proximiorē ⁊ filios masculos,
facta est donatio seu prouisio absentibus nullo interueniē-
te aut stipulante pro eis, in quos sunt directa verba obli-
gatoria. Et sic videntur ille prouisiones fuisse nulle ⁊ pror-
sus inutiles, per id quod notant glo. ⁊ post eam Ang. in l.
stipulatio ista. §. si quis insulam. ff. de verbo. obligat. An-
gel. in l. j. in princ. versic. Tu potes dicere melius ⁊ subti-
lius, ⁊c. ff. de pact. Alex. de Imo. in l. stipulatio ista. §. alte
ri, versic. secus si dico promittis Titio, ⁊c. ff. eod. tit. Et sic
videtur ꝙ ipsi nobiles Trophimus ⁊ Joānes possint di-
ctam prouisionem, quatenus de facto processit reuocare
⁊ cassare: cum etiam de se esset prorsus inutilis. Et hoc pu
tarem sine dubio esse verum, nisi refragari viderētur ver-
ba posita in versic. Et promiserūt, ⁊c. vbi dicitur, Et pro-
miserunt ⁊ conuenerunt dicte partes donatrices vna alte
ri ⁊ altera reliquis, stipulatione hincinde interueniēte, pre
sentes donatiōes modo premisso factas, ⁊ omnia ⁊ singu-
la in hoc presenti ⁊ publico instrumēto cōtēta tenere, serua
re, attendere, ⁊ complere, ⁊ nunq̄, ⁊c. Et postea subijcitur
iuramentum partium. Ex quo videtur saltem de iure ca-
nonico posse nasci actio pro dictis proximiore agnato, ⁊
filijs masculis, per id quod notant Ostien. ⁊ Joan. Andr.
in c. cum venissent de iudi. ⁊ Archi. in c. iuramenti. xxij. q.
v. ad quod facit glo. in c. quoties cordis. j. q. vij. Fateor ta-
men ꝙ Innocen. tenuit contrarium in c. nouit, de iudic. ⁊
in d. c. cum venissent: q̄uis fateatur ꝙ agi possit ad obser-
uantiam iuramenti per viam denuntiationis: vel etiam ꝙ
possit implorari officium iudicis, prout ipse videtur velle
in c. quintauallis, de iureiuran. Et hanc opinionem In-
5 noc. scilicet† ꝙ de iure canonico non oriatur actio ex iura
mento, tenuit etiam Joann. de Imol. in repeti. c. cum con-
tingat, versic. circa tertiam speciem iuramenti: ibi, de iu-
re autem canonico an ex iuramento, ⁊c. de iureiur. ⁊ sic iste
articulus nō est sine dubio. Quia si sequimur opinionem
Innoc. ⁊ Joan. de Imol. volentium ꝙ non solum de iure
ciuili non oritur regulariter obligatio ex iuramento. l. vt
iurisiurandi, in princip. ff. de ope. liber. ⁊ l. si quis pro eo, in
prin. ff. de fideiusso. ⁊ quod notat Joan. de Imo. in d. ver-
si. circa tertiam speciem iuramenti, ⁊c. Sed nec de iure ca-
nonico ex iuramento producitur actio: possemus forte di-
cere ꝙ dicti nobiles Trophimus ⁊ Joannes possunt re-
uocare dictam prouisionē. Si vero sequimur opinionem
Ostien. Archi. ⁊ Joan. Andr. diceremus contrarium. Et
sic articulus non est sine magno dubio. Puto tamen ꝙ
eisdem nobilibus Trophimo ⁊ Joanni obesse vel nocere
non poterit, si declarent mētes suas: ⁊ reuocent, ac sibi mu
tuo ⁊ vicissim remittant iuramentum. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub. De reuocan. donat. ¶ Epitome. ¶ Consi. cxix.

¶ Immēsam donationem arguere non possunt filij, qui-
bus relicta est legitima etiam super donatis bonis. V. F.

1 ☞ Principis nomen initio instrumentorum est appo-
nendum: ⁊ an ⁊ quando omissio eius instrumentum vi-
tiet.
2 Consuetudo quantum robur per principis tolerantiam
accipiat.
3 Notarius omissum nomen principis in instrumento an ⁊
quando deponere possit.
4 Donatio per patrem filio in potestate constituto facta, an
⁊ quando valeat.
5 Statutum secundum ius commune exaudiendum.
6 Statuti cassatio simplex iuramentum non cassat.
7 Insinuationi donationis renuntiari potest etiam per ge-
neralem renuntiationem omnium iurium cum iuramēto.
8 Legitima capitur etiam super bonis donatis.



Uppositis Duabus dona-
tionib⁹ factis per
honorabilem quōdam virum magistrum
Andream Alphanti notarium, honora-
bilibus viris magistro Joanni Alphan-
ti notario, ⁊ Rostagno Alphanti ipsius
magistri Andree filijs naturalibus ⁊ legitimis, ⁊ in patria
potestate tempore donationum huiusmodi constitutis.
insuper ⁊ supposito ꝙ bona donata valerent tempore di-
ctarū donationum quatuor mille florenis: quesitum est de
dubijs sequentibus. ¶ Et primo, an instrumentum dicte
prime donationis valeat, ⁊ per ipsum probetur ꝙ dictus
quondam magister Andreas Alphanti fecerit donatio-
nem de qua in eo. Secundo, an donatio de qua ibi, ⁊ que
facta supponitur de bonis valentibus tribus mille flore-
nis, valuerit. Et idem queritur de secunda: que facta dici-
tur de bonis valentibus duobus mille florenis. Tertio
an venerabilis vir dominus Petrus Alphanti ⁊ Jaco-
bus Alphanti, filij quondam naturales ⁊ legitimi dicti
magistri Andree, ⁊ fratres ac coheredes dictorum magi-
stri Joannis ⁊ Rostagni, possint donationes predictas
impugnare pretextu immensitatis: Et q̄ta sit eorum legi-
tima. ¶ Venio ad primum: quod ex eo videtur oriri, quia
1 in† dicto instrumento nō est scriptum nomen seremissimi
do. nostri Francorum regis, ⁊ comitis Prouincie ⁊ For-
calquerij commitatuum: quod tamen apponi debuit: per
id quod habetur in auth. vt preponatur nomen imperat.
collat. v. ⁊ quod notant glo. ⁊ docto. in l. generali. C. de ta-
bula. lib. x. ⁊ docto. in c. j. de fid. instrum. ⁊ (vt dicit Joan.
de Platea in d. l. generali, versicu. deinde ponit nomen
imperatoris, ⁊c.) nec est de substantia instrumenti, vt eius
omissio vitiet in terris in quibus est consuetudo: sed in
ijs in quibus non est consuetudo, non vitiat, secundum
Joan. de Pla. qui pro hoc allegat Joan. And. in data. vj.
lib. Ad quod facit quod ponit Ang. consi. ccvj. exord. Vi
sis omnibus actis agitatis, ⁊c. vbi expresse voluit ꝙ in-
strumentum carēs nomine Pape ⁊ Imperatoris, suban-
dio seu principis non recognoscentis superiorem in loco
recepti instrumenti, non valet: nisi inibi sit consuetudo iu-
ri communi contraria: quia tunc ratione consuetudinis
sustentatur instrumentum: pro quo etiam allegat notata
2 per Joan. And. in data. vj. Nec† mirum, secundum Ang.
si tunc propter consuetudinem valeat instrumētum: quia
sicut iure ciuili Romanorum introducta est hec solenni-
tas: sic consuetudine ⁊ statuto locali tolli potest, ex quo im
perator vel princeps non reprobat statutum vel consuetu
dinem contrariā. l. iij. §. quod si lex municipij. ff. de sepulch.
viola. l. de quibus. ff. de legi. l. ij. C. quemadmo. testa. aper.

l.omnes populi.ff.de iustitia ⁊ iure, ⁊.l.cunctos populos.
C.de trini.⁊ fi.catho. Et summ. subiunxit Angel.vbi su⸗
3 pra, ꝙ etsi talis consuetudo non vigeret: si tamen†nota⸗
rius per errorem omisisset ponere nomen principis, cum
ad eius officium pertineat in instrumentis hanc solenni⸗
tatem apponere,non ad partes:potest ipse tollere hunc er⸗
rorem ante expeditionem instrumenti, ⁊ in ipso ponere
nomen principis: postea vero facere non posset, nisi cum
authoritate iudicis. Et per hec patet respõsio ad primum
4 quesitum. ¶ Ad secundum dico, ꝙ†tam huic prime dona
tioni, q̃ secunde videtur obstare, ꝙ ille facte extiterint per
patrem filijs in ipsius potestate constitutis: ⁊ sic videntur
fuisse nulle.l.ij.⁊ quod ibi glo.⁊ docto.C.de inoffic.donat.
⁊.l.donationes,la.j.C.de donat.inter vi.⁊ vxo.Sed huic
obiectioni respondetur, ꝙ illa non obstat. Tum quia in
donationibus huiusmodi interuenit iuramẽtũ: per quod
censentur fuisse cõfirmate,per id ꝙ eleganter voluit Bal.
in.l.iij.C.de vsuca.pro don.⁊ idẽ videtur sensisse idẽ Bal.
in.l.si donatione.C.de collat.vbi etiã apertius hoc voluit
Alexan.de Imol.qui etiam pro hoc consuluit consil.viij.
in secundo volu.⁊ consi.xx.in tertio volu. Pro hac parte
etiam consuluit Bald.consil.ccclxv.exord. Premitten⸗
dum est ad euidentiam ꝙ donatio facta filio,⁊c.in tertia
parte:⁊ Franc.de Aret.consil.lxxvij.exord.Et ratio scri⸗
bendi recte in consilijs,⁊c.versi.circa tertium: ⁊ idem vo⸗
luit consi.xvij.⁊ do.Iason May.in repet.l.frater a fratre,
versi.breuiter teneas contrarium, ⁊c.ff.de condict.indebi.
vbi multa inducit,que videri possunt,⁊ que propterea cau
sa breuitatis nõ refero.Et q̃uis aliqui hoc teneant, quos
etiam ipse refert,inter quos fuit Paul.de Cast.consil.cv.
exord.Circa bona que fuerunt domini,⁊c.quia tamen pri⸗
ma opinio est communis, non est ab illa recedendum.l.j.
versic.crebrior apud veteres opinio. ⁊c.ff.de offic.questo.⁊
quod notant Ostien.Ioan.And.Ant.de Butr.Panor.
⁊ alij,de constitu.vbi do.Felin.ponit multas remissiones.
Tum etiam non obstat predicta obiectio quia supposito
ꝙ donationes predicte fuissent nulle propter patriam po⸗
testatem: quia tamen idem quondam magister Andreas
ab humanis decessit illis non reuocatis, ille fuerunt con⸗
firmate etiam tacite. d. l. donationes. Secundo videtur
obstitisse ⁊ obstare dictis donationibus statutum Pro⸗
uincie:quo prohibentur fieri donationes inter viuos exce
dentes summam decem florenorum, nisi in eis obseruetur
solennitas de qua ibi.Quo fit vt cum solennitas huiusmo
di obseruata non extiterit in dictis donationibus, ille va
lere non videantur, quatenus excesserunt ⁊ excedunt di⸗
ctam summam. Sed hec obiectio non obstat: pro eo quia
statutum simpliciter loquens de donatione non debet in⸗
telligi de donatione iurata,vt probat Ioan.de Imo.in.c.
cum contingat,in tertio membro,versi.nunc pro declara⸗
tione materie an per statutum possit prohiberi, ⁊c.de iu⸗
5 reiurand.quia†statutum debet interpretari secundum ius
cõmune.l.ij.C.de noxa.⁊.c.cũ dilectus,de consuet.Sed de
iure communi semper potentius operatur actus iuratus,
q̃ non iuratus.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de lega.ij.l.
j.§.⁊ cum lex.C.de rei vxo.actio.⁊.l.pactum quod dotali.
C.de colla.iuncto.d.c.cum cõtingat,⁊.c.q̃uis pactum, de
pact.in.vj.Premissa confirmantur per notata per glo.fi.
in.c.cum non deceat,de elect.in.vj.per quam dicit Angel.
6 in.l.j.§.que onerande.ff.qua.re.actio non da.ꝙ†licet Pa
pa vel Imperator casset consuetudines vel statuta, non
intelligitur cassare statuta iuramento confirmata:⁊ sequi⸗
tur hoc Lappus Abbas, ⁊ Ioan.Andr.in nouel.in.d.c.
cum non deceat: pro quo allegat.c.j.de constitut.in.vj.⁊.c.
cum aliquibus, de rescript.eo.lib.Tertio facit contra di⸗
ctas donationes,quia(vt colligitur ex casus narratione)
ille, ⁊ earum quelibet excedunt summam quingentorum
aureorum: ⁊ sic non videntur valuisse, saltem quatenus
excedunt summam predictam, seu valorem illius.l.sanci⸗
mus.C.de donatio.cuius dispositio procedit etiam in do⸗
natione facta inter coniunctos.l.data.C.de donatio. Nec
vidẽtur donationes huiusmodi fuisse firmate per iuramẽ⸗
tum dicti quondam magistri Andree, per id quod notat
Bald.in.l.illud,versi.quinto quero.C.de sacrosanc.eccle.
Pro qua parte possunt multa induci, ⁊ eam post Bald.
fuerunt multi sequuti tam scribendo, q̃ cõsulendo: quas
gratia breuitatis nõ refero. ¶ Sed his nõ obstantibus,
que non obstant, dico ꝙ imo donationes predicte value⸗
runt:cum ille fuerint ⁊ sint iurate, ⁊ dictus quondam ma⸗
7 gister Andreas renũtiauerit†insinuationi,seu legi dispo⸗
nenti de ⁊ super insinuatione: quod facere potuit, vt vo⸗
luit Ioan.Andr.in addi.Spec.tit.de instru.edi.§.porro,
in vlti.magna addi.quem sequitur Ioan.de Imol.in sua
solenni repetitione dicti.c.cum contingat, in.x. membro,
versi.sed dubium est quid iuris si interueniat iuramẽtum:
vbi etiam pro hac parte multa inducit, ⁊ respondet moti⸗
uis Bald.tenentis opinionem contrariam,⁊ Saliceti du
bitãtis.Hanc partem etiam sequutus est Frider.de Sen.
consi.cclxxxj.exord.Casus talis est,⁊c.Ang.in.d.l.sanci⸗
mus.§.fi.Bal.in.d.c.cũ contingat,⁊ in.§.⁊ cũ retro, Insti.
de dona.Alex.de Imo.in.l.nemo, vbi multos cõmemo⸗
rat tenentes hanc partem.ff.de leg.j.vbi etiam dicit se pro
hac parte sepissime consuluisse:quod ⁊ verum est, prout vi
deri potest in remissionibus quas ponit Fran.de Cur.vbi
etiam alios q̃ plurimos cõmemorat sequentes hanc par⸗
tem in addi.ad consi.lxvij.inter sua consi.quod fuit Ioan.
Ant.de Placen.⁊ do.Prepos.Mediolaneñ.⁊ per alios
subscriptum fuerunt ⁊ sunt alij multi etiam sequentes
hanc partem:quos non refero. Et quia ista opinio vide⸗
tur mihi communior, non est ab ea in consulendo vel iudi
cando recedendum. Quod autẽ idem magister Andreas
renuntiauerit insinuationi,seu legi illam introducẽti, ap⸗
paret ex instrumentis donationũ huiusmodi. Et quidem
de secunda nemini est dubium, pro eo quia expresse ⁊ speci
fice hoc ibi exprimitur. Etiam patet ꝙ idem factum exti⸗
terit in prima:p eo quia(vt iam dixi) in ea interuenit iura
mentũ, ⁊ deinde subijciũtur multe renũtiationes, ⁊ cõse⸗
quenter additur eundem magistrum Andream renun⸗
tiasse omnibus alijs iuribus ciuilibus ⁊ canonicis, qui⸗
bus donationes infirmãtur. Ex quibus colligitur ꝙ cum
iuramentum habeat virtutem specialis renuntiationis, vt
voluit Bald.in.l.j.q.ij.C.cõmoda.⁊ Rom.in.l.j.§.si quis
ita.ff.de verbo.oblig.dictus Andreas satis censeri debeat
renuntiasse insinuationi, seu legi illam introducenti. Et
per hec patet responsio ad secundum quesitum. ¶ Ad ter⸗
tium dico ⁊ respondeo, ꝙ cum prefato quondam magistro
Andree superfuerint, vt audio, quatuor filij masculi, ⁊ vna
filia,scilicet prefatus magister Ioannes,seu eius liberi(vt
mihi relatum est post predicta) ⁊ dicti do.Petrus, Ro⸗
stagnus,Iacobus,⁊ Catherina:horum omnium legitima
fuit semis,seu dimidia pars bonorum dicti quondam ma⸗
gistri Andree, eorum scilicet que superfuerũt deducto ere
alieno ⁊ funeris impensa,authen.de trien.⁊ semis.§.j.col⸗
la.iij.⁊ transumptiue in auth.nouissima.C.de inoffic.testa.
iuncta.l.Papinianus.§.quarta autem.ff.eo.tit. Et sic le⸗
gitima cuiuslibet est decima pars predictorum bonorum.
8 Et†intelligo de decima parte bonorum, habito respectu
nõ solum ad illa bona que post donationes predictas re⸗
manserunt in patrimonio.d.quondã magistri Andree:sed
etiam habito respectu ad bona donata,prout colligitur ex
ijs que habentur in.l.j.⁊ quod ibi glo.⁊ docto.C.de inoffi.
dona.quatenus ibi loquuntur de duabus vncijs grossis
reseruatis tempore donationis de qua ibi,⁊ in quibus fue
runt constituti illi duo filij querelosi de quibus ibi: ⁊ hoc
satis clare aperit Sali.in.d.l.j.q.x. Si igitur detracto ere
alieno ⁊ funeris impensa prefati do. Petrus ⁊ Iacobus,
⁊ eorum quilibet, habeant decimam partem predictorum
bonorum,habito scilicet respectu tam ad bona non dona
ta, q̃ donata: ipsi conqueri non possunt de immensitate di
ctarum donationum:quia vltra eorum legitimas non co⸗
gebatur idem magister Andreas aliquid relinquere, di⸗
cta auth.de trien.⁊ semis.§.j.Sed si ipsi ⁊ eorum quilibet
non habeant decimam partem predictorum bonorum,ipsi
possunt petere supplementum:quod eis supplere tenẽtur
prefati magister Ioãnes seu eiꝰ liberi, ⁊ Rostagnus Al⸗
phanti,auth.de immensis dona.colla.vij.⁊ auth.vnde ⁊ si
parẽs.C.de inoffi.testa.Sed non propterea debent dona⸗
tiones predicte rescindi aut reuocari, etiam si ille fuissent
inofficiose re ⁊ cõsilio.l.si liqueat.C.de inoff.dona.⁊ quod
communiter ponunt scribentes in.l.j.C.eo.tit.

¶ Rubr.De episco.⁊ cler. ¶ Epitome. ¶ Consil.cxx.

¶ Clericari non debet illiteratus,iam coniugatus, ⁊ qui
diecesis est aliene. Si tamen clericus fiat, gaudebit priuile
gio donec deponatur. A. F.



Licet Franciscus Hugonini illiteratus, ac tunc coniugatus, & diecesis aliene, hoc est nō illius episcopi, per quem sibi fuit collata tonsura clericalis, tonsurari aut clericari seu ordinari non debuerit. c. eos. c. cū nullus, & c. fi. de temporu. ordinandorum, in. vj. & c. episcopus benedictionem. dist. lxxvij. collatio tamen ordinis, hoc est characteris tenet. Et quidem de illiterato patet per id quod notant docto. in. d. c. fin. de homine vero ordinato aliene, hoc est non sue diecesis, apparet, per id quod habetur in. c. Lugdunēsis. ix. q. ij. & in. c. quod translationem, de temporib. ordin. quod etiam voluit glo. in regula ratum quis, de regu. iur. in. vj. pro quo allegat dictum. c. quod translationem, & c. j. & ij. de tempor. ordin. in. vj. de coniugato vero apparet per id quod habetur in. d. c. episcopus benedictionem, & quod ibi glo. & apertius do. Prepositus ibi, dicens quod vxoratus non debet ordinari ad minores ordines, nec ei beneficium dari, nisi promittat continentiam: si tamen promouetur, & non exigitur continentia: factum tenet, & habebit beneficiū. Et sic existimo ꝙ huic Francisco fuerit impressus character clericalis, & ꝙ sit clericus: & ꝙ propterea ante depositionem debet gaudere priuilegio clericali. deberet tamen egregius vir dominus officialis Ualentiniensis eos punire de excessibus perpetratis, & non pati ꝙ ipse viuat insolenter. Que dixerim, &c.

¶ Rubrica, De litigiosis. ¶ Epitome. ¶ Consil. cxxj.

¶ Litigiosa res donari non potest, quin saltem donator litem semper prosequatur: pena contrarium facientibus constituta. U. F.



Cessio, Quam titulo donationis & post controuersiam quinimo & litē ceptam per & inter Robertū Thurnerij ex vna parte, & prouidum virū Joannem Thurnerij ex alia, fecisse dicitur idē Robertus Florimundo reclusi, fuit & est illicita, & a iure improbata: & alias talis, propter quam prefati Robertus & Florimundus inciderunt in vitium litigiosi contractus, & in penam de qua in. l. fi. C. de litigiosis. Et quidem de eodem Roberto non est dubium: cum sciret se antea cōtrauersiam mouisse, & libellum in ea produxisse contra prefatum Joannem: cui etiam idem Joannes responderat, & litem fuerat super eo contestatus. Et idem dico de eodem Florimundo, scilicet ꝙ ipse inciderit in penā litigiosi contractus: si tamen & quatenus sciebat litem motam & tunc pendere indecisam inter prefatos Joānem & Robertum. Nec potest prefatus Florimundus litis redēptor in vim dicte pretense donationis experiri & continuare instantiam antea ceptam. Tum quia cessio fuit & est inutilis & nulla. d. l. fi. versic. omnibus instrumentis, &c. & quod notant docto. in. c. ex parte, de aliena. indi. mutan. cau. fact. vbi Panor. versi. si vero cessio fit non potentiori, &c. qui pro hoc allegat dictam. l. fi. & id quod habetur per gloss. in. d. text. in. c. ecclesia sancte Marie, vt lib. penden. vbi etiam docto. & Bart. in. l. j. §. si inter primum. ff. de litigio. Tum & quia si essemus in altero ex casibus in quibus post motam controuersiam potest fieri cessio, prout nō sumus: non posset tamen prefatus Florimundus continere instantiam antea ceptam per & inter dictos Robertum & Joannem, vt voluit Innoc. in. d. c. ex parte: pro quo allegat. l. ꝙ ꝙ. ff. de aqua pluuia arcen. & auth. nunc si heres. C. de litigio. & placuit hoc dictum Panor. in. d. c. ex parte, versi. sed aduerte ad vnum. Sicut enim videmus ꝙ ꝗuis actio litigiosa possit legari in testamento, & tamen prosequutio litis mote fieri debet per heredem: ita dicēdum est in alijs casibus permissis, ꝙ prosequutio fieri debeat per ipsum cedentem, non per cessionarium: quia non debet alterari iudicium cum preiudicio aduersarij. Et hinc videmus ꝙ procurator qui semel fuit litem contestatus, nō potest sine causa remoueri per dominū resistente aduersario. c. ij. iuncta glo. de procurato. in. vj. Ergo fortius nō potest cedens etiam in casu alias permisso aliam prorsus personam substituere in iudicio. Quod si procedat in illis casibus, in quibus potest fieri cessio rei vel actionis litigiose, de quibus in. d. l. fin. §. exceptis: ꝗto magis in ea que damnata est, & a lege reprobata: cuiusmodi est illa, quā fecisse dicitur dictus Robertus. Cui non suffragatur pretensa solennitas illi (vt audio) adhibita, scilicet presentia egregij viri domini iudicis Cristarnaude, & quorundam pretensorum parentum seu agnatorum, vel forte cognatorum dicti Roberti. Quia huiuscemodi solennitas, que producta est ex statuto Delphinali super donationibus inter viuos non faciendis, nisi cum illius obseruatione, non est introducta ad validitatem donationum, seu aliarum cessionum rei vel actionis litigiose: sed ad tollendum suspitionem fraudis, quam nonnunꝙ vel sepissime adhibere solent donatarij contra suos donatores, & per illam illos inducere ad sibi donandum. Sed hic nō loquimur de illa fraude vel suspitione fraudis adhibite per donatarium contra donatorem: sed de fraude per eos adhibita contra tertium: quod prohibet predicta. l. fin. & contrafacientes acerrime punit. Que dixerim, &c.

¶ Rub. De contrah. empt. ¶ Epitome. ¶ Consi. cxxij.

¶ Summatur vt in primo notabili. U. F.

1 ☞ Uenditio, tametsi de ea nullum factum sit instrumentum, valet.

2 Scriptura ad validitatem quorundam contractuum necessaria.

3 Scripturam fieri de contractu an & quando partes velle videantur.

4 Translatio dominij & possessionis an ex inutili contractu fiat.

5 Lesus venditor qualiter concludere debeat, vt ius suum consequatur.



Ex Themate mihi exhibite consultationis parte prouidi viri Lantelmi Bruni eliciūtur quedam dubia. Quibus (prius visis quadam schedula parte ipsius Lantelmi contra Claudium Rogonis in causa, que inter eos pendere dicitur producta, ac testium attestationibus parte eiusdem Lantelmi super ea productorum) respondeo breuiter prout infra. Et
1 primo ad primum, ꝙ† venditio, de qua ibi, fuit & est valida: ꝗuis de ea sumptum non fuerit instrumentum. l. pactum quod bona fide, & quod ibi glo. & docto. de pact. l. cum te. C. de transac. l. non ideo, cum suis simil. C. famili. ercisc.
2 Preterea† certi sunt contractus, ad quorum substantiam seu validitatem requiritur scriptura: quos ponit glos. in. c. j. de censi. in. vj. Ergo in cōtrariū est ius cōmune & regula, scilicet ꝙ regulariter valent contractus, etiam si de eis non fiat publica scriptura: que vtplurimum fieri solet, vt per eam probetur contractus, seu alia dispositio. l. contrahitur. ff. de pigno. Cum igitur venditio non sit de casibus superius mētionatis, illa ad sui validitatē scripturā non requirit. Quāuis igitur de vēditione predicta instrumentum sumptum non extiterit: illa tamen valuit: nec licuit dicto Claudio penitere. l. sicut, cum suis simili. C. de
3 actio. & obliga. Nisi† forte quis dicat, ꝙ imo non valuerit predicta venditio: pro eo quia cum partes dixerint, ꝙ pro ea scribenda adhiberetur notarius: videntur ipse partes voluisse contrahere in scriptis, per id quod ponunt multi in. l. contractus. C. de fi. instru. Et sic cum illa scripta non extiterit, illa non valuit. Sed hoc non obstat. Tum quia ita demum censentur partes voluisse contrahere in scriptis quando dixerunt, ꝙ de contractu fieret instrumētum seu scriptura, & ꝙ alias nō valeret. Et hec fuit opinio Jo. relata per glo. in. d. l. contractus. C. de fi. instru. & in multis alijs locis: quam opinionem sequitur glo. in auth. & si contractus. C. de fi. instru. & illi videtur magis adherere in. l. fi. C. si cer. peta. vbi illam sequitur Jacob. Butr. dicens eam esse communem. Illam etiam sequitur Bart. in. d. l. contractus. Tum & quia esto, citra preiudicium veritatis, ꝙ opinio Azo. recitata in. d. l. contractus, videretur verior, ꝙ tunc censeantur partes contraxisse aut contrahere voluisse in scriptis, quando vel in cōtractu, vel ante eum conueniunt vt de eo fiat scriptura, animum gerentes non prius contrahere, ꝗ scribatur: hoc tamen non obesset: quia non solum non apparet partes predictas gessisse in animo non prius contrahere, ꝗ scriberetur contractus: sed etiam apparet de contrario, ex ijs que parte dicti Lantelmi proposita extiterunt in schedula predicta, & probata: & signanter ex spoliatione per ipsum Rogonis facta, & ex traditione rerum venditarum, & immissione in possessionem do-

mus. Preterea & quia etiam probatū est, q̄ facto contra-ctu venditionis & emptionis, ipse Claudius Rogonis promisit dicto Lantelmo scribi facere venditionem superius mentionatam. Propter quod potius videtur fuisse dictum de facienda scriptura ad probationem faciēdam, q̄ ad substantiam seu validitatē dicte venditionis. Preterea supposito citra preiudicium veritatis, q̄ partes predicte censerentur voluisse cōtrahere in scriptis, prout non videtur: quia tamen dictus Lantelmus fuit inductus in possessionem domus, & quorundam aliorum: & sic quoad hec facta est exequutio venditionis: ipse Lantelmus acquisiuit dominium & possessionē bonorum huiusmodi: & in qua debet ipse manuteneri: eo vel maxime, vel saltem, quia etiam ex parte suīpsius adimpleuit contractum, & tradidit mulas, que fuerunt per eundem Rogonis rece-
4 pte, & pro receptis habite. Nisi † forte quis opponat, q̄ ex inutili contractu non transferatur dominium aut possessio. Sed istud non procedit. Et quidem non quoad possessionem. l. j. §. si vir, & quod ibi doct. ff. de acqui. posses. Non etiam quoad dominium, si tamen erat penes concedētem. Quod etiam, licet aliquando senserit contrarium, postea tamen mutato consilio voluit Bulga. antiquus glossa. relatus per glo. in d. l. contractus, super verbo emptoris. Et idem voluit ibi glo. Cyn. & docto. magis communiter. Pro quo solet allegari. l. eleganter. ff. de dolo. l. dolus, & l. stipulatione. ff. de iure dot. Cōsulo tn̄ q̄ in dicta causa articuletur sigillatim de illis prediis & possessionib⁹ in quorū possessionē dictus Lantelmus inductus est: & q̄ sup h̄s producātur testes. Quo vero ad eas, quarū possessionē nō apprehendit, erit opus offerre libellū super actione empti & vēditi: & cōcludere ad traditionem & expeditionem illorum prediorum venditorum, aut ad solutionem interesse. Voluissem q̄ dictus Lantelmus mihi portasset literas parte dicti Rogonis impetratas: vt sic videre potuissem quid pretendat, & ex quo capite nitatur, & velit impugnare venditionem superius mentionatam, aut illi contraire an scilicet ex eo q̄ forte pretendat se & dictum Lantelmum voluisse contrahere in scriptis, & propterea nō fuisse necesse contractum completum, quinimo nec factum, pro eo quia non fuit in scriptis redactus: aut fortasse ex eo q̄
5 pretendat se lesum. Sed istud non prodesset sibi: nisi † esset lesus vltra dimidiam iusti pretii. Quo casu posset petere iustum pretium suppleri, aut contractum rescindi, iuxta ea que habentur in. l. ij. C. de rescin. vendi. c. penult. & quod vtrobiq̄ glo. & docto. de emptio. & vendi. Hec omnia scribo non per modum allegationum tradendarum in causa: sed per modum memorialis videndi per do. procuratorem huius Lantelmi. Que dixerim salua visione literarum predictarum, &c.

¶ Rub. Solu. matri. quemad. dos peta. ¶ Consil. cxxiij.
¶ Epitome.
¶ Summatur vt in primo notabili. V. F.

1 ☞ Dos profectitia, moriente filia in matrimonio superstitibus patre & liberis, ad patrem reuerti debet: nisi consuetudo vel pactum aliud suadeant. & num. 2. & 3. & fere per totum.
4 Consuetudines quomodo restringantur.
5 Dos aduentitia a matre filie reddenda est.
6 Ordo scripture an & quando attendendus.
7 Dotem mulier habet lucratiuo titulo, vir vero oneroso.
8 Transmittit mater ad suos liberos stipulationem, que in ipso eius obitu purificatur.
9 Renuntiatio matris an & quando liberis noceat.
10 Legitime fructus an debeantur etiam consumpti: & an legitima de bonis etiam donatis capiatur.


Ponitur In facto, q̄ dudum fuit matrimonium per verba de futuro contractum per & inter nobilem virum Petrum Tornatoris ex vna parte, & nobilem domicellam Bonifaciam, filiam naturalem & legitimam nobilis Florentii de Castellana & Honorate Bonifacie coniugum. Cuius matrimonii cōtemplatione, & pro oneribus illius supportandis, dicti nobiles Florentius & Honorata constituerunt & assignauerunt dicte nobili Bonifacie, & pro ea ipsi nobili Petro futuris coniugibus tunc presentibus, & pro se & suis heredibus, &c. in dotē & pro dote ipsius nobilis Bonifacie, dictus scilicet nobilis Florentius florenos octingentos, & prefata nobilis Honorata florenos ducentos, subiuncto & inito pacto solenni & valida stipulatione vallato, q̄ dictus nobilis Tornatoris teneretur & deberet, suiq̄ tenerentur & deberent restituere dicte nobili Bonifacie, aut suis, seu illi vel illis, cui seu quibus restitutio dotis huiusmodi de iure pertineret, eandem dotem seu id & quidquid eundem Tornatoris reperiretur legitime recepisse: q̄q̄ successu tēporis procreatis ex matrimonio huiusmodi duobus liberis, scilicet nobilibus Ioāne Yolans Tornatoris: ac illis & dictis Florentio auo materno & Bonifacia matre superstitibus, vita functus est & ab humanis decesserit dictus nobilis Petrus Tornatoris: post cuius mortem & decessum vita functa est & ab humanis decessit dicta Bonifacia, superstitibus prefatis eius patre & liberis. Postremo vita functus est dictus nobilis Florentius, prius condito eius vltimo & nuncupatiuo testamento in quo heredem vniuersalem instituit nobilem Vincencium Tornatoris: prefatis vero nobilibus Ioanni & Yolans certam pecunie q̄titatem reliquit, pro quo & dote materna voluit eos esse contentos. Quesitum est an mortua dicta quondam Bonifacia debuerit dos predicta remanere apud dictos Ioannem & Yolans liberos, vel reuerti ad dictum Bonifacium patrem. Secundo, an dicti Ioannes & Yolans teneantur & debeant dotem predictam sibi imputare in legitimam quam habituri sunt in bonis predicti Florentii eorum quondam aui materni. Tertio, an renuntiatio bonorum paternorum, quam fecisse dicitur dicta Bonifacia, dictis eius liberis preiudicet. ¶ Venio ad primum: pro cuius solutione Premitto, q̄ licet super hoc olim & diu est, fuerint & adhuc sint magne opiniones, an scilicet moriente filia familias in matrimonio, superstitib⁹ patre & liberis suīpsius filiefamilias debeat dos profectitia ad patrē, qui eā constituit reuerti, vel remanere penes liberos seu eorum patrem, prout solent referre gloss. & doctor. in. l. dos a patre profecta. C. solu. matri. & l. post dotem, in princ. ff. eod. tit. tamen magis communiter tenetur opinio Bulga. Ioan.
1 Azo. & Accurs. scilicet † q̄ moriente filia in matrimonio superstitibus patre & liberis, debeat dos profectitia ad patrem reuerti. Quam opinionē sequuti sunt Iaco. de Rauen. Cyn. Bart. Bald. Angel. & doct. communiter. Pro qua opinione inducuntur presertim in. d. l. dos a patre, & l. post dotem. multa & varia fundamenta: que referre nō expedit. Premitto insuper q̄ licet (vt predixi) hec opinio
2 fuerit antiquitus, & hodie sit magis communis: tamē † de communi consuetudine obseruatur opinio Martini, recitata in iuribus supra proxime allegatis, scilicet q̄ dos huiusmodi non redeat ad patrem, sed remaneat penes liberos, seu patrem eorum. Videndum est igitur an in vim dicte consuetudinis debuerit dos predicta remanere, vel ea nō obstante redire penes dictos liberos, vel ad dictum eorum auum. Ad quod respondeo, q̄ cum consuetudo predicta procedat eo casu quo filiafamilias decessit in matrimonio superstitibus patre & liberis cōmunibus, & dicta
3 Bonifacia † nō decesserit in dicto matrimonio: sed vidua, aut saltem post mortem dicti viri: non potuit dos predicta remanere penes liberos in vim dicte consuetudinis: que hoc casu non loquitur, nec est ad hūc casum extendenda, per id quod notat Bart. in. d. l. post dotem, versi. quinto quero: item facit ad aliud pone, &c. ibi, vbi etiam alii scribentes idem volunt, Bar. in. l. si dotali. ff. solu. matri. & in l. j. in princ. ff. de do. prele. & ponunt multi in. d. l. dos a patre profecta, & Bald. in. l. fi. versic. vnum aliud queritur. C. communia vtriusq̄ iudi. Petr. de Ancha. consil. ccclxvj. exord. In themate proposito est aduertendum, versi. item in casu nostri thematis: sed videtur actio dotis in totum fuisse cōsolidata in personam dicti nobilis Florentii superstitis. l. in insulam, in prin. & l. si marito. §. si voluntate. ff. sol. matri. & l. vnica. §. videamus, & §. & hoc. C. de rei vxo. act. & hoc nō obstāte dicta cōsuetudine. Et huius dicti ratio reddi solet: quia cū cesset tenor cōsuetudinis, que secūdum communem opinionem est contra legem, cessare debet & consuetudo, seu consuetudinis effectus. Tum quia manet lex, nisi quatenus reperitur eidem legi alia lege vel consuetudine derogatum. l. cum dubitabatur. C. de edif. priua. l. alumne. §. qui filias. ff. de adimen. lega. & l. precipimus, cum suis simili. C. de testa. & quod notat Ioan. And.
4 in addi. Specu. tit. de feu. Tum & quia † consuetudines restringuntur per actus ex quibus inducūtur, quemadmo-

dum restringuntur prescriptiones, vt proprios facti termi
nos non excedant. l. j. §. Julianus. ff. de itine. actuq; priua.
Et est huic simile id quod alias dici solet, scilicet q̄ vbi
cessant verba dispositionis, cessat & ipsa dispositio. l. hos
accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. quarta. §. toties. ff. de
damno infect. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. & esti. l. si ser
uum quis. §. non dixit. ff. de acqui. heredi. & l. ita autē, cum
suis simili. ff. de administra. tuto. quod etiam voluit Ro
ma. consil. cccxlij. exord. Ut decisionem accipiat presens
consultatio, & consi. cccclxij. exord. Quoad propositam con
sultationem, ad fin. & Pau. de Cast. consi. iiij. & tam ipsi, q̄
alij in multis alijs locis. Non igitur in vim consuetudi
nis debuit dos predicta remanere dictis liberis: sed de
buit redire ad auum maternum nisi etiam isto casu esset
consuetudo, q̄ dos remaneat penes liberos, & q̄ ipsi etiam
hoc casu succederent in dote, vt etiam voluit Bart. in d. l.
post dotem, in quinta questione: ibi, predicta vera nisi pro
baretur de consuetudine, &c. Sed videndum est vtrum in
vim stipulationis, de qua in casu, dicti liberi debuerint suc
cedere in dote. Et videtur q̄ sic: pro eo quia prefati nobi
les Florentius & Honorata stipulati sunt dotem predi
ctam reddi dicte Bonifacie filie. Et ita videtur q̄ hec
dos transiuerit ad predictos liberos, tanq̄ heredes ma
tris, per ea que elegantissime deduxit egregius iuriū pro
fessor dominus Franciscus Dalmassij. Que profecto sine
difficultate procederent, si dicti nobiles Florentius & Ho
norata simpliciter stipulati extitissent dotem reddi soli
Bonifacie: quod non fecerant: sed stipulati sunt eam red
di (vt ponitur in facto) ipsi Bonifacie, aut suis, seu illi vel
illis, cui seu quibus dicte dotis restitutio pertinebit. Et
5 † ita subsisto, non quoad illam summam que constituta est
per dictam Honoratam matrem: quia proculdubio illa
de iure debebat reddi filie. l. j. §. accedit. C. de rei vxo. actio.
& quod notat Barto. in l. vxorem. §. testamento, el. ij. ff. de
lega. ij. sed quoad summam per patrem constitutam: que
(vt dixi) cessante stipulatione debuit redire ad patrem
constituentem. Et ita pater fuit ille cui de iure pertinuit
in casum qui euenit. Et licet filia primo nominata sit in
stipulatione: nihilominus tamen videtur stipulationem
& promissionem esse intelligendas secundum ordinem iu
ris: qui est, vt dos restituatur patri, nisi in ijs casibus, in
quibus per consolidationem actio effecta est mulieris. Et
ita consuluit Paul. de Castr. consi. cxxv. exord. Uiso di
cto libelli, versi. sed dicit aliquis, &c. pro quo allegat doctri
nam Bart. in d. l. vxorem. §. testamento. Et q̄uis Bartol.
in d. §. testamento, loquatur eo casu, quo pater stipulatus
est dotem sibi reddi, aut filie: & sic eo casu quo pater se in
primo loco nominauit: tamen Paul. de Castr. non vide
tur de hoc curasse: sed solum attendisse ad ordinem iuris:
qui est, vt dos seu restitutio illius competat patri in vita
sua, & mulieri post mortem, vel si aliter effecta extiterit sui
iuris. l. ij. §. quod si in patris. ff. solu. matr. & d. l. j. §. videa
6 mus. C. de rei vxo. actio. Pro quo† facit, quia licet ordo
scripture aliquando attendatur: regulariter tamen non
est attendendus: pro quo quoad casum nostrum videtur
esse bonus tex. in l. nec enim. ff. de solut. vbi dicit text. Nec
enim ordo scripture spectatur, sed potius ex iure sumitur
id quod agi debet. Et sic videtur intellectum per partes
contrahentes quod ex iure sumitur. Sed ex iure sumitur
vt mortua filia dos redeat ad patrem, etiam si supersint li
beri, nisi eo casu quo mortua est in matrimonio: quia eo
casu cōsuetudo resistit. Ergo videtur q̄ in casu qui occur
rit debuerit dos redire ad patrem etiam in vim stipu
lationis: vt sic in dubio intelligatur dicta alternatiua sti
pulatio, vt sit conformis iuri: cui in hoc casu consuetudo
non resistit: q̄uis secus esset vbi essemus in casu dicte con
suetudinis, per id quod voluit Bald. in l. constitutionis.
C. de bo. que liber. Alexand. de Imol. in d. l. post dotem,
versic. tertio limita. Et isto casu videtur mihi loqui dom.
Bartho. Sozi. consi. ix. versic. verum quia adiecta fuit sti
pulatio, &c. vbi in casu, in quo gener promiserat socero pre
senti & pro se & suis heredibus stipulanti & recipienti, nec
non recipienti & stipulanti vice & nomine filie sue & suo
rum heredum, soluere, dare, & restituere eidem suo socero,
siue suis heredibus, siue filie, siue suis heredibus, aut cui
ius & casus dederit: consuluit & dixit hanc stipulationem
debere intelligi, vt restituatur filie si superuiuat: ea vero
mortua cum filijs, restituatur suis tanq̄ heredibus: ea au
tem mortua sine filijs, restituatur patri: qui si mortuus es
set, restitui debet suis heredibus: & subiungit, vt sic predi
ctam alternatiuam in dubio intelligamus, vt conformis
sit iuri & consuetudini predicto modo interpretanti resti
tutionem de dote fiendam filia in matrimonio defuncta.
Et (vt dixi) videtur ipse dom. Bartholomeus consuluis
se in casu consuetudinis superius mentionate. Sed si ita
est: quomodo ergo dicit dictam alternatiuam stipulatio
nem intelligendam, vt dos restituatur filie si viuat, etiam
eo casu quo videtur presupponere viuere patrem: cum po
tius esset restituenda patri. d. l. ij. §. q̄ si in patris. Pro
pter quod, vt predixi, subsisto. Sed salua saniore senten
tia cuiuslibet melius sentientis, & pleniore deliberatione,
mihi videtur pro nunc posse defendi, q̄ dicta dos debue
rit remanere penes liberos tanq̄ heredes matris, & q̄ hoc
fuerit de mente contrahentium, resultante tam ex stipula
tione predicta, q̄ ex forma constitutionis: in qua prefatus
quondam Florentius non solum constituit & assignauit
summam predictam dicto nobili Florentio: quo casu cen
seretur summam hanc tacite donasse dicte Bonifacie eius
7 filie in casum consolidationis dotis. Et † hinc dicimus,
q̄ mulier in dote pro ea constituta habet titulum lucrati
uum: vir vero titulum onerosum. l. fin. §. j. ff. de ijs que in
frau. credi. l. ex promissione. ff. de actio. & obliga. & l. j. C. de
imponēda lucra. descript. lib. x. quod etiam voluit Oldra.
consi. ccxlv. exordiente, Quidam paterfamilias, versic. se
cunda ratio, &c. Bart. in l. Meuius. §. duobus testamen
tis. ff. de lega. ij. Sali. in l. fin. C. de iur. dot. & Alexand. de
Imol. consi. lj. in quarto volu. sed etiam summam huius
modi eidem nobili Bonifacie expresse assignauit & consti
tuit & pro ea reliquit dicto nobili Donatorio. Et ita vide
tur idem nobilis Florentius expresse donasse summam
predictam dicte Bonifacie, cui etiam primo loco restitui
stipulatus est, & deinde suis ipsius Bonifacie, & postea illi
vel illis, &c. Et in qua stipulatione nullibi de se specialem
mentionem fecit: quam verisimiliter fecisset, si viuente fi
lia aut liberis voluisset eam sibi restitui. ¶ Ad secundum
dico & respondeo, q̄ supposito, vt predixi, q̄ dos predicta
peruenerit ad predictos liberos tanq̄ ad heredes matris:
ipsi non tenentur eam imputare in dictam eorum legiti
mam, per iura & rationes plenissime allegatas per dictum
do. Dalmassij: quod etiam voluit Cuma. consil. x. & consil.
lxxxvj. exord. Circa primum, vt nostis, magna est dubita
tio. & Paul. de Cast. consi. lxij. exord. Dubitatio presen
tis articuli: vbi etiam sentit, q̄ si pater constituens stipu
letur dotem sibi aut filie vel liberis illius, aut illi vel illis
cui seu quibus ius dederit reddi: censetur pater fuisse sti
pulatus illam sibi reddi eo casu quo decederet sine liberis.
Si vero cum liberis, censetur prius fuisse stipulatus reddi
filie, vtpote plus dilecte, q̄ liberis, eo casu quo cum libe
ris decederet, vt voluit Bart. in l. si cum dotem, circa fin.
princ. per illum text. ff. solu. matri. dicens ita fuisse dispu
8 tatum per Jaco. de Belloui. & sic in puncto † mortis, cum
mori incipit filia, purificatur stipulatio in personam filie
adhuc viuentis: quam transmittit ad suos liberos tanq̄
eius heredes. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dota.
quam sic intelligunt Bartol. & Paul. de Castr. vbi supra.
¶ Ad tertium dico & respondeo, prout etiam plenissime
9 respondit prefatus do. Dalmassij, scilicet † q̄ renuntiatio
facta per dictam Bonifaciam dictis eius liberis preiudi
cium non afferat: quod etiam voluit Bar. Joan. de Imo.
Franc. de Are. & docto. communiter in l. qui superstitis.
ff. de acqui. heredi. & in c. q̄uis pactum, de pact. in vj. & hec
est communis sententia: q̄uis Richar. de Sali. & Barth.
eius nepos in l. pactum quod dotali. C. de pact. visi fuerint
hoc dictum limitare, quando liberi ijdemq; nepotes veni
rent ex persona sua, hoc est cū liberis matertere vel auūcu
li, nō si cū matertera vel auūculo: quasi tunc nō videantur
aut nō possint venire ex eorū propria persona sed ex perso
na matris que renuntiauit. Sed eorū motiuis satis patet
respōsio, per ea que scripsit idē do. Dalmassij: quibus etiā
plene respōdit Jo. de Imo. in d. l. qui superstitis, & cano. in
d. c. q̄uis. ¶ Post scripta precedētia fuit a me quesitū, an
10 predicti nobiles Joannes & Yolanda petere possint † nō so
lum legitimā, seu supplementū eiusdem legitime debite in
bonis auitis: sed etiam fructus illius. Ad quod respōdeo
q̄ sic: quia quemadmodū eisdē debetur legitima: ita & fru
ctus legitime, auth. nouissima, & quod ibi glo. & doct. C. de
inoff. test. l. Papinianus. §. vnde & si quis. ff. eo. tit. & quod
not. gloss. j. ad fi. in l. in fideicommissariam, in princ. ff. ad
trebel. & Joan. And. in addit. Spec. tit. de pignor. §. sequi
tur videre, in additione exord. Si vsusfructus debebitur:
& hoc

& hoc bene declarat Bald.in.l.non est.C.famil.ercisc.vbi concludit hoc esse verum etiam si tales fructus essent consumpti ab herede bonafide possidente. Et quod superius dixi de legitima debita in bonis aui: dico quod dicti nepotes illam habere debeant non solum habito respectu ad bona, que habuit dictus quondam nobilis Florentius post factam quandam pretensam donationem de castro, &c. sed etiam ad bona donata, per id quod habetur in.l.j.& quod ibi glos.& docto.quatenus loquuntur ibi de duabus vnciis grossis relictis illis duobus filiis querelantibus.C.de inoffi.dona.vbi videri potest Sal.in.x.q. Super quo cum oportuerit plenius scribam authore domino. Que dixerim, &c.

¶Rubri. De testamen. ¶Epitome. ¶Consil.cxxiiii.

¶Testamētum est vbi heredis facta est institutio: quamuis testator codicillos se condere dixerit. V.F.

1 Dispositio an & cur interdum impediatur effectū sortiri tanquam codicilli.
2 Trebellianica de puro fideicommisso non detrahenda.
3 Preteritio an & quando facta non videatur de liberis in testamento vel codicillis non nominatis.


Visis Copiis duorum publicorum instrumentorum, vnius videlicet cuiusdam nūcupatiui testamenti facti per honestam quōdam mulierē Josserandam relictam Joannis Rohati, in quo inter cetera heredes vniuersales instituit Antonium & Claudium Rohati eius filios naturales & legitimos, Amblardo vero, Francesie, Alaysie, & Florentie etiā eius filio & filiabus, & eorum cuilibet certam pecuniariam summā legauit, & iure institutionis reliquit: alterius vero cuiusdā pretensi codicilli postea & post mortem dicti Claudii per eandē Josserandam conditi, & in quo heredes suos vniuersales instituit dictum scilicet Antonium pro dimidia parte, ac Joānem iam natum eius nepotē ex prefato Claudio predefuncto, & ventrem honeste mulieris Jaquemie Seglate dicti Claudii relicte alia dimidia parte: vna cum iurium allegationibus per egregios viros dominos primo.scribentes dictatis & eleganter confectis: dico & respondeo ad dubia de quibus in casu mihi exhibito parte honora.viri Antonii Rohati, non quidem heredis supra mentionati sed alterius Antonii filii dicti Amblardi. ¶Et primo ad primū, quod dictum testamentum ruptum est, non quidem simpliciter propter mortem dicti quōdam Claudii: sed propter agnationem dicti Joannis, & vētris seu posthumi, si postea dicta Jaquemia pepererit. Et quia in hac ruptione conueniunt omnes prefati domini primo scribentes, ego non insisto: cum sit punctus clarus. ¶Ad secundum dico & respondeo quod licet prefata Josseranda appellauerit dictam secundam eius voluntatem codicillum: illa nihilominus fecit testamentū: pro eo quia (vt predixi) ipsa in dispositione huiusmodi heredes vniuersales instituit prefatos Antonium, Joannem, & ventrem: quod in codicillis fieri non potest.l.hereditatem, cum suis similibus.C.de codicillis. Et quod censeri debeat voluisse facere testamentum, nō codicillū, probatur per id quod habetur in.l.non codicillū.C.de testa. Nec obstat quod illā dispositionē vocauerit codicillum, per id quod post Dy.in quadam sua disputatione exord. Quidam paterfamilias, &c. voluit Joan.And.in addi.Spec.tit.de instru.edi.§.compendiose, in addi.exord. Ad intellectum huius versic.&c. Bald.& Sali.in.l.testamentum.C.de testa. Alex.de Jmol.& dominus Jason in.d.l.non codicillum. Ad predicta benefacit Ange.in.l.illud.§.tractari.ff.de iure codicil.vbi dicit quod si testator instituat heredem, & notarius dicat, talis volens codicillos facere, &c. hec verba enuntiatiua notarii nō probant illam voluntatem esse codicillum, sed est testamentū. Et idem voluit Alex.de Jmo.consi.cxli.exord. Mature, &c.in primo vol. Et hoc sine dubio procederet si nō solum prefati Antonius, Joannes, & venter seu posthumus, sed etiam Amblardi & dicte tres filie fuissent equis portionibus heredes instituti: quia † tunc dicta vltima dispositio 1 effectum sortiri non poterat tanquam codicillus, pro eo quia non erat qui posset restituere hereditatem. Et isto casu loquitur Dyn.in sua disputatione, & post eū Joan.And.in dicta addi. Et eo casu etiā eum sequuntur Alex.de Jmo.& do.Jason in.d.l.non codicillum. Sed hic non fuerunt cum prefatis Antonio, Joanne, & posthumo heredes vniuersales instituti prefati Amblardus & dicte tres eius sorores: qui propterea potuerunt grauari de restituendo eorum portiones heredibus institutis. Et sic illa vltima dispositio potuit sortiri eius effectum in vim codicilli: & sic isto casu non videtur procedere determinatio Dyn.& Jo.An.sed dictū Bald.in.l.filiū, versi.sed tabellio dicit, &c.C.famil.ercisc. Hanc opinionē sequitur Alex.de Jmo.& do.Jason in.d.l.nō codicillum. videtur igitur quod dicta vltima dispositio valuerit vt codicillus: quod etiā voluit Bal.in d.l.filiū, versi.quarto quero, &c. vbi etiā Salic.versic.quero propter id quod supra indiscussum dimisi, &c.C.famil.erc. Et ita videntur prefati Amblardus, Francesia, Alaysia, & Florentia fuisse grauati aut rogati de restituēdo eorum hereditarias portiones prefatis Antonio, Joāni, & posthumo. de † quibus tamē, quia grauamē fuit purū, nō cōditionale, vel in diem, potuerunt detrahere vnam quartam, scilicet legitimā, & nō trebellianicam. per id quod not.glo. 2 Bar.& doc.in.l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoff.testa.gl.& Bar.in.l.quoties.C.ad leg.falc.& Bal.in.l.filiū quem habentē.C.famil.ercisc.& Panor.in.c.Raynutius, de testa. quis cano.magis cōmuniter dixerūt eos posse detrahere duas quartas, prout plene refert And.Barb.in.d.c. Raynutius. Et si predicta bene attēdantur, parum refert quoad cōmodū predictorū Amblardi seu liberorū eiusdē, & dictas Frācesiam, Alaysiā, & Florentiā, an dicta vltima dispositio valuerit iure testamēti vel iure codicillorū: quia vtroque modo habituri sunt legitimam, nō vltra. Et quidē nō, si valeat iure testamēti: quia sic nō agent nisi ad supplementū legitime.l.omnimodo.C.de inoff.testa. Nō etiam si valeat iure codicillorū, & nō iure testamēti: quia (vt iam dixi) nō detrahent secundū opinionē legistarū, nisi legitimā: in quā imputabunt legatū relictum.d.l.omnimodo, & l.in quartā.ff.ad leg.falc. Et quis † visum fuerit aliquibus ex 3 prefatis dominis meis primo scribētibus, dictā secūdam voluntatē fuisse & esse nullā, pro eo quia in ea preteriti extiterunt dicti Amblardus, Francesia, Alaysia, & Florētia: ego tamē (sub correctione eorum, & cuiuslibet alterius melius sentiētis) cōtrariū sentio, scilicet quod ob hāc causam nō fuerit nulla: pro eo quia in calce seu fine, aut circa, dicte secunde dispositionis dictū est, Aliis autē omnibus in testamēto ipso descriptis & declaratis ac institutis in suis robore & efficacia permanētibus & valituris, &c. Per que verba se retulit ad dictū primū testamentū: & fuit & est proinde ac si in dicta secūda dispositione eisdē Amblardo, Francesie, Alaysie, & Florentie legasset, & iure institutionis reliquisset illas pecuniarias summas, quas in dicto testamēto eisdē reliquerat. Pro quo allegasse sufficiat.l.asse toto, & quod ibi Bal.Ang.& Lo.de Jmo.ff.de heredi.insti.faciūt notata per Pau.de Cast.in.l.heredes palā, in princ.ff.de testa.& per do.Jaso.in.l.fi.C.de fideicōmis. Et per hec patet responsio ad alia quesita.

¶Rubri. De pignorib. ¶Epitome. ¶Consil.cxxv.

¶Pignorate rei melioratio vēdi potest per alios creditores, salua semper re ipsa iis quibus hypothecata est. V.F.

1 Exequutiones contra tertios possessores an & quando fiant.
Tertii possessores an & quando sint etiam filii.
2 Melioratio bonorum hypothecatorū cuius lucro cedat.


Venit Ad me probus vir Petrus Baderii, suo ac Guilielmi & Thome Baderii eius fratrū nominibus, petēs sibi cōsuli super processu quem ipse & dicti eius fratres defendendo habent cū venerabili viro domino Stephano de Fogeriis canonico Castriduplicis. Sed quia nec processus huiusmodi, qui per multas & diuersas instātias cucurrisse dicitur, est mihi exhibitus, nec portata documenta, quibus dicti Baderii & prefatus do.de Fogeriis se hincinde & eorum intētiones tueri conātur: nō potui plene intelligere super quo pendeat punctus disceptationis partiū huiusmodi, & cōsequēter intelligere nō possum que partiū predictarum iura potiora foueat: nisi quod quasi somniādo existimem prefatum do.de Fogeriis se pretendere fuisse creditorē probi quondam viri Petri Baderii, horū Petri, Guilielmi & Thome quondā patris: & propterea instetisse & instare vt

1 pro cōsequutione et sui pretēsi crediti fiant exequutiones in & super bonis in processu predicto latius mētionatis: super quibus cū nunc possideantur per prefatos Petrum, Guil. & Thomā tertios possessores, hoc est non heredes dicti alterius Petri eorū quondā patris, nō debent fieri exequutiones, nisi probētur fuisse eiusdē quondā Petri, vel in suis bonis extitisse, per id quod habetur. C. ne fili. pro pa. in rubro & nigro, iunctis ijs que not. Bar. & docto. in. l. rē alienā. ff. de pigno. actio. & quod not. doc. in. §. item seruiana, inst. de actio. Si vero bona huiusmodi probētur vel appareant fuisse dicti quondam eorum patris, aut in suis bonis extitisse, & forte super eis recognouisse dotē matris horū filiorū, vel pro ea aut alijs debitis predicta obligasse, & ipsi fuerint vel sint priores in hypotheca: nō debe rēt eis auferri donec & quousq; eisdē satisfactū extiterit de dote aut debitis predictis. Et hoc non habet dubiū: & debet eis satisfieri iuxta & secundū valorē seu estimationem monete currentis tempore cōtracti debiti tēpore recognitionis dicte dotis, vel contracti debiti seu debitorū, iuxta ea que ponit Bart. & docto. in. l. Paulus respondit. ff. de
2 solu. Panor. & alij in. c. q̄to, de solut. Nec puto q prefati Petrus, Guil. & Thomas possint inuito domino de Fogerijs bona predicta retinere pro eo pretio quo forte estimari potuerunt tēpore facte recognitionis seu hypothecationis: quia cū dominū remanserit penes Petrum patrē hypothecātē, melioratio bonorū huiusmodi cessit lucro ipsius Petri debitoris, nō vxoris, vel alterius creditoris. Et ideo ratione huius meliorationis possunt instare creditores vt vēdantur, & vt de pretio qd̄ supererit post solutionē eorū, p quibus dicti Petrus, Guil. & Thomas habent bona obligata, eis satisfiat. Et hoc nisi forte sumptu & expēsa dictorū Petri, Guil. & Thome, vel eorū matris, aut cuiusdā Joanne relicte Guilielmi Fabri, quibus successerūt, fuissent bona meliorata: tūc enim possent etiā per viā exceptionis se tueri propter istas meliorationes. Super quo tamē nō insisto: cum nō sim informatus. Sed cum fuerim factus certior, vel per exhibitionē processus, vel alias per oportunam narrationē cum exhibitione instrumentorum hincinde productorū, aut copiarū eorundem: ego authore domino plenius scribam & securius pro defensione iurium dictorū Petri, Guil. & Thome. Que dixerim, &c.

¶ Rubri. De Judeis. ¶ Epitome. ¶ Consil. cxxvj.

¶ Judeus, qui in perfidia remansit, in bonis patris, qui Christianus factus est, existentibus alijs liberis non succedit ab intestato: nec igitur legitimam, nec supplementū illius petere potest: nec id fere quod ei a patre relctum est in testamento. A. F.

1 ☞ Judeus an & quando capax sit hereditatis patris qui Christianus factus est. 3. & nu. 6.
2 Judei peiores Saracenis Sodomitis, &c.
3 Infidelis Christiano relinquere potest: Christianus factus non perdit iura sanguinis infidelis consanguinei.
4 Incapax ex testamento est etiam incapax ab intestato.
5 Legitimam legata etiam pia non minuunt,
6 Opinio pauciorum an & quando preualeat.
7 Legitima est dimidia aut tertia pars eorum que quis habiturus esset ab intestato.
8 Dos in legitimam an & quando imputanda.


IN Casu qui parte honeste mulieris Catharine de sancto Egidio, filie quondā naturalis & legitime magistri Michaelis de sancto Martino, olim nominati Natam Passepaire, mihi transmissus est, eliciūtur multa dubia: ad que sub correctione cuiuslibet melius sentiētis respondeo prout infra. ¶ Et primo an testamentum dicti quondā magistri Michaelis fuerit vel sit nullum, pro eo quia nihil iure institutionis reliquit Isaac Passepaire eius filio naturali & legitimo Judeo, nec ipsum exheredauit: dico testamentū predictum non posse dici ex hac causa nullum: pro eo quia in illo reperio eundem magistrum Michaelem dicto Isaac filio suo legasse & reliquisse iure nature quandā eius domū sitā in ciuitate Auenionis, & omnes libros iudaicos quos in dicta eius domo habebat, & eū in illis instituit heredem particularem, ita q nihil aliud petere posset, &c. Propter quod nō est super hoc disputandum. ¶ Uenio ad secundum. Pro cuius decisione premitto, q hic videtur inqui
1 rendum, an† singulares Judei sint incapaces successionū Christianorū, ita vt etiā filius Judeus succedere non possit patri facto Christiano: Et videtur q sic, per id quod no. glo. in. c. Judei, el. ij. de Jude. vbi voluit, q ex testamento Christiani Judeus aliquid capere nō possit. Pro quo allegat. c. sane profertur. xxiiij. q. ij. vbi refertur multos episcopos congregatos, & quidē de diuersis causis ad ecclesiasticum statū pertinentibus, de ipsis statuisse q qui suas facultates hereticis relinquerent, etiam post mortē anathemati subijciantur: ad quod facit. c. si quis episcopus, & c. in eos, de hereticis: vbi prohibentur episcopi, presbyteri & clerici aliquid relinquere hereticis, aut Paganis, aut ijs qui catholici nō sunt, etiam si sint consanguinei. Cum
2 igitur Judei nō sint catholici, sed infideles, & (vt videtur) peiores q̄ sint Saraceni, p id quod veritas eis dixit, Matthei. xj. tolerabilius erit Sodomis in die iudicij, q̄ vobis. Et Ezechiel propheta dixit: Justificastis Sodomā. Quod exponēs August. dixit, id est comparatione vestri iustificata est. de quo Oldr. consi. lj. exord. Judeus trāsiuit ad sectam Saracenorū, &c. post Albe. C. de Jude. in rub. & do. Feli. extra. de Judeis, sup rub. & c. Judei, el. ij. de Jude. & probatur in. c. nonne. j. q. j. videtur q quemadmodū heretici, Pagani & Gētiles sunt incapaces, ita vt vel ab intestato, vel ex testamēto nihil habere possint de bonis Christianorum etiā consanguineorū, iuribus supra allegatis, & l. iiij. C. de hereti. ita nec particulares Judei videntur aliquid posse capere ab intestato vel ex testamento de bonis Christianorum, etiā si eorum consanguinei existant. Pro quo facit, quia videtur q collegiū Judeorū sit hodie reprobatū ratione secte, argu. l. fi. C. de iude. vbi ab omni officio & administratione remouentur: vel saltem iure canonico videtur extendi ad istum casum regula. d. l. iiij. C. de heret. arg. l. j. §. lex falcidia. ff. ad leg. fal. Et hoc voluit Philip. Fran. tit. de testa. super rubr. versi. tertio aduerte, quia dif
3 ferentia est, &c. in. vj. vbi† voluit q infideles tam ex cōtractibus, q̄ ex vltima voluntate Christianis relinquere possunt. Nec perdit factus Christianus iura sanguinis & successionis in bonis ipsorū infidelium. d. c. iudei, & c. deniq;, dist. xxv. nec posset Judeus exheredare filiū Christianum eo q Christianus fact⁹ est, arg. dicti. c. Judei: facit. l. Deo nobis. C. de episco. & cleri. Secus vero secundū eū est econtrario: quia Christianus nihil potest relinquere infideli, etiam si pater Christianus vellet relinquere sua bona filio suo Judeo. Nec infideles succedunt Christiano ab intestato, cū perdant iura sanguinis & successionis: & probatur secundū eū per glo. iuncto text. in. d. c. Judei, & in. d. c. si quis episcopus, & c. in eos, supra allegatis: vbi est text. notabilis, q quibuscunq; nō catholicis generaliter nihil potest per Christianos conferri: & subiungit ibi esse casum cōtra gl. in. l. j. C. de Judeis, volentem q licet nō possit relinqui in vltima voluntate collegio seu vniuersitati Judeorū: tamē bene possit singulariter relinqui ipsis Judeis: quod secundū eum falsum est, vt patet ex predictis: quod secundū eum etiā voluit glo. in. d. c. sane profertur. xxiij. q. ij. Idem voluit Ang. in. d. l. j. C. de Jude. scilicet, q etiam particulari Judeo legari nō possit. Etiā do. Jason May. in. l. hereditas. C. de ijs qui. vt indig. dicit q pater habens filium Judeū vel hereticum nō potest eū instituere. Et cum hac opinione videtur transire do. Fel. in. d. c. Judei, ibi, sed tamen opinio gl. hic facilis sustineretur, &c. Que si vera sint, scilicet q Christianus nihil possit relinquere in vltima volūtate Judeo etiā filio suo: videtur sine dubio cōcludendū q Judeus etiā filius nō possit Christiano patri ab intestato succedere, & cōsequēter nec posse petere supplementum alicuius legitime: & maxime cōtra prohibitionem patris
4 Christiani: † quia regulariter omnis incapax ex testamento est etiā incapax ab intestato, arg. l. conficiuntur, in prin. ibi, quoniā queritur patrifamilias. ff. de iure codicil. & l. ij. ibi, vel etiā intestati successione contulerint. C. de bo. mater. vbi probatur q decedens ab intestato videtur tacite relinquere bona sua proximioribus. Si ergo filius Judeus ex expressa vltima voluntate eius patris Christiani nihil percipere possit, sed sit relicti incapax: multominus, vel saltem nō magis potest aliquid percipere ab intestato, & sic ex tacita voluntate patris: ne dicamus plus operari tacitum q̄ expressum: cum sufficiat idipsum posse cooperari tacitum quod operatur expressum. l. cum quid, & quod ibi scribētes. ff. si cer. peta. Et si sequamur istam opinionē: palam

lam esset ꝙ cũ dictus Isaac supponitur incapax: ipse non
facit partẽ in legitima prefate Catharine ꝛ Arnaudo ei⁹
fratribus: cũ quoad hoc videatur haberi pro mortuo, vt
dicũt doc. de fratre minore in auth. nouissima. C. de inoff.
testa. ꝛ de filio iuste exheredato in. l. pater filiũ. ff. eo. ti. qui
cum secundũ eos pro mortuo habeatur, non facit partẽ in
legitima. Nec, si supponamus eundẽ Isaac perdidisse iura
sanguinis, deberet legatum domus ꝛ librorũ diminuere
5 aliorũ legitimã, etiã si legatum valuisset: quia† legata etiã
ad pias causas non minuũt legitimam: pro quo allegasse
sufficiat. c. vltimum. xvij. q. iiij. ꝛ quod not. glo. in. l. si quis
ad declinandã. C. de episcopis ꝛ cleri. Bald. in. l. j. C. de sa-
crosanc. eccles. Iason in. l. licet. C. de pact. ꝛ in. l. tale. §. fi. ff.
eo. tit. ꝛ Alex. de Imo. consil. xviij. in quarto volumi. Et
per hec pateret responsio ad secundum ꝛ tertium quesita.
¶ Preterea procederent predicta si supponeremus opi-
nionem Philip. de Fran. in. dicta rubric. posse defendi,
scilicet ꝙ Judeis etiã in particulari nihil possit in vlti-
ma voluntate relinqui. Sed contra eũ videtur probari in
l. cũ senatus, vbi etiã hoc voluit Bar. ff. de re. dub. vbi hoc
voluit gl. Pet. Iac. Butr. ꝛ Ioan. Fab. in. l. j. C. de Jude.
Cyn. in. l. j. in tertia oppo. vbi etiã Alber. versi. redeundo
ergo ad huius. l. intentum. C. de sacrosan. eccle. vbi etiam
Sal. in. v. oppo. ꝛ allegata. l. j. C. de Jude. ꝛ Ioan. de Ana.
in. d. c. Judei, versi. in glo. permittatur: ibi, sane. Et huius
dicti ratio redditur, quia secundũ Pet. Cyn. Albe. Bar.
ꝛ Ioan. in locis predictis, collegiũ Judeorũ nõ est repro-
batum ratione secte, sed ratione generali: pro eo quia non
est approbatũ, secundum Sali. in locis predictis: nec fuit
perpetuo reprobatũ, sed aliquando approbatũ, prout ipse
plenius deducit in d. v. oppo. ꝛ Ioan. de Ana. vbi supra.
Et in hanc partẽ videtur inclinare do. Bartho. Sozi. in
d. l. cum senatus. ff. de re. dub. Et hec forte videtur opinio
magis cõmunis. Sed salua pleniore deliberatione, ꝛ sub
corectione cuiuslibet domini melius sentiẽtis, nõ puto ꝙ
hec refragentur vel noceant intentioni predicte Cathari
ne. Tum quia prima opinio videtur verior, maxime per
dictũ. c. si quis episcopus, ꝛ. c. in eos, de iudi. iũcto. c. non-
ne. j. q. j. ꝛ quod voluit Oldra. in. d. consi. lj. Albe. ꝛ dom.
Iason in locis superius allegatis, ꝛ Io. And. in. d. c. Ju-
6 dei, in nouel. Quo casu† etiã pauciorum opinio prefertur
opinioni plurium. l. j. ibi, nõ ex multitudine. C. de vete. iu-
re enucle. ꝛ quod not. Ostien. Ioan. And. ꝛ doct. in. c. j. de
consti. Pro qua opinione etiã sunt due glo. iuris canoni-
ci. Tum ꝛ quia supposito citra preiudiciũ veritatis, ꝙ Ju-
dei, ꝛ maxime filij, nõ essent incapaces relictorum in testa-
mentis, ꝛ maxime factis per eorũ parẽtes: ex hoc tamẽ nõ
inferretur ꝙ ipsi possint parentibus suis Christianis ab
intestato succedere, vel in eorũ bonis petere legitimã: pro
quo allegasse sufficiat id quod habetur in. l. ij. C. de natu-
ra. libe. vbi probatur ꝙ pater etiã si haberet prolem legiti
mã, potest nihilominus relinquere vnã vnciã naturalibus
liberis: qui tamen illo casu ab intestato in nullo succede-
rent, nec condito testamẽto posset cõqueri si nihil esset re-
lictũ, per id quod not. Ioan. de Imol. in. l. Gallus. §. qui-
dã recte. ff. de libe. ꝛ posth. ꝛ And. Bar. in. c. Raynutius,
ibi, per quod infertur ꝙ si testator instituit fratrem ꝛ filios
eius, ꝛc. de testa. Possunt dari ꝛ alie instantie: super qui-
bus nõ insisto. Et pro hac opinione, ꝙ Judeus nihil pos-
sit petere ab intestato in hereditate patris Christiani, ꝛ si-
gnanter in casu occurrenti, in quo supersunt filij Chri-
stiani, videtur bene facere. d. l. iiij. ꝛ. l. cognouimus, de he-
reti. ꝛ auth. vt cũ de appel. cogno. §. generalẽ autem proui-
dentiã, colla. viij. ꝛ auth. de hered. ab intest. §. fi. coll. ix. Et
quãuis. d. l. cognouimus, ꝛ. §. generalẽ, loquãtur in parenti-
bus infidelibus habentibus aliquos liberos fideles, alios
vero infideles, ꝛ propterea videatur esse casus a nostro di-
uersus: tamẽ vtrobiq; videtur esse eadem ratio, scilicet fa-
uor fidei, non odium parentũ: quia si non essent filij Chri-
stiani possent ipsi disponere de bonis suis in liberos infi-
deles, vel etiã in alias personas, iuxta regulam authen. de
heredi. ꝛ falc. §. disponat testator, collat. j. iuncta. l. Judei
cõmuni Romano iure. C. de Jude. Cum igitur vtrobiq;
videatur esse eadem ratio, debet vtrobiq; idem ius statui.
Et ita non videtur dictum Isaac posse pretendere se ha-
7 bere legitimã in bonis patris facti Christiani: pro eo† quia
legitima est dimidia aut tertia pars eorum que quis habi
turus erat ab intestato, authen. de trien. ꝛ semis. §. j. collat.
iij. ꝛ transumptiue in. d. auth. nouissima. Si ergo ab inte-
stato nihil erat habiturus, nõ est tractandum de legitima.

¶ Pro respõsiõe ad quartũ voluissem videre instrumẽtũ
seu instrumẽta cõstitutionũ dotiũ factarũ pro illis duab⁹
filiabus dicti Arnaudi, ꝛ neptibus seu felezenis prefati
8 magistri Michaelis: vt sic videre potuissem an† dotes hu-
iusmodi constitute extiterint per prefatũ magistrũ Mi-
chaelẽ cõtemplatione dicti Arnaudi eius filij: ꝛ an de hoc
appareat, vel simus in dubio: Quia his duobus casibus
dictus Arnaudus videretur debere illa sibi imputare in
legitimã. Pro quo allegasse sufficiat quod ponit Alex. de
Imo. cõsi. xxxj. exord. Viso testamento, ꝛc. in quarto volu.
qui pro hoc allegat dictũ Cyn. in. l. scimus. q. v. C. de inoff.
testa. ꝛ Ang. in. l. in quartã, versic. quid autẽ si auus, ꝛc. ff.
ad leg. fal. ¶ Ad quintũ ꝛ vltimũ dico ꝛ respõdeo, ꝙ licet
prima facie videatur ꝙ dicti Arnaudus ꝛ Catharina de-
buerint ꝛ debeant insolidum succedere Yserneте Judee
eorum quondam matri. arg. d. l. cognouimus, ꝛ dicti. §. ge
neralem prouidentiam: quia tamen illa fuit diu furiosa,
etiam (vt puto) anteq̃ dicti Arnaudus ꝛ Catharina sacrũ
baptisma susceperint, ꝛ ad fidem fuerint conuersi: puto
posse dici ꝙ eidem Ysernete successerint non solum dicti
Arnaudus ꝛ Catharina, de quibus nõ est dubium, auth.
de heredib. ab intest. §. j. colla. ix. iũcto. d. c. Judei, per quod
debent esse melioris conditionis, q̃ si in iudaismo reman-
sissent. d. c. Judei: sed etiam dictus Isaac.

¶ Rub. De in integ. restit. mi. ¶ Epit. ¶ Consi. cxxviij.

¶ Minores quibuscunq; legibus renuntiauerint, si ta-
mẽ non satis informati de parentum facultatibus illis
pauco contenti renuntiauerint, omnimodo restituuntur:
nec impediuntur, ad docendum de lesione vel dolo, dispen
sationem a iuramento impetrare etiam non vocata par-
te. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Reuocata donatio quãdo censeatur per superuenien-
tiam liberorum, iuramento non obstante, nec renuntiatio
nibus, ꝛ nu. 3.
2 Renuntiationes generales non se extendunt ad casum
improuisum.
3 Donatio etiam in contractu matrimonij facta non con-
tinuo cogitationem de futuris liberis secum trahit.
4 Dotare filiam etiam diuitem pater tenetur saltem vsq;
ad valorem eius legitime.
5 Donatio remuneratoria quatenus merita excedit in-
sinuari debet, ꝛ proprie donatio est.
Donatio mutua sed inequalis inter coniuges non valet
quoad excessum.
Donatio simplex inter patrem ꝛ filium non valet.
6 Donatio dans causam contractui ipsum vitiat.
7 Notario scribenti partes certificatas de iuribus suis, ꝛc.
an credatur.
8 Iuramentum quando non representet minorem tanq̃
maiorem: ꝛ an dolo vitietur.
9 Citatio partis in dispensatione iuramenti obtinenda an
ꝛ quando non necessaria.
10 Exceptionis discussio an ꝛ quando sit differenda.



Exceptio Pretense renũtiatio-
nis parte nobilis Bal-
thesaris Rodulphi opposita, ꝛ qua cona
tur impedire admissionẽ libelli, seu titulo
rũ parte nobilium ꝛ honestarũ mulierum
dominarum Ludouice ꝛ Honorate Ro-
dulphe suarũ sororũ, cõtra eum in hac causa productorũ,
eidẽ nobili Balthesari non suffragatur, nec dictis nobi-
libus Ludouice ꝛ Honorate, ꝛ maxime eidem Honora-
te, in aliquo refragatur seu obstat. Tũ quia, vt iam parte
earundem nobiliũ Ludouice ꝛ Honorate elegãter extitit
allegatũ, ꝛ opportune replicatum, dicta pretẽsa renũtiatio
siue quietatio cẽsetur fuisse donatio, per iura ꝛ ratiões ad
hoc opportune allegatas, quas referre nõ expedit. Et adij
cio, citra tamẽ qualẽcunq; approbationẽ, ꝙ dicta nobilis
Honorata nõ solum legitur renũtiasse seu quietasse dicto
nobili Alziario eius patri: sed etiam transtulisse, ꝛ peni-
tus desamparasse donatiõe mera, simplici, ꝛc. ꝛ hoc in pre-
tenso instrumẽto parte aduersarij in hac causa producto.
1 Quo† fit vt cũ post renũtiationẽ seu quietationẽ huiusmo
di dicte nobiles Ludouica ꝛ Honorata liberos natura-
les ꝛ legitimos susceperint, de quibus tẽpore renuntiatio-
nis seu quietationis huiusmodi nõ vidẽtur vel apparent
cogitasse, cẽseatur ꝛ cẽseri debeat renũtiatio seu quietatio

huiusmodi, ⁊ sic donatio reuocata. l. si vnꝗ. C. de reuocan.
dona. quia lex interpretatur ꝙ si de filijs cogitassent, non
fecissent talē renūtiationē seu quietationē de omnibus ea-
rū bonis, rebus, ⁊ iuribus ascendentibus (vt colligitur ex
articulatis) ad grandē valorē: nec alienā sobolē earū poste
ritati preferre voluissent, arg. l. cum acutissimi. C. de fidei-
cōmiss. l. generaliter. C. de institu. ⁊ substitu. ⁊ l. cū auus.
ff. de cond. ⁊ demonstra. Et ideo propter deficientē consen
sum donatricū ⁊ preiudiciū filiorū iuramentū talem reuo
cationē nō impedit, prout cōmuniter concludunt Bart. ⁊
docto. in. l. Titia, la. ij. §. imperator. ff. de leg. ij. Bald. in. l.
j. ad fi. C. de inoffi. dona. ⁊ Joan. de Jmol. in. c. fi. de dona.
Nec huic dicto obstāt generales renūtiatiōes, de quibus
in pretensis instrumētis ex aduerso productis: quia cū de
filijs nō cogitauerint dicte nobiles Ludouica ⁊ Honora-
ta, ⁊ ignorauerint remediū dicte. l. si vnꝗ, sibi cōpetiturū:
qua ratione reuocatur dicta prensa renuntiatio siue quie-
tatio: ⁊ sic donatio principalis, irritatur etiā effectus di-
ctarū pretensarū renūtiationū. l. fi. §. idē quesijt, ⁊ quod ibi
2 Bar. ⁊ doct. ff. de condi. inde. tales † enim generales renun
tiationes nō se extendunt ad casum improuisum, arg. l. fi-
stulas. §. frumenta. ff. de contrahen. emptio. ⁊ quod per di
ctū. §. ⁊ per allegatū. §. idē quesijt, voluit Bald. in. d. l. j. ad
fi. C. de inoffi. dona. ⁊ que debent intelligi rebus sic se ha-
bentibus: non autē superueniente noua causa, de qua non
fuit cogitatum, per id quod voluit Roma. in. l. j. q. xij. ad
fi. C. quan. nō peten. par. Preterea in terminis. d. l. si vnꝗ,
ꝙ tales generales renūtiationes nō obstent, per plures bo
nas rationes ostendit Rom. cōsi. cclxix. exord. Non est du
biū ꝙ donatio, ⁊c. que si placet ibi videātur. Nec opponat
aliquis, ꝙ cū dicte nobiles Ludouica ⁊ Honorata essent
iuuenes, ⁊ matrimonium vel spōsalia cōtraxissent, cēsen-
de sint cogitasse de filijs, ex qualitate etatis, ⁊ actuū gesto-
rū. Quoniā respondeo ꝙ hoc esset nimiū restringere. d. l. si
vnꝗ, ⁊ esset expresse cōtra mentē Bart. in. d. l. Titia. §. im-
perator: qui vult ꝙ in dubio nō censeatur de filijs cogitas
se: ⁊ idem voluit Joan. de Jmo. in. d. c. fi. de dona. ⁊ ad hoc
optime facit id quod Alex. relatus per do. Barth. Soc. in
3 l. ij. ff. solu. matri. voluit in quodam suo consi. in † quo con-
suluit, ꝙ etiā in donatione facta in contractu matrimonij
habeat locū. d. l. si vnꝗ: pro eo quia vt nō fiat reuocatio do
nationis propter superuenientiā liberorū per. d. l. si vnꝗ,
debet expresse constare ꝙ de liberis cogitauerit donans:
quod in dubio fecisse nō presumitur, secundum Bart. qui
cōmuniter approbatur in. d. l. Titia. §. imperator. Et ꝗ-
uis eidē do. Barth. Soci. non placeat respōsio Alex. data
ad. l. j. cum sua glo. C. si dos constan. matri. ipse tamen non
impugnat dictū Alex. sed transit cū eo. Et ꝗuis pars ad-
uersa nitatur defendere dictā pretensam renūtiationē siue
quietationē ⁊ donationē, quā fecisse dicitur dicta nobilis
Honorata, ex eo quia (vt pretendit) illa nō fuit mera ⁊ sim
plex donatio, sed donatio ob causam, illam videlicet quia
dictus nobilis Alziarius pater pro dictis suis filiabus
dotē amplam cōstituerat, ⁊ ꝙ propterea in ea nō habeat lo
cum. d. l. si vnꝗ, que secundū Ang. ⁊ doct. loquitur in do-
4 natione simplici: hec tamē oppositio nō obstat. Tū† q̄r di-
ctus nobilis Alziarius ex officio paterno tenebat dotare
dictas ei⁹ filias, etiā diuites. l. fi. C. de do. promis. ⁊ l. qui li
beros. ff. de rit. nup. ⁊ saltē cōstituere pro eis dotes vsq; ad
valorē legitimarū, per id quod voluit Sali. in authen. res
que. C. cōmunia de lega. Tum ⁊ quia esto ꝙ dicte dotes
viderentur ample habito duntaxat respectu ad bona dicti
nobilis Alziarij: hoc tamē nō obesset: pro eo quia ille con
stitute extiterunt nō solum de bonis dicti nobilis Alzia-
rij, sed etiā de bonis maternis dictarū eius filiarū. Et sup-
posito ꝙ nihilominus essent iste summe de bonis suis
exigende. d. l. fi. poterat melius facere ipse nobilis Alzia-
rius, taxādo scilicet ꝗtū de bonis suis cōstitueret, ⁊ ꝗtum
de bonis maternis: sed ipse sub vno verborū inuolucro p
omnibus bonis ⁊ iuribus paternis ⁊ maternis constituit
summas predictas. Et sic non solum voluit partem solui
de bonis maternis: sed voluit omnia bona materna habe-
re, ⁊ se liberare ab omni alia petitiōe. Sed quidquid sit, ve-
ritas est, ꝙ ipse tenebatur congrue dotare dictas eius fi-
lias. Et supposito ꝙ ratione eius pluris in quo eas dotas
set, possent pretēdi renūtiatio, seu quietatio, ⁊ donatio pre
dicte ob causam: quia tamē bona ⁊ iura materna, seu illorū
valor in multo excedebat ⁊ excedit id, in quo pretendi po-
test dictus nobilis Alziarius, habito duntaxat respectu
ad dicta eius bona, dictas eius filias excessiue dotasse: ne-
gari nō potest quin quoad istum excedentē valorē fuerint
renūtiatio seu quietatio ⁊ donatio predicte, simplex dona-
tio, per id quod not. Bart. Ang. ⁊ Jo. de Jmo. in. l. Atti-
5 lius Regulus. ff. de dona. vbi volūt † ꝙ donatio remune-
ratoria, quatenus excedit merita donatarij, dicitur proprie
donatio: ⁊ sic debet insinuari: ⁊ ita etiā cōcludunt Guiliel.
Bal. ⁊ Sali. in. l. illud. C. de sacrosanc. eccle. Bar. in. l. fi. in
fi. ff. de exercito. actio. ⁊ doct. in. l. si donatione. C. de collat.
ad quod facit quod voluit Sal. in. l. j. C. de don. ante nup.
vbi dicit, ꝙ reciproca donatio inter cōiuges, in eo ꝙ est in-
equalis, est propria donatio, ⁊ nō valet. Facit etiā quod di
ci solet de donatione facta per patrē filio propter merita,
scilicet ꝙ illa valeat quatenus merita equiualent, ⁊ nō ab-
inde supra: quia sic esset simplex donatio, que est prohibita
inter patrē ⁊ filiū, per id quod not. doct. in auth. ex testamē
to. C. de colla. ⁊ auth. vnde ⁊ si parēs. C. de inoffi. testa. Er-
go a simili nemini dubiū, quin ratione excedentis valo-
ris renūtiatio seu quietatio ⁊ donatio predicte dici debeāt
mera donatio: pro quo, si placet, etiā videbitur id quod po
nit Fran. de Are. consi. xvij. versi. secunde antē obiectioni,
⁊c. videtur igitur cōcludendum ꝙ. d. l. si vnꝗ, locū habeat
in hoc casu saltē quoad valorē excedētē Ex quo infertur,
ꝙ exceptio parte dicti nobilis Balthesaris dictis eius
sororibus nō obstat, ꝗtumcunq; iurata extiterit. Quoniā
(vt iam dixi) iuramentū nō excludit beneficiū. d. l. si vnꝗ:
quia illa eadē cōditio, que subintelligebatur in dictis pre-
tensis renūtiatione, seu quietatione ⁊ donatione, etiā in-
telligebatur in iuramēto, arg. l. fi. C. de nō numera. pec. ⁊ l.
fi. ff. qui satisda. cogan. ⁊ ita refert Bart. in. d. §. imperator,
se cōsuluisse cum dom. Recuperato de sancto Mimate, ⁊
Franc. de Pi. Tum etiā ⁊ secūdo non obstat prefata exce
ptio dictis nobilibus Ludouice ⁊ Honorate, ⁊ maxime
eidē Honorate, causis ⁊ rationibus alias per me ⁊ diu est
pro dicta nobili Honorata allegatis in quodā cōsi. exord.
Uiso casu mihi exhibito parte nobilis ⁊ generose mulie-
ris, ⁊c. quas nō repeto. Quibus addo ꝙ dicta nobilis Ho
norata videtur fuisse falsis assertionibus inducta ad faciē
dum renuntiationē ⁊ donationē predictas, ⁊ hoc propter
illa verba, Tanꝙ tacita ⁊ cōtenta de cōstitutione sibi facta
per dictū nobilem Alziariū Rodulphi eius patrē dotis ⁊
augmēti suarū predictarū consideratis facultatibus bono
rum ipsius nobilis Alziarij eius patris ⁊ dicte nobilis
Silone eius matris. Et post pauca, Quocirca tenens ⁊ re-
putans se dicta nobilis Honorata Rodulphe pro bene
pagata, soluta, tacita ⁊ contenta, ⁊c. Ex his enim verbis
videtur colligi ꝙ eidē persuasum extiterit, ꝙ bona ⁊ iura
materna, ⁊ id quod pro ea de paternis bonis erat in dotē
cōstituendū nō excedebant valorē duorū milliū florenorū,
rauparum seu vestium ⁊ iocalium: ⁊ in hoc versabatur illa
sua pretensa consideratio facultatū bonorū maternorum ⁊
paternorū, de quibus dixit se esse tacitā ⁊ bene pagatā: cū
tamē esset male, imo pessime pagata, ⁊ cum enormissima le-
6 sione. Talis † enim persuasio seu asseueratio, ⁊ (vt verius
dicā) fallacia, excludit cōsensum: ⁊ per eam censetur fuisse
inducta ipsa nobilis Honorata ad renuntiādū ⁊ donādū
dolo dāte causam cōtractui seu renūtiationi ⁊ donationi
huiusmodi, vt voluit Frider. de Se. cōsi. cxcix. exor. Que-
ritur an dña Margareta minor. xxv. ann. ⁊c. Jo. de Jmo.
in sua solēni repetitione. c. cum cōtingat, versi. itē aduerte
quia do. Ant. hic in quarto casu, ⁊c. de iureiur. Ang. in. l.
non enim. ff. de inoff. test. ⁊ do. Feli. in. c. si autē, de rescrip.
ad quod facit quod not. gloss. in. l. dolus. C. de dolo. quod
etiā fuit de mente Jo. de Jmo. in. c. ꝗuis pactum, de pact.
in. vj. ⁊ Franc. de Are. in. l. qui superstitis, versic. adde etiā
ad predictā limitationē. ff. de acqui. heredi. vbi etiā Fran.
de Are. post Bar. consi. clxxxviij. exord. Dilecto suo do-
mino, ⁊c. dicit, ꝙ aliud est aliquē vel donare vel renuntiare
absolute, ⁊ donare vel renūtiare respectiue, vtpote aliquo
dato: quia in secūdo casu facilius inducitur enormis lesio,
quādo scilicet existimat parū remittere vel donare: ⁊ si va-
leret actus, reperiretur multa remisisse vel donasse. Nec di
cat aliquis hāc nobilē Honoratā fuisse certificatā, ⁊c. put
colligitur ex instrumēto dictarū pretēsarū renūtiatiōis ⁊
7 donatiōis. Q̄m respōdeo ꝙ hoc nō obstat: q̄r supposito † ci
tra preiudiciū veritatis, ꝙ notario asserenti se certiorasse
partē cōtrahentē, credi deberet, cuius cōtrariū tenuit Fri-
der. de Se. in. d. cōsi. Panor. in. c. cū causam, de testi. Ant.
de But. in. c. quoniā cōtra falsaz, de pba. ⁊ multi relati per
do. Jaso. in. l. si duo patroni. §. idē Julianus, vbi etiā incli
nat in hāc partē. ff. de iureiur. istud tamen nō nocuisset: nec
noceret

noceret dicte nobili Honorate: qa in dicto pretēso instru-
mēto dicitur, eā fuisse certificatā de dote ac augmēto & io-
calibus. Non autē dicitur eā fuisse certificatam de valore
bonorum maternorum, nec sibi dictum q pars eidem per-
tinens & spectās valeret decem mille florenis, & q legitima
quam habitura erat in, vel de bonis paternis ascēdebat ad
summam tantam. si enim super his sic certiorata extitisset,
& nihilominus voluisset illa remittere pro dote, iocalibus,
& vestibus predictis, aliquid dici posset, si etiā cessasset me-
tus & alia minus iuridica. Sed non apparet eam sic certio-
ratam: sed potius seductam. Non ergo nocuerūt dicte pre-
tense renuntiatio & donatio, vtpote facte dolo, dante cau-
sam contractui. Nec iuramentū aut iuramenta ab eadē no-
bili Honorata sic extorta validarunt dictas pretensas re-
nuntiationes & donationem per dictam nobilem Hono-
8 ratam minorem annis. xxv. vt asseritur factas: nec † enim
maiorem representarunt, cum non valuerunt, vt notant
Bald. & Jason in. l. sacramenta puberum. C. si advers. ven.
quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis: &
vt dicit Cuma. consil. lxxx. exord. Videtur prima fronte di
cendum, q̄uis dolus non vitiet contractum, nisi causam
ei dederit: tamen vitiat iuramētum interpositum ad con-
firmationem contractus: quia cum lex loquitur de iura-
mento confirmatorio exigit dolum & metum abesse. Nec
reiteratio iuramēti magis confirmat quietationem seu re-
nuntiationem & donationem predictas: sed magis offen-
dit & iniquitatē multiplicat, arg. l. doli mali. §. diversum.
ff. de nouat. Preterea prefate nobiles Ludouica & Ho-
norata obtinuerunt dispensationem iuramēti, seu habili-
tationem personarum suarum ad detegendum enormissi-
mam lesionem, fraudem, & alia de quibus in literis parte
earum obtentis a reuerēdissimo do. Andrea de Grimal-
dis tunc locumtenente reuerendissimi do. Legati, vicarij
Pontificis: qui hoc facere potuit. Et cui habitationi non
refragatur id de quo ex adverso opponitur, scilicet q di-
ctus quondā nobilis Alziarius nō fuerit vocatus. Quo-
niam respondeo q dicta habilitatio, vtpote per quam nul
lum preiudicium fiebat eidem Alziario, potuit fieri eo ab-
sente: quod etiam voluit Oldr. olim aduocatus consisto-
rialis, & quidem doctissimus, consil. cxx. exord. Ad dupli-
cem finem peti potest relaxari iuramentum, &c. Albe. C. de
vsur. super rub. ad fi. & Pet. de Anch. consil. xviij. & Pau.
de Cast. cons. ccxvj. exord. Circa primū quesitū dubitatio
videtur in hoc consistere, &c. ver. sed remanet dubiū quid si
fuit cōcessa altera parte non vocata, &c. vbi dicit idē Pau.
9 q q̄tū † ad habilitandū partē vt possit docere de dolo, &c.
non obstante iuramento, non requiritur citatio partis:
quia talis absolutio seu habilitatio nō facit quominus in
probatione postea fiēda per partē non sit necessaria partis
aduerse citatio. Nec obst. si dicatur, q interest partis, pro eo
q cessante absolutiōe seu habilitatione cessat sibi molestia.
Quoniā respondet idē Pan. q contradictio partis etiam
citate non potuisset impedire absolutionē: q petebatur ex
caussa, ex qua hoc fieri ius permittit: alias esset in potesta-
te partis aduerse ius alteri parti auferre, cōtra regulā, in-
dultū, de reg. iur. in. vj. Ille autē citādus est, qui cōparēdo
potest actū impedire. l. recusare, in prin. & quod ibi Pau. de
Cast. ff. ad Trebel. & idē voluit Lauren. de Rodul. in suo
tractatu de Rodulphis. q. cvj. in fi. & Joan. de Jmo. in. c.
debitores, de iureiur. Et hec practica absoluēdi seu habili
tādi, &c. parte nō citata multū inoleuit in curia episcopali
Bononie. & hāc partē videtur firmare Jo. de Jmo. in. c. j.
de iureiur. Et supposito citra p̄iudiciū veritatis, q aliqui,
imo etiā multi tenerent contrariū: non potest tamē negari
quin propter predicta, & maxime pp̄ter ea que parte dicta-
rum nobiliū Ludouice & Honorate fuerūt in processu ple
ne & eleganter deducta & allegata, tam in iure, q̄ in facto: di
10 cta asserta † exceptio parte dicti nobilis Balthesaris oppo
sita requirat altiorē indaginē. Debet igitur differri etiā si
alias esset de impedientibus litis ingressum: pro quo caussa
breuitatis allegasse sufficiat notata per cano. in. c. cū con-
tingat, de offi. deleg. p doc. in. l. nā & si postea. ff. de iureiur.
& in. l. ille a quo. §. si de testamēto. ff. ad Trebel. & qd vtro-
biq Alex. de Jmol. vbi si placet videbitur. Ex quibus o-
mnibus concludo & respondeo articulos dictarū nobiliū
Ludouice & Honorate in causa productos & dictā preten-
sam exceptionē vel prorsus repellēdā vel saltē differendā,
& reseruādā in examinatione negotij principalis. Que, &c.

¶ Rub. De testamentis. ¶ Epitome. ¶ Consil. cxxviij.

¶ Testamēti quod sumpsit septimus testis ipse notarius
recte est: sed quia hoc eius instrumentū testiū numerū iustū
non habet, nisi pro codicillis & ex testamēto q̄ ex codicillis
hereditatē adire prestat: notariū & testes examinari ad per
petuam rei memoriam procuret heres. V. F.



Quanuis Testamētū factum per honestā mulierē Hiero
nymā de Geruasia, filiā quondā naturalē
& legitimā Claudij de Geruasia, de iure
valuerit & valeat, pro eo quia in eo viden-
tur interuenisse solēnitates & alia requi-
sita ad validitatē testamēti nisi forte dicatur q in ipso nō
interuenerint nisi sex testes: sed istud nō obstat, pro eo quia
honorabilis vir magister Antonius Batonati notarius,
qui de illo notā recepit, potest assumi pro teste: per id qd
habetur in. l. Domitius Labeo, & quod ibi Jo. de Jmo. &
doc. ff. de test. & quod no. gl. & post eā doc. in. l. hac cōsultis-
sima. C. qui testa. face. pos. tamē instrumētū cōfectū vel cō-
ficiēdū per ipsum magistrū Antoniū nō probabit hoc te-
stamentū: pro eo q in eo nō est descriptus sufficiens testiū
numerus. debuerūt enim septē describi & rogari, & nō sunt
nisi sex. Propter quod expedit honesto iuueni Antonio
Quinidi heredi instituto p dictā Hieronymā, q vocatis
& citatis proximioribus eiusdē quondā Hieronyme, hoc
est illis, qui ab intestato succedere poterāt, faciat ad perpe
tuā rei memoriā examinari per egregiū virū dominū iudi
cē dictū magistrū Antoniū, & oēs testes per eū descriptos
in dicta nota, & eorū depositiones reduci in actis publicis
per notariū publicū. Non tamē nego quin per dictū instru
mētū possit probari codicillus, vel donatio causa mortis:
ad quorū validitatem sufficiūt quinq testes. Sed vtilius
est prefato Antonio heredi habere bona predicte Hiero-
nyme in vim testamēti, q̄ in vim codicillorū aut donatio-
nis causa mortis: pro eo q primo casu habebit omnia: in
secundo vero casu dicti proximiores detrahent quartam
partem. Que dixerim, &c.

¶ Rub. Cōmu. de lega. & fideic. ¶ Epito. ¶ Cōsil. cxxix.

¶ In imputationibus tam legitime, q̄ trebellianice in-
spiciendum est an iudicio testatoris res percepte sint: tunc
enim facilius imputantur. V. F.

1 ☞ Acceptatio simplex legatorū an filiū repellat a petitio
ne supplemēti legitime, etsi quietantiā de receptis fecerit.
2 Supplementum legitime qua actione petatur.
3 Prescriptio legitime quanto tempore impleatur: & an a
principe possit remitti.
4 Detractio duarū quartarum: & prohibitio trebellianice.
5 Communis opinionis authoritas.
6 Imputationes in quartam trebellianicam.



Cum Primo scriberem pro nobili &
egregia muliere dom. Alisia de
Grolea, nō fuit tamē petitū an ipsa & alij
liberi & heredes nobilis quondā & genero
se mulieris do. Beatrisie de Medulione
eorū quondā matris, & ex ipsius persona,
possent petere supplemētū legitime eidē do. Beatrisie de-
bite in bonis magnifici & potētis quōdā viri do. Guil. de
Medulione ipsi⁹ do. Beatrisie patris: & ideo nihil scripsi.
Nūc vero cū etiā de hoc interroger & requirar, dico & respō
deo, q lz prefatus do. Guil. de Medulione voluerit & or-
dinauerit. d. do. Beatrisiā ei⁹ filiā fore & esse cōtētā de sum-
ma triū milliū floren. in dotē & pro dote eiusdē do. Bea-
trisie cōstituta, & de. x. flor. monete currētis, ipsi do. Beatri
sie per eūdē do. Guil. in suo vltimo & nūcupatiuo testamē-
to legatis, & iure institutionis relictis, & q nihil amplius
in bonis & hereditate eiusdē iure nature, legitime, trebellia
nice, aut alias quomodolibet petere posset: potuit nihilo-
1 minus eadem do. Beatrisia † petere supplementū legitime,
etiā si ipsa simpliciter acceptauerit summas predictas, & de
eis quietauerit heredē dicti do. Guil. pro eo q omne onus
seu grauamen tollitur de legitima: & sic nō valuit illa clau-
sula per quā voluit & ordinauit idē do. Guil. prefatam do.
Beatrisiā esse cōtētā, & nihil amplius petere posse. l. qm in
prioribus. C. de inoffi. testam. & authen. vt cum de appella.
cogno. §. ceterum. collatio. viij. Et q per receptionem pre-
dictarum summarum & quietationem factam eadem dom.
Beatrisia, etiā si hec fecerit, non sibi preiudicauerit in sup-
plemento legitime, tenuit Bald. Salic. Paul. de Castr.

⁊ docto. in. l. si quando. §. ⁊ generaliter. C. de inoffic. testa. Bald. ⁊ Paul. de Castr. in. l. omnimodo, in prin. C. eo. tit. Bald. in. l. hac edictali, versic. quam obseruationem. C. de secun. nup. Ang. in. l. iubemus. C. ad Trebel. Jo. de Jmo. in. l. quod de bonis. §. cum fideicommissum. ff. ad legem Falc. Alexand. de Jmol. consil. lxix. exordiente, Super primo dubio queritur, ⁊c. versicu. nec obstat si dicatur ꝙ saltem postꝙ filia acceptauit, in primo volu. ⁊ in multis aliis cõsiliis, que nõ refero, Benedic. Capra, cõsil. vj. Et ita fuit alias decisuz in Delphinali Parlamẽto prout refert do. Guid. pa. deci. xciij. exord. Pater in testamẽto suo instituit filiũ, ⁊c. Et quemadmodũ prefata quondã do. Beatrisia supplementum predictũ petere potuit, si vez summe predicte non ascendebant ad valorẽ duodecime partis seu vncie bonorũ dicti quondã do. Guil. ad quam alias scripsi legitimã predictã ascendere: ita possunt prefata do. Alisia ⁊ alij liberi ⁊ heredes eiusdẽ quondã do. Beatrisie petere supplemẽtũ huiusmodi. Et hoc nisi obstet eis prescriptio.

2 Supplementũ† enim legitime, secundũ opinionem magis cõmunem, petitur cõdictione ex. d. l. omnimodo, prout voluit ibi gl. super verbo, exigere, quã ibi sequitur Pau. de Cast. ⁊ do. Jason May. ⁊ idẽ voluit Ang. in. l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoffi. testa. Joan. de Jmo. in. l. in quartã. ff. ad leg. Fal. Alex. de Jmo. consil. cxxviij. exord. Consideratis verbis instrumenti, vers. preterea posito ꝙ lapsum esset quinquẽniũ, ⁊c. in. j. vol. ⁊ idẽ videtur voluisse in. d. l. in quartã. vers. querit etiã hic Barto. ⁊c. Condictio vero est actio personalis. §. appellamᵘˢ, instit. de act. actiones vero pesonales durant regulariter. xxx. annis. l. receptitia, ⁊ quod ibi gl. super verbo triginta. C. de cõstit. pecu. ⁊. l. j. §. nemo, cum suis similib. C. de quadrien. prescript.

3 Et sic† si non preterierint nec lapsi sint. xxx. anni a tẽpore mortis ⁊ adite hereditatis dicti quondã do. Guil. peti potest predictũ supplementũ. Et hoc sine dubio. Et nõ solũ videtur posse peti supplemẽtũ: sed etiã fructus supplementi, auth. nouissima, ⁊ quod ibi gl. ⁊ doct. C. de inof. testa. ⁊ d. l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. eod. tit. not. glos. in. l. in fideicõmissariã, in prin. ff. ad Trebel. Joan. de Jmo. in addi. Spe. de pig. §. sequitur videre, in addi. exor. Si vsusfructus probatur, ⁊c. Ro. cõsi. cccxxj. exord. Et hoc declarat Bal. in. l. nõ est. C. famil. erciscun. vbi cõcludit hoc esse verum etiã si tales fructus essent cõsumpti ab herede bona fide possidẽte. Si vero lapsi sint. xxx. anni, ⁊ aliud nõ suffraget prefatis do. Alisie ⁊ aliis liberis: poterit opponi de prescriptiõe. l. oẽs, ⁊. l. cũ notissimi, cũ simil. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annor. a qua tamẽ, secundũ Albe. in. l. quoties, vers. item querit Odofre. C. de precib. imper. offer. potest princeps releuare: ⁊ idẽ voluit Ang. in. l. Lucius. ff. de euict. ⁊ fuit de mente Bal. in. l. fi. vers. sed immediate oppono. C. senten. resc. nõ pos. ¶ Preterea nec fui interrogatus cum primo scriberẽ de castris per dictũ quondã do. Guil. testatorẽ legatis nobili ⁊ generosi viro Guil. eius filio, nec de substitutiõe sibi facta in castris huiusmodi. Et ideo nihil respondi. Et quia nunc de his requiror: respõdeo prout lego respõdisse egregiũ virũ do. Rolinũ, eius propterea sententie adherẽdo, respondẽdo ad secũdũ quesitũ sibi factũ. ¶ Ad tertiũ vero quesitũ respõdi alias cũ primo scriberẽ: vbi si placet, videatur: vbi etiã scripsi circa finẽ, ꝙ ex persona nobilis ⁊ potẽtis quondã viri do. Petri de Medulione primi ⁊ immediati heredis dicti quondã do. Guil. testatoris, poterũt detrahi due quarte, scilicet legitima ⁊ quarta Trebellianica. Et ꝗuis huic dicto cõtradixerit prefatus do. Rolinus, dicens detractionẽ Trebellianice fuisse effectualiter prohibitã propter illa verba, Pleno iure, posita in substitutione facta de dicta do. Beatrisie ⁊ suis: ego tamẽ nõ discedo a prima mea opiniõe. Cũ quia est magna difficultas an detractio Trebellianice possit prohiberi liberis primi gradus: super qua Bald. in. l. iubemus, ⁊ per illum tex. ibi, licet hoc testatur, ⁊c. C. ad Trebel. tenuit ꝙ nõ pro eo ꝙ tex. vult ibi testatorẽ nõ posse disponere ꝙ liberi primi gradus sibi cõputẽt fructus in Trebellianicã. Non potest igitur testator per iniunctionẽ imputationis huiusmodi minuere Trebellianicã: ergo nec potest eã in totũ tollere seu prohibere, arg. l. videamus. §. penult. ff. de in lit. iuran. minus enim videtur esse minuere Trebellianicam per iniũctionẽ imputatiõis fructuũ, ꝙ eã tollere, aut totaliter prohibere. Quo fit vt si testator primũ facere non possit, ergo nec secundũ, arg. c. cũ illorũ, de senten. excõmun. ⁊ quod no. in. c. cui licet, de reg. iur. in. vj. Et cum hac opi. Bal. gl. trãsit. Sal. in. d. l. iubemus, ⁊ Roma. in. l. Marcellus, in prin. ff. ad Trebel. Alex. de Jmo. cons. v. in. iij. vol. hoc dictũ Bal. dicit Fran. de Are. cons. lxvij. exor. Diligenter ⁊ mature, ⁊c. paulo ante fi. esse notabile, ꝗuis subiungat esse aliqualiter dubiũ. Tum ⁊ quia supposito ꝙ opinio cõtraria, scilicet ꝙ imo detractio Trebellianice possit prohiberi etiã liberis primi gradus, esset cõmunior ⁊ verior: illa tamen nõ cẽsetur efficaciter prohibita per illa verba, Pleno iure. ⁊c. quia illa verba nõ ampliãt restitutionẽ, sed eorũ que restitui debẽt plenã ⁊ integrã dominij translationẽ. l. raptores. §. bona autẽ. C. de episc. ⁊ cle. ⁊ arg. l. generaliter. §. j. ff. qui ⁊ a quib. ma. manumis. liber. nõ fi. l. qui ex causa de bon. liber. c. cum inter vos, de re iud. ⁊. c. cõquestus. de foro cõpe. Et talis prohibitio non debet fieri per cõiecturas, sed expressim, aut. de hered. ⁊ fal. §. si vero expressim, coll. j. quod est palam, ⁊ non verbis obscuris ⁊ non generalibus hoc facere. l. quicquid adstringẽde. ff. de ver. obli. dicta vero verba, Pleno iure, sunt generalia, ⁊ (vt dicit Paul. de Cast. in auth. sed cũ testator. C. ad leg. falc. ⁊ do. Feli. in. c. auditis, versi. ⁊ si testator legat vel substituit, ⁊c. de prescript.) possunt intelligi respectu ꝓprietatis ⁊ vsusfructus, vel respectu dominij directi, vt not. glo. in. l. vlti. ff. de rei vend. ⁊. l. mater. ⁊ quod ibi Bart. C. ad Tertul. ⁊. l. fi. §. similiqꝫ modo. C. de bo. que liber. Non potest ergo pretendi ꝙ per illa verba, Pleno iure, censeatur trebellianica expressim, hoc est palam prohibita: quod etiam voluit Oldra. consi. cccxlviij. exord. Presupposita cõsuetudine ciuitatis Parisiensis, versi. ad quartã questionẽ, Albe. in. d. l. raptores, versi. que omnia faciunt ad questionẽ si testator, ⁊c. Ang. in auth. de trien. ⁊ semis. §. illud quoqꝫ, el. j. colla. iij. Paul. de Cast. ⁊ Phil. de Corn. in. d. auth. sed cum testator, Roma. consi. lxxix. exord. Totũ fundamẽtum consulentium. ⁊ longe plenius in repeti. authent. similiter. C. ad leg. falc. Pau. de Cast. consil. cl. exord. Jn causa que vertitur inter Petrum Joannis, versi. sed fuerunt in casu nostro opposita alia ꝟba, scilicet pleno iure. Benedic. Cap. cõs. lxxxiij. exord. Cyprianus de Fulginio, ⁊c. Anto. Cors. in suo tracta. de regia potesta. q. lxxiij. versi. nec obstant cõtraria consilia Roma. Oldra. ⁊c. ⁊ do. Feli. in. d. c. auditis, versic. ⁊ si testator legat vel substituit. Cum igitur vidissem tantum doctorum gregem tenentiũ hanc partẽ, ⁊ eorũ fundamẽta:

5 existimaui† temerarium fore si ab hac communi opinione in consulendo discederem, per id quod habetur in. c. nouimus: ibi, Opinio ab omnibus approbata, ⁊ quod ibi Anto. de Butr. de verbo. signif. c. de inducijs: ibi, in quo plurium concordant. iij. q. iij. ⁊. l. j. ibi, crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. ⁊ quod not. Ostien. Joan. And. ⁊ alij in. c. j. de constit. in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. ⁊ in. l. fi. C. de pe. iudi. qui male iudi. Quanuis igitur Bald. senserit contrarium in. l. precibus, versi. procedo vlterius, ⁊ quero quid si testator. C. de impube. ⁊ aliis substi. eiusqꝫ authoritas testimonio plurium magna sit ⁊ in scholis ⁊ in iudicijs: non fui tamen ausus consulere secũdum illud dictum Bald. Et ꝗuis Bart. dicatur idipsum sensisse in. l. centurio. ff. de vulg. ⁊ pupil. Paul. tamen de Cast. in. d. consi. cl. ostendit ꝙ illa non fuerit mens Bart. Et si Bart. ita sensisset, sciunt omnes ꝙ sepe bonus dormitat Homerus, ⁊ ꝙ multe opiniones Bart. reprehenduntur, nec obseruantur in practica, secundum Laudensem in princ. tractatus sui de reprobatione nota. Barto. Pro quo facit quod notãt gloss. in. c. si quis cum nouerca. §. ꝗuis. xxxij. q. iiij. Dixi tunc igitur ⁊ nunc dico, ꝙ per dicta verba, Pleno iure, nõ censetur prohibita detractio trebellianice. Non tamen nego quin sint multa verba equipollentia, ⁊ per que posset prohiberi: de quibus per Anto. Cor. in dicto suo tracta. de regia potesta. q. lxxiij. Sed nullum ex ijs positum est in dicto testamento. Sed an fructus percepti per dictos quondam dom. Petrum ⁊ Guil. debeant imputari in trebellianicam: respondeo ꝙ super hoc sunt opiniones. Bart. enim in. l. quod de bonis. §. quod autem, versicu. oppono. C. ad trebel. ⁊c. ff. ad leg. falc. videtur velle ꝙ. l. iubemus. C. ad trebellia. habeat locũ etiã qñ detrahũtur due quarte: ⁊ idem consuluit Angel. consil. cxx. exord. Jolis domi. Damiani de Tuderto, vers. ad tertium respõdeo. vbi pro hoc dicto suo nihil aliud allegat, nisi dictã. l. iubemᵘˢ: ⁊ dicit Alex. de Jmo. in. d. §. quod autem, ꝙ propter autoritatẽ Bar. ⁊ Ang. esset durũ in practica obtinere cõtrarium. Sed cõtrariũ tenuit Pau. de Castr. in. d. l. quod de bonis. §. fructᵘˢ, ⁊ in. l. mulier. §. cũ proponeret. ff. ad. trebel. volens ꝙ. d. l. iubemus, decidẽs ꝙ liberi primi gradus nõ imputent fructᵘˢ in quartã, loquitur eo casu quo nõ detra-

hitur nisi vna quarta, vt probatur ibi in versi. dodrãs resti tuatur, &c. & dicit Paul. de Castr. in d. §. cũ proponeretur, in lectura Bononiẽsi, q̃ istud est dictũ nouũ: & ita etiã con suluit Pau. de Cast. cõsi. xcij. exor. Quia dubia supra for mata, &c. pro quo allegat regulã generalem positã in d. l. in fideicõmissariã. ff. ad trebel. cui secũdũ eũ nõ obstat. d. l. iu bemus: quia illa loquitur eo casu quo filius tantum de trahebat vnã quartã. Et dicit Alex. de Imol. in d. §. cum proponeretur, q̃ hoc dictũ Paul. de Cast. nunq̃ est obli uioni tradendũ: quia est peregrina limitatio ad dictã. l. iu bemus: & hoc dictũ magis sibi placuit, q̃ dictum Ang. in d. cõsi. Hoc dictum Paul. de Cast. etiã sequitur Fran. de Curt. cõsil. lj. exor. Circa testamẽtũ Alberti de Turre, &c. versi. Accedat ad premissa, ad fin. vbi vltra Pau. & Alex. allegat Roma. singulari suo. cxcix. exord. Dubiũ est nun quid trebellianica, &c. hanc partẽ etiã sequutus est Alex. de Imo. consil. clxv. exord. Circa presentẽ questionẽ que in themate, &c. ad fi. q̃uis illud sit ibi limitatũ. Et hec senten tia videtur rationabilis & equa. Nescio tamẽ si in Delphi natu seruetur cõtrariũ. An vero fructus precepti per ma gnificũ virũ dominũ Anto. de Grolea post mortẽ dictorũ do. Petri & Guil. filiorũ dicti primi Guil. testatoris sint imputãdi in trebellianicã, respõdeo q̃ cum per mortẽ di cti vltimi domi. Guil. sine liberis vita functi fuerit locus substitutioni, & sic post illius mortem non fuerint fructus percepti iudicio testatoris, sed potius negligentia non pe tentis: illi non videntur in trebellianicã imputandi. l. mu lier. §. si heres. ff. ad trebel. & quod not. glo. Bart. & doct. in l. in fideicommissariã. ff. eo. tit. Secus vero si essent perce pti mora nõ soluentis. d. l. in fideicommissariã, & quod ibi glo. Quo vero ad articulum concernentẽ duas moniales, nihil scribo. Tum quia prefatus do. Rolius plene scri psit. Tum & quia nõ est mihi nota forma professionis il larũ duarum monialium, nec status earundẽ. Si tamẽ sint secundi status sancti Francisci, licet nõ habeãt proprium in particulari: habent tamen in omni, vt voluit glo. Ioan. de Imo. & doct. cõmuniter de sent. excom. Que omnia, &c.

¶ Rubrica, Vectiga. no. instit. non pos. ¶ Consi. cxxx.

¶ Epitome.

¶ Massilienses ad castrum de Venellis iter facientes nullum vectigal prestare debent: & que contra sanxerat Senatus sententia est reuocanda. V. F.

1 ☞ Titulum concessio quando tribuat, vel non.
2 Castrum quedam pertinentia de iure non habet.
3 Diuersa illationem non recte faciunt.
4 Reorum iura duo.
5 Prescriptum tantum quantum possessum.
6 Consuetudo an & quando extendenda.
7 Extensio an & quando fiat. 8.
9 Prescriptio vectigalis quanto tempore impleatur.
10 Prescribi potest seruitus sine titulo.
11 Exceptiones perpetue.
12 Differentia in deducendo & probando per modum exce ptionis, aut per modum actionis.



Ex iis que proposita & probata preten duntur parte nobilis viri Guilielmi Stephani, pretensi moderni domini loci de Venellis, contra & aduersus spectabi les viros dominos consules & venerabi lem vniuersitatẽ ciuitatis Massilie, non apparet aliquid fuisse vel esse probatum, propter quod de buerint aut de iure potuerint prefati do. cõsules & vniuer sitas, seu homines Massilienses condemnari ad soluen dum pedagiũ castro seu territorio de Venellis. Et primo quidẽ per quoddã pretẽsum priuilegiũ dudũ, anno scilicet domini. M. ccxxxvij. vj. Calen. Aprilis, per recolẽde me morie illustrẽ dominũ Raymundũ Berengarij, pretẽsum tũc Comitẽ & Marchionẽ Prouincie, vt pretenditur cõ cessum nobili Artaudo de Dorchia. Et qdẽ nõ quaten⁹ inibi scribitur dictũ do. pretensum Comitem eidem Ar taudo donasse castrũ de Venellis cũ omnibus suis perti nentiis & iuribus: pro eo quia nõ apparet q̃ in & de perti nentiis & iuribus dicti castri sit pedagium, seu ius & facul tas exigendi pedagiũ in castro vel territorio predictis. Et sic per huiuscemodi concessionẽ nullus fuit titulus acqui situs seu ius ipsi nobili Artaudo, per id quod habetur in
1 l. quod si in vẽditione, & l. q̃ si sic, & quod ibi Bal. in lectu ra antiqua. ff. de hered. vel act. vend. vbi f voluit Bald. q̃ si quis dixerit, Cedo vel vendo quicquid iuris habeo in ta li fundo: hec questio nullũ titulũ etiam ad prescribendũ tri buere dicitur, nisi constet de iure concedẽtis: & idem volue runt Dy. Bart. & doct. in l. si sic. ff. de leg. j. Alex. de Imo. in l. locus. ff. de acqui. pos. & idem voluit Oldr. cons. clxiiij. exord. Viso priuilegio inclyti regis, &c. vbi dicit Oldr. q̃ priuilegium de quo ibi nihil faceret pro do. episcopo Uti cẽsi: quia priuilegiũ huiusmodi in quibusdã locis, de qui bus tunc non existebat questio, generaliter & sub quodam confuso sermone erat patens his verbis. Et sicut idẽ quõ dam Comes habebat, &c. Per hec enim verba nihil iuris confertur, nisi q̃tum Comiti cõpetijsse ostẽdatur: pro quo allegat. d. l. q̃ si in vẽditione, & l. si sic: allegat etiã. l. Quin tus Mutius. ff. de auro & argen. lega. & l. si non designata. C. de fal. cau. adiec. lega. & subiũgit, q̃ hoc aperte describit lex dũ dicit q̃ si dicã, Quicquid iuris mei est in hoc fundo, tibi trado: incert⁹ q̃tum iuris ibi habeã: nihil tibi trado, & tu nihil accipis. l. possideri. §. incertã. ff. de acquir. poss. & d. l. locus. Ad premissa facit quod not. Inno. & sequuntur
2 doc. in c. cum ad sedẽ. de restit. spol. vbi not. q̃ castro nihil corporale est a iure deputatũ, quod sit ei⁹ pertinẽtia: quã uis ab hominibus & eorũ statutis cõsueuerit castro certum territoriũ assignari, quod sibi in iurisdictiõe & aliis debeat respondere. Et bene facit quod voluit Sal. in l. si de pos sessione. C. vnde vi: vbi dicit, q̃ licet procedat libellus in quo petitur castrũ cum pertinẽtiis suis & iuribus: ante ta men executionẽ sententie declarabitur que sint iste pertinen tie ad castrũ spectãtes, ad instar ecclesie cum iuribus & perti nẽtiis petite. Ad hoc igitur q̃ dict⁹ nobilis Guilielmus Stephani obtinere debuerit vel debet victoriã, non suffe cit, nec sufficit ostendisse vel ostẽdere concessionem factam de castro ac iuribus & pertinẽtiis suis: sed ostendere opor tuit q̃ pedagiũ principaliter petitũ esset de pertinẽtiis vel iuribus dicti castri, per predicta. Nec etiã probata est intẽ tio dicti nobilis Guil. pro eo quia in dicto pretẽso priuile gio pretenditur eundẽ quondã illustrẽ do. Raymundum Berengarij ipsi nobili Artaudo de Dorchia cõcessisse aut donasse duos denarios regales coronatorũ in pretenso pe dagio de Aquis. Quoniã cum Aquẽsis ciuitas & eius ter ritoriũ, ac castrũ & territoriũ de Venellis sint loca & territo
3 ria separata, distincta, & diuisa: ex vno non infertur ad re liquum. l. inter stipulantẽ. §. sacrã, ver. sed hec dissimilia. ff. de verb. oblig. l. si maritus, la. j. C. de don. inter vir. & vxor. & vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Esto igitur ci tra preiudiciũ veritatis, q̃ virtute dicte pretẽse cõcessionis dictus nobilis Artaudus & sui successores exigere potuis sent duos denarios de Aquensi pedagio: per hoc tamẽ pe dagiũ exigere non potuerũt in castro vel territorio de Ve nellis. Forte vero opponetur, prefatos do. cõsules & vni uersitatem nec in illo antiquo processu, nec in isto predicta allegasse, aut negasse do. de Venellis percipere pedagium in loco vel territorio de Venellis. Sed dixerunt se fuisse & esse a prestatiõe pedagij huiusmodi immunes & exemptos: & q̃ cũ de valida & efficaci exemptione non doceant, debue rint & debeant ad prestationẽ pedagij condẽnari. Sed re spondeo, q̃ hec non obstãt. Tũ quia in dicto antiquo pro cessu fuit parte dictorũ do. cõsulũ & vniuersitatis dictum & propositũ, q̃ in castro de Venellis do. eiusdẽ castri, seu eius officiales a pauco tẽpore tũc preterito q̃uis indebite & in iuste, & contra libertates, franchesias, & pacis capitula ciui tatis Massilie, a ciuibus Massiliensibus transitũ facien tibus per dictũ castrũ seu eius territoriũ exigebat, & exigi mãdabat & faciebat, seu exigi patiebatur nouũ pedagium. Certum est autẽ q̃ priuilegia pacis precesserũt hanc queri moniã. Quo fit vt cũ non appareat q̃ ante querimoniã hu iusmodi dicto do. de Venellis aut suis predecessorib⁹ cõ petierit ius aut facultas exigendi pedagiũ in loco vel ter ritorio de Venellis: verũ proposuerint & dixerint dicti do. cõsules seu ambassiatores per eos missi, dũ premissa expo suerũt, scilicet q̃ indebite, iniuste, & contra libertates, &c. Tum & quia supposito citra preiudicium veritatis, q̃ dicti do. cõsules & tunc, & in pcessu nouissimo solũ proposuissent & allegassent se fuisse & esse exemptos a prestatione predicti pedagij: nõ deberẽt tamẽ ad solutionẽ illius do. Massiliẽ ses cõdẽnari & cõpelli nisi prius edocto & sufficiẽter proba to, q̃ dictus do. de Venellis seu eius pretensus predecessor haberet ius exigẽdi pedagiũ in loco & territorio de Venel lis tempore dicti antiqui processus: quo illi inhibitum est, ne pedagium a Massiliensibus exigeret. Quemadmo dum dici solet de reo assumente onus probandi, qui licet

in probatione intentionis defecerit: non est condemnan-
dus, nisi actor suam intentionem probauerit, vt not. gloss.
Bart. et Flori. in. l. circa, de proba. Pet. in. l. voluntarie. C.
de excusa. tuto. et Cyn. in. l. actor. C. de proba. et Ang. Are.
in. §. j. versic. si tamen arctauerit se ad probandum, etc. insti.
de actio. et dicit Flori. in. d. l. circa, quod predicta opinio est
4 vera et communis. Quia† reus habet duo iura: vnum, quod ab-
soluatur actore non probante: aliud, quod ipso reo probante
pronuntietur res esse sua, vel alias declaretur ius eius.
Quanuis igitur deficiat in secundo: non perdit primum,
argum. l. si domus. ff. de seruitu. vrbano. predio. Preterea
facit ad predicta id quod dici solet de reo opponente de
solutione debiti a se petiti: qui etiam si non probauerit
solutionem, non est condemnandus, nisi actor probet de-
bitum. l. non vtique, et quod ibi Bart. ff. de excep. l. exceptio-
nem, et quod ibi Salic. C. de probat. et regula exceptionem
obijciens, de regu. iur. in. vj. et quod notant Innoc. et cano.
communiter in. c. cum venerabilis, de except. Bart. et do-
cto. communiter in. l. decem. ff. de verbo. oblig. Et hoc de-
bet maxime procedere in hoc casu, in quo non fuit parte di
ctorum do. consulum et vniuersitatis allegata singularis
immunitas aduersus dictum pretensum pedagium: sed
generalis, et generaliter concessa per capitula pacis contra
noua pedagia et alia generaliter concessa in omnibus ter-
ris, vijs et aquis domini concedentis: dici ergo non pos-
sunt, quod in sic excipiendo videantur fuisse confessi, quod huic
pretenso moderno domino de Venellis, vel suis predeces
soribus competierit aut competat pedagium, seu ius vel fa-
cultas pedagium colligendi siue exigendi in loco vel terri
torio de Venellis, signanter vero et maxime pedagium quod
indictum seu positum extitisset ante capitula pacis. Cum
igitur non fuerit parte ipsius do. de Venellis edoctum, quod
vel sibi, vel alicui suo pretenso predecessori fuerit peda-
gium, seu facultas pedagium exigendi in loco de Venel-
lis vel ipsius territorio concessa ante capitula pacis, quin-
imo nec postea: declarari non potuit nec de iure debuit di-
ctum do. de Venellis et suos successores in dicto castro posse
pedagium leuare et exigere ab ipsis dom. Massiliensibus.
Certum est enim quod non sit temere permittenda nouorum
vectigalium exactio, quod a solo principe, eo scilicet qui su-
periorem non recognoscit, concedi possit. l. j. l. vectigalia,
et quod ibi Sali. et. l. non solent. C. noua vectig. institui non
poss. c. super quibusdam. §. preterea, et quod ibi glo. et doct.
de verbo. signific. et auth. vt nulli iudicum. §. j. colla. ix. Et
supposito citra preiudicium veritatis, quod facultas leuandi
pedagium posset prescribi, aut per prescriptionem acquiri
per tempus de cuius initio vel contrario huiusmodi me-
moria non existat: hoc tamen dicto domino de Venellis non
prodesset: cum ex actis cause huius non appareat esse pro-
batum, quinimo nec deductum, quod ipse aut sui predecessores
pedagium predictum ab ipsis do. Massiliensibus exege-
rint in loco vel territorio de Venellis. Nec opponat ali-
quis, quod illud exegerint per tempus huiusmodi ab alijs.
Quoniam respondeo quod istud, etiam si probatum extitisset
(prout non est, nec opportune propositum) non noceret ipsis
do. Massiliensibus, a quibus exactum vel leuatum extitis
set: et hoc siue pretendatur hanc facultatem esse prescriptio-
ne quesitam, siue consuetudine. Et quidem non si prescri-
5 ptione: quia† tantum prescriptum, quantum possessum, et
non plus. c. cum in tua, de deci. c. fin. de offic. archid. c. audi-
tis, et. c. cum olim, de prescript. et. c. cum dilectus, et. c. cum
venerabilis, de capel. monachor. quod etiam voluit Rota
decisione. cccxcviij. exord. Si aliquis episcopus habeat col
lationem beneficij, Bart. et doct. in. l. j. §. si quis. ff. de itine.
actusque priua. non etiam si consuetudine pretendat hanc fa
6 cultatem seu pretensum ius esse quesitum: quia† cum con-
suetudo huiusmodi a iure sit exorbitans, et contra. d. ll. j. et
duas seq. C. noua vect. institui non pos. illa extendi non
debet. Debent enim manere leges, nisi quatenus reperiretur
eisdem legibus alia lege vel consuetudine derogatum. l. cum
dubitabatur. C. de edific. priuat. l. alumne. §. qui filias. ff. de
adimen. et trasferen. lega. l. sancimus. C. de testam. et. l. preci-
pimus. C. de appellat. quod etiam voluit Oldrad. consil.
cccxxvij. exord. Perlectis et diligenter attentis omnibus
scripturis. Et idem voluit Fran. de Aret. loquens in ter-
minis vel nostris vel multum similibus cons. cxxxiij. exor.
In causa que vertitur inter homines et commune, etc. vers.
non obstat secunda ratio: vbi loquens de consuetudine
imponendi collectas non subditis, dicit quod quia est contra
ius, illa non debet extendi de loco ad locum, nec de persona
ad personam: pro eo quia consuetudo est ius singulare, siue
lex non scripta: sed ius singulare non extenditur. l. ius sin-
gulare, et. l. quod vero. ff. de legib. ergo nec consuetudo: et ita
7 etiam dicit Bald. in. c. j. in fine, de feu. cogni. Et† idem etiam
est in acquisitione iurisdictionis: quia non fit extensio de
persona ad personam, vt voluit Bald. in. l. ij. C. de seruitu.
et aqua, et Francisc. de Are. vbi supra: nec fit extensio de re
ad rem in preiudicium tertij, dicto. c. auditis, et. c. cum olim,
de prescript. et notatur in dicto. c. cum dilectus, de capel.
monachor. Et quod prefatus do. de Venellis non possit pe-
dagium exigere in ipso loco vel territorio illius a dictis
do. Massiliensibus: siue pretendat hoc pretensum ius per
perscriptionem acquisiuisse, siue per consuetudinem: appa
ret per id quod voluit Bald. consil. cxxv. exord. Questio
vertens inter commune et homines castri Rocherij, etc. in
prima parte: vbi loquens vel in terminis nostris, vel mul-
8 tum similibus dicit, quod† consuetudo vel prescriptio non arctat
illos, contra quos prescribentes, vel consuetudinantes
nunquam sunt vsi prescriptionne vel consuetudine: pro quo
allegat dictum. c. fin. de officio archid. et dicit Bald. quod ta-
les, contra quos prescribentes vel consuetudinales non
sunt vsi, sunt immunes, non quia immunitatem prescripse-
rint: sed quia contra eos non est prescripta muneris impo
sitio. d. l. j. §. Julianus. ff. de itine. actusque priua. Esto igitur
citra preiudicium veritatis, vt prefatus modernus do. de
Venellis et predecessores ab alijs etiam quibuscunque pe-
dagium exegerint in loco vel territorio de Venellis, et hoc
per tempus sufficiens ad acquisitionem illius iuris: non
sunt tamen dicti do. Massilienses ad solutionem illius co-
gendi: a quibus transeuntibus per locum vel territorium
huiusmodi nunquam fuit exactum vel extortum pedagium,
nisi quibusdam paucis vicibus: de quibus illico viuacem
querimoniam exposuerunt, et contra illam nouitatem si-
bi prouideri obtinuerunt, constantibus scripturis dicti
domini de Venellis in hac causa productis. Nec est hoc
graue miraculum, vel absurdum, quod non sequantur condi-
tionem aliorum: quia etiam ab vniuerso potest excipi que-
dam species per non vsum, vel verius non includi, argum.
l. ab omnibus, in princ. ff. de lega. j. quia consuetudo et pre-
scriptio facti sunt, et in facto consistunt: et ideo secundum
Bal. non recipiunt extensionem personarum, neque actuum,
d. c. fi. de offi. archi. Prefatis vero do. Massiliensibus non
refragatur, nec dictum dom. de Venellis releuat quedam
pretensa reseruatio facta (vt pretenditur) in sententia seu
precepto superius mentionato, et in quo verba prope se-
quentia contineri pretenduntur. Reseruato tamen per di-
ctum dominum Senescallum iure dicto pupillo, quod si im-
posterum posset priuilegium inuenire, virtute cuius ante
conuentiones et capitula ab hominibus Massilie exigere
potuit, vel habere in dicto castro exactores: in hoc casu non
intendit dicto pupillo in aliquo preiudicare dictus dom.
Senescallus. Quoniam respondeo, quod per dictum preten-
sum priuilegium, parte dicti dom. de Venellis in hac cau
sa productum, non apparet quod tempore facti precepti, vel
antea posset vel potuisset ille pupillus pretensus tunc do-
minus de Venellis virtute illius in loco de Venellis vel
territorio pedagium exigere. Quia non de pedagio loci
vel territorij huiusmodi, sed de Aquensi pedagio loquitur
tenor eius: qui attendi debet. l. ad probationem, versi. quem
tenor adiuuat. C. de proba. l. sancimus, versic. pacti tenor,
etc. C. de fideius. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio,
versi. lecta subscriptione. ff. eo. tit. l. si quis stipulatus Sti-
chum aut Pamphilum, versi. querentibus inspiciendus
est sermo. ff. de verb. oblig. c. si cui vers. sermonem inuestiture
intuentes, etc. de extraord. cap. Conra. c. j. de duob. fratri. a
capita. inuest. c. ex tenore, de for. compe. c. porro, et. c. recepi-
mus, de priuile. Nec per illam reseruationem quesitum est ius
ipsi dom. de Venellis, quod antea non habebat: prout so-
let dici de clausula, saluo iure, etc. vel quod aliqua in suo ro-
bore remaneant, etc. per quam nihil iuris confertur: sed sub-
intelligitur, si quod habet: et hoc siue illa sint in contracti-
bus, vel in sententijs, aut alijs dispositionibus. l. fi. in prin.
et quod ibi Jac. Butr. Bald. et Ang. C. de tempor. appel. et. l.
omnes, vbi not. Ang. per illum ter. C. de prescrip. tri. vel quadr.
anno. et post eum And. Barb. in. c. cum accessissent, versi. Nota
ibi in suo robore, etc. de constituti. et do. Fel. in. c. inter mona
sterium, versi. similiter dicit abbas, etc. ad fi. et versic. seq. de re
iudi. pro quo dicto vltra predicta iura solet allegari. l. quid
si in venditione, ad fi. ff. commu. pred. ad quod etiam facit auth.
de eccle. tit. §. pro temporalibus autem, colla. ix. et transumpti-
ue in

ve in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. l. scripturas. C. qui pot. in pig. habe. Addo predictis, quod etiam ubi appareret quod aliquando do. de Venellis competierit ius exigendi vectigal in loco vel territorio predictis, prout non apparet: quia tamen ab † annis centum et viginti citra, illud nõ fuit ab eis exactũ, vel per eos solutum, obstitisset et obstaret ipsi do. de Venellis prescriptio. l. sicut, et l. omnes, cũ suis simil. C. de prescript. xxx. vel. xl. annor. et quod voluit Bart. in. l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de pub. et post eum Bald. in d. cons. cxxv. ubi etiam voluit Bald. quod quando alicui competit ius ex privilegio vel consuetudine, et ego volo contra illud prescribere: sufficit prescriptio quadragenaria: et ita secundũ eum expresse not. Bart. in dicto. §. in vectigalibus. Pedagium, seu ius et facultas illud exigendi prescribi possit per tempus, de cuius initio vel contrario huiusmodi memoria non existit, ut quidam volunt: multofortius debet posse prescribi immunitas et libertas adversus pedagium huiusmodi. Primum quidem odiosum est, et contra dispositionem iuris. Secundũ vero favorabile, et conforme iuri cõmuni. Si ergo primũ possit prescribi: ergo multofortius secũdum. auth. multomagis. et quod ibi doct. C. de sacrosanc. eccles. et quod habetur in. c. pervenit, de consecrat. dist. ij. c. si in laicis, distinc. xxxviij. c. non existimemus. xij. q. ij. et quod voluit beatus August. in. vij. lib. de civit. Dei. c. iij. Ad quod facit quod cõtrariorum eadem est disciplina. l. j. et quod ibi gl. super verbo, simul. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. et institut. eo. tit. §. j. et quod ibi glos. super verbo, simul. Facit etiam quia † servitus potest prescribi sine titulo. l. si edes. l. ubi hoc notat Bar. ff. de servit. urb. pred. Preterea per prescriptionem huiuscemodi libertatis redit res ad ius cõmune, et ad sui naturã: quod facile fit. c. ab exordio, dist. xxxv. et l. si unus. §. quod si non ut totũ. ff. de pact. quod etiam voluit glos. fin. ad fin. in cle. sepe, de verbor. signific. Nec potest prefatus dñs de Venellis se tueri pretextu dicte pretense reservationis: quia (ut iam dixi) per illam non est aliquod ius attributũ dicto do. de Venellis. Forte vero opponetur, quod nec in illo antiquo processu, nec in hoc nostro fuerit dictus dñs de Venellis actor, sed reus: et quod propterea prescriptio sibi nõ obstiterit neque obstet. Quia que annalia sunt ad agendũ sunt perpetua ad excipiendum. l. licet, et quod ibi glos. et doctor. C. de except. et l. pure. §. fi. et quod ibi glo. et doct. ff. de doli except. Sed hoc non obstat: quia si inspiciatur tenor supplicationis parte dicti do. de Venellis in principio huius novissimi processus producte: ipse non videtur excepisse, sed potius egisse: presertim quatenus petiit declarari sententiam latam anno predicto M. ccclxxj. minime opitulari dictis dominis Massiliensibus, ipsosque Massilienses non esse a solutione pedagij immunes seu exemptos, sed illius prestationi esse adstrictos. Dictum etiam tunc eminens regium consiliũ non simpliciter absolvit eundẽ do. de Venellis a pretensa petitione do. Massiliensium: sed declaravit prefatum do. de Venellis et suos in dicto castro successores posse pedagiũm levare et exigere. Quod verisimiliter non fecisset, nec facere potuisset, si idem do. de Venellis stetisset in limitibus exceptionis, etiam si ipse sufficienter docuisset de privilegio seu facultate exigendi pedagiũ in loco vel territorio de Venellis, arg. c. cũ dilectus, versi. verum spoliatione in modum exceptiõis, et c. de ord. cog. ubi habetur 12 aliud † esse de aliquo opponere in forma exceptiõis, et illud probare: aliud vero est illud deducere in forma petitionis et probare. Quo primo casu non cõsequitur restitutionem aut traditionem, vel solutionem: secundo vero sic. Si igitur pretendi posset quod prefati do. cõsules et universitas fuerint actores, quasi petierint declarari se esse exemptos et immunes: dictus vero domi. de Venellis fuerit duntaxat reus, prout non fuit: non poterat tamen dictum eminens consilium, etiam si edoctum extitisset de dicto pedagio, et non de exemptione, procedere nisi ad absolutionẽ, ex causa non probate exemptionis: et tamen declaravit dictũ do. de Venellis et in castro successores posse pedagium levare seu exigere: in quo (ut iã dictũ est) fuerunt ipsi do. Massilienses gravissime lesi, etiã si de exemptione non docuissent: quia ad hoc ut non possit ab eis pedagium exigi, sufficit nõ esse contra eos probatum, quod tempore dicti antiqui processus vel ante exigi potuerit: prout re vera probatum non est. Nec si tempore illius antiqui processus fuisset exhibitum dictum pretensum privilegiũ, sive assertum instrumentum donationis castri de Venellis cũ suis pertinentijs et iuribus, et duorum denariorum regalium coronatorum in pedagio de Aquis, fuisset per huiusce modi pretensum privilegium seu instrumentũ edoctum, quod ille tunc pretensus do. de Venellis posset exigere pedagium in loco vel territorio de Venellis: nec erat ipse permittendus illud exigere contra iuris dispositionem de alio non edocto, per iura superius allegata. facit. c. ad decimas, de restit. spolia. Ex quibus omnibus concludo, sub benigna supportatione huius insignis Parlamenti curie, sententiam dicti tunc eminentis consilij fore et esse revocandã. Et ita mihi videtur: salvo rectiore iudicio cuiuslibet domini, etc.

¶ Rub. De verbo. signifi. ¶ Epitome. ¶ Consi. cxxxj.

¶ Verborum significatio impropriãda, ampliãda et arctanda potius est, quam de mẽte testatoris ne transversum quidem unguem discedatur. V. F.



Vidissem Pro pleniore intelligentia et declaratione casus mihi transmissi parte magnifici et potentis viri domini Claudij de Podomniaco, domini Podomniaci, et dubiorum in casu huiusmodi formatorum, intelligere in cuius personam locum sibi primo vendicaverit institutio vel substitutio facta per bone memorie magnificum et potẽtem quondam virũ dominũ Armandum vicecomitem Podomniaci: an videlicet in personã alicuius ex liberis masculis eiusdem quondam do. Armãdi an vero in personã alterius, et cuius: quod ex dicti casus positione plene capere non potui: Quis in casu huiusmodi expressum extiterit, quod mortuo eodẽ quondã do. Armando, et post certũ tẽpus, fuit locus substitutioni in personã nobilis et potẽtis quõdã viri Petri de Chalãcono eius nepotis ex sorore. Sed ex hoc nõ aperitur, an fuerit locus vul-
1 garis substitutioni comprehense in cõpendiosa facta de dicto Petro et eius liberis masculis, per id quod not. Guil. de Cug. Cy. et alij doc. in. l. precibus. C. de impub. et alij. substit. Bart. et alij in. l. cẽturio. ff. de vulg. et pup. et que fuit expressa, per id quod not. gl. fi. in. d. l. precibus, et a qua potuit testamẽtũ dicti quõdã do. Armãdi vires assumere, ƀm lecturã gl. in. l. si pr. filiũ, a doc. cõiter approbatã. ff. de vulg. et pup. et probatur in. l. iij. §. fi. et l. Gallus per totã. l. ff. de libe. et posth. et in. l. Thais. §. Splẽdophorus. ff. de fideicõmis. libert. Et sic nõ satis exprimitur an dictus nobilis Petrus de Chalãcono fuerit primus universalis successor et heres dicti quõdã do. Armãdi: an vero in personã illius fuerit locus substitutioni fideicõmissarie etiã cõprehẽse in dicta cõpẽdiosa: et sic an ipse nobilis Petrus fuerit nõ quidẽ heres iure directo dicti quõdã do. Armãdi: sed proprie fideicõmissarius. Et supposito quod in psona dicti nobilis Petri fuerit locus substitutioni fideicõmissarie: premitto pro solutione primi quesiti, quod in substitutiõe facta de dicto nobili Petro et eius liberis masculis esset simpliciter dictũ, quod idẽ do. Armãdus in casibus, de quibus in ea, substituit ipsum nobilẽ Petrũ et eiusdẽ Petri liberos masculos de suo proprio corpore et de legitimo matrimonio procreatos, sub tractis illis verbis, Per ordinẽ et gradatim et successive: tũc proculdubio videretur quod adveniẽte cõditiõe substitutiõis

fuisset locus substitutioni huiusmodi in personam ipsius
nobilis Petri ⁊ liberorum masculorum, si qui tunc antea
fuissent procreati aut geniti. Quo vero ad alios postea p-
2 creandos expirasset. Primo, scilicet † ꝙ idem Petrus ⁊ li
beri masculi tūc procreati aut geniti venissent copulatiue
⁊ simul ad dictam substitutionem, probatur per id quod
contra Bart. notant ⁊ firmāt Bald. Ang. Ioan. de Imo.
Alexand. de Imo. ⁊ doct. cōmuniter in. l. Gallus. §. qui-
dam recte. de liber. ⁊ posth. ⁊ est bonus text. in casu magis
dubio in. c. Raynutius, de testa. vbi Alterocha ⁊ soboles
copulatiue substitute post purificatam substitutionem, seu
conditionē illius simul egerunt: ⁊ ita censentur fuisse, non
quidem secundum ordinem charitatis ⁊ affectionis, secun
dum mētem Bart. in. d. §. quidam recte, sed simul inuitate:
⁊ ita tenent cōmuniter non solum canon. in. d. c. Raynu-
tius: sed etiam legiste in. d. §. quidam recte. Et idem voluit
Matth. de Math. singulari suo. clviij. exor. Nota si ascen-
dens puta auus, ⁊c. Secundum vero, scilicet ꝙ dicti nobi-
les Petrus ⁊ liberi masculi nati vel geniti tempore puri-
ficate conditionis, fuissent inuitati ad fideicōmissum, non
alij postea nati, probatur per id quod notat Ioan. And. in
addit. Spec. tit de testamen. in rub. vers. item Lambert. de
Rampo. vbi refert ꝙ Lamber. de Rampo. in quadam sua
quest. exord. Quidā Meuius, ⁊c. terminauit plura dubia.
Primū erat vtrum valeret talis substitutio, Petro filio
meo heredi vniuersaliter a me instituto substituo vnum ex
filijs Titij alterius filij mei, quē ipse Petrus heres meus
elegerit vel nominauerit. Secundum erat dubium, quid si
dictus Petrus heres nullū elegisset vel nominasset, an o-
mnes equaliter succedant: ⁊ an ex testamēto vel ab intesta-
to. Vltimum erat, an ad substitutionē huiusmodi veniat
etiā filius natus ex dicto Titio post mortē dicti Petri,
cui facta est substitutio. Et istud vltimum est illud quod in
specie videretur attingere casum nostrum: si videlicet non
fuissent in substitutione predicta apposita illa verba, Per
ordinem, gradatim, ⁊ successiue. Et quoad istud vltimum
quesitum respondet Lamber. de Ramp. ⁊ post eum Ioan.
And. ꝙ non veniunt filij nati post mortē dicti Petri he-
redis: quia non erant in rerum natura quando substitutio
sibi locum vendicauit: quinimo habentur pro nō scriptis.
Pro quo allegant. l. j. §. ⁊ cum triplici. C. de cad. tollen. ⁊ l.
cum pater. §. hereditatem, la. j. ff. de leg. ij. hoc dictū com-
memorat ⁊ sequitur Alexand. de Imol. consil. xxij. exord.
Visis ac plectis verbis testamēti dicti Bal. ⁊ c. in. iij. vol.
Idē in simili per alia iura cōsuluit Pau. de Cas. cõs. lxxviij.
exord. Viso dicto puncto ⁊ dubijs, ⁊c. versicu. super quarto
3 videtur mihi dicēdum, ⁊c. vbi † voluit ꝙ oporteat liberos
esse natos tempore purificate dispositionis, vel saltem con
ceptos qui pro natis habentur quoad ipsorum cōmodum.
l. qui in vtero. ff. de statu homi. alias autem non creditur
eis si postea concipiantur ⁊ nascantur. Pro quo allegat. l.
si cognatis. ff. de reb. dub. l. si post mortem, circa princ. ff. de
lega. j. ⁊ l. generaliter. §. si homini libero. ff. de fideicommis.
liber. vbi habetur, ꝙ ad legatum factum liberis, illi tātum
admittūtur qui reperiuntur esse de numero liberorū tem-
pore quo dies legati cedit. Premissa fortificantur, quia di
cti nobilis Petrus, ⁊ liberi masculi sic fuissent in vna ⁊ ea-
dem oratione ⁊ substitutione vocati: ⁊ ideo deberet intelli
gi ꝙ pariter ⁊ vniformiter debuerint vocari, saltē in hoc
casu: in quo dispositio substitutionis facta de dictis no-
bili Petro ⁊ liberis masculis fuit voluntaria, absq; eo ꝙ
ex dispositione iuris dictus do. Arnaudus testator ad id
teneretur. l. iam hoc iure, ⁊ l. Lucius. ff. de vulga. ⁊ pupil.
⁊ l. in testamento. C. de testamen. milit. Sed si diceremus
in substitutione huiusmodi comprehendi etiā liberos ma-
sculos nascituros post euentum conditionis: non esset ve
rum dicere ꝙ pariter vocarentur. Quinimo quandoq; di-
ctus Petrus habuisset totum, quandoq; partem vnam,
quandoq; aliam, secundum ꝙ successiue nati fuissent liberi
masculi. Preterea supposito (vt dixi) ꝙ illa verba, Per
ordinem, gradatim, ⁊ successiue, nō essent apposita in dicto
testamento: aut nos diceremus Petrum ⁊ liberos mascu
los fuisse simul inuitatos: aut successiue. Si simul, illi libe-
ri masculi censerentur duntaxat cum effectu inuitati, qui
fuerūt in rerū natura tempore euentus cōditionis, iuxta
determinationem Lamber. de Rampo. superius relatā.
Si dicamus ꝙ successiue tunc cum substitutio habuisset
locum in personā dicti nobilis Petri, ⁊ ipse nobilis Pe-
trus illam seu vniuersale fideicommissum sibi relictū agno
uerit: sequeretur ꝙ substitutio huiusmodi expirasset in
personam liberorum masculorum, quatenus diceremus
eos substitutos illis de quibus in dicta substitutione, ⁊ in
casibus inibi mentionatis. Quia si substitutio habeat lo-
cum in persona primi substituti, cessat in persona secundi,
vel alterius sequentis. l. cum in testamento, in prin. ff. de he
redi. instit. l. si mater. §. j. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ l. q̃diu, la vlt.
post prin. ff. de acq. her. Et si opponeretur, ꝙ lz liberi ma-
sculi dicti quondam Petri non possent venire ex substi-
tutiōe de dicto nobili Petro ⁊ eis facta personis in sub-
stitutione mentionatis, et in casibus ibi expressis: tamen
poterāt venire ex quadā alia substitutione, que de eisdem
liberis masculis facta videbatur dicto nobili Petro, cū
viderentur ordine successiuo inuitati, secundum opinionē
Bart. in. d. §. quidam recte: responderetur ꝙ non possent
4 venire ex tali substitutione: quia † cum in illa substitutio-
ne, qua viderentur substituti dicto nobili Petro, nō esset
adiecta dictio denotans tractum temporis, talis substitu
tio, qua liberi masculi viderentur eidem Petro substitu-
ti, censeretur quoad ipsum esse tantum vulgaris, non au-
tem compendiosa vel fideicommissaria: sicut quando testa
tor dicit, filium instituo, ⁊ ei Titiū substituo. Nam quia
talis substitutio est facta simpliciter, ⁊ sine dictione impor
tante tractum temporis, illa continet vulgarem tantum,
dicta. l. iam hoc iure, versic. in vulgarem tantummodo. ff.
de vulga. ⁊ pupil. ⁊ probatur per glo. magnam in. d. §. qui-
dam recte: ibi dum dicit, vel filium, ⁊c. ⁊ ibi Bart. ⁊ quod
notat Bart. in. d. l. centurio, post medium, dum tractat an
compendiosa contineat vulgarem, versi. secundo oppono
ad predicta, ⁊ in. l. Lucius. q. penul. ff. de vulga. ⁊ pupil. Et
ꝙ in proposito nostro dicti liberi masculi intelligerentur
vocati duntaxat eo casu, quo dictus Petrus non succes-
sisset, sensit Raph. Cuma. in. d. §. quidam recte. Preterea
supposito, vt supra, scilicet ꝙ dicta verba non fuissent ap-
posita, si dicamus substitutionem fuisse effectum sortitam
in personam nobilis quōdam viri Ludouici de Chalan-
cono filij dicti Petri, illa expirasset quoad omnes alios li-
beros masculos, per id quod voluit Bart. in. l. liberorum,
versi. quid si in aliqua dispositione, ⁊c. ff. de verbo. signific.
dum ad hoc allegat. l. Gallus. §. idem credendum. ff. de li-
be. ⁊ posthu. ⁊ l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. signi. ⁊
vult ꝙ si in aliqua dispositiōe, puta in institutiōe vel sub-
stitutione fiat mentio de filijs, vbi appellatione filiorum
comprehenderentur nepotes vel pronepotes: tamen si di-
spositio huiusmodi committatur in persona filij, vt quia
filius efficiatur heres, cum fuerit dispositio in persona filij
suum effectum sortita: non comprehendetur vlterior, scili-
cet nepos vel pronepos, arg. d. l. boues. §. hoc sermone: se-
cus autem si in filio non fuisset sortita effectum: quia tunc
comprehenderetur nepos. l. Lucius, la. ij. ff. de hered. insti-
tu. Hoc dictum Bar. sepe cōmemorat ⁊ sequitur Alex. de
Imol. vt videri potest consi. xcj. exord. Ponderatis ijs de
quibus in themate, ⁊c. consil. cv. exord. Perspectis verbis
testamenti, ⁊c. in primo volu. ⁊ consi. xj. versicu. ostenditur
etiam hoc alio fundamento, ⁊c. in tertio volu. ⁊ in multis
5 alijs locis. Propter que, vt predixi, nisi † fuissent apposita
illa verba, Secundum ordinem, gradatim ⁊ successiue, vi-
deretur ꝙ substitutio predicta vel fuisset sortita suum effe
ctum in persona dictorū nobilis Petri ⁊ liberorum ma-
sculorum procreatorum tempore euentus cōditionis, vel
ꝙ saltem postq̃ habuit effectum in personam dicti no-
bilis Ludouici primi ex liberis masculis prefati nobi-
lis Petri, expirasset quoad alios liberos, per predicta.
Sed quia in dicta substitutione fuerunt posita verba pre-
dicta, videtur aliud dicendum, scilicet ꝙ dictus dominus
Arnaudus voluerit dictam eius substitutionem primo
effectum sortiri in personam Petri, si tempore euenien-
tis conditionis viueret ⁊ succedere vellet, alioquin si non
veniret, vel veniret sed non acceptaret, vel etiam si veni-
ret ⁊ acceptaret, ⁊ postea moreretur in personam libero-
rum eiusdem Petri: ⁊ quidem non omnium simul, sed se-
cundum ordinem, gradatim, ⁊ successiue. Et videtur ipse
do. testator substituisse vnum alteri, scilicet ipsi Petro pri
mum ex eius liberis masculis, ⁊ consequenter primo filio
secundum, ⁊c. ⁊ nō solum vulgariter, hoc est in eū casum in
quem Petrus, vel primus eius filius, aut alius vlterior ex
liberis non successisset: sed etiam si successisset, ⁊ sic per fi-
deicommissum: ⁊ hoc propter illa verba, secundū ordinem
⁊c. ⁊ maxime propter illud verbum successiue, per quod ap
paret ꝙ dicto Petro non est facta substitutio simpliciter
de primo eius filio, nec huic primo de sequenti, ⁊ sic dein-
ceps

ceps: sed cum dictione importante tractum temporis. Et sic dici non potest per. d. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. & notatur per glo. magnam. in. d. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posth. & per Bart. in. d. l. centurio, post medium. dum tractat an compendiosa contineat vulgarem, ver. secundo oppono, &c. q dicta substitutio comprehenderit solam vulgarem. Quoniam respondeo q. d. l. iam hoc iure, glo. & Bart. in dictis locis loquuntur in substitutione simpliciter facta, hoc est sine dictione denotante tractum temporis: quod hic factum non fuit, vt dixi. Et q idem dom. Vicecomes voluerit, q etiam eo casu quo dictus nobilis Petrus successisset, vel etiam primus vel aliquis vlterior de dictis eius liberis masculis: non propterea alij excluderentur cum primi morerentur. Hoc videtur satis colligi in substitutionibus factis de posthumis in illis verbis, Cum velim & sim intentionis masculos gradatim & successiue prout primo nati fuerint, &c. & in substitutionibus quas fecit de domino Randone de Podomniaco eius fratre, & de duobus eius liberis masculis, & deinde de alijs sequentibus: per quas satis apparet q non solum vulgariter, sed etiam per fideicommissum substituerit dicto eius fratri primum eius filium, & primo secundum, & sic deinceps. Et ita putandus est sensisse in sequenti substitutione facta de dicto nobili Petro de Chalancono & suis liberis masculis: & maxime propter repetitionem illorum verborum, secundum ordinem, &c. quibus sepissime vsus
6 est idem do. testator. Sequentia† enim declarantur per precedentia. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. Et veniendo ad primum quesitum, & solutioni illius premissa applicando: dico & respondeo q si nobilis Ludouicus filius dicti nobilis Petri in eo nominatus decessisset sine liberis, superstitibus tamē alijs filijs masculis primi gradus eiusdē Petri: poterat substitutio progredi vltra dictum Ludouicū, scilicet ad fratres, gradatim tamen & successiue prout nati extitissent. Sed vtrum progredi potuerit ad liberos sui ipsius Ludouici, vtpote Guil. filium sui ipsius Ludouici primi gradus, vel alios vlterioris gradus, est maior difficultas: pro eo quia dictus dom. testator substituit dictū nobilē Petrū & ipsius liberos masculos. Appellatione vero liberorū masculorū videntur venire nō solū liberi masculi primi gradus: sed etiā nepotes, pronepotes & alij vsq ad trinepotes. l. liberorū. ff. de verb. sign. iuncto eo qd habetur in. l. iurisconsultus. §. parentes, versic. item liberi. ff. de gradi. & quo not. Bart. in. d. l. liberorum, versic. quero dicitur hic, in prin. & glo. in. l. neq dorotheum, super verbo liberis. C. de decurio. lib. x. Et sic prima facie videtur q potuerit progredi vltra dictū nobilem Ludouicum, etiam in descendendo vsq ad trinepotes dicti Petri. Et nō videtur huic dicto obstare q imo solum fuerint inuitati liberi masculi dicti Petri primi gradus: pro eo quia dictum est in dicta substitutione, liberos masculos ex suo proprio corpore, &c. Quoniam huic videtur posse respon-
7 deri, q licet† prepositio Ex, secūdum proprium significatū denotet causam proximam. l. j. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & naufra. & l. j. C. si seruus extero se ven. pas. & traditur in. c. ij. de verbo. signifi. tamen vbi testator facit mētionem de liberis, videtur dispositio extēdi vsq ad causam etiam remotissimam, per id quod not. Ang. & Joan. de Jmol. in d. l. Lucius, la. ij. ff. de heredi. institu. vbi attento tenore testamēti & dispositionis ibi relatorū, & respōsionis iurisconsulti, istud videtur bene probari: & maxime cum dicit testator, Aut filium filiam ve ex se natū natam ve non habebit: cum eo quod dicitur circa fi. in responsione dum dicitur, decessisset liberis relictis, & in fine, Sed etiam eos liberos. Et idem voluit Bart. in. d. l. liberorum, Et per hec dicit Ange. & post eum Jo. de Jmo. in. d. l. Lucius, q si testator substituat heredi instituto si decesserit sine filijs ex suo corpore natis, largissime accipitur verbum filijs, vt omnes comprehendat: & intelligo omnes liberos, vt sic vnus superexistens repellat substitutū. ¶ Sed his non obstantibus aliter dicendum in hoc casu: pro eo maxime quia licet dictus do. testator post substitutionem factam de dicto domino Randone eius fratre, primo loco substituerit nobilem Randonetum ex illo fratre eius nepotem, & deinde secundum filium masculum eiusdem domini Randonis: non tamen apparet q ipse substituerit liberos masculos horum nobilium Randoneti & sui fratris. Nec videtur q in sequenti clausula error. Et deinde per consequens, &c. in qua substituit alios liberos masculos dicti dom. Randonis censeri debeat substituisse non solum alios liberos masculos primi gradus eiusdē do. Randonis: sed etiam
8 liberos vlterioris gradus: ne† dicamus eum plus honorasse dictos alios filios primi gradus, in eo q non solum ipsos, sed etiam eorum liberos masculos vsq in infinitum vel saltem vsq ad trinepotes substituerit, q̄ dictos nobiles Randonetum & fratrē primo substitutos, & quos plus dilexisse presumitur, argu. l. Publius Meuius. §. j. ff. de condi. & demon. & quod per illam. l. voluit Bart. in. l. Gallus. §. etiam si parente, versic. quero iuxta predicta. ff. de libe. & posth. vbi querit Bart. quid si testator instituit filium & ei si sine liberis decesserit, substituat Titium & eius heredes: an si contingat Titium mori relictis heredibus extraneis, & sine liberis: contingat preterea etiam filium mori sine liberis, & relictis heredibus extraneis: admittentur heredes extranei Titij ad fideicōmissum: & videtur q sic. l. in annalibus, cum suis simili. C. de lega. In contrarium videtur q verbum heredes positum in substitutione facta de Titio debeat intelligi de filijs seu liberis Titij: q2 alias resultaret iniquitas contra mentē testatoris: qui sicut predilexit filium viuum Titio: ita heredes filij predilexerit heredibus Titij. Et ita determinat Bart. cum quo transeūt ibi Bald. & Pau. de Cast. & Bal. in. c. j. de natu. succes. feu. Rapha. in. l. ex facto. §. fi. ff. ad trebel. Fulgo. in. l. generaliter, in princ. C. de institu. & substit. & in. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. & refert Bart. in. d. §. etiam si parente, q ita videtur tenuisse Richar. Malum. disputādo. Volue-
9 runt ergo Bart. & docto. prefati, q† ratione vitande absurditatis verbum heredes, quod alias est late significationis, & comprehendit descendentes & extraneos, restringatur ad descendentes. Ergo a simili verbum liberos, positum in substitutione facta de alijs liberis prefati do. Randonis, debet restringi ad liberos primi gradus, hoc est fratres dictorum Randoneti & secundi filij. Nisi forte opponatur, q hoc non obstat: pro eo quia q̄uis liberi dictorum nobiliū Randoneti & fratres nō fuerint substituti: erant tamen exclusuri tam fratres substitutos in dicto versi. Et deinde, &c. q̄ eorum liberos: pro eo quia isti non erant successuri nisi morientibus illis sine liberis. Sed hoc nō obstat: quoniam respōdeo q licet superexistentia liberorum dictorum Randoneti & fratris esset ex mente expressa testatoris exclusura fratres & liberos fratrum. l. Lucius, la. ij. ff. de heredi. institu. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de leg. j. & quod ponit Oldra. consi. xxj. exord. Thema tale est, testator habebat vnum fratrem, &c. ad fi. & consil. cxlj. exord. Thema tale est, dominus. Guil. canonicus Lemonicēsis, &c. versi. nec etiam illud est admittendum: ipsi tamen liberi dictorum Randoneti & fratris, cum non fuerint positi in dispositione, sed duntaxat in conditione, non censebantur inuitati. Et hec fuit opinio glo. & antiquorum in. d. l. Lucius: quam etiā ibi sequūtur Bart. Bald. & Ang. Joan. de Jmo. & Rapha. Cuma. Jo. Andr. in addi. Specu. titu. de testa. §. j. versi. huic questioni accedit, &c. Barto. in. l. si cum dotem, in princ. vbi etiam Alexan. de Jmo. ff. solu. matri. Bart. in. l. ij sic, circa medi. ff. de lega. iij. Oldra. in duobus consilijs superius allegatis, Bald. in. l. quod scitis. C. de bo. que libe. in. l. si emancipati, oppositione. viij. C. de colla. in. d. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. & in. l. potest, vbi ponderat de hoc esse tex. expressum. ff. de vulga. & pupilla. Pet. de Ancha. in. c. licet, de vo. in. c. si pater, in. ix. notabili, de testa. in. vj. & in repet. c. in presentia. q. x. de proba. & in multis eius consilijs, Joan. de Jmo. vbi etiam moderni, in. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebel. & in. d. l. filiusfamilias. §. cum quis, & tam multi ex predictis docto. q̄ alij plurimi in diuersis locis, & tam scribendo, q̄ consulendo: ita vt nemini sit dubium, quin hec opinio sit communis: a qua propterea non est in consulendo vel iudicando recedendum. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. c. de inducijs. ij. q. iij. c. nouimus, & quod ibi Anto. de Butrio, de verborum significatione, & quod notant Ostien. Joann. Andr. & docto. in. c. j. de constitut. Si igitur diceremus q in illa clausula, Et deinde per consequens alios liberos, &c. censerentur inuitati non solum alij liberi masculi primi gradus dicti domini Randonis: sed etiam horum liberorum liberi masculi: negari non posset quin longe pinguius prouisum extitisset illis liberis liberorum masculorum, qui sic positi essent in dispositione, q̄ liberis masculis dictorum Randoneti & fratris, qui solum positi extiterunt in conditione: & hoc

esset contra mentem testatoris: qui quemadmodum plus dilexisse presumitur dictos Randonetum & fratrem, q̃ eorũ fratres, pro eo q eos primo inuitauit: ita plus dilexisse cẽsendus est liberos masculos dictorũ Randoneti & fratris, q̃ liberos masculos eorũ fratrũ. d. l. Publius meui⁹.
10 §. j. ff. de cõdi. & demõ. Dictũ ergo verbũ liberos, positũ in §. Et deinde, per cõseqnẽs debet assumi pro liberis masculis primi gradus, & ad illos restringi. Qđ si ita est, imo q ita esse videt, dz ergo isto modo assumi in substitutiõe immediate sequẽte, facta scz de dicto nobili Petro de Chalācono & ei⁹ liberis masculis: vt scz restringatur ad liberos masculos primi gradus dicti nobilis Petri: ne dicamus dictũ do. testatorẽ pinguius prouidisse nõ solũ pronepotibus masculis ex dicto Petro nepote: sed etiã masculis ex illis descẽdẽtibus, q̃ pronepotibus ex fratre: quos nõ vocauit: & sic cõtra rationẽ. d. l. Publius Meui⁹. §. j. Fateor autẽ q nõ solũ filij masculi primi grad⁹ dicti nobilis Petri: sed etiã liberi masculi vlterioris gradus imo vlteriorũ graduũ, erãt repulsuri filiã primogenitã, ppter illa verba, Si sine liberis masculis, &c. posita in substitutiõe facta de eadẽ primogenita. d. l. Lucius, & qđ ibi Ang. Jo. de Jmo. & doct. Oldr. in dictis duobus cõsilijs, & alij in alijs locis.
11 Sed † lõge minus est posse repellere substitutũ, q̃ inuitari ad successionẽ, vt ptz ex predictis, & maxime ex ijs que scribũt doc. in d. l. Lucius. Dico ergo cõcludẽdo super primo cõstito, salua rectiore sentẽtia, q substitutio facta de dictis nobili Petro & liberis masculis nõ est progressa vltra nobilẽ Ludouicũ vnicũ filiũ (puto) primi gradus dicti nobilis Petri, & q in illa nõ fuit inclusus prefatus do. Claudius. ¶ Circa secũdũ quesitũ premitto, q (vt superi⁹ dixi) substitutio facta de dictis nobilibus Petro de Chalancono & liberis, nõ est progressa vltra dictũ nobilẽ Ludouicũ: & sic in eo finita est, & propter super existẽtiã nobilis Guil. huius Ludouici filij masculi naturalis & legitimi expirauit substitutio facta de dicta primogenita. d. l. Lucius, la. ij. ff. de her. inst. & l. filiusfamilias. §. cũ quis. ff. de lega. j. Si
12 igitur † nulla facta esset prohibitio de nõ alienando, clarũ esset q propter factã pretensam alienationẽ per dictũ magnificũ modernũ do. Vicecomitẽ, nõ posset ipsa inquietari per nobilẽ Guil. eius fratrẽ. Propter qđ vidẽdũ est de viribus dicte prohibitionis: super qua dico illã de iure valuisse. Tũ q in euentũ cõtrauẽtionis prefatus do. testator ademit hereditatẽ & bona cõtraueniẽti, & eo casu voluit hereditatẽ & bona huiusmodi venire ad immediatũ substitutũ. l. j. C. de ijs que pe. nomi. qđ etiã voluit Ange. cõsi. clxv. exor. Ex isto dubio plures questiones insurgũt, versi. possem autẽ, §. Cy. Bar. Bal. Raph. & Phil. de Corn. in l. quoties. C. de fideicõmis. pro quo alleg. Bar. & idẽ Phil. l. Titio cẽtũ, in prin. ff. de cõdi. & demõ. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. & l. pater, in prin. ff. de leg. iij. Tũ & q dictus testator nõ solũ prohibuit fieri alienationẽ: sed etiã subiunxit causam phibitionis huiusmodi, scz q volebat ei⁹ hereditatẽ integrã remanere familie & posteritati: que est causa sufficiẽs, vt colligitur ex ijs que not. gl. & doct. in d. l. quoties, & qđ habetur in. l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. & in d. l. filiusfamilias. §. diui. Et (vt vř) istud nõ habet dubiũ. Sed nõ puto q propter prohibitionẽ predictã, & subiunctionẽ rationis vel prouisionẽ factã in casum alienationis possit dictus nobilis Guil. petere dictã hereditatẽ. Et quidẽ nõ in vim prouisionis: q per illã inuitatur immediate substitutus prohibito alienare, & cõtra prohibitionẽ alienanti: cuiusmodi nõ fuit nec est dict⁹ nobilis Guil. q, vt sepius dictũ est, substitutio facta de liberis dicti nobilis Petri nõ est progressa vltra dictũ nobilẽ Ludouicũ. Nõ etiã propter prohibitionẽ alienationis & subiunctã illã rationẽ, q volebat remanere, &c. Quia licet dubiũ nõ existat, quin per talia verba videatur alias testator fideicõmissum relinquere illis de familia. d. l. peto. §. fratre, & qđ ibi docto. & d. l. filiusfamilias. §. cũ pater. ff. de leg. j. & qđ not. Bart. & Jo. de Jmol. in l. qui Rome. §. heredes. ff. de verb. oblig. Raph. Cuma. & Pau. de Cast. in d. l. filiusfamilias. §. diui, in lectura Paduana: Hoc tñ fideicõmissum nõ cẽsetur simpliciter vel absolute relictũ: sed ita demũ si fuerit sequuta alienatio cõtra prohibitionẽ, vel in casu non promisso. d. l. peto. §. fratre. & qđ plene ponit do. Barth. Soci. cõsi. ccxxvij. exord. Presens cõsultatio pulchra est & subtilis, &c. in secũda parte: vbi si placet videbit. In casu vero de quo queritur non est facta alienatio cõtra prohibitionẽ, vel in casu nõ permisso, pro eo q prohibitio predicta facta fuit ei qui esset heres dictũ do. testatoris, tam vigore institutionũ, q̃ substitutionũ per eũ factarũ, & in dicto eius testamẽto latius expressarũ: cuiusmodi fuisse vel esse dici nõ potest dictus do. Claudius, vt patet ex predictis. Ex quibus colligitur q nõ solum nõ fuit heres dicti do. testatoris: sed nec fideicõmissarius: pro eo q, vt sepius dictũ est, substitutio nõ est progressa, &c. Et ita dici nõ potest habere bona dicti do. testatoris virtute institutionũ & substitutionũ per eum factarum, vt alias dici solet in illa questione quam ponit Bart. in l. cẽturio, versi. quero vlterius quid si testator dixerit, Si filius meus decesserit sine liberis vel liberi sine liberis, &c. & post eũ alij doct. ff. de vulg. & pupil. in qua communiter dicunt, q licet filius heres institutus possit grauari sub duplici conditione, vel vna alternatiue concepta, scilicet si ipse sine liberis, vel liberi sine liberis decesserint: grauari tamẽ nõ possunt ipsi liberi: pro eo quia nihil habent ab auo, hoc est iudicio aui: sed a fortuna. l. sed & si sic, in secundo respon. & quod ibi glo. & docto. ff. de leg. iij. Non dico tamen quin sub nomine appellatiuo grauari possit heres heredis: sed dico q dictus dom. Claudius dici non possit heres virtute institutionũ aut substitutionũ factarũ per dictum do. testatorẽ: & sic nõ videtur fuisse prohibitus: quinimo nec prohibitus videretur si in vim fideicommissi vniuersalis ab ipso do. testatore relicti bona ad eum peruenissent: pro eo quia materia prohibitionis est exorbitans & odiosa: & ideo restrigenda & nõ amplianda, hoc probatur in auth. de restit. fideic. coll. ix. & traditur in l. voluntas. C. de fideicõmis. facit. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. & vendi. l. polla. C. de ijs qui vt indig. & c. de ijs, ad fin. de sepul. iuncta. l. cum quidã. ff. de libe. & posthu. & regula, Odia restringi, de regu. iur. in vj. in
13 † materia vero exorbitãti appellatione heredis nõ vř venire fideicõmissarius, per id qđ no. Alex. de Jmol. & Barth. Soci. in l. j. §. de illo. ff. ad trebel. vbi volunt, q in statutis contra ius cõmune, vel exorbitãtibus, vel odiosis, nõ venit fideicõmissarius appellatione heredis: q talia statuta loquẽtia in casu vero nõ trahẽtur ad fictũ. l. j. §. hoc interdictũ, & quod ibi Bar. ff. de fonte. l. fi. C. de ijs qui veni. eta. impetra. l. iij. §. hec verba, & qđ ibi gl. & Bart. ff. de neg. gest. & in cle. qđ circa, de elect. sed fideicommissarius dicitur heres ficte in l. si filius. §. j. ibi quodammodo, &c. ff. quod cum eo: que dictio quodammodo, fictionem denotat. l. in suis. ff. de libe. & posthu. l. si me, post principium. ff. de acquiren. possess. & notat Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsuc. & Bald. in l. si abducta. C. de fur. Et q fideicommissarius dicatur fictus heres, probatur in l. postulante, in versicu. sane: ibi, heredis loco. ff. ad trebel. & quod notat Barto. in authent. ex causa, versicu. secundo oppono. C. de liber. preteri. vel exhereda. Preterea certum est q dictus do. Claudius nõ est de posteritate dicti do. testatoris: quia appellatione posteritatis & posterorum veniunt descendentes: cuiusmodi non est dictus do. Claudius: non collaterales, seu transuersales, cuiusmodi est idem do. Claudius. l. generaliter. C. de institu. & substitu. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. d. l. iurisconsultus. §. parentes, versic. posteri. ff. de gradib. a ffi. & quod no. glo. in d. l. neque dorotheum. C. de decurio. lib. x. Philip. de Fran. in repet. c. si pater, versicu. septimo, qui veniant appellatione posterorum, &c. de testa. lib. vj. & Andr. Barba. in repet. d. l. cum acutissimi, versic. Nota etiam quia appellatione posteritatis, &c. versic. Nota ibi posteritatis, &c. Nec etiam videtur fuisse de familia:
14 quia † appellatione familie continentur illi qui sibi attinẽt per lineam masculinã. l. pronũtiatio. §. familie. ff. de verb. signific. Et supposito q appellatione familie venirent secundum communem vsum loquendi etiam sibi attinentes per lineam femininã: non videtur tamẽ etiam si iam dicta & infra dicenda cessarent, prouisio facta per dictum do. testatorem eius familie extendi vsque ad dictum nobilem
15 Guil. quia † esto q prouisio testatoris, per quam prohibet bona alienari pro eo quia vult ea remanere apud eius liberos seu descendentes, extendatur secundum aliquos etiam vltra quartum gradum, & in infinitum: tamen secus est quando prohibuit alienationem eo quia voluit bona remanere in familia: quia tunc non extenditur vltra quartum gradum, authentic. de restitut. fideicommiss. §. nos igitur, versic. codicillum, & quod ibi Jacob. de Bello. Ang. & docto. colla. ix. Cũ igitur prefatus do. Claudius & nobilis Guil. nõ sint de liberis seu descẽdẽtibus dicti do. testatoris: nõ potuit prouisio predicta extẽdi vltra quartũ gradũ familie ipsius do. testatoris: cuius familie cõmune caput fuit nõ ipsius do. testatoris: q ab ipso nõ descẽderũt prefat

prefati nobiles Petrus ⁊ liberi: sed pater eiusdē do. testatoris ⁊ matris dicti nobilis Petri: in qua propterea familia fuerū ipsi do. testator ⁊ mater Petri in prima generatione, Petrus in secunda, Ludouicus in tertia, Guilielmus in quarta, dictus vero do. Claudius ⁊ nobilis Guilielmus in quinta. Et q̄uis Ange. in. d. auth. de restitu. fideicōmis. incipiat cōputationē generationū a primo prohibita: hoc tamen non videtur nocere ei quod dixi: qꝛ hoc ideo videtur facere, qꝛ de facto cōtingit ꝙ filius primi gradus grauaretur: ⁊ sic ⁊ filius ⁊ primus prohibitus concurrunt in idem. Preterea Ang. ibi expresse dicit ꝙ ille est in quarta generatiōe, qui est in quarto gradu generatus post caput familie. Caput enim familie nō est de generatione: ⁊ ideo non computatur in ea: sed est in generante, vt plene not. Ang. in auth. de nō alienan. aut permutan. §. emphyteusim, coll. ij. Et ita consuluit Bart. quādo alicui facta est cōcessio emphyteusis pro se ⁊ liberis vsq3 ad tertiā ipsius generationē, prout refert Bal. in aut. si quas ruinas, versi. iuxta hoc quero quatenus intelligatur. C. de sacrosanct. eccl. ⁊ do. Bartho. Soci. cōsi. xxv. exord. Syndicus ⁊ procurator monasterij sancti Geruasij, in prima parte. Et supposito ꝙ opinio Bal. in. d. aut. si quas ruinas, ⁊ in multis alijs locis, in quibus voluit, ꝙ caput generationis faciat gradū in generatione, esset verior: illa non noceret, sed faceret pro eo quod dixi: ⁊ probaret quartā generationē esse finitam in dicto Ludouico, qui fuit quartus a patre matris Petri ⁊ do. testatoris. Non videtur igitur ꝙ ratione prohibitionis de nō alienando ⁊ subsequute pretense alienatiōis potuerit aut possit prefatus nobilis Guilielmus huius do. Guilielmi frater, tanq̄ (vt pretendit) existens de familia dicti do. testatoris, petere dictam hereditatem. Quibus addo ꝙ licet idem do. testator legatur prohibuisse alienationē, pro eo qꝛ volebat integrā hereditatem remanere posteritati ⁊ familie: ipse tamē videtur hanc generalitatē prohibitionis restrinxisse ad personas substitutas: quas in euentū contrauentionis inuitauit ad dictā suam hereditatē, seu fideicōmissum, vt apparet ibi, Adimo sibi atq3 subtraho dictā hereditatē meā: quā casu predicto ad immediate substitutum post ipsum ordinauit pertinere ⁊ ptinere debere. Et sic vr̄ non ratione cōtēplatione familie simpliciter, sed potius contēplatione ⁊ fauore substitutorum prohibuisse dictā alienationē: qꝛ precedētia declarantur per sequentia, ⁊ econtra. d. l. qui filiabus, in princ. ⁊ l. si
16 seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. Preterea † si verba prohibitionis bene attendantur, prohibitio huiusmodi nō fuit realis: sed fuit personalis, pro eo qꝛ verba prohibitionis nō fuerūt prolata impersonaliter: sed fuerūt verba directa in eum qui esset heres dicti do. testatoris violate institutionis aut substitutionis: quo casu prohibitio non progreditur vltra personā prohibitā, secundū doctrinā quā ponūt doc. in. d. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. j. ⁊ allegata. l. peto. §. fratre. ff. de lega. ij. Cū igitur dictus do. Claudius nō fuerit aut sit heres, nec fideicōmissarius dicti do. testatoris virtute scilicet institutionū aut substitutionū factarū per ipsum testatorē: ipse nō potest dici fuisse prohibitus, ⁊ consequēter aliquid fecisse cōtra prohibitionē. Forte vero dicetur, ꝙ cum dictus do. testator prohibuerit heredē, etiā prohibuisse videatur heredē heredis. Sed istud nō obstat.
17 Cū qꝛ prohibitio facta est heredi † per eū instituto vel substituto, ⁊ sic nominato, expresso vel scripto in dicto testamēto: quo casu appellatione heredis nō venit heres heredis, per id quod not. Bart. in. l. qui liberis. §. hec verba. ff. de vulga. ⁊ pupil. quod etiā voluit Jo. de Jmo. in. l. si quis filiū. §. fi. ff. de acqui. here. ⁊ eo maxime procedit hoc, qꝛ prohibitio fuit penalis, qꝛ in penā heredis prohibiti ⁊ cōtrauenientis adempta fuit hereditas ipsi cōtrauenienti: quo casu appellatione heredis non venit heres heredis: qꝛ in penalibus, ⁊ sic in materia odiosa nō proceditur per cōiecturas: sed dz in eis liquidissime cōstare. l. in testamēto, la. j. ⁊ l. multa, in prin. ff. de cōdi. ⁊ demō. Et per hec patet nō obstare notata per Dy. Bar. ⁊ Jo. de Jmo. in. d. l. filiusfamilias. §. diui, ⁊ Rom. in. d. l. si qs filiū. §. fi. ⁊ Bar. in cōsi. exor. Andreas Martini, ⁊c. quatenus voluit, ꝙ prohibitio facta heredi indefinite cōprehēdat etiā heredē heredis. Quoniā respōdeo ꝙ in casu nostro nō est facta prohibitio heredi indefinite, sed heredi scripto: qꝛ scilicet illi qui heres esset virtute institutionū aut substitutionū factarū per testatorē: cuiusmodi nō fuit nec est dictus do. Claudius. Et sic dici nō potest prohibitus, ⁊ cōsequēter nec dici potest ꝙ venerit cōtra prohibitionē: ergo nec in penā priuationis cecidit. Et per hec patet respōsio ad secundā questionē, ⁊ cōsequēter ꝙ opus nō sit respōsione ad tertiā ⁊ quintā questiones. ¶ Uenio ad quartā questionē: que profecto nō est contemnēda: oritur enim partim ex institutiōe seu testamētaria dispositione dicti nobilis Ludouici, filij ⁊ vniuersalis heredis dicti quondā nobilis Petri, per quā ⁊ in qua idē nobilis Ludouicus fecit, instituit ⁊ ordinauit suū vniuersalē heredē do. Guil. de Chalancono militē, eius filiū naturalē ⁊ legitimū ac primogenitū, ⁊ suos post ipsum heredes masculos ⁊ suorū masculorū heredes masculos legitimos ⁊ naturales habiles, semper primogenitū habilē preferendo. Est enim difficultas an liberi masculi dicti dom. Guilielmi cēseātur eidē do. Guiliel. duntaxat vulgariter substituti, an ve cōpendiose, ⁊ sic vulgariter eo casu quo heres nō esset, ⁊ per fideicommissum eo casu quo heres esset. Quia dato hoc vltimo casu, poterat de lōge paucioribus disponere idē do. Guilielmus factus heres, q̄ si eidē fuissent dicti eius liberi masculi duntaxat substituti vulgariter. Nō immerito igitur querendū est, an vel dūtaxat vulgariter, vel cōpendiose fuerint dicti liberi masculi eidē do. Guil. eorū patri substituti. Ad quod videtur primo respōdēdū, sub correctione cuiuslibet domini melius sentiētis, ꝙ prefati do. Guil. ⁊ liberi eius masculi cēsentur fuisse nō simul sed ordine successiuo inuitati: primo scilicet idē do. Guil. ⁊ post eū dicti eius liberi gradatim iuxta ordinem primogeniture, per id qđ voluit gl. in. d. l. Gallus. §. quidā recte, super verbo nō exprimat, versi. quid autē si filiū ⁊ nepotē, ⁊c. quā sequitur Dy. dicēs nō esse alibi. Et idē tenet And. de Pi. Bar. Bal. Ang. Nicolaus de Neap. Pau. de Cast. ⁊ Alex. de Jmo. in. d. §. quidā recte, ⁊ p tex. illius, secundū quintū ⁊ secundū exemplum. Et mouētur doc. qꝛ sic vidētur liberi masculi dicti do. Guil. instituti ex necessitate causatiua, scz ne testamentū ipsius do. Ludouici testatoris destitueretur, aut rumperetur, si contigisset ipsum do. Guil. ab humanis decedere viuis ⁊ sibi superstitibus dictis liberis masculis, qui alias reperissent se preteritos. l. posthumorū. ff. de iniusto rupto ⁊ irri. testam. Et vidētur ipsi liberi fuisse solū ⁊ duntaxat inuitati per vulgarē substitutionem: ⁊ sic in eū casum in quē prefatus do. Guil. heres nō esset, vt sentit gl. in. d. l. Gallus. §. quidā recte, super verbo nō exprimat. Et idē sentit Bar. sequēs gl. secūdū Pau. de Cast. ibi. nō tamē declarat qualiter, ⁊c. vbi etiā hoc expressius Pau. de Cast. in casu nostro, hoc est in institutiōe facta de filio ⁊ nepote seu nepotibus ex illo, vt in casu. Jdē etiam voluit ibi Alex. de Jmo. vers. sed iuxta hoc dubitat hic Pau. de Cast. an in casibus, ⁊c. ⁊ cōsi. xxiiij. exord. Attētis ijs que in themate, ⁊c. versi. Jdeo, ⁊c. in tertio vol. idē voluit Jo. de Jmo. in. c. Raynutius, in materia cōpēdiose, Pau. de Cast. in. l. fi. C. de here. insti. ⁊ do. Jason May. in. d. §. quidā recte, alleg. tex. vt dicit, ineuitabilē in. d. l. iam hoc iure, in prin. ibi, in vulgari tantūmodo. Et cū per aditionē seu immixtionē paterne hereditatis factā per dictū do. Guil. expirauerit vulgaris substitutio sibi facta. l. post aditā, ⁊ l. precibus. C. de impub. ⁊ alijs substi. nihil vidētur liberi masculi dicti do. Guil. habere in bonis dicti nobilis Ludouici eorū aui paterni in vim scz substitutionis de eis facte post Guil. patrē: qđ etiā expresse voluerūt Paul. de Cast. ⁊ Alex. de Jmol. in locis superius allegatis. Et hoc plane ⁊ sine dubio procederet, si in dicta dispositione testamētaria ⁊ post institutionē factā de dicto do. Guil. nō esset posita dictio post: propter quā videtur ꝙ non solū voluit dictus nobilis Ludouicus prouidere liberis masculis prefati do. Guil. eo casu quo idē Guil. heres nō esset, ⁊ sic vulgariter: sed etiā eo casu quo heres esset, ⁊ sic per fideicōmissum, ⁊ post mortē ipsius do. Guil. Sed hoc nō obstāte dico vt supra, scz ꝙ dicti liberi solum inuitati extiterint in vim vulgaris, ⁊ ꝙ dictus do. testator, qui (vt videtur) cōsilio periti testatus est, apposuerit illā dictionē post, ad tollendū illā difficultatē de qua disputat gl. in. d. l. Gallus. §. primo, sup verbo exprimat, versi. quid autē si filiū ⁊ nepotē natū: vbi q̄uis gl. ⁊ docto. communiter voluerint ꝙ filius ⁊ nepos copulatiue per patrem eundemq3 auum instituti censeantur non simul, sed ordine successiuo primo videlicet filius si viuat tempore mortis testatoris, ⁊ secundo nepos, scilicet si filius non viuat inuitati: quidam tamen doct. vt refert gl. vbi supra) voluerunt ꝙ isto casu filius ⁊ nepos natus censeantur simul inuitati, ⁊ ꝙ etiam viuo filio ⁊ cū eo posset nepos ex eo esse heres: quam opinionem sequutus est Jaco. de Are. ⁊ sequitur Joan. de Jmol. Ad tollendum igitur hanc difficultatem videtur apposita di-

18 ctio & post. Potest etiam dici quod dictio post, non importet hoc casu tractum temporis, nec hoc intelligere aut interpretari debemus: pro quo induco in argumentum. l. quoties. §. si quis ita scripserit. ff. de heredi. institu. ubi dictio postea, non impedit diem libertatis & hereditatis simul cedere, ne dispositio testantis reddatur vel perplexa vel contrarius ideo materialiter tenetur, secundum gl. ibi, & consequenter tractum seu intervallum temporis non significat, secundum Joan. de Imo. ibi: ubi etiam dicit quod si testes deponerent quod testator instituit Titium & postea Seium: debemus intelligere ambos in eodem testamento institutos, & sic utrunque vocari ad hereditatem: non autem quod Seius fuerit in alio testamento ex intervallo condito institutus: quia sic revocatum esset primum testamentum per secundum. Et dicit Bart. in d. §. si quis ita, per illum text. probari quod dictio postea, non significat de necessitate intervallum temporis, sed ordinem, vel nature, vel temporis, & aliquando subtrahitur de medio, ne aliquid dicatur factum contra ius vel testatoris voluntatem, secundum docto. ibi: alias materialiter tenetur, secundum gl. ut predixi. Et quamvis iura predicta loquantur de dictione postea, non de dictione post: hoc tamen non obstat. Quoniam respondeo quod multomagis hoc quod dixi procedit in dictione post: quoniam dictio postea, est magis apta sui natura importare tractum temporis, ut not. gl. in l. si fundum. ff. de vi & vi arma. quam dictio post, que simpliciter prolata tractum temporis non importat. De utroque est text. in l. iurisgentium. §. quinimo, versi. idem responsum: ibi, post emptionem, & quod ibi do. Jaso. ff. de pact. Cum igitur dictus do. testator censeatur conformare voluisse suam voluntatem dispositioni iuris communis, sequutus consilium iurisconsulti: dicendum est dictam dictionem post, non significare tractum temporis, sed ordinem tantum successionis, secundum formam iuris communis, vel pure materialiter, & sic non importare temporis intervallum, & consequenter quod liberi masculi prefati do. Guilielmi fuerint invitati duntaxat vulgariter. Ex quibus infertur quod cum dictus do. Guilielmus se immiscuerit paterne hereditati, & sic expiraverit, ut iam dixi, substitutio vulgaris: perinde fuit & est ac si dicti liberi masculi non fuissent substituti ipsi domino Guilielmo eorum patri. Quo casu potuisset dictus do. Guilielmus de iure communi disponere de bonis suis tam in donando, quam in testando: & tam in personam dicti domini Claudii, quam aliorum: quia quilibet est moderator & arbiter rei sue. d. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. & vend. l. polla. C. de iis quib. ut ind. & c. de iis, ad fi. de sepul. Dixi de iure communi, pro eo quia cum ego ignorem dispositionem consuetudinis patrie consuetudinarie, & in qua aliqua ex bonis dicti quondam do. Guilielmi existere dicuntur: ego nihil respondeo. Ad sextum dico & respondeo quod de iure communi potuerit idem domi. Guilielmus heredem particularem instituere in baronia Chaladerni nobilem Joannem eius filium secundo genitum, & in illa eidem Joanni substituere nobilem Bertrandum, & Bertrando Jacobum, & ipsi Jacobo dictum nobilem Guilielmum: ad quem puto hodie pertinere predicta bona, in quibus fuit dictus nobilis Joannes primo institutus, detracta tamen legitima per filiam dicti nobilis Joannis: in qua gravari non potuit. l. omnimodo, & l. quoniam in priori-
19 bus, cum suis simili. C. de inoffi. testa. Quo vero ad trebellianicam, illa non potest per dictam filiam detrahi: pro eo quia filius in re certa institutus, & de restituendo gravatus non detrahit trebellianicam, per id quod notat Bald. in l. filium quem, versic. sed hic quero presupposita opinione cano. &c. C. familie ercisc. pro quo allegat. l. lex falcidia. §. nunquam. ff. ad leg. fal. & refert Bal. quod ita sepe consuluit. Idem tenet Pan. in c. Raynutius, de testa. & do. Jason May. in auth. res que, versi. & tenendo communem sententiam quod due quarte possint detrahi eam limita, &c. C. communia de lega. Quo vero ad donationem, quam dicto domino Claudio de bonis predictis fecisse dicitur dictus nobilis Bertrandus primo gradu substitutus, existimo quod illa parum profuerit aut prosit eidem do. Claudio: sive ponamus dictum nobilem Bertrandum ab humanis decessisse ante Joannem, cui erat substitutus: sive post mortem ipsius Joannis, & quidem non sciente. Quia cum penderet conditio substitutionis & fideicommissi, ipse in eo nullum ius habebat. dispositio enim conditionalis per eventum conditionis sortitur effectum. l. cedere diem. ff. de verbo. signific. l. pecuniam. ff. si cer. peta. & l. qui heredi. §. fi. ff. de cond. & demon. quod etiam voluit Bar. in q. per eum disputata, exord. Perusine civitatis statuto cavetur. Et non solum si pendente conditione fideicommissi, & sic ante mortem dicti nobilis Joannis ab humanis decesserit dictus nobilis Bertrandus, nullum ius habuit idem Bertrandus: sed nec spem transmisit ad posteros vel heredes. l. j. §. sin autem sub conditione, & quod ibi Bald. C. de cadu. tol. & quod notant glo. & docto. in l. j. C. de iis qui ante aper. tabu. multas remissiones ponit Oldra. consi. cxxxi. exord. Quidam habens tres filias & duos filios, &c. non etiam si dictus nobilis Bertrandus ab humanis decesserit post mortem dicti quondam nobilis Joannis, & sic in ipsius personam locum habuerit substitutio facta prefato Joanni: pro eo quia cum postea mortuus est idem Bertrandus, debuerunt bona predicta restitui dicto Jacobo si tunc vivebat, vel huic nobili Guilielmo si iam erat mortuus, per doctrinam quam ponit Bart. in l. Marcellus. §. quidam, versi. si vero succeditur ex compendiosa que valet iure fideicommissi. ff. ad trebel. & que super sexto quesito intelligo procedere secundum dispositionem iuris communis, & citra preiudicium consuetudinis, de qua non sum ad plenum informatus, nec scio cui bona predicta vel aliqua ex eis deferat, nec quomodo. Et si deferret primo, & sic dicto do. Claudio universali heredi, esset advertendum ad. l. unum ex familia, cum suis simi. ff. de leg. ij. ubi probatur testatorem posse disponere non solum de bonis suis, sed etiam de bonis heredis. Que, &c.

¶ Rubr. De appella. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cxxxij.

¶ Appellatione interposita, & inhibitione mandato superioris sequuta, quidquid Iudex a quo postea in causa continuavit, revocatur privilegio attentatorum. V. F.

1 ☞ Repugnantia rescriptum vitiat, & sententiam.
2 Servitus sive scientia patientis non queritur.
Ignorans enim pati non dicitur, nec consentire.
3 Dubia probatio non relevat.
4 Delphinalis curie modus reintegrandi.



Equesta, Quam dudum presentasse pretenditur Laurentius Borserii egregio viro domino Rolando Curti, iudici ordinario loci de Prelo, contra & adversus probos viros Honoratum, Pascalem, & Anto. Andree: & pretensa reintegratio, quam fecisse legitur, cum toto processu, fuerunt & sunt nulle, causis rationibus & motivis sequentibus, & aliis alias suis loco & tempore plenius proponendis. Et primo quidem requesta ipsa: pro eo quia illa continet manifestam repugnationem, quatenus in ea proponitur & dicitur eundem Laurentium fuisse a pretensis temporibus de quibus ibi, & per ea, & tunc esse in possessione seu quasi claudendi vineam inibi mentionatam, ac clausuram & sepem faciendi in barania seu fronteria prati predictorum Honorati, Pascalis & Anto. And. & nihilominus inibi exponitur & dicitur eundem Laurentium fuisse per dictos Andree sua pretensa pacifica possessione seu quasi spoliatum & privatum, & petitur sup iis informationes recipi: & deinde eundem do. Laurentium in dicta sua quasi possessione reintegrari & reduci: que non se compatiuntur. Quia si verum erat quod ipse Laurentius a temporibus de quibus ibi & per ea fuisset & tunc esset in possessione claudendi & habendi sepem, &c. non poterat dici a tempore de quo etiam ibi fuisse per dictos Andree aut eorum aliquem, seu etiam de eorum aut ipsorum alterius iussu & mandato fuisse spoliatus. Et si antea fuerat & tunc erat in possessione predicta, quomodo potuit petere se reintegrari in possessione, in qua se esse dicebat: profecto non video: & hoc ratio-
ne repugnantie. Debuit igitur propter illam repelli, tanquam exponens & petens impossibilia. l. ubi repugnantia. ff. de reg. iur. & quod not. Bar. in l. fi. §. idem quesiit. ff. de condict. indebi. & sunt boni tex. in l. si ancillam, post prin. ibi, neque idem & pro suo & clam possidere. ff. pro suo, & l. Titie si nupserit. ff. de condi. & demonstr. Et eodem vitio videtur laborasse sententia seu ordinatio, quam tulisse dicitur prefatus do. iudex: pro eo quia licet dicat sibi constare & apparere prefatum Laurentium fuisse & esse in possessione pacifica claudendi, &c. ipse nihilominus declaravit eundem reintegrandum, seu, ut asseruit, eundem restituit & reintegravit, ac restitutum & reintegratum esse voluit. Si enim fuerat & tunc erat in possessione pacifica claudendi, &c. opus non erat reintegratione: quinimo nec illa fieri poterat: quia quemadmodum spoliari non

potest

potest qui non possidet, nec occecari qui nō videt. c. consultationibus, de offi. delega. l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. & l. decem. ff. de verb. oblig. ita nec potest in possessione reintegrari seu restitui qui in ea non existebat: quia ista presupponunt possessionem fuisse perditam, vel eam pro tēpore nō esse penes eum qui reintegratur. Preterea prefatus do. iudex videtur processisse inciuiliter & iniuste, honore suo saluo dixerim: pro eo quia supposito citra preiudicium veritatis, quod per testes parte dicti Laurentij super imploratiōe Delphinalis statuti, Si quis per literas, &c. productos, examinatos & auditos esset sufficienter probatum, quod idē Laurentius vel aliquis pro eo aliquando clausisset dictam eius vineam, & a parte prati dictorum Honorati, Pascalis, & Antonij: &, vt verbis eius loquar, in barania vnienda & finibus dicti prati, de quo tamen, vt videtur, vnus solus deponit, scilicet quod in barania: non propterea sibi apparuit eundem Laurentium fuisse in possessione claudendi dictam eius vineā in dicta barania, hoc est extremitate seu finibus dicti prati: quia ad querendam possessionem seu quasi non suffecit sic aliquando vel pluries clausisse: sed oportuit quod hoc fieret scientibus & patientibus prefatis Honorato, Pascale, & Antonio. Ad† hoc
2 enim vt quis sibi querat possessionem seu quasi seruitutis in fundo alieno, opus est quod ille sciat & patiatur. l. ij. & quod ibi per omnes scribentes. C. de seruitu. & aqua: & huius dicti ratio est, quia quasi possessio in talibus procedit ex patiētia aduersarij, seu domini fundi. l. quoties, la. ij. & quod ibi Bart. & doct. ff. de seruit. & Inno. in. c. bone, el. ij. de postula. prelat. sed ignorans non dicitur pati, vt dicit Bald. in d. l. ij. versic. quarto oppo. nec etiam dicitur consentire, vt not. Bald. in. c. j. §. preterea, quib. mo. feu. amit. Non igitur ad probādum dictam quasi possessionem claudendi dictā vineam in barania seu finibus prati non sufficiebat, quod testes deponerent prout deposuisse pretenduntur: sed oportebat quod testes deponerent dictam clausuram fuisse sic factam scientibus & patientibus dictis Honorato, Pascale, & Antonio: quod cum non fecerint, non est probata illa quasi possessio. Et eo maxime etiam non probarunt: quia quamuis deponant quod vel fecerint, vel fieri viderint illam clausuram a parte prati: non tamē deponunt (excepto vno) quod illam fieri viderint, vel fecerunt in barania seu extremitate prati. Potuit enim fieri a parte prati dictorum Honorati, &c. non tamen in barania seu extremitate illius: sed vel in illa rasa intermedia, vel in barania vinee, & sic in il-
3 lius extremitate seu finibus. Ex† quo resultat quod probatio est dubia: & ideo non releuat probantem. c. in presentia, & quod ibi doct. de proba. & quod no. Bar. & Alex. de Imo. in. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig. Et sic videtur prefatus do. iudex iniuste processisse. Preterea
4 etiam in alio iniuste processit, & † contra stylum curiarum Delphinatus, secundum quem quamuis domini magistratus consueuerint, constito de duobus extremis dicti Delphinalis statuti, procedere ad reintegrationem possessionis etiam parte non vocata, & non obstantibus appellationibus, & alijs consuetis iuris remedijs: ipsi tamen non adiudicant expensas statutum implorantibus parte non vocata & audita: sed facta reintegratione solent decernere citationem contra pretensum violentum, partim ad fisci instantiam, & partim ad instantiam partis violentiam passe: & per quam mandatur citari vt veniat visurus & auditurus declarari se incurrisse penas predicti statuti, & adiudicari damna & expēsas parti iniuriam passe. Hunc stylum & hanc practicam refert do. Guid. pa. in commēto statuti predicti, super verbo violentia vero purgata, versi. practica ergo huius statuti, &c. cui videtur credendum: quia ille multum vixit, & fuit doctor egregius: & post longissimam aduocationem, quam Grationopoli exercuit, fuit diu Delphinalis consiliarius, & sic potuit habere notitiā styli curiarum patrie Delphinalis. Et est iste stylus multum rationabilis, pro eo quia sepe pluries fiunt reintegrationes in pretensam exequutionem predicti statuti, in casibus tamen, quibus non fuit locus eidem statuto, prout postea demonstrant partes, quando vel coram eisdem magistratibus per viam oppositionis, vel corā superioribus per viam appellationis recursus aut nullitates audiūtur. Et supposito quod cōdemnatio vel adiudicatio expensarum fieri posset etiam parte non vocata: non tamē fieri potest, nec fieri solet illarum declaratio siue taxatio parte nō vocata & audita. Et si hanc declarationem seu taxationem preuenerit inhibitio superioris, ad quem fuit appellatum: non debet iudex a quo procedere ad declarationem seu taxationem, & consequenter nec ad exequutionem: & si fecerit, illa omnia sunt reuocanda per modum attentati. c. nō solum, de appel. quod etiam notat do. Guido pa. in commento statuti, Si quis per literas, super verbo appellatione cessante, versicu. & si que circa hec fuerint attentata, &c. & dicit idem do. Guid. pap. in glo. predicta, versi. & ita etiam seruat stylus, &c. quod domi. iudex appellationum, vel ille ad quem appellatur, debet concedere literas inhibitorias contra partem fiscalem quoad mulctam seu penā decem marcharum argenti, & contra partem priuatam respectu expensarum, damnorum & interesse adiudicatarum vel adiudicandarum: & quod ita seruat stylus dictarum curiarum: qui tenaciter obseruandus est, vt not. Cyn. & alij in. l. ij. C. que sit long. consuetu. & Angel. Aret. in suo tracta. malefi. in gloss. super verbo, necnon ad querelam, post medium. versicul. putarem tamen quod si dicta consuetudo, &c. ibi, nam stylus curie antiquatus, &c. vbi etiam dicit quod iudex potest velo leuato pro sui animi informatione interrogare procuratores & alios practicantes cum iuramento, & in actis facere scribi eorum relationē seu depositionem: pro quo etiam allegat Bart. & Flor. in. l. iij. §. fi. ff. de testib. Si ergo post appellationem & subsequutam inhibitionem factam mandato superioris prefatus do. iudex processerit ad taxationem seu declarationem expēsarum, & (vt audio) ad pignorationem: hec debent ante omnia reuocari priuilegio attentatorum.

¶ Rubri. De don. inter vir. & vxor. ¶ Consil. cxxxiij.

¶ Epitome.

¶ Non omnia que viuens maritus vxori confert vxoris fiunt: sed ea duntaxat, de quibus ius nominatim disponit, vel inter partes ipsas actum est. V. F.

1 ☞ Funeris sumptus ab illo prestandus, apud quem bona defuncti sunt remansura.
2 Vestes quotidianas maritus vxori donare censetur, pretiosas non item, nisi actum sit.
3 Presentia simul donantium coniugum mutuum consensum inducit.



Ad id quod queritur de quadraginta florenis per Ottonē Nouelli exbur-
1 satis, &c. dico & respondeo quod cū dos & alia bona sint penes Salebas & vxorem remāsura: ipsi tenētur ad solutionem illius pecunie pro exequijs exposite. l. in eum, & l. impensa, cum suis simili. ff. de religio. & sumpti. fune. Ad
2 † aliud quesitum, in quo queritur de iocalibus & vestibus, &c. dico & respondeo quoad iocalia & vestes pretiosas, que licet vel facte vel cōparate fuerint per dictum Ottonem pro dicta quōdam Margareta, vt decentius vel honestius incederet, aut se pararet: erāt dicti Ottonis, nisi aliter appareret quod illa sibi donauerit, per id quod notant Bart. & docto. magis communiter in. l. j. §. j. ff. solut. matri. de quo Sali. in. l. sicut. C. de dona. inter vi. & vxo. per Ange. Are. in. §. fuerat, versi. secus dicit Bart. &c. institu. de actio. & alij in multis locis tam consulendo, quam scribendo. Si vero vestes quotidiane, ille viderentur donate per dictū Ottonē: & sic de illis esset iudicandum prout de alijs bonis vxoris, & vt infra. Quo vero ad iocalia & vestes factas per dictum quondam Boni, vel sumptu ipsius videtur quod tempore facte donationis per dictos Ottonem & Margaretam iocalia huiusmodi & vestes essent eiusdem Margarete: & sic quod
3 ille pertineant dictis Salebas & vxori, maxime pro† eo quia dicti Otto & Margareta simul donauerunt & ita videtur vnus alteri consensisse, arg. eorum que not. Bar. & doct. in l. cū pater. §. libertis. ff. de leg. ij. Nisi forte quis dicat, quod cū ius quod habebat, esset resoluendum in morte & ante punctum mortis, si decederet sine liberis, & essent iocalia & vestes huiusmodi acquirende dicto magistro Ottoni, iuxta latam arbitralem sententiam: non censetur predicta Margareta iocalia & vestes huiusmodi donasse, nisi pro tempore quo erant future sue, argum. l. vxor patrui. C. de vsufruct. & quod per illam. l. notant ibi Bartol. & docto. de eo qui in emphyteusim recepit rem ab ecclesia, que in eo finienda erat. Dicunt enim quod si emphyteuta ipse rem huiusmodi legauerit, non tenebitur heres eam redimere, vt illam legatario prestet: pro eo quia censetur in

dubio dũtaxat legasse ius quod in ea habebat, pro eo quia videtur legasse ius emphyteuticum quod habebat, licet morte finiendum. Sed videtur posse responderi, ꝙ in. d. l. vxor, testator habebat vsumfructũ: proprietas vero erat alterius: ⁊ in casu in quo loquitur Bart. ⁊ docto. dominium vtile erat emphyteute eiusdemq; testatoris: dominium vero directum, seu ius maius erat alterius. Propter quod non mirum si in dubio illi, hoc est vsufructuaria vxor ⁊ emphyteuta ecclesie censeãtur legasse ius quod in re ipsa habebant. l. si domus alicui. §. fi. ⁊ in. l. quod in rerum. §. j. ff. de lega. j. Sed in casu nostro iocalia ⁊ vestes predicte (vt presupponitur) erant tempore facte donationis insolidum seu pleno iure predicte Margarete. Propter quod videtur debere censeri illas donasse pleno iure. Et cum, vt predixi, dictus magister Otto videatur donationi huiusmodi consensisse, translatum est dominium in dictos donatarios. Nisi forte dicatur, ⁊ hec consideratio nõ displicet, scilicet ꝙ cum effectus donationis facte per dictos Ottonẽ ⁊ Margaretam fuerit collatus post mortem dictorum donantium, ⁊ sic in casum in quem iocalia ⁊ vestes predicte non erant future predicte Margarete, si decederet sine liberis superstite dicto magistro Ottone: sed ipsius Ottonis, iuxta predictam sententiam: dici non possit ꝙ dictis Salebas ⁊ Margareta vxor habuerint dominiũ iocalium ⁊ vestium huiusmodi a dicta quondam Margareta vxore Ottonis, etiam si ipsa expresse ⁊ specialiter donasset easdem vestes ⁊ iocalia: sed potius ab eodem Ottone, arg. l. j. ⁊ quod ibi Bald. C. si aduers. dona. ⁊. l. si liqueat, ⁊ quod ibi Bald. C. de inoffi. dona. Propter quod videtur de illis iudicandum ⁊ respondendum prout supra respõsum est de alijs bonis dicti magistri Ottonis.

¶ Rub. De apo. pub. ⁊ pri. ¶ Epito. ¶ Consil. cxxxiiij.

¶ Apocham, quam tibi fecisse me asseris, non dicunt testes vidisse se me scribentem: nec in ea sufficiens debiti causa est: non igitur promissum donare voluisse videor, sed erronee promisisse. Quare non immerito absoluendus sum. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Confessio indiscreta ⁊ sine causa non valet.
2 Relatum est in referente.
3 Apoche probatio quid exigat.
4 Specialia duo circa idem non concurrant.

1 Confessio † Extraiudicialis ⁊ sine causa emissa dicitur indiscreta, ⁊ non valet. l. cum de indebito. §. fi. ⁊ quod ibi glo. Bart. ⁊ docto. ff. de prob. l. generaliter, ⁊ quod ibi gl. ⁊ docto. C. de non numera. pecu. c. si cautio, ⁊ quod ibi glo. ⁊ doct. de fi. instru. ⁊ quod not. glo. ⁊ docto. in c. ex parte, de confes. Quo fit vt confessio, quam per suam vel in sua pretensa apocha fecisse dicitur honorabilis vir Nicolaus de Monteferrato in fauorem honorabilis viri Bernardi de Monteferrato, vtpote facta sine causa in eadẽ inserta, fuerit ⁊ sit nulla, per predicta. Nisi forte quis dicat, ꝙ imo facta non fuerit sine causa predicta confessio: sed cum causa: pro eo quia inibi dicitur Et hoc est ex causa vnius schedule, quam pater meus ipsis fecit Auenioni xv. Martij. M. cccc. xcvij. florenorum trium mille cccc. Cũ
2 enim † confessio huiusmodi ⁊ apocha in qua scripta extitit, se expresse referant ad apocham factam per honorabilem quondam virum Raymundonum de Monteferrato, ipsius Nicolai quondam patrem, ⁊ in qua pretenditur fuisse causa legitima inserta: perinde est ac si causa huiusmodi expressa extitisset cum cõfessione ⁊ apocha predicti Nicolai. l. asse toto. ff. de heredib. instit. per quam probatur ꝙ in vna scriptura id contineri videtur, quod continetur in alia ad quam se refert. Et propterea dicunt ibi Bal. Ang. ⁊ Joan. de Jmol. ⁊ Paul. de Castr. in. l. heredes palam, in princip. ff. de testa. ⁊ do. Jason May. in. l. fin. C. de fideicommis. ꝙ si aliquis dicat testando, instituo illum cuius nomen apparet scriptũ, seu cuius nomen descripsi in schedula quam dedi priori fratrum predicatorum, vel sacriste fratrum minorum: ⁊ idem voluit Barto. in. l. si ita scripserit. ff. de condi. ⁊ demon. Et hoc ideo est, quia perinde habetur ac si nomẽ scriptum vel descriptum in predicta schedula, ad quam se refert institutio, esset scriptum vel descriptum in institutione. Sed ad hoc respondeo, ꝙ illud procederet in hoc casu, si appareret de illa pretensa apocha dicti quondam Raymundoni: de qua non apparet. Quamuis enim aliqui testes parte dicti Bernardi fortasse deposuerunt ⁊ dixerunt se credere, ꝙ quedam pretensa apocha, parte eiusdem Bernardi in causa producta, fuerit scripta ⁊ subscripta manu dicti Raymundoni: vel etiã dixerint se scire apocham huiusmodi fuisse scriptam ⁊ subscriptam manu eiusdem Raymundoni, pretendentes fortasse se habere notam vel cognitam manum, scripturam, ⁊ signum
3 eiusdem Raymundoni: ipsi tamen † nõ probant apocham huiusmodi fuisse scriptã ⁊ subscriptã manu ipsius Raymũdoni, nisi dicant ⁊ deponãt ꝙ fuerũt presentes, ⁊ ꝙ illã viderunt scribi ⁊ confici a predicto Raymundono, auth. de instru. caute. ⁊ fide. §. si quis igitur, colla. vi. quod etiam videtur voluisse glos. ⁊ ibi apertius Jaco. Butr. auth. ⁊ si cõtractus. C. de fi. instr. Bart. in. l. nuda ratio. ff. de don. in l. admonendi. ff. de iureiur. ⁊ in. l. scripturas. ff. qui potio. in pigno. habean. Bald. in auth. sed nouo iure. C. si cer. peta. Anto. de Butr. in. c. ij. in de fid. instru. vbi etiam Panor. versi. ⁊ intellige ꝙ testes deponant ꝙ illam scripturam viderunt confici a cõuento. Hoc etiam satis voluit Ang. in auth. de testa. imperf. in princ. colla. viij. in qua voluit, ꝙ si pretensa scriptura patris, continens vltimam dispositionem inter liberos, negetur esse scriptura patris: opus est ꝙ illa probetur esse scripta manu partis, ⁊ hoc vel per confessionem partis, vel per duos testes. Et dicit Ange. ꝙ hi testes debent esse presentes quando pater testamentum scribit ad hoc vt per eos probari possit testatorem scripsisse, si negetur scripturam esse factam manu patris. Hoc etiam, scilicet ꝙ oporteat testes deponere se fuisse presentes, ⁊ vidisse scribi literam, que nunc negatur esse factam manu illius, etiam satis voluit Frã. de Curt. in repet. d. l. admonendi. Pro hac parte consulit Alex. de Jmo. consi. cxxiij. exord. Discussis hesitationibus de quibus in themate, ⁊c. versi. quia nõ videtur esse sufficienter probatum, ⁊c. in primo volu. ⁊ consil. lxxx. exord. Viso processu cause vertentis inter Anton. ⁊c. in quarto volu. Et hec videtur communis opinio: a qua propterea non est discendendum in consulendo vel iudicando. c. de inducijs. iij. q. iij. c. nouimus, de verbo. signif. ⁊. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. ⁊ quod notant Ostien. Joan. And. ⁊ alij in. c. j. de constitu. Si ergo testes predicti non deposuerint se fuisse presentes, ⁊ vidisse scribi per dictum quõdam Raymundonum dictam pretensam apocham: illi non probant eam fuisse scriptam manu ipsius, postq; negata est per dictum Nicolaum: de quo existimandum est ꝙ eam probe negauerit, ⁊ ꝙ in sua conscientia ita credat: aliter enim male faceret, ⁊ edificaret ad gehennam. Restat ergo ꝙ de causa dicte confessionis facte per dictum Nicolaum non appareat. Sed forte opponetur, ꝙ cum in predicta apocha subiũcta extiterit stipulatio, vel promissio de soluendo dicto Bernardo illam summam septingentorum quadraginta trium florenorum ⁊ trium grossorum: nõ fuit opus expressione alterius cause, per id quod not. Bart. in l. ij. §. circa. ff. de doli mali ⁊ met. excep. ⁊ in. d. l. cũ de indebito. §. fi. in quibus locis videtur sentire, ꝙ sic promittẽs videtur donare, ⁊ sic ꝙ valeat. l. Campanus, cũ suis simil. ff. de ope. liber. Sed hoc non obstat. Tum quia Bart. loquitur in stipulatione: sed in dicta apocha non apparet ꝙ per stipulationem prefatus Nicolaus promiserit ipsi Bernardo presenti ⁊ stipulanti: sed magis per simplicẽ promissionẽ hoc factum est, si ⁊ quatenus de promissione appareat: que proculdubio non valet sine causa, etiam vbi est facta ex certa scientia per promittentem scientem se non debere: quia non videtur facta animo donandi: nec ex hoc
4 agi posset: nec dicere oporteret † ꝙ concurrerent duo specialia seu due fictiones, contra. l. j. ⁊ quod ibi no. glo. ⁊ docto. C. de do. promis. ⁊. l. cum post. §. gener. ⁊ quod ibi scribentes. ff. de iure do. vnum enim speciale esset, scilicet ꝙ ex pacto nudo oriretur actio, cõtra. l. legẽ. C. de pact. aliud esset, quia fingeretur causa interuenisse in promissione, cõtra d. l. ij. §. circa. Et hoc voluit Bar. in. l. iurisgentiũ. §. quinimo, in fi. ff. de pact. ⁊ Guil. de Cu. Bal. Ange. ⁊ moderni in. d. l. iurisgentiũ. §. sed cũ nulla, ⁊ Alex. de Jmo. qui multas ponit remissiones in. l. a Titio, versi. ⁊ hanc primã conclusionẽ intelligas. ff. de verb. oblig. vbi etiã moderni. Tũ ⁊ quia ꝙuis dictũ Bar. in. d. §. quinimo, procedat eo casu, quo promittit quis p stipulationẽ, sciẽs scilicet se nõ debere, ⁊ sic promittens ex certa causa: qꝛ eo casu donare videtur. d. l. Cãpanus, ⁊ sic procedat gl. magna in. l. qui cũ alio. ff. de reg. iur. in. l. iij. §. j. ⁊. l. hactenus. §. fi. ff. de consti. pecu.

⁊ quod

ꝛ quod habetur in.d.l.Campanus.ff.de oper.liber.in.l.j. §.is qui perpetua. ff.de condict. indebi. ꝛ in. l. cuius per errorem.ff.de regulis iuris iuncta.l.fin.C. ad legē falcid. Tamen vbi sumus in dubio, an scilicet promittens sciuerit vel nesciuerit, presumitur ipse promittēs promisisse erronee, non animo donandi: quia quilibet presumitur auarus, ꝛ nullus presumitur velle suum iactare.d.l.cum de indebito, in prin.ꝛ quandiu superest alia coniectura, non decurrimus ad coniecturam donationis.l.si cum aurū.ff.de solut.ꝛ ꝙ isto casu, nisi per eum cui per stipulationē facta est promissio, probetur causa, obstet sibi doli exceptio, ꝛ sic debeat promissor absolui, senserunt multe glos.scilicet in d.l.cum de indebito.§.fin.gl.in.l.generaliter, ꝛ in.l.j.de interdict.ꝛ in multis alijs locis. Et hanc opinionem sequuti sunt Jacob.de Are.Cyn.Jacob.But.Bald. ꝛ doct.communiter in.d.l.generaliter, gl.in.d.l. nunꝗ̄ nuda.ff. de acquir.rer.do. ꝛ in.l.j.in fi.ff. de interrog. act. multas remissiones ponit Alexan.de Jmo.in.d.l.a Titio, vers.tertius est casus principalis quando dubitatur an promissio, ꝛc. Ex quibus omnibus infero, ꝙ cum non appareat dictam pretēsam promissionem fuisse factam per prefatum Nicolaum, ꝛ ex certa eius scientia, quasi scientem se non teneri ad summam prementionatā: ipse censeri debet illam fecisse erronee, ꝛ vt putans seu credēs propter assertiones aduersarij se ad summam huiusmodi teneri. Non ergo est condēnandus, nisi appareat de dicta causa. Et ꝙuis Alex.de Jmo.in.d.l.a Titio, vbi etiā moderni ꝛ Ang. Aret.in.§. in personā, instit.de act.ꝛ alij in alijs locis, ponūt aliquas dubitationes ad ea que predixi: nulla tamē ex dubitationibus huiusmodi refragatur vel obstat eidē Nicolao, vt patet ex earū discursu: quas non refero. Existimo igitur nisi de alio appareat eundem Nicolaum fuisse, ꝛ fore ꝛ esse ab impetitis absoluendum. Que dixerim, ꝛc.

¶ Rub. De pred.minor. ¶ Epitome. ¶ Consil.cxxxv.

¶ Predium minoris lesi sine decreto etiam cum iuramēto vēditum ipsi reddatur: aut iustum pretium suppleatur. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Succedunt Titij nepotes ex fratre, ꝛ Titij frater Titio intestato in stirpes.
2 Minorum predia sine decreto non vendantur.
3 Juramentum quando venditionem a minore factam non validet.



IN isto Casu parte iuuenis ac pauperis ꝛ simplicis viri Claudij Chaudeti, filij quondam naturalis ꝛ legitimi 1 Humberti Chaudeti: dico ꝛ respōdeo ꝙ cum Joannes Chaudeti eius patruus ab humanis decesserit intestatus, superstitibus ꝛ sibi superuiuentibus prefato Humberto eius fratre, ac Joanne ꝛ Petro Chaudeti eiusdem Joannis nepotibus, ac filijs naturalibus ꝛ legitimis probi quondam viri Petri Chaudeti: hereditas dicti Joannis fuit deuoluta ꝛ delata prefatis Humberto, Joanni, ꝛ Petro: dicto videlicet Humberto eius fratri pro dimidia parte, et prefatis Joanni ꝛ Petro pro alia dimidia parte, autb. de hered.ab intest.§.reliquum, colla.ix.autb. vt fratrum filij, in princ.ead.collat.ꝛ autb.cessante, cum duabus autb. seq. C.de legit.hered. Et cum in bonis prefati quondā Joānis essent non solum bona mobilia, sed etiam immobilia tam vrbana, ꝙ̄ rustica, veluti dom⁹, casalia, prata, terre, ꝛ alia:
2 non† potuit Claudius filius ꝛ heres dicti quondā Humberti ꝛ tunc minor.xxv.annis, bona huiusmodi vendere, distrahere, ꝛ alienare sine decreto ꝛ alijs solennitatibus.l. non solum, ꝛ.l.si quidem, cum multis simil. C.de pred.min. Et ita non obstante venditione huiusmodi potest idem Claudius predia huiusmodi repetere. Nisi forte dicatur; ꝛ probetur, ꝙ idem Claudius non solum vendiderit res ꝛ bona huiusmodi: sed etiam firmauerit iuramento vēditionem huiusmodi: que propterea valuit ꝛ valet, autben.sacramēta puberum, ꝛ quod ibi notāt scriben-
3 tes.C.si aduers. vend. Sed respondeo† ꝙ hoc non obstat. Tum quia idem Claudius non solum tempore facte venditionis huiusmodi: sed etiam nunc erat ꝛ est simplicissimus, ꝛ parum differens a demente vel amente, ꝛ alias talis ꝙ de facili potuit circumueniri ꝛ decipi, ꝛ qui fuit de facto circumuentus ꝛ deceptus, ac dolo inductus ad vendēdum pretio quatuor florenorū quod valebat florenis ducentis ꝛ vltra. Et ita fuit non solum enormis: sed etiam enormissima circumuentio ꝛ lesio: aduersum quam debet eidē Claudio subueniri. Pro quo pro nunc allegasse sufficiat notata per Pet.de Anch.Anto.de Butr.ꝛ Panor.in.c.cum contingat, de iureiuran.ꝛ per Pet. de Anch. in repetit.c. canonum statuta, de constitut. qui etiam super hoc articulo sepissime consuluit. Tum ꝛ quia supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ idē Claudius iurasset de non veniēdo contra venditionem superius mentionatam, vel forte renuntiasset beneficio minoris etatis ꝛ restitutionis in integrum: posset nihilominus intentare beneficium.l.ij. C. de rescind.vend.ꝛ.c.penult.de empt.ꝛ vend.pro quo allegasse sufficiat ea que leguntur ꝛ notantur per gl.ꝛ doct. in predictis iuribus. Et per hoc remedium debet cogi emptor predictorū bonorū si viuat, alioqui eius heres ad supplendum iustum pretium vel ad reddendum, restituendū, ꝛ relaxandum eidem Claudio pretenso venditori res ꝛ bona predicta. Et ita mihi videtur, ꝛc.

¶ Rubri. De testib. ¶ Epitome. ¶ Consilium.cxxxvj.

¶ Edictum de testibus est prohibitorium. Quicūq; ergo testificari prohibiti nō sunt, testimonium recte perhibent. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Fenestram etiam in communi pariete facere nō licere.
2 Fenestra parietem in quo est sui domini esse indicat.
3 Probari potest in caussa recursali quod prius omissum erat.
4 Testes fratres ꝛ gener pro fratribus ꝛ socero an ꝛ quādo admittantur: ꝛ patrinus pro filiolo: ꝛ econtrario.



IN Actis recursalis cause dudum cepte ꝛ pendētis indecise per ꝛ inter Mōdonum Cotoni recurrentē ex vna parte, ꝛ prouidum virum Guilielmū Codolen qui recursum ex alia, colligitur ꝛ apparet fuisse ꝛ esse sufficienter probatū: ꝙ paries seu murus antiquus, latius ꝛ sepe mētionat⁹ in predicto processu, fuerit proprius dicti Guil. Codolenqui. Et quidem primo ex depositionibus testium dicti Codolenqui examinatorum super quarto articulorū parte ipsius productorum: super quo sunt multi qui testificantur ꝛ deponūt parietem huiusmodi fuisse tentum ꝛ possessum per prefatum Guil.ꝛ fratres cum essent in commune per.xl. annos vel circa: ꝛ ꝙ eo tēpore illū tenuerūt ꝛ possederūt vt tanꝗ̄ finē ꝓpriū. Quod sufficeret ad prescriptionē, si probaretur (prout nō probatur) ipsum fuisse alterius insolidū vel ꝑ parte ꝓpterea etiā probaꝰ fuisse proprius dicti Guil. Codolenqui: pro eo quia (vt apparet per depositiones testium) in dicto pariete erat foramen trasiens totū murum a parte domus eiusdem Codolenqui a parte platee dicti Cotoni, ꝛ a parte domus eiusdem Codolenqui in dicto foramine fenestra constructa, per quod probaꝰ ꝙ paries esset proprius predicti Codolenqui, ꝛ ita erat iudicandus: pro
1 eo† quia alias regulariter nō potuisset fieri fenestra in ipso pariete, si alicuius extitisset: quinimo nec si fuisset cōmunis.l.quidam Hiberus, ꝛ quod ibi gl.Ang.ꝛ docto. ff. de seruitut.vrbano.pred. Ang.in.l.inter quos, vers.ex his infertur ꝙ in pariete, ꝛc.de damno infec. vbi etiam dicit ꝙ ratio est, quia per fenestram mutatur facies parietis, ꝛ debilitatur paries: ꝛ per consequens nocet socio. Et idem in effectu voluit Bald.in.l.altius.in.ij.notab.C. de seruit. et Paul.de Cast.in.l.quoties.ff.eod.tit.in.l.pariete, in fi.ꝛ in
2 l.penult.ff.de seruitut.vrb.pred. Et q†propter fenestram, quā quis habet in pariete, inducetur paries esse proprius illius, tenuit Barth.Vero.in suo tractat.de seruit.titu.de pariete seu muro, vers.item per fenestras. Preterea etiam probatum est per testes non solum ꝙ ligna seu trabes domus ipsius Codolēqui essent immisse super dicto pariete: sed etiam ꝙ tigna seu trabes huiusmodi protendebantur, seu extendebantur, ꝛ in media brassiata vltra parietem, et a parte soli seu platee dicti Cotoni recurrētis, per id quod etiam notat Barth. Vero.vbi.s. vers. secundo principaliter videndum est qualiter cognoscatur an murus sit communis inter vicinos vel proprius, ꝛc. ꝛ in questione precedenti, Ex quibus infertur ꝙ cum de dicto antiquo pariete fuerit de communi consensu dictorū Cotoni recurrentis ꝛ Guil. Recursi, seu Petri ei⁹ filij, factus ꝛ cōstructus pa

ries ad communem vtilitatem, seu commodum eorundem Codolenqui & Cotoni, & super quo postea fuerũt hincinde tigna immissa seu trabes, vt probatur cõfessione dicti Cotoni facta in respondendo ad decimũ dictorum articulorum: parum probe recusauit & recusat idem Cotoni satisfacere de medietate lapidum dicti antiqui parietis, illorũ scilicet qui positi extiterunt in nouo pariete. Infertur etiã quidem Cotoni non fuit grauatus per do. baiulũ loci de
3 Laborello, nec per preceptum eius. Et† supposito citra preiudicium veritatis, quod per illam dicti Cotoni taciturnitatem non probaretur quod dictus antiquus paries fuerit proprius predicti Codolenqui, & quod de lapidibus illius fuerit nouus paries constructus: hec tamen postea probata sunt in hac causa recursali: quod sufficit, argu. l. per hanc.
4 C. de tempo. appel. Forte† vero opponetur, quod aliqui ex testibus parte dicti Codolenqui in hac causa productis sint eius fratres, & vnus eius gener: quibus propterea non videtur danda fides. Sed istud non obstat. Et quidem non quod dicitur de fratribus: quia cum hec causa sit ciuilis, & satis vilis seu modica, nec isti fratres & Guilielmus simul habitent, aut in communione existant: ipsi sunt testes idonei: pro quo allegasse sufficiat notata per Azo. in Summa. C. tit. de testi. per glo. in. l. parentes, & quod ibi Bald. & docto. C. de testi. & idẽ videtur tenere glo. in. c. insinuante, de offi. delega. glo. in. c. j. iij. q. v. multas remissiones ponit Albe. de nare. in suo tracta. de testi. in prima parte. §. secundo de fratre est vidẽdum. Et idem videtur esse de genero: quia cum edictum de testibus sit prohibitorum. l. j. ff. de testi. & sic quilibet non prohibitus videatur ad testimoniũ admittendus: si gener non reperiatur prohibitus, ille debet admitti pro socero: pro quo facit id quod de patrino. notant Bald. & Sali. in. d. l. parentes. C. de testi. Flori. in. l. testis idoneus. ff. eo. tit. Rom. Alex. de Imol. & do. Jason May. in. l. generaliter. ff. de in ius vocan. Alex. de Imo. cõsi. cxxv. exord. Viso themate predicto, &c. in quarto vol. in quibus locis volunt quod patrinus, inter quem & filiolum est spiritualis & magna coniunctio, & quem tanquam patrem carnalem debet filiolus diligere. c. ita diligere. xxx. q. iiij. est testis idoneus pro filiolo. Ergo a simili testis idoneus erit socer pro genero, & gener pro socero, inter quos non videtur vel tanta, vel saltem maior coniunctio. Preterea (vt iam dictum est) edictum de testibus est prohibitorium certarum personarum: vnde omnis persona, que non reperitur expresse prohibita, potest testificari. d. l. j. cum glo. ff. de testi. & l. quoniã. C. de hereti. Addo quod supposito citra preiudiciũ veritatis, quod testes predicti non essent alias omnino idonei, seu omni exceptiõe maiores, & sic quod duo ex ipsis non plene probarent: quia tamen hic sunt plures duobus, duo scilicet fratres, & gener, insuper sunt alij deponentes ex predictis: ipsi ergo probant: quia numerus supplet defectum qualitatis, per id quod notat Jacob. Butri. in. l. iij. post princip. ff. de testib. & per id quod tenuit gloss. in. §. eiusdem, in verbo numerus, dum dicit gloss. quod illud quod deest in fide testium supplet numerus: de quo etiã Alex. de Imo. ponit remissiones consi. v. in primo volu. & And. Barba. consi. xxv. exord. Clementissimum Deum & piissimum saluatorem, &c. in quarta parte. Concludo igitur sententiam esse ferendam pro dicto Codolenqui: & sic preceptum superius mentionatum, & de quo in processu, fuisse, fore & esse confirmandũ, non obstantibus quibuscunque in aduersum propositis & deductis parte dicti Cotoni: que etiam non probantur, saltem in puncto eidem Cotoni necessario, scilicet quod dictus antiquus paries esset communis inter eum & dictum Codolenqui. Non etiam apparet de pretẽsis literis recursalibus parte ipsius Cotoni (vt pretenditur) impetratis. Et ita nullo modo potest ferri sententia pro eodem Cotoni. Que dixerim, &c.

¶ Rubri. De subdi. vas. ¶ Epitome. ¶ Consi. cxxxvij.

¶ Dominus Bastide Rolandi, sicut nec reliqui vasalli, non potest a subditis suis homagium ligium exigere: nec eos ad noua subsidia vrgere: nisi si que conuentionibus, aut centum annorum prestatione sunt introducta. V. F.

1 ☞ Homagium ligium quod & quale sit.
2 Ligius homo quis dicatur.
3 Tallias vasallus a subditis an & quando possit exigere.
4 Metu extorta censetur prestatio seruitiorum insolitorũ, que fit a subditis vasallo. & 6.
5 Confessio incerta & indiscreta que: & an & quando confitẽtem obliget.
7 Presumptio non est pro mandato.
8 Vasalli dominis in quibus casibus teneantur. & seq.
9 Dotare mater filiam, nec filius matrem, nec frater sororem teneantur, nec filius patris debita soluere: alere autem sic.



Cum Non solum homines incole & habitatores mandamenti Bastide Rolandi in Valentinesio: sed etiam nobilis & generosus vir Guilielmus de Bellomonte, dominus eiusdem mandamenti, & Pellipoli, subijciantur serenissimo domino nostro Delphino principi nullũ superiorem recognoscenti in patria Delphinali: non sunt, nec esse possunt homines incole & habitatores predicti homines ligij dicti nobilis Guilielmi, nec ipse homagium ligium proprie dictum ab eisdem exigere debet. Et si de facto illud exigat, & sibi prestari postulet: non tenentur ipsi homines incole & habitatores illud sibi prestare: pro eo quia homagium ligiũ est quod fit Imperatori vel Regi nullius alterius fidelitate salua vel excepta. l. Imperialem. §. fi. & quod ibi docto. de probi. feu. alie. per Frider. & quod not. glos. in clem. pastoralis. §. rursus, super verbo homoque ligius, & quod ibi Guil. de Montelauduno, Paul. de Leaza. do. Cardi. Flo. & Joan. de Imo. super eisdem verbis, de re iudi. Spe. titu. de feu. §. quoniam super homagijs, versic. & nota quod est homagium ligium, &c. Jo. Reynau. in. d. l. Imperialem. §. fi. q. xix. de probi. feu. aliena. per Frid. Bald. qui eleganter loquitur consil. clix. exord. Ad euidentiam premittendum est quod in decima colla. &c. in prima parte. Dicit† enim
1 quod homagium ligium est suprema fidelitas, siue supremum homagium contra omnem hominem, nullo excepto. Bal. in prelud. feudo. versi. alia diuisio feudo. quia quoddam est ligium, &c. vbi etiam Aluar. versicul. tredecima est diuisio, &c. vbi etiam do. Prepos. versic. tertiadecima diuisio, &c. & do. Jason May. versic. septima diuisio feudorum est, &c. & do. Jacobi. de sancto Geor. in suo tracta. de homagi. Di-
2 citur† enim homo ligius, secundum docto. in locis predictis, quasi ligatus domino suo soli: vel dicitur ligius quasi legalitatem continens. Non possunt autem subditi principis se sic alteri subijcere vel obligare, nec alius a principe debet postulare tale homagium, per quod subditi principis se obligent ad sibi seruiendum, vel eum defendendum etiam cõtra principem. Et si facerent, tam dominus ipse, quam subditi incurrerent graue delictum, per id quod notat Spe. tit. de feu. §. quoniã, de homagijs, versi. decimoquinto queritur quid si aliquis Baro, regis Francie facit guerram, &c. debet igitur prefatus nobilis Guilielmus desistere a postulatione talis homagij, & debet contentari de homagio simplici, in quo vel verbis expressis, vel alias re-
3 seruatur fidelitas debita principi. Quo vero † ad tallias, quas se pretendit idem nobilis Guilielmus posse indicere seu imponere hominibus & incolis dicti loci, dico & respondeo imprimis, quod de iure communi illas imponere non potest, prout colligitur ex ijs que notat Bart. in. l. j. prope fin. C. de excusa. nume. & idem volunt Bal. in. l. cum multa, ad fi. C. de bo. que libe. & in. l. ij quibus. C. de fideicommissa. liber. & dicit Bald. in. d. l. cum multa, ad fi. quod ita tenebat Richar. Malum. talliarum enim exactiones sunt de regalibus, & soli principi competunt. c. j. que sint regalia, in vsib. feudo. Et hec sunt vera, nisi vel ex consuetudine legitime prescripta, vel ex conuentione imponi possint: quia debita seruitia suis finibus debent esse cõtenta. l. cum satis. §. caueant. C. de agrico. & censi. lib. xj. & quod not. Archid. in. c. dilecto, de offi. archi. Et quod nisi superesset consuetudo in contrarium, vel conuentio, non possint domini Barones vel alij domini Villarum seu oppidorum aut castrorũ imponere tallias suis subditis, tenuit Pet. Jaco. in suis libellis, tit. de cau. quib. domi. amittit proprie. feu. versi. item & multi videntur scripsisse, &c. & tit. de cau. ex quib. vassal. quantum est de iure scripto debet amitte. feu versi. audiui dici a quibusdam, &c. Albe. in. l. fi. versi. item quero an habẽs iurisdictionem in castro. C. de iurisdi. omnium iudi. & do. Jacobi. de sancto Geor. in dicto suo tracta. versi. iuxta predicta quero vtrum domini terrarum: ibi, in questione predicta ego sepe consului, &c. vbi etiam refert quod sepe in facti contingentia pro hac parte consuluit, scilicet quod nobiles domini terrarum hominibus & subditis non possint imponere

ponere collectas: & mouebatur pro eo quia ipsi nobiles debent esse contenti oneribus & muneribus impositis tempore concessionis bonorũ facte ipsis hominibus, nec vltra debent eos grauare. d. l. cum satis. §. caueāt. C. de agricol. & censi. lib. xi. allegabat etiam notata per Bald. in cōmento pacis Constantie, in verbo, pactiones, & in. c. j. in princ. tit. qualiter vassal. iura. debe. fideli. in quibus locis dicitur, quod
4 † prestatio seruitiorũ insolitorum vel indebitorum presumitur a dominis per metum extorta. Et idē voluit Aluar. in. d. c. j. quali. vassal. iura. debeat fideli. Alexan. de Imola in. l. j. §. que onerande. ff. qua. re. actio non da. & Francisc. de Are. consil. xiiij. exordien. Viso & diligenter considerato, vers. venio nunc ad tertium, &c. ibi, & maxime ex pacto apposito, &c. Preterea etiam mouebatur, quia in homagijs nulla nouitas debet induci, vt etiā dicit ipse do. Jacobi. in. d. trac. vers. sed hic cadit vna pulchra dubitatio. Et hec (vt iam dixi) procedunt, nisi esset conuentio in cōtrarium, vel cōsuetudo legitime prescripta: quia tunc hoc facere possent nobiles dñi villarum, &c. Et hoc est quod voluit Bal. in. d. l. ij quibus. C. de fideicommiss. liberta. & Alber. in. d. l. fin. vers. soluendo dicit, &c. pro quo allegat. l. venditor. §. si constat. ff. cōmuni. pred. nisi igitur prefatus nobilis Guil. doceat de conuentione, vel de consuetudine prescripta, ad quam requiritur tempus centũ annorum, vt voluit Alex. de Imo. cons. xxxv. exord. Viso themate & dubijs, &c. in. j. quesito, in. ij. vo. nō potest tallias imponere predictis hominibus & incolis. Nec videtur quod ad hoc sufficiant quedam pretense recognitiones ex aduerso exhibite, & vt pretenditur facte, quedam scilicet anno Domini M. ccclx. alie vero anno Domini M. cccel. pro eo quia supposito, citra preiudicium veritatis, quod per dictas pretensas recognitiones illi pretensi recognoscentes viderentur confiteri se teneri ad tallias: hec tamen cōfessio non videretur obesse prefatis hominib⁹ & incolis, maxime dicte Bastide Rolādi.
5 Cum quia illa pretensa confessio videtur esse † generalis, incerta, & indiscreta: generalis quidē & incerta, pro eo quia illi pretensi recognoscentes confitentur & recognoscunt se teneri ad tallias, & non dicunt ad quas, aut cuius quantitatis seu summe ille existāt: & indiscreta, per quam ius acquiri non potuit pretenso do. Bastide. l. cum falsa. C. de iu. & fac. ignor. & l. cum de indebito. §. fi. ff. de probat. ad que facit. l. certum, in princ. ff. de confes. Preterea huiuscemodi confessio non habuit causam, hoc est, non apparet per confessionem huiusmodi ex qua causa se teneri recognouerint, & confessi extiterint dicti recognoscentes ad predictas tallias: quod tamen videtur necessarium, per iura predicta & l. j. C. de apo. publ. lib. x. Preterea in primis recognitionibus, hoc est in illis que facte pretendūtur anno predicto M. ccclxx. illi pretensi recognoscentes non simpliciter cōfitentur & recognoscunt se teneri ad tallias, sed confitentur teneri ad tallias consuetas. Dicitur enim in dictis pretensis recognitionibus, quod ipsi fuerunt confessi se debere chairalagium, coruatas, tallias, et alias seruitutes consuetas. Si igitur dictus nobilis Guilielmus pretēdat se posse assumere quale quale fundamētum super dictis recognitionib⁹, opus est quod ipse probet quod tallie essent cōsuete, hoc est quod ille de cōsuetudine deberētur: ad quā (vt dixi) requiritur tempus centum annorũ, & sic tempus de cuius initio vel contrario huiusmodi memoria nō existit. Et his rationibus etiam impugnantur alie recognitiones facte anno Domini M. cccel. in quibus etiam reperiūtur multa addita vltra & preter contenta in dictis primis recognitionibus, & signanter illa, sub omni seruitute rusticali:
6 & id quod dicitur de tallijs, bannis, & charrerijs: † que propterea videntur per metum extorta, per ea que dicit Bal. in cōmento pacis Constantie, in verbo, pactiones, & in. c. j. quali. vassal. iura. debeat. fideli. Et (vt dicit Frā. de Are. in d. consil. xiiij.) sicut prestatio seruitiorum insolitorũ vel indebitorum presumitur a dominis extorta per metum: ita pacta & iuramenta insolita presumuntur extorta ab eo qui habet potestatem cogendi: quod etiam voluit Bal. in. d. c. j. qual. vassal. iura. debe. fideli. Preterea nō videtur eidem nobili Guil. suffragari quedam pretensa confessio, quam fecisse asseruntur Pontius Goyraudi, & Petrus Jacobi suo & popularium dicti loci Bastide nominibus, scilicet quod dominus dicte Bastide posset & deberet ipsos talliare in septem casibus, & quod de illis septem casibus ipsi populares tenebantur & debebāt soluere quartam partem. Tum quia non apparet quod illi Goyraudi & Jacobi haberēt mandatum ab alijs hominibus dicti loci ad hoc confitendum,
7 nec pro † mādato presumitur etiam post lapsum mille annorum, per id quod voluit Bald. in. l. ij. C. si ex falc. instru. Alexand. de Imo. in. l. sciendum. ff. de verbo. obligat. & in l. qui in aliena, in princ. ff. de acqui. heredi. Cui dicto non obstat quod quidam pretensi particulares homines dicti loci asserantur fuisse presentes, & dicte confessioni consensisse. Quoniam respōdeo quod aliud est gerere actum, aliud est gerenti cōsentire: quia primo casu obligatur actum gerens, secundo nō. l. aliud. ff. de reg. iur. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. & l. filiusfamilias. §. j. ff. de procur. Tum quia dicta confessio est incerta: pro eo quia ibi nō exprimitur qui sint illi septem casus: & sic non valuit. d. l. certum, in princ. ff. de confes. Forte vero opponetur, quod illi sunt casus de quibus ponit Rofre. in suis libellis, sub rubrica de sacra. cuiuslibet vassal. & Spec. tit. de feu. §. quoniam super homagijs, versic. & nota quod vassal. vbi voluit quod vassalli propter feuda
8 que a dominis recipiunt, tenētur eisdē obedire in † sex casibus: primo pro exercitu imperiali tenetur vassallus conferre secundum qualitatem & quātitatem sui feudi: & hoc vocatur adiuuamentum. Secundo pro corredo imperiali, vt videlicet quando imperator transierit per illum locū, contribuat vassallus in sumptibus eius: & in his duobus seruit vassallus pro curia. In alijs vero quatuor casibus, vt dicit ipse Rofre. vbi supra, seruit propter vtilitatē ipsius domini, qui sunt pro filia domini maritanda, pro domino vel filio milite faciēdo, pro domino capto ab inimicis redimendo, & pro terra per dominum emēda. Sed istud non videtur suffragari dicto nobili Guilielmo. Tum quia nec Rofre. nec Spec. ponunt septem casus, sed sex duntaxat. Tum & quia si & quatenus illa pretensa confessio censeretur intelligenda de predictis casibus, illa fuisset erronea, & facta propter dictum Rofre. & Spec. Cui dicto, vt dicit Jo. And. in addi. Spec. in. d. versi. Et nota quod vassalli, &c. quidam resistunt, dicentes hoc legibus vel consuetudinibus feudorum, non probari: & potissime resistunt, secundū eum, in tertio. iiij. & vj. casibus: qui sunt de filia maritanda, de domino & filio milite faciendo, & de contributione facienda pro terra emenda per dominū. Dicunt enim se non videre quare dixerit Rofre. quod vassalli tenentur iuuare do-
9 minum pro filia maritanda: cum mater non teneatur dotare filiam, nec filius matrem, nec frater sororem. de sexto casu, scilicet quod vassallus teneatur iuuare dominum pro terra emenda, dicunt se non videre vnde Rofre. hec dixerit: nam etiam filius causa ciuilium munerum, vel causa debiti paterni a patre conueniri non potest. l. patris. C. ne fili. pro patre. Licet enim filius teneatur alere patrem: non tamen tenetur eius debita soluere. l. si quis a liberis. §. si vel parens. ff. de alen. libe. pro quo bene facit. c. licet, in fi. tit. si de feu. controuers. fue. vbi etiam pro euitādo periurio domini qui iurauerat certa die soluere, vassallus habens pecuniam paratam illam pro eodem domino soluere, vel sibi credere non tenetur. Et in hoc residet Joan. And. vbi supra. Hanc partem etiam tenuit Pet. Jaco. sub dicta rub. de causis ex quibus vassall. quātum est de iure scripto, &c. versic. Audiui a quibusdam, &c. vbi inter cetera dicit, quod quia Rofre. & Joan. Blan. premissa dixerunt, male fecerunt: & deterius quando in scriptis redegerunt. Inde enim, vt ait, turbantur & errant multi domini terrarum nostri tēporis: qui tota die satagunt subditorum sanguinem sugere, & gaudent dictis eorum: que simpliciter loquendo de iure ciuili falsa existunt. Quod probant primo, quia hec non reperiuntur de iure cauta: ergo hec dicere non debemus: quia erubescimus cum sine lege loquimur. l. illam. C. de colla. & auth. de trien. & semis. §. consideremus, colla. iij. Secundo quia, vt iam dixi, dominus non debet aliqua innouare, vel molestiam inferre colonis, seu hominibus suis: & si contrarium fecerit, moderator prouincie lesionem resarciri faciet. d. l. cum satis. §. caueant. Et quod vassalli cogi non possint ad contribuendum in dote filie sui domini, tenuit Jac. Rebuf. in. l. j. C. de exactor. tribu. lib. x. pro quo allegat dictam. l. j. & l. placet, de excusa. muner. eo. lib. & l. ij. in fi. C. in quibus cau. lib. xi. & l. si. C. de statuis & imagi. Et hanc partem etiā sequutus est Bertrandus de Deuci. per multas rationes, prout refert Pet. Antibo. in suo diuersorio, versi. sed quero nunquid Baro vel Comes, &c. Dicta igitur cōfessio, vbi alias appareret illos pretensos confitentes sensisse de predictis casibus, videtur fuisse erronea: & sic nō profuisse aut prodesse ipsi nobili Guilielmo, nec nocuisse dictis confitentibus, & consequenter minus vniuersitati seu modernis hominibus dicti loci Bastide:

qui etiam, vt audio, non contribuerunt in predictis a centum annis citra. Addo quod etiam si prefati homines possent in predictis collectari, seu talliari, hec tamen tallia nō deberet imponi seu taxari per prefatum nobilem: quia non debet esse iudex, nec sibi ius dicere in causa propria. l. j. C. ne quis in sua cau. quod etiam voluit Bald. in c. j. in fin. de capitane. qui curi. vendid.

¶ Rubri. De impub. & al. substi. ¶ Consilium. cxxxviij.

¶ Epitome.

¶ Compendiosa substitutio verbis communibus certe rei vel quantitati adiecta pupillarem non comprehendit. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Substitutio compendiosa etiam pupillis facta quando pupillarem non contineat.
2 Mater habita a priore viro liberis prioris matrimonij seruare an tenetur, si non renubat.
3 Confusionem actionum inuentarij confectio impedit.
4 Retentionis ius cui competat.



Ex Themate mihi transmisse consultationis parte nobilis & honeste mulieris Magdalene Boyce eliciuntur multa dubia: ad que respondeo breuiter & succincte prout infra. Et non sequendo illorum ordinem, primo respondeo ad secundum & tertium: & dico quod cum † compēdiosa substitutio facta per
1 dictum nobilem Jacobum predictis eius filiabus facta extiterit per verbum commune substituit, adiectum certe quātitati: illa etiam in personis earū que in pupillari etate decesserunt, valere non potuit iure pupillaris substitutionis: quia verbum cōmune certe rei aut quātitati adiectum non trahitur ad directam substitutionē, per id quod habetur in. l. cogi, in prin. ff. ad Trebel. quod etiam voluit Bart. in. d. l. centurio, in tertia. q. in materia compendiose substitutionis, & idem voluit Angel. in. l. j. §. si ex fundo, vbi etiam Jo. de Imo. ff. de heredi. īstit. & Paul. de Cast. in. d. l. coheredi. §. fi. versi. nō sic si fuisset facta per verbum commune, &c. ff. de vulga. & pupil. Ex quo infero, quod si mille & quingenti floreni relicti dicte quondam nobili Margarete non excedebant legitimam sibi debitam in bonis paternis, que ascendebat ad duodecimam partem, & sic ad vnam vnciam predictorum bonorum: substitutio sibi facta non valuit: pro eo quia nō potuit grauari in legitima. l. quoniam in prioribus, cum suis simili. C. de inoff. testa. & quod not. doct. in. d. l. coheredi. §. cum filie. Et sic non obstante predicta substitutione, eidem Margarete successerunt nobilis Magdalena mater, & prefati nobiles Jacobus & sorores, quilibet scilicet pro sexta parte, auth. defuncto, & in corpore vnde sumitur. C. ad tertul. Si vero dicti mille & quingenti floreni excedebant legitimam, potuit dictus nobilis Jacobus eidem Margarete substituere in illo pluri, & illud peruenire debuit ad dictum Jacobum heredem institutum, & suos ipsius testatoris, non ipsius nobilis Margarete, per id quod not. gl. in. l. ex facto, in prin. super verbo suam, & quod ibi plenius Jacob. ff. ad trebel. & sic ad filias ipsius testatoris & sorores eiusdem Margarete: ad dictum scilicet Ludouicum pro dimidia parte, & ad dictas eius sorores pro alia dimidia parte. l. interdum, in prin. ff. de heredi. instit. Non omitto tamen quod Raph. Cuma. in. d. l. centurio, in materia compendiose facte per verbum commune certe rei aut quātitati adiectum, limitādo opinionem Bart. voluit, dictum Bart. scilicet quod substitutio facta per verbum cōmune certe rei aut quātitati adiectum non trahatur ad directam substitutionem pupillarem, procedere & esse verum quando filius fuit institutus in vniuerso, vel in maxima parte excedēte legitimam filij. Sed si fuisset institutus in re certa, vel quātitate, nō excedente legitimam: tunc quia non potest substitutio valere vt fideicommissaria, cum non possit filio in legitima per fideicommissum substitui. d. l. quoniam in prioribus, cum ibi notatis, & l. cum patronus. ff. de lega. ij. quod etiam voluit Alex. de Imol. in. l. j. §. fi. ff. de vulga. & pupil. sequitur quod vt substitutio filio impuberi facta valeat, debet interpretari quod comprehendat directam pupillarem infra tempus pupillaris etatis: vt sic actus potius valeat, quam pereat, arg. l. quoties. ff. de re. dub. & c. abbate, de verbo. signifi. Et secundum hanc opinionem, si dicti mille & quingenti floreni non excessissent legitimā predicte Margarete: in eis insolidū succedere debuissent prefati Ludouicus & sorores, exclusa matre: dictus scilicet Ludouicus pro dimidia parte, & sorores pro alia dimidia parte. Sed prima opinio est cōis: a qua propterea nō videtur in iudicādo vel cōsulendo recedendū. l. j. vers. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. & quod not. Ostien. Jo. And. & doc. in. c. j. de cōstit. doc. in. l. cū prolatis. ff. de re iud. & in. l. fi. C. de pe. iudic. qui ma. iud. Et per predicta patet responsio etiā quoad nobilē Mathelinam alterā ex dictis filiabus, scilicet quod si mille & quingenti floreni sibi per patrē relicti non excedebant eius legitimam, hoc est vnam vnciam: in illis successerunt mater & tres sorores superstites, quelibet scilicet pro quarta parte. d. auth. defuncto. C. ad Tertul. Si vero excedebant: tunc dico quod in illis vsque ad valorem legitime successerunt dicte mater & sorores, & in illo pluri successerunt sorores in vim substitutiōis fideicōmissarie de eis facte. ¶ Ad quar-
2 tum dico & respondeo, quod † cum (vt puto) prefata nobilis Magdalena mater post mortem dicti quondā nobilis Jacobi non transiuerit ad secunda vota, ipsa poterit disponere vel testari de ijs de quibus in dicto quesito. Et quidē primo de legato sibi facto per dictum quōdam Jacobum. Tum quia ipse Jacobus voluit eam posse facere & disponere ad libitum. Tum & quia non tenetur illud reseruare liberis, postquam non transijt ad secunda vota. l. generaliter. §. fi. & l. si quis prioris. §. illud. C. de secun. nupt. Non obst. d. l. generaliter. §. in his casibus. Quoniā respondeo quod illa loquitur in binubis, qui propter transitū ad secunda vota tenebantur talia reseruare liberis primi matrimonij: quinimo hodie perdunt proprietatem, auth. ex testamēto. C. de secun. nupt. non etiam obstat auth. vxore mortua. C. de secun. nupt. & in corpore vnde sumitur. Quoniam respondeo quod illa auth. loquitur in lucris dotis & donatiōis propter nuptias, & vult quod maritus superstes habēs liberos ex primo matrimonio tenetur lucrum dotis matris illorum reseruare ipsis liberis, etiam si non contrahat secundum matrimonium: & idem in muliere superstite habente liberos ex primo matrimonio: quia si illa fuerit lucrata donationem propter nuptias, vel partem illius, ipsa tenetur reseruare lucrum huiusmodi ipsis liberis, etiam si secundo non nubat. Sed hic non loquimur in illo casu: sed in legato dicte nobili Magdalene relicto. Poterit igitur de illo disponere vel testari. Si tamen expressim & specifice non disponeret de hoc legato: ipsa censeretur illud reseruare dictis eius filiabus, auth. de nupt. §. deinceps, collat. iiij. & auth. nunc autem, & quod ibi gl. Sal. & doct. C. de secund. nupt. Quo vero ad hereditatem dicti quondā Ludouici, in qua ex testamentaria dispositione eiusdem Ludouici successit vt quilibet, ipsa potest disponere de bonis illius. d. auth. ex testamento, & in corporibus vnde sumitur. Et idem dico de quotis & portionibus ad eam peruentis de bonis dictarum quondam nobiliū Magdalene & Matheline eius filiarum. Intelligo tamen quod filie superstites, & que superuerunt tempore mortis debebant habere legitimam in bonis eiusdem Magdalene matris: que erit tertia pars, siue tres, siue due, siue vna superfuerit. d. auth. de trien. & semis. §. j. collat. iij. & transumptiue in. d. auth. nouissima. Et in hac legitima nō poterit eas grauare. Que omnia sunt intelligenda, nisi cōmisissent aut committerent alterā ex causis ingratitudinis, de quibus in auth. vt cū de appel. cogn. §. causas, colla. viij. quas etiam enumerat glo. in. c. quintauallis. de iureiuran. Redeo ad primum: ad quod respondeo, quod cum non appareat dictum quondā nobilem Jacobum eidē nobili Magdalene eius quōdam vxori legasse aut reliquisse summam duorū millium florenorū & alimēta animo cōpensandi cum dote, vel interusurio medij temporis: ipsa potest petere non solum alimenta & summam predictam: sed etiam dotem. l. j. §. sciendum, & quod ibi glos. & doct. C. de rei vxor. actio. Nisi forte dicamus quod imo petere non possit dotē aut legata predicta: pro eo quia ipsa vniuersaliter successit dicto quondam Ludouico vniuersali & vnico heredi dicti quondam Jacobi, & sic debitori dotis &
3 legatorum predictorum: propter † quod videntur actiones sue confuse & extincte, nisi hereditatem dicti quondā Ludouici adiuerit cum beneficio inuētarij. l. debitori tuo, cum suis simil. C. de pact. & l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. Et hoc puto verum, scilicet quod petere nō possit, nec pro eis agere. Sed cum, vt puto, teneat & possideat bona dictorum quōdā nobilis Jacobi & Ludouici: ipsa potest sibi consulere per viam retētionis, iuxta doctrinam quam ponit Bald. in. d. l. debitori, & sequitur Paul. de Cast. in. l. ab omnibus

omnibus. §. fi. ff. de lega. j. & in multis eius cōsilijs, & Alex. de Imo. in. l. ita tamen. §. si ex Trebelliano. & l. debitor. ff. ad Trebell.

¶ Rubr. Pro socio. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cxxxix.

¶ Qui in societate est nec testari prohibetur: nec per pactum de nunq̄ diuidendo heredes sibi futuros ita arctauit, vt illi sine vlla praestatione penarum ad diuisionē prouocare nequeant. V. F.

1 ☞ Societas morte finitur; nec pacto fieri potest vt nunq̄ diuidatur, etiam iurato.
2 Tempus non praefinitum quandoq; decennium, quandoq; vitam contrahentium comprehendit.
3 Presumptio est noluisse partes quod non potuerunt.



Ex Themate consultationis mihi exhibite parte prouidi viri Andree de Solerio eliciuntur duo dubia: ad que respondeo breuiter & succincte prout infra. Et primo ad primum: pro cuius solutione premitto q̄ societas dudum contracta (si que tamen contracta dici possit) per & inter probum quondam virum Philippum Fabri, huius Andree sororiū ex vna parte, & honestam quondam mulierem Claudiā Fabresse, dicti Philippi sororē, & quondam vxorem dicti Andree ex alia: illa† fuit morte eiusdem Claudie dissoluta & finita.
1 Quia per mortem tam naturalem, q̄ ciuilem in personam alterius ex socijs contingentem finitur societas, nec ad heredem transit. l. heredes. l. adeo. l. verum. §. fin. ff. pro socio. Premitto insuper partes seu cōtrahētes pacisci nō posse ne bona communia vnq̄ diuidantur: & si contra fiat, non valet pactum. l. in hoc iudicium. §. si conueniat, & quod ibi Flori. ff. communi diuidun. & huius dicti ratio est, quia si valeret pactum, retineretur quis inuitus in communione, contra. l. fi. C. commu. diuid. Non ergo valet pactum. l. pacta que contra. C. de pact. & quod notat Flori. in. d. §. si conueniat. Et dicit Alex. de Imo. consi. xviij. exord. Visis capitulis initis inter prefatos, &c. in secundo volu. q̄ istud procedit etiam si iuramentum de nunq̄ diuidendo vel de nunq̄ prouocando ad diuisionem interuenerit. Quia non potest quis sibi hanc legem imponere: pro quo multa inducit, que possunt ibi videri. Si ergo prefati Philippus & Claudia conuenissent aut pacti extitissent de nunq̄ diuidendo vel petendo diuisionem, conuentio huiusmodi nō valuisset. Sed ipsi non sic cōuenerunt: sed (vt ponitur in facto) cōuenerūt & pacti sunt, q̄ si altera dictarum partium ad diuisionem predictorum bonorum procedere vellet, ipsa pars primo diuisionem petens amitteret & amittere deberet quartam partem sue partis: & que quarta pars
2 deberet alteri parti applicari. Que† cōuentio, cum certum tempus non contineat, videtur in dubio debuisse intelligi de decennio, argu. l. sine prefinito. ff. de pe. & quod notat glo. in. l. incredibile. C. eo. tit. & post eam Flori. in. d. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. vel saltem deberet intelligi q̄ si aliquis ex dictis Philippo & Claudia, q̄diu viuerent, peteret diuisionem: ille perderet quartam partē sue partis: quia sic potuerunt pacisci, scilicet q̄ bona manerent inter eos communia q̄diu ipsi viuerent. l. j. in princ. ff. pro soc. & quod notat Flori. in. d. §. si conueniat, & do. Iason May. in. §. quedam, versi. Quid diceretis de casu isto, &c. institu. de actio. non autem censendi sunt voluisse q̄ etiam eorum heredes diuisionem petere non possent: vel q̄ si eam peterent incurrerent penam perditionis predicte quarte partis. Quia, vt iam dixi, societas non transit ad heredes: sed finitur morte. d. l. heres, & l. adeo. ff. pro soc. Et sic cōgruentius intelligi debet eosdem Philippum & Claudiam conuenisse de seipsis: hoc est, si aliquis eorum diuisionem peteret, quod facere poterant. d. l. j. Et hoc etiā voluit Flori. in. d. §. si cōueniat, etiā eo casu quo pactum extitisset, q̄ in perpetuū nō peterent diuisionē: & deberet intelligi de se viuētibus, nō de heredibus q: sic pacisci fuisset, vt iam dixi, cōtra leges; ergo non est presumendū q̄ hoc facere volue-
3 rint. l. merito. ff. pro so. Pro† quo facit, quia in dubio non est verisimile eos voluisse facere quod facere non poterat, argu. l. si pater. ff. que in frau. credi. l. Lucius. §. penult. ff. ad municip. & l. q̄q̄. §. pen. ff. de ri. nupt. & quod voluit Pan. de Castr. consi. clxxxj. exord. Dicēdum est q̄ dicta fraternitas, &c. faciunt etiam multa inducta per Andr. Barba. consil. liij. exord. Preclare scripsit Psalmista, &c. versic. si quispiam insisteret, &c. & consi. lxij. exord. Preclare scribitur Paralipomenon. c. ij. vers. ad hoc respondeo, &c. in secunda parte: vbi multa inducuntur, q̄ verba generalia testatoris vel dispositionis non debent in dubio extendi ad ea que non poterat testator vel disponens. Ex quibus sic presuppositis & premissis, dico & respondeo q̄ dictus Andreas heres dicte Claudie eius quondam vxoris potest sine metu perditiōis dicte quarte partis petere diuisionem.
¶ Ad secundum quesitum dico & respondeo, q̄ cum dicta Claudia esset sui iuris, & etatis legitime: nec, vt puto, esset de personis testari prohibitis: ipsa testari potuit. Nisi forte quis dicat, q̄ cū bona essent communia & indiuisa inter eam & fratrem, ipsa testari non potuerit. Sed istud non obstat, & contrarium probatur in. l. vt sit. ff. pro soc. in. l. heredes. §. non tantum. ff. famil. ercisc. & in. l. j. & quod ibi scribētes. C. qui testamen. facere pos. Et cum ipsa fuerit solenniter testata, sub presentia scilicet septem testium masculorum rogatorum & notarij qui rogatus de testamento notam recepit: & ipsa in testamento huiusmodi heredem instituerit dictum scilicet Claudium: non video cur testamentū huiusmodi non fuerit & sit validum. Que dixerim, &c.

¶ Rub. De legit. hered. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cxl.

¶ Filia, que matri successerat, mortua est intestata relictis fratribus consanguineis, patruis, & auunculo tantum. Responsum est fratres quidem successisse: sed si & hi nondum puberes decesserint, si quidē adita hereditate patrui, excluso auunculo admittuntur: si vero non adita, patrui & auunculus in bonis filie, que matri successerat, sublatis de medio eius consanguineis fratribus, quasi viui nūquam fuissent, in capita succedunt. V. F.



Ponitur In facto q̄ Catherina de Plano, filia quondā naturalis & legitima Joannis de Plano et Beatricis Hugonis, habens ex materna successione multa & varia bona, vita functa est, & ab humanis intestata & sine liberis decessit post mortem dicti quondā Joānis de Plano & Beatricis eius parentū, superstitibus, & sibi superuiuētibus fratre & sorore consanguineis tantū, hoc est ex parte patris, ac Joannis Hugonis eiusdem Catherine auunculo, & Joāne & Antonio de Plano ipsius Catherine patruis. Quesitum est ad quos delata extiterint dicta bona materna: an scilicet ad dictos eius fratrem & sororem consanguineos duntaxat, an vero ad dictum Joannē Hugonis auunculū, vel ad dictos patruos. Ad quod respondeo q̄ vniuersa hereditas predicte Catherine delata est predictis eius fratri & sorori consanguineis, auth. de hered. ab intest. §. his autem non existentibus, collat. ix. & trāsumptiue in auth. post fratres ex vtroq; parente. C. de legi. hered. verū quia, vt audio, dicti frater & soror infra paucos dies post mortem predicte Catherine ab humanis decesserunt, & (vt audio) infnatili etate, vel circa: aduertendum est an priusquam dicti frater & soror ab humanis decesserint fuerit parte eorum acceptata seu adita hereditas predicte Catherine: quia si illa efficaciter adita extiterit, & ipsi postea decesserint, superstitibus dictis eorum patruis, eorū hereditas delata est ad dictos eorum patruos, auth. de here. ab intesta. §. si vero neq;, colla. ix. & trāsumptiue in authen. post fratres fratrumq; filios. C. de legit. hered. Sed si dicti frater & soror consanguinei tantū ab humanis decesserint absq; eo ipsi de & cum authoritate tutoris, vel tutorio nomine eorūdem adiuerint hereditatem prefate Catherine: ipsi non transmiserunt illam non aditam ad dictos eius patruos: sed videtur perinde esse de iure cōmuni, & nō impetrato remedio restitutionis, ac si dicti frater & soror non superfuissent tempore prefate Catherine. l. quoniam sororem, & quod ibi doctor. C. de iure deliber. & quod not. doct. in. l. ventre. ff. de acquir. hered. Et hoc maxime procedit si dicti frater & soror tātum consanguinei erant tempore eorum mortis in etate infantili cōstituti. Et hoc casu subest difficultas, quis debeat succedere prefate Catherine, & singulariter in bonis maternis: an videlicet dictus Joannes Hugonis eius auunculus, & sic sibi attinens ex parte matris, an vero & ipse Joannes Hugonis auunculus, & prefati Joannes & Petrus de Plano patrui: qui omnes eidem Catherine attinebant in eodem gradu, scilicet, in tertio. l. j.

§.tertio gradu, cum suis simili.ff.de gradi. Ad quod respondeo breuiter ꝛ succincte, ꝙ licet prima facie Joannes Hugonis, tanꝙ attinens per lineam femininam, videatur preferri in bonis maternis, ꝛ quoad illa excludere dictos Joannem ꝛ Petrum, argumen.l. de emancipatis.§. exceptis.C.de legi.hered.ego tamen sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis existimo, ꝙ prefati Hugonis ꝛ patrui debeant eidem Catherine succedere in capita, ꝛ sic quilibet in tertia parte.d.auth. de heredi. ab intesta.§.si vero neqꝫ, ꝛ transumptiue in.d.auth. post fratres fratrũqꝫ filios: vbi probatur, ꝙ post fratres ex vno tantum latere coniunctos, ꝛ fratrum filios, vocantur proximiores in gradu, non quidem in stirpes: sed in capita. Ad dictũ vero.§. exceptis, respondetur, ꝙ ille non extenditur vltra fratres ꝛ filios fratrum. Et istud fuit de mēte Bal.ꝛ Sal.in auth. itaqꝫ.C.communia de succes. fuit etiam de mēte Matthei de Mathesi. in suo tract.de succes. ab intest.in.ij. princip. membro, vers.hoc procedit, ꝛc. vbi plenius do.Lud.Bolo. in addit. Et idē sentit Math.in eod.ij.mēb.vers. quarto dubitari solet. Et pro hac parte cōsuluit Ludo.Bologni. cons.lxix.exor. Veritas enim apud Deum, ꝛc.

¶ Rubrica, De municip.ꝛ origin. ¶ Consilium.cxlj. ¶ Epitome.

¶ Municipes, qui presente magistratu in eorũ cōcilio cũ protestatione cōuenerũt, ne pro certis penis, vel alijs forte negotijs extra municipium iretur, erga supremã Curiam nihil peccarunt. A. F.

1 ☞ Caussa omnis a dolo ꝛ doli pena excusat.



Ontra Responsionem et cōclusionē spectabilis viri domini primo scribentis videtur multum facere.c. venientes, de iureiur. vbi Papa dicit se aliquantulum aspere conuenisse consules Tudertinos, pro eo quia licet Tudertum subijceretur Romane ecclesie: ipsi tamē, seu eorum iudices propter conuentionem vel, cōditionem iuratam non deferebant appellationibus ad sedem apostolicam interiectis: ꝛ hoc ꝑ eo quia in hoc detrahebatur iuri ꝛ iurisdictioni superioris. Et ita videtur esse in casu de quo supra: pro eo quia homines, seu vniuersitas superius mentionata statuerũt ꝛ generale edictum fecerunt, ꝙ super talijs ex tunc in antea quoquomodo fiēdis starent soli ordinationi proborũ, siue iuratorũ loci de Vraysio, ita ꝙ nō esset opus ad aliud cōfugere: ꝛ ꝙ vbi aliquis nollet stare ordinationi predictorũ proborũ, perderet, ꝛc. Que oīa vidētur fuisse facta in preiudiciũ Delphinalis iurisdictiōis, ꝛ ne ad eã recurreret: ꝑpter qd̄ vidētur homines prefati seu vniuersitas esse aliquantulum aspere reprehendendi. Sed hoc non obstat: pro eo qꝛ edictum, imo ordinatio, seu verius conuentio de qua supra, facta est sub presentia magistratus, scilicet do. vicecastellani, ꝛ cum protestatione, quam etiam petierunt ꝛ obtinuerunt admitti, scilicet ꝙ hec faciebant citra derogationem iurisdictionis Delphinalis, cui derogare non intendebant. Que protestatio, vtpote declaratio mentis eorundem, eosdem homines protestātes defendit a delicto. Apparet enim per eam ꝙ noluerunt delinquere, ꝛ ꝙ premissam ordinationem seu conuentionem facere non intenderunt aut voluerũt, nisi quatenus illam facere possent citra preiudicium Delphinalis iurisdictionis, cui (vt inquiunt) derogare non intendebant: ꝛ quam (vt iam dixi) petierunt ꝛ obtinuerunt admitti. Pro premissis allegasse sufficiat notata per Bart.in.l.non solum.§.morte, in materia
1 protestationis declaratorie.ff.de noui oper.nunt. Et† hec fuit iusta caussa apta ꝛ opportuna excusare dictos homines a dolo ꝛ pena doli: pro eo quia ab illis excusat omnis causa, ꝛ quidem non solum iusta, sed etiam iniusta, ꝛ forte bestialis.l.igit.§.pe.ff.de libera.causa, ꝛ quod no.gl. in.l.j. in fi.ff.de abige.ꝛ in.l.plagij.la.ij.C.ad leg.Flaui.de plagi. quod etiam voluit Paul.de Cast.cons.xv.exord. Pro clariore examinatione, ꝛc.ꝛ cons.xc.exord. Ad primum quesitum videtur dicendum, ꝛ cons.cxcv. exord. Viso supra scripto puncto. Alexand.de Jmo.in.l.qui Rome.§.duo fratres.ff.de verbor.oblig.ꝛ And.Barb.cons.xlvij.exordien. Scribitur preclare apud ecclesiastē.j.c.ꝛc.in.j.parte. Propter que ꝛ alia egregie dictata per dictum do. primo scribentem videtur mihi pretendi non posse homines predictos malitia aut in aliquo deliquisse, nec tanꝙ tales posse aut debere condemnari. Que dixerim, ꝛc.

¶ Rubr.De tabular. ¶ Epitome. ¶ Consil.cxlij.

¶ Tabularius si recte probatus per donatarium non extiterit, nec promissa alimenta prestita: recte excipitur a donante res donatas adhuc possidente. A. F.

1 ☞ Presumitur talis esse quis, qualis semel fuit, nisi aliud doceatur.
2 Notarius vt acta recte sumat qualis esse debeat.



N Processu cepto ꝛ aliquandiu agitato per ꝛ inter Petrũ Reboli ꝛ Guinam cōiuges ex vna parte, ꝛ honestam mulierem Alaetam Jusquine ex alia, colligũtur multa propter que debuit eadē Alaeta ab impetitis cum expensarum reportatione absolui. Et primo quidem quia cum parte ipsius negatum extiterit venerabilem virum dominum Guigonem Brasseti presbyterum, ꝛ qui dicitur recepisse notã cuiusdam pretense donationis facte, vt cōtenditur, dictis Reboli ꝛ Guine per prefatam Alaetam, fuisse vel esse notarium, tenebantur ꝛ debebant ipsi Reboli ꝛ Guina probare eundem do.Brasseti fuisse notarium, iuxta id quod habetur in auth.de instrumen.cautel.§.sed si instrumenta, cum tribus seq.colla.vj.ꝛ quod notant docto.in.c.j.de fi.instrum. Alex.de Jmo.consi.xvj.versi.posset etiam dici non esse probatum, ꝛc.in quinto volu. Cuius illa est ratio, quia tabellionatus officium non datur a natura: sed confertur ab homine: ꝛ quidem non ab omnibus, sed a paucis, vt puta a principe, vel ab eo cui ipse commiserit: non etiam confertur omnibus, sed quibusdam.l.generali.C.de tabula.ꝛ per totum tit.lib.x.ꝛ in auth.de instrumen.caute.ꝛ fide, per totum, colla.vj.ꝛ quod notant Innoc.ꝛ doct.
1 in.c.cum.P.tabellio, de fi.instru. Ex quo† enim semel fuit quis non publica persona, vel non notarius: adhuc talis presumitur, nisi persona publica vel notarius probetur.l.siue possidetis.C.de proba.not.Spec.tit.de instrum. edi.§.restat, versic.ꝛ scias, ꝛ versic.illud autem notandum: ꝛ fuit de mente Paul.de Cast.consil.ccvij.exord. Videndum est vtrum fides sit adhibenda, ꝛc.ꝛ Pet.de Ancha. cōsil.ccxiij.exord. Pro isto patre instituto, ꝛc. Quod procul dubio debuit ꝛ debet procedere in hoc casu: in quo nulla exhibentur alia pretensa instrumenta, que per dictum Guigonem pretendantur fuisse recepta: nec etiam apparet eum fuisse in possessione seu quasi tabellionatus, vel alias fuisse reputatum vel habitum pro notario. Cui non obstat ꝙ idem do.Guigo Brasseti, qui pretensum instrumentum illius asserte donationis de qua in processu recepisse dicitur, pretendatur scripsisse circa principiũ eiusdem pretensi instrumenti, in mei publici notarij, ꝛc.ꝛ in fine, Et me Guigone Brasseti: ꝛ post pauca, authoritate apostolica notario. Quoniam respōdeo ꝙ per hoc nō probatur ꝙ ipse do.Guigo esset notarius: quinimo hoc non obstante potuit ꝛ potest hoc dici contra dictum pretensum instrumentum, ꝙ illud confectum non fuerit a publico notario. l.iudices: ibi, qui probatis instrumentis.C.de fi.instrum.ꝛ quod not. Spec.tit.de procur.§.ratione quoqꝫ constituentis, versi.illud quoqꝫ notandum, ꝛc.ꝛ.d.§.restat, versi.illud
2 autem notandum, ꝛc. Ad hoc† enim vt posset idem dom. Guigo recipere instrumentum, opus fuit, vt iam dixi, ꝙ tempore receptionis illius ipse esset notarius ꝛ tabellio publicus, vel saltem, vt quidam senserunt, in possessione seu quasi tabellionatus: ꝛ ꝙ pro publico notario haberetur. Et si nec tabellio, nec in possessione tabellionatus seu quasi existebat, ipse non potuit recipere dictum pretensum instrumentum. Dictis ergo Reboli ꝛ Guine actoribus probare incumbebat alterum predictorũ, scꝫ vel ꝙ dictus do.Guigo notarius ꝛ tabellio existeret, vel ꝙ ipse esset in possessione seu quasi tabellionatus, ꝛ ꝙ pro publico notario habebatur, per id quod not.Bart.ꝛ post eum alij in.l. non solum.§.sciendum, versi.sed vt probari.ff.de oper.nonuntia. vbi notant ꝙ vbicunqꝫ tempus est fundamentum intentionis alicuius: tunc ille tenetur precise probare illud tempus, alias debet succumbere, per id quod not.glo.in.l. eum actum, quam Bart.ibi multum commendat.ff.de nego.gest. Sunt ꝛ alia multa que possunt induci: cum nō solum non sufficit dictum pretensum instrumentum, aliter

non probato ꝙ dictus do. Guigo sit notarius, vel in possessione tabellionatus: sed nec sufficeret probare ipsum esse notarium, vel in possessione tabellionatus, ⁊ pro tali haberi: sed oporteret probare ꝙ tempore receptionis erat notarius, vel in possessione officij notariatus, ⁊ ꝙ pro tali habebatur: quia tamen premissa sufficiunt, non insisto. Preterea, ⁊ secundo, colligitur aliud ex dicto asserto instrumēto, propter quod debuit prefata Alaeta ab impetitis absolui: pro eo scilicet quia dicti Reboli ⁊ Guina non probarunt se adimpleuisse per eos conuenta: ⁊ maxime ꝙ a tempore dicte pretēse donationis, vsque ad inchoationem cause huius, eidem Alaete vestitum, alimenta, ⁊ alia conuēta prestiterint. Nemini enim dubiū, quin ad prestationē conuentorum tenerentur: alioquin propter non obseruantiam conuentorum potuit donatio de iure communi reuocari. l. fi. C. de reuocan. dona. Pro quo optime facit. c. verum, de conditionib. appo. ⁊ l. j. C. de don. que sub mo. vbi probatur, ꝙ donatori datur actio, quinimo actiones pro repetendis rebus donatis, si pactum factum super prestandis alimentis non fuerit obseruatum, ⁊ hoc quando donatarius possidet: multofortius datur ipsi donatori exceptio. l. inuitus. §. cui damus. ff. de reg. iur. ⁊ l. j. §. quod autem ait, cum suis simili. ff. de superficie. quod etiam voluit Roma. consil. cclxxxiiij. exord. Triplici ex capite euidenter ostenditur, ⁊c. Et cum de non prestitis alimentis ⁊ vestimentis oppositum extiterit, ⁊ dicti coniuges contrarium non probauerint: debuit dicta Alaeta ab impetitis absolui. Que dixerim, ⁊c.

Rub. De suis ⁊ legi. libe. Epitome. Consi. cxliij.

Legitimarum pingue pro macilento cliente responsum: Sed quia breue addendum putaui. Satios enim ⁊ salgama nonnunꝙ delectant. U. F.



Quoniam duo filij masculi, scilicet Antonius ⁊ Ludouicus, superfuerunt ⁊ supersunt prouido viro Bernardo Guiberti eorum quōdam patri, horum duorum filiorum legitima fuit triens, seu tertia pars omnium bonorum eiusdem quondam Bernardi, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, auth. de trien. ⁊ semis. §. j. collat. iiij. ⁊ transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. Et sic legitima predicti Ludouici fuit sexta pars: in qua dictus quondam Bernardus eum grauare non potuit. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. ⁊ auth. vt cum de appel. cogno. §. ceterum, colla. iiij. Et ꝗuis idem Bernardus legatur legasse ⁊ iure institutionis reliquisse prefato Ludouico pro omni iure sibi tunc competente aut competituro in ⁊ super omnibus bonis, ⁊c. summam quadraginta florenorum monete currētis, ipse nihilominus poterit si velit refutare legatum huiusmodi, ⁊ petere dictam eius legitimā, seu sextā partem sibi expediri in bonis ⁊ substantia dicti quondā Bernardi. l. scimus. §. repletionem, ⁊ quod ibi docto. communiter. C. de inoffi. testa. Quod etiam post Guil. de Cug. voluit Bart. in. l. suus quoqꝫ, in fin. principij. ff. de heredi. instit. vbi etiā Jo. de Jmo. versi. aduertas etiā quia hic Bar. ⁊ idem voluit Alex. de Jmo. in. l. amplius. §. fi. ff. de lega. j. Et non solum poterat ⁊ potest ipse Ludouicus petere dictam sextā partem seu legitimam: sed etiā fructus illius, dicta auth. nouissima, ⁊ quod ibi scribentes, ⁊. d. l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffi. testa. notat glo. j. in. l. in fideicommissariā, in prin. ff. ad trebel. ⁊ Jo. And. in addit. Spec. tit. de pig. §. sequitur videre, in addi. que incipit, Si vsusfructus debebatur. Quod procedit non solum quoad fructus extantes: sed ⁊ quoad consumptos per heredem, etiam si fuissent bona fide eiusdē heredis consumpti, vt voluit Bal. qui bene hoc declarat in. l. non est. C. famil. ercisc. Et nihilominus qꝛ idē Ludouicus mansit in domo cum prefato Antonio, laborando, ⁊ cultiuando terras, fodiendo vineas, ⁊ alia negotia domus faciendo: debet etiam ad hos labores haberi respectus, ⁊ sibi satisfieri, ⁊ pro merito laboris dari ⁊ solui aliquid vltra fructus legitime, prout videbitur probis ⁊ expertis. Et quod superius dixi, ꝙ dictus Ludouicus habere debet sextam partem pro dicta eius legitima, intelligo ꝙ hec sexta pars taxari debeat nō solum habito respectu ad duas tertias partes, quas sibi retinuit dictus Bernardus tempore per eum facte donationis alterius tertie partis de dicto Antonio: sed etiam habito respectu ad hanc tertiam partem, per id quod habetur in. l. j. ⁊ quod ibi glos. ⁊ docto. quatenus loquuntur de duabus vncijs grossis ⁊ minutis. C. de inoffi. testamen. Que dixerim breuiter ⁊ succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Rub. De inst. ⁊ subst. ⁊ res. sub cōd. fact. Cōs. cxliiij. Epitome.

Maritum institui heredem, ⁊ filias meas ex eo post ipsum substitui: non potest maritus hereditatem sibi substitutis restituere, nisi vsqꝫ ad quantitatem liberis prioris matrimonij relictam, reliquo his ipsis reddendo. U. F.

1 Secundo nubens secundo viro non plus relinquere potest, ꝙ̄ vni ex liberis prioris matrimonij, cui minimum reliquit.
2 Binubus liberis ex duobus matrimonijs inequaliter bona donare potest, salua legitima ⁊ quid de binuba viuente secundo viro secundis liberis donante.
3 Restitutio fideicommissi ante diem in detrimentum alterius fieri nequit.



In facto ponitur ꝙ dudum nobilis ⁊ honesta mulier domina Gabriela Baiine habens quatuor filias naturales ⁊ legitimas: duas scilicet nobiles Magdalenam ⁊ Franceñam ex nobili quondam viro Bonifacio Chauissegrosse eius priore marito, ⁊ duas, scilicet Margaretam ⁊ Aneñam ex nobili viro Raphaele de Uetula eius secundo viro tunc ⁊ nunc viuente, condidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuum testamentum: in quo dictas eius quatuor filias ⁊ earum quamlibet heredes particulares instituit in ducentis florenis: Heredem vero suum vniuersalem instituit dictum nobilem Raphaelem eius secundum virum. Et si ipsum quandocunqꝫ ab humanis decedere contingeret, eidē Raphaeli substituit dictas nobiles Margaretā ⁊ Aneñam, eorundem nobilium testatoris ⁊ de Uetula filias communes. Et deinde permanens in voluntate huiusmodi ab humanis decessit: post cuius mortem dictus nobilis Raphael dicitur admisse hereditatē: ⁊ postea parte dictarum nobilium Margarete ⁊ Anesie substitutarum requisitus, ipsam hereditatem eisdem restituisse: post eius restitutionē prefate nobiles Margareta ⁊ Anesia apprehenderunt bona ⁊ hereditatē eiusdē quondā nobilis Gabriele. Quesitum est an id totum quod eidem nobili de Uetula relictū est vltra valorem. cc. florenorum debuerit sibi ⁊ hodie debeat prefatis nobilibus Margarete ⁊ Anesie auferri, ⁊ applicari seu expediri nobilibus Magdalene ⁊ Francesie filiabus primi matrimonij. Pro cuius dubij solutiōe pre-
1 mitto, ꝙ † mulier binuba non potest plus relinquere eius
secūdo viro, ꝙ̄ vni ex liberis primi matrimonij, illi scilicet cui minus. l. hac edictali, ⁊ quod ibi scribentes. C. de secun. nupt. ⁊ auth. de sec. nup. §. optime, ⁊ quod ibi Bar. Ang. ⁊ doct. colla. iiij. ⁊ quod notant multi in. l. f. C. de inoffi. doti. ⁊ Rapha. Fulgo. consil. xcvij. exord. Antonius transiens ad secunda vota, ⁊c. ⁊ Benedict. Capra. cōsil. lxxxi. exord. Punctus dom. Blasia filia quondam Melchionis. Et si mulier binuba plus donet vel relinquat eius secūdo viro, ꝙ̄ vni ex liberis primi matrimonij, illi videlicet cui minus donauit vel reliquit: illud plus relictum aut donatū habetur pro nō scripto, relicto, aut donato, ⁊ debet diuidi inter liberos primi matrimonij. d. l. hac edictali. §. si vero plusꝙ̄. ⁊. d. §. optime: ibi, ⁊ inter eos solos ex equo diuidetur, ⁊c. ⁊ transumptiue in auth. ad eos solos. C. de sec. nup. ⁊ idē statuitur in patre binubo habēte liberos ex primo matrimo-
2 nio. Premitto insuper ꝙ licet binubus vel † binuba habentes liberos ex primo ⁊ secundo matrimonijs benefaciant si eos faciant in eorum bonis equales: possunt tamē si volunt plus relinquere liberis secūdi matrimonij, ꝙ̄ liberis primi, vel econtrario: duntamen illi quibus minus relinquunt seu donant sint habituri legitimā, auth. de nup. §. penul. ⁊ hoc procedit sine dubio in patre binubo. Jn matre vero habet istud dictum aliquid difficultatis, si ipsa viuente secundo marito plus donet vel relinquat eius ⁊ huius secundi mariti liberis communibus, ꝙ̄ liberis primi matrimonij. Bald. in contingentia facti alias con-

suluit, ꝙ mulier etiam stipulante secundo marito poterat
plus donare liberis communibus ipsius ⁊ secundi mariti,
q̃ liberis primi, rationibus ⁊ motiuis que videri possunt
inter cōsi. Pau. de Cast. consi. cclxviij. exord. Viso puncto
⁊ instrumento predicto, ꝛc. ⁊ consi. cclxx. exord. Ego Bal.
de Perusio, ꝛc. ⁊ idem cōsuluit Bald. ipse cōsil. cclxxxviij.
exord. Quedam do. Nicolina, in quarta parte suorū consi-
liorū. Contrariū cōsuluit Fran. de Albergo. vt videri po-
test inter consil. Pau. de Cast. cōsi. cclxvij. exord. Mihi vi-
detur ꝙ dictus B. filius, ꝛc. ⁊ idem consuluit Jo. de Li-
gna. cōsi. inter eadem cōsil. cclxix. exor. Vnū est supponen-
dum, ꝛc. In hanc partē etiam inclinauit Richar. de Sali.
inter consi. Pau. de Cast. consi. cclxxj. exord. Preclarissi-
mi patris domini, ꝛc. de quo cōqueritur Bald. in. d. consi.
cclxxxviij. versi. super qua questione do. Franciscus, ꝛc. in
quarta parte. In hanc partem inclinauit etiam ipse Bald.
cōsil. cxlviij. exord. Quedam nobilis domina Anesina, ꝛc.
in eam etiā videtur inclinasse Sali. in. d. l. hac edictali. viij.
q. principali, ⁊ post eum do. Jaso. Mag. illam etiā sequu-
tus est Pau. de Cast. quoad casum nostrum consil. clxxiij.
exor. Viso casu ⁊ allegationibus, versi. sed tūc occurrit du-
bium, ꝛc. vbi etiā dicit ꝙ auth. de nuptijs. §. penul. quē pro
casu allegat Bald. nō probat eius dictum. Et q̃uis doct.
prefati pro maxima eorū parte loquātur in conuētione ini-
ta per ⁊ inter mulierē binubā ⁊ secūdum maritū stipulantē
pro ⁊ nomine liberorū ex secūdo matrimonio procreato-
rum vel procreandorum: Bald. tamen in. d. cōsi. cxlviij. lo-
quitur in testamēto condito per binubā, ⁊ in quo ipsa mu-
lier binuba reliquerat filie primi matrimonij florenos cen-
tum: filios vero ex primo ⁊ secundo matrimonijs heredes
instituerat pro dimidia parte, ⁊ secundum eius virum pro
alia dimidia parte: hoc adiecto ꝙ si dictus secūdus vir to-
tā dictā medietatē capere nō posset, illud plus qd de eadē
medietate capere non valeret, reliquit iure legati filijs se-
cundi matrimonij: super quo consuluit Bald. ꝙ filij primi
matrimonij haberent luculentam iustitiam: ⁊ hoc tribus
rationibus, prima, quia illud testamentum videtur factum
in fraudem, ⁊ in derogationem. d. l. hac edictali, ⁊ ad exclu-
dendum prouidentiā legalem erga filios primi matrimo-
nij, quod est impossibile, ⁊ maxime quia nemo potest face-
re contra id quod expressum est in. d. l. hac edictali, in fin.
principij. Item quod in fraudem legum fit, pro non dispo-
sito habetur. l. heres meus. §. quod in fraudem. ff. de condi.
⁊ demonst. vnde non sortitur effectum, ⁊ tamē meretur pe-
nam legalem, vt legitur ⁊ notatur in. l. non dubium. C. de
legi. Secunda ratio est, quia. d. l. hac edictali, habet duo ca
pita, scilicet prohibens plus relinqui vitrico vel nouerce,
necnon deuoluens ad filios primi matrimonij in penā re-
linquentis. Pene vero tendentes ad prouidentiam filio-
rum primi matrimonij non sunt sublate, vt notant Inno.
⁊ multi docto. in. c. penult. de secund. nupt. aliqui vero in
c. vlti. eo. tit. ⁊ docto. in. l. j. C. de secund. nupt. vnde sciendū
est secundum Bald. ꝙ id quod plus relinquitur secundo
viro aufertur ei per legem: que vltra procedit, quia illud
plus applicat filijs primi matrimonij nihil in hoc deben-
tibus communicare cum filijs secundi matrimonij, vt ex-
presse legitur ⁊ notatur in dicta authent. de nupt. §. opti-
me. Aliam ⁊ tertiam rationem ponit Bald. quam non re-
fero. Ex quibus omnibus colligitur ꝙ super hoc, an scili-
cet mulier binuba possit plus donare vel relinquere libe-
ris secundi matrimonij, q̃ liberis primi, superstite ⁊ super-
uiuente secundo viro, est difficultas, ⁊ quidem non vilis.
Sed supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ etiam isto
casu posset mulier binuba plus relinquere liberis secundi
matrimonij, q̃ primi: superest alia difficultas, an videlicet
in casu occurrenti fieri potuerit dicti pretensi vniuersalis
fideicommissi restitutio per dictum de Vetula heredē in-
stitutum, quoad hoc vt non possint prefate nobiles Ma-
gdalena ⁊ Francesia aduocare illud plus relictum. Et vi-
detur ꝙ non: pro eo quia licet fideicommissum post mor-
tem heredis grauati, vel in diem incertum relictum possit
per ipsum grauatum ante diem restitui: hec tamen restitu-
tio non fit authoritate senatusconsulti trebelliani: ita ꝙ in
substitutum, cui fit restitutio, non transeunt actiones au-
thoritate dicti senatusconsulti: nec ipse possidet tanq̃ fi-
deicommissarius, sed tanq̃ donatarius, secundum Cyn.
Bart. ⁊ doc. magis communiter: q̃uis aliqui contradicāt
in. l. post mortē. C. de fideicōmis. ⁊ sequitur Jo. de Imo. in
l. sed si ante. ff. ad trebel. Et q̃uis Bald. ⁊ Rapha. Fulgo.
aliter senserunt in. d. l. post mortē: idem tamen Bald. fate-
tur hanc opinionem esse communem: a qua propterea nō
videtur in consulendo vel iudicando recedendum. c. noui-
mus, ⁊ quod ibi Anto. de Butr. de verbo. signif. ⁊. c. de in-
ducijs. iij. q. iij. ⁊. l. j. versic. crebrior apud veteres opinio. de
offi. questo. ⁊ quod notant Ostien. Joan. And. ⁊ alij in. c. j.
de constitu. Quod si ita est: non potuit dictus nobilis de
Vetula facere restitutionem dicti fideicommissi quatenus
illud excedebat valorem. cc. florenorum: pro eo quia quoad
illud plus habetur pro non scripto ⁊ pro non relicto. d. l.
hac edictali. Et (vt iam dixi) illud fuit ablatum eidem de
Vetula, ⁊ applicatū dictis nobilibus Magdalene ⁊ Fran
cesie. Non potuit ergo hoc donare idem nobilis de Vetu-
la prefatis nobilibus Francesie ⁊ Anesie eius filiabus in
ipsius patria potestate existentibus. Multa enim resiste-
bant. Primo quidem patria potestas. l. ij. C. de inoffic. do-
na. Secundo quia multe erant substitute. l. cum pater. §. he
reditatem. ff. de legā. ij. ⁊ quod per illum text. not. docto. in
d. l. post mortem. Tertio quia hoc fiebat in lesionem alte-
rius: quo casu fieri non potest restitutio ante diem. d. l. cum
3 pater. §. a filia. ⁊ maxime in lesionem † ⁊ circumuentionem
filiorum primi matrimonij. Et hoc ne contra legis proui-
dentiam defraudarentur, ⁊ quia nemo plus iuris, ꝛc. l. tra-
ditio. ff. de acqui. re. domi. c. gratia. j. q. j. ⁊. c. Daybertum. j.
q. vij. Forte vero opponetur de eo quod habetur in. l. mu-
lier, in princ. ff. ad trebell. quam. l. dicunt Ange. Paul. de
Cast. Alex. de Imo. ⁊ docto. non esse hodie correctam per
d. l. hac edictali: ⁊ tamen longe plus relictum erat secundo
viro in casu illius. l. q̃ liberis primi matrimonij. Sed hoc
non obstat: quia in casu illius. l. mulier binuba nō videtur
plus reliquisse secundo viro, quem heredē instituit, pro eo
quia eum instituit contemplatione filiorum primi matri-
monij, quibus voluit hereditatem restitui post mortē eo-
rum patris: ⁊ sic proprie non censebatur heres, sed custos,
prout dicit gl. in. l. in fideicommissaria in. §. fi. ff. ad trebell.
quod etiam voluerunt Jo. de Imo. ⁊ Rapha. in. d. l. mu-
lier, ⁊ Bald. in. d. l. hac edictali, versi. nunc statim, dum al-
legat. l. cum dotem. ff. ad leg. falc. ⁊. l. mulier, alias incipit
Sulpitius. ff. de dona. inter vi. ⁊ vxor. Dic autem non in-
stituit prefata do. Gabriela ipsum nobilem de Vetula cō-
templatione dictarum filiarum primi matrimonij: sed sui
ipsius de Vetula: cū etiam non substituit filias primi ma-
trimonij sed secundi, ⁊ sic sui ipsius nobilis de Vetula. Et
sic. d. l. non obstat, vtpote loquens in casu multum diuer-
so. Forte vero opponetur, ꝙ hic attendi nō debeat preten-
sa lesio dictarum nobilium Magdalene ⁊ Francesie, per
id quod habetur in. l. patrem. ff. de ijs que in frau. credi. vbi
probatur, ꝙ licet maritus habens creditores, ⁊ heres per
vxorem institutus, ⁊ grauatus de restituēdo communi fi-
lio hereditatem post mortem sui ipsius, filium emancipet:
⁊ deinde viuens hereditatem eidem etiam omissa ratione
falcidie restituat: non tamē censetur hec facere in fraudem
creditorum, nec in hoc attenditur eorum lesio. Sed hoc nō
obstat. Quoniā respondeo, ꝙ in casu illius. l. non fuit dies
apposita fauore mariti heredis instituti: sed filij cui, cum in
patria potestate existeret, nō poterat directe ⁊ cum effectu
relinqui, propter. l. placet. ff. de acqui. heredit. Mater ergo
volens ꝙ hereditas cum effectu veniret ad filium, instituit
patrē, ⁊ rogauit vt post mortē sui ipsius, ⁊ sic tempore capa
citatis, illam restitueret filio. Et sic pater, qui videns se ha
bere creditores filiū emācipauit, ⁊ statim sibi restituit, hoc
facere potuit: q⁊ dies gratia filij posita erat, ⁊ mater ideo
rogauit post mortē, q⁊ nō putauit in vita hoc facere posse:
nec credebat patrē filiū emācipare: ⁊ illud tēpus mortis re-
soluitur etiā in tēpus emācipationis. d. l. mulier. ff. ad tre-
bel. Et ideo nō potest dici maritus idemq; pater fraudasse
creditores, prout plene declarat Rapha. Fulgo. in dicta. l.
patrem. Sed in casu de quo queritur, non fuit dies appo-
sita fauore filiarum primi matrimonij, sed potius fauore
dicti nobilis de Vetula: qui propterea restituendo dictis
nobilibus Margarete ⁊ Agneti hoc fecisse videtur in
fraudem filiarum primi matrimonij. Et sic. d. l. non ob-
stat. Non etiam obstat dictum Bald. in dicta. l. hac edi-
ctali, versiculo, pone ꝙ ex tunc filij primi ⁊ secundi ma-
trimonij. Quoniam respondeo ꝙ si verba Baldi be-
ne inspiciantur, ipse potius sentit contrarium, scilicet
ꝙ viuente secundo viro vel secunda vxore, quibus fuit
plus relictum, ⁊ grauatis de restituendo, possunt libe-
ri primi matrimonij illud aduocare, dicta. l. hac edicta-
li. Sed post mortem secundi viri vel secunde vxoris po-
terunt liberi substituti illud repetere: ⁊ hoc est quod di-
cit

cit Bald.in.d.versi. Et sic dictū suum non obstat. Et idem Bald.in.l.cum et.ff.de lega.ij.ponit exemplum q d.l.hac edictali, loquitur in pure relicto, non in relicto sub conditione: cuiusmodi est relictū de quo queritur.l.heres meus, in prin.ff.de condi.& demonst.& l.iiij.ff.quan.dies lega.cedat: nec erat conditio omnino extitura. Quia quamuis sit ipse nobilis de Vetula omnino moriturus, quia statutum est huiusmodi semel mori, & quia nihil est morte certius: posset tamen contingere q tempore mortis ipsius non superessent filie: & sic non esset locus restitutioni fideicommissi, vt volunt docto.communiter in.d.l.post mortem: qui propterea reprehendunt glo.volentem q illa conditio esset omnino extitura: nec dicte nobiles substitute, si ab humanis decederēt superstite dicto nobili de Vetula, transmitterēt ad suos dictū fideicōmissum.l.j.§.sin autē sub cōditione.C.de cad.toll.& qd no.glo.& doc.in.l.j.C.de ijs qui ante aper.tabu.multas remissiones ponit Old.cōsi.cxxxi.exor. Quidā habēs tres filias & duos filios. Ex quibus omnibus existimo, sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis, q predicta restitutio fieri non potuerit in preiudicium dictarum nobilium Magdalene & Francesie, quibus legis authoritate applicatum est dictum relictum, quatenus excedebat legatum ducētorum florenorum: nec fieri quominus saltem viuēte dicto nobili de Vetula ipse habeant, teneant & possideant dictum relictum. Que,&c.

¶ Rub. De instit. & substit. ¶ Epitome. ¶ Consil. cxlv.

¶ His verbis, hereditatem meam diuidi volo inter filias meas vel earum heredes, ipsis vel altera premoriente vel premorientibus: post filias testatorem earum liberos vocare voluisse responsum est. V. F.

1 ¶ Inclusio vnius alterius exclusio quando.
2 Coniecturata mens etiam fideicommissum inducit.
3 Mens testantium verbis ipsis preualet.



Isa Clausula testamenti dudum conditi per prouidum quondam virum Antonium Langerij, & percepto consultationis themate mihi transmisse parte prouidi viri Petri filij quondam naturalis & legitimi Joanne Langerie, & ex ea nepotis eiusdem quondam Antonij testatoris: dico & respondeo q licet substitutio facta per dictum Antonium de prefata quondam Joanna & Antonia eius filiabus expirauerit quoad eas, nec ipse earum spem transmiserint ad suos, pro eo quia viuente Syluestro Langerij earū fratre ac vniuersali herede predicti Antonij, & grauato de restituendo, & sic pendente conditione.l.j.§.sin autem sub conditione, & quod ibi Bald.C.de cadu.toll.& quod notant gl. & docto.in.l.j.C.de ijs qui ante aper.tabu.multas remissiones ponit Oldra.consil.cxxxi.exord. Quidam habens tres filias,&c.tamen non expirauit quoad prefatū Petrū filium dicte Joanne, qui eidem Syluestro heredi & grauato superuixit: quod etiam in simili voluit Oldr.in.d.cōsil.
1 versi.tamen in personam filiorum viuentiū. Quinimo videtur q exclusio prefatarū Joanne & Antonie fuerit & sit inclusio dicti Petri, arg.eius quod habetur in.l.Gallus. §.quidam recte, & quod ibi not.scribētes.ff.de libe.& posth. & quod ponit Pau.de Cast.consi.cccli.exord. Visis omnibus punctis, versi. Dicet aliquis, & qui fuerunt isti substituti,&c. Quod autē non solum prefate Antonia & Joanna fuerint eidem Syluestro suo fratri substitute: sed etiam earum liberi, satis colligitur & opportune coiecturatur ex verbis predicti testatoris: & maxime ex illis, reliquam vero hereditatē diuidatur cōmuniter inter eas vel earū heredes ipsis vel altera ipsarū premorietibus vel premoriēte. Colligitur etiā & coiecturatur ex subsequēti reciproca substitutione facta primo decedētier dictis filiabus de superstite
2 & liberis. Mens autē seu voluntas que colligitur ex coniecturis sufficiēs est ad inducendū fideicōmissum: nam quibuscunque verbis enūtiatiuis, quib9 de mēte cōstare potest, inducitur fideicōmissum.l.vnum ex familia.§.j.& quod ibi Bar.ff.de leg.ij.l.& hoc modo, & l.eo modo.ff.de leg.j.facit l.cū queritur, & l.codicillis.§.instituto.ff.de leg.ij.& l.fideicōmissa.§.hec verba.ff.de leg.iij.quod etiā voluit Pau.de Cast.per text.cum ratione glo.ibi, & in.l.filiusfamilias.§. cū quis.ff.de leg.j.& in.l.ex facto.§.si quis rogatus, per illū tex.ff.ad trebel.in.l.vel singulis.ff.de vulg.& pup.in.l.cum acutissimi.C.de fideicōmis.& cōsi.cccxxvj.exor. Dubitatio vertitur, versi.reperio tamen Bal. Sunt etiā qui pro hoc (si nō decipio) allegant bonū text, cū glos.in.l.pater filiū.§. penul.ff.de leg.iij.vbi glo.colligit, q licet ex verbis nō resultet fideicōmissum: tamē resultat ex mēte & cōiectura testātis. Et merito: quia in substitutionibus, fideicōmissarijs maxime, inducendis predominatur mens cōiecturata testatoris.l.quisquis.C.de dona.l.iij.C.de libe.preter. Ang. cōsi.cccxl. Bal.in.l.quoniā indignū.in secundo notabili, & in.l.fi.C.de impub.& ali.substit.l.heredes mei.§.cum ita, & quod ibi doc.ff.ad trebel. Et merito: quia lex pedetētim sequitur coniecturatā mētē testatoris sicut venator sequitur leporē, vt not. Bald.per text.ibi in.l.penul.C.de necessar. serui.here.instit.& l.ex facto proponebatur.§.rerū: ibi, & facit quidē totū voluntas defuncti.ff.de hered.instit.& l.penul.ibi, enim sola voluntas seruatur in fideicōmissis.ff.de leg.j.& (vt dicit Bal.in cōsi.incipiēte, Martinus de Flo-
3 rentia,&c.inserto inter cōsilia Ang.) licitum† est offendere verba testatoris vt deseruiamus mēti illius: pro quo adducit bonū tex.in.l.pater seuerinam.in prin.§.conditionum verba.ff.de cōdi.& demonst.& l.iiij.§.cōditio: ibi, sed melius est sensum magis q verba amplecti.ff.de adimē.lega. Et ideo propter seruandā mentē testatoris, & euitandas absurditates recedimus a propria natura verborū, & a natura copule cōiunctionis verbalis, vt not. Bald.in.l.fi.C.de impub.& alijs substitu. Et dicit Bald.in.l.precibus.C.de impub.& alijs substitu: rationabile esse q verba testatoris referantur ad cogitatū. Cum igitur dictus testator voluerit eius hereditatē diuidi inter dictas eius filias, vel earū heredes, ipsis vel altera premorientibus vel premoriente: aperte colligitur eius mens, q vbi filie nō superessent, tūc succederēt earū liberi. Et hoc etiā iuuatur per reciprocam substitutionē, que ibi subinseritur. Propter quod puto dictum Petrū opportune egisse cōtra heredē dicti quōdam Syluestri, nisi in eo quod minus repetijt, q petere poterat. Poterat enim petere fideicommissum, seu bona dicti quondā Langerij testatoris sibi restitui detractis detrahendis. Prefatus vero heres non poterat detrahere nisi duas quartas, scilicet legitimam: que nō est triens totius assis, sed tertia pars trientis, & sic vncia & tertia pars alterius vncie, pro eo q eidē Langerij superfuerunt dicti tres filij, seu filius & due filie, auth.de trien.& semis.§.j.colla.iij. & transumptiue in auth.nouissima.C.de inoffi.testa.& trebellianicā: que est quarta pars residui, iuxta doctrinā glo. in.c.Raynaldus, super verbo licet totas, de testa.& Jo.de Jmo.in.l.coheredi.§.cū filie.ff.de vulg.& pupil. Et sic effectualiter poterat detrahere tres vncias & tertiā partem alterius vncie: & sic nō dimidiā partem assis. Quoad id vero quod opponitur, dictū Petrū debuisse agere ad diuisionem: non autem ad restitutionem: vt sic deseruiret verbis testatoris, dico & respondeo q vbi dictus heres agnoscendo bonā fidem, & faciēdo quod erat boni viri cōfessus extitisset eundē Petrum fuisse & esse substitutum, & propterea detractis duabus quartis & alijs, si que erant, fideicōmissum esse ipsi Petro restituēdū: peti potuisset diuisio. Sed q dictus heres inficiatus est & negauit predicta: opus fuit recurrere ad aliud remediū. Quod & prudenter factum est: prout alias fit in simili in.l.j.versi.sed si is qui possidet.ff. familie ercisc.

¶ Rub. De impub.& al.substi. ¶ Epito. ¶ Consi.cxlvj.

¶ Reciproca substitutio personis imparibus facta pupillarē nō continet: etiam si compendiosa fuerit adiuncta vel admixta. V. F.



Iso Vltimo & nūcupatiuo testamēto prouidi quondā viri Petri Rognoni: in quo inter cetera heredes vniuersales & equis portionibus instituisse legitur Peronū, Joannē, Ysnardū, & Ysabellā ci9 filios & filias naturales & legitimos, & Pōcetū eius felezenū seu nepotē ex Syffredo Regnoni eiusdē testatoris filio naturali & legitur predefuncto: & eos sibi inuicē substituisse, prout ibi. Viso nihilominus cōsultationis themate parte honeste mulieris Philippe relicte dicti quondam Syffredi, ac matris dicti Ponceti, vna cū dubijs & quesitis ex themate huiusmodi elicitis: dico & respondeo breuiter & succincte, q dictus Pōcetus
1 existens in pupillari etate ab humanis decesserit: q tamē tēpore facti testamēti superius mētionate nō oēs alij superius mentionati & per dictū Petrū testatorem heredes in

stituti erant impuberes: sed vel omnes, vel eorum aliqui facti fuerant puberes: reciproca seu breuiloqua substitutio facta per dictum testatorem non continuit aut comprehendit etiam quoad dictum Poncetum impuberem pupillares aut pupillarem substitutionem. l. iam hoc iure. §. j. versi. sed si alter. ff. de vulgari & pupillari. l. in testamento. C. de testamẽto mili. & l. ij. C. de impube. & aliis substitu. Propter quod quamuis dictus Poncetus adhuc impubes ab humanis decesserit: non tamen eidem succedere potuerunt dicti eius patrui & amite in vim pupillaris substitutionis. Nisi forte quis dicat, ꝙ licet ea que dicta sunt procedant & procedere possint in simplici breuiloqua seu reciproca substitutione: secus tamen videtur in reciproca habente compendiosam admixtam: & propter eius admixtionem comprehẽdit fideicommissarias substitutiones: quas alias non comprehenderet, vt not. Dyn. Bar. & doct. in. l. qui plures, Bart. in. l. Lucius, vbi etiam Joan. de Jmo. ff. de vulg. & pupil. Alexan. de Jmo. ponens multas remissiones in. d. l. ij. C. de impube. & aliis substit. Pau. de Cast. & Moder. in. l. in testamento, la. ij. C. de testamen. mili. Si ergo rationẽ admixtionis compẽdiose reciproca substitutio contineat fideicommissariam substitutionem, que est grauamen pupilli, & per quam non ipsi pupillo, sed testatori succeditur. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. & pup. multo fortius, aut saltem non minus debet propter admixtionem huiusmodi continere pupillarem: que non est grauamen, sed prouisio pupilli: & per quam ex paterna dispositione habet heredem. l. ex tribus, & quod ibi glos. & docto. C. de inoffic. testa. Et ꝙ reciproca substitutio ratione admixtionis cõpendiose cõtineat pupillarem, tenuit Paul. de Cast. in. d. l. in testamento, versi. sed hic quero: vbi etiam refert, ꝙ cum in contingentia facti hec questio occurrisset, ipse pro hac parte consuluit, & ꝙ de hoc habuit longã contentionem cum Joanne de Jmo. tenente sententiam contrariam. Et si hec Pau. opinio vera est, omnia bona dicti quondam Ponceti fuerunt deuoluta ad dictos suos coheredes, exclusa & repulsa dicta Philippa matre. l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. & pup. ¶ Sed his non obstantibus dico (vt predixi) ꝙ dicta reciproca substitutio nõ comprehendit pupillarem substitutionem: quod etiam videtur voluisse glo. magna in. d. l. in testamento, dum dixit, si Lucius decesserit: vbi videtur sentire ꝙ idẽ sit quando compendiosa est admixta, sicut si non esset: & hoc etiam fatetur Pau. de Cast. versus fi. istam partem etiam sequitur Bald. in. d. l. in testamento, & Alexan. de Jmo. plenius versicul. vltimo hic querit Paulus de Castr. &c. ponit ibi Alex. de Jmol. bona fundamenta, respondens etiam rationibus Paul. de Cast. cuius dicta non refero causa breuitatis. Et refert Alex. de Jmol. se habere consilium Richardi de Sali. quod incipiat, In Dei nomine quidã testator habens, &c. vbi consuluit ꝙ testator habens duos filios impuberes, & vnum puberem, eos omnes heredes instituit: & postea dixit. Et si quis eorum in pupillari etate vel postea quandocunque decederet sine liberis substituo superstites, ꝙ in persona nullius comprehendetur pupillaris substitutio. Et cum hoc dicto transit Alex. de Jmo. & sequitur ibi do. Jason. idem etiam in casu in quo loquitur Pau. de Castr. & in eo de quo queritur voluit Angel. consil. cxlvij. exord. Quidam Nicolaus suum vltimum, &c. Pet. de Anch. consi. lxvij. exord. Subtiliter & ad plenum discussa, &c. & do. Barth. Soc. cõsi. ccxc. exor. Quoniã presens consultatio, &c. in secunda parte. Et quamuis Rapha. Cuma. videatur aliter consuluisse consi. xxvi. eo scilicet casu quando dictum est, Si in pupillari etate vel alias quandocunque, &c. hoc tamen non refragatur siue obstat. Tum quia in casu nostro nõ est dictum in pupillari etate. Tum & quia dictum Rapha. Cuma. non procedit: & motiuis suis optime respondet domi. Jason in. d. l. in testamento, versic. Nota ex prima parte. Ex quibus infero ꝙ cum post mortem dicti Petri testatoris prefati heredes, signanter ipse Poncetus ministerio tutoris se immiscuerint, alii scilicet heredes paterne, & dictus Poncetus auitiue hereditati: & sic expirauerint vulgares substitutiões. l. post aditã. C. de impube. & aliis substitu. remanserunt sole fideicommissarie. Sed de fideicommisso ab eodem Ponceto relicto poterit dicta Philippa detrahere duas quartas de dicta sua quinta parte, scilicet legitimã, que est decima pars omnium bonorum dicti quondam Petri, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno & funeris impensa, auth. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transumptiue in auth. nouissima, iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eod. tit. & trebellianicam: que est quota pars residui dicte quinte partis, facta prius detractione predicte legitime. In his enim duabus quartis prefertur dicta Philippa tam aue paterne dicti quondam Ponceti, quam etiam eiusdem quondam Ponceti patruis & auitis, auth. defuncto, & in corpore vnde sumitur. C. ad Tertu. & solum residuũ debet restitui coheredibus dicti Ponceti, si supponamus ꝙ reciproca seu breuiloqua substitutio facta extiterit etiam inter dictos coheredes & Poncetum. Sed (vt videtur) nec prefatus Põcetus fuit in dicta substitutione dictis suis coheredibus substitutus, nec illi sibi: pro eo quia quamuis in institutione alios appellauerit dictus testator filios, alios filias, & dictum Poncetum felezenum seu nepotem: in dicta tamen substitutione nullam fecit mentionem de felezeno aut nepote, sed solum de filiis & filiabus. Quo fit vt supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ appellatione filiorum alias veniret nepos seu felezenus: hic tamen venire seu comprehendi non debet, attenta distinctione quam fecit testator in institutione. Super quo tamẽ nõ vlterius pro nunc me extendo: plenius scripturus authore domino cum opus extiterit. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubr. De secund. nupt. ¶ Epitome. ¶ Consi. cxlvij.

¶ Secundas contrahens nuptias, ex quo pleno iure domina futura erat, vsumfructum tantum habet bonorũ ex priore viro obtentorum, idque data cautione: quãuis vnus ex liberis in sua portione recte possit matrem instituere. Vasquinus Filiolus.



Ponitur In facto ꝙ dudũ contractum extiterit matrimonium per verba de futuro, & deinde per verba de presenti, per & inter honorabilem quondam virum Petrum Aymonis ex vna parte, & honestam mulierem Catherinã Cerchillade ex alia: quodque tempore matrimonii huiusmodi, & cõtemplatione illius, idem Petrus donauit predicte Catherine eius tunc future sponse ducentos florenos, si tamen idem Petrus ab humanis decederet ante eandem Catherinam. Ponitur insuper ꝙ successu temporis dictus Petrus ab humanis intestatus decessit, superstitibus & sibi superuiuentibus predicta Catherina eius vxore ac Joanne, Manfredo, Christiano, & Thaura, eorundem Petri & Catherine filiis & filia communibus naturalibus & legitimis: qui eidem ab intestato tanquam proximiores successerunt. Postea vero ab humanis intestatus ac impubes & sine liberis vita functus est & ab humanis decessit predictus Christianus, superstitibus dictis Catherina matre, Joanne, Manfredo, & Thaura, fratribus & sorore. Successiue vero dicta Catherina conuolauit ad secunda vota, & matrimonium cõtraxit cum prouido viro Michaele Gauberti: post quod matrimonium vita functa est & ab humanis decessit dicta Thaura, prius condito per eam eius vltimo & nuncupatiuo testamento: in quo heredem vniuersalem instituit prefatam Catherinã eius matrem, & substituit prout in eo. Sed quia illud non vidi, omitto formam substitutionis. Deinde intestatus & sine liberis vita functus est & decessit dictus Manfredus, superstitibus & sibi superuiuentibus prefatis Catherina matre & Joãne fratre eiusdẽ. Et postremo defuncta est prefata Catherina, superstitibus predicto Michaele, secundo eius viro, ac Joãne filio ex primo eius matrimonio, necnõ etiam aliis liberis ex ea susceptis per dictum Michaelem eius secundum virum, per eam prius condito eius vltimo & nuncupatiuo testamẽto: in quo heredes vniuersales instituisse dicitur liberos dicti secũdi matrimonii, & aliquid modicum reliquisse dicto Joanni filio primi matrimonii. Quesitum est quid iuris de dictis ducentis florenis, & de illis quotis seu portionibus aut iuribus, in quibus eadem Catherina successisse pretenditur prefatis Christiano & Manfredo. ¶ Ad quod respondeo breuiter & succincte, ꝙ cum post mortem prefati quondam Petri predicta Catherina conuolauerit ad secunda vota superstitibus liberis primi matrimonii: ipsa perdidit proprietatẽ dictorum cc. floren. l. femine, in prin. cum multis simili. C. de sec. nup. quamuis cautione prestita de eisdẽ restituendis post mortẽ sui ipsius potuerit eis vti, prout etiã declarauerũt domini

arbitri alias super differentijs inter partes exortis assumpti. Quo vero ad bona dicti quondam Christiani dico et respondeo, quod licet dicta Catherina eidem Christiano pro quarta parte successerit vna cum dictis Joanne, Thaura et Mafredo: tamen quia ipsa postea cōuolauit ad secunda vota, ipsa perdidit proprietatem dicte eius quarte partis, eorum scilicet bonorum que ad eundem Christianum peruenerant ex paterna successione solo vsufructu huius partis apud eam remanente. auth. ex testamento, et in corpore vnde sumitur. C. de secun. nupt. Et idem dico de dimidia parte bonorum dicti quondam Mafredi, scilicet quod cuius ipsa Catherina mater, et Joannes eidem Mafredo superfuerunt: quia tunc ante mortem illius prefata Catherina secundo nupserat, ipsa non successerit nisi in vsufructu dimidie partis eorum scilicet bonorum, que ad dictum Mafredum peruenerant ex paterna successione, dicta authen. ex testamēto, et in corpore vnde sumitur: in qua alias nisi secundo nupsisset erat pleno iure successura, aut. defuncto. et in corpore vnde sumitur. C. ad Tertul. Et quia prefata Catherina vita functa est et ab humanis decessit, finitus est predictus vsusfructus. §. finitur, cum suis simil. institu. de vsufruct. Propter quod dicto Joanni solui debent per heredem predicte Catherine floreni centum et quinquaginta, et restitui partes et portiones que de bonis paternis peruenerant ad prefatos Christianum et Mafredum. Quo vero ad quotam et portionem, que ad dictam Thauram peruenerat, non possum plene respondere: pro eo quia non vidi testamentum illius. Certum est enim quod ipsa Thaura potuit de suis bonis, et quidem nō solum de aliunde quesitis. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de cōtrahen. emptio. et vendi. l. polla. C. de ijs qui. vt indig. et c. de ijs, ad fi. de sepul. sed etiam de illis que ad eam peruenerant ex paterna successione et in illis matrem heredem instituere etiam post contractas secundas nuptias, auth. de nupt. §. hinc nos, colla. iiij. authen. de non eligen. secundo nuben. §. cum igitur, collat. j. et transumptiue in dicta authentic. ex testamento. Debet igitur videri an eadem quondam Thaura eidem Catherine aliquem substituerit, et quem: quod cum videro, authore domino plenius respondebo.

Rubri. Si aduers. rem iudica. Consilium. cxlviij.

Epitome.

Ex confessione insufficienti condemnatus poterit, aut eius heres, contra erroneas sententias restitutionem postulare. A. F.

1 Verbis his, Magnam pecunie quantitatem, nihil certi probari.
2 Verba contractus contra se fundantem ex eo sunt interpretanda.
3 Unius testis dictum non probat.
4 Acceptatio partis ad validitatem cōfessionis necessaria: et quid de presentia.
5 Confessio sine causa facta an valeat.
6 Iudicium vt probetur quid exigat.
7 Feminarum testimonium varium.
8 Error iudicis sententiam vitiat.



In Processu dudum cepto et diutius agitato per et inter honestam mulierem dom. Alayonam Morlane actricem ex vna parte, et prouidum virū magistrum Joannem de Prugna reū ex alia, nō appa ret intentionem dicte Morlane fuisse sufficienter probatam, etiam quoad hoc vt eidem Morlane in supplemētum pretense semiplene probationis debuerit deferri iuramentum de et super quātitate pecuniarie summe per eandem Morlane solui petita. Et primo quidem non per quondam pretensum instrumentum insertum in dicto processu: ea maxime ratione, quia in instrumento huiusmodi non specificatur illa pretensa et calculata magna pecunie quantitas. Quo fit vt probatio certa dici nō possit, sed potius incerta (si tamen et quatenus aliqua dici possit) que nō releuat probantem. c. in presentia, et quod ibi doct. de proba. not. Bart. et Alex. de Jmo. in. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verbo. obliga. verba enim hec,
1 Magna† pecunie quantitas, non important certam et determinatam pecunie quātitatem seu numerū: pro eo quia pecunie quantitas dicitur magna respectu vnius, que respectu alterius diceretur parua, seu etiā vilis: pro quo allegasse sufficiat notata per doc. in. l. in bonefidei. C. de re. credi. in. l. admonendi. ff. de iureiur. et per multos in. c. fi. eo. ti. Non ergo infertur quod si sim debitor magne quantitatis pecunie, propterea sim debitor tricentorum florenorum. Et sic pretensa confessio debiti magne quantitatis non infert vel concludit confessionem debiti tricētorum florenorum vel cuiusuis alterius certe summe. Ergo non probat. l. neque natales. l. ad probationē. C. de proba. l. non hoc. C. vnde cogna. et c. cum contingat, cum suis simili. de offi. deleg.
2 Preterea verba contractus † sunt interpretanda contra eum qui se fundat ex contractu. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulatione. ff. de verbor. oblig. et regula, contra eum, de regu. iur. in. vj. quod etiam voluit Alex. de Jmo. in. l. si pascenda. C. de pact. et cōsi. lxj. exor. Super eo de quo queritur, etc. in. j. vol. et And. Barb. consi. lxiij. in fi. in prima parte. Sunt et alie rationes impugnatiue dicte pretense instrumentalis confessionis, plene et eleganter inducte per egregium virum dominum Spiritum de Mostiuis iurium professorem eximium: quas non repeto. Non etiam probata est intentio dicte domine Alayone per depositiones testium parte ipsius productorum. Et primo quidem nō per depositionem primi: et hoc certissimum. Nō etiam per depositionem Catherine Ordane: quia licet dicta Ordane super primo articulo deposuerit, quod dictus de Prugna computum fecerit cū eadem Alayona, et quod in et de computo inter eosdem facto remanserit idem de Prugna debitor in tricentis florenis: quia tamen dicta Ordane interrogata quomodo sciret respondit, quod hoc sibi dixerat prefata Alayona, et per verba ibi descripta: ipsa testis non probat, per id quod notat glo. in. l. testiū. C. de probat. l. ij. §. Labeo. ff. de aqua pluuia arcen. c. licet ex quadam. c. series, de testibus, auth. de heredi. et fal. §. si vero absunt, colla. j. et Specu. tit. de teste. §. j. versic. item quod non prohibet. Per que dicit Bar. in suo tracta. de testi. quod si testis dicat aliqua vera esse quia audiuit dici, responsum esse vt non probet: cuius dicti dicit Bar. illam esse rationem: quia causa scientie, seu ratio testis non est manifeste reddita, prout esse debet, authent. de testi. §. et licet, coll. vij. Quod maxime pcedit in casu presenti, in quo eadem Ordane causam sue scientie reddens respondit, quod quia hoc dici audiuit a dicta Alayona, et sic ab ipsa parte: cui certum est non esse credendum: ergo multofortius nec huic Ordane, que ab ea hoc dicit audiuisse. Et hoc (si non desipio) videtur mihi plusquam manifestum. Non etiam probatur per depositionem honeste mulieris domine Hugone Milerie: quia licet deposuerit se dici audiuisse a dicto magistro de Prugna cum ipse et prefata Alayona cōtenderent se ab ea habuisse mille eminas annone: hec tamen pretensa confessio nō nocet dicto de Prugna. Tum quia
3 †cum de ea duntaxat deposuerit dicta testis, illa non probatur. l. iurisiurandi. C. de testi. Tum et quia illa videtur esse sine causa: et propterea indiscreta: que non nocet, etiam si probaretur. l. cum de indebito. §. fin. et quod ibi docto. ff. de proba. c. si cautio, et quod ibi scribētes, de fi. instru. Tum
4 et quia† non fuit per partem acceptata: quod fieri oportuit, per id quod notat Cyn. in. l. j. q. vj. C. de confess. vbi etiam Salic. in. xv. oppos. et in. l. generaliter, questione. vj. C. de non numera. pecu. et in. l. iubemus. C. de libe. cau. vbi etiam refert ita se sepius consuluisse: quod etiam voluit Alex. de Jmo. consil. xcj. exordiente, Uiso superiore themate, etc. in iij. volu. et consi. xx. exordiente, Jn causa appellationis, etc. in. iiij. volu. et consil. lxxxij. quod exorditur, in causa et lite, etc. in quarto volu. et idem voluit domi. Jason May. in. l. error. C. de iu. et fact. igno. et in. l. post litē. C. de pact. Tum et quia non deponit dicta testis quod illa facta extiterit parte presente: cuius tamen presentia exigebatur. l. certum. §. si quis absente, cum suis simili. ff. de confes. Tum et quia hic non agitur de aliqua quantitate annone: sed de pecunia. Et sic confessio super vno non infert ad reliquum, dicta. l. inter stipulantem. §. sacram, versic. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligat. l. Papinianus exuli. ff. de minor. et. l. si maritus, la. j. C. de donat. inter vi. et vxorem. Tum et alijs rationibus inductis per dictum domin. de Mostiuis: quas non repeto. Etiam nec probatur per depositionem honeste mulieris domine Joanne magistre: quia quod cuius ista nitatur plenius deponere de intentione dicte partis: illius tamen depositio non nocet. Tū quia non probatur: cum in hoc sit ipsa testis vnica et singularis. d. l. iurisiurandi. Tum

& quia non videtur fuisse per partem expresse acceptata: q̃d
fieri oportuit, per ea que dixi impugnando depositionem
5 testis proxime precedentis. Tum † & maxime quia illa pre-
tensa confessio fuit sine causa. Nõ enim dicitur ex qua cau-
sa dictus magister Joannes confessus extiterit se debere
dictam summam. Illa ergo non probat, vel non nocet. d.
l. cum de indebito. §. fi. & quod ibi doct. ff. de proba. & d. c. si
cautio, & quod ibi scribentes, de fide instru. Forte vero op-
ponetur de eo quod dicit Matth. de Mathes. suo singula
ri. xiiij. vbi voluit ꝙ licet confessio sine causa facta parte
presente non valeat ad fidem plene probationis: tamen in-
ducit semiplenam, siue sit scriptura interueniente, siue nõ.
Pro quo ponit exemplũ. Ego dixi tibi, da mihi illos de-
cem quos debes: tu vero dixisti, verum est, sed expecta me
per mẽsem. dicit enim, ꝙ si probo per vnum testem verum
mutuum, & ad confirmationem deduco illam cõfessionem
sine causa, & illam probo: ego obtinebo. Et subiũgit Ma-
the. ꝙ illa confessio sola per se sufficit ad declarationem
iuramenti necessarij. Pro quo allegat. l. instrumenta. ff. de
prob. & dicit ꝙ hoc fuit de mente Marti. de Fano: & Spe.
titu. de confes. §. nunc videndum, versic. sed que est ratio: &
pro hoc dicto allegat Mathe. duas gl. vnã in. l. iij. §. eius-
dem, super verbo speciem, de testi. & aliam in. l. fi. C. de con-
uenien. fisci debito. lib. x. Sed istud non obstat. Quoniam
respondeo ꝙ Matthe. de Mathes. loquitur eo casu quo
cõfessio sine causa probatur plene, vtpote per duos testes,
vel alias: tunc enim huiusmodi confessio sic probata pro-
babat semiplene contenta in confessione: vt verbi gratia,
siue pretensa confessione debiti tricentorum florenorũ ple-
ne apparebat per duos testes, vel alias: tũc procederet di-
ctum Mathe. scilicet ꝙ hec confessio sic probata faceret
indicium, & semiplene probaret debitum: & ita posset suffi-
cere ad delationem iuramenti necessarij. Sed (vt iam dixi)
hoc nõ contingit in casu: quia de dicta pretensa confessio-
ne nõ deponit nisi dicta testis: & sic dictum pretensum in-
6 dicium non est plene probatum: quia † ad probationem in-
dicij requiruntur ad minus duo testes, vt est glo. reputata
singularis in. l. fi. & quod ibi Bar. & alij. C. famili. ercis. In-
noc. in. c. sicut, de Simo. Ange. in. l. fi. in princ. ff. quod me.
cau. & in auth. de testam. imperfec. in prin. colla. viij. Bald.
in. l. cum citra. C. de in. do. & voluit Alex. de Imol. consil.
xi. & consi. xix. in quarta parte, & do. Jason May. in repeti.
d. l. admonẽdi. ff. de iureiur. & dicit Bald. in. l. si quis ex ar-
gentarijs, post princ. ff. de eden. ꝙ nunq̃ ad integrandum
probationem iunguntur plures species probationum ad-
inuicem: nisi quando vnaqueq; species per se sit in suo esse
perfecta: vnde vbi fama si est probata, potest cõiungi cum
alia specie probationis, vt puta cum vno teste deponente
de veritate facti: qui facit semiplenam probationem: sed
vbi fama non est plene probata: non potest iungi cum alia
specie probationis: & ita intelligit glos. in. l. ij. ff. de excusa.
tuto. per. l. i. C. qui numero tutel. dicit etiam Bald. & sequi
tur Alexan. in. d. consil. xi. ꝙ si esset vnus testis de fama, &
vnus de veritate, & vnus de alio indicio: non coniungeren
tur: quia (vt dixi) indicium probari debet per duos testes.
Quo fit vt dicta pretensa confessio non solum non probet
semiplene: sed nec iungi debeat cum alia pretensa specie
probationis ad integrandum vel plenam vel semiplenam
probationem. Etiam nec probatur predicta intentio per
depositionem aliorum testium, scilicet Alziarie relicte ma
gistri Gulielmi le Clerc, & aliorum: vt clare colligitur ex
eorum depositionibus: que etiam fuerunt sufficienter &
opportune impugnate per dictum do. de Mostiuis, ita vt
nullomodo opus existat insistere super earum impugna-
tione. Ex quibus concludo egregium virum dominum
primum iudicem inciuiliter & iniuste processisse ad dela-
tionem iuramenti necessarij. Tum predictis rationibus.
Tum etiam quia summa predicta erat magna. Propter
quod etiam supposita semiplena probatione, non videba-
tur eidem Alayone deferendum, sed potius fuisset iura-
mẽtum purgatorium deferendum dicto de Prugna reo.
Tum quia reus: pro quo remisisse sufficiat ad ea que scri-
bunt docto. in. d. l. in bonefidei, & in. d. l. admonendi, & in
7 c. fi. de iureiuran. Tum & † quia reus est vir, actrix vero fe-
mina. Femina vero varium & mutabile semper profert te-
stimonium. c. forus, prope fin. de verbo. signific. & quia mu-
lierum genus auarissimum est. l. sed si ego, ad fi. & quod ibi
gl. ff. ad Velle. l. si stipulata. §. j. ff. de dona. inter vi. & vxo. &
quod not. glo. in. l. si a sponso, super verbo raro accedit. C.
de donat. ante nupt. Et ideo mulieres sunt magis suspe-
cte, ne videlicet propter auaritiam, que est radix omnium
malorum. c. bonorum, cum suis simili. dist. xlvij. deierent &
periurium incurrant, per id quod habetur in dicta dist. in
prin. & c. sicut ij, eadẽ dist. multa faciẽtia adducit ad factum
Alber. in. l. si quis in suo. C. de inoffic. testamen. Apparet
8 insuper † eundem dom. primum iudicem inciuilissime & in-
iuste ad sententiam condemnatoriam contra eundem de
Prugna processisse: & cuius sententie iniquitas manife-
ste apparet ex actis. Quinimo ex sententia huiusmodi ad
acta relata apparet de illius nullitate, propter errorem
seu errores in eadem expressos. Et primo quidem pro eo
quia ibi dicitur, ꝙ per dictum & supra mentionatum in-
strumentum apparuerit dicto iudici vel appareat dictum
de Prugna esse vel fuisse obligatum dicte Alayone in
certa magna pecunie quantitate: cum verum non fuerit ꝙ
ipse de Prugna appareat in instrumẽto huiusmodi fuis-
se vel esse in aliqua certa quãtitate predicte Alayone obli
gatus. Item & pro eo quia in sententia huiusmodi asseri-
tur, ꝙ tam ex attestationibus parte dicte Alayone produ
ctis, q̃ per confessionem dicti de Prugna appareat inten
tionẽ eiusdem Alayone fuisse & esse semiplene probatam:
cuius contrarium fuit & est veritas, vt apparet ex predi-
ctis, & actis cause predicte. Fuerũt igitur & sunt dicte pre-
tense ordinatio & sententia nulle, non solum pro eo quia
ex actis apparet de errore dicti domini iudicis, quod suf-
ficeret ad nullitatem sententie huiusmodi, secundum Ja-
cobum de Are. Petr. & Cyn. in. l. ex diuerso. §. fi. ff. solut.
matri. in. l. j. C. de erro. calcu. & do. de Rota deci. cccxxxv.
exord. Utrum auditor, &c. sequentes Paul. de Leaza. in
Cle. pastoralis, de re iudi. & Arch. in. c. fi. de senten. excom-
munica. in. vj. sed etiam ex eo quia in ordinatione sentẽtia
huiusmodi se expresse retulit ad acta: in quibus erat error.
Quo fit vt censeatur error fuisse expressus in eisdem. l. asse
toto, & quod ibi docto. ff. de heredi. instit. & quod not. Bar.
in. l. si ita scripsero. ff. de condi. & demon. & sic fuerunt nul-
le, argu. l. ait pretor. ff. de re iudi. quod etiam voluit Bart.
in. d. l. j. C. de erro. calcu. & post eum Fulgo. Pro qua opi-
nione facit quod not. Inno. in. c. cum Bertoldus, de re iu-
di. Anto. de Butr. in repetit. c. ab excommunicato, de re-
script. Bald. in. l. ab exequutore. C. de appellat. & Joan. de
Imol. in. l. qui Rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obligat.
& in. d. l. ex diuerso. §. fin. Alexand. de Imol. consil. cxxiij.
exordiente, Discussis hesitationibus de quibus in the-
mate, &c. in primo volu. & Franc. de Aret. consi. clvij. exor-
diente, Uisis diligenter narratis, versic. ex secundo etiam
capite, &c. & plenius consil. lxxv. exordiente, Diligenter &
mature consideratis, &c. versicu. pro cuius euidentia, &c.
Et idem dico de secunda sententia: quia licet non videa-
tur in ea error expressus: tamen quia illa est confirmatoria
prime, nisi quoad condemnationem expensarum, in qua
fuit error expressus: quemadmodum illa prima fuit nul-
la: ita & secunda. Quia illa necessario se refert ad primam:
& ideo omnis error iuris in prima expressus videtur repe-
titus vel expressus similiter in secunda, vt voluit Bartol.
in. l. si expressim. ff. de appel. & in. l. j. C. de error. calcu. & se-
quitur Angel. in. l. j. C. quan. prouoca. non est necess. In-
nocen. & Moder. in. c. j. de confirma. vtili, vel inutil. & in. c.
dilecto, de appella. & Franc. de Aret. in dicto consil. lxxv.
versicu. venio nunc ad secundum. Quo vero ad alias duas
sententias successiue latas in eodem tribunali, non contra
dictum magistrum de Prugna: sed contra filium & here-
dem, ille videntur late per dominos iudicantes ex qua-
dam indignatione per eos concepta contra dictum filium
& heredem: pro eo quia volens gaudere priuilegio clerica-
li recurrerat ad curiam ecclesiasticam: qui tamen poterat
excusari, pro eo quia sunt multi, & quidem magne autho-
ritatis & doctrine, qui dicunt instantiam ceptam coram iu-
dice laico contra priuatum non transire contra eius he-
redem clericum: & hoc voluerunt Anto. de Butr. & Salic.
in. c. quia. v. de iudi. vbi possunt videri eorum motiua. Et
q̃uis Joann. de Imol. in. l. si cum hominem. ff. de fideius-
sori. relatis opinionibus videatur inclinare in partem con
trariam: ipse tamen finaliter subijcit, Tene quod placet,
quia passus est dubius. Et ita non debuerunt indignari:
cum posset idem filius & heres excusari a temeritate. Fina
liter quia (vt audio) facte sunt exequutiones, & bona ven-
dita in exequutionem dictarum sententiarum, consulo ꝙ
dictus heres adeat insignem Prouincie parlamenti cu-
riam, & ibi supplicationem porrigat super inciuilitate &
nullitate dictarum sentẽtiarum: in qua etiam commemo-
ret

ret recursum per eum habitum ad curiam ecclesiasticam, & q odio illius alias indebite egregius vir dominus pro tempore iudex secundarum contra eum promulgauit sententiam: & deinde eius successor sententiam aliam: quarum effectus seu substantia in eadem supplicatione exprimatur. Dicatur preterea & exponatur, q deinde in exequutione sententiarum huiusmodi processum extiterit ad captionem venditionem, & extractionem bonorum dicti filij & heredis: & supplicatur super remedio. Et quia dictus domi. de Mostiuis alias vidit processum predictum, erit (vt puto) bonum recurrere ad eum pro facienda supplicatione predicta. Que dixerim, &c.

¶ Rub. De episco. audien. ¶ Epitome. ¶ Consil. cxlix.

¶ Transactio inter vicinos priores facta de decimis fructuum, nō etiam intelligitur facta de agnis seu hedis, qui sine controuersia certo modo percipi solebant antea a transigentibus. V. F.

1 ¶ Impossibile facit vt verba disponentium restringantur.
2 Usus loquendi attendendus.
3 Ecclesiastici viri auari sunt vt mulieres.



I Est verum, prout supponitur in facto, q tempore transactionis celebrate & inite per & inter venerabile capitulum ecclesie metropolitane sancti Saluatoris ciuitatis Aquensis, pretensum priorem ecclesie de Berbente ex vna parte, & domi. Jacobum Verdilloni ex alia: idē do. Verdilloni ad causam sui prioratus sancti Victoris de Adana diecesis Aquensis, vel ipsemet prioratus seu comprioratus esset & fuisset in possessione seu quasi recipiendi & leuandi insolidum decimas agnorum & hedorum pro tempore natorum & nascentium in decimaria prioratus seu comprioratus huiusmodi: non videretur transactio ad decimam agnorum & hedorum debere extendi. Quia, licet in transactione huiusmodi fuerit conuentum & transactum q omnes decime castri de Berbente & eius territorij fructuū quorumcunqȝ cuiuscunqȝ speciei existētium essent & esse deberent communes & indiuise inter dictum venerabile Capitulum & prefatum dominum de Adana, suosqȝ in dicto
1 prioratu successores quoscunqȝ: debent † tamen verba huiusmodi restringi & referri ad ea que idem do. de Adana facere poterat. Quia verba generalia dispositionis non debent in dubio adaptari ad id quod disponens in specie facere non poterat: pro quo solet allegari. c. tua, de deci. l. si pater. ff. que in frau. credi. l. Lucius. §. pe. ff. ad municipa. l. §§. ff. de ritu nupt. l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. obliga. l. apud Julianum. §. si. ff. de leg. j. & quod not. Bart. in. l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. multas remissiones ponit Andre. Barba. consil. lxiij. exord. Preclare scribitur Paralipomenon, &c. per que probatur, q generalia verba dispositionis non adaptantur ad impossibilia ipsi disponenti. Sed cum (vt ponitur in facto) idem dom. prior seu comprior, vel eius prioratus seu comprioratus esset in possessione seu quasi percipiendi & leuandi insolidum decimam agnorum & hedorum dicte decimarie: non poterat ipse possessionem seu contra percipiendi & leuādi decimam huiusmodi transferre in dictum venerabile Capitulum non seruata canonica solennitate. c. sue exceptioni. xij. q. ij. c. nulli, de reb. ecclesie non alie. & c. j. cum multis simili. eo. tit. in. vj. que iura & similia loquentia de translatione rerum aut iurium ecclesie non obseruata ecclesiastica solennitate, videntur habere locum non solum in eo qui proprietatem seu dominium alienat: sed etiam in eo qui possessionem rei ecclesie in alium transfert, per id quod notant Innoc. & doct. in. c. episcopi, de reb. eccl. nō alie. & Bal. in. l. iubemus, in prin. ad fi. C. de sacrosan. eccles. & Archid. in. c. & si illi. xij. q. ij. in quibus locis sentiunt doct. prefati, q etiam transferens solam possessionem dicatur alienare. Non debent igitur verba generalia dicte transactionis ad hanc decimam extendi. Preterea quamuis etiā fetus animalium irrationabilium veniant de iure appellatione fru-
2 ctuum: tamen de † cōmuni vsu loquendi fetus huiusmodi non solent appellari fructus. Quo fit vt cum in transactione predicta mentio duntaxat facta extiterit de decima fructuum, censeri non debeant prefati venerabile Capitulum & do. prior de Adana transegisse, etiam de decima agnorum & hedorum. Quia in expositione vocabulorū attendēdus est vsus & consuetudo loquendi. l. legatis. §. vlt. ff. de legat. iij. & l. fundi. ff. de verb. signif. & c. ex literis, de sponsa. quod etiam voluit Oldr. consil. cxxi. exord. Ad primā questionem qua queritur, &c. verific. secundo in expositione, &c. & Bart. in. l. Labeo. ff. de supel. leg. & (vt voluit Old. consi. clxviij. exor. Ad primam questionem cuius loci, &c.) in exaudiendis sermonibus vsus omni regule omniqȝ constitutioni derogat solus. Et idem notat Panor. in. c. j. versicu. ad vnum tamen aduerte q cōmunis vsus, &c. de iudic. pro quo solet allegari. l. liberorum. §. quod tamē Cassius. ff. de leg. iij. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fundo instructo. l. Labeo, & c. ex literis, superius allegatis, & quod notat glo. in. d. l. liberorum. §. quid igitur, & Bart. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Et pro hoc facit, quia licet prefati venerabile Capitulum & do. prior prius loquuti generaliter de omnibus decimis dicti castri de Berbente & eius territorij, & de fructibus quibuscunqȝ cuiuscunqȝ speciei, postea descenderint ad decimas aliquorum fructuū & de eis trāsegerint q ille diuidi deberent per medium anno quolibet in garbis, vel modijs, aut in grano, prout dictis partibus seu deputandis ab eis melius videretur: nihil tamē dicunt de modo diuidendi decimam agnorum & hedorum: quod verisimiliter (vtpote viri prudentes) fecissent, pro eo quia circa huiuscemodi decime diuisionem poterat ratiōe disparitatis agnorum & hedorum occurrere maior difficultas, q̄ circa diuisionem granorum & aliorum de quibus videntur transegisse. Et ita videtur iste casus fuisse omissus, & debere haberi pro omisso. Preterea hoc etiam indicant postea subsecuta: quoniam, vt audio, non solum tempore transactionis & ante, sed etiā postea prefatus do. prior tam per se, q̄ per ab eo deputatos percepit insolidum & leuauit decimam agnorum & hedorum. Propter quod videntur partes predicte in dicta per eas facta transactione, q̄uis generaliter loquute extiterint, nō sensisse de decima agnorum & hedorum: quia non est verisimile q idē do. prior cōtrauenisset transactioni per eum iurate. Non est etiam verisimile q dictum venerabile Capitulum hoc passum extitisset: quia nemo presumitur iactare suum. l. cum de in-
3 debito, in prin. ff. de probat. & maxime do. ecclesiastici, † qui vt dicit Alber. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. test. sunt auari, sicut & mulieres: pro quo allegat. c. j. in fi. de deci. & l. sed si ego. ff. ad Vellei. Dicta ergo perceptio decime agnorum & hedorum postea facta per dictum do. priorē, ac patientia & taciturnitas dicti venerabilis Capituli videtur fuisse interpretata verba dicte transactionis, si & quatenus in eis pretendi poterat aliqua obscuritas. Non ergo debet hodie transactio predicta aliter intelligi. l. minime. ff. de legib. & c. dilectus. & quod ibi Panor. in vltimo notabili, de conces. preben. Concludo igitur, vt predixi, transactionem predictam non debere extendi ad decimam agnorum & hedorum, vel etiam de ea intelligi. Et ita mihi, &c.

¶ Rubr. De donationib. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cl.

¶ Donationes ante facte augent legitimam. Hoc respōsum tolerabiliter expungi poterat: sed vt iuris secreta pluribus sub titulis panduntur, quod alias sub tractatum de suis & legit. liberis, aut de inoffic. test. recte locatum fuisset, visum est trāsplantare hunc titulum de donat. quamuis & hic sese titulus donationem ingurgitarit vel vsqȝ ad nauseam. Vasquinus Filiolus.

1 ¶ Legitimationis forme remissiue.
3 Legitima cum facultatibus simul augetur, & ad bona iam donata etiam refertur. & nu. 2.
4 Legitimam minores per administratorem petere possunt.



V Isis Tribus instrumentis parte honorabilium virorū Joannoni & Antonij Oliue mihi missis, vno scilicet matrimonij dudum contracti per & inter honorabilem quondam virum Simonem Oliue marignerium ciuitatis Massilie ex vna parte, & honestam quondam mulierem dominā Joannonam Damine eiusdem ciuitatis: altero vero emancipationis facte per dictum Simonem de dictis Joannono & Antonio eius filijs naturalibus & legitimis: necnō etiam donationis eisdem Joannono & Antonio facte per dictos

Simonem ⁊ Joannonam eorum parētes de bonis in instrumento huiusmodi latius mentionatis, ⁊ altero vltimi ⁊ nuncupatiui testamenti dicte domine Joannone, vna cum copia libelli parte prouidi viri Antonij Audiberti, alias le Martegal, patris ⁊ legitimi administratoris, ac administratorio nōie Ponsoni Joannis, Galeassij, ⁊ Jacobi Audiberti cōtra eosdem Joannonum ⁊ Antonium oblati ⁊ producti: insuper ⁊ cum casu mihi misso parte eorūdem Joannoni ⁊ Antonij, ⁊ dubijs ex casu huiusmodi elicitis, Dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte prout in-
1 fra. Et primo † quidem, ꝙ legitimatio de qua supra videtur rite ⁊ recte facta: pro quo remisisse sufficiat ad formas quas ponit Spec. tit. de na. ex libe. ven. versi. emancipationis autem instrumentum hoc modo conficietur, ⁊ versic. vel sic: que possunt videri. Et per hoc patet responsio ad primum. Ad secundum dico ⁊ respondeo, ꝙ cum prefatis Simoni ⁊ Joannone (vt ponitur in libello) superfuerint dicti Joannonus, Antonius, ⁊ Catherina, filij ⁊ filia naturales ⁊ legitimi eorūdem Simonis ⁊ Joannone: vel, vt ponitur in casu, eisdem Simoni ⁊ Joānone superfuerint ipsi Joannonus ⁊ Antonius filij, ⁊ ipsi Ponsonus, Joannes, Galeassius ⁊ Jacobus eorum nepotes seu felezeni ex dicta Catherina predefuncta: horum omnium legitima fuit ⁊ est triens, seu tertia pars omnium bonorum eorundem Simonis ⁊ Joannone, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, auth. de trien. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. ⁊ quod not. Bart. in. l. ex facto, la grande. ff. de heredi. instit. Nisi forte quis dicere voluerit, ꝙ hic superfuerūt sex liberi, scilicet dicti duo filij, ⁊ quatuor nepotes seu felezeni: ⁊ ꝙ propterea eorum omnium legitima debet esse semis, seu dimidia pars predictorum bonorum, dicta auth. de trien. ⁊ semis. §. j. ⁊ transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. Sed istud non obstat, pro eo quia vbi essemus in casu, in quo vel testamentum, vel dominicale statutum non obstaret predictis nepotibus, sed possent ipsi succedere vna cū dictis Joannono ⁊ Antonio eorum auunculis: ipsi non succederēt in capita, sed in stirpem: ⁊ sic ipsi quatuor nepotes non haberent abintestato nisi tantum, quātum haberet vnus ex dictis Joannono ⁊ Antonio eorum auunculis, vel tantum quātum habitura esset dicta quondam Catherina eorum mater: nisi vel testamentum, vel statutum eidem restitisset. Et ita dicti quatuor nepotes nō plus sunt habituri pro legitima, quā habuisset dicta eorum mater: ⁊ sic legitima dictorum duorum filiorum ⁊ quatuor nepotum seu felezenorum est triens: quod etiam voluit Salic. in. d. auth. nouissima. q. vj. vbi etiam do. Jason versi. vltra Barto. queritur ⁊ est necessaria questio, ⁊c. Et sic legitima ipsorum quatuor nepotum est tertia pars trientis: ⁊ sic nona pars bonorum dictorum quōdam Simonis ⁊ Joannone: ⁊ in qua grauari non potuerunt, nisi commisissent causam ingratitudinis. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus, ⁊. l. scimus, in princ. C. de inoffic. testa.
2 Et intelligo † ꝙ hec legitima sit tertia pars trientis, seu nona pars bonorum dictorum quondā Simonis ⁊ Joannone, non solum habito respectu ad ea bona que habuerūt tempore mortis, sed etiam ad illa que donarunt, prout colligi potest ex. l. j. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. C. de inoffi. dona. ⁊ ex authen. de immens. dona. §. posita igitur a nobis lege, ⁊ transumptiue in auth. vnde ⁊ si parēs, ⁊ quod ibi scribentes, C. de inoffi. testa. Quamuis enim donatio predicta facta, vt dicitur, de bonis valentibus sex mille florenis non videtur fuisse immensa, nec adeo exinaniuisse bona dictorum donatorū, quin in eis superfuerit valor legitime predictorum nepotum: ipsi nihilominus debent habere legitimam non solum habito respectu ad valorem bonorum que remanserunt, vel que superfuerunt tempore mortis: sed etiam habito respectu ad bona donata: ⁊ hoc satis sentiunt glo. ⁊ docto. in. d. l. j. C. de inoffic. dona. quatenus ibi loquuntur de duabus vnciis grossis reseruatis tempore donationis de qua ibi, ⁊ in quibus fuerunt instituti duo querelosi filij, de quibus etiam ibi. Et quod dixi de bonis paternis, seu legitima ex eis percipiēda per dictos Ponsonum, Joannem, ⁊ fratres: idem dico de bonis maternis, ⁊ legitima ex illis per dictos Ponsonum, Joannem ⁊ fratres percipienda, scilicet ꝙ illa taxari debeat seu estimari non solum habito respectu ad bona que dicte domine Joannone remanserunt post factam per eam donationem dictis Joannono ⁊ Antonio eius filijs: sed etiam ad bona donata. Et supposito ꝙ tempore matrimonij contracti per dictam Catherinam bona predictorum Simonis ⁊ Joannone fuissent pauciora, et forte talis estimationis et valoris, ꝙ dos pro eadem Catherina constituta, habito respectu ad bona huiusmodi, visa fuerit sufficere ad legitimam predicte Catherine: tamen quia eorum, ⁊
3 maxime dicti Simonis facultates † postea augmētate fuerunt: fuit consequenter ⁊ legitima predicte Catherine, seu dictorum eius filiorum augmentata. l. si quādo. §. j. ⁊ quod ibi per doct. C. de inof. test. ⁊ quod notat Bald. in. l. pactum, in vlt. oppo. C. de pac. ⁊ do. Jason May. multos referens in. d. auth. nouissima, vers. ista opinio est falsa. Quo vero ad bona acquisita post donationē superius mentionatam, ⁊ que pretenduntur ascendere ad valorem duorum millium ⁊ tricentorum florenorum, vellem plenius informari, an scilicet illa fuerint acquisita per dictos Joannē ⁊ Antoniū, ⁊ quomodo. Sum enim certus ꝙ cū ipsi essent emancipati, ipsi potuerunt sibi acquirere. Et si ita acquisiuerint bona valoris dictorum duorū mille ⁊ tricentorum florenorū: de illis non deberent habere legitimam: quia illa non erant patris, sed dictorum Joannis ⁊ Antonij. Si vero fuerint aliter acquisita, vellem scire cui ⁊ quomodo, ⁊ ex quibus bonis. Et tūc authore domino securius respōdeo.
4 Quo vero ad id quod queritur, an † attenta etate predictorum Ponsoni ⁊ fratrum possit legitima predicta a dictis Joanne ⁊ Antonio peti eo modo quo petitur, dico ⁊ respondeo ꝙ etas minor predictorum Ponsoni ⁊ fratrum non obstat, quominus predictus Antonius Audiberti eorum pater administratorio nomine eorūdem illam petere possit: verūtamen non videtur debuisse petere pecuniā: sed debebat petere sibi expediri ⁊ tradi in ac de bonis ⁊ substantia dicti quondam Simonis, vsq; ad valorē predicte legitime. Quia legitima est pars bonorū, ⁊ debet solui ⁊ tradi in ⁊ de bonis defuncti. Et idem dico de supplemento legitime. l. scimus. §. repletionem, ⁊ quod ibi docto. C. de inoffic. testa. ⁊ quod notat Bart. in. l. suus quoq;, ad fin. principij, vbi etiam Joan. de Imo. ff. de hered. instit. ⁊ Alexand. de Imo. in. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de legat. j. Sed forte vtilius est, ⁊ magis gratum prefatis Joanni ⁊ Antonio predictam legitimam seu supplementum illius expediri in pecunia numerata, quā in parte bonorum. Propter quod nō est forte expediens impugnare libellum. Aduertant tamē ipsi, quid fieri velint, vt sic consultius dirigi valeant.

¶ Rub. In quib. cau. in integ. rest. nō est nec. ¶ Cons. clj.

¶ Epitome.

¶ Prodigus donans iuramēto non allegatur: nec vt donatio non valeat bonis ei interdictum esse necesse est, si notorie prodigus habeatur: nec ex ea vlla actio competit donatarijs. Vasq. Filiol.

1 Precariū sine possessione constituentis non procedit.
2 Actio personalis fundum aut particularem rei successorem non sequitur.
3 Fideicommissum ad successionem grauantis, non grauati vocat.
4 Reciproca substitutio quando fiat: ⁊ quando pupillarem contineat, vel non.
5 Administratio bonorum suorū prodigo ⁊ furioso interdicta: quia equiparantur.
6 Notorietas sententiam non requirit quantum ad iuris effectum: quantum ad facti exequutionem sic. ⁊ de notorie prodigo.
7 Prodigus ⁊ pupillus an ⁊ quando obligari possint.


Remitto Pro faciliore declaratione boni iuris nobilium ⁊ honestarum mulierum Catherine Raymunde ⁊ Margarete Crilhe, in causa quam defendendo habent cum nobilibus Joanne de Clausa ⁊ Raymūda de Dozino pretensis coniugibus, ꝙ in testamento cuiusdam pretense donationis inter viuos parte dictorū co. coniugum in dicta causa producto, fuerit posita clausula trāslatina possessionis: illa tamen non suffragatur predictis coniugibus. Tum quia supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ censeri posset clausulā huiusmodi fuisse opportune deductam: illa tamen nō posset suffragari eisdē coniugibus

1 iugibus, pro eo quia † non est probatum quod tempore dicte pretense donationis Nicolaus de Douino assertus donator possideret res, quas pretendunt dicti coniuges fuisse eis donatas: quod tamen erat necessarium, per id quod not. Ange. in l. ij. circa fi. C. de acqui. possess. Dicit enim quod precariū tunc operatur, quando ille qui constituit se precario nomine possidere possidebat: alias non. l. quis. §. si conductor. ff. de acqui. possess. et consuluit aduocato Ang. quod sit cautus, vt non confidat in constitutione precarij, ad probandum traditam esse possessionem, nisi probet quod tempore constitutionis precarij ille qui cōstituit se possidere precario nomine possidebat: alias est (vt dicit) cōstitutio inanis. Et merito, quia nemo plus iuris, etc. l. traditio. ff. de acqui. re. domi. c. gratia. j. q. j. et c. Daybertum. j. q. vij. et idē quod Angel. voluit Andr. Barba. consi. xlj. exord. Illud afferam in medium, etc. versi. ad hoc respondeo quod istud facit, etc. Quod autem probatum non extiterit quod tempore factę dicte pretense donationis idem Nicolaus possideret res petitas per actores, satis colligitur ex actis: per quorum inspectionē apparet de hac negatiua coarctata, per id quod not. Salic. in l. ij. C. de erro. aduoc. et cano. in c. bone, de elect. et non solum non apparet de possessione predicti Nicolai: sed etiam de contrario, scilicet quod non possideret: et hoc per responsionem factam ad quartum articulum schedule exord. Procurator, etc. parte dictarum nobilium Catherine et Margarete in causa producte. Cum etiam non videretur dicta pretensa clausula possessionis translatiua dictis coniugibus suffragari: pro eo quia nō videntur ipsi in possessorio iudicio conclusisse. Et quidem non in possessorio retinende, cum ipsi petierint et petant res et bona sibi tradi et relaxari: que verba notorie non congruunt possessorio retinende. Non etiam in possessorio recuperande: quia nec illi conueniunt verba conclusionis dicti pretensi libelli: et tamē certum est quod libellus attendi debeat penes eius conclusionem. c. ex parte. v. de fo. compe. c. series, de testi. c. litere, de dona. et in c. ex parte, el. ij. de rescript. et quod not. Innoc. in c. super literis, de rescript. quem refert Bald. in l. prescriptione. C. si contra ius vel vtili. publi. et idem voluit Bald. in l. dominum. C. de rei vendi. Ange. Are. in §. j. post medium, versi. in fi. gl. pro hoc facit quia ex tacito consensu, etc. ibi, et tene menti perpetuo quod ad duo, etc. institu. de actio. multas remissiones ponit And. Barb. cōsil. xxxviij. exord. Preclare scripsit Psalmista celebris, etc. in secūda parte. de possessorio vero adipiscende loqui non oportet: cum certum sit illud non potuisse aut posse competere prefatis coniugibus. Non possunt igitur dicti actores in aliquo ex possessorijs iudicijs obtinere, vtpote per eos nō intentato: et si intentassent, non probato. Non possunt etiam
2 obtinere dicti de Clausa et Raymunda in actione personali: quam in vim dicte pretense donationis videntur potius intentasse. Cum quia actio personalis non sequitur fundum, aut particularem rei successorē. l. j. §. si heres, cum multis similibus. ff. ad trebel. Licet igitur dicte nobiles Catherina et Margareta teneant et possideant bona que pretenduntur fuisse donata predictis coniugibus: non tamen possunt predicte Catherina et Margareta conueniri actione personali, etiam si huiuscemodi pretensa donatio valuisset: que tamen non valuit, vt postea dicetur. Nisi forte quis opponat, quod imo potuerint predicte Catherina et Margareta conueniri actione personali, tanquam pretense heredes predicti Nicolai asserti donatoris. Quoniam respondetur eas non esse heredes predicti Nicolai, nec iure hereditario possedisse aut possidere bona in hac causa mentionata: sed potius iure fideicommissorum eisdem relictorum per nobiles Thomassium de Douino earum quondam sororium, et Huguetam earum quōdam sororem: per que, licet substitute extiterint ex dicto Nicolao, vtpote vlti
3 me vita functo: non tamen eidem † successerunt: sed dictis nobilibus Thomassio, et Huguete: quia per fideicommissum non succeditur heredi, vel alteri grauato: sed grauanti. l. coheredi. §. cum filie, et quod ibi cōmuniter per omnes docto. ff. de vulga. et pupil. Nec est contrarium probatum, scilicet quod iure hereditario dicti quondam Nicolai bona predicta teneant aut possideant: nec hoc in dubio presumitur: sed potius contrarium, postquam apparet de alio iure, per id quod not. Bart. et docto. in l. gerit. ff. de acquir. heredi. et docto. in l. j. C. de repudi. heredi. Et quidem probatum est per publicum instrumentum parte dictarum nobiliū Catherine et Margarete productum, quod dictus quondam nobilis Thomassius habuerit de et pro dote dicte nobilis Huguete eius quondam vxoris summam duorū millium florenorum: et hoc non solum pro eo quia confessus est habuisse summā ducentorum florenorū de et pro resta dictorum duorū millium: quod sufficeret, per id quod notat gl. in l. si ex pluribus, vbi etiā Joan. de Imo. ff. de sol. Paul. de Cast. in l. ij. C. de hered. instit. vbi etiā Alexan. de Imo. Sal. in l. si quidem. C. de transac. et in l. fi. C. mana. et Pau. de Cast. cons. xv. vers. et circa hūc articulum, etc. sed etiā pro eo quia idem Thomassius mihi expresse cōfessus est et recognouit se habuisse et recepisse summā predictam duorum millium florenorū. Legauit pretera dictus nobilis Thomassius eidem Huguete eius quodā vxori florenos cccc. vt apparet per testamentum eiusdem Thomassij in causa productū. Quo fit vt eadem Hugueta cum mortua esset creditrix heredum dicti quondam Thomassij in summa duorum millium et quadringentorum florenorū: et licet dicte do. Bertrana mater, Catherina et Margareta censeātur fuisse substitute, non quidem omnibus filijs masculis eiusdem Huguete, hoc est predictis Juliano, Eustachio, Joanni, et Nicolao: sed duntaxat vltimo decedēti. si sine liberis, etc. per quod notant glos. et Ang. in l. si pater impuberis. ff. de vulg. et pupil. et Angel. in l. pater filium. §. fi. ad
4 leg. Falcid. quia tamen substitutio † huiusmodi facta est dicto vltimo moriēti in omnibus bonis ipsius testatricis, existimo quod dicti Nicolaus, Eustachius, et Joānes fuerint reciproce adinuicem substituti, et quod morientibus Nicolao qui alias superuixit, omnia bona dicte quondā Huguete debuerint restitui predictis substitutis: detractis tamen quarta debita iure nature, et quarta Trebellianica dictorum Juliani, Eustachij, Joannis, et Nicolai. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. ij. et quod notant doct. in l. vel singulis. ff. de vulg. et pupil. et in l. penul. C. de impuber. et alijs substit. iunctis notatis per glos. Bart. et doct. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. per glo. in l. quoniam. C. ad leg. Falcid. et quod habetur in c. Raynutius, et c. Raynaldus, de testam. Et facta opportuna collatione debuit eisdē substitutis restitui dimidia pars bonorū dicte quondam Huguete. Quia cum dicte Huguete superfuerint duntaxat quatuor filij: legitima fuit triens bonorum, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno et funeris impensa, auth. de trien. et semis. §. j. colla. iij. et transumptiue in authen. nouissima. C. de inoffi. testamen. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. Et Trebellianica fuit quarta pars residui: et sic due vncie: que iuncte cum triente faciunt sex vncias. Et idem videtur dicendum per dictum Thomassium, scilicet quod illud pro dimidia parte restitui debuerit dictis nobilibus Catherine et Margarete: et hoc supposito quod tempore facti testamenti per dictum Thomassium aliqui ex dictis eius filijs essent puberes. Quo casu quamuis aliqui essent impuberes: tamen propter disparitatem non censeretur predictus Thomassius per reciprocā substitutionem substituisse etiam pupillariter illis impuberibus, sed duntaxat vulgariter et per fideicommissum, ratione admistionis compendiose, per ea que habentur in l. iam hoc iure, in princ. vers. sed si alter. ff. de vulg. et pupi. et quod not. Bart. in l. Lucius. q. penult. vbi etiam Joan. de Imola ff. eod. tit. Alexand. de Imo. multos referens in l. ij. C. de impub. et ali. subst. Sed si omnes predicti filij erāt impuberes tempore testamēti: tunc posset dici quod reciproca substitutio compendiose admixta cōtinuit in personā cuiuslibet vulgarem, pupillarē, et fideicommissariā. Et cum dicti Eustachius, et Joannes ab humanis adhuc impuberes decesserint, fuerunt in vim pupillaris substitutiōis omnia eorum bona deuoluta ad dictos Joannem et Nicolaum superstites. l. sed et si plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. et pupill. Sed cum postea predicti Joannes et Nicolaus ab humanis sine liberis decesserint, restat difficultas, an etiam id quod ad eos peruenerat in vim pupillaris, debeat eisdem Catherine et Margarete restitui, et quomodo. Et quidem de eorū portionibus hereditarijs, in quibus primo gradu heredes instituti extiterunt, non est dubium quin ille veniāt in restitutionem fideicōmissi detractis legitima et trebellianica: legitima, scilicet que est vna vncia pro quolibet: et trebellianica que est quarta pars residui, vt superius dixi, cum loquerer de bonis maternis. Totū autem residuum dictarum hereditariarū portionum debuit restitui predictis Catherine et Margarete. Et hec restitutio debuit fieri post mortē predicti Nicolai. Sed, vt dixi, est maior questio, an etiam debuerint restitui hereditarie portiones dictorum Eustachij et Joannis mortuorū in pupillari etate

⁊ que in vim pupillaris substitutionis peruenerant ad dictos Joan. ⁊ Nicolaum. Ad quod respondeo ꝙ sic, vt voluit Bart. in. l. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad trebel. pro quo allegat. l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad. leg. falc. ⁊ in arg. l. Sceuola, ⁊ quod ibi Bart. ff. ad trebel. Puto tamen ꝙ de his potuerit ex persona predicti Nicolai detrahi quarta pars pro trebellianica, ⁊ ꝙ totum residuū debuerit restitui cum portionibus dictorum Joannis ⁊ Nicolai, detractis de illis (vt iam dixi) legitima ⁊ trebellianica. Ex quibus colligitur multa iura competiisse ⁊ competere in bonis parte dictorū coniugū in hac causa petitis, ⁊ ex substitutionibus superius mētionatis, quibus iuuare se possunt (signanter in defendendo) predicte Catherina ⁊ Margareta. ¶ Preterea probatū est tam per multa instrumenta, ⁊ alias publicas scripturas parte dictarum Catherine ⁊ Margarete in hac causa productas: ꝙ depositiones testium, ⁊ quidem in grandi multitudine, productorum ⁊ examinatorum super propositis ⁊ deductis, ꝙ dictus Nicolaus pretensus donator erat notorius vel manifestus prodigus, ⁊ talis qui passim ⁊ communiter diceretur decoctor vel scampefarine, ⁊ qui passim ⁊ indistincte in tabernis ⁊ diuersoriis notorie ⁊ sine causa bona sua effundebat ⁊ dissipabat, vocando omnes ad eas, ⁊ pro cum eo accedentibus soluendo. Propter ꝙ cum esset min. xxv. annis, non videtur potuisse facere donationem quam fecisse
5 pretenditur dictis cōiugibus: pro eo quia † notorie vel manifeste prodigo videtur esse lege interdicta bonorum suorum administratio, vt voluit glo. in. l. is cui lege. ff. de testa. quam sequitur. Pet. Rapha. ⁊ Joan. de Jmol. in. l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. Jaco. de Rauen. prout ibi refert Joan. de Jmol. in. l. si quis cum sciret. ff. pro empto. Joan. Fab. in. §. furiosi, instit. de curato. furio. ⁊ Frider. de Sen. consi. xxxi. exord. Minor quindecim annis, versic. ⁊ si dicas, ⁊c. Et dicit Alex. de Jmol. in. d. l. is cui bonis, ꝙ ista opinio in puncto iuris videtur posse sustineri per text. non cauillando literam, in. l. j. in verbo lege. de cura. furio. vbi dicitur ꝙ lege duodecim tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratio. Pro quo facit, quia nō videtur posse assignari ratio diuersitatis inter prodigum ⁊ furiosum: cum isti equiparentur, vt videri potest in multis iuribus, per Frider. de Seneis in dicto cōsil. inductis. Omnes vero fatentur furioso ipso iure esse interdictam rerum suarū administrationem. d. l. j. ⁊ quod ibi notatur.
6 ff. de cura. furio. Preterea ꝙtum ad effectus † iuris notorietas non requirit sententiam. vnde ille qui est notorie criminosus est ipso iure irregularis, ⁊ suspēsus ab officio. c. ex tenore, ⁊ qd ibi Jo. And. de tempor. ordin. ⁊. c. fi. eod. tit. notat Jnn. in. c. nihil, de elec. ⁊ plene prosequitur Ant. de Butr. ita concludens in. c. vestra, de cohabita. cleri. ⁊ mulie. Et dicit Ant. de But. ꝙ si queramus ꝙtum ad exequutionem facti, verum est ꝙ super notorio requiritur sententia, iuxta notata per glo. in. c. ad nostram, el. ii. de iureiuran. sed ꝙtum ad effectum iuris non requiritur sententia. Jta arguo in proposito ꝙtum ad effectū iuris, ꝙ prodigus non possit contrahere ⁊ obligari, sufficit notorium esse illum esse prodigum. Et respondet Alex. de Jmo. vbi supra ad quedam inducta per tenentes partem cōtrariam. Et quāuis opinio contraria videatur secundum eum magis communis, ꝙ propterea videtur persuadere: illa tamē limitatur vt non procedat eo casu quo prodigus contraheret in vsus manifeste prodigalitatis: quia tunc non valeret contractus, etiam non facta interdictione, vt est tex. notabilis in. d. l. si quis cū sciret, ad fin. ff. pro empto. quem allegat Bald. in. d. l. is cui bonis: ⁊ subiicit ibi Alexan. de Jmo. posse dici, ꝙ Bar. satis videatur ibi hoc sensisse. Dicit etiam Pau. de Cast. in. d. l. is cui bonis, ꝙ hoc ibi senserunt. Bar. ⁊ alii tenentes ibi communem opinionem. Et per hoc refert ibi Paul. de Castr. ꝙ in ardua questione de facto cum quidam manifestus prodigus, cui tamen non erat per iudicem bonis interdictum, fecisset cuidam donationem omnium bonorum suorum, respondit posse dici donationem huiusmodi non valere: cum donatio ipsa sit prodigalitas. Quod maxime dici potest de hac pretensa donatione, quam fecisse dicitur iste Nicolaus: in qua non solum conatus est donare bona presentia ⁊ futura, quibusdam paucis exceptis, sed etiam in eum casum in quem post eam procrearet liberos naturales ⁊ legitimos, qui tamen sibi non superessent: donauit non solum bona predicta, quibusdam paucis exceptis sed etiam sexcenta scuta auri ad coronam: ⁊ nihilominus se strictissime obligauit de faciendo habere, tenere, ac perpetuo pacificare ⁊ quiete possidere: promisit etiam (vt pretenditur) ꝙ donationē huiusmodi pretextu ingratitudinis, aut alimentorum deficientium, ingressus religionis, seu alterius cuiuscūꝗ cause de iure seu de facto nō reuocaret, nec ab alio pateretur reuocari, seu questionem moueri. Promisit insuper de omni ⁊ qualibet euictione, ⁊ alias prout scribitur in instrumēto dicte pretense donationis. Quod si verum est: non videretur posse per aliud aliquid magis probari fuisse prodigalitas, ⁊ quidē magna, ꝙ per dictum instrumentū: per quod appareret non solum non esse probatas, quinimo nec expositas aliquas causas sufficientes ⁊ idoneas: imo nec apparentes aūt coloratas, per quas deberet homo sane mentis sic, hoc est vno impetu totū eius patrimoniū effundere, dilapidare, ⁊ dissipare, prout fecisse pretēditur. Et quidē nō in do. Bertranā eius auiā maternā: non in dictas nobiles Catherinam ⁊ Margaretā eius materteras: sed in extraneos ⁊ sine quouis cōmodo. Omitto ꝙ etiā paulo post tempus huiusmodi pretense donationis idem Nicolaus vide-
7 tur † se obligasse dicto de Clauso in. dcc. ⁊. lxxi. florenis: ⁊ hoc tam ratione ⁊ ex pretensa causa emptionis certe quantitatis pannorum scarlate violeti, veluti caligarū, ⁊ alias prout in instrumento parte dictarū Catherine ⁊ Margarete in causa producto: quod coadiuuat precedentes alias prodigalitates. Uidetur igitur ꝙ dicta pretensa donatio fuerit nulla, ⁊ ꝙ per eam nō potuerit predictus Nicolaus predictis coniugibus obligari: quia nec hoc facere potest pupillus. l. pupillus. ff. de acquir. rer. do. Nec opponat aliquis de iuramento. Quoniam iuramentum non obligat prodigum notoriū ⁊ manifestū, per id quod volunt Barto. Bald. Pet. de Anch. Ang. ⁊ Paul. de Cast. in. d. l. is cui bonis, Fride. de Sen. in. d. consi. xxxi. Ang. in. l. si quis pro eo, in prin. ff. de fi. instru. Bald. in. l. j. C. de sacrosanc. eccles. ⁊ in. l. ii. q. x. C. de rescind. vend. ⁊ in. l. fin. §. filiis autem. C. de bonis que liber. ⁊ in. l. qui habet, in princ. per Jacob. de Are. ff. de tute. Sal. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Pet. de Anch. ⁊ Panor. in. c. cum cōtingat, de iureiuran. Et hanc opinionem videtur post multa tandem firmare Alex. de Jmo. in. d. l. is cui bonis. Pro quorum opinione multa solent induci: ⁊ inter alia, ꝙ iuramentum requirit discretionē seu iudiciū. c. ⁊ si Christus, de iureiur. notat gl. in auth. quod eis. C. de nupt. Sed prodigus caret discretione. Uidetur enim quoad se obligandum cōparari furioso. d. l. is cui, ⁊. l. his qui. ff. de tutorib. ⁊ curat. dat. ab iis, ⁊. d. l. j. ff. de curat. furio. Et quamuis fortasse pretendi possit, ꝙ doct. predicti, vel pro magna, vel pro maxima eorum parte loquantur in prodigo, cui est per iudicem bonis interdictum: idem tamen videtur dicendum in notorie vel manifeste prodigo, etiam si illi non fuerit per iudicē bonis interdictū: cum (vt superius dixi, ⁊ post multos) sit sibi lege interdictum. d. l. j. in princ. ff. de curat. furiosi. Et ꝙ talis non obligetur ex iuramento, voluit Fride. in. d. consi. xxxi. pro quo bene facit ratio supra allegata, scilicet ꝙ prodigus non habet discretionem, seu iudicium. Et sic eidem deest alter ex comitibus iuramenti. Et ꝙuis iste articulus non sit sine dubio: hec tamē pars videtur sanior ⁊ equior. Uidetur igitur dictam pretensam donationem fuisse ⁊ esse nullam: ⁊ propterea nullam competiisse aut competere actionem prefatis coniugibus. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub. Commu. de success. ¶ Epitome. ¶ Consil. clii.

¶ Succedunt simul substituti, in quibus non cadit ordo affectionis naturalis: sed ii in quibus hic ordo cadit succedunt gradatim: computatis in legitimam aliorum liberorum bonis donatis. V. F.

1 ¶ Donatio propter nuptias que ⁊ qualis.
2 Matrimonio multa debentur.
3 Conferre bona donata coheredibus an ⁊ quando coheres teneatur.
4 Donata bona an ⁊ quando imputentur in legitimam.
5 Transmissio de hereditate non adita non fit.


ISO Mihi tradite cōsultationis themate parte nobilium ⁊ generosorum virorum Stephani, Gabrielis, ⁊ Peynoti de Sadone fratrū ciuiū Auenionēsium, ⁊ cōdominorum de Masano, vna cum multis ⁊ variis instrumētis parte eorum

te eorum etiam mihi traditis: dico ⁊ respondeo ad ea, de quibus secundum tenorem premẽtionate consultationis videntur dubitare, ⁊ velle petere consilium. Et primo ad id super quo dicti fratres discordant, circa materiã donationis, quam dudũ: scilicet anno Domini M.cccclxxxvi. ⁊ die.ix. mensis Martij fecerunt nobiles Girardus ⁊ Joãna Palmerie coniuges dicto nobili Stephano eorum filio naturali ⁊ legitimo tempore matrimonij contracti per ⁊ inter eundem Stephanum ex vna parte, ⁊ nobilem ⁊ honestam quondam mulierẽ Ysabellã Guiramandẽ ex alia, ⁊ contemplatione matrimonij huiusmodi. Pro cuius ple-
1 niore declaratione premitto † ꝙ donatio huiusmodi non videtur fuisse vera ⁊ propria donatio propter nuptias: illa videlicet de qua ⁊ cuius natura habetur in. §. est ⁊ aliud, instit. de donat. l. si constante. l. penult. §. sancimus. l. fin. §. si igitur, ⁊ auth. dos data, ⁊ multis alijs iuribus illius tituli. C. de dona. ante nupt. ⁊ que solet dari mulieri in recõpẽsam dotis, ⁊ pro illius securitate, seu pro quasi pignore. d. l. si constante, in princ. ⁊ quod ibi doct. maxime Sal. ⁊ d. l. penult. §. sancimus: ibi quasi antifernа, ⁊c. ⁊ de quã habetur in. c. nuper, in fi. ⁊ quod ibi glos. ⁊ doct. de donat. inter vir. ⁊ vxor. cuius etiam causas post Petrum ⁊ Abb. antiquum ⁊ Joan. colligit Panor. in. c. fi. de donat. inter vir. ⁊ vxor. Fateor tamen donationem huiusmodi videri factam propter nuptias, hoc est cõtemplatione matrimonij ⁊ nuptiarum contractarũ inter dictos nobiles Stephanum ⁊ Ysabellam: quod ex eo apparet, quia incontinenti contracto matrimonio huiusmodi ⁊ priusꝙ ad alios actus diuerteretur, dicti nobiles Girardus ⁊ Joanna fecerunt donationem predictam: qui etiam in donando hoc expresserunt ⁊ sic mens eorum clara est, ꝙ ipsi donauerunt cõtemplatione matrimonij, ⁊ propter ipsum: ⁊ hec mens seruanda est, postꝙ de illa constat, vt dicit Sal. in. l. si donatione. C. de colla. ⁊ recurrendum est ad causam donationis ⁊ intentionẽ donantiũ. l. nepos proculo. ff. de verb. sig. ⁊ d. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Et vbi posset pretendi mens fuisse dubia: illa declararetur per illa verba posita in instrumento dicte donationis: ibi, Et contẽplatione huiusmodi matrimonij, ⁊c. l. i. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ⁊ l. non aliter. ff. de leg. iij. l. Labeo. ff. de supel. lega. Puto etiã ꝙ qꝛ donatio huiusmodi facta est contemplatione matrimonij, seu propter matrimonium ⁊ nuptias, que fortasse alias secute nõ extitissent: illa voluit, exemplo donationis propter nuptias proprie dicte, que scilicet fit vxori pro securitate sue dotis. argu. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. ⁊ eorum que notantur per gl. ⁊ doct. in. l. ij. C. de inoffi. donat. non enim fuit simplex donatio: ⁊ sic non obstat validitati illius. d. l. ij. ⁊ l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. ⁊
2 vxor. sed (vt iam dixi) propter † matrimonium: cui multa debentur, cap. si quis acceperit. xxxij. q. i. c. continebatur, de sponsa. ⁊ c. fi. de re iudic. Quo presupposito dico ⁊ respondeo, ꝙ licet soluto matrimonio debeat donatio propter nuptias proprie dicta facta nurui per socerum pro filio ipsius donantis ad ipsum donantem eundẽꝗ patrem filij reuerti. l. fi. ⁊ quod ibi Alber. ⁊ Sal. C. communi. vtriusꝗ iudi. quemadmodũ dos a patre profecta debet soluto matrimonio ad patrem de iure cõmuni reuerti. l. dos a patre, ⁊ quod ibi glos. ⁊ doct. magis communiter. C. solu. matri. non tamen puto ꝙ propter mortem dicte nobilis Ysabelle vita functe (vt ponitur in casu) viuente dicto nobili Girardo, debuerit predicta donatio reuerti ad eundẽ Girardũ. Et qꝛ, vt dixi, ista non fuit proprie donatio propter nuptias facta nurui p filio, de qua loquit. d. l. fi. C. cõmu. vtri. iud. nec fuit facta ipsi nobili Stephano vt ipse bona donata postea donaret donatiõe propter nuptias predicte Ysabelle: cum illa facta extiterit eidem nobili Stephano stipulanti ⁊ acceptanti, non quidem pro dicta nobili Ysabella, aut pro se ⁊ ea, sed pro seipso ⁊ heredibus suis ⁊ successoribus quibuscunꝗ. Et sic opponi non potest de. l. vt liberis. C. de collat. Est tamen verum (et in hoc aduertendum est)
3 quia † dictus nobilis Girardus post factam donationem de qua supra heredes vniuersales instituit dictos nobiles Stephanum, Gabrielem, ⁊ Peyrotũ: ⁊ ipse nobilis Stephanus, vt puto, se immiscuerit paterne hereditati: ipse tenetur conferre ⁊ communicare res ⁊ bona sibi donata dictis nobilibus Gabrieli ⁊ Peyroto eius coheredibus, per id quod not. Alexand. de Jmo. in auth. ex testamento, vers. ex quo infertur. C. de colla. vbi voluit ꝙ in ijs casibus in quibus ab initio valuit donatio facta per patrem filio

in ipsius patria potestate existenti, tenetur ipse filius donatarius alijs conferre seu cõmunicare res donatas, si postea vniuersaliter succedat cum alijs in dicta patria potestate existentibus. Et idẽ voluit Roma. in. d. auth. ex testamento, ⁊ do. Jason. Et ꝗuis Phil. de Corn. videatur aliquãtulum dubitare: tandem tamen videtur sequi hanc opinionem: que maxime videtur procedere, pro eo quia (vt dixi) donatio predicta non fuit simplex, sed ob causam. Et ita non obstat. l. illud, ad fi. C. de colla. Preterea aduertẽdum est, ꝙ ex conuentione vel retentione facta per dictos nobiles Girardum ⁊ Joannem debent bona predicta reuerti ad alios liberos dictorum donatorum, si cõtingat dictum nobilem Stephanum ab humanis sine liberis masculis ex dicto matrimonio procreandis decedere: quod omnino euenturum est, cum dicta nobilis Ysabella ab humanis diu est decesserit, ⁊ nulli supersint liberi masculi. Sunt ergo bona reuersura ad predictos liberos post mortẽ ipsius nobilis Stephani. l. iij. C. de dona. que sub mo. ¶ Ad secundum quesitum dico ⁊ respondeo, ꝙ cum dictus quondam nobilis Girardus heredes vniuersales instituerit dictos nobiles Joãnam vxorem, Stephanum, Gabrielem, ⁊ Petrũ eius filios, quemlibet scilicet pro quarta parte, dictus nobilis Stephanus potuit ⁊ potest eidem Girardo patri succedere pro quarta parte. Sed (vt dixi in primo quesito) ipse tenetur conferre seu communicare dictis eius fratribus bona sibi donata per dictum quondam Girardum, postꝙ pater non prohibuit dicta bona conferri, dicta auth. ex testamento, ⁊ quod ibi Alex. de Jmo. ⁊ alij supra allegati. C. de collat. ¶ Pro responsione ad tertium quesitum premitto, ꝙ cum dicte nobili Joanne superfuerint septẽ liberi, scilicet prefati nobiles Stephanus, Gabriel, Petrus, ac nobiles Guilielmus, Antonius, Balthesar, ⁊ Ysabella, eius filij naturales ⁊ legitimi: horum omnium legitima fuit dimidia pars bonorum eiusdem nobilis Joanne, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, auth. de trien. ⁊ semis. §. j. collat. iij. ⁊ transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. test. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. Et sic legitima cuiuslibet fuit decima quarta pars predictorum bonorum ⁊ cum tempore matrimonij superius mentionati ea-
4 dem † nobilis Joãna eidem Stephano donauerit partem domus in instrumento matrimonij superius mẽtionati latius designate, ⁊ partẽ aliorum bonorũ suorũ: ipse tenebatur res huiusmodi seu bona donata imputare in suam legitimam, etiam si donatio predicta fuisset simplex, argu. l. cum quo de peculio. §. fi. ⁊ quod ibi Joan. de Jmo. ⁊ Pau. de Cast. ff. de pecu. ⁊ quod notat Alex. de Jmo. in. l. illud. C. de colla. ⁊ consil. cxlij. in secundo volu. do. Jason May. in. l. si quando. §. ⁊ generaliter, versi. tertio notãter limita. C. de inoffi. testa. Et licet doct. predicti videantur loqui in locis prementionatis in donatione simplici, facta per patrem filio: idem tamen est in donatione simplici facta per matrem filio, eo scilicet casu, quo bona donata ascendebãt ad valorem legitime: quia ⁊ in hoc casu, ⁊ in alijs limitationibus, quas ad dictum. §. ⁊ generaliter, ponit Philip. de Corne. loquitur idem Philip. de donatione simplici, que ab initio valuit, facta per patrem filio in patria potestate existenti, vel emancipato: ⁊ in donatione facta per matrem filio. Quamuis quoad predictam limitationem videatur dubitare, nisi eo casu quo liberorum numerus ⁊ quantitas rei donate persuaderet ꝙ res donata imputaretur in legitimam: quod profecto cõtingit in casu, in quo supererant multi liberi, ⁊ mater donauit vni, scilicet dicto nobili Stephano, dictam dimidiam partem domus ad se pertinentem, ⁊ dimidiam partem omnium bonorum suorũ: quamuis vt dixi, ista post mortem eiusdem nobilis Stephani debent reuerti ad fratres. Quo vero ad. xxv. florenos eidem Stephano legatos per dictam nobilem Joannam, ⁊ quoad domum etiam sibi relictã, seu id quod supererit soluto fratribus minoribus legato, de quo ibi, nõ est dubiũ quin hec imputari debeant in legitimam. l. etiam. §. si debita. ff. de bo. liber. l. siue. §. excluditur. ff. de iur. patro. Jason ⁊ Philip. de Corne. in. l. fi. C. de colla. facit. l. omnimodo, ⁊ auth. nouissima. C. de inoffi. testa. Et non solum in legitimam huiusmodi imputantur relicta in vltima voluntate: sed etiam ea que habent vim relictorum, vt not. doct. in. d. l. si quãdo. §. ⁊ generaliter, ⁊ auth. ex testamento. C. de colla. ⁊ in. l. illud, eo. tit. Preterea, vt predixi, donatio predicta non fuit simplex, sed ob causam: propter quod videtur etiam ex hoc capite imputanda in legitimam, argu. l.

quoniam nouella.C.de inof.testa.et eorum que notāt doct. in.d.auth.ex testamēto. Illud autē quod super isto quesito dicunt dicti nobiles Gabriel et Petrus, scilicet ꝙ domus per dictam nobilem Joannam dicto nobili Stephano relicta est de dote eorū matris, et ꝙ non est donata, sed ꝙ fuit idem nobilis Stephanus oneratus pro domo predicta soluere florenos.ccc.fratribus minoribus: quare hoc facto id quod superest de valore domus debeat eisdem restitui non procedit: cum reperiam et legam in dicto testamēto, ꝙ imo domū huiusmodi eidem Stephano, legauit dicta nobilis Joanna cum onere soluendi dictis fratribus quoddam anniuersarium. ¶ Ad quartū dico et respondeo, ꝙ licet dictus nobilis Antonius de Sadone non petierit vigintiquinque florenos sibi relictos et legatos per dictū quondam nobilem Girardum: nihilominus dicti nobiles Gabriel et Petrus possūt illos petere: nō quidem insolidum cum sint heredes patris, quilibet scilicet pro quarta parte, et heredes matris, quilibet scilicet pro dimidia parte: et sic successerunt dicto quondam eorum patri pro tribus quadrantibus. Et sic non videntur posse petere a dicto nobili Stephano nisi quartam partem dicte summe. Et idem dico de supplemento legitime: quod petitur condictione ex d.l.omnimodo, vt ibi notant glos. et multi scribētes. Idem notat Ang.in.d.l.Papinianus.§.si conditioni.ff.de inof. testamen. et Alexand.de Imo.consil.cxxviij.in.j.vol. Quo vero ad.xxv.flor.legatos eidē Antonio per dictā quōdam nobilem Joannam, et quoad supplementum legitime, non videtur ipsi nobiles Gabriel et Petrus posse illos petere a dicto nobili Stephano: cum ipsi sint heredes dicte eorum matris. Et propterea esset petendum supplementum ab eisdem per dictum Antonium et eius heredes, si non ipsos et alios heredes instituisset. ¶ Ad quintum videtur prima facie dicendum, ꝙ in vim illius verbi et suos, non possint liberi dicti quondam nobilis Girardi aliquid petere in bonis nobilis quondam Raymunde de Sadone: quia illi solum videntur fuisse inuitati in vim vulgaris substitutionis: hoc est eo casu quo prefatus nobilis Girardus vel nō potuisset vel noluisset esse heres eiusdē Raymūde, per illud quod not. Bart.in.l. Gallus.§.quidā recte.ff.de liber.et posthu. Alexand.de Imo.consil.xxij.exord. Uisis ac perlectis verbis, etc.in.iij.volu. Et cum dictus nobilis Girardus heres extiterit dicte nobilis Raymunde, expirauit dicta vulgaris substitutio.l.post aditam, et.l.precibus, ad finem.C.de impuber.et alijs substitut. In cōtrarium videtur, scilicet ꝙ dicti nobiles Girardus et sui fuerunt simul inuitati, per ea que contra Bartol. notant doctores communiter in.d.l.Gallus.§.quidam recte, quatenus loquūtur in personis copulatiue inuitatis: de quibus magis cōmuniter sentiunt, ꝙ licet inter eas cadat ordo naturalis ac ordinate affectionis et charitatis respectu testātis: si tamen etiam non concurrat ratio necessitatis debiti naturalis respectu dispositionis, censentur illi nō quidem successiue vnus post alium, sed simul inuitati. Et ita notant canoni. communiter in.c.Raynutius, de testamen. Cum ergo in casu de quo queritur non cōcurrat ratio necessitatis debiti naturalis respectu testamentarie dispositionis facte per dictam Raymundam de dicto nobili Girardo eius cognato et suis: quamuis inter eos esset ordo charitatis et affectionis, videtur ipsi fuisse simul inuitati: videtur tamen ꝙ dictus nobilis Girardus fuerit inuitatus pro dimidia parte, et sui pro alia dimidia.l.interdū, in princ.et quod ibi doct.ff.de hered.instit. Et sic non videtur dictus nobilis Girardus in preiudiciū liberorum, de quibus in dicto casu, potuisse disponere de bonis predicte Raymūde: et hoc quoad quotas, in quibus censebantur instituti. Est tamen verum, ꝙ si aliqui ex liberis huiusmodi ab humanis decesserint ante aditam hereditatem dicte Raymūde, ipsi non transmiserunt hereditatē, seu quotas sibi relictas ad suos
5 heredes: quia † hereditas non adita non transmittitur regulariter. Pro quo allegasse sufficiat notata per gl. et doc. in.l.si fratris.C.de iure deliber. et in.l.ventre.ff.de acquir. hered. Sed illorum portio accreuisset non quidem patri, sed alijs liberis re et verbis eis coniunctis.l.j.§.his ita definitis.C.de cad.tol.et quod not.scriben.in.l.nemo, in prin. ff.de leg.ij.et in.l.re coniuncti.ff.de legat.iij. ¶ Ad sextum non possum respondere: pro eo quia non habeo testamentum nobilis Hugonis de Sadone patris quondam naturalis et legitimi nobilis Girardi de Sadone patris dictorum nobilium Stephani, Gabrielis, et Petri: sine quo tamen huic dubio seu quesito responderi non potest.

¶ Rub. De fideicōmis. ¶ Epitome. ¶ Consilium.cliij.

¶ Fideicommissum restituens perceptos fructus sibi imputat in trebellianicam. U. F.

1 ☞ Cōditioni appositi, appositi dispositioni nō censentur.



Voluissem Pro pleniore et securiore responsione facienda ad id de quo post precedētes meas allegationes cepit dubitari, habere et videre testamentum Hugonis Blancardi, de quo supra. Preterea voluissem id de quo queritur mihi plenius explanari: vt possem plenius intelligere an id de quo dubitatio concernat liberos Stephani de Gailheto, vel liberos Michaelis Alphanti. Sed supposito (prout congruentius videtur) ꝙ hoc concernat liberos predicti de Gailheto: dico et respondeo, salua visione predicti testamenti, et pleniore declaratione eius de
1 quo queritur, ꝙ liberi positi in conditione non videantur substituti aut vocati, secundum gl.in.l.Lucius, la.ij.ff.de heredi.instit. quam ibi sequitur Dyn.et Jaco.de Are.Cy. Bart.Fran.Tigri.Rayne.Bald.Angel.Joan.de Imo. et Moder.Joan.And.in addi.Specul.titu.de testa.§.j.in addi.que incipit, huic questioni, etc.Bal.in.l.potest is, per illum text.ff.de vulga.et pupil.et in.l.si emancipati, in.viij. oppo.C.de colla.in.l.quod scitis.C.de bo.que libe.in.l.cū acutissimi.C.de fideicōmis.Oldra.consi.cxlj.exord.Thema tale est: dominus canonicus, etc.et consi.xxj.exord.Testator habebat vnum fratrem, etc.et alij multi in locis quasi infinitis. Et quis antiqui voluerint ꝙ si duo cōcurrant: primum scilicet ꝙ liberi ponantur in conditione, et secundum ꝙ ipsi grauentur de restituendo alij vel alijs: ꝙ tunc ex his duobus censeantur inuitati: tamen communior opinio est in contrarium, scilicet ꝙ nec etiam isto casu videantur inuitati. Pro quo videri poterit Frā.de Cur.imo potius collegium Paduanum inter consilia Fran.de Cur. consi.xlvj.exordi Sepe reuoluta narratione facti propositi supposito ꝙ eo casu (prout quidam voluerunt) liberi censerentur inuitati, parū referret in hoc casu: pro eo quia nō posset detrahi nisi vna trebellianica.l.j.§.idem Neratius. ff.ad trebell.et quia fructus percepti debent imputari in trebellianicam.l.in fideicommissariam, in princ.et quod ibi omnes scribentes.ff.ad trebel.et.l.iubemus, a cōtrario sensu, et quod ibi glo.et docto.C.eo.tit. Puto autem ꝙ etiam si mater Claudij de Gailheto eligeret fortasse detrahere trebellianicā ex persona Claudij de Gailheto eius quondam filij nouissime defuncti: comperietur et apparebit fructus per eundē perceptos ascēdere ad valorē quarte trebellianice: et sic eā nihil potuisse aut posse petere pro trebellianica. Super quo tamen authore domino plenius respondebo, si cōtingat ad me remitti testamentum predictum et me plenius de dubio superius mentionato certiorari.

¶ Rub. De commu.re.alien. ¶ Epitome. ¶ Cōsi.cliiij.

¶ Frater modico pretio vsumfructum domus communis vendiderat: eo mortuo eius heredes fratres tantum vsumfructum partis defuncti prestabunt. U. F.

1 ☞ Heredes minoris ex persona ipsius vbi opus est restituuntur.



Ponitur In facto ꝙ Alziario Bōdilhonis ab intestato vita functo successerūt Antonius, Uinsonus, Pontius et Michaela eius filij naturales et legitimi, quilibet scilicet pro quarta parte: quare post mortem dicti eorum patris predictus Antonius dictorum filiorum maior, quis minor existeret.xxv.annis, vendidit vsumfructum cuiusdam dictorum liberorum domus communis, primo quidem cuidam Aymaro Odolis Seralherio, ad et per tempus octo annorum, et postea honeste mulieri Bertrane Lanselle dicti Odolis vxori, ad et per tempus quatuor annorum, certo pretio inter eos conuento: et quidem longe minore dimidia iusti pretij, si censeatur vsusfructus totius dicte domus eisdem Odolis et Betrane vēditus: qui postea vita functus est, et ab humanis intestatus et sine liberis decessit, superstitibus dictis eius fratribus et heredibus: inter quos

quos ex vna parte, ac dictos Odolis & Bertranã ex alia insurgit nunc questio. Pretendunt enim & contendunt dicti fratres, fieri non potuisse venditiones predictas in eorum preiudicium: cum idem Antonius nullam haberet ad hoc faciendum facultatem. Et propterea petűt aut petere intendunt notis dictarum venditionum, quatenus concernere possent p reiudicium eorundẽ, cancellari. Quesitum est quid iuris. Ad quod, respondeo breuiter & succincte, qꝫ vbi dicti fratres non essent heredes predicti Antonij, nullum esset dubium: quia certum esset venditiones predictas nullum attulisse preiudicium predictis fratribus, arg. l. per fundum. ff. de seruit. facit. l. rem alienam, ad fi. ff. de contrahen. empt. & vendi. & l. si filio. §. j. ff. solu. matri. iuncta. l. que de tota, de rei vendica. Sed quia (vt in casu supponitur) ipsi sunt heredes: superest maius dubium: pro eo quia cum ipsi heredes existant predicti Antonij: ipsi non videntur posse venire contra factum illius. l. que a patre. C. de restitu. mili. l. venditori. C. de re. alie. non alie. l. ij. C. si quid in frau. patro. & l. si creditoribus. C. de seruo pign. da. manumis. & quod notat Bald. in. l. qui se patris, C. vnde libe. & Roma. consi. xviij. exord. Visa facti narratione, &c. versi. contrarium tamen est verius, &c. Et ita videtur prima facie, qꝫ dicti fratres teneantur ad obseruãtiam dictarũ venditionũ, nec possint cõtra eas venire. Nisi forte dicamus (& non male, si non desipio) qꝫ cum (vt audio) dicti Odolis & Bertrana scirent tempore factarũ per eos emptionum, domum predictam esse communem, inter Antonium venditorem & dictos eius fratres: & venditiones predicte fuerint facte vili pretio: censeri debet ipse Antonius in dubio vendidisse vsumfructum non quidem totius domus: sed sue quarte partis, per ea que not. Pet. Bald. Ang. Joan. de Jmo. & Alexan. de Jmol. in. l. si domus. §. fi. ff. de lega. j. quatenus ibi volunt, qꝫ vendens rem sibi & alijs communem censeatur in dubio vendere partem quam in ea habet. Et hec est communis opinio, secundum Alex. ibi: vt potest colligi ex multis remissionibus, quas ibi ponit. Pro quo facit id quod not. Pau. de Lea. in. c. potuit, de loca. vbi voluit qꝫ emphyteuta vendens simpliciter videtur vendere ius quod habet in re emphyteutica. Pro quo allegat. l. qui tabernam. ff. de contrahen. emptio. & vendi. & c. pastoralis, de donat. & c. quod autem, de iure patrona. Pro hac opinione allegat Alex. de Jmo. in l. fi. versi. nesciente, a cõtrario sensu. C. de commun. re. aliena. & l. si quis domum. §. hic subiungi. ff. loca. Et ita viderentur dicti emptores non potuisse aut posse petere nisi vsumfructum quarte partis domus: que ad hunc finem

1 posset diuidi. Preterea cum tempore factarum venditionum idem Antonius esset minor vigintiquinque annis, & in eis fuerit deceptus vltra dimidiam iusti pretij: si diceremus vsumfructum totius domus fuisse venditum, possent predicti eius fratres & heredes ex persona ipsius intentare remedium. l. ij. C. de rescin. vendi. & c. penul. de emptio. & vendi. a quorum remedio non fuit idem Antonius exclusus, quamuis iurauerit, per id quod in predictis iuribus not. glo. & docto. quamuis exclusus extiterit a beneficio restitutionis in integrum minoribus concesso, authen. sacramenta puberum. C. si aduersus venditor. Que dixerim omnia sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De iudicijs. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clv.

¶ Judicis in facto supplentis, & in iure errantis sententia reformanda est. V. F.

1 Coniuncti re vel verbis quando dicantur.
2 Repetitio verbi in coniunctionibus qualiter operetur.
3 Actor ius suum qualiter metiatur ex iure possessoris.



Multa Pro tempore fuerunt opportune allegata & deducta, & in diuersis schedulis, parte honorabilis viri Caroli Baiuli ciuis Massiliensis, contra & aduersus honestam mulierem dominam Stanquam vxorẽ discreti viri magistri Jacobi Martini: per que videtur fuisse clare demonstratum & ostensum, qꝫ eidem Stanque adiudicari non debuerit de bonis honorabilis quõdam viri Petri Guarcie, alias de Ysapania, eiusdem Stanque quondam primi viri, nisi quarta trebellianica, & sic quatuor vncie: & qꝫ quoad residuum predictorum bonorum deberet eidem Stanque imponi silentium: que hic repetere non expedit, cum schedule huiusmodi, quamuis aliquantulum & in multis earum partibus inaduertenter corrupte transcripte fuerint, sint in processu inserte. Et quamuis egregius vir dominus Spiritus de Mostuis, clarissimus, iurium doctor, conatus extiterit ostendere, qꝫ grauamen, de quo in codicillis factis per dictum quondam Guarcie fuerit iniunctum Bertrando Guarcie dicti Petri filio & vniuersali heredi: non autem dicte domine Stanque eius matri & proximiori ab intestato: & propterea eandem dominam Stanquam debere consequi etiam legitimam: eius tamen fundamenta non concludunt, vt apparet ex ijs que alias scripsi. Possunt autem fortasse procedere, si dictus Petrus testator in proemio substitutionis facte de predicto Baiuli & Antonio Guarcie substitutis expressisset & dixisset non solum, item quia recuso nullam fecisse substitutionẽ filio meo, &c. sed etiam addidisset eum grauando de restituendo, ideo adeundo, &c. Sed quia hoc non fuit dictum, vel equipollens: non sequitur id quod inferre conatur. Quia dicitur quis filio substitutus etiam si verba grauaminis non fuerint in filium directa: & sic quamuis filius non fuerit grauatus, sed ab intestato sibi successurus, vt satis colligi potest ex ijs que notat Alexand. de Jmol. in. l. centurio, versicu. Jmo. hic & plenius in dicto. c. Raynutius, &c. iuncto versic. seq. sed hec responsio, &c. ff. de vulga. & pupill. Super quo argumento vlterius non insisto. Quo vero ad dominicalem constitutionem responsum est, qꝫ illa non obstabat. Quibus addo qꝫ illa excipit matrẽ que conolauit ad secunda vota prout in casu nostro. Et sic dicta constitutio nihil facit ad casum. Ceterum dico qꝫ tam egregius vir dominus iudex alterius curiarum regij palatij Massilie, qꝫ nobilis & egregius vir dominus iudex appellationum, saluis eorum reuerentijs, inciuiliter & iniuste processerunt, & dictum Baiulum seu eius heredes grauauerunt in eo, qꝫ ipsi partem relictam per dictum quondam Petrum predicto Antonio adiudicarunt dicte Stanque, & ad illius restitutionem condemnauerunt, prefatus scilicet dominus iudex palatij dictum quondam Baiuli, & dictus appellationum iudex heredes dicti Baiuli. Pro eo quia, prout alias fuit clare demonstratũ & ostensum, dicti Caroli Baiuli, & Antonius Guarcie fuerunt verbis coniuncti, quãuis re disiuncti extiterint. Quo fit vt cum conditio sub qua prefatus Antonius fuerat substitutus defierit, & portio sibi relicta accreuerit, & accrescere debuerit dicto Carolo Baiuli, per iura & rationes alias plenissime allegatas in alijs schedulis. Quibus non obstiterunt nec obstant fundamenta inducta per dictum dominum primum iudicem in eius asserta sententia: vt pa-

1 tet per respõsiones ad illa datas. Insuper nec etiã obstant huic dicto due glosse allegate per egregium virum dominum Joannem Correolis, vna scilicet in. §. si eadem, super verbo, disiunctim, institutionibus, de legatis, & alia in. l. prima. §. finali super verbo, separatim. ff. de vsufructu accrescendo. Et primo non prima, que vult, qꝫ si dicam, Lego Titio dimidiam serui, Sempronio lego dimidiam eiusdem serui: dicatur Titius & Sempronius verbis disiuncti. Quoniam ego cõfiteor, qꝫ ipsi sunt disiuncti verbis, pro eo quia hic non vnitas est orationis, seu actus legandi: sed sunt due orationes, propter verbum, lego, bis positum. Sed in casu nostro, hoc est in substitutione facta de prefatis Carolo Baiuli, & Antonio Guarcie, fuit vnica oratio, seu vnicus actus substitutionis: pro eo quia verbum, substituo fuit dũtaxat semel positum: & hoc facit orationem vnicam. Ad aliam vero glossam respondeo, qꝫ illa non procedit: & contra eam est communis opinio Oldradi Bartoli, & aliorum scribẽtium in. l. Meuio, in principio. ff. de legatis secundo: vbi doctores dicunt aliam fundi partem fuisse legatam Meuio, & aliam eiusdem fundi partem Seio: & qꝫ propterea Meuius & Seius fuerunt ibi re disiuncti, sed fuerunt verbis coniuncti, secundum primam lecturam illius legis, que per doct. suppleta vera est, & intelligitur prout dixi: scilicet cum Meuius et Seius fuerint re disiuncti, verbis autem coniuncti: et qꝫ ipsi et Titius fuerint re coniuncti, pro eo quia totus fundus, qui per partes legatus extiterat Meuio & Seio, fuit legatus Titio: sed fuerunt verbis disiunctis, pro eo quia non fuit vnitas orationis, sed fuerunt due orationes,

aliena.fact.ra.habue. Quia oportet ꝙ in decreto subsit iusta causa.l.magis puto.§.vt ibi videri potest: ⁊ hoc propter verbū, lego, bis positum. Dixit enim testator: Meuio fundi partē dimidiam, Seio partem dimidiā lego: eundem fundum Titio lego. Ecce ergo ꝙ verbum lego, est repetitum: cuius repetitionis pretextu ibi sunt due orationes, ⁊ duo actus legandi. Et ideo duo primi legatarij ⁊ Titius sunt verbis disiuncti. Dicta igitur glo.non obstat. Etiam nec obstant fundamēta vltra predicta inducta per dictum do.appellationum iudicem. Et primo quidem nō id quod notat Bart.in.d.l.Meuio, versi.sed oppono ꝙ etiam Titius sit coniunctus re ⁊ verbis. Quinimo dictum Bartol. bene intellectum facit expresse pro eo quod dixi, ⁊ contra mentem dom.iudicis. Arguit enim Bart.contra dictam primam lecturam, ꝙ dicti duo primi ⁊ Titius videantur coniuncti re ⁊ verbis. Re quidem, pro eo quia totus fundus, qui per partes legatus fuit Meuio ⁊ Seio, legatus est Titio: ⁊ verbis, ratione copulatiue ⁊, que cadit inter eos, secundum positionem casus quam facit glos. Cui oppositioni respondet Bartol.vt ibi. Et subiungit, ꝙ ad hoc vt gloss.procedat secundum primam lecturam, opus est subaudire vnum verbum: ibi dum dicit gloss. Et Titio eundem fundum, scilicet lego. Et hoc (dicit Barto.) quia nisi hoc suppleretur, duo primi ⁊ Titius essent non solum re coniuncti, sed etiam verbis: quod est cōtra communem mētem scribentium, volentium ꝙ isti sint re disiuncti. Secundum igitur mentem Barto.⁊ aliorum testator repetijt verbum lego, in legato facto Titio. Et ob hoc bene ⁊ verum dicit idem do.Iudex, ꝙ propter subauditionem (intelligo expressionem dicti verbi lego, in legato facto Titio, quam etiam facit text.d.l.Meuio) non censeatur Titius verbis coniunctus Meuio ⁊ Seio. Hoc enim verum est, ⁊ hoc probatur in.d.l.Meuio: ⁊ hoc operatur repetitio

2 †dicti verbi lego. Sed si non repeteretur, essent duo primi ⁊ Titius verbis coniuncti. Hoc autem contingit in substitutione de qua supra: in qua scilicet (vt iam dixi) nō fuit nisi vnicus actus substituendi. Et hec, attenta communi opinione, ⁊ communi intellectu.d.l.Meuio, non habent aliquam difficultatem. Nec video que sit illorum magna differentia, de quibus loquuntur tam dictus dominus appellationum iudex, ꝙ prefatus do.adiunctus: ⁊ in quorū differētia dicunt me errasse: quanuis scripture vtriusꝗ sint male correcte, seu inaduertenter (vt puto) transcripte. Non enim possum ex eorum scriptis satis opportune intelligere, an dicere velint ꝙ aliud sit dicere, Lego Meuio fundi partem dimidiam, ⁊ aliam Seio: ⁊ dicere, Meuio ⁊ Seio fundum equis portionibus lego: ⁊ ꝙ primo casu sint Meuius ⁊ Seius verbis coniuncti, secundo vero casu non. Quod si hoc volunt, occurrit eis ⁊ contra eos text.expressus secundum communem intellectum in.d.l.Meuio, in princ.quatenus ibi volunt docto.ꝙ alia pars fundi fuerit Meuio legata: alia vero Seio: cui male respondet glo.fi.in.d.l.j.ff.de vsufruc.accrescen.prout alias plenius scripsi in dicta schedula: vbi si placet videbitur. Illud autē predictis adiecerim, ꝙ non putem prefatum do.iudicem ⁊ adiunctum sensisse quale quale fundamentum in.l.huiusmodi.§.quibus, ⁊ ꝙ ibi Bart.Bald.⁊ docto.ff.de lega.j.⁊ quod notat Ioan.de Imo.in.l.qui filiabus.§.j.in prin.eo.tit. Quoniam respondeo, ꝙ ⁊ dictus.§.quibus, ⁊ doct.loquuntur in prorsus separatis: cuiusmodi non sunt dimidia pars relicta dicto Carolo Baiuli, ⁊ alia dimidia relicta predicto Antonio: sed sunt dimidie vnius totius indiuisi. Non igitur bene processerunt prefati dom.iudices, quatenus condemnarunt dictum Baiuli vel heredes ad restituendam ipsi Stanque etiam quartam relictam prefato Antonio. Nec obstat noua inductio seu allegatio, quam fecisse videtur dictus do.appellationum iudex, scilicet ꝙ non solum fuerit prefatus Antonius substitutus: sed etiam sui. Quo fit vt licet conditio defecerit in personam eiusdem Antonij: non tamen in personam suorum. Tum quia non est probatum, quinimo nec propositum, ꝙ aliqui sui ipsius Antonij superfuerint: quod tamen vt fundamentum (si tamen fundamentum dicte Stanque esse posset) probandum erat.l.actor.C.de probat.l.in exceptionibus, in prin.eo.tit.l.si quis.C.de fabricen.lib.xj.l.in illa, cum.l.seq.⁊ quod ibi plene per Bart.⁊ plenius per Alex. de Imo.⁊ moder.docto.ff.de verbo.obliga.⁊ per Innoc.in

3 c.super ijs, de accusa. Tum ⁊ quia tacto: ius ex eo non metitur ꝙ possessor occupauit: sed ex suo iure.l.j.§.j.ff.si pars heredi.peta.facit.l.fin.C.de rei vendic.⁊ quod not.Ostien. in.c.cum Bertoldus, de re iudic. Quo fit vt supposito ꝙ aliqui ex dictis pretēsis suis prefati Antonij superessent, qui illi agnoscere potuissent ⁊ agnouissent dictam substitutionem: non tamen propterea erat portio predicta huic Stanque actrici adiudicanda: quanuis si possideret non esset auferenda. Tum ⁊ quia sub ea conditione, seu conditionibus, sub qua seu quibus fuit substitutus prefatus Antonius, fuerunt ⁊ sui substituti. Quemadmodum igitur defecit cōditio quoad dictum Antonium: ita ⁊ quoad suos coniunctos in substitutione. Tum etiam non obstat predicta allegatio, etiam si alias pars de ea opponere potuisset: quia de ea opponere non spectat ad iudicem: qui non debet supplere de facto, nisi in casibus: quorum nullus occurrit. Quāuis enim appareat ꝙ etiam sui fuerint substituti: non tamen apparet de horum predecessorum suorum existentia, ⁊ minus de agnitione huius substitutionis. Concludo igitur (honore saluo dixerim dictorum dominorum iudicum) ꝙ ipsi inciuiliter ⁊ iniuste processerunt: ⁊ ꝙ propterea eorum sententie sunt reformande. Que dixerim omnia sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De sent.ex peric.recit. ¶ Epitome. ¶ Cōsi.clvj.

¶ Sententia lata ante ꝙ scripta sit, per iudicem iratum non sedentem pro tribunali, facile infirmatur: ipso iudice in expensis parti condemnando. A. F.

1 ☞ Scripture quatenus standum.
2 Sententia quas exigat obseruationes.
3 Informationes contra delatos precedant sententiam.
4 Sententia notorie iniqua nulla est.
5 Iracundus iudex qualis.



Sententia, Quam contra nobilem ⁊ honorabilem virum magistrum Bertrandum Martini, dominum Montisguersij, tulisse dicitur egregius vir dominus Ioannes de Rochella iurium doctor, ꝙ tempore pretensus vicebaiulus Baroniarum Medulionis ⁊ Montisalbani, iudex Buxi, ⁊ in qua eundem nobilem Bertrandum cōdemnasse dicitur in quingentis libris Turronen. Fisco Delphinali applicandis, fuit ⁊ est nulla, multis rationibus ⁊ causis. Primo quidem quia lata priusꝙ scripta extiterit, prout clarissime deponunt testes parte dicti nobilis Bertrandi in causa producti: quod etiam respondendo titulis inquisitionalibus seu interrogatorijs contra eos factis dixerunt ⁊ confessi extiterunt tam dictus do.de Rochella, ꝙ magister Genaudani pretensus notarius non tamen fieri non potuit, nec de iure debuit: sed prius debuit scribi deinde videri, ⁊ legi, ac si ⁊ vbi opportunam extitisset corrigi ⁊ emendari.l.ij.⁊.l.fi.C.de sentent. ex pericu.recit. Tum ⁊ secundo quia lata extitit, si ⁊ quatenus lata probetur, a dicto do.de Rochella, ⁊ quidem nō sedente pro tribunali, ⁊ in loco consueto: sed deambulante per domum in actis cause huius latius mentionatam: ⁊ sic contra id quod habetur in.l.diuus.§.j.ibi, pro tribunali sedente.ff.de in integ.restitu.l.j.ibi, residendi cum iudice. C.de offic.ciuili.iudi.l.fi.ibi, aut sedendi cum iudice. C.de offi.diuerso.iudi.l.quisquis, in fi.vbi dicitur, et ipse contempserit ius sedendi, ⁊ quod ibi glo.C.de postulan.auth. de iud.§.sedebunt, colla.vj.auth.vt illustr.⁊ qui supra eos sunt.§.j.⁊ quod ibi glos.collat.v.l.prolatam.C.de sentent. omnium iudi.c.fi.§.fi.⁊ quod ibi glos.⁊ docto.de re iudi.in vj.quod etiam voluit Azo in summa.C.titu.de sentent.ex


1 pericu.recitan.in princ. Cui † non obstat scriptura, quam de huiuscemodi pretensa sententia fecisse ⁊ scripsisse dicitur prefatus Genaudani, ⁊ in qua legitur, ꝙ presidente dicto do.de Rochella, ⁊ pro tribunali sedente, ⁊ iura reddente, dictus nobilis Martini verba de quibus in ea protulerat. Quoniam respondeo ꝙ illi scripture non est credendum, vtpote false, ⁊ de cuius falsitate apparet per depositiones plurium testium ad plenum deponentium tam de aduentu ⁊ ingressu ad domum curie dicti nobilis Bertrandi ⁊ verbis per eum prolatis, ac modo, qualitate, ⁊ causa proferendi, ꝙ de sententia lata per dictum dominum de Rochella: quibus credendum est: non dicte scripture, per ea que notant Bartolus ⁊ doctores in.l.j.§.si quis neget.ff.quemadmodum testament.aperi.doctor.in l.in

l. in exercendis. C. de fid. instrumen. et in c. cum Joannes eremita, eod. titu. Cum et tertio etiam fuit et est nulla, pro eo quia fuit lata subito, et non premissa aliqua deliberatione, contra id quod habetur in dicta. l. ij. ibi, Non subitas sed deliberatione habita, etc. C. de senten. ex pericu. recitan. et quod notat Barto. et docto. in l. prolatam. C. de sentent.
2 et interlo. omnium iudi. Cum et quarto, quia huiuscemodi sententia fuit lata nulla premissa cause cognitione: et quidem non admonito dicto nobili Bertrando, non oblato libello contra eum, vel titulis inquisitionalibus: non etiam cum eo inquisito, vel alias aliquo obseruato de his que pro iudiciorum substantia obseruari debuerunt: de quibus per gloss. et plenius per docto. in dicta. l. prolatam. et sic contra. l. in cause. ff. de minorib. per. l. finalem. C. de sentent. ex pericu. recitan. l. iudices. C. de iudi. l. de qua re. ff. eo. titu. et l. de vnoquoque. ff. de re iudicata. Quibus non obstat si forte opponatur, quod iniuria eidem domi. Vicebaliuo per dictum nobilem Martini illata, et propter quam eundem condemnauit in dictis quingentis libris, fuit notoria, utpote ibi pro tribunali sedenti et irreuerenter illata: ut legitur in scriptura dicte pretense sententie. Quoniam, respondeo (vti iam dixi) apparere de contrario, scilicet quod tempore ingressus domus curie facti per dictum nobilem Bertrandum, et pretense prolationis verborum sibi impositorum idem do. de Rochella non sedebat pro tribunali, sed excandescens et tantum vibrans deambulabat per domum curie, et incedebat de latere ad latus, etiam manibus tremens. Et de his deponunt fere omnes testes parte dicti nobilis Martini in hac causa producti. Non est igitur illi pretense scripture fides adhibenda, quatenus inibi pretenditur, quod tempore prolationis pretensorum verborum, de quibus in ea, dictus do. de Rochella sederet pro tribunali, per ea que superius dixi. Et non solum non est quoad hoc illi scripture credendum: sed nec quoad alia capitula, ea saltem de quibus alias non apparet quod vera extitissent, arg. l. si aliquid. C. de suscepto. et arcar. lib. x. l. si cui. §. eiusdem. ff. de accusa. l. j. §. hoc etiam. C. de vete. iur. enucle. c. fratres, de penit. distin. v. quod etiam videtur voluisse Inno. in c. fraternitatis de testib. et d. c. cum Joannes, cum glo. magna, Card. Sali. do. Jason May. et docto. in l. si ex falsis.
3 C. de transact. Cum et quinto, quia sententia predicta lata fuit non precedentibus aliquibus informationibus, contra id quod habetur in c. primates. ij. q. j. vbi tex. loquens de sententia lata contra reum non visis legitimis probationibus dicit, irritam esse censemus, clem. pastoralis, in verbo iudicantis precipitatio, iuncto versic. dici ne ergo, etc. de re iudi. et ita per illum text. tenet ibi Joan. de Imol. facit. l. ex stipulatione, ad fi. ibi, si nihil causa cognita secundum iuris rationem pronuntiatum est. C. de senten. et interlo. omnium iudi. vbi etiam per illum text. dicit Bald. quod interloquutoria lata sine cause cognitione est ipso iure nulla. Et quod sententia condemnatoria lata non precedentibus probationibus sit nulla, voluit gl. do. Cardi. Floren. Jo. de Imo. et Panor. in c. ecclesia, de constit. et Pau. de Cast. consi. cxcix. exordiente, Super hoc puncto, versic. nunc ad
4 propositum dico, etc. Continet enim sententia huiusmodi vel notoriam vel manifestam iniquitatem: que idem operatur quod nullitas, vt voluit dom. Cardi. Floren. consil. lv. exordiente, Reuerendis in Christo patribus do. Joan. versi. ad secundum: pro quo allegat. c. cum Bertholdus, de re iudi. dicens hoc ibi velle Inn. et esse notatu dignum. Ipsum etiam allegat Cardi. post Joan. de Ligni. in cle. j. §. si. de for. compe. dicens vix posse sententiam esse notorie iniustam, quin sit etiam nulla. Ad quod facit. c. inter ceteras, et quod ibi Panor. de re iudi. Preterea non solum apparet per exhibitionem pretensorum actorum coram dicto do. de Rochella nullas precessisse probationes, super eo quod pretendebatur dictum magistrum Joan. Martini superbe et irreuerenter fuisse iniuriatum dicto dom. de Rochella, et illum appellasse furiosum: sed etiam apparet de contrario, scilicet quod non superbe nec irreuerenter, sed temperate seu modeste, et cum reuerentia, et vt eum, quem totum ira conuictum, incensum, excandescentem, et trementem adinuenit, pro posse quietauit, vt honeste retraheret ab exequutione mandati per eundem do. de Rochella facti de incarcerando honorabilem virum magistrum Jo. Martini eius filium, prout clarissime deponunt omnes fere testes parte dicti nobilis Martini in causa producti: ex quorum dictis apparet non solum sententiam predictam fuisse manifeste iniquam: sed etiam quod illa lata extiterit ex falsis causis, et per inimicum: qui tam ante sententiam huiusmodi, quam postea sepe comminatus extiterat quod dictos nobiles Bertrandum et filium destrueret. Cum et sexto, quia cum (vt predixi) idem domi. de Rochella esset valde succensus, et pre magnitudine ire excandescens, tremeret tempore late sententie antedicte: non potuit ipse exercere actum iudiciarium, et maxime ferre diffinitiuam et condemnatoriam sententiam, et contra eum cui pluries minatus extiterat de eum destruendo: et hoc propter defectum
5 vsus rationis, seu tenebras illius. Vt dicit cano. illa prepositorum solicitudo est vtilis, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, et furor sibi nihil vendicat. Restringenda enim est sub ratione potestas: nec est quid agendum priusquam concitata ad tranquillitatem mens redeat. c. illa prepositorum. c. ira, et c. summopere: ibi, aut furore ducti sint precipites. xj. q. iij. et quod ponit Isidor. in tertio lib. de summo bono. c. lvj. qui loquens de iudicibus dicit, Quidam enim dum iudicare incipiunt irascuntur, ipsamque iudicij sententiam in insaniam vertunt: de quibus recte per Prophetam dicitur. Qui conuertunt in furorem iudicium. Qui enim iratus iudicat in furorem iudicium mutat, cum ante profert sententiam, quam cognoscat. Furor in iudice inuestigationem veri non valet attingere: quia mens eius turbata furore ab inuestigatione alienatur iustitie. Iracundus enim iudex iudicij examen considerare non valet: quia caligine furoris non videt. Cui concordat dictum Sapientis, Ira impedit animum ne possit cernere verum. Illud certum est, quod dictus de Rochella condemnari debeat in expensis parte dicti nobilis Bertrandi in hac causa sustentis: cum propter dictam pretensam sententiam malitiose per eum promulgatam fuerit idem nobilis Martini vexatus et molestatus, et multas expensas sustinuerit, argum. l. seueriter, et quod ibi Cyn. Bal. et docto. C. de expens. tuto. et arg. eorum que notat Bald. in auth. generaliter, versic. extra quero quid de iudice inquirente. C. de episcop. et cler. et in l. sancimus, versicul. tertio decimo queritur. C. de iudi. Et idem videtur de dicto Genaudam: qui contra veritatem scripsit, quod presidente pro tribunali dicto de Rochella idem nobilis Martini malitiose et animo irato protulerat verba, de quibus in illis falsis actis per eum scriptis: et quod idem Martini semper irreuerenter et capite cooperto eidem de Rochella respondit. Pro quo in argu. allegasse sufficiat. l. ij. et quod ibi gloss. et Joan. de Pla. C. de numera. et actua. lib. xij. et quod notat Joan. de Pla. in l. j. C. de immuni. nemi. conce. lib. x.

¶ Rub. De litigios. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clviij.

¶ Litigiosi vitium facit, vt ex cessione nequeat is, cui cesse sunt actiones vel iura, recte agere. A. F.

1 ¶ Alienatio rerum hereditariarum quatenus fiat, et ex qua causa.
2 Donare perdere est, adeo vt minor etiam cum decreto regulariter donare nequeat.
3 Curator ad authorandam minoris donationem an constitui possit.
4 Cessio instantiam rei litigiose non transfert in cessionarium.


Allegata Et inducta parte Florimundi reclusij in duabus eius schedulis, contra ea que alias scripseram pro prouido viro Joanne Turnerij et ad repulsionem predicti Reclusij, in quadam per me edita schedula exordiente, Cessio quam titulo donationis, etc. Non obstant eidem Turnerij, aut his que alias scripsi: nec in aliquo suffragantur prefato Reclusij. Et primo quidem non id quod opponitur de. l. diuus, in fin. principij, et quod ibi Bartol. et docto. ff. de petit. heredit. Cum quia ibi non est sermo de alienatione petitionis hereditatis, seu vniuersalis iudicij parte pretensi heredis contra possessorem bonorum hereditariorum intentati: sed de alienatione aliquarum ex rebus hereditarijs. Hic autem est sermo de pretensa alienatione iudicij vniuersalis, et post litem ceptam et contestatam super dicta actione. Et sic sumus in casu diuerso: ad quem propterea non infertur. l. inter stipulantem. §. sacram, versi. sed

hoc dissimilia. ff. de verbo. obligatio. l. si maritus. la. j. C. de de donat. inter vir. & vxo. & vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. Tum & quia dicta. l. dicens, & quod ibi doc. procedant in alienationem necessaria, vel facta ex iusta causa, vtpote pro reparatione rerum hereditariarum, vtpote domorum vel aliarum, que forte alias perirent, vel pro earum defensiõe: q: forte alias auferrētur per creditores hereditarios: vel pro alimētis animaliū hereditariorū, & forte seruorū, & pro vestimentis eorundē: vel etiā pro alijs causis in dicta. l. diuus latiusmentionatis, que sine alienatio-
1 nē aliquarū ex rebus hereditarijs fieri possent: q̃ꝺ cederet aut cedere posset in magnum preiudicium vel ipsus possessoris eorum hereditariarum & rei conuenti, si postea absolvatur: vel etiam actoris se heredem pretendentis, & postulantis res hereditarias sibi restitui, postea, contingat pro eo sententiam ferri. Et ob hoc permisit illa. l. ꝙ vel satisdatione vel cautione, iuxta distinctionem de qua ibi, per possessorem prestita, posset ipse possessor aliquas de rebus hereditarijs alienare. Et quidem post iudicium ceptum, causa vel necessaria, vel iusta prius examinata vel cognita. Sed in casu de quo est disceptatio non interuenit necessaria vel iusta causa, propter quam moueri potuerit, aut de iure debuerit Robertus Turnerij ad donandum, vel egregius vir do. Iudex Cristearnaudi ad authorisandū donationem huiusmodi: cum †donare sit perdere, argu. l. contra
2 iuris. §. si. filius. ff. de pact. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam, & in. l. filiusfamilias. ff. de donat. Et hinc dicitur ꝙ minor de iure communi regulariter donare non potest bona immobilia etiam cum decreto. l. fi. §. cum autem. C. si maior fact. aliena. fact. ra. habue. Quia oportet ꝙ in decreto subsit iusta causa. l. magis puto. §. nō passim. ff. de re. eor. qui sub tute. vel cura. Que iusta causa in donatione regulariter subesse non potest, vt dicit Iacob. Butr. in. l. j. C. si
3 aduer. dona. vbi subdit Bald. ꝙ nec †etiam potest dari curator ad authorādum in donatione. l. ab agnato. ff. de cura. furio. Quia curator dādus est ex iusta causa: sed nō est aliqua iusta causa dandi curatorem ad donandum: cum (vt dictum est) donare sit perdere, per iura predicta. Non fuit ergo necessaria vel iusta causa, propter quam dictus Robertus donare deberet eius pretēsa iura siue actiones predicto Florimundo. Nec valet illa expositio dicti Roberti: in qua exposuit hoc facere pro recompensatione seruitiorum per dictum Florimundum sibi impensorum. Quia de illis non apparet: ergo, &c. l. per diuersas. C. manda. Tū etiam quia nec text. nec docto. in. d. l. diuus aliquid dicunt de transactione instantie actionis cepte: quinimo potius sentiunt ꝙ illi in quos fit alienatio conueniri non possint. Et ob hanc causam satisdatur vel cauetur per cōuentum actori de soluendo, &c. Tum etiam non obstant predicta. l. diuus, & quod ibi docto. Quia respondeo (prout alias di-
4 xi) ꝙ etiam †in casibus in quibus permisit. l. fieri alienationem rei litigiose, non transit instantia in cessionarium, vt not. Inno. & Panor. in locis alias per me allegatis. Ubi si placet videri poterit. Preterea & secundo, etiam non obstat id quod secundo loco opponitur de notatis per Bar. & docto. in. l. cum hereditas, la. j. ff. ad trebel. & per Bart. in l. si cum hominē, versi. quero an transeat in fideicommissarium vniuersalem. ff. de fideiusso. Quoniam respondeo ꝙ Bar. & docto. loquuntur in cessione que fit fideicommissario vniuersali per heredem grauatum de sibi restituendo: & sic ex causa necessaria: quia ad cessionem faciendam de fideicommisso conueniri poterat heres actione ex testamento, per id quod not. glos. in. l. fi. super verbo nec competere. ff. de fideicommis. heredi. peti. Non ergo mirum si in consequentiam permissum sit heredi etiam cedere actionem creditam pretextu rei hereditarie, & instantiam super ea motam. Quia multa conceduntur in consequentiā, que alias non concederentur. Sed nos non sumus in dictis terminis: sed longe diuersis. Quia quanuis dictus Robertus Turnerij se heredem pretendat probi quōdam viri Ioannis Turnerij eius asserti quondam patris: idem tamen Florimundus nec est, nec se esse pretendit sibi substitutum. Non ergo obstant notata per Bart. & doct. in. d. l. cum hereditas, vtpote loquentes in casu longe diuerso. Addo ꝙ notatur per Bart. & docto. in. d. l. cum hereditas, etiam si essemus in terminis, in quibus loquuntur, non obstarent dicto Turnerij: quinimo facerent pro eo, & contra dictum Florimundum. Quia Bartol. Angel. & docto. dicunt non transire instantiam iam ceptam etiam in fideicommissarium, cui fit restitutio: nisi illa cedatur. Quod factum existit in casu de quo queritur: quia appellatione iurium, vel actionum non venit instantia. Et hoc est indubitatū. Bene igitur processit egregius vir dominus iudex Cristiarnaudi in ordinando causam parte dicti Roberti antea contra dictum Turnerij motam & suscitatam non fore continuandam, nec prosequendam per dictum Florimundum, & in absoluendo dictum Turnerij a petitis. Nec obstat quod nouissime comperi allegatum parte dicti Florimundi, scilicet ꝙ ordinatio huiusmodi contraria contineat: pro eo quia dictum Turnerij relaxauit a petitis parte dicti Florimundi, & nihilominus eidem Florimundo actionem si quam haberet reseruauit. Quoniam respondeo ꝙ hic non est contrarietas, que optime non possit distinctione euadi: quod faciendum est, prima constitut. C. §. quibus, & quod ibi Barto. & docto. & quod notant Bart. domi. Iason May. & docto. in. l. fi. §. idem quesijt. ff. de condictio. indeb. Et ꝙ huiusmodi pretensa contrarietas vel saluetur, vel optime euitetur per distinctionem, hoc clarissime patet: quia relaxatio intelligitur quoad continuationem cause seu instantie iam cepte: ad quam, rationibus alias & supra allegatis, non erat ipse Florimundus admittendus. Reseruatio vero intelligitur quoad pretensam actionem, si quam se habere pretendat prefatus Florimundus, & in vim cuius voluerit & potuerit aliquando contra dictum Turnerij agere & experiri prout tamē non poterit, obstante vitio litigiosi, vt alias dixi. Que dixerim omnia sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubr. De inoffic. dona. ¶ Epitome. ¶ Consil. clx.

¶ Filia, cui pater & mater successerant, donare potuit secundo viro ea, in quibus pater non habet vsumfructum. Sed si pater filie vestes etiamnum extantes emerat, ad eum reuertuntur. A. F.

1 ☞ Studenti filio libri a patre traditi non censentur donati, sed studij gratia concessi.
2 Donatio a patre filio in potestate existenti non valet irreuocabiliter.
3 Dos profectitia per filie mortem ad patrem redire debet.
4 Filiusfamil. bona aduentitia, in quibus pater non habet vsumfructum, potest donare: sicut castrensia. & nu. 6.
5 Dedecet viros mulieribus ornamentis vti.
7 Contributio funeris pro rata parte fieri debet ab ijs qui bona habent a defuncto.
8 Filiusfamil. donare potest inter viuos, non legare.



Ex Themate consultationis mihi tradite parte prouidi viri Frācisci Risoli eliciuntur multa dubia: ad que respondeo breuiter & succincte prout infra. Et primo ad id quod queritur de vestibus lugubribus factis per dictum Franciscum, pro & nomine honeste mulieris Ioanne Risole eius quondā filie naturalis & legitime, & post mortem Nicolai Poral eiusdem Ioanne primi quondam viri: dico & respondeo ꝙ dicte vestes debent dicto Francisco restitui: pro eo quia idem Franciscus non censetur illas donasse dicte Ioanne: sed potius eidem concessisse, vt eis vteretur: prout dici
1 †solet de libris, quos pater emit pro filio studente, vel sibi tradit ad studendum: quia in dubio non censetur illos sibi donare, sed potius concedere ad vsum studij, prout tenent multi in. l. filie cuius. C. familie erciscund. Preterea
2 †super posito ꝙ idem Franciscus censeri deberet donasse dicte Ioanne eius filie vestes predictas: quia tamen dicta Ioanna in ipsius Francisci patria potestate existebat, hoc huiuscemodi donatio non valuisset irreuocabiliter, hoc est quominus potuisset & hodie posset idem Franciscus illam reuocare, per id quod de donato pro alimentis notat Azo in Summa. C. de inoffi. donatio. Bald. & multi scribentes in. l. ij. eod. titu. Quo vero ad vestes communi sumptu dicti Francisci & Bandardi Brissoni secundi mariti dicte Ioāne factas, videtur ꝙ si hincinde ipsi Franciscus & Bandardus pro illis expenderint: debeat ipsi Frācisco satisfieri de & p medietate presentis valoris predictarū vestiū: nisi idem Baudardus potius eligat de parte eū cōcernēte sibi satisfieri, & vestes expedire. Quia nō censetur idē Franciscus pecunia m per eum solutam donasse. Et

Et ubi censeretur, non videretur hoc facere potuisse, cum eadem Joanna in ipsius patria potestate existeret. d.l.ij.C. de inoffic.donat.⁊ l.donationes quas parentes.C.de donationib.inter vir.⁊ uxor. quod etiam voluit Roma. in.l. placet.ff.de acqui.hered. Et supposito ꝙ valuisset: videtur
3 ꝙ † quemadmodum dos per patrem constituta debet soluto matrimonio per mortem filie ad patrem de iure reuerti.l.dos a patre profecta, ⁊ quod ibi docto.C.solu. matrimo.⁊ l.ij.⁊ quod ibi glos.⁊ doct. C.de bon. que liber. ita ⁊ pecunia predicta data vel dari cōuenta pro predictis vestibus tempore contracti matrimonij, utpote que videtur extitisse de appendicibus dotis, propter quod videtur de ea iudicandum ut de dote ipsa, per id quod in simili voluit Pau.de Cast.in.l.cū pater.§.pater filie.ff.de leg.ij.⁊ Alex. de Imo.consi.xxvij.exordiente, Videretur prima consideratione dicendum, ⁊c. ubi volunt ꝙ quemadmodum contra regulam.d.l.ij.C.de inoffi.dona.⁊ l.donationes quas parentes, valet donatio, quam facit pater dotem constituēdo pro filia in ipsius patria potestate existenti.l. Pomponius Philadelphus.ff.famil.ercisc.⁊ quod notant glo. ⁊ docto.in.d.l.ij.C.de inoffi.dona. ita etiam valeat donatio per patrē filie facta de scrinijs ⁊ iocalibus: pro eo quia hec sunt appēdices dotis. Dicamus ergo ꝙ etiam quemadmodum dos soluto matrimonio per mortem filie ad patrem reuerti debet, per ea que supra dixi: ita ⁊ scrinia, iocalia, ⁊ pecunia predicta, utpote dotis appendices. Et hoc videtur rationabile ⁊ equum: ne si secus diceremus parentes retardarentur a munificentia erga liberos: quod multum considerauit.d.l.ij.C.de inoffic.donat. Et licet idem Franciscus duntaxat ⁊ iuxta conuenta soluerit partem pretij, non totum pretium predictorum vestium: idem tamen esse videtur ac si totum pretium soluisset, quoad hoc videlicet ut pars pretij moderni seu presentis valoris sibi restituatur: vel ut alias fiat ut predixi.l.que de tota, ⁊ quod ibi glo.j.ff.de rei vendica.⁊ l.qui scit, in prin.⁊ quod ibi gl. ff.de usur. Si que vero sint vestes muliebres, que eidem Joanne facte extiterint per primum aut secundum viros superius mentionatos, vel etiam pro ea empte: existimo ꝙ vel ille, si erant pretiose seu festiue, ⁊ facte per dictum secundum virum, erant ipsius viri, iuxta ea que notant docto. magis communiter in.l.penult.§.seruus.ff.solut.matri.⁊ Ange. Are.in.§.fuerat, institu.de actio.⁊ alij in locis infinitis: vel si erant alie, utpote quotidiane, vel per primum maritum facte qualescunqꝫ essent ille, potuerunt donari per dictam Joannam dicto eius secundo viro: pro eo quia
4 † licet filiusfamilias aut filiafamilias non possit donare regulariter bona sua aduentitia sine consensu patris.l.fi. §.filij autem.C.famil.ercisc. Hoc tamen fallit in ijs aduentitijs, in quibus pater nō habet usumfructum, ut probatur in.d.§.filij autem, in verbo duntaxat: quod importat affirmationem in contrario casu, cum sit dictio taxatiua, arg.l.ij.§.cum Titio.ff.de alimen.lega.l.si quidem.C. de transactio.l.rationes.C.de proba.⁊ c.cum ecclesia Sutrina, de cau.posses.⁊ propr. nam de illis potest libere filiusfamilias disponere: cum nullum preiudicium resultet patri: sicut possit disponere de castrensi peculio vel quasi, notatur in.l.ij.ff.de donat. in huiusmodi autem vestibus non competebat nec competere poterat usufructus dicto patri: sed usus tantum, iuxta id quod notatur in.l.cum in rem agitur, in fi.prime glo.ff.de rei vendica. qui usus non
5 poterat pertinere ad patrem: quia † vestes huiusmodi sunt ornamenta muliebria: quibus vir non potest uti sine vituperatione ⁊ dedecore.l.vestis.§.vestimenta.ff.de aur.⁊ argen.leg. unde non dicitur habere posse quod sine dedecore habere nō potest, ut ibi notatur in gl.⁊ l.nepos proculo.ff. de verb.sign.⁊ l.filius.ff.de condi.instit. talia enim nō videntur ad alium usum parari, nisi ad usum mulieris.l.argento.§.ornamenta.ff.de auro ⁊ argen.leg. Et ideo vir vel viri donando, videtur voluisse ꝙ ad mulierem tantū pertineret usus predictarū vestiū, ⁊ non ad patrē: ergo ad ipsum Franciscū nō pertinent, auth.excipitur.C.de bo.que libe.⁊ quod not.Pau.de Cast.cōsil.cxxvij.exor. Primo videdū est.

¶ Quo vero ad octuaginta florenos, de quibus in casu: dico imprimis non esse dubium quin quinqꝫ ex illis restitui debeant ⁊ solui dicto Francisco: pro eo quia illi fuerunt de suis constituti. Debent ergo ad eum reuerti.d.l. ij.C.de bo.que libe. Quo vero ad alios septuaginta quinqꝫ maior difficultas: pro eo quia dictus Peral primus maritus partim tempore matrimonij cōtracti inter eum ⁊ dictam Joannā, ⁊ in ipso matrimonio, ⁊ partim in suo ultimo testamento eidem Joanne donauit ⁊ legauit septuaginta quinqꝫ florenos. Et sic cum Joanna illi Peral superuixerit, ipsa fuit eos lucrata.d.l.j.C.de bon. que liber. Propter quod videtur prima facie ꝙ ipsa potuerit de illis disponere, ⁊ illos donare dicto Brissoni eius secundo viro: qꝛ unusquisqꝫ est moderator ⁊ arbiter rei sue. l.in re mandata.C.manda.⁊ l.dudum, cum suis similib.C. de contrahen.emptio.⁊ vendi.⁊ quod notat Bald.in.l.si dotem.C.de fal.cau.adiect.lega.⁊ in.d.l.quod scitis.C.de
6 bon.que libe. Sed † his non obstantibus existimo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ꝙ ipsa Joāna dictos florenos septuaginta quinqꝫ donare nō potuerit. Pro cuius dicti declaratione premitto, ꝙ licet illi fuerint eidem Joanne acquisiti quoad proprietatem: patri tamen quesitus est in ijs usufructus.d.l.j.C.de bo.que libe. iuncta.l.j.⁊.ij.C.de bon. mater.⁊ quod habetur in.l.quecunqꝫ,⁊ l.cum oportet.in princ.C.de bon.que libe. in pecunia enim consistit commoditas, que suo modo usumfructum operatur, seu illi comparatur.l.ij.l.hoc senatus, et.l. quoniam, cum suis similib.ff.de usufruct.earum rerū que usu consum. illos igitur septuaginta quinqꝫ florenos post lucrum de eis factum ante subsequutā dotis constitutionem factam secundo viro, non potuit dicta Joanna alienare, seu alteri donare sine consensu dicti eius patris, dicta.l.fin.§.filij autem.C.de bon.que libe. quod etiam voluit Pau.de Cast.in.d.consil.cxxvij. Et licet illi fuerint postea in dotem constituti: non propterea videtur ꝙ ipsa Joanna potuerit de eisdem disponere, seu illos donare: sed debuerant illi ad patrem reuerti: qui hoc constituerat, dicta.l.ij.C.de bon.que libe. ut sic quemadmodum ipse pater habebat usumfructum seu cōmoditatem dictorum septuaginta quinqꝫ florenorum, ante factam per eum dotis constitutionem: ita ⁊ illam haberet post solutū matrimonium. Et pro hoc optime facit ratio dicte.l.ij. nec scilicet patres alias retardentur a munificentia erga liberos facienda in constituendo in dotem, vel donādo propter nuptias res, in quibus habent usumfructum. Sic igitur videtur ꝙ dicta Joanna illos donare non potuerit. Nec obstat dictum Bald. Quoniam respondeo ꝙ (ut plenius colligitur ex ijs que ipse notat in.dict.l.quod scitis) Bald.loquitur in dote, que ex pacto debuit filiefamilias restitui, vel quam pater stipulatus est eidem filie reddi, vel ipsa de consensu patris. Quod non puto esse in casu: quamuis nō viderim instrumentū. Et sic nos nō sumus in terminis, in quibus loquitur Bald. ¶ Ad id vero ꝙ queritur de decem florenis donatis secundo viro si dicta Joanna premoreretur, respondeo ꝙ illi debentur ipsi viro, post
7 ꝙ superuixit. Ad illud quod † queritur de exequijs seu sumptibus funeralibus, dico ⁊ respondeo ꝙ illi sumptus debuerunt, aut debent fieri de dote. Et quia dictus Baudardus habiturus est de dote huiusmodi florenos decem: dictus vero Franciscus residuum: dico ꝙ dicti pater ⁊ maritus debent contribuere in ijs sumptibus, quilibet, scilicet pro rata, ita ꝙ ille qui plus habet de dote, plus debet contribuere.l.in eum, cum suis similib.ff.de relig.⁊ sumpt. fune. Ad id vero quod queritur de zona legata eius ma-
8 tri, dico ⁊ respondeo, ꝙ licet † prefata Joanna potuerit illam donare donatione inter viuos dicte eius matri: nō tamen potuit eam sibi legare: pro eo quia cum esset filiafamilias, nec testari, nec codicillari potuit.l.qui in potestate. cū suis similib.de testamen. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rubric. De testib. ¶ Epitome. ¶ Consilium.clix.

¶ Testes testamentarij in aliquo conuenientes, in aliquo nō, nec id quidem in quo cōueniunt, satis probant. V. F.

Quidam Pretēsi testes, parte Antonij Borgesij ⁊ cōsortū producti in quadam ciuili causa, quam habent contra ⁊ aduersus honestam mulierem Peronam Borgesie, non probant pretensam testamentariam dispositionem honorabilis quondam viri Antonij Borgesij. Et quidem nō eam que cōtineri dicitur in quodā pretenso publico instrumento dudum (ut pretenditur) sumpto ⁊ recepto per honorabilem quondam virum magistrum Guilielmum Morelli: pro eo quia, ut patet ex tenore dicti pretensi instrumenti ⁊ assertarū depositionū eorundē testium, illi nō deponūt uniformiter, seu cōformiter iuxta cōtēta in dicto pretenso instrumento, non etiam eam dispositione de qua

deponere videntur pro eo quia esto (citra preiudicium veritatis) quod illi omnes conuenirent circa pretensam institutionem, factam (vt pretenditur) de dicto Antonio & consortibus:
1 quia tamen multa † sunt in quibus non conueniunt, quia aliqui plus dicunt & deponunt, quam alij, alij vero aliter & aliter, dicti testes non probant etiam ea in quibus conueniunt, hoc est pretensorum heredum institutionem, per id quod voluit Bald. in. l. cum antiquitas, versic. secundo quero, &c. & per illum text. C. de testa. per quem videtur probari, quod nisi testes probent totum tenorem testamenti, illi nihil probant: quoniam si aliqui plus probent, hoc est de pluri deponant, & alij de minori, aut paucioribus: illi qui minus deponunt non videntur esse testes legitimi, ex quo totum nesciunt, prout requiritur: propter quod non probant etiam illud de quo deponunt: quia non videtur interfuisse toti testamento, ex quo totum nesciunt, prout requiritur, vt illud probent, vt voluit Bald. in. d. l. cum antiquitas, per illum tex. quem ibi sequuntur Pau. de Cast. & Jo. de Monteser. Quamuis Alexan. de Jmol. in. d. l. cum antiquitas, versi. extra glo. tene menti perpetuo, &c. videatur limitasse dictum Bal. & voluisse illud procedere, nisi ex dicto testis appareat quod ipse fuit presens toti testamento: licet dicat se precise non recordari de omnibus: sed quod bene recordatur de institutione vel legato, de qua vel quo est controuersia: quia (vt ipse sentit) testis tunc probaret. Jdem tamen Alex. consi. clxxvij. exord. Uiso themate mihi exhibito, &c. versi. secundo principali fundamento moueor, &c. in secundo vo. ta. commemorans dictum Bald. in. d. l. cum antiquitas, illud sequitur. Refert etiam quod idem voluit Pet. de Anch. c. j. de offi. leg. Hoc dictum Bal. etiam videtur sequi Rom. consi. xcj. exord. Uisis ac percunctatis actis, &c. versi. secundo idem probatur authoritate do. Bald. Benedictus Capra consil. lxxvj. exord. Punctus, Jacobus & Barthelus, &c. versi. quod & secundo deducitur ex alio, quia hec testes non deponunt, &c. Et huic dicto videtur finaliter adherere & illud sequi do. Jason May. in. d. l. cum antiquitas, versic. hinc decidit signanter Bald. hic & nunquam obliuiscaris. Et quamuis iste videatur magnus rigor, & sit dictum mirabile, vt etiam fatetur ipse Bal. non est tamen sine magno fundamento, & habet magnos defensores: a quo non videtur recedendum in consulendo. Supposito igitur quod licet Auenionensis ciuitas sit in terra ecclesie: in ea tamen quoad solennitatem testamentariarum dispositionum seruatur de more non canonica sed ciuilis dispositio: videtur (vt predixi) quod dicta pretensa testamentaria dispositio dicti quondam Antonij Borgesij non probetur per dictos pretensos testes. Que dixerim, &c.

¶ Rubrica, De penis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clx.

¶ Pene pacti de quota litis in aduocatos & procuratores solummodo distringuntur. V. F.

1 ☞ Pena pacti de quota litis quos afficiat.
2 Extensio non fit in penalibus etiam ex identitate rationis.



Viso Jnstrumento quarundam conuentionum seu pactionum celebratarum & initarum per & inter nobilem & honorabilem virum Anton. de sancto Germano ex vna parte, & honestam mulierem Joanetam vxorem Joannis Jamesij ex alia: non puto quod idem nobilis † inciderit in penam
1 introductam contra paciscentes de quota litis. Quia. l. si qui. C. de postulan. l. litem. C. de procur. l. si contra. C. manda. l. sumptus. ff. de pact. l. si remunerandi. §. Maurus. ff. manda. l. j. §. si cui cautum est. ff. de vari. & extraordi. cogni. & alia iura, per que videtur esse prohibitum pacisci de quota litis, loquuntur in aduocato & procuratore: & de his videntur iura predicta intelligere glo. & docto. in dictis locis, & Jnnoc. in. c. ex parte, de aliena. mutan. iudi. cau. fac. dicta igitur iura, vtpote non loquentia in hoc casu, in eo locum non habent. Quia cum in eo cessent verba, cessare debet dictorum iurium dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. iiij. §. toties. ff. de damno infecto. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. & esti. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acqui. heredi. & quod ponit Pau. de Cast. consi. iiij. Roma. consi. cxcix. exord. Presens statuti particula, in princ. consi. ccccxliij. exor. Ut decisionem accipiat, &c. post princ. & consi. cccclxij. exord. Quoad propositam consultationem, &c. ad fin. Nec opponat aliquis, quod imo debeant iura predicta habere locum in hoc casu: pro eo quia in illo videtur esse eadem ratio. Quoniam respondeo quod istud non procedit. Tum quia non est eadem ratio: pro eo quia non sic potest dictus nobilis calumniari circa exercitium litis mote & pendentis indecise inter dictam Joannetam & aduersarios, vtpote qui litem non exercet: sicut aduocatus aut
2 procurator in causa. Tum † & quia in penalibus non fit extensio ex identitate rationis: & hoc pro eo, quia pene sunt odiose, & ideo voluit legislator eas restringi. l. interpretatione. l. sanctio legum. l. hodie, & l. respiciendum. ff. de pen. facit. l. cum quidam. ff. de libe. & posthum. & regula, Odia restringi, cum suis simil. de regulis iuris, in. vj. Que dixerim omnia sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De pign. & hypoth. ¶ Epitome. ¶ Consi. clxj.

¶ Discussio bonorum principalis debitoris fieri debet, antequam contra tertium possessorem hypothecaria agatur. Uasquinus Filiolus.

1 ☞ Hypothecaria actio quam exigat probationem. & numero. 4.
2 Exceptio peruersionis ordinis, vel omisse discussionis, an post admissionem cessionis bonorum fieri possit.
3 Penitere potest qui bonis cessit.



Pro Jnquisitione iuris, quod habere dicitur honorabilis vir Joannes Borgesij barbitonsor ciuis Auenionis, in quadam ciuili causa contra se mota per baiulos eleemosyne Corrigerie, que fit & celebratur in ecclesia domine nostre de Principali Auenionis, premitto aduerti debere ad libellum dictorum baiulorum in causa ipsa oblatum, & qui formatus est in actione hypothecaria, & oblatum non contra tertium possessorem dominum extraneum: sed contra tertium possessorem causam habentem (quamuis onerosam) a principali debitore. Et quamuis prima facie visum fuerit quod ad impugnationem libelli huiusmodi aliquid possit obijci: puto tamen quod ille processerit & procedat de iure. Propositum est enim quod ille Cormaret debitor principalis tempore hypothecationis domus erat dominus vel quasi, & possessor illius. Et fuerunt producta duo instrumenta vnum acquisitionis dicte domus facte per ipsum Cormaret anno domini. M. cccclxxvij. & de mense Januarij: aliud recognitionis per eum facte anno predicto, & de mense Decembris: & aliud alterius recognitionis facte per eundem Cormaret anno domini. M. cccclxxxviij. & de mense Octobris.
1 per † que satis apparet domum predictam fuisse in bonis dicti Cormaret tempore facte aut factarum recognitionum & obligationum dicte domus: quod sufficit in actione hypothecaria: pro quo allegasse sufficiat id quod not. Bart. & post eum alij in. l. rem alienam. ff. de pigno. actio. & moder. signanter Ange. Are. in. §. item seruiana, institu. de actio. ponentes multas remissiones: que videri possunt. Preterea consideraui quod cum ageretur actione hypothecaria, debuerit principalis debitor, seu eius bona discuti priusquam actio hec intentaretur contra dictum Borgesij tertium possessorem. Sed comperio quod non obstante exceptione ordinis parte dicti Borgesij opposita, fuit ordinatum respondere libello: & deinde illi responsum, & processum super
2 dicto libello: & in procedendo † probata est inopia dicti Cormaret per cessionem bonorum, quam fecisse legitur, & ad illam fuisse admissus. Propter quod non video potuisse postea opponi de omissione discussionis, seu peruersione ordinis cause ad causam, per ea que notant docto. in. l. exceptionem. C. de proba. Et sic disputare non expedit, an ad hoc vt possit agi actione hypothecaria contra tertium possessorem opus sit sententia declaratoria, per quam pronuntietur principalem debitorem, seu bona illius sufficienter discussa. Super quo articulo sunt due magne opiniones: quarum quelibet habet potentissimos defensores: ita vt sit difficile partem eligere: quos plene refert do. Jason May. in. l. stipulatio. §. habet. ff. de ope. non. nuntiatio. ad quem remisisse sufficiat. Quamuis attendendum sit quod doctores loquuntur eo casu quo nuntius vel nuntij retulerunt se nulla bona debitoris inuenisse. Sed nos loquimur eo casu, quo

quo per cessionem bonorum factam per ipsum debitorem
3 apparet de eius inopia. Et q̄uis † post cessionem penitere
potuerit.l.ij.C. qui bon.ced.pos.l.is qui bonis,ꝛ.l.quem pe
nitet.ff.de ces.bonor.non est tamen propositum ꝙ ipse hoc
4 fecerit:nec hoc fecisse presumitur. Et sic videt̄ ꝙ pro † ob/
tinenda victoria suffecerit probare debitum ꝛ inopiā debi/
toris,iuxta ea que not.Bal.ꝛ Sal.in.l.si probatū.C.cōmu.
diuid.ꝛ Pau.de Cast.in.l.fin.in prin.ff.si cert.pet. Puto
tamen ꝙ propter reseruationem cessionis non facte discus
sionis processus esset nullus, si posset probari debitorē ha/
buisse bona tēpore cepte litis: que discuti oportuisset, per
id quod ponit Franc.de Are.consil.xcix.exord.Clarissime
doctor respondissem,ꝛc. Preterea reperio oppositum vel
allegatū parte dicti Borgesij, ꝙ per dictas recognitiones
non probatur aduersus hunc Borgesium, ꝙ dominiū do/
mus predicte pertineat eleemosyne: quod verū puto. Hoc
enim notat Spec.in loco allegato,scilicet tit. de emphyt.
§.nunc aliqua,vers.vij.ꝛ plenius Oldr.consil. mihi exord.
Quod attento processu cause vertentis inter nobilē Guil.
ꝛc.quod tamen nō reperio in impressis. Nihil enim de his
recognitionibus ad extraneum possessorem: quia res inter
alios acta.c.dilecto,de preben.ꝛ dignita. cum alijs multis.
Et ideo non puto ꝙ eleemosyna possit cum effectu agere
ad cōmissum, vel petere sibi recognosci tanq̄ dn̄e, ꝛc. Sed
quia pro censu seu pensione annua per ipsum Cormaret re/
cognita idem Cormaret obligauit domū quod facere po/
tuit: puto dictos baiulos agere potuisse: nisi probaretur
illas recognitiones alias fuisse erroneas: prout non presu
muntur:ꝛ maxime cum sint due,que adaugent, ꝛmultum
operantur.per id quod ponit Bart.in.l. cum scimus.C.de
agricol.ꝛ cens. lib.xj.multas remissiones ponit do. Jason
May.in.§.de constituta,instit.de act. Propter que,ꝛ alia
multa que induci possent, dubito de iure p̄dicti Borgesij.
Sed hec pauca ꝛ insulse ꝛ in cursu scripsi dominationi ve/
stre. Post visum enim processum decreueram non scribe/
re:cum non viderē posse opportune defendere hāc causam.

¶Rub. De fide instru. ¶Epitome. ¶Consiliū.clxij.

¶Nota etiā non subscripta : sed subiuncta notis eiusdem notarij subscriptis,fidem facit. V. F.

1 Verba ex vsu loquendi quousq; sumant interpretationem.
2 Verbum hoc,nouus,noua,nouum,est equiuocum.
3 Interpretatio contra se fundantem in verbis fienda.
4 Mens disponentium circunscriptis verbis insequenda.
5 Nota etiam non signata an.ꝛ quando fidem faciat.



Ponitur In facto, ꝙ dudum ho/
norabilis quondam vir
Joannes Chapaysij loci Cristearnaudi
mercator,habēs multas ꝛ varias annuas
pensiones consistentes tam in granis seu
blado, q̄ pecunia,ꝛ in diuersis tēporibus
acquisitas, quasdam quidem communiter ꝛ pro indiuiso
cum alijs emptoribus,ꝛ quasdā sine coemptore,fecit ꝛ con/
didit eius vltimum ꝛ nuncupatiuum testamentum:in quo
inter cetera descripta est de verbo ad verbum sequēs clau/
sula,Item cum dictus testator,ꝛc. Quesitum est que dican/
tur pensiones de antiquo situate, vel de nouo empte, per
eundem Chapaysij. Ad cuius dubij euidentiorē solutio/
nem premitto ꝙ, si appareret de vsu loquendi loci predicti
Cristearnaudi,ꝛ que pēsiones secūdū vsum huiusmodi cen
seātur de antiquo situate, vel de nouo acquisite seu empte:
tunc videretur vsui huiusmodi inherendū ꝛ standū. Quia
1 †cōmunis vsus loquēdi in quacūq; materia semper prefer
tur proprio significato verborum: siue illud propriū signifi
catum eliciatur ex diffinitione,siue ex etymologia,siue iu/
ris authoritate.l.librorū.§.qd̄ tamē Cassius.ff.de leg.iij.l.
cū de lanionis.§.asinā.ff.de fun.instr.ꝛ instr.leg.l. Labeo.
ff.de supel.lega.ꝛ.c.ex literis,de spon.ꝛ quod notat Inno.
in.c. olim,de verbor.signifi. glos.in.c. nōnulli, de rescript.
Bart.in.l.omnes.ff.de iusti.ꝛ iure.Oldr. consil.cxxi. exor.
Ad primam questionem,versic. secundo in expositione vo
cabulorum,ꝛc.ꝛ consil.clxviij.exord. Ad primam questio/
nem qua queritur,ꝛc.versic.ad tertiam questionē,ꝛc. Ant.
de But.consilio exord.Viso puncto ꝛ quesitis,ꝛc. ꝛ alij in
alijs locis. Et si non appareret de isto communi vsu lo/
quēdi dicti loci:ꝛ apparere possit quas ex dictis suis pen/
sionibus idem quondā Chapaysij appellare consueuerat
de antiquo situatas, ꝛ quas de nouo emptas seu acquisi/
tas:tunc adhuc videretur idem, videlicet ꝙ secundum di/
ctum vsum loquendi deberet discerni ꝛ iudicari que fue/
rint de antiquo situate, ꝛ que de nouo empte vel acquisite.
d.l.Labeo. Si vero de hoc nō appareat: tunc dico ꝙ cum
2 verbum†nouum,sit verbum equiuocum, ꝛ pro varietate
materiarum vario modo assumatur, prout colligitur ex
eo quod habetur in.c.j.ꝛ quod ibi gloss.ꝛ Archid.xxxv.q.
viij.c. literis, de consecra.l.j.§.quoties.ff.de public.l. ve/
tus.ff.de vino triti.ꝛ ole.lega.ꝛ quod not.glo.ꝛ doct.in.c.
generali,super verbo de nouo,de elec.in.vi.ꝛ quod habetur
in.l.qui agros.C.de omni agro deserto,lib.xj.ꝛ quod po/
nit Bart.C.de no.ope.nuntia.super rub.prope fi.ꝛ Albe.
in suo dictionario,in verbo nouum:negari nō potest quin
questio predicta fuerit ꝛ sit obscura. Quia quemadmodum
rerum diuersitas obscurum facit legatum.l.ita fidei,prope
fi.ff.de iu.fis.ita ꝛ eius quod multipliciter exponitur veri/
tas ignoratur, vt dicit Boetius,quē refert Bald.in.l.nec
quidquam.§.vbi decretum,in princ.ff.de offi.proconsul.ꝛ
lega.idem voluit Pau.de Castr.consil.cl.exord.In causa
que vertitur inter Petrum Joannis,ꝛc.ꝛ Andre.Barb.
consi.xlij.exord.Viso processu ꝛ testibus hincinde produ/
ctis,versi.secundo considero aliud,ꝛc.in secūda parte. Vi/
detur tamen ꝙ debitoribus dictarum pensionum preten/
dentibus ꝙ pensiones per eos vel eorū predecessores ven/
dite,imposite, vel situate,fuerint de nouo vēdite vel situa/
te:ꝛ propterea volētibus se iuuare, clausula superius men
tionata incumbit onus probandi ꝙ ille fuerint de nouo
empte ꝛ situate. Cum quia hoc est fundamentum eorum
intentionis: ergo per eos probandū est.l.actor.C.de prob.
l.in exceptionibus,in princ.ff.eo.tit.l.si quis.C.de Fabri.
lib.xj.ꝛ quod notant Bart.ꝛ docto.in.l.in illa,cum.l.seq.
ff.de verbo.obliga.Inno.in.c.super ijs,de accusa. Tum†ꝛ 3
quia interpretatio videtur facienda contra eum qui se fun
dat ex contractu.l.stipulatio ista habere licere.§.in stipula
tionibus.ff.de verb.oblig.ꝛ.l.veteribus.ff.de pact.ꝛ quod
notat Alexan.de Jmo.in.l.si pascenda.C.de pact. Andr.
Barba.consil.lxij.in prima parte.Et quidem illud cer/
tum est, ꝙ dictus Chapaysij per verbum de antiquo si/
tuatas,ꝛc.presumi non debet sensisse duntaxat de pensio/
nibus situatis per centum annos ante dictum eius testa/
mentum : cum in predicta clausula, ꝛ quoad hanc partem
de qua loquitur de pensionibus ab antiquo situatis ad/
iecerit,tam per ipsum Chapaysij testatorem, q̄ suos an/
tecessores:ꝛ certum sit ꝙ nulle fuerint per eū acquisite aut
situate per centum annos ante dictū eius testamentum : ꝛ
sic absurdum esset ꝙ illo primo membro clausule premen/
tionate deberet censeri de illis antiquis, hoc est centum
annos tunc excedentibus: que absurditas in intellectu le/
gum,testamentorum, ꝛ omniū dispositionum euitāda est,
4 ꝛ†circunscriptis verbis mens testatoris ꝛ disponentis in/
sequenda est.l.scire oportet.§.sed ꝛ si maxime.ff.de excusa.
tuto.l.iij.§.conditio.ff.de adimen.lega.l.iij.C.de libe.pre/
teri.c.dudum,de preben.in.vj.c.intelligentia, de verbo.si/
gnifi.ꝛ.c. Marchion ꝛ Basilides.j.q.j.Et sic non obstant
predicto Ludouico,nec suffragantur debitoribus dictarū
pensionum notata per doc.in.c.veniens,de testib.ꝛ.c.quid
per nouale,de verbo.signifi.per Inno.in.c.veniens,eo.tit.
ꝛ in alijs locis alij relati per Alex.de Jmo.ꝛ do.Jasonem
in.l.cum aliquis.C.de iur.delibe.quatenus dicunt ꝙ tunc
dicatur illud esse in antiquis,quando excesserunt centum
anni. Quia(vt dixi)non est verisimile ꝙ dictus Chapays/
sij de pensionibus illius temporis senserit, cum loquatur
non solum de situatis seu acquisitis per antecessores suos:
sed etiā per eum. Nisi forte quis dicat, ꝙ illa verba, Tam
per ipsum testatorem,ꝛc.nihil operantur. Sed istud nō est
dicendum : quia non solum vnaqueq; clausula, sed etiam
vnumquodq; verbum a contrahentibus vel disponente
prolatum,debet esse cum potestate operandi, si fieri potest.
l.hac lege.ff.de contraben.emptio.ꝛ vendi.l.si ita stipula/
tus,in prin.ff.de vsur.quod etiam voluit Bald.C.de con/
traben.emptio.ꝛ vendi.in.ix.q.super rubri. Roma.consi.
lxxxij. Andre.Barba.consi.lxj.in prima parte,ꝛ Alex.de
Jmol.consi.cxvij.exord.Visis supranarratis,versi.sed vbi
est perfecta,ꝛc.ibi,probatur quia nedum vnaqueq; clausu/
la,ꝛc.in primo volu.ꝛ consil.clviij.in secundo vol. Et pro/
fecto si non appareat de vsu loquendi,de quo supra:negari
non potest quin casus sit dubius. Et nisi verba dicti legati
in aliquo repugnarent, videretur ꝙ dictus testator volue/
rit facere differentiam inter pensiones fundatas ꝛ consti/

putas priusꝙ illas emeret, ⁊ postea per earũ emptores sibi venditas vel remissas: ⁊ illas quas ipse emit vel acquisiuit a creditoribus, seu pensionariis, qui antea illas percipiebant: sed ab illis qui eas imposuerunt super bonis non suis, ⁊ constituendo illas vendiderunt dicto testatori: ⁊ ꝙ primas appellauerit de antiquo situatas: secunda vero de nouo, ⁊c. Et videtur idem testator occasione huius sue dispositionis sumpsisse ex iis que notat Innoc. in c. in ciuitate, de vsur. Sed verba dispsitionis, seu clausule predicte in aliquo refragantur: ⁊ presertim illa tam per ipsum testatorem, ⁊c. posita in prima parte dicte clausule. Nisi forte diceremus notariũ errasse, quod sepe cõtingit: ⁊ (vt dicit Bal. cons. v. in. ij. parte) imperitia notariorũ destruit mundum, ⁊ conscientias bonorum virorum ponit in magno discrimine. Et cessantibus aliis, si non appareat de alia coniectura, existimo ꝙ vel debitoribus pẽsionũ incumbat onus probandi que dicantur de nouo imposite, vel ꝙ decurrendum sit ad coniecturam spectabilis viri do. Joannis de Garronibus iurium doctoris egregii: que per rationes ⁊ motiua per eum allegata videtur posse defendi. Quo vero ad id qḋ queritur de primo sumpto, quod differre dicitur in clausula predicta a publico instrumento: dico ⁊ respondeo, ꝙ si illud primum sumptum sit prima nota, seu schedula, ⁊ in ꝓtocolo, seu libro primarũ descripta, ac etiã mũda: illi deberet stari, per id quod not. Bar. ⁊ doc. in l. Sempronius. ff. de leg. ij. Alexan. de Imo. ⁊ do. Jason May. in l. si quis ex argentariis. §. pretor ait. ff. de eden. ⁊ Alexan. de
5 Imo. consil. cv. in. ij. volu. Et hoc † intelligo esse verum, si illa nota erat signata, vel inserta in illo libro, vbi erãt note precedentes signate per notarium protocoli, qui dictã notam receperit. Quia hoc sufficeret, per id quod notãt doct. in d. l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de eden. Bald. ⁊ Sal. in l. eo quod a multis. C. si cer. pet. ⁊ alii in aliis locis. Quod plane procederet, si vnus solus notarius fuisset rogatus de receptiõe dicte note. Sed cũ duo fuerint rogati: predicta forte nõ sufficerent, nisi ambo fuissent rogati, nisi ambo fuissent signati, vel nisi quilibet posuisset notam in suo protocolo, ⁊ quilibet reperiretur signatus vel in pede note, vel in precedentibus, per id quod notant Bart. Bal. ⁊ Alexand. de Imo. in d. l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. ⁊ do. Guy. Pap. decis. cxxij. exordien. Instrumẽtum in quo pars, ⁊c. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rubri. De dot. promis. ¶ Epitome. ¶ Consil. clxiij.

¶ Dotem ducentorum florenorũ pupille filie mater administratrix constituit, tam super bonis maternis, ꝙ suis: centum florenos tantum in legitimam bonorum patris filiam imputare debere responsum est. V. F.

1 ☞ Dos quam mater, eademꝙ administratrix, tam de bonis mariti, ꝙ de propriis suis filie constituit, equaliter de bonis vtriusꝙ constituta esse censetur.
2 Dotare filiam paternum officium est: nõ item maternum, nisi in casu paupertatis.
3 Renuntiatio generalis ad legitimam non porrigitur, nisi exprimatur.



Um Philiberto Carbonelli ab intestato vita functo superfuerint tres filii masculi, ⁊ due filie, scilicet Jauneta ⁊ Rixendis, naturales ⁊ legitimi: eidem Philiberto vniuersaliter successerunt dicti tres filii, et hoc ex dispositione statuti Prouincialis: ⁊ prefate Jaumeta ⁊ Rixẽdis in earum legitima. Legitima autem earũ ⁊ cuiuslibet earũdem fuit quinta pars semissis bonorum eiusdem Philiberti, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, auth. de trien. ⁊ semis. §. j. collat. iij. ⁊ trãsumptiue in auth. nouissima. C. de inof. test. in quam imputare debet honesta mulier Joanna Mercerie, filia quondã naturalis ⁊ legitima prefate Jaumete, dotem pro eadẽ Jaumeta per honestam quõdã mulierem do. Bartholomeam ipsius Jaumete matrem cõstitutam, ⁊ quatenus illa cẽseri debet constituta per eandem Bartholomeam de bonis pa-
1 ternis. Puto autem † ꝙ cũ eadem Bartholomea tempore facte constitutionis, ⁊ ante, haberet gubernium ⁊ regimen persone ⁊ bonorũ dicte Jaumete, ⁊ ipsa dotem predictam constituerit non simpliciter: sed tam de bonis paternis dicte Jaumete, ꝙ de bonis sui ipsius constituentis, ⁊ hoc sub presentia dicte Jaumete debuerit dos huiusmodi ꝑ media parte solui de bonis paternis, quasi pro ea parte per ipsam Jaumetam cõstituta, ⁊ pro alia parte de bonis maternis. arg. l. res. §. cum in tabulis. ff. de duob. re. Cui dicto nõ obstat. l. fi. C. de dot. promis. Quia illa loquitur in patre do-
2 tem cõstituente: cuius † officium est dotare filiam. d. l. fin. ⁊ l. qui liberos. ff. de rit. nup. Sed nos loquimur in matre, cuius non est officium dotare filiam, nisi in casu paupertatis. l. mater, cum suis simil. ff. de iure dot. Et cũ, vt predixi, gereret negotia, ⁊ administraret bona. d. Jaumete, ⁊ suorum fratrum: ipsa cẽseri deberet dotem insolidum constituisse de bonis dicte filie: nisi etiam expressisset de suis. Ex premissis infertur ꝙ si centum floreni, qui de bonis paternis, seu pro paternis bonis prefate Jaumete cẽsentur fuisse pro ea in dotem constituti, ascendant ad valorem legitime dicte quõdam Jaumete: dicta Jonna nihil vlterius petere potest. Si vero minus ascẽdant: tunc restat difficultas, an eadem Jonna petere possit supplementum legitime dicte quondam eius matris attẽta quietatione quam eadem Jaumeta fecisse legitur tempore contracti per eam matri-
3 monii. Et omissis multis que dici possent, existimo ꝙ † cum in dicta quietatione non fuerit facta mentio de legitima, possit eadem Joanna petere supplementum. l. si quando. §. ⁊ generaliter, ⁊ quod ibi doc. C. de inof. test. Guil. de Cug. ⁊ alii in l. de iis. ff. de trãsact. ⁊ Fran. de Are. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Et hec quoad bona paterna. ¶ Ceterum quia (vt ponitur in facto) post mortem dicte Jaumete intestati ⁊ sine liberis decesserunt dicti tres filii masculi, superstitibus prefatis domina Bartholomea matre, Rixenda sorore, Jonna nepte ex sorore predefuncta: dico ꝙ hi tres eisdem masculis successerunt, quelibet scilicet pro tertia parte. auth. defuncto. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. ad Tertul. ⁊ auth. vt fratrum filii. §. j. collat. ix. ab hac vero tertia parte non censetur prefata Joanna exclusa propter maternam successionẽ: quia nec ab ea exclusa fuisset eadem Jaumeta si superfuisset tempore mortis dictorũ eius fratrum, per id quod post Old. ponit Albe. in l. si quando. §. illud. C. de de inoff. testa. Ang. cons. lj. circa prin. ⁊ Roma. cons. clxviij. exord. Circa primum quo queritur an renuntiato, ⁊c. Ex quo infertur, ꝙ eidem Joanne obstet propria renuntiatio, de qua infra: ipsa potest petere supplementum legitime dicte quondam eius matris, et tertiam partem bonorum dictorum eius auunculorũ. ¶ Quo vero ad bona dicte Bartholomee dico, ꝙ cum ipsa Bartholomea testata extiterit, ⁊ heredem vniuersalem instituerit dictam Rixendam eius filiam, ⁊ ipsi Joanne legauerit ⁊ iure institutionis reliquerit vigintiquinꝙ florenos vltra ⁊ preter cc. florenos pro ⁊ nomine eiusdem Joanne per candẽ Bartholomeam constitutos: ipsa Joanna petere non potest, etiam si non renuntiasset, nisi legitimã: que est media pars trientis, seu sexta pars bonorum dicte quondam Bartholomee, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa. d. auth. nouissima, ⁊ in corpore vnde sumitur. d. l. Papinianus. §. quarta autẽ. In qua legitima imputari debent dicti. xxv. floreni relicti, ⁊ dos per ipsam Bartholomeam pro ⁊ nomine dicte Joanne de bonis sui ipsius constituentis constituta. l. omnimodo. C. de inoffi. testamen. Hanc autem legitimam non minuũt legata pia per dictam do. Bartholomeã relicta, per id quod voluit Joan. Cald. in tit. de testa. cons. xxxiij. ⁊ do. Jason May. in l. si vnus. C. de testam. de aliis vero est minus dubium. Sed restat dubium, an attenta renuntiatione, quam sub presentia do. iudicis, ⁊ alias obseruata solennitate, quã in talibus requirit statutum Prouincie in donatione excedente decem florenos, fecisse dicitur dicta Joannã, possit eadem Joãna petere supplemẽta dictarum legitimarum, si quid pro eis desit, ⁊ partem successionis sibi delatam per mortẽ dictorũ eius auunculorũ. Sup quo non possum tute ⁊ plene respondere: pro eo quia illa acta nõ vidi. Quorum visione salua existimo, ꝙ cum paternus consensus interuenerit, ac presentia prefati do. iudicis decretũ, ⁊ iudciariam authoritatẽ interponentis, ⁊ iuramentum dicte Joãne cũ pacto de tenẽdo, obseruãdo, attẽdendo, ⁊ nõ cõtraueniẽdo ⁊ cum clausulis opportunis: ipsa repelli debeat: nisi opponeretur de dolo, vel de metu, per ea, que habentur in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. c. cum contingat, de iureiuran. ⁊ c. quamuis pactum, de pact. in. vj. vel nisi forte impugnaretur de enormissima lesione. Quo casu tamen est magna questio, an minor possit petere absolutionem a iuramento, ⁊ deinde agere ad restitutionem: super qua variauerunt

uerunt scribentes, et quidem magne authoritatis et doctrine, vt colligi potest ex iis que scribūt Pet. de Anch. Ant. de But. et Panor. in d.c. cum contingat, Pet. de Anch. in repetitione c. canonum statuta, de consti. Pet. de Anc. et Anto. de Butr. in suis consi. Alex. de Imo. consi. cxxv. in j. vol. et consi. ccxxiiij. in secundo volu. et alij multi varijs in locis. Non insisto super isto articulo, nec descendo ad speciem: pro eo quia non vidi dictam renuntiationem: et sic non putaui fore expediens me vlterius extendere. Que dixerim, etc.

¶ Rubr. Ad leg. falc. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clxiiij.

¶ Falcidia de alijs quartis interdum detrahitur: item et de testamento militis veterani, et quando inuentarium confectum est. V. F.

1 ¶ Spurij filio naturali et legitimo auus an et quādo relinquere aliquid possit.
2 Opiniones doctorum et glo. que potissimum sequende.
3 Trebellianica an de particulari fideicommisso detrahenda, et quid de falcidia.
4 Imputantur in trebellianicam: etiam alienata.

1 Contra Conclusionem illam, † scilicet quod licet pater non possit heredem instituere, vel in suis bonis substituere filium spurium, vel alias regulariter sibi relinquere aut donare: auus tamen paternus potest heredem instituere, vel in suis bonis substituere nepotem naturalem et legitimum ex huiusmodi spurio procreatum, videtur tenuisse Odofre. in l. fin. C. de natura. liber. vbi etiam hoc sequitur Cyn. qui pro hoc allegauerunt, quod non habeamus legem qua caueatur, auum nepotis procreati ex filio spurio hoc facere posse: non ergo hoc dicendum est. l. illam. C. de colla. et auth. de trien. et semis. §. consideremus. coll. iij. istam opinionem etiam videtur sequi Albe. in d. l. fi. dicens quod sicut non potest relinqui filio spurio: ita nec eius filio in ipsius potestate existenti, arg. l. nec inter eas. C. de dona. inter vi. et vxo. l. ex adoptiuo. ff. de adopt. l. queritur. ff. de bo. libe. l. qui contra. ff. de iur. patro. l. qui liberis. §. fin. ff. de vulga. et pupil. substitu. et l. si deportati. ff. de leg. iij. et l. diuo Marco. C. de questio. Et postea, subiungit idem Alb. quosdam distinguere, et forte non male, quod aut auus relinquit vel donat simpliciter nepoti ex spurio: et tunc non valet, per iura predicta: quia tunc contemplatione filij videtur relictum, arg. l. si forte. ff. de castrē. pecu. et l. sed et si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. et pupil. aut tanquam benemerito: et tunc valeat. l. si donatione, et quod ibi glo. C. de colla. Et hanc partem tenuit Rofre. Beneuē. q. xiij. exordien. Examinemus hanc questionem in conuerso casu, etc. vbi determinauit et conclusit auum paternum non posse donare nepoti naturali et legitimo ex filio spurio eo casu quo nulla merita nepotis precessissent: quia eo casu videtur nepoti donari vel relinqui contemplatione patris eiusdemque spurij. Et in hanc opinionem etiam videtur inclinasse Specu. tit. de succes. ab intesta. §. j. versi. quid si habens filium spurium, etc. Nec videtur Joan. And. hanc opinionem ibi improbare, sed potius cum illa transire in duobus locis. Istam opinionem etiam tenuit Roge. relatus per Bart. consil. xxxiij. exord. Oducius habens spurium. Illam etiā sequuti sunt Rayne. et Bald. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. et posth. vbi Bal. versi. vlterius ex glo. que est hic, etc. multa inducit pro hac parte: quam etiam sequutus est Ang. in d. l. Gallus. §. quid si is, et in auth. quib. mo. natural. effici. sui. §. fi. coll. vij. et Panor. in repeti. c. per venerabilem, versi. Quero decimoquarto circa ea, etc. qui fi. sint legi. Sed † testimonio
2 modernorum contraria opinio, cum qua conclusit spectabilis vir dominus primo scribens, est magis communis: et sic non esset tutum ab illa discedere in consulendo, per id quod not. Ostien. Joan. And. et alij in c. j. de constitu. pro quibus est bonus text. in c. nouimus: ibi, opinio a pluribus approbata, et quod ibi Anto. de But. de verbo. signific. c. de inducijs: ibi, in quo plurimi concordant. iij. q. iij. et l. j. ibi, crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. Preterea fundamenta contrarie opinionis videntur esse fortiora et subtiliora: quo casu standum esset illi opinioni, etiam si pauciores eam sequerentur: quod etiam voluit Joan. And. et alij in d. c. j. de constit. pro quo Panor. allegat bonum text. in c. capellanus, in verbo subtiliore ratione, de ferijs, et in l. j. ibi, nō est ex multitudine, etc. C. de vete. iure enucl. quod maxime procedit pro eo, quia ista opinio fuit etiam gl. que licet noue in d. l. fi. cuius est magna authoritas, per id quod notat Jacob. But. in l. j. C. qui pro sua iurisd. iud. da. dariue pos. et sequitur Bald. in l. hereditas. C. de po. et alij in plurimis locis. Propter quod merito secundum dictam opinionē cōclusit do. primo scribens. Cuius propterea sententie adhereo. Nec obstat ei quod superius conclusum est circa detractionem quarte trebellianice quod Bart. Joan. de Imo. et Alexand. de Imo. in l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. et pupil. et Panor. in c. Raynutius, de testa. Bald. in l. filium quem, vers. sed hic quero presupposita opinione cano. C. famil. ercisc. do. Jason May. in auth. res que, ad fi. vers. et tenendo communem sentētiam, etc. C. cōmunia de lega. videntur loqui in filio in certa re vel quantitate instituto, et grauato de restituendo: quem propterea dicunt non posse detrahere trebellianicā: cuiusmodi non fuit magnificus quondam vir do. Raymundus de Agonto, do. Saltus, nouissime vita functus. Quoniā respondeo quod pro cōclusione predicta allegatur bonus tex. in l. cogi. §. et generaliter. ff. ad Trebel. per quē in terminis etiam hoc voluit Ang. Aret. in loco supra allegato, scilicet in suo testameto, in glo. et per fideicommissum, in princip. Etiam nec obstat predicte sententie, quod magnificus quondam vir do. Fulquetus de Agonto penultimus do. Saltus, et qui dicitur eundem quondam do. Raymundū grauasse de restituēdis prefato spurio et liberis masculis eiusdem, castris et bonis latius in libello super hoc cōfecto mētionatis, eundem do. Raymundum grauauerit de restituendis non solum castris et bonis predictis: sed etiam de restituēdis omnibus alijs bonis mobilibus, iuribus, actionibus, et rationibus quibuscunque, quecunque essent, qualiacunque, quantacunque, et in quibuscunque locis et rebus consisterēt, sibi ipsi do. Fuqueto obuentis ex paterna successione: et propterea videatur dictū fideicommissum fuisse † vni-
3 uersale, et consequenter quod de eo potuerit et possit detrahi trebellianica. Quoniam dico quod huic obiectioni poterit responderi, quod cum prefatus do. Fulquetus adiuisset paternam hereditatem, bona paterna et sua erant simul iuncta, et facta vnum patrimonium. d. l. sed et si plures. §. qui filio impuberi. ff. de vulg. et pupil. Et sic bona paterna ceperunt esse pars bonorum eiusdem do. Fulqueti: et quidē nō quota, sed integralis. Propter quod in postea substituendo in bonis huiusmodi non videtur ipse do. Fulquetus in aliquo vniuerso seu quota bonorum, sed in bonis certis substitutus. Sed supposito quod trebellianica deduci seu detrahi non possit: non immerito dubitatur, an detrahi possit falcidia, supposito quod dictus do. Fulquetus in substituēdo in dicts bonis paternis et exhauserit patrimoniū sui ipsius, et dodrantem excesserit: quod et fecisse videtur: pro eo quia (vt supponitur in casu, et supra dictū est) ipse pro trebellianica nihil detrahere poterat de baronia et bonis Saltus et alijs sibi relictis per magnificum quondam virum do. Raymundum de Agonto, quondam do. Saltus: pro eo quia fructus per eum de bonis huiusmodi percepti ascendebant ad valorē trebellianice et vltra, et quos in eam imputare tenebatur. Preterea quouis adueniēte conditione substitutionis sibi facte per dictum do. Agontum de Agonto eius auum paternum potuerit detrahere duas quartas,
4 scilicet legitimam et trebellianicam: in quas quartas † tenebatur sibi imputare duo castra (vt audio) per eundē alienata, iuxta theoricam quam ponit Bartol. et doct. in l. in quartam. ff. ad leg. Falc. et facta detractione quartarum huiusmodi tenebatur totum residuum restituere prefato do. Raymundo eius nepoti substituto, et nouissime vita functo. Propter quod nō solum exhausit dictum eius patrimonium, et dodrantem excessit instituendo: sed etiam substituit in longe pluribus, bonis quam haberet. Propter
5 quod non immerito queritur an supposito † quod (vt predixi) idem do. Raymundus inuentarium confecerit, poterunt domini eius heredes post detractionē vniuersalis fideicommissi eidem do. Raymundo per dictum quōdam do. Agontum de Agonto eius auum paternum relicti detrahere de dictis duabus quartis, falcidiam in bonis predictis. Ad quod videtur respōdendū quod sic, et quod pro ea detrahat quartam partem. l. j. §. secundo capite, versi. [illegible] ita detur legatum. ff. ad leg. Falcid. iuncta. l. j. ff. de legat. j. et l. in imponenda, cum suis simil. C. ad leg. Falcid. Nisi forte quis dicere velit, quod cum dictus quondam do. Fulquetus

fuerit miles armate militie, in testamento ipsius cesset falcidia, et quod propterea ex persona dicti quondam do. Raymundi detrahi non possit per dictos eius do. heredes. l. in testamento. C. de testamen. mili. et l. in testamẽto. C. ad leg. Falcid. Sed istud nõ obstat. Tum quia iura predicta non habent locum in testamento militis veterani, cuiusmodi erat prefatus do. Fulqueti. l. ad veterani. ff. ad leg. Falcid. Tum et quia iura predicta non procedũt, sed sunt correcta, et non procedunt quando inventarium fuit confectum per heredem militis, auth. de hered. et falci. §. quia vero, et quod ibi glos. Jacob. de Bellouis. et Ang. colla. j. Azo in Summa illius tituli. Rayne. in d. l. in quartam. ff. ad leg. Falci. et idem in effectu tenuit Dyn. Rayne. Bartol. et Joan. de Imo. in. l. j. §. hoc autem. ff. ad Trebel. Cyn. post Francisc. Accur. in d. l. in testamẽto. C. ad leg. Falcid. et idem tenent ibi Alberi. Salicet. et Phili. de Corne. Sunt et alij multi tenentes hanc opinionem: quos refert Alexand. de Imo. in d. l. j. §. hoc autem. Et quamuis Angel. tenuerit contrarium in repetitione. l. j. §. hec stipulatio. ff. ad legem Falcid. quem sequitur Raph. in d. §. hoc autem: prima tamen est cõmunis, et cõmuniter ab omnibus approbata: a qua propterea non est in consulendo vel iudicando recedẽdum, per theoricã Ostien. Joan. And. et aliorum in d. c. j. de constit. et quod notant doct. in l. cum prolatis. ff. de re iud. et l. fi. C. de pe. iud. qui ma. iud. Et ita mihi videtur, adherẽdo etiam opinioni et sententie dicti domini primo scribentis, sub correctione cuiuslibet, etc.

¶ Rub. De bon. que liber. ¶ Epitome. ¶ Consil. clxv.

¶ Pater filio donauerat cum translatione dominij: filio mortuo idem pater non solus, sed cum matre et fratribus defuncti filij succedet. A. F.

1 ¶ Donatio a patre filio facta cõtemplatione matrimonij an et quãdo valeat et donatio propter nuptias cẽseatur.
2 Consuetudo generalis ex illicito licitum facit. et num. 4.
3 Donatio ob causam insinuatione non indiget: et quid de iuramento, et de renuntiatione insinuationis.
4 Donata bona per patrẽ filio cõtemplatione matrimonij, an mortuo filio ad patrem redire debeant, et nu. 12.
5 Filia in dote profectitia an et quando heredem habeat: vel filius in donatione propter nuptias.
6 Legitima quanta etiam inter liberos duorum matrimoniorum.
7 Transactio, in qua quis leditur, an extendatur: vel si lesio nulla insit: vel si de ea compromissum postea fiat.
8 Laudum ad arbitrium boni viri an et quãdo peti possit reduci. et seq. et de lesione.
9 Juramentum eandem conditionem habet quam et factum ipsum super quo interponitur.
10 Recursus a laudo arbitrorum quanto tempore impediatur, an decendio, an longissimo.
11 Ratificatio laudi an obstet recursui.
13 Succedunt equaliter auus paternus et maternus nepoti suo.



Ponitur In facto quod dudum fuit matrimoniũ contractum per et inter nobilẽ Jacobũ Simosse, filium naturalẽ et legitimũ nobilis Guil. Simosse ex vna parte, et nobilem Catherinam de Castellana, filiam nobilis Florẽtij de Castellana ex alia: Cuius matrimonij cõtemplatione, et pro oneribus illius supportandis fuerunt eidem nobili Jacobo constituti et assignati in dotem eiusdẽ Catherine mille floreni. Prefatus vero nobilis Guilie. habens matrimonium predictum gratum non diuertendo ad alios actus ibidem et incontinẽti bona fide, omnibus vi, dolo, fraude, et metu cessantibus, per se et suos heredes et quoscunque successores dedit, donauit, cessit, et cõcessit eidem nobili Jacobo eius filio, et in ipsius patria potestate existenti tunc presenti, pro se et suis heredibus et successoribus quibuscũque stipulanti solẽniter et recipienti donatione propter nuptias, mera, pura, simplici, rataque, et irreuocabili, que fit, et fieri dicitur inter viuos, medietatẽ omniũ vniuersorũ et singulorũ bonorũ, rerũ, et iuriũ quorũcunque, mobiliũ, et immobilium, seu mouẽtiũ, et debitorũ tũc presentiũ et futurorũ, vbicũque consistẽtium sibi reseruatis et retentis vsufructu ac totali gubernatione, administratiõe, et regimine eorũdem bonorum, rerum, et iurium per eum donatorum quamdiu idem nobilis Guilielmus vitam duxisset in humanis. Quam donationem et contenta in ea dictus nobilis Guilielmus conuenit, pmisit, et ad sancta Dei euãgelia iurauit tenere, attendere, et obseruare, et contra eam non venire, et alias in forma. Successu vero temporis, et post annum, idem nobilis Guilielmus recolens se fecisse donationẽ superius mẽtionatã dicto Jacobo eius filio, sibique retinuisse vsumfructum et totalem administrationem medietatis predictorum bonorũ et iurium, certis ex causis animũ eius mouentibus dicto Jacobo eius filio tunc presenti, et pro se et suis heredibus et successoribus quibuscunque stipulanti et recipienti, cum licentia et authoritate eiusdem nobilis Guilielmi eius patris relaxauit et remisit omnibus modo, via, iure et forma, quibus melius poterat, vsumfructum et administrationem prementionatos, volens quod ex tunc in antea idem Jacobus de dicto vsufructu et administratione posset et valeret libere vti, frui, et gaudere, et de eisdem facere, disponere, et ordinare ad suam omnimodam voluntatem, prout et quemadmodum ipse nobilis Guilielmus facere, disponere, et ordinare poterat ante donationẽ, remissionem, et relaxationem predictas. Que omnia tenere, attendere et obseruare, et contra ea non venire etiam iurauit, et pro obseruatione obligauit omnia bona sua in forma. Post hec, matrimonio predicto prius consummato per carnis copulam, idem nobilis Jacobus vita functus est et ab humanis decessit, superstitibus et sibi superuiuentibus dicto nobili Guilielmo eius patre, ac nobilibus Jacoba matre, Hugueta, Agneta, et Honorata eius sororibus vtrinque coniunctis, et filiabus naturalibus et legitimis dictorum nobilium Guilielmi et Jacobe. Consequenter vero vita functa est et ab humanis intestata decessit dicta nobilis Jacoba, superstitibus et sibi superuiuentibus prefatis nobilibus Guilielmo marito, ac Hugueta, Agneta, et Honorata filiabus. Post cuius nobilis Jacobe mortem idem nobilis Guilielmus matrimonium contraxit cum nobili Hugueta de Ferrarijs: ex qua suscepit filiũ masculum, et filias: et deinde vita functus est et ab humanis intestatus decessit, superstitibus dictis filio et filia huius secundi matrimonij, ac prefatis nobilibus Agneta et Honorata, ac tribus neptibus seu felezenis ex dicta Hugueta predefuncta. Cui nobili Guilielmo vniuersaliter successit dictus filius masculus dicti secundi matrimonij, iuxta et secundum dispositionẽ statuti Prouincialis. Finaliter supponitur, quod tam tempore facte donationis prementionate, quam mortis dicti quõdam nobilis Guil. bona, iura, et res predicte, scilicet tam donate, quam non donate, valebant viginti sex mille florenis monete tunc currentis. ¶ Quesitum est primo, an donatio predicta de iure valuerit sic, quod dominium bonorum donatorum fuerit pro dimidia parte bonorum huiusmodi translatum in prefatum Jacobum. Secũdo queritur, an supposito quod donatio predicta valuerit, successerint in bonis et rebus donatis non solum dictus nobilis Guilielmus: sed etiam prefate nobiles Jacoba, Hugueta, Agneta, et Honorata. Et veniendo ad primum quesitum, videtur imprimis quod licet donatio predicta non fuerit vera donatio propter nuptias, illa scilicet de qua et cuius natura habetur in §. est et aliud, institu. de donat. l. si constante. l. pen. §. sancimus. l. fi. §. si igitur, et aut. dos data, et multis alijs iuribus illius tituli. C. de dona. propter nupt. et que solet dari mulieri in recompensam dotis, et pro illius securitate, seu pro quasi pignore. d. l. si constante, in prin. et quod ibi docto. maxime Sali. et d. l. fin. §. quare: ibi, quasi antipherna, et de qua habetur in c. nuper, in fi. et quod ibi gloss. et docto. de donat. inter vi. et vxo. Cuius etiam causas post Petrum, Abbatem antiquum, et Jo. And. colligit Panor. in c. fin. de dona. inter virum et vxor. videtur tamen fuisse donatio propter nuptias, hoc est facta contemplatione matrimonij et nuptiarum cõtractarum inter dictos nobiles Jacobum et Catherinam de Castellana Quod ex eo apparet quia incontinenti contracto matrimonio huiusmodi et priusquam ad alios actus diuerteretur dictus nobilis Guilielmus fecit donationem huiusmodi: ipse enim nobilis Guilielmus in donando hoc expressit et sic mens eius clara est, quod ipse donauit contemplatione eius matrimonij et propter ipsum: et hec mens seruanda est postquam de illa constat vt dicit Sali. in l. si donatione. C. de colla. et recurrendum est ad causam donationis et intẽtionem donantis. l. nepos Proculo. ff. de verbo. signific. et l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur.

iuris. Et vbi posset pretendi mens fuisse dubia illa decla- raretur per illa verba, dictus Guil. habés gratum dictum matrimonium donatiōe propter nuptias, ⁊c. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercitoria actione. l. ille aut ille. §. cum in ver bis, ⁊ l. non aliter. ff. de leg. iij. ⁊ l. Labeo. ff. de supel. lega. Pro quo facit quod not. Cyn. in. l. ij. C. de iu. do. Bar. in. l. que dotis. ff. sol. matri. ⁊ in. l. fina. C. de pact. per Alexand. de Imo. consil. xiij. in. j. volu. ⁊ per alios in alijs multis locis, qui volunt ꝙ id quod dici solet donationem in qua fit mentio mortis, censeri esse donationē causa mortis non inter viuos. l. Seia. §. fin. ff. de donat. cau. mort. ⁊ l. Seia, cum ibi not. per glos. ff. de do. preleg. procedit in dubio: se- cus autem quando aliter apparet de mente donantis, vt quia dicit se donare donatione inter viuos. Dicta igitur donatio tanꝗ facta contemplatione matrimonij seu pro- pter matrimoniū ⁊ nuptias: que fortasse alias sequute non extitissent, valuit exemplo donationis propter nuptias proprie dicte: que scilicet fit vxori pro securitate sue dotis, arg. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. ⁊ eo- rum que nota. per glos. ⁊ doct. in. l. ij. C. de inof. donat. non cum fuit simplex donatio: ⁊ ita non obstat. d. l. ij. ⁊ l. dona- tiones quas parentes. C. de donat. inter virum ⁊ vxor. sed, vt iam dixi, fuit donatio propter matrimonium, cui multa debentur. c. si quis acceperit. xxxij. q. j. c. continebatur, de despons. impu. ⁊ c. fi. de re iud. Preterea ad validitatē do- nationis huiusmodi facit generalis cōsuetudo regni Del- phinatus prouincie ⁊ prouinciarum citra montanarū que habet ⁊ vult donationē huiusmodi obseruari, ⁊ secundum quam obseruari solent: pro qua consuetudine allegat do. Ambrosi. de Uina in quodam suo consilio exor. Pridem contractum fuit matrimonium per verba de futuro inter spectabilem Guidonem de Palude, ⁊c. c. cum dilectus, de fide instrumen. c. cum dilecti, de arbitris, ⁊ l. j. C. de emanc. liber. facit quod voluit Oldr. cons. ccvij. exord. Uniuersis
2 presentibus literas inspecturis, ⁊c. dicit ꝙ † generalis cō- suetudo facit licitum quod alias esset illicitū, pro quo alle- gat. l. si in emptione. §. j. ff. de contrahen. empt. ⁊ vend. ⁊ l. venditor. §. si constat. ff. cōmu. predio, ⁊ pro hac parte alias fuit latum arrestum in Delphinali parlamento, prout re- fert do. Gui. Pa. decisionū collector in decisi. cxlv. exord. Fuit enim alia orta questio, vbi multa inducit pro hac par te. Pro hac parte etiam consuluit do. Ambrosi. de Uina. non solum in casu de quo supra, sed etiam in hoc: cōsulue- runt ⁊ multi alij, ⁊ quidē doctissimi viri, qui oēs in hoc con ueniunt ⁊ concordant, ꝙ donatio predicta valuerit. Pre-
3 terea † etiam sentiunt, ꝙ donatio huiusmodi, vtpote non simplex sed ob causam non indiguerit insinuatione, per id quod no. glos. Bar. ⁊ moder. in. l. Attilius Regulus. ff. de donat. facit. l. fin. in princ. C. de iure dot. ⁊ l. si. cum authen. inibi posita. C. de donat. ante nupt. ⁊ quod ponit Oldrad. cons. cxxxix. exord. Ad habendum aliqualem notitiam, ⁊c. in. ix. quesito, ⁊ Joan. And. in addit Spec. tit. de instrum. edit. §. porro, in magna addit. versi. fuit enim alia questio, ⁊c. ⁊ Alber. in. d. l. fin. C. de pact. ⁊ alij in alijs locis. Pre- terea supposito, ꝙ donatio superius mentionata fuisset, non quidem ob causam, sed simplex, prout non fuit: quia ta men in illa interuenit iuramentum dicti nobilis Guiliel. donatoris: illa fuisset iuramento confirmata, ⁊ sic valuis- set non obstante patria potestate, vt voluit Bald. qui pro hoc multa allegat in. l. fin. q. vlt. C. de vsucap. pro donat. in repet. l. ij. vers. ⁊ idem credo quando pater donat filio in po testate ⁊ iurat. ff. de iureiuran. ⁊ consil. ccclxv. exordiente, Premittendū est ad eūdem enim, ⁊c. in tertia parte: Alex. de Imo. in. l. si donatione, vers. vtrum autem donatio, ⁊c. C. de collat. Alexan. de Imo. cons. vij. exord. Uisis ⁊ con siderätis, cons. clvij. exord. Uiso instrumento donationis, ⁊c. in. ij. vol. ⁊ consil. xx. exord. Ponderatis his que in the- mate, ⁊c. versi. preterea virtus iuramēti, ⁊c. in. iij. vol. Fran. de Are. in. l. placet. ff. de acquiren. hered. Roma. in repetit. rubri. de iureiuran. in. iij. q. ⁊ in. d. l. si donatione, post Bal. C. de colla. ⁊ ita est de mente Bart. in. l. Titia, el. ij. §. impe- rator, vers. quero mater vel pater, ⁊c. ff. de legat. ij. Joannes And. in addit. Specu. tit. de testa. §. j. versi. pone filius. vbi dat cōsilium, ꝙ filius emācipetur, vel ꝙ pater iuret. Fran. de Aret. cons. lxxvij. exord. Et ratio scribendi, versic. circa tertium non me extendo multum, ⁊c. ⁊ do. Jason May. in repet. l. frater a fratre, versic. septimo limita singulariter. ff. de cond. ind. ⁊ plenius in lectura, vers. decimo predicta re- gula fallit: ⁊ quia motiua ⁊ rationes huius opinionis ple- ne scribuntur per Alexand. de Jmol. in. d. consil. vij. ⁊

consil. clvij. in secundo volu. ⁊ per do. Jaso. vbi supra pro- xime illas non transcribo Et quanuis Paul. de Cast. consil. cv. exord. Et quidem. alij plenius relati per do. Ja- son. tenuerunt contrarium, quia tamen prima opinio est communis ⁊ fulcita maioribus rationibus non est ab illa in consulendo vel iudicando discedendum. c. nouimus. ibi, opinio a pluribus approbata. ⁊ quod not. Anton. de But. de verbo. signifi. c. de inductijs, ibi, in quo plurimi con cordant. iij. q. iij. ⁊ l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. ⁊ no. Ostien. Jo. And. ⁊ alij in. c. j. de constit. legiste in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. ⁊ in. l. fi. C. de pe. iudi. qui male iudi. Forte vero opponitur ꝙ cum donatio pre- dicta excesserit valorem quingentorum aureorum: illa non valuerit propter defectum insinuationis saltem quate- nus excessit dictum valorem. l. penul. C. de dona. Sed hoc non obstat: quoniam vt puto quanuis non viderim instru mentum donationis predicte ꝙ dictus nobilis Guiliel- mus renuntiauerit dicte insinuationi ⁊ cum iuramento, ⁊ sic non obstante omissione illius valuit donatio. c. cum contingat. de iureiuran. c. ij. eod. tit. in. vj. ⁊ c. quanuis pa- ctum, de pact. eo. lib. per que iura hoc tenuit Jo. Andr. in addi. Specu. titu. de instrumen. edi. §. porro. in magna ad- di. circa fi. ⁊ idem tenet per eadem iura Frede. de Se. consi. cclxxxi. exor. Casus talis est, statuto cauetur ꝙ si transeat donatio, ⁊c. Jo. de Jmol. in sua solenni repetione dicti. c. cum contingat. in decimo membro. versicu. sed dubium est quid iuris si interueniat iuramentum. vbi etiam pro hac parte multa inducit, ⁊ respondet motiuis Bald. qui visus est tenere cōtrarium. in. l. illud. C. de sacrosanc. eccle. ⁊ Sa- lic. qui visus est dubitasse. in. d. l. sancimus. Hanc partem etiam sequutus est Ange. in. d. l. sancimus. §. fin. Bald. in d. c. cum contingat. §. ⁊ cum retro. principum instit. de do- na. Alex. de Jmo. in. l. nemo. qui multos commemorat te- nentes hanc partem. ff. de lega. j. ⁊ pro qua dicit se sepissi- me cōsuluisse quod ⁊ verum est, in. d. consi. xx. in tertia par- te. consi. lxxxij. in secundo volumi. consi. iij. ⁊ consil. xij. in primo volu. ⁊ Fran. de Are. consi. ij. ⁊ in alijs quibusdam. sunt ⁊ alij multi tenentes hanc partem que videtur fulciri fortioribus fundamentis. ⁊ ita est illi adherendum etiam si non esset, prout tamen esse videtur magis communis: per id quod habetur in. l. j. ibi, non ex multitudine. C. de vete. iur enucle. ⁊ quod not. doct. in. d. c. j. de consti. Ex qui- bus respondendo ad primum quesitum concludo ⁊ dico ꝙ donatio predicta fuit valida: ⁊ cū dictus nobilis Gui- lielmus sibi retinuerit vsumfructum partis donate, domi nium ⁊ possessio predictorum bonorum si ⁊ quatenus illa erant penes eum, translata sunt in dictum Jacobum dona- tarium. l. quisquis. C. de donat. iuncta. l. traditionibus. C. de pac. ⁊ quod not. glo. ⁊ doct. in. §. vendite. institu. de rer. diui. glo. ⁊ docto. in. l. possideri. in princ. ff. de acqui. posses. ⁊ in. c. ij. de consuetu. ⁊ quod not. Ange. in. l. j. C. de acquir. posses. Et in hoc scilicet ꝙ donatio huiusmodi valuerit ⁊ ꝙ in vim illius fuerit dominium acquisitum dicto nobili Jacobo etiam tenuerūt dicti do. primo scribentes. ¶ Ad secundum videtur prima facie dicendum ꝙ donatio pre-
4 dicta, seu res donate redierint ad † dictum quondam Gui- lielmum, exemplo eorum que dicuntur de dote profectitia: que moriente filia debet de iure redire ad patrem, non so- lum eo casu quo non supersunt liberi: sed etiam eo casu quo liberi supersunt: quanuis in hoc de consuetudine ali- ter obseruetur. l. dos a patre profect. iunctis not. ibi per glo. ⁊ docto. C. solu. matri. ⁊ quod not. glo. ⁊ doct. in. l. post dotem. ff. solu. matri. Pro hoc etiam facit. l. si liberis. C. de dona. propter nupt. ⁊ l. fi. C. cōmuni. vtriusqꝫ iudi. vbi dos ⁊ donatio propter nuptias equiparantur. multa etiā po- nit do. Jason. in. l. quoniam nouella. C. de inoff. test. in qui bus dos ⁊ donatio propter nuptias equiparātur ⁊ symbo lisant, dicit etiā post Bald. in. l. ij. C. de bo. que libe. ꝙ sicut soluto matrimonio dos dehinc reuertitur ad patrem do- tantem. d. l. dos a patre. ita ⁊ donatio propter nuptias. Cū igitur, vt ponitur in facto, dictus idem nobilis Jacobus ab humanis decesserit superstite ⁊ sibi superuiuente dicto nobili Guilielmo eius patre debuit donatio seu res do- nate ad eum redire. ¶ Sed his non obstantibus dico ⁊ respondeo contrarium: scilicet ꝙ imo nō redierint. Cum qꝫ vt predixi, donatio predicta nō fuit vera ⁊ propria do- natio propter nuptias. ea scilicet que fit ⁊ fieri solet mulie- ri in recompensam dotis, ⁊ pro securitate seu quasi pigno- re illius, de qua loquūtur iura, ⁊ que equiparatur doti, sed fuit alia donatio separata ⁊ diuersa a dicta propria dona

tione propter nuptias q̄uis tamen facta extiterit contēpla
tione matrimonij, ⁊ sic propter nuptias: sed nō est facta ipsi
mulieri, nec prefato Jacobo, vt deinde per eū fieret ei⁹ vxo
ri: ⁊ ita sine dicto non refragatur. l. vt liber. C. de colla. ⁊ ꝙ
talis donatio non fuerit proprie donatio propter nuptias
consuluit Pau. de Cast. in. d. consil. cv. exord. Circa bona
que fuerunt domini Uberti, ⁊c. non videtur satis opportu
ne argui de vno ad alium. l. inter stipulantem. §. sacram.
vers. sed hec dissimilia. ff. de verb. oblig. l. si maritus, el. j. C.
de donat. inter vir. ⁊ vxor. ⁊ vulgata. l. Papinianus exuli,
cum simil. ff. de minor. Quod maxime videtur procedere in
hoc casu pro eo quia alia ratio videtur esse in dote ⁊ dona-
tione propter nuptias proprie dicta: alia vero in donatio-
ne predicta: quia in primo casu pater potest cogi ad dotan-
dum filiam, ⁊ ad donandum nurui pro filio, hoc est ad fa-
ciendum donationem propter nuptias, quia hoc est pater-
num officium. l. fi. C. de dot. promis. ⁊. l. qui liberos. ff. de ri.
nupt. Et quamuis illa iura loquantur in dote, que pro filia
constituitur, idem tamen videtur esse in donatione propter
nuptias que cūstituitur pro filio: quod etiam voluit Bal.
Nouel. in suo tract. de do. in. vj. parte in. xvj. priuiligio: vel
cogitur se obligare pro filio de dote restituenda: prout
not. doct. magis communiter in. l. si constante. §. transgre-
diamur. ff. sol. mat. Secus autem est in secundo casu: quia
pater non tenetur donare filio contemplatione matrimo-
nij, vel propter nuptias ipsius, nec bonis suis aut parte
ipsorū se spoliare in sibi donando. Primum ergo videtur
fieri quodammodo ex necessitate. Secūdum vero ex volū-
tate libera: propter quod non mirum si primo casu volue-
runt iura, ꝙ moriente filia vel filio, dos ⁊ donatio propter
nuptias non ex mera liberalitate procedentes redirent ad
patrem constituentem. Sed ad hoc non videtur posse op-
portune argui ad donationem factam ex mera liberalitate.
Cum etiam quia prefatus quōdam nobilis Guil. dona-
uit eidem Jacobo filio stipulanti pro se ⁊ suis heredibus ⁊
successoribus quibuscunq: propter quod videtur, ꝙ cum,
vt supra dictum est, super primo dubio donatio valuerit, ⁊
per retentionem vsusfructus trāslatum fuerit dominium
⁊ possessio in predictum Jacobum: idem Jacobus postea
moriens, res donatas transmiserit ad suos heredes: exem-
5 plo † eius quod dici solet de dote per patrem pro filio con-
stituta. ⁊ quam idem pater stipulatus est soli filie reddi so-
luto matrimonio: quia tunc postq̄ dos pleno iure est filie,
filia habet in ea heredem, vt voluit Barto. in. l. si cum do-
tem. ff. sol. mat. per. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact.
dot. ⁊ idem voluit Alexand. de Jmola in. l. post dotem. ff.
eod. ti. ⁊ in. l. illam, vers. nisi auus esset expresse vel tacite, ⁊c.
C. de collat. Et idem est quando filia patre presente ⁊ con-
sentiēte stipulata est dotem sibi reddi soluto matrimonio:
vt voluit Paul. de Cast. consi. cxxiiij. exordien. Dubia de
quibus queritur, vers. certe in quantum dicit. ꝙ neptis ha-
bet tanquam heres sue matris. Si ergo filia cui soli pater
stipulatus est dotem sibi reddi, vel que presente ⁊ consen-
tiente patre stipulata est dotem sibi reddi in ea habeat he-
redem: quamuis dos huiusmodi sit profectitia, hoc est a pa
tre profecta, nō video cur in casu, de quo queritur, ⁊ in quo
dicta bonorum pars dimidia expresse donata fuit dona-
tione inter viuos dicto nobili Jacobo, tunc presenti ⁊ sti-
pulanti pro se ⁊ heredibus suis, ⁊ successoribus quibuscūq:
non potuerit idem nobilis Jacobus habere heredem, cum
nihil obstetisse videatur. Et quidem non ꝙ dicta dimidia
pars fuerit profectitia: quia quamuis de profectitijs, quo-
rum remanet dominiū penes patrē, nihil fuerit immutatū:
⁊ sic in eis heredem habere nō possit: secus tamen est in eis
in quibus transfertur dominium, per id quod notat glos.
Bart. ⁊ doct. in auth. de hered. ab intest. §. j. colla. ix. ⁊ quod
superius dixi de dote quam pater soli filie, vel filia sibi ipsi
stipulati sunt reddi: donatio vero de qua supra fuit valida,
⁊ sequuta traditione, que facta est per retentionem vsusfru
ctus, translatum est dominium in dictum Jacobum. Po-
tuit ergo idem Jacobus in ea habere heredem: heredes ve
ro vel proximiores, qui eidem succedere debuerunt, fuerūt
pater, mater, due sorores vtrinq coniuncte, ⁊ nepotes ex
sorore vtrinq coniuncta predefuncta, auth. de heredib. ab
intest. §. consequens, ⁊. §. seq. col. ix. ⁊ trasumptiue in auth.
defuncto. C. ad Tertul. ⁊ auth. vt fratrum filij. §. j. colla. ix.
Ex quibus infertur, ꝙ cum (vt ponitur in facto) bona di-
cti quondam nobilis Guil, valerent viginti sex mille flo-
renis: ⁊ sic dimidia pars valeret tresdecim mille floren. por-
tio cuiuslibet ex predictis patre, matre, ⁊ duab⁹ sororibus

ascendit ad summam duorum millium ⁊ sexcentorum flo-
renorum ⁊ ad tantam summā ascendit portio predictorum
nepotum representātium personā eorum matris. Et cum
deinde postea dicta mater ab humanis intestata decesserit
superstitibus prefatis nobilibus, Honorata, Anneta ⁊ ne
potibus seu felezenus ex predicta Hugueta illi eidem suc
cesserunt dicte videlicet Honorata ⁊ Anneta, ⁊ earū que-
libet pro tertia parte: ⁊ sic in sexcentis sexaginta sex flore-
nis, ⁊ octo grossis vel circa, ⁊ in tanta summa successe-
runt dicti nepotes seu felezeni. Et insuper quāuis ex dis-
positione statuti prouincie filius masculus per dictum no
bilem Guilielmum, ex secunda vxore suseptus eidem vni-
6 uersaliter successerit dicti † tamē filie, ⁊ nepotes seu felezeni
debuerunt habere legitimam: ⁊ cum eidem nobili Guiliel
mo superfuerunt due filie ex primo matrimonio ⁊ nepo-
tes ex filia predefuncta, ⁊ duo filij seu filius, ⁊ filia ex secun
do matrimonio, horum omnium legitima fuit semis seu
dimidia pars bonorum eiusdem quondam Guilielmi
eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, ⁊ fune
ris impensa. auth. de trien. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ transum-
ptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. Papi-
nianus. §. quarta autem. ff. de eod. tit. ⁊ sic cū dimidia pars
per eundem nobilem Guilielmum retenta valeret tresde-
cim mille florenis, ⁊ ipse filio successerit in duobus mille, ⁊
sexcentis florenis, ⁊ sic bona eius valerēt tempore mortis
ipsius quindecim mille, ⁊ sexcentis florenis, dimidia pars
horum quindecim millium, ⁊ sexcentorum florenorum spe
ctauit, ⁊ pertinuit pro legitima dictis eius liberis: que pro
prefatis liberis primi gradus, ⁊ eorum quolibet ascendit
ad summam mille quingentorum, ⁊ sexaginta florenorum:
ad quam summam etiam ascendit legitima predictorum
nepotum ex filia predefuncta: apparet igitur ꝙ supposito
valore bonorum predictorum, ⁊ cumulatis summis su-
perius mētionatis, quelibet ex prefatis nobilibus Anne-
ta, ⁊ Honorata habebat in bonis predictis valorē qua-
tuor millium octingentorum ⁊ viginti sex florenorū, saluo
rectiori calculo. Et tātum habebant liberi dicte quondam
Huguete. Et hoc salua dote dicte nobilis Jacobe, eorun-
dem nobilium Annete, Honorate, ⁊ Huguete matris ⁊
7 auie materne. Ex quibus † infertur ꝙ si transacto olim sci
licet anno Domini M. cccclxxiij. ⁊ die. xxij. mensis Au-
gusti celebrata, ⁊ inita per ⁊ inter nobilem Catherinam de
Forneis relictam dicti quondam nobilis Joannis Si-
mosse nobilis Antonij Simosse eius filij, ⁊ pretensi vni-
uersalis heredis dicti Guilielmi, ex vna parte, ⁊ prefa-
tas nobiles Annetam, ⁊ Honoratam, ⁊ Frācisum Sil-
uani ⁊ alios heredes dicte quondam nobilis Huguete di
ceretur posse extendi, etiam ad donationem superius men
tionatam, ⁊ medietatem bonorum dicto quondam nobili
Jacobo Simosse, per dictum nobilem Guilielmum dona
tā, fuissent ipsi nobiles Anneta, Honorata, ⁊ heredes di-
cte quondam Huguete enormissime circumuenti seu le-
si: pro eo quia pro summa duorum M. clv. florenorum
cuilibet ex dictis Anneta ⁊ Honorata adiudicata remi-
sissent ipse, ⁊ earum quelibet summam quatuor millium
octingentorum, ⁊ vigenti sex florenorum ⁊ heredē fecissent
heredes dicte quondam Huguete: sed non videtur ꝙ di-
cta trāsactio debuerit aut de iure debeat extendi etiam ad
dictam dimidiam bonorum partem donatam dicto Jaco
bo: pro eo quia vt ex proemio seu principio transactionis
huiusmodi illa facta est ⁊ inita de ⁊ super bonis ⁊ heredita
te dicti quondam Guilielmi in quibus prefati nobiles
Anneta Honorata, ⁊ heredes Huguete pretendebant se
debere succedere cum Antonio fratre consanguineo. Di-
cta vero medietas non erat de bonis, ⁊ hereditate dicti no
bilis Guil. nisi quoad quintam partem, pro qua vna cum
Jacoba vxore, ⁊ dictis nobilibus Anneta, ⁊ alijs successe
rat dicto Jacobo filio: quia, vt superius dixi, predicta me-
dietas desierat esse ipsius Guilielmi diu ante mortem do-
nationem superius mentionatam, ⁊ retentionem vsusfru-
ctus: dicta igitur transactio non censetur debere extendi
ad dictā medietatem. l. cum Aquiliana ⁊. l. qui cum tuto-
ribus. ff. de transact. ⁊. l. si de certa. ⁊ quod ibi docto. C. eod.
tit. Cui non obstat si forte opponatur ꝙ in transactione
huiusmodi fuerunt apposite clausule generales quoniā re-
spōdeo ꝙ ille debent restringi ad bona dicti Guiliel. ⁊ cau
sam super quibus transigebatur: quia quietantie ⁊ remis-
siones generales intelliguntur esse relatiue, ⁊ intelligitur
talis esse quietatio qualis intelligatur relatio. d. l. si de cer
ta, ⁊. l. si ex pluribus. ff. de solutionibus, ⁊ vt dicit Bal. in
l. quo

l. quoties. C. familie ercisc. verba generalia indefinite pro-
lata recipiunt intellectum a verbis specialibus. Dicit
etiam idem Bald. in. l. fin. C. de heredi. vel actio. vendit. ꝙ
verba generalia debent generaliter intelligi: nisi distin-
gantur, vel limitentur per speciem, dicta. l. si de certa. mul-
ta pro predictis ponunt scribentes, tam antiqui, ꝙ mo-
derni in dicta. l. si de certa, qui possunt ibi videri: ⁊ maxi-
me domin. Jason May. ⁊ Bart. in. l. Aurelio. §. Caius.
vbi voluit, ꝙ clausula generalis debet referri ad specifica-
ta, si hoc fieri possit, salua ratione recti sermonis. Pro
quo allegat dictam. l. si de certa. ⁊ allegatam. l. si ex pluri-
bus. Quo fit, vt cum dicte pretense clausule generales po-
tuerint, ⁊ possint salua ratione recti sermonis restringi ad
bona, ⁊ causam specificata, non debuerint, aut debeant ex-
tendi ad dictam bonorum medietatem donatam per di-
ctum quondam Guilielmum. Super quo articulo, ⁊ in
hac materia scripserunt alias viri valentissimi: propter
quod concludendo cum eis dico, vt predixi, ꝙ dicta trans-
actio nõ nocet, nec est extẽdenda ad dictam medietatẽ do-
natam. Et ita nõ videbatur obstare dictis nobilibus An-
nete, Honorate, ⁊ heredibus Huguete. Sed cum post
transactionem huiusmodi fuerit factum compromissum
etiam super donatione predicta, ⁊ viribus illius per ⁊ in-
ter dictam tutricem, ⁊ tutorio nomine predicti Antonij ex
vna parte, ⁊ nobiles Annetam Honoratam, ⁊ heredes
predictos, ⁊ deinde latum laudum, seu sententia arbitra-
mentalis, restat maior difficultas, an scilicet laudum, seu
sententia huiusmodi obstet eisdem nobilibus Annete,
Honorate, ⁊ heredibus: ⁊ videtur ꝙ sic, pro eo quia com-
promissum fuit iuratum, ⁊ in illo data facultas donandi
de iure vnius partis alteri parti, ⁊ contra: ⁊ renuntiatum
recursui ad arbitrium boni viri: ⁊ successu temporis ap-
probatum, ⁊ ratificatum laudum, seu arbitramentalis sen-
tentia lata per arbitros, ⁊ arbitratores, ⁊c. que omnia vi-
8 dentur obstare. ¶ Sed † his non obstantibus dico, ꝙ li-
cet Anneta Honorata, ⁊ heredes prefati in compromis-
so per eos facto iurauerint de stando laudo, seu dicto, ⁊
sententie dictorum arbitratorum, Potuerunt nihilomi-
nus petere arbitrium seu laudum per eos latum, reduci
ad arbitrium boni viri, si fuerit, imo quia fuit iniquum:
per id quod notant Innocentius, Ostiensis, Joannes,
Andreas, ⁊ doctores, in capitu. quintauallis, scilicet, In-
nocentius, super verbo, iuramentum, versiculo, nec fa-
cio vim. Ostiensis, vero ⁊ Joãnes, Andreas, super eodem
verbo, versicul. nec est enim vis facienda. de iureiurand.
Specul. titulo, de arbitris. §. j. versiculo, sed pone ꝙ com-
promittens. Bartolus, ⁊ alij in. l. societatem. §. arbitro-
rum. ff. pro socio, ⁊ scribentes, in. l. cum ante. C. de arbitris.
Cuius dicti illa solet ratio assignari: quia conuentioni
seu promissioni de stando laudo arbitratoris, inest taci-
ta conditio, scilicet si arbitrator eque arbitratus extite-
rit. l. si libertus. ff. de operis libertorum, ⁊ dicto capitulo
quintauallis, quod etiam sentit, ⁊ voluit Joannes, An-
dreas, in additio. Speculatoris titu. de arbitris. §. j. ver-
siculo, arbitrator vero, ⁊c. ⁊. §. finali, versicul. quid si com-
promissum in additione exordiente, Clarius sic forma-
tur. Et hanc eandem conditionem habet renuntiatio,
seu conuentio, quam faciunt compromittentes de non
recurrendo ad arbitrium boni viri. argumento. l. quero.
§. inter locatorem. ff. locat. ⁊. l. quidam cum filium. ff. de
verborum obligationib. notat Bartolus, in dicta. l. so-
cietatem. §. arbitrorum. versicul. quero vtrum possit renun
tiari, ⁊c. Ubi igitur aliter succedit, hoc est, quia arbitrator
postea non eque, sed inique laudat, ⁊ partem non modice,
sed immodice, ⁊ in magna quantitate grauat seu ledit,
potest pars sic grauata non obstante conuentione huius-
modi recurrere ad arbitrium boni viri, pro eo quia in re-
nuntiatione non senserat, vt predixi, de magna lesione, ⁊
procedit hoc, vt iam dixi, etiam vbi renuntiatio fuit iura-
9 ta: quia † iuramentum habet in se illam tacitam conditio-
nem, quam factum preambulum. dicto. c. quintauallis. l.
fin. C. de non numera. pecu. l. fin. in principio. ff. ad muni-
cipa. ⁊. l. fin. ff. qui satisdat. cogan. Et iure dicit Oldra. con-
silio. ccxxviij. exordiente, Cum mulier donatrix, ⁊c. quem
commemorauit Bald. in dicta. l. fin. circa principium. C. de
non numerata pecunia, ꝙ iuramentum non auget obli-
gationem: sed ei intra suos limites manenti, addit reli-
gionis vinculum, iuxta. l. Titius. in fin. ff. ad trebellia. ⁊
alijs iuribus, que allegat. ⁊ hinc etiam dicit Francisc. de
Are. in. l. j. §. si quis ita. ff. de verborum obligatio. ꝙ quan-
do in verbis generalibus renuntians non videtur com-
prehendisse ius quod non petit, tunc renuntiatio non ha-
bet locum in hoc iure, ⁊ hoc ex defectu consensus, ⁊ sic suc-
cedit regula, quam ponit Bartol. in. l. si quis pro eo. ver-
sus fin. ff. de fideiussor. ⁊ que probatur in dicta. l. fin. C. de
non numerata pecunia, ⁊ in allegata. l. fina. C. qui satisda.
cogan. scilicet ꝙ quando contractus deficit ratione con-
sensus, tantum importat iuramentum, quantum contra-
ctus simplex, ⁊ non vltra. Hinc etiam notat Bartol. ⁊
docto. in. l. Titia. §. imperator. circa fin. ff. de legat. ij. doct.
in. l. si vn qu. C. de reuocan. donatio. Joannes de Imola,
in capit. fin. versicu. quam iuris, si in casu illius. l. ⁊c. de do-
nationib. ꝙ quia in donatione quam donator non ha-
bens liberos facit extraneos, subintelligitur tacita condi-
tio, scilicet, nisi nascantur sibi liberi: si postea contingat li-
beros nasci, poterit donator contrauenire, etiam si iuras-
set de non contraueniendo, ⁊ hoc non est, nisi propter di-
ctam tacitam conditionem, que propter liberorum nati-
uitatem nunc deficit. Cum igitur dictum laudum fuerit
non solum iniquum, sed valde iniquum, propter enormis-
simam lesionem attentis scilicet validitate donationis
superius mẽtionate, ⁊ valore medietatis donate, in quod
pro maxima parte tam suo, ꝙ hereditario iure dicte no-
bilis Jacobe, matris, ⁊ ante successerant palam infertur,
ꝙ nobiles Anneta, Honorata, ⁊ heredes predicti po-
tuerunt a dicto laudo recurrere ad arbitrium boni viri,
⁊ petere illud retractari, ⁊ rescindi. Nec eis obstabat illa
pretensa facultas dictis arbitratoribus concessa, scilicet,
ꝙ possent de iure vnius partis dare alteri, ⁊ econtra.
Pro quo allegasse sufficiat quod notant docto. in dicto. c.
quintauallis, ⁊ in dicta. l. societatem. §. arbitrorum, ⁊ in
alijs locis superius allegatis, qui ad exclusionem recur-
sus ad arbitrium boni viri videntur presupponere non
sufficere pactum, seu conuentionem, ꝙ arbitrator possit
auferre de iure vnius partis, ⁊ dare alteri: Pro eo quia
in hac conuentione adijciunt hec verba, in paruo, ⁊ in ma-
gna quantitate, quod dictum non fuit in dicto compro-
misso, ⁊ ita non potuerunt, aut de iure debuerunt dicti
arbitratores in magna quantitate ledere dictos nobiles
Annetam, Honoratam, ⁊ heredes: quod tamen fecerunt,
⁊ non solum in magna, sed etiam in maxima, in qua secun-
dum aliquos, vt refert Angel. consilio. cccv. exordien-
te, Florentie ciuitatis statuto, ⁊c. dicitur quis ledi, cum
exceditur dimidia iusti pretij, quamuis idem Angelus,
senserit quem ledi in magna quantitate etiam si illa non
excedat dimidiam iusti pretij. sed siue hoc Angeli di-
ctum, siue precedens sequamur, palam est dictos arbi-
tratores lesisse in maxima parte, imo fere in toto, pro
eo quia declararunt ꝙ in illa dimidia parte donata suc-
cessit solus pater: ⁊ ab ea excluserunt Annetam, Ho-
noratam, ⁊ heredes predictos insuper ⁊ matrem: cuius
hereditas ad eos peruenerat. Quo fit vt in ipsis arbi-
tratoribus presumatur fuisse dolus. l. si superstite. C. de
dolo, ⁊ quod notat Bartolus, in. l. penultima. ff. de pre-
torijs stipulationibus. Romanus, in repetitione rubri-
ce de arbitris, versicu. item an in dubio in arbitratore do-
lus presumatur. Pro quo allegat. l. omnes. §. Lucius. ff.
de his que in fraudem creditorum. Et idem voluit Pa-
normitanus, in dicto capitulo, quintauallis, in vltimo
membro scilicet cum dubitatur de dolo, ⁊c. Paulus de
Castro, consilio. ccxvj. exordiente, Circa primum dubium,
⁊c. versicul. dico igitur ad propositum, ⁊c. ⁊ Bartolus, in
dicta. l. societatem. §. arbitrorum. Quod si ita est, imo quia
ita esse videtur, nulli dubium, quin prefati Anneta, Ho-
norata, ⁊ heredes potuerint recurrere, etiam si longe ple-
nior fuisset concessa facultas dictis arbitratoribus: quia
non propterea censeretur remissus dolus futurus. Pro
quo allegasse sufficiat. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pactis,
⁊ quod voluit Joannes Calderinus in quadam sua di-
sputatione exordiente, Duo litigantes, ⁊ post eum Joan-
nes Andreas, in dicto. §. fin. versicu. item quid si compro-
missum, in additione exordiente, Sic clarius formatur. ⁊
doctores in dicto capitulo, quintauallis, ⁊. §. arbitro-
rum, ⁊ hoc secundum Joannem Andream, in dicta ad-
ditione operatur tacita conditio, que subintelligitur in
compromisso, scilicet, si dolus abiit ab arbitratore, in
quem compromittitur, quem nunc apparet non abfuis-
se, sed affuisse. l. arbitrorum. C. de arbitris. l. ita demum, ⁊. l.

non distinguemus.§.cum quidam.ff.eod.titu.l.si filius.⁊
10 l.si pretor.§.Marcellus.ff.de iudic.Nec† debuerunt, aut
debent nobiles Anneta ⁊ Honorata, ⁊ heredes prefati
excludi ab interpositione dicti recursus per lapsum de-
cendij: Tum quia, vt predixi, laudum predictum fuit nul-
lum, propter dolum arbitratorũ. Tum ⁊ q: a sententia ar-
bitratoris potest recurri ad arbitrium boni viri, ⁊ peti re-
ductio infra triginta annos, vt voluit Cyn.in dicto.§.
arbitrorum.in addit.suis. Bald.in.l.fin.C.de contrahen.
emptio.⁊ vend. Albe.in.d.§.arbitrorum, dicens hanc opi
nionem esse communẽ, ⁊ cõmuniter seruari. quam etiam se-
quitur Pau.de Lyaza.de collegio Mediolanẽsi, in cõsil.
quod incipit, In presenti questione vertitur dubium infra
quantum tempus, ⁊c.illam etiã videtur tenere Anton.de
But.in.d.c.quintauallis.⁊ Lanfran.de Oria.putans hãc
verissimã in suo tract.de arbi.parte vlti.q.xx.q: siue peta-
tur reductio officio iudicis, hoc poterit fieri infra.xxx.an.
q: tantũ durat officium huiusmodi: per id quod no.gl.in.l.
querela.C.de fal.siue petatur per actionẽ: q: etiam illa tan
tum durat.l.j.§.ad hoc.C.de annali.except.⁊.l.ij.C.de non
numera.pecu. Et hãc opinionẽ etiã sequutus est Fran.de
Are.antiquus doctor, prout refert Panor.in.d.c.quinta
uallis. Jo.de Imo.qui etiã illã ibi sequitur, versi.circa ter-
tiũ, infra quantũ tẽpus, ⁊c.⁊ Card. Sic.in suo trac.de arbi.
versi.circa tertiũ, scilicet infra quantũ tempus peti potest,
⁊c.⁊ profecto quãuis sunt, qui aliter senserunt, hec tamen
sententia, seu opinio videtur per insignẽ parlamẽti Pro-
uincie curiam, vtpote curiã supremam, ⁊ equitatis ample-
11 ctanda attenta dicta enormissima lesione. Forte† vero op-
ponetur, ꝙ vnũ restat, ꝙ ijs omnibus refragatur, ⁊ obstat,
⁊ gladium ad arboris radicẽ ponit, scilicet ratificatio lau-
di, seu sentẽtie arbitramentalis superius mẽtionate, ⁊ cõ-
uẽtio, seu promissio iurata de tenẽdo, ⁊ obseruãdo, ⁊c.⁊ de
non contraueniendo. Sed quamuis istud sit satis forte, nõ
tamẽ videtur efficaciter obstitisse, vel obstare dictis nobi-
libus Annete, ⁊ Honorate: pro eo quia ratificatio ⁊ con-
uentio, seu promissio huiusmodi videntur fuisse erronee:
vtpote facte per eas, que iuxta tenorem dicti pretensi lau-
di existimabant, ⁊ putabant se, ⁊ dictã eorum matrem non
debuisse, nec de iure potuisse cũ dicto eorũ patre succedere
in dicta medietate. Et sic nõ videtur nocere.l.tres fratres.
cũ suis simili.ff.de pact. Pro quo facit, quod voluit Bal,
in.l.ij.q.iij.C.de rescindend.vendi.vbi videtur voluisse ꝙ
ad hoc, vt mulier, vel minor.xxv.annis, excludantur a be-
ficio.d.l.ij.opus est, ꝙ certiorẽtur de beneficio eiusdẽ.l. Et
idem videtur voluisse Jo.de Imol.in repeti.c.cũ contin-
gat.in tertio membro, versi.sed aduerte, q: contra istã com
munem opinionem, de iureiur.qui pro hoc dicto multa in-
ducit, que possunt ibi videri. Pro hoc dicto videtur etiam
benefacere.l.fi.§.idẽ quesijt.ff.de condict.indebi.per quem
tex.refert Pau.de Cast.se alias in facti contingentia con
suluisse.refert enim ꝙ cum quidam fratres equaliter diui-
sissent bona paterna, materna, ⁊ fraterna, ⁊ promisissent nõ
venire contra talem diuisionem, ⁊ alter alterum nõ mole-
stare occasione predictorum bonorum, ⁊ successu tempo-
ris apparuisset bona fratris defuncti pertinere tantum ad
alterum ex predictis fratribus, vtpote cui erat vtrinqʒ con
iunctus, alteri vero ex vno tantum latere, ⁊ propterea pre-
tenderet frater vtrinqʒ coniunctus bona nõ debuisse diui
di, sed sibi soli applicari.auth.defuncto, ⁊ in corpore vnde
sumitur.C.ad Tertul.⁊ sic vellet bona repetere, ⁊ venire
contra diuisionem superius mentionatam, non obstante
conuentione, seu promissione de non molestando, ⁊c.di-
cit Pau.de Cast.se consuluisse, ⁊ dixisse, ꝙ illud pactum
de non molestando, vtpote per errorem interpositum, non
preiudicabat ipsi fratri.d.l.fi.§.idẽ quesijt.vbi dicit de hoc
esse casum, ⁊ ita transit ibi do. Jason May.ergo a simili
dicendũ est id ipsum fuisse in casu de quo queritur: dictas
scilicet nobiles Annetam, ⁊ Honoratam, erronee ratificas-
se laudum prementionatũ putantes fortasse se ad idipsum
teneri, vel propter compromissum, ⁊ cõuentionem de qui-
bus supra, vel quasi eque arbitrati extitissent dicti arbi-
tratores, ⁊ eo errore, quo dictum laudum ratificarunt,
censende sunt etiã cõuenisse, promisisse, ⁊ iurasse obseruare
laudum, ⁊ contra ipsum non venire.non ergo obstat con-
uentio seu promissio huiusmodi.d.§.idem quesijt, ⁊ quod
ibi Bart.⁊ docto.error enim multum opponitur consen-
sui.l.si per errorem, cum suis simil.ff.de iurisd.omnium iu-
di.⁊ sic obstante huiuscemodi errore, non videntur cõsen
sisse, ⁊ propterea non obstat iuramentum, quia, vt supra di
ctum est, iuramentum non auget obligationem, sed ei in-
tra suos limites manẽti, addit religionis vinculum. Pro
hoc etiam facit regula superius commemorata, ⁊ quã po-
nit Bar.in.d.l.si quis pro eo, versus fi.ff.de solu.facit etiã
dictum Franc.de Are.in.d.l.j.§.si quis ita.ff.de verbor.
oblig. Et sic cõcludendo in materia videtur mihi sub cor-
rectione cuiuslibet domini melius sentientis, quia istud
non est sine difficultate, ꝙ heredes dictarum nobilium
Annete, ⁊ Honorate, pro quibus sum consultus, possunt
impugnare laudum ⁊ ratificationem superius mentiona-
12 tas. Forte vero† aduersus predicta opponetur de eo, quod
not.Bart.in.d.l.post dotem.in finalib.verbis, ⁊ quod ibi
Joan.de Imo.etiam in fi.verbis.ff.solu.matri.vbi volue-
runt, ꝙ si filia cui pater dotem profectitiam reddi stipula-
tus est, decedat sine liberis, tunc per authent.defuncto.C.
ad Tertul.non succedent filie parentes, ⁊ fratres, sed pre-
feretur pater, per text.l.quod scitis.C.de bo.que libe.idem
fuit de mente Barto.in authen.itaqʒ.C.communi.de suc-
cessionib.vbi dicit ꝙ in omnibus bonis prouẽtis a patre,
vel a linea paterna, prefertur pater omnibus in successio-
ne abintestato. Sed istud non videtur obstare. Tum quia
Bart.⁊ sequaces loquuntur in casu, in quo pater stipula-
tus est dotem reddi filie: nihil tamen adiecto de heredibus
eiusdem filie. Sed hic loquimur in casu, in quo facta est do
natio filio stipulanti, non solum pro se, sed etiam pro here-
dibus, ⁊ successoribus suis quibuscunqʒ: quo casu videtur
ꝙ dictum Barto.non procedat, ⁊ ꝙ tunc si filie supersint
filij, illi eidem succedant patre excluso, authen.defuncto.
C.ad Tertul. Quodqʒ si eidem filie non supersint filij, sed
forte pater, mater, ⁊ fratres vtrinqʒ coniuncti, tunc ad do-
tem profectitiam non vocetur pater, per regulam de qua
in.l.dos a patre profecta.C.solut.matri.sed tanq̃ heres fi-
lie vna cum matre, ⁊ fratribus. Et hoc per dictam auth.
defuncto. Cuius dicti illa videtur ratio, quia pater stipu-
lando dotem reddi filie, ⁊ heredibus eius, videtur voluis-
se sibi ipsi patri preiudicare in fauore, ⁊ beneficio sibi a iure
indulto in dote profectitia, quod est, vt mortua filiafami-
lias in matrimonio dos reconsolidetur, ⁊ reuertatur ad
patrem, in solatium filie amisse.l.iure succursum.ff.de iure
do.⁊ videtur pater ita stipulando, voluisse ꝙ tale pactum
non esset mere personale, sed reale, ⁊ sic transitorium ad he
redes, vt sic stemus regule, de qua in.l.si pactum.ff.de pro-
ba.⁊ in.l.iurisgentium.§.pactorum.ff.de pact. Et ideo ve-
niunt alij heredes filie, non ex eo, ꝙ pater potuerit eis sti-
pulari, sed ex eo, quia secundum formam dicti pacti, appa-
ret ipsum fuisse reale, ⁊ non personale. Debent igitur in
dote sic stipulata succedere non solum pater, sed etiam alij
heredes dicte filie: vt verbi gratia, mater, fratres ⁊ sorores
defuncte filie, si supersint, quod etiam videtur voluisse,
Bald.de Ubal.in suo tracta.de iu.do.in.xij.parte.versicu.
tamen distingui potest, ꝙ aut pater, ⁊c.⁊ versicul.⁊ hoc nisi
fuisset adiectum dotem reddi filie, ⁊ eius heredibus: vbi
etiam ponit aliam rationem, scilicet ꝙ quia indefinita lo-
cutio per quam pater stipulatur dotem reddi filie, ⁊ heredi
bus, equipollet vniuersali.l.si pluribus.ff.de lega.ij.⁊.c.
quia circa.de priuile.videtur pater voluisse, ꝙ quoscunqʒ
heredes esset filia habitura siue ex testamento, siue abinte-
stato, illi succederent in dicta dote, siue pater superesset
tempore mortis filie sue, siue non. quod si procedat eo casu,
quo pater indefinite stipulat⁹ est, vt premisi, multofortius
procederet, vbi pater fuisset stipulatus dotem reddi filie, ⁊
suis heredibus, ⁊ successoribus quibuscunqʒ: quia sic esset
expresse vniuersaliter stipulatus: ⁊ esset quod sibi deberet
imputare, debuit enim aduertere, nedum effuso sermone
loquitur, in promptum incidat sui periculum.l.fi.ad.fi.C.
de dot.promis. Et si hoc procedat in dicto casu, multofor-
tius, vel saltem non minus deberet procedere in casu no-
stro, in quo facta est donatio per patrem filio stipulãti pro
se ⁊ heredibus suis, ⁊ successoribus quibuscunqʒ. Tum
etiam non obstat dictum Barto.pro eo, quia illud non vi
detur procedere: Pretendit enim Bart.illud dictum eius
probari per dictam.l.quod scitis.§.sinautem.C.de bo.que
libe.vbi voluit ꝙ in illis, que ad nepotem peruenerunt ex
materna successione, auus maternus preferatur auo pa-
terno, ⁊ contra: ꝙ in his, que a patre, vel linea paterna per-
uenerunt ad nepotem, debeat auo materno preferri auus
paternus, vt voluit idem Bartol.in dicta authent.ita-
que.C.communi.de succes. Sed illud dictum Bartol.im-
pugnant Bald.Salic.⁊ Fulgo.in dicta authent.defun-
cto.C.ad Tertullia.⁊ Philip.de Corne.in dicta.l.quod
scitis

satis.§.sinautem.vbi clarissime ostendit sententiam Bar. stare non posse, & alias rationes omittam quia ibi videri possunt: referam duntaxat vnam. supponit enim Bart. in sua lectura, quod per mortem viri filiifamilias, eius vxor etiã filiafamilias, lucrata extiterit donationẽ propter nuptias: quam deinde moriens, transmisit ad filium, sui ipsius nepotem duorum annorum superstitem, & dicit Bar. quod moriẽte isto nepote defertur hoc lucrum quoad proprietatem ad auum maternum, excluso quoad eam auo paterno. Cui tamen, secundum eum, reseruatur vsusfructus huius lu-
13 cri, sed† istud stare non potest: quia tempore acquisitionis dicti lucri facte per matrem huius nepotes, filiamfamilias, fuit vsusfructus acquisitus suo patri, & sic auo materno huius nepotis.l.ij.circa.fi.C.de bo.que libe.& quod no. glo.& docto.in.l.j.eod.tit.non ergo potest seruari vsusfructus ipsi auo paterno, quem non habet, rationẽ etiam euidentem ad impugnationem lecture Barto. inducit Fulg. & quam refert Phil. de Corne. vbi supra. que potest ibi videri & consuluit Fulgo. quod & auus paternus, & auus maternus simul succedant. auth. defuncto, & in corpore vnde sumitur, cum non appareat dispositio illorum text. limitata, & hec fuit opinio Dy. quam posuit in dicta auth. it&c. & sequitur Cyn. in.l.fin. C.de communi.de succes. quam etiam tenent Reyne.& Bald. secundum Fulgo. qui eam dicit intrepide tenendam, ita sepissime consuluisse. Illam etiam sequitur Phil. de Corne. in.d.§.sinautem. dicens, quod etiam illam videtur sequi eius preceptor in dicto.§.sinautẽ, & se ita vidisse consultum Perusii, & se fuisse sequutum consilium. Possunt & alia multa induci, & allegari pro hac parte, scilicet quod in dicta bonorum medietate donata, successerunt non solum pater donator, sed etiam mater & sorores, & quod ille.§.sinautem, & opinio Barto. in nullo refragentur, insuper & quod nec obsit dictum Bald. in dicto.§. sinautem, quatenus visus est sequi opinionem Bartol. in liberis mihi mentionatis: cuiusmodi non est donatio de qua supra, sed quia premissa videntur sufficere, insuper & vt euitem excessiuam, seu nimiam prolixitatem, pro nunc supersedeo alias authore domino, si oportuerit plenius dicturus.

¶ Rubr. De testam. ¶ Epitome. ¶ Consilium.clxvj.

¶ Mater filium & suos instituit: filius hereditatem adiuit: sui impedire non possunt quin institutus de his bonis disponat, & vxori secunde donet quantum ius patitur. Vasquinus Filiolus.


IN Casu mihi exhibito parte probi viri Francisci monachi, elicitur dubium, cui respondeo breuiter, & succincte, prout infra: pro cuius solutione premito, quod licet honesta quondã mulier Faucheta de Cadarossia in suo vltimo testamento heredem vniuersalem instituerit Petrum monachi eius filium naturalem & legitimum, & suos, quia tamen post mortẽ eiusdem Fauchete prefatus Petrus eius filius adiuit hereditatem ipsius Fauchete, eius matris, nihil potuit aut potest Franciscus Petri filius petere in bonis prefate Fauchete, in vim pretense institutionis, vel substitutionis, facte, per illud verbum, & suos. Pro quo allegasse sufficiat, id quod not. glo. Barto. & clarius Alexand. de Imol. in.l. Gallus.§.quidã recte.ff.de liber.& posthum. igitur omnia bona dicte Fauchete peruenire debuerũt ad dictum Petrum: qui cum non haberet, nisi vnum filium, potuit dimidiam illorum partem donare, vel relinquere Claudie eius secũde vxori, & nouerce dicti Francisci, & aliam dimidiam partem eidem Francisco.l.hac edictali.C.de secund.nup. & auth. de nup.§.optime.colla.iiij. Et per hec patet responsio ad dictum quesitum, scilicet quod prefata Claudia debet habere mediam partem, tam bonorum acquisitorum, quam bonorum, que quondam fuerunt dicte Fauchete, eorũdem Petri & Francisci quondam auie, & matris. Et hoc quoad bona mobilia & immobilia. Quo vero ad iura & actiones, seu credita dicti quondam Petri, si que erant, vellem intelligere quanta erant & an excedebant in valore vnciam quam eidem Francisco legauit & reliquit dictus Petrus eius pater.

¶ Rubri. De testa. ¶ Epitome. ¶ Consilium.clxvij.

¶ Pestis tempore hoc testamentum coram tribus testibus rogatis, & muliere factum valeret. Filie mee centum in dotem constituo. A. F.

1 ¶ Verbum hoc, in dotem filie cẽtum constituo, an importet institutionem, & an directum sit.
2 Testari potest iure militari qui in ipso actu belli est, licet miles non sit.
Prescriptio belli & pestis tempore non currit.
3 Mulier an & quando testis idonea sit, & quid de seruo.


VIso Instrumento publicationis testamenti quod dudum scilicet anno domini M.cccccij. & die prima mẽsis Augusti, fecisse legitur probus quondam vir, Honoratus Delphini, ciuis Tholonensis, & in quo sub presentia trium testium masculorum & vnius mulieris heredem vniuersalem instituisse legitur Stephanũ Delphini eius fratrẽ, & Honorate sui ipsius Honorati filie naturali & legitime, cõstituisse pro dote, & parte legitime florenos cẽtũ & quinquaginta. Videtur prima facie quod testamentum huiusmodi fuerit, & sit nullum, etiam si illud fuisset opportune, hoc est parte vocata, publicatum. Et hoc duabus de causis: prima, quia in testamento huiusmodi nihil videtur fuisse relictum prefate Honorate titulo, seu iure institutionis: quod tamẽ fieri debuit, auth. vt cum de appellatione cogno.§.aliud quoque capitulum, iuncto.§.ceterũ.colla.viij. secundũ communem opinionẽ scribentium in auth. nouissima.C.de inoff.testa. quod etiã voluit gl.in.§.cum autẽ, & quod ibi Ang. Are. & glo.in.§.igitur.super verbo, legati.instit.de inoffic.testa. Bald.& Sali.in.l.fi.C.famil.erciscun. Bal.in.c.si pater, de testa.in.vi.vbi etiam fatetur glo. istam sententiã esse tutiorẽ, idẽ tenuit Jo. de Imo.in.c. Raynutius, vbi etiã And. Barba.de testa. Alex. de Imo.in.l.inter cetera.ff.de liber.& posthu. Phil. de Fran. in repet. dicti.c.si pater.versi.circa primũ Osthien.& Abba.&c. vbi multos refert. Nec videtur, quod testamentũ predictum ex eo possit defendi, quod in eo pro dote, & parte legitime fuerint predicte Honorate constituti.cl. floreni, & quidem nõ, quatenus fuerunt pro dote constituti: pro eo quia licet dos sit nomen vniuersale, non est tamen quota hereditatis testatoris: sed potius certa
1 pars bonorum, & sic non videtur, quod verbũ constituo, †adiectũ dicte quãtitati.cl. florenorũ, trahi debeat ad titulum institutionis, etiã si supponeremus quod verbũ, cõstituo, idẽ importaret quod verbũ assigno, & verbũ relinquo: quia dici solet, quod verbũ commune adiectum rei certe, aut quantitati, nõ trahitur ad directam, vt not. Bar. & doct. in.l. cẽturio. ff.de vulg.& pupil.& multi doct.in.l.his verbis.ff.de heredi.institu. ad quod facit quod not. glo.in.l.non amplius.§. cum bonorũ.ff.de leg.j. Jo. de Imo.in.c. Raynutius, versi. dicit hic do. Anto. de testa.& Phil. de Fran.in.d.c.si pater, versi. octauo queritur, quid si pater, pro quo secundum eũ facit text.in.l. virilis portio.§.non solum.&.l.sed & si pro dote.ff.de leg.prestã. vbi fit differẽtia, an sit factũ vxori relictũ, pro dote, an vero sit vxor ipsa in dote heres instituta, & sic secundũ eũ videtur probari, quod relictũ pro dote, nõ importet heredis institutionẽ, cũ inter hec fiat differentia. Non etiã videtur ex eo posse testamentũ huiusmodi defendi, quia in eo dictũ sit, pro parte legitime cõstituit idẽ Honoratus prefate Honorate, eius filie, flor.cl. pro eo quia nõ sufficit ad testamenti validitatẽ relinquere filiis legitimã, sed opus est, quod illa relinquatur iure institutionis.d.§. aliud quoque capitulũ, vbi videtur esse text. expressus quod nõ sufficiat relinquere filio legitimã titulo legati, vel fideicõmissi, aut per aliũ quencunque modum, nisi iure institutionis: & si aliter fiat, filius dicitur preteritus, & non valet testamentũ.d.§.aliud quoque capitulum, iuncto.§.ceterum, & quod non sufficiat relinquere legitimam, nisi hoc fiat iure institutionis, tenuit Sal.in.d.l.fi.C.famil.ercisc.& auth. vnde & si parens.C.de inoff.testa. Jo. de Imo.in.l.j.§.si ex fundo. vers. & per predicta videtur.ff.de hered.instit.& Phil. de Fran. in.d.c.si pater, versic. tertio queritur, quid si pater relinquit filio suam legitimam. Ex quibus omnibus videtur quod predicta Honorata, vtpote, nec opportune, vel legitime exheredata, nec instituta dici debeat preterita: & quod propterea testamentum predictũ fuerit, & sit ex hoc capite nullum. ¶ Sed iis non obstantibus, dico & respondeo cõtrarium, quod imo ex hoc capite nõ possit dici nullum: & hoc, pro eo quia verbum, constituit, in articulo, seu clausula dicti

relicti positum, est verbum directum. l. precibus. versicu. si vero, ⁊c. C. de impub. ⁊ alijs substi. quod etiam per illam. l. voluit Bald. in. l. humanitatis, versic. tertio principaliter est videndū quibus verbis, ⁊c. C. eod. tit. ⁊ post eum Phil. de Fran. in. d. c. si pater. in materia verbo. dictorū, versi. decimoquarto est verbū cōstituo. Et per hec patet responsio ad predicta: q2 fateor, ꝙ filio debuit aliquid relinqui iure institutionis. Sed nego, ꝙ hoc non fuerit factum in hoc casu: qua imo fuit factum, ⁊ quidem, vt dixi, per verbum directum: ꝙ licet adijciatur certe quantitati, potest tamen trahi ad directam institutionem. dicta. l. j. §. si ex fundo. ff. de heredi. institu. Et sic dicta prima ratio non obstat. Secunda vero ratio propter quam testamentum predictum videtur fuisse nullum, est, pro eo quia in eo non interfuerunt septem testes, qui regulariter requiruntur ad validitatem testamenti. l. ij. C. de bono. possess. secundum tabu. l. hac consultissima. in princip. ⁊ §. per nuncupationem. ⁊ l. si vnus, cum suis simili. C. de testa. ⁊ debent testes huiusmodi esse masculi. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. ⁊ §. testes. institut. eod. titul. nec videtur ꝙ propterea debeat minor testium numerus tolerari: quia tempore testamenti vigebat pestis in ciuitate Tholoni. per id quod habetur in. l. conficiuntur. §. codicilli. quam ad hoc ibi ponderat Ang. ff. de iure codicil. idem tenet Fulgo. ⁊ Pau. de Cast. in. l. fi. C. de testa. que requirit non solum difficultatem habendi testes, sed etiam ꝙ testator sit rusticanus, ⁊ ita etiam videtur fuisse de mente Bartol. in. l. j. ff. de bono. possess. ex testamen. mili. hoc etiam tenet Rom. in authen. similiter. C. ad leg. fal. Alexan. de Imol. in. l. fi. C. de testa. qui etiam pro hac parte consuluit, consi. lxx. exordiente, Viso consilio alias per me condito, ⁊c. versicul. nec etiam obstat, ⁊c. ⁊ consil. clxxvij. exordiente, Viso themate mihi exhibito, ⁊c. versic. preterea communiter tenetur, ⁊c. in secundo volu. Sed contrariam opinionem tenuit. Bald. in. d. l. fin. C. de testa. sentiens, ꝙ imo propter pestem vigentem tempore testamenti, valeat testamentum cum minori testium numero. Et hoc propter necessitatem: quia scilicet eo tempore difficillimum est habere testes. Et pro hoc bene facit. d. l. fi. que se fundat super necessitate, hoc est super eo, ꝙ non possunt haberi plures testes. Cum igitur in casu, de quo queritur fuerit, ⁊ sic hec eadem ratio, videtur esse idē ius. l. illud. ff. ad leg. Aqui. Et pro hac opinione Bald. facit. l. fi. ff. de testamen. mili. ⁊ d. l. j. ff. de bono. possess. ex testamen.
2 mili. vbi probatur, † ꝙ existens in actu guerre etiam si non sit miles, potest testari cum minore testium numero. ergo idem erit tempore pestis: pro eo q2 pestis videtur posse dici guerra Dei altissimi, aduersus homines, ⁊ tēpus guerre vigentis inter homines, ⁊ tempus mortalitatis, seu pestis, equiparantur: nam sicut primo tempore non currit prescriptio, ita nec secundo. pro quibus allegasse sufficiat quod not. Barto. in. l. naturaliter. ff. de vsucapio. ⁊ cano. in. c. ex transmiss. de prescrip. ⁊ Bartol. in. d. l. j. ff. si tabu. testa. mili. nulle exta. ⁊ Andre. Barbat. in repetit. c. Raynaldus, versicul. modo relati sunt scribentes, ⁊c. ibi, ⁊ ego cum familia mea in vmbrosis vallibus, ⁊c. de testam. Pro sententia Bald. etiam facit illud quod voluit Ang. in repeti. l. si vacantia. C. de bonis vacantib. lib. x. vbi determinat, ꝙ si sit statutum in ciuitate ꝙ testamentum fieri non possit, nisi illud scribatur per notarium matriculatum, ꝙ si tempore pestis non reperiatur aliquis notarius matriculatus, poterit testamentum per notarium non matriculatum scribi, Et hanc opinionem Bald. sequutus est Rapha. Cuman. in. d. l. conficiuntur. §. codicilli. dicens, ꝙ ista est equior, ⁊ humanior sententia, Eam etiam multum late tenet Flori. de sancto Pet. in. l. milites, per illū text. C. de testamen. mili. quia sicut in milite in conflictu belli testante, remittitur solennitas, ita ⁊ in testante tempore pestis: cum eo tempore plures haberi nō possint. Istam eandem opinionem tenet Alex. de Imo. in. l. scriniarios. per gloss. ibi positam. C. de testamen. mili. vbi adhuc plus tenet, ꝙ etiam tempore pestis valeat testamentum cum duobus testibus: prout etiam est de mente Flori. in. d. l. milites. quod fortius videtur procedere in casu nostro; in quo nō solum interfuerunt duo testes, sed quatuor: tres scilicet masculi,
3 ⁊ vna femina. Et † quamuis mulier non sit regulariter testis idonea in testamentis, hoc tamen videtur fallere, eo casu, quo mares haberi non possunt: ⁊ sic in subsidium, prout videmus in criminibus capitalibus, in quibus licet mulieres nō admittātur in testes. cap. forus. ad fi. de verb. signi. ⁊ c. mulierem. xxxiij. quest. ij. hoc tamen fallit, quando per mares probari non potest: secundum Ioan. And. in addi. Spec. titu. de teste. §. j. in addi. que incipit, fertur Iacob. de Are. Et idem voluit Alexan. Imol. consi. xxiiij. exordien. Anima diuersis ijs, que tam per testes, ⁊c. versi. nec obstat, ꝙ ista sit mulier, ⁊c. in secundo volu. Pro quo facit, secundum eum. l. ob causam. ff. de testi. ⁊ l. consensu. §. seruus. C. de repudi. vbi licet seruus non sit testis idoneus. l. quoniam liberi. C. de testi. ⁊ l. qui testamento. §. seruus. ff. de testamen. hoc tamen fallit, eo casu, quo probatio aliter haberi non potest, seu vbi est difficilis. Ergo videtur ꝙ cum testamentum, de quo supra, fuerit conditum tempore pestis, ⁊ vt audio, extra ciuitatem, ⁊ fuerint septem testes masculi rogati, vt testamento huiusmodi interessent, ⁊ haberi nō potuerint, nisi tres, valere debuerit, ⁊ debeat predictum testamentum. Et ꝙ propter pestem valeat testamentum, tempore illius conditum cum minori testium numero, tenet do. Iason May. in dictā. l. fi. versicul. quid tenendum. C. de testam. vbi dicit, ꝙ licet passus sit valde ambiguus, tamen magna equitate nititur prima opinio Bald. ⁊ ꝙ si casus contingeret, consuleret pro ea, quando tempus pestis esset tale, ꝙ multi testes propter ingens periculum haberi non possunt. Et pro hac parte inducit domin. Iason quinque bona fundamēta, que ibi videri possunt. Et quanuis dom. Iason videatur loqui in terminis Bald. scilicet, quando saltem interfuerunt quinque testes, tamen fundamenta eius aut eorum multa, videntur cōcludere, seu persuadere idem esse concludendum, vel tenendum, etiam vbi adhuc interfuisset minor numerus: ⁊ signanter secundum fundamentum, quod est, quia propter imminentiam pestis, receditur a iure communi. l. de etate. iuncta. l. precedenti, vbi no. ff. ad trebel. quia vulgatum est ꝙ necessitas non habet legem, nec subiacet legi. l. j. ⁊ quod ibi Bartol. C. de ope. libert. ⁊ ibi etiam Bald. ⁊ in. l. j. ff. de offic. consul. ⁊ c. quod non est licitum, ⁊ quod ibi gloss. de regul. iur. Preterea necessitas facit probabile, id quod alias nō esset probabile, vt dicit Bald. in. l. si testamentum. C. de testamen. Et idem dico de quarto fundamento, quod est, quia in dubijs opinionibus tenenda est illa, que fauet testamento. l. si pars, in princip. ff. de inoffic. testamen. quia causa conseruationis testamenti concernit publicam vtilitatem. l. vel negare. ff. quemadmo. testamen. ape. not. glo. in. l. Gallus. §. quid sitis, in verbo, vtilitatem. ff. de liber. ⁊ posthu. Facit etiam quintum, quod sumitur ex eo, quod decidit Angel. in auth. de non ali. §. quod autem, per illum text. in versic. aut etiam vno, si vnum, ⁊c. collat. ij. vbi determinat Ange. ꝙ extante statuto, ꝙ nullus contractus minorum vel mulierum valeat, nisi interueniant duo notarij rogati, ⁊ subscripti: certe si tempore pestis non possit haberi nisi vnus notarius, valeret cum illo solo. Et sic videtur ꝙ in casu de quo queritur, valeat predictum testamentum, non potest tamē negari quin iste casus sit multum dubius: ⁊ quin opinio contraria sit communis. Propter quod non est licitum ab ea discedere. l. j. versic. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. ⁊ quod not. Ostien. Ioan. And. ⁊ alij in. c. j. de constitut. Bartol. ⁊ doctor. in. l. cum prolatis. ff. de re iudic. ⁊ l. fin. C. de pen. iudi. qui male iudi. Que dixerim omnia sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De sacros. eccl. ¶ Epitome. ¶ Consil. clxviij.

¶ Nec monialis heres instituta sine licentia abbatisse, nec abbatissa seu monasterium sine consensu monialis hereditatem adire non possunt. V. F.

1 ☞ Monialis nec velle nec nolle habet: sed abbatissa.
2 Inuentarium conficere monasterium de bonis hereditarijs monialis an ⁊ quando cogi possit, ⁊ expensis cuius.
3 Capiat verbum, facit vt propria manu capi possit quod relictum est, hoc est, est verbum directum.
4 Heres pro solutione legatorum an ⁊ quando de bonis hereditarijs vendere queat pendente conditione.


X Themate mihi transmisse consultationis parte venerabilis, ⁊ religiose mulieris domine Ysabellis Abeylhe monialis venerabilis monasterij ordinis, vt opinior, beati Benedicti, eliciuntur multa

multa dubia quibus breuiter ⁊ succincte respondeo, prout infra. Et primo ad primum, ꝙ cum† dicta dom. Ysabellis
1 sit monialis, ⁊ propterea non habeat velle, neq; nolle, sed omnis eius voluntas posita sit in manu, seu potestate reuerende do. abbatisse dicti monasterij. c. nolo. c. non dicatis. xij. q. viij. c. si religiosus. de electio. in. vj. ipsaq; comparetur vel seruo, vel filio familias, prout colligitur ex ijs que not. docto. in. c. in presentia. de probat. Bald. in. l. j. versic. quoad decimum ⁊ vltimum capitulum, ⁊c. C. qui admit. ad bono. posses. pos. ⁊ in. l. cum proponas, versicul. quid in monacho. C. de heredi. institu. Jo. de Jmol. in. l. si paterfamilias Titium, vers. tertio posset dubitari in monacho. ⁊ in. l. qui soluendo. ff. eod. titul. Ange. Aret. in. §. alienus quoq; seruus, institu. eo. tit. ⁊ in. §. fi. institu. de vulga. non potuit, nec potest eadem do. Ysabellis adire paternam hereditatem sine consensu, seu authoritate, vel licentia dicte dom. eius abbatisse. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. heredi. quod etiam satis colligitur, ⁊ not. per docto. in locis superius allegatis. Et sine cum ipsius dom. abbatisse authoritate, vel sine ea dictam hereditatem adiuerit, illa non est sibi quesita, sed est quesita monasterio: si tamen cum predicta authoritate eam adiuerit, vel predicta dom. abbatissa, ⁊ monasterium cum consensu eiusdem do. Ysabellis, ⁊ forte etiam si sine eo: quia cum, vt dixi, ipsa domi. Ysabellis sit monialis, non potest habere proprium, auth. ingressi, ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de sacrosanc. eccle. ⁊ in. c. cum ad monasterium. in prin. cum suis simili. de statu
2 monacho. nō† potest igitur dicta do. Ysabellis, vtpote non heres, vel in quam non transiuerunt, nec transire potuerunt, iura hereditaria actiue, ⁊ passiue, compelli ad confectionem inuentarij bonorum ⁊ iurium nobilis quondam Ponceti Abeylhe. Si tamē ipsa do. Ysabellis de authoritate predicte do. abbatisse, vel ipsa do. abbatissa, ⁊ monasterium cum cōsensu eiusdem do. Ysabellis, predictam hereditatē adiuerint, poterunt nobiles Maluesina, ⁊ Janneta Abeylhe, instare cōtra easdem do. abbatissam, ⁊ monasterium: ⁊ petere confici inuētarium de bonis ⁊ iuribus predictis, non quidē sumptibus ⁊ expensis dicti monasterij, sed sumptibus, ⁊ expēsis earundē Maluesine, ⁊ Jannete, per id quod not. Paul. de Castr. ff. vsufru. quēad. caue. super rub. ad quod faciunt not. per Jaco. Rebuf. ⁊ Jo. de Pla. in. l. defensionis facultas. C. de iur. fis. lib. x. Cū enim cōfectio inuētarij huiusmodi prodesse possit prefatis Maluesine, ⁊ Jannete, ⁊ non noceat dicto venerabili monasterio, ille audiende sunt si inuentarium huiusmodi fieri petant sumptibus suis. argu. l. ij. §. idem Uarrus. ff. de aqua pluuia arcen. Et per hec patet responsio ad primum quesitum. ¶ Ad secūdum iam pro parte patet responsio ex predictis, scilicet ꝙ prefata do. Ysabellis conueniri non possit ad legata, de quibus ibi, cum nō sit, nec esse possit heres dicti quōdam nobilis Ponceti Abeylhe: Sed si vel ipsa do. Ysabellis de authoritate seu licentia predictis, vel dicta do. abbatissa, ⁊ monasterium cum ipsius consensu, dictam hereditatem adiuerint, possunt compelli ad soluendum legata etiam ante finem anni obitus: postꝙ illa sunt pura, seu pure relicta, ⁊ quoad eorum solutionem non fuit dies adiecta: excepto legato quinquaginta florenorum relicto fratri Jacobo Hemoci ordinis fratrum minorum, quod voluit testator expediri, die qua celebraret suam primam missam. ¶ Ad tertium dico, ⁊ respondeo, ꝙ cum dictus Poncetus in suo ipsius vltimo, ⁊ nuncupatiuo testamento voluerit ⁊ ordinauerit, ꝙ dicta Maluesina haberet, ⁊ perciperet medietatem fructuum prouentuum, ⁊c. videtur ꝙ ipsa Maluesina percipere poterit fructus ⁊ prouentus huiusmodi per se ipsam, ⁊ nō cogetur recipere per
3 manū heredis propter illud verbū percipiat, † qđ videtur esse verbū directū: prout dicitur de verbo capiat. l. Titia cum testamento. §. j. ff. de lega. ij. ⁊ quod not. Bart. in. l. centurio. ff. de vulg. ⁊ pupil. Jo. de Jmol. in. c. Raynutius. ff. de testa. ⁊ Bald. in. d. c. si pater. Et de verbo, accipiat, quod etiam est directum, quia importat ꝙ de manu sua ⁊ non altius capiat: secundum Bald. in. d. c. si pater. Barto. in. d. l. centurio. Joan. de Jmo. in. d. c. Raynutius, ⁊ Philip. de Franc. in repeti. d. c. si pater. in materia verborum directorum, versicu. vndecimo est verbum capiat, ⁊ duodecimo est verbum accipiat. Et ꝙ dicta Maluesina possit fructus predictos per se ipsam seu manu sua percipere nō per manum heredis, voluit Bart. in. l. fundi trebatiani. ff. de vsufruct. lega. ⁊ facit. l. si quis ita legauerit. ff. de vsufruct. Et sic puto, ꝙ terre ⁊ vinee locari non possunt per heredem, sine consensu predicte Maluesine. ¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo, ꝙ pro solutione debitorum ⁊ legatorum, poterit heres si non superest pecunia hereditaria vendere de bo-
4 nis† hereditarijs. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. Et, vt videtur, primo deberet vendere bona mobilia, arg. l. fin. §. sinautem es alienū. C. de bo. que liber. Deinde vero poterunt vendi immobilia alia ⁊ diuersa a terris ⁊ vineis dicti quondam Ponceti, nec puto ꝙ quoad hec sit opus vocare substitutas: pro eo quia viuente illa do. Ysabelle, ille nullum ius habent in predictis bonis in vim substitutionis de eis facte, ⁊ poterit contingere ꝙ ille morientur ante eandem do. Ysabellem, ⁊ sic quoad eas si ita contingat, expirabit, ⁊ extinguetur fideicommissum eis relictum, seu substitutio de eis facta. l. vnic. §. sinautem sub conditione. cum suis simili. C. de cad. tollend. Et ꝙ venditio facta pendente conditione fideicommissi interim valeat, tenent scribentes in. l. fi. §. sinautem sub conditione. C. communia de lega. vbi vero prefate do. abbatissa, ⁊ monasterium vendere vellent terras ⁊ vineas, quia media pars fructuū ⁊ prouentuum earūdem relicta est prefate Maluesine, esset ipsa vocanda: pro eo quia sua interest illa non vendi, quandiu supererant alia, ⁊ que forte dicere poterit ꝙ es alienum, sequi non debeat fundum, seu saltem mediam partem, cuius fructus ⁊ prouentus sunt sibi relicti. Super quo tamē propter celeritatem nuntij, ⁊ occupationes alias, non potui opportune videre Bart. ⁊ doct. in. l. fi. ff. de vsufruc. legato. ⁊ Pau. mordentem Bart. consi. ccclxxxvij. exord. Jn causa que vertitur, ⁊c. ⁊ alij in alijs locis. Et propter hoc nec huic quarto quesito, nec quinto possum plene respondere: dico tamen quoad quintum, ꝙ dicta Maluesina non sit cogenda aliquid de suo proprio exbursare pro solutione eris alieni, aut legatorum, seu funeris impēse. Sed stat in hoc difficultas, an omnia alia bona hereditaria mobilia ⁊ immobilia, sint pro solutione predictorū vendenda, priusquam deueniatur ad venditionem terrarum, ⁊ vinearum: ⁊ hoc pro eo quia in illarum venditione detrahetur iuri ipsius Maluesine quoad mediam partem fructuum sibi in eis relictam. Et ita sua interest alia prius vendi ꝙ terras ⁊ vineas. Sed, vt dixi, valde prepeditus in alijs non possum discutere alias authore domino facturus, data maiore opportunitate. Super quo etiam nō putarem multum insistendum, pro eo quia prefate reuerenda do. abbatissa, ⁊ venerabile monasterium deliberabunt acceptare.

¶ Rub. De no. oper. nuntia. ¶ Epitome. ¶ Cōsil. clxix.

¶ Fenestras eius, qui seruitutem nō habet, altius in meo edificando obturare possum: sed si nouum nuntiet opus desistam trimestri: quo exacto, si interim de iure suo non edocuerit, data cautione edificabo. U. F.

1 ¶ Edificia inter vicinos quousque erigi queant.
2 Prohibitio altius tollendi ⁊ acquiescentia quanti sint momenti.

1 
Unicuiq; † Licitum est edificare in suo, etiam vsque ad celum, etiam dato, vel supposito ꝙ alteri noceat duntamen non hoc principaliter fiat vt alteri noceat, sed vt sibi prosit. l. fluminum. §. fin. cum duabus. ll. seq. ff. de dam. infec. l. in meo. ff. de aqua pluui. arcen. l. fi. ⁊ qđ ibi Ang. ff. de vsucap. l. altius. ⁊. l. ⁊ si in edibus. C. de seruit. ⁊ aqua. l. fi. ff. eo. tit. l. fi. §. penult. ff. quod vi aut clam. ⁊. c. significante. ⁊ quod ibi Ostien. Joan. And. in nouel. Panor. ⁊ docto. de appella. ⁊ quod not. Bartho. Ueroneñ. in suo tractа. de seruitu. sub rub. de furno. Quo fit vt liceat venerabili ⁊ honorabilibus viris domino Henrico Barnoy in presbytero, ⁊ magistro Joanni Leonis notario, edificare in quadam eorum curte sita in oppido Buri, ⁊ vicina, seu contigua domui prouidi viri Alziarij Agardi. Nec impediri debent ex eo, ꝙ idem Agardi fenestras habuerit ⁊ habeat in dicta eius domo, ⁊ a parte dicte curtis, que propterea claudentur, seu obfuscabuntur: quia cum edificaturi sint in suo solo, ⁊ propter eorum commodum, non sunt impediendi. d. l. altius. quod etiam voluit Bartho. Ueroñ. in casu magis dubio in trac. de seruit. sub rub. de fenestris, vers. sed circa predicta vidi dubitari, ⁊c. ibi, sed posito pro cōstāti, ⁊c. Et hec sunt vera, nisi curtis predicta seruitutē altius nō tollēdi deberet domui dicti Agardi: quia tamē

2 non liceret vel nisi† cum alias prefati do. Henricus ꝛ magister Leonis vel eorum predecessores voluissent edificare in dicta curte fuissent prohibiti vel inhibiti inibi edificare ꝛ prohibitioni seu inhibitioni huiusmodi paritum extitisset, quia tunc non liceret: quia a tempore prohibitionis ꝛ sequute obtẽperationis fuisset ipse Agardi in quasi possessione seruitutis. Et sic esset periculosum edificare propter dispositionem statuti si quis per literas. Sed si non est inhibitum, non potest dici fuisse vel esse in aliqua possessione seu quasi seruitutis altius non tollendi. Pro quibus allegasse sufficiat not. per glo. ꝛ docto. in. l. qui luminibus. ff. de seruitu. vrban. prediorum. in. l. j. C. de seruit. ꝛ aqua. Bal. in. l. item lapilli, versic. tertio quero, ꝛc. ff. de rer. diui. ad quod facit quod no. in simili. Barth. Vero. in suo tract. de seruit. sub rubr. de furno. ꝛ cano. in. c. c. significante. de appella. facit etiam quod no. Bald. in. §. prediorum, versi. deinde quero. institu. de seruitu. ꝛ in. d. l. j. versi. tertio proponitur. C. de seruitu. ꝛ acqui. vbi referens Pe. dicit ꝙ seruitutum quedam sunt affirmatiue vt seruitus aque ducende: vt iter actus ꝛ similes, quedã vero sunt negatiue, vt seruitus ne altius edifices ne furnum vel molendinum etiam in tuo vel facias vel habeas, ꝛ similes. Et in seruitute negatiua dicit non acquiri quasi possessionem nisi vicinis volens vti libertate fuerit prohibitus ne ea vteretur ꝛ ipse vicinus prohibitus prohibitioni huiusmodi obtemperauerit. Ex hoc enim tempore cepit prohibens esse in quasi possessione seruitutis ꝛ illam prescribere, non ante. d. l. j. C. de seruitu. ꝛ aqua, ꝛ. l. fi. ff. quemadmo. seruit. amit. Si igitur nunꝗ fuerint dicti dominus Henricus ꝛ magister Leonis, vel eorum predecessores prohibiti, ꝛ per eos prohibitioni paritum, possunt ipsi edificare. Et quia fortasse cum edificare ceperint, vel edificando procedent, dictus Agardi nuntiabit aut nũtiari faciet nouum opus ad eos impediendum: consulo ꝙ ipsi postulent causam nuntiationis noui operis exprimi, ꝛ iurari ꝙ non calumnie causa opus nouum nuntiat: ꝛ ꝙ deinde supersedeant ab opere per tres menses, iuxta ea que habentur in. c. fi. de oper. no. nuntia. ꝛ in. l. vnica. C. eod. tit. Postea vero cum cautione poterunt procedere, nisi durãtibus tribus mensibus idem Agardi de suo pretenso iure docuerit. Que dixerim, ꝛc.

¶ Rubr. De iu. fisci. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clxx.

¶ Succi plena membra. Sed caput nec Bertrandus ipse diuinare potuit: nec ego diuinabo. V. F.

1 ¶ Mandatum thesaurarij Camere apostolice ꝛ procuratoris fiscalis non presumitur.
2 Prescriptio contra Cameram apostolicam centum annis impletur tantum.
3 Approbans quoad quid transactionem, illam cum suis qualitatibus debet approbare.



Viso Instrumento transactionis dudum, scilicet anno domini M. cccclxxiij. ꝛ de mense Maij celebrate, ꝛ inite per ꝛ inter quosdam pretensos do. thesaurarium camere apostolice comitatus Venaysini, ꝛ procuratorem sanctissimi domini nostri pape in dicto comitatu, ex vna parte, ꝛ vniuersitatem seu aliquos particulares loci Pontisforgie pro ꝛ nomine illius ex alia, Dico non posse tute responderi quesito seu dubio de quo queritur, nisi visis antiquis processibus tempore transactionis huiusmodi pendentibus ꝛ antea motis inter prefatũ do. procuratorem ex vna parte, ꝛ dictam vniuersitatem ex alia, de quibus scilicet facta est mentio in dicto instrumento, aut saltem esset opus videre facultates, ꝛ mandata dictorum do. thesaurarij, ꝛ
1 procuratoris, pro† quibus nõ videtur presumi etiam post mille annos: secundum Bald. in. l. ij. C. si ex fal. instru. ꝛ in l. j. C. de reb. alie. nõ alie. quod etiam post eũ volunt Alex. de Imo. in. l. qui in aliena. in princip. ff. de acquir. heredi. ꝛ in. l. sciendum, versi. vnum tamen sciatis. ff. de verb. oblig. nec sufficeret dicte vniuersitati ꝙ a tempore transactionis huiusmodi ꝛ in vim illius fuerit in possessione illius confrontati ꝛ limitati territorij de quo in ea, ꝛ ꝙ propterea prescripserit. Cum a tempore transactionis lapsi sint, ꝛ cucurrerint octuaginta anni ꝛ vltra. Quoniam respondeo
2 ꝙ contra cameram † non prescribitur minori tempore centum annorum. auth. de ecclesiast. titu. §. pro temporali actem. colla. ix. ꝛ transumptiue in auth. quas actiones, ad fi.
3 C. de sacrosanc. eccle. Dico † tamen ꝙ si camera approbet transactionem predictam quoad illam pecuniariam summam duorum florenorum annis singulis per dictam vniuersitatem sibi soluendam, ꝛ illam summam ab eadem vniuersitate exigere velit, debet ipsam trãsactionem cum suis qualitatibus seu clausulis approbare: argu. l. Caius. ff. de manumissio. ꝛ. l. ij. ff. de re. e oz. quod etiam voluit. Bald. ꝛ post eum do. Iason May. in. l. contra iuris ciuilis regulas. §. si filius. ff. de pact. ꝛ Bald. in. c. nihil. de elec.

¶ Rub. De prescr. longi tẽp. x. vel. xx. an. ¶ Consi. clxxi.
¶ Epitome.

¶ Prescriptio non impleta est, nisi quis probet se cum titulo ꝛ bona fide annis. xx. a tempore litis cõtestate pretenso iure vectigalia quedam exigendi vsum esse. V. F.

1 ¶ Conclusio libelli an ꝛ quando attendenda.
2 Petitio hereditatis an ꝛ pro rebus incorporalibus competat.
3 Hereditaria res que dicatur.
4 Opponere de iure tertij, a quo causam non habeo, non possum.



1 Quanuis † Attendatur libellus penes conclusionem, vt sic videatur actor seu libellans illam actionem intentare in qua concludi. c. ex parte. v. de foz. compe. c. series. de testi. c. litere, de dilationibus, ꝛ in. c. ex parte, el. ij. de rescrip. ꝛ quod not. Inno. in. c. super literis. eod. tit. quem refert Bald. in. l. prescriptione. C. si contra ius vel vtili. publi. ꝛ idem voluit Bald. in. l. domum. C. de reiuendi. Tamen in dubio illa actio intelligitur in libello seu petitione intentata que ex facta narratione, in libello seu petitione huiusmodi colligitur ꝛ resultat. per id quod dici solet in. l. j. §. j. ff. de eden. ꝛ quod not. Cyn. in. l. edita actio. in. v. q. principali. C. eod. tit. quod etiam voluit Bart. Ioan. de Imol. ꝛ Alex. de Imol. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ Alex. de Imol. consil. cxvij. exordien. Viso processu in causa, ꝛ lite, ꝛc. in secundo volu. Bart. in. l. certi condictio. in prin. ff. si cer. peta. ꝛ in. l. si prius. in. v. oppo. secunde partis. ff. de ope. no. nuntia. Cum ergo ex propositis deductis, ꝛ allegatis in articulis exordientibus, Pro declaratione supplicationis ꝛ literarum, ꝛc. parte magistri viri domini Gautherij Ademarij domini, ꝛ baronis baronie Grignani opportune, ꝛ clare colligi possit eidem
2 † competijsse, ꝛ competere petitionem hereditatis, pro recuperatione eorum de quibus in supplicatione, ꝛ articulis huiusmodi ipse censeri debet actionem huiusmodi intentasse que competit ꝛ competere solet non solum pro bonis ꝛ rebus corporalibus de quo nõ est dubium, sed etiam pro iuribus seu rebus incorporalibus. l. regulariter. l. etiã. §. fi. ff. de petitio. hered. ꝛ. l. fundus qui. ad fi. cum suis simil. ff. famil. ercisc. ꝛ que non solum competit pro rebus in quibus defunctus tempore vite ꝛ mortis habuit dominium.
3 sed etiam pro alijs, quia † non solum dicitur res hereditaria illa que tempore vite ꝛ mortis defuncti erat in dominio testatoris, sed etiam alia quelibet inuenta in hereditate. Cuius saltem detẽtatio erat penes defunctum. l. ꝛ non tantum. in prin. ff. de petitio. hered. ꝛ quod not. glo. in. l. fin. super verbo fuerunt. C. de edict. diui Adri. tol. Et ob hoc fuit alias Perusij consultum vt refert Ang. ꝛ moder. in. l. si de eo. §. si forte. ff. de acqui. pos. ꝙ heres conficiens inuentarium debet in eo ponere etiam res depositas ꝛ commodatas que erant penes defunctum, ꝛ similiter locatas: quia ꝛ iste erant in hereditate: quod est not. secundum Ioan. de Imol. in. d. l. si de eo. §. si forte. Quod si ita est in depositis commodatis, ꝛ locatis, multo fortius esse debet in ijs de quibus agitur, hoc est in Pedagia Chaualagijs Leyda censibus ꝛ seruitijs de quibus in processu, ꝛ in quorum possessione probantur longissimo tempore extitisse magnificus quondã vir, dominus Giraudus Ademarij, pro tempore domin⁹ predicte baronie Grignani ꝛ sui predecessores ita vt non sit vel esse debeat dubium quin hec extiterint in hereditate eiusdem quondam Giraudi. Et sic potuerunt, ꝛ possunt per petitionem hereditatis peti ꝛ recuperari per dictum do. Gautherium, a nobili Antonio de Rosanis illorum occupatore seu illicito detentore: quilicet conatus extiterit se defendere ꝛ tueri multis, ꝛ varijs defen

defensionibus: imo, vt videtur, subterfugijs: illa tamen eidem non suffragantur, nec ipsum releuant. Et quidē non quidam pretensi tituli parte ipsius allegati, z deducti in schedula, exord. Ut vobis appareat, zc. Et primo quidem non quedam pretensa vēditio, quam oudum, scilicet anno Domini M.cccclxxiij. z de mense Junij fecisse pretenditur nobilis Guil. de Arzelerijs spectabili quondam viro do. Petro Gonelli tūc presidenti insignis curie Delphinalis parlamenti: cum etiam quedam pretensa remissio, quam eidem de Rosanis, postea fecisse pretenditur prefatus do. Gonelli contemplatione matrimonij per eundem de Rosanis, vt dicitur, contracti cum nobili Margareta eiusdem do. Petri pretensa filia naturali: quia de venditione z remissione huiusmodi nō apparet. Nulla enim apparent fuisse producta, z inserta instrumenta, per que probate extiterint huiuscemodi pretense venditio z remissio aut altera earundem: nec de illis deponunt quidam pretensi testes parte eiusdem de Rosanis in hac causa producti, nisi forte quis dixerit, φ imo deponant de auditu dici ab alijs. Sed hoc non sufficit. l. testium. C. de testib. z quod not. Specul. tit. de teste. §. j. versicu. item, quod non prohibet, zc. z Bar. in suo tract. it. test. versicu. testis dicit aliqua vera esse, zc. Pro quo allegat nota. in. d. l. testium z. l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua pluui. arcen. z. c. licet ex quadam, z c. series, de testib. authent. de hered. z fal. §. si vero absunt, collat. j. Et sic ex hoc capite pretendere non potest idem de Rosanis, φ contra eum quasi titulo possidētem dari non potuerit petitio hereditatis: cum, vt dixi, titulus nō probetur. Ex quo vlterius infertur, φ eidem dom. Grignani non obstiterit, vel obstet pretensa prescriptionis exceptio. Tum quia cum non appareat eundē de Rosanis habuisse causam z titulum a dicto do. Gonelli: nec ipsum domi. Gonelli a prefato quondā de Arzelerijs nō potest idē de Rosanis se iuuare pretensa possessiōe ipsi⁹ de Arzelerijs, nec tempus illi⁹ cōiungere cum tempore quo se possedisse

4 pretēdit. Sic cum † opponeret de iure tertij, a quo causam non habet, quod nō licet. l. cum seruum. C. de seruis fugit. z. l. his consequenter. §. j. cum suis simil. ff. famil. ercisc. nec huic casui potest adaptari materia accessionis temporis, de qua in. l. Pomponius. §. cum quis, z fere per totam legem. ff. de acquiren. posses. in. l. si duobus. §. fin. in. l. de accessionibus, z multis alijs. ll. ff. de diuers. z tempor. prescri. Adijcio φ cum probetur tam prefatum quondam domi. Giraudum adiuuari, φ suos predecessores tempore longissimo possedisse res predictas prius, z anteφ idem de Arzelerijs easdem possederit, seu verius occupauerit. Si tamen z quatenus quomodolibet probetur, cum aliquādo illas possedisse vel detinuisse, nec appareat φ aliquem titulum habuerit, non presumitur in eo fuisse bona fides, sed potius mala. l. cum querebatur. C. vnde vi. z quod notant canon. in. c. si diligenti, de prescript. non posset igitur pretensa possessio huius de Arzelerijs seu tempus illius coniungi cum pretensa possessione seu tempore dicti quondam Gonelli z consequenter dictum de Rosanis. Etiam si probarentur tituli allegati: quia vitiosa possessio, zc. l. Pomponius. §. fi. z quia mala fides actoris nocet successori, authen. male fidei possessor. C. de prescrip. lon. tempo. Tum z quia supposito citra preiudicium veritatis φ dictus de Rosanis vti posset dicta assertione, z φ tam dictus de Arzelerijs φ prefati domini Gonelli z de Rosanis probarentur fuisse in possessione leuandi z exigendi res predictas spatio trigenta annorum, hoc tamen non sufficeret: pro eo quia testes qui de hoc deponere vidētur, si tamen aliqui existunt, nō se referunt ad tempus initij cause huius que cepta est anno domini M.ccccxcvj. z de mense Augusti: sed ad tēpus examinis, quod factum est anno quingentesimo secūdo z die vltima mensis Maij: sic fere per sex annos post causam incohoatam, z sic nō probant prescriptionem triginta annorum. l. more. C. de rei vend. iuncto eo quod habetur in. l. sicut, versi. nec sufficiat. z quod ibi glo. super versicul. per exequutorem, zc. z. l. cum notissimi. in prin. C. de prescrip. long. temp. xxx. vel. xl. ann. z quod not. Bart. in. l. Celsus, versicu. item aduertat reus qui inducit prescriptionem, zc. vbi etiā alij scribentes. ff. de vsucapio. z Joan. de Imo. in cle. vnic. versi. not. bene vt sis cautus, zc. de sequestra. posses. z fructu. z alij in alijs locis. Et per hec etiam dico φ supposito citra preiudicium veritatis φ probatum extitisset prout non est, vel φ imposterum probaretur eūdem de Rosanis titulum habuisse vel habere, a dicto do. Gonelli vel a nobili Henrico eius pretenso herede: quia tamen non est probatum φ dictus de Rosanis iura predicta possederit seu quasi per viginti annos vltra z preter sex annos superius mentionatos qui fere cucurrerunt a tempore inchoationis cause huius vsq3 ad tempus examinis predictorum testium: quinimo nec probant φ ipse illa possederit per viginti annos finitos z lapsos tempore litis contestate in hac causa, φ scilicet factum est anno domini M.ccccxcvij. z die tertia mensis Aprilis, qz, vt ex actis cause huius apparet testes predicti examinati extiterūt anno domi. M.cccccij. z die xv. mēsis Aprilis, z sic per quinque annos z duodecim dies post litē contestatam. Esto igitur φ aliqui deponerent eundem de Rosanis possedisse. xxv. annis, non tamen probarent φ tempore litis cōtestate possedisset. xx. annis sed defuissent duodecim dies. nō ergo dici posset prescripsisse. dicta. l. more. iuncta. l. fin. C. de prescrip. long. tempo. quatenus ibi loquitur de prescriptione inter absentes, cuiusmodi fuit z est dictus dom. Gautherius vtpote domicilio fruens extra prouinciam Delphinalem z in comitatu Forcalquerij. Que dixerim, zc.

¶ Rubr. De pact. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clxxij.

¶ Summatur vt in primo notab. A. F.

1 ¶ Pacisci super successione viuentis z ignorantis vt non licet: ita nec licet super non successione.

2 Dos a patre constituta tam super bonis suis, φ matris, que rem ignorauit, de bonis tantummodo patris sumenda est.

3 Renuntiatio generalis fit ne inualida defectu consensus, an ob indiscretionem refert quoad iuramentum. Iuramentum qualiter operetur.

4 Quietantie quamuis mentionem non faciant legitime: tamen de ea facte intelliguntur, si in pacto precedente eius expressa fiebat mentio.

5 Pactum de quietando ad quid adstringat: z sub qua forma quietatio illa fieri debeat.

6 Substitutio breuiloca fideicommissariam non complectitur, nisi compendiose admisceatur.

7 Prelegata an z quando in fideicommissariam restitutionem veniant.

8 Filius grauatus de restituendo, disponit tamen de duabus quartis.

9 Uerba hec pleno iure restituat, trebellianice detractionem prohibere non videntur.



Ex Themate consultationis mihi transmisse parte nobilis z Generosi viri Trophimi de Luperijs eliciuntur tria dubia: quibus respondeo prout infra, premittens in primis φ quatenus quietantie z conuentiones seu pacta de renūtiando bonis paternis, z maternis in consultatione huiusmodi latius mentionate concernunt bona materna ille nō videntur valuisse nisi doceretur φ domina mater fuerit presens

1 z cōsentiens: quia. l. fi. C. de pac. prohibens † pacisci seu pactum fieri de z super successione tertij absentis vel ignorātis procedit etiam in pacto de non succedendo tertio absenti, z in renuntiatione facta de bonis, seu hereditate illius secundum opinionem magis communem quam sequitur Bal. consil. ccclxxij. exord. Quedam puella fuit dotata, zc. in primo quesito in tertia parte. Alexan. de Imo. in. l. stipulatio hoc modo concepta, versic. alias limitationes, zc. vbi etiam Rapha. Cuma. ff. de verbo. obliga. Rapha. Fulg. in. l. pactum. C. de colla. Pet. de Ancha. Joan. de Imo. z Gemin. in. c. quāuis pactū, de pac. in. vj. vbi etiā do. Geor. Nat. versic. decimo limita hāc decretalem, zc. z Raph. Fulgo. consil. lxxiij. exord. Paterfamilias habens filium patrie bānitum seu rebellem. Fran. de Are. in. l. qui superstitis, versi. est z quarta fallentia. ff. de acqui. heredi. z huius dicti ratio est, quia licet quoad renuntiantem: seu quietantem aut paciscentem de renuntiando censeatur renuntiatio seu pactio huiusmodi pactum de nō succedendo: tamen quia in casu de quo queritur supererant liberi masculi quorum fauore presumitur spectabilis vir domi. Joannes de Luperijs quietantiam seu renuntiationem exegisse: per ea que not. docto. in. l. pactum quod dotali. C. de coll. z in. d. c. quāuis. illud videtur quoad eos fuisse pactum de succedendo dicte domine matri, quod fieri nō pe-

tuit ea absente vel inscia propter votum captande mortis. d.l.fin.C.de pact.fateor tamen q̄ Roma.in.d.l.qui superstitis, tenuit contrariam opinionem, scilicet q̄ imo valeat. pro qua etiam consuluit Ioan. de Imo. consil.j. qui mouentur multis rationibus, prout ibi videri potest: sed prima opinio est communis, difficile esset contrarium obtinere.c.nouimus: ꝛ quod ibi Ant. de But. de verbor. sig.c. de inducijs.iij.q.iij.ꝛ.l.j.vers.crebrior apud veteres opinio.ff. de offic.questor.ꝛ quod not. Ostien.Ioan.And. ꝛ alij in.c. j.de constit.legiste in.l.cum prolatis.ff.de re iud.ꝛ in.l.fina.
2 C.de pena iud. qui male iud. Et † quis in constitutionibus dotium factis per dictum do. de Luperijs, pro ꝛ nomine nobilium Ioanne, Iaquete, ꝛ Margarete filiarum suarum, dictum extiterit q̄ ipse constituebat dotes pro iuribus, ꝛ rationibus eisdem filiabus spectantibus, ꝛ pertinentibus, aut competituris, tam in bonis paternis, q̄ maternis. Puto tamen q̄ cum non appareat de presentia ꝛ consensu matris, nec fuerit dictum, aut taxatū, quantum pro iuribus competentibus, aut competituris in bonis maternis q̄ dicte dotes debuerint, aut debeant solui de bonis patris, cuius officium est nō maternum dotare filias. l.fin.C.de dot.promis.l.qui liberos.ff.de ritu nupt.ꝛ.l.mater.C.de iure dot.ꝛ dicit Bald.Nouel.in suo tract. de iure dotium.in.vj.parte, q̄ si pater ꝛ mater simul dotem constituant pro filia, censeatur ipsa mater constituere: non quidem animo donādi, sed animo intercedendi pro patre, eodemq; marito: pro eo quia negotium in totum spectat ad virum.arg.l.vir vxori.§.fin.ff.ad Velleia. Ex quibus infertur, q̄ non obstantibus quietantijs, seu renuntiationibus factis per dictas nobiles Ioannam, ꝛ Iaquetam, ꝛ pacto de renuntiando facto per dictam Margaretam, poterunt ipse Ioanna, Iaqueta, ꝛ Margareta petere supplemētum legitime, aut legitimam in bonis maternis. Premitto insuper q̄ supposito, prout ponitur in casu, q̄ bona dicti quondam do. Ioannis valerēt tempore eius mortis, deducto ere alieno, ꝛ funeris impēsa, viginti quatuor mille florenis, legitima quinq; liberorum, qui ei superfuerunt, prout ponitur in casu, fuit dimidia pars: ꝛ sic duodecim mille floreni.auth.de trien.ꝛ semis.§.j.colla.iij. ꝛ transumptiue in auth.nouissima.C.de inofficio.testamen. iuncta.l. Papinianus.§.quarta autem.ff.eod.titu. Et sic legitima cuilibet ex dictis quinq; liberis ascendit ad valorē duorum millium ꝛ quadringentorū florenorum. Ex quo apparet, q̄ dicte filie non fuerint dotate secundum valorem legitime: sed fuerunt in ea lese fere in dimidia iusti pretij: pro eo quia pro qualibet nō fuerunt constituti nisi mille ꝛ ducenti floreni: ꝛ quedam ornamenta. Propter quod prima facie videtur q̄ dictis filiabus, que pro tempore factarum quietantiarum erant minores.xxv.annis, competeret remediū.l.ij.C.de rescind.vend.c.penult.de empt.ꝛ vend.per id quod vtrobiq; not.gl.ꝛ docto. de minore vendente cum iuramento, ꝛ decepto vltra dimidiam iusti pretij. ¶ Sed hoc non obstante dico, q̄ imo non competierit, nec competat predictum remedium, supposito valore, de quo supra: pro eo quia cum aliquid habuerint vltra summam predictam mille ꝛ ducentorum florenorū, ꝛ sic vltra dimidiam iusti pretij, nos sumus extra terminos predictorū iurium: ergo illorum dispositio non habet locum in hoc casu.l.iiij. §.toties.ff.de damno infec.l.si seruum quis.§.non dixit.ff. de acqui.hered.l.j.§.loquitur.ff.de aqua quot.ꝛ esti.ꝛ quod ponit Pau.de Cast.consil.iiij. Roma.consi.ccccxlij.exord. Vt decisionem accipiat presens cōsultatio, ꝛ consi.ccccxlij. exord.Quoad propositam consultationem: ꝛ hec intelligo procedere eo casu, quo mater fuisset absens tempore renūtiationum ꝛ pactionum predictarum. Sed vtrum possint agere ad supplemētum, est magna difficultas: puto tamen quoad dictam nobilem Ioānam, q̄ ipsa possit petere supplementū, pro eo quia in renuntiatione per eam facta, nulla fit mentio de legitima, aut supplemēto illius: que tamen videbatur requiri ad illius exclusionem.l.si quando.§.ꝛ generaliter, ꝛ quod ibi doct.C.de inoffic.testa. ꝛ quod per dictum.§.not.Guil.de Cuneo, Alber.Bal.ꝛ Ang.in.l.de his.ff.de transact. quamuis contra hoc facere videatur, q̄ in renuntiatiōe per eum facta interuenit iuramentū, quod videtur habere vim expressi: vt voluit Bald. in.l.j. versic. secundo queritur, ꝛc.C.commoda.per.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.ij.ꝛ Roma.in.l.j.§.si quis ita.ff. de verb. obligat.Geor.Natt.in repet.d.c.q̄uis pactum, in.v. limitatione, vers.aduerte tamē.Sed quod primo dixi, videtur verius: pro eo quia, vt dicit Fran.de Are.in.d.l.j.§.si quis
3 ita.de verbo.obliga.multum † refert, vtrum renuntiatio generalis sit inualida: non quia deficiat consensus, sed quia est indiscreta, iuxta not.in simil.in.l.cum Aquiliana.ff.de transact. Si vero dicimus q̄ renuntiatio generalis alias valida non videatur intellexisse de hoc iure: nam primo casu propter reuerentiam sacramenti valet renuntiatio, sicut valet obligatio, quando quis iurat in genere ꝛ in confuso quod obseruabit omnes contractus per se faciendos: iuxta ea que not.Bart.ꝛ Bald.in auth.sacramenta puberum.C.si aduer.vendi. Sed in secundo casu, quando scilicet in verbis generalibus renuntians non videtur comprehendere ius quod nunc petit, sicut in filio, vel filia, qui petit legitimam, hec renuntiatio non habet locum in isto iure ex defectu consensus, ꝛ tunc succedit regula quam ponit Bar.in.l.si quis pro eo.versus fi.ff.de fideiusso.que probatur in.l.fi.C.de non numera.pecu.ꝛ in.l.fi.ff.qui satisda. cogantur, scicilicet q̄ quando contractus deficit ratione cōsensus, tantū importat iuramentum quantum contractus simplex, ꝛ non vltra, ꝛ idem voluit Andre. Barbat. consi.lv.exord. Preclare scribitur Sapientie.vij.versicu. preterea faciat, ꝛc.in secunda parte.facit ad premissa, quia iuramentum non auget obligationem, sed ei infra suos limitas manenti addit vinculum obligationis, argu.l.Titius, in fi.ff.ad trebel.ꝛ quod ponit Oldr.consil.cclxxviij. exord.Cum mulier donatrix, ꝛc. Cuius dictum commemorat Bald.in.d.l.fi.circa princ.C.de non numera.pecu. quemadmodum ergo quietatio seu renuntiatio generalis facta sine iuramento nō videtur extendenda ad legitimā, seu illius supplementum.d.l.si quando.§.ꝛ generaliter. ita nec videtur renuntiatio huiusmodi, etiam si iurata extiterit ad eam, seu supplemētum illius debere extendi. Et hanc partem videtur etiam sequi do.Iason May.in.l.sed ꝛ si.§.questitum.ff.si quis cau.ad quem locum se remisit in d.l.si quando.§.ꝛ generaliter, versicul.limita predicta. Ad illum locum etiam remisit in.l.j.ff.si quis in ius voca.non ierit. Et respondet do.Iason in.d.§.questitum.ad dictum Bald.in.d.l.j.versi.secundo queritur.C.cōmoda.et ad.d. l.cum pater.ff.de leg.ij. Cui etiam respondet And.Barb. in.d.consi.lv.quorum tamen responsiones breuitatis causa non refero.istam partem etiam sequitur Franc.de Cur. consil.xxv.vbi multa inducit in quibus iuramentum non habet vim expressam, ꝛ quod iuramentum solum trahitur ad id, in quo consentitur, ꝛ non vltra: quodq; iuramētum non trahitur, nisi ad eos casus, ad quos traheretur renuntiatio non iurata: per id quod not.Cyn.ꝛ Salic.limitantes dictum.§.filius matrē.in.d.l.j.C.commoda.vbi etiam Alex.de Imo.in addi.ad Bald.ꝛ idem not.Bart. Bald. ꝛ Ange.in.d.l.sed ꝛ si quis.§.questitum. Preterea in dicta renuntiatione dicitur q̄ dicta nobilis Ioanna sciens, considerans, ꝛ atendens q̄ mille ꝛ centum floreni pro ea per dictum do.Ioannem cōstituti, ascendunt portionem eam tangentem, omnium bonorum paternorum, ꝛ maternorum, propterea, ꝛc. Ex quibus verbis videtur colligi, q̄ eidē nobili Ioanne persuasum extiterit, q̄ legitima, quam habebat, seu habitura erat in bonis paternis, ꝛ maternis, non ascendebat vltra valorem mille ꝛ cētum florenorum: que persuasio, seu assceueratio excludit cōsensum, ꝛ per eam censetur ipsa nobilis Ioanna fuisse inducta ad renuntiandum, dolo dāte causam huic contractui, seu renuntiationi: per id quod voluit Frede.de Sen.consi.cxcix.exordien. Queritur an domina Margarita minor.xxv.annis.Ioā.de Imo.in sua solenni repetitione.c.cum contingat.versi. item aduerte quia do.Antonius, ꝛc.de iureiuran.Ang.in l.non enim.ff.de inoff.testamen.do.Felin.in.c.si autem.de rescript.ad quod facit quod not.glo.in.l.dolus.C.de dolo.quod etiam fuit de mente Ioan.de Imol.in.d.c.quamuis.de pact.in.vj.ꝛ Franc.de Are.in.d.l.qui superstitis, versi.adde etiam ad predicta.ff.de acqui.heredi.videtur igitur, q̄ dicta nobilis Ioanna possit petere supplementum legitime.Quo vero ad dictam nobilem Iaquetam videtur q̄ ipsa petere non possit supplementum, pro eo quia tempore contracti per eam matrimonij cū nobili Iaqueto de Bordis, ipsa cōuenit, promisit, ꝛ iurauit renuntiare in bona forma omnibus bonis paternis absq; eo q̄ aliquid in illis petere possit pro iure legitime, quarte trebellianice, aut alias, quacunq; occasione, excepta dote, ꝛc. Et sic in renuntiatione huiusmodi facta est mentio de legitima: propter quod non obstat dicta.l.si quando.§.ꝛ generaliter. Et
4 † quamuis in duabus renūtiationibus, seu quietantijs per dictam nobilem Iaquetam postea factis, non fuerit facta men

mentio specialis de legitima, hoc tamen non obstat: pro eo quia perinde obstat sibi pactum predictum de renuntiãdo, &c. ac si postea in renuntiatione expressisset etiam de legitima. arg. eius quod not. Bald. in d. l. pactum quod dotali.
5 q. viij. C. de collat. Preterea quis† conuentio, seu promissio de renuntiando supra mentionata, & facta tempore cõtract⁹ matrimonij inter dictos nobiles Jaquetũ de Bordis, & Jaquetã, non sit renuntiatio seu quietantia: quẽadmodum nec promissio de vendendo, est venditio, nec pactum de donando, est donatio. per id quod voluit Franci. de Aret. consil. xxviij. Alexand. de Jmola in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si cert. petat. Paul. de Cast. consil. xlij. exord. Tria que faciunt pro dicto Guil. versic. preterea posito quod partes voluissent, &c. & Alexan. de Jmo. in l. iurisgentium, in princip. ff. de pact. & Joan. Fab. in §. alie, instit. de act. tamen potuit, & potest eadem nobilis Jaqueta conueniri, & compelli ad quietãdum, & renũtiandum bonis paternis, & promittendum, quod nihil in, & super eis imposterum petet pro iure legitime, quarte trebellianice aut alia quacũque occasione: & quod super hoc obseruet conuentionem, & iuramentum per eam prestitũ: quod cum seruari possit, seruandum est. d. c. cum contingat, &c. si vero, de iureiuran. &c. quis pactum, de pact. in vj. & quod ponit Paul. de Cast. in d. consil. xlij. versic. preterea, & Joan. Fa. in d. §. alie. Et si detur, imo quia contra eam datur actio, multo fortius exceptio. l. j. §. quod autẽ, cum suis simili. ff. de superficie. ¶ Ad secundum dico, & respõdeo, quod prefata nobilis Margareta poterit cogi, & compelli ad renuntiandum bonis paternis, & ad oseruandum iuramentũ per eam prestitum super facienda dicta renuntiatione: sed erit difficultas que est illa bona forma in qua hoc fieri debebit: & an poterit cogi ad renuntiandum etiam legitime aut supplemento illius: & ad conueniendum, promittendũ, & iurãdum, quod nec pretextu supplementi huiusmodi aliquid petet: super quo reuera dubito: & longe melius fecisset notarius, si tempore contracti matrimonij latius declarasset illam bonam formam, in qua fienda esset dicta renutiatio. Puto enim, quod nisi probetur parte heredis dicti do. Joannis, quod fiet cõtra eum interpretatio: pro eo quia illa fieri solet contra eum, qui se fundat ex verbis contractus. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verbor. obligat. l. veteribus. ff. de pact. & regula contra eum. de reg. iur. in vj. de quo Alexand. de Jmo. in l. si pascenda. C. de pact. & consil. lxj. exord. super eo de quo queritur, & Andr. Barbat. consil. lxij. exord. Sapienter scribitur Paralipomenon, versic. ex superius dictis apparet, &c. in j. parte.

6 ¶ Ad tertium dico & respondeo, quod cum† nobilis Joannes de Luperijs, inibi mentionatus post immistionem paterne hereditatis ab humanis, & sine liberis iam pubes, seu adultus, aut maior quatuordecim annis decesserit, fuit locus substitutioni fideicommissarie, comprehense in breuiloca, seu reciproca substitutione, compendiose admista: & facta per dictum quondam do. Joannẽ testatorem: licet enim substitutio reciproca non admista compẽdiosa, non obtineat, nisi directas substitutiones. Tamen quando miscetur compendiose substitutioni, continet etiam fideicommissarias. Pro quibus allegasse sufficiat. l. qui plures, & quod ibi Dyn. Bart. & doct. & quod not. Bart. in l. Lucius. q. penul. vbi etiam Joan. de Jmo. & alij. ff. de vulg. & pupi. Alexan. de Jmo. multos referẽs in l. hereditatem. C. de impuber. & alijs substitut. in l. in testamẽto. C. de testa. mil. Debuerunt igitur bona & hereditas relicta prefato quondam do. Joanni in vim fideicõmissarie substitutionis, restitui dicto nobili Ludouico, substitutor superstiti:
7 in qua† restitutione venire debebãt nõ solum ea in quibus fuit ipse Joan. heres vniuersalis institutus, sed etiam sibi prelegata, postquam illa preuenerunt grauamen. l. cum virum, & quod ibi doct. C. de fideicommis. & l. Marcellus. §. quidam liberis, & quod ibi doct. ff. ad Trebel. Poterat tamen dictus nobilis Joannes detrahere duas quartas, scilicet legitimam, & trebellianicam, iuxta doctrinã, quam ponit glos. Bart. & doc. in d. l. Papinianus. §. meminisse: glos. & Bar. in l. quoniam. C. ad leg. Fal. Bald. in l. filium quem. C. fami. ercisc. multas remissiones ponit do. Jason May. in authent. res que. C. cõmunia de lega. pro quo sunt boni tert. in c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testam. Et hec opinio seruatur non solum in terris ecclesie, sed etiã in terris aliorum principum. Legitima autem dicti quondam nobilis Joannis erat, vt iam dixi, duodecima pars predictorum bonorum dicti quondam do. Joannis: quam detrahere poterat dictus Joãnes de bonis sibi relictis: Trebellianica vero erat quarta pars residui: iuxta doctrinam, quam ponit gloss. in d. cap. Raynaldus, super verbo, licet totus. Bald. in l. scimus, in prin. C. de inoffic. testam. & plenius in l. si vero. §. quid ergo. ff. de testam. mili. Ange. consi. clxxxix. exor. Magnificus miles dominus Guilielmus Petri, & Jo. de Jmol. in l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg.
8 & pupil. Et† de ijs duabus quartis poterat idem Joannes testari, vel alias disponere, in d. c. Raynaldus. facit. l. in re mandata. cum suis simil. C. manda. quod cum non fecerit, eidem successerũt in dictis duabus quartis, & alijs bonis per eum acquisitis aliunde, quam ex paterna successione, prefati nobiles Ludouicus, & tres sorores & domina eorum mater, cuilibet scilicet, pro quinta parte. auth. de heredi. ab intestat. §. si vero cum ascendentibus. collatio. ix. & transumptiue in aut. defuncto. C. ad Tertullia. Forte vero
9 videretur† posse dici, quod propter verbum, pleno iure, positum in substitutione superius mẽtionata, videatur fuisse prohibita detractio trebellianice. Sed contrarium est veritas, pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat multos, & solemnes docto. qui hoc voluerunt, & ita scripserunt, scilicet Oldra. consil. cxlviij. exord. Presupposita consuetudine ciuitatis Parisiensis. versi. ad quartã questionem. Albe. in l. raptores, versi. que omnia faciunt ad questionẽ. C. de episco. & cleri. Ange. in d. authen. de trient. & semis. §. illud quoque. el. j. colla. iij. Pau. de Cast. & Phil. de Cor. in auth. sed cum testator. C. ad leg. falcid. Roma. consi. lxxix. exord. Tertium fundamentum, & longe plenius in repetit. auth. similiter. C. ad leg. falc. Pau. de Cast. consi. cl. exord. In causa, que vertitur inter Pet. Joan. versi. sed fuerunt in casu nostro apposita alia verba, &c. Benedic. Capra, consi. lxxxij. exord. Cyprianus de Fulginio, & Anto. Corset. in suo tract. de regia potesta. q. lxxij. versi. Nec obstant contraria consilia, &c. & do. Fel. in c. auditis, versic. Et si testator legat vel substituit, &c. de prescript. propter quorum authoritatem, ac etiam motiua & rationes quas inducũt, esset periculosum consulere contrarium. Que dixerim omnia sub correctione, &c.

¶ Rub. De fideicom. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clxxiij.

¶ Si te tuosque heredes substitui: licet morte tua ante meam sequuta fideicommissum quoad te expirauerit: non minus tamen heredes tui succedent. U. F.

1 ¶ Substitutis ante grauatum morientibus expirant substitutiones sine transmissione vlla. & nu. 3.
2 Heredis nomẽ a lege prolatum latius patet, quam prolatum ab homine: & idem de successoris nomine: & quare: & an & quando hoc locum habeat.
3 Exclusio vnius an & quando alterius sit inclusio.
4 Liberi primi gradus an & quando fructus non imputent in trebellianicam.

X Themate mihi transmisse consultationis parte nobilis viri Petri Clari, & ad promotionem nobilis & honorabilis iuuenis Honorati Clari, amici singularissimi eliciuntur multa notabilia quesita, & dubia: ad que respondeo breuiter & succincte prout infra. Et primo ad primum & tertium, que videntur satis connexa, Pro quorum clariori solutione premitto quod hec dubia videntur posse oriri ex duplici capite. Et primo quidem quoad substitutionem factam in legato de assari, in quo post mortem nobilis Honorati, de adiurato heredis, si sine liberis decederet, substitutus fuit nobilis Petrus Maurini, qui vita functus est, & ab humanis decessit ante dictũ heredem, & quoad dimidiã partem hereditatis testatricis, de qua est que-
1 stio, etiam potest oriri dubiũ, ex† eo quia viuente predicto Honorato herede, & grauato, mortui sunt nobiles Margarita, & dictus Petrus Maurini, mater, & auus maternus predicte testatricis primo, & secundo gradu substituti: propter quod videntur substitutiones expirasse. l. vnic. §. sin autem sub conditione, & quod ibi Bald. C. de cadu. tol. & quod no. gl. & doct. in l. j. C. de ijs qui ante apert. tabulas, multas remissiones ponit Oldra. consil. cxxxj. in quibus probatur, quod si pendente conditione fideicommissi vniuersalis, aut particularis moriatur fideicommissarius, expirat fideicommissum huiusmodi, nec illud per eum trans-

mittitur etiam ad suos. Secundo videntur dubia predicta
2 ex eo maxime oriri, quia licet † appellatione heredis, quã-
do profertur a lege, veniat non solum primus heres, sed he
res heredis etiam vsq; in infinitum. l. sciendum. l. heredis.
ff. de verbor. sig. l. fi. C. de heredib. instit. l. ij. ⁊. iij. ff. de petit.
hered. ⁊. l. qui per successionem, cum suis similib. ff. de reg.
iur. tamen quando verbũ, heres, profertur, creditur ab ho-
mine, maxime in testamentis, comprehẽdere solũ primũ he-
redem. l. qui liberis. §. hec verba: vbi etiam hoc notat Bal.
⁊ Ang. ff. de liber. ⁊ posth. ⁊ idem videtur voluisse Oldra.
consil. xxj. exord. Thema tale est, testator habebat fratrem
vnum, ⁊c. Pet. de Anch. consil. cxxix. exord. Pro ⁊ con-
tra subtiliter allegatũ est, ⁊c. ⁊ Paul. de Cast. cons. lxxviij.
exordien. Viso puncto predicto, ⁊c. vers. quod autem dixi
vel, ⁊c. Et quod dixi de verbo, heredis, videtur etiam
intelligendum de verbo, successoris: pro eo quia appella-
tione successoris comprehenditur tantum heres vniuer-
salis. l. quedam. §. nihil, ⁊ quod ibi doct. ff. de eden. ⁊ quod
not. Alexand. de Imo. in d. l. stipulatio ista habere licere.
§. sicut. ff. de verb. oblig. Et huius dicti est ratio, secũdum
Ang. in d. §. hec verba: quia institutiões ⁊ substitutiones
ex solo affectu testãtis solẽt induci: ad ignotos aũt cõmuni
ter nõ solet haberi affectus. l. si sic. §. fi. ff. de leg. iij. Cũ igi-
tur dictus nobilis Petrus Cladi non sit, vt puto, primus
⁊ immediatus heres dicti quondã nobilis Joãnis Mau-
rini: cum, vt ponitur in facto, reperiam intermediasse di-
ctam nobilem Margaretam eius filiam, ⁊ nobilem Bar-
tholomeum Cladi ex ea nepotem, ex quo descenderunt di
ctus nobilis Petrus Cladi, ⁊ nobiles Joannes ⁊ Bator-
na, non videtur posse dici ipsum nobilẽ Petrum censeri
substitutum, aut petere posse fideicommissum affaris, ⁊ di-
midie partis hereditatis predictarum. ¶ Sed his nõ ob-
stantibus, existimo, sub correctione cuiuslibet domini me-
lius sentientis, contrariam sententiam esse de iure verio-
rem, supposito, ꝙ dictus Petrus Cladi fuerit vel imme-
diatus vel mediatus, scilicet per medium dictorum eius
aule paterne ⁊ fratris, vel vniuersalis successor dicti quõ-
dam nobilis Joannis Maurini: pro eo quia appellatione
heredis in quacunq; dispositione, veniunt regulariter o-
mnes heredes in infinitum: ⁊ per consequens non solum
primus heres, sed heres heredis: per iura superius allega-
ta. l. pater familias. ff. de vulg. ⁊ pupil. l. si quis alium. §. fi.
cum multis similib. ff. de castren. pecu. ⁊ in proposito nostro
⁊ pro dicto nobili Cladi videtur esse text. clarus decidens
hanc questionem, in. l. in annalibus. C. de lega. per quẽ tex.
Bald. in d. l. fi. in iiij. oppo. C. de hered. instit. dat nobilem
⁊ generalem theoricam, ꝙ quãdocunq; fit mentio heredis
illius, in quem verba diriguntur: tũc intelligitur de omni
herede. d. l. in annalibus. Secus vero quando fit mẽtio he
redis, non illius in quem verba diriguntur, sed ipsius di-
sponẽtis, puta testatoris. d. l. qui liberis. §. hec verba: vnde
cum in questione nostra non fuerit facta mentio heredis
nobilis Catherine testatricis, sed dicti nobilis Joannis
Maurini, in quem verba diriguntur, debent verificari non
solum in primo herede dicti nobilis Maurini, sed in he-
rede heredis: ⁊ pro hoc est bonus text. in. l. sub diuersis. §.
j. ff. de cond. ⁊ demonstrat. secundum vnam lecturam, ⁊ in
l. si peculium. §. heredis. ff. de statulibe. vbi illud quod ex vo
luntate testantis dãdum est heredi, verificatur, ⁊ adimple-
tur in personam secundi heredis. dictum ergo affare, ⁊ di-
midia pars hereditatis, que post mortem predicti Hono-
rati sine liberis vita functi debuerũt peruenire ad dictum
Joannem Maurini, ⁊ suos heredes, ordine scilicet succes
siuo: pro eo quia viuens nõ habet heredem. ff. de hered. vel
act. vend. Et sic primo ad dictum Joannẽ, si tunc vixisset,
debent peruenire, non solum ad primum heredem illius si
viueret, sed etiam ad secũdum, tertium, vel vlteriorẽ, nunc
viuentem. Illa enim indefinita appellatio heredis, vel suc
cessoris equipollet vniuersali: ⁊ perinde est ac si testatrix di
xisset, vel ordinasset affare, ⁊ medietatem predicta perue-
nire ad omnes heredes in infinitum. l. si pluribus. ff. de leg.
ij. l. si quis ita. §. j. ff. de testamenta. tut. ⁊. l. si necessarius. §.
si annua: vbi per Jacob de Belloui. ⁊ Rayne. ff. de pignor.
act. ⁊ ꝙ hoc casu, quando scilicet in testamẽto facta est mẽ-
tio de herede nõ ipsius testãtis, sed alterius, cõprehẽdatur
non solum primus heres illius, sed etiam illius heredes ⁊
horum heredum heredes, voluit Raph. Cum. Alexan. de
Imola, ⁊ do. Jason in d. l. qui liberis. §. hec verba: pro hac
parte etiam consuluit Ang. consil. clxxxiiij. exord. Charis-
sime frater, ⁊ egregie legum doctor, ⁊ Alexand. de Imola
consi. xxxvj. exord. Viso themate, super quo, ⁊c. versic. sed
premissis non obstantibus, ⁊ idem fuit de mente Alex. de
Imo. in. l. fi. versi. querit hic Paul. de Castr. ⁊c. C. de lega.
3 Ad opposita vero † respondeo. Et primo ad id, quod op-
ponebatur de extinctione fideicommissi propter decessum
dictorum nobilium Joannis Maurini, ⁊ Margarite,
qui ab humanis decesserũt superstite prefato Honorato,
de admirato, dico, ⁊ respondeo ꝙ licet substitutio ⁊ fidei-
commissum quoad illos expirauerint, non tamen quoad
heredes dicti nobilis Maurini: quinimo exclusio predi-
ctorũ Maurini, ⁊ Margarite, fuit inclusio predictorũ he-
redum. arg. eius quod habetur in. l. Gallus. §. quidam re-
cte. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ quod plene ponit Pau. de Castr.
consil. cccij. exord. Visis omnibus punctis mihi traditis,
⁊c. ⁊ Oldra. in dicto consi. xxxj. versi. tamen in personam,
⁊c. Ad secundum respondeo, ꝙ Oldra. Pet. de Ancha. ⁊
Pau. de Cast. in allegatis consilijs loquuntur in casu, in
quo testator fecit mẽtionem, non de herede alterius, sed de
herede sui ipsius: quo casu dicunt, ꝙ appellatione heredis
venit primus heres: quod etiã superius dixi. sed iste nõ est
casus noster: quia in dicto testamẽto facta est mentio non
de herede predicte Catherine testatricis, sed dicti Joan-
nis Maurini, quo casu verũ est ꝙ appellatione heredis, ve
nit non solum primus heres, sed etiã heres heredis: quod
non negant Oldr. Pet. de Anch. ⁊ Pau. de Cast. ¶ Ad
secundũ dico, ⁊ respondeo, ꝙ super hoc esset recurrendum
ad communem vsum loquendi: per id quod habetur in. l.
librorum. §. quod tamen Cassius, ⁊ quod ibi glos. ff. de leg.
iij. Panor. in. c. j. versic. ad vnum tamen aduerte, ⁊c. de iu-
di. ¶ Ad tertium dico, ⁊ respondeo, ꝙ donatio predicta
non preiudicauit dicto nobili Cladi, quominus id quod
venit in restitutione fideicõmissi eidem nobili Petro re-
stituatur, per id quod habetur in. l. fin. §. sin autem, ⁊ quod
ibi gl. ⁊ docto. C. communia de leg. ⁊ quod post Dyn. con-
si. suo. xxviij. not. Joan. And. in addi. Specu. tit. de dona.
super rub. versi. questionem de instituto ⁊ rogato restitue-
re hereditatem, an donando, ⁊c. Poterunt tamen illi do-
natarij ex persona dicti quondam Honorati heredis de-
trahere duas quartas: scilicet legitimã, ⁊ trebellianicam,
iuxta doctrinam, quam ponit glo. Bart. ⁊ doct. in. l. Pa-
pinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testam. glo. ⁊ Bart. in. l.
ꝗ̃ꝗ̃. C. ad leg. falc. Bald. in. l. filium quem. C. famili. ercisc.
multas remissiones ponit dom. Jason May. in auth. res
que. C. communi. de lega. ⁊ sunt boni text. in. c. Raynu-
tius, ⁊. c. Raynaldus, de testa. ⁊ si tempore mortis predi-
cte Catherine testatricis non superfuerint ei aliqui liberi
preter dictum Honoratum, dicte quarte ascendebant ad
dimidiam partem bonorũ predicte testatricis: pro eo quia
legitima fuit triens: ⁊ sic quatuor vncie, auth. nouissima.
C. de inoffi. testa. ⁊ trebellianica fuit quarta pars residui: ⁊
sic due vncie: iuxta theoricam quam ponit gloss. in dicto. c.
Raynaldus, super verbo, licet totas. ⁊ Joan. de Imol. in
d. l. coheredi. §. cũ filie. Ascendunt igitur dicte quarte ad
sex vncias: ⁊ sic ad dimidiam partem totius hereditatis:
de quibus disponere potuit testamento, vel alias, prefa-
4 tus Honoratus. d. c. Raynaldus, nisi † dicamus, ꝙ cum
sumus in casu, in quo potuerunt detrahi due quarte, vt
predixi, veniant, ⁊ sint fructus percepti per dictum Hono
ratum imputandi in quartam trebellianicam: per id quod
no. Pau. de Cast. in. l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad leg.
falc. ⁊ in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebel. vbi vo-
luit ꝙ. l. iubemus. C. ad trebel. decidẽs ꝙ liberi primi gra
dus, non imputent fructus in quartam, loquitur eo casu,
quo non detrahitur, nisi vna quarta: vt probatur in. d. l.
iubemus. in versicu. dodrans restituitur, ⁊ dicit Paul. de
Cast. in d. §. cum proponeretur, in lectura Bononiensi, ꝙ
istud est dictum nouum, ⁊ ita consuluit idem Pau. consil.
xcij. exord. Quia dubia supra formata, ⁊c. pro quo allegat
regulam generalem positam i. l. in fideicommissariam, in
prin. ff. ad trebel. Cui secundum eum, non obstat. d. l. iube-
mus, quia illa loquitur eo casu, quo filius detrahit tãtum
vnam quartam, ⁊ dicit Alex. de Imol. in d. §. cum propo-
neretur, ꝙ hoc dictum Pau. de Castr. nunꝗ̃ est obliuioni
tradendum: quia est peregrina limitatio, ad. d. l. iubemus,
⁊ hoc dictum magis sibi placuit ꝙ̃ dictum Ang. cõsi. cxx.
exordien. Solus domini Damiani de Tuderto, hoc di-
ctum Pau. etiam sequitur Franc. de Curt. consi. lj. exord.
circa testamentum Alberti de Turre, ⁊c. versic. accedat ad
premissa, ⁊c. ad fi. vbi vltra premissa allegat Roma. singu-
lari suo. cxcix. exord. Dubium est quicquid trebellianica,
⁊c.

hanc partem etiam secutus est Alexander de Imo. consil. clxvi. exor. Consideratis his que in themate, &c. ad fi. quis illud sit ibi truncatum: & hec sententia videtur rationabilis, & equa. Sed contrariam sententiam videtur sensisse Bart. in. d. l. quod de bonis. §. quod auus, vers. oppono: vbi videtur sentire, quod etiam eo casu, quo detrahuntur due quarte sit locus. d. l. iubemus: idē consuluit Ang. in. d. cons. cxx. vers. ad tertium respondeo: vbi pro hoc dicto non allegat nisi. d. l. iubemus, & dicit Alexand. de Imola in. d. §. quod auus, quod propter authoritatem Bart. & Ang. esset durum in practica obtinere contrarium. Et ita non est iste casus sine dubio: putarem tamen, quod hic deberet attendi consuetudo patrie, quia illa seruaretur, si de ea constaret: si vero de illa non appareat, tunc, vt iam dixi, responderem quod prima opinio videtur mihi multum equa, & fundata in bonis iuribus. Et secundum hanc opinionem fructus, vt dixi, imputarentur in trebellianicam: & si illi ascenderent ad valorem illius, nihil posset pro ea detrahi. Si vero ad minus, tunc illud plus, in quo quarta trebellianica excederet valorem fructuū, posset detrahi cum legitima. Totum vero residuum deberet restitui dicto nobili Petro Cladi. Et per hec patet responsio etiam ad vltimum quesitum. Que dixerim sub correctione cuiuslibet, &c.

¶ Rub. De instit. & subst. ¶ Epitome. ¶ Consi. clxxiiij.

¶ Substitutioni vulgari, que in breuiloqua compendiose admixta comprehendebatur, succedit fideicommissaria, si per institutos adeatur hereditas. V. F.

1 ☞ Substitutionum reciproce & fideicōmissarie admixtio qualibet operetur.
2 Fideicommissarij restitutionem sibi fieri qualiter petent: & an a tertijs possessoribus.



VIso Consultationis themate cum dubijs ex themate huiusmodi elicitis, & duobus publicis instrumentis, vno scilicet vltimi, & nuncupatiui testamenti prouidi quondā viri Joannis Hugonis filij alterius Joānis: & altero, vltimi & nūcupatiui testamenti prouidi quondam viri Saluatoris Hugonis ipsius Joannis testatoris quondam fratris: dico & respondeo ad predicta quesita, prout infra. Pro quorum solutione premitto, quod prima substitutio, quam fecisse legitur dictus Joannes post institutionē per eum factam de Pontio Saluatore, & Petro eius fratribus, fuit reciproca seu breuiloca: & quidē non simplex, sed admixta cōpēdiose substitutioni, & per quā primo ex dictis fratribus decedēte seu decedētibus substituit superstites seu superstitē eorū, & suos heredes & successores ex suo corpore, & legitimo matrimonio procreatos. Secunda vero substitutio facta, scilicet dictis eius fratribus, seu ex eis primo decedēti de propinquioribus, fuit compendiosa, prout hec clare colliguntur, & apparent ex tenore substitutionum huiusmodi. Secundo premitto, quod quanuis post mortē dicti Joannis primi testatoris prefati Pontius Saluator, & Petrus per eum heredes instituti adiuerint eius hereditatē, & propterea expirauerint vulgares substitutiōes. l. post aditam, cum suis similib. C. de impub. & alijs substitut. non tamen expirauerunt fideicomissarie substitutiones comprehense in dicta reciproca ratione admistionis compendiose: quia
1 † licet simplex reciproca, seu breuiloca nō cōtineat, nisi substitutiones directas: vt voluit Dy. & doct. in. l. qui plures. ff. de vulg. & pupill. quando tamen admiscetur cōpendiose substitutioni, continet etiam ratione admistionis huiusmodi substitutiōes fideicōmissarias: per id quod no. Bar. in. l. Lucius. q. penult. ff. de vulg. & pupil. Vbi etiam Joan. de Imo. multas remissiones ponit Alexā. de Imo. in. l. ij. C. de impub. & alijs substitu. Ex quibus infero, quod cum prefati Pontius & Petrus decesserunt sine heredibus ex eorum corporibus, & de eorū legitimo matrimonio procreatis substitutio facta per dictum quondam Joannē sibi locum vendicauit in personam propinquiorū gradus parentele & masculorum predictorum, herede & de eorum cognomine, & quibus debuit & debet restitui non solum illa tertia pars, quā iure hereditario & in vim institutionis, de eo facte habuit idem Petrus de bonis prefati quondam Joānes detracta tamen quarta trebellianica, in quā debebant imputari fructus per eūdem Petrum recepti. l. in fideicommissariā, in prin. & quod ibi scribentes. ff. ad Trebel. sed etiam illa pars quam habuit in vim substitutionis facte dicto Pōtio, eius fratri primo defuncto. l. Sceuola, & quod ibi Barto. versi. vel potes ponere, quod duo fratres, &c. ff. ad trebel. & quod not. idem Bart. in. l. Marcellus. §. quidam liberis, versi. quero, glo. hic distinguit, vbi etiā Pau. de Cast. versi. sed quid si non apparet. ff. eod. tit. Hoc etiam voluit Joan. de Imo. in. l. ita tamen. §. qui suspectam. eod. tit. vbi reprehendit Ange. qui videbatur tenere cōtrarium. Quo vero ad illam tertiam partem, que fuit relicta prefato Saluatori, dico quod illa restitui non debet dictis propinquioribus, in vim scilicet substitutionis facte per dictum quondam Joannem: pro eo quia idem Saluator non decessit sine liberis: sed superstite Clemente, filio naturali, & legitimo: propter quod defecit cōditio: & sic expirauit fideicommissum, per dictum quondam Joannem ab ipso Saluatore relictum. Et sic dictus Petrus vltimo vita functus disponere non potuit de illis duabus tertijs partibus relictis sibi, & prefato Pontio, nisi quoad id, quod poterat detrahere pro quarta trebellianica, prius imputatis in eā fructibus perceptis per eosdem Pōtium, & Petrum, qui si ascendant ad valorem dicte quarte trebellianice, quam scilicet quilibet detrahere potuit, de nullo disponere potuit ipse Petrus. Quo vero ad tertiā partem dicto Saluatori relictam, & alia eiusdem Saluatoris bona, & in quibus vniuersalem, ac insolidum, & vnicum heredem instituit dictum Clementem impuberem, & sibi substituit primo gradu dictos Pontiū & Petrum, eius fratres, & suos heredes, & successores ex suo corpore, & de legitimo matrimonio procreatos, dico & respondeo in primis quod licet substitutio compendiosa facta dicto Clementi, per verbum commune, substituit, videtur potuisse valere iure pupillaris substitutionis: pro eo quia idem Clemens adhuc impubes decessit, non obstante superexistētia Pentenelle eius matris: per id quod not. Franc. de Rampo. Sali. Fulgo. Pau. de Castr. & do. Jason May. in. l. precibus. C. de impube. & alijs substitu. Ange. Joan. de Imo. Rapha. Cuma. Paul. de Cast. Alex. de Imol. in. l. centurio. ff. de vulg. & pupil. Old. consi. xcix. & consi. cxxv. incipiente, In proposito themate. Cardi. Flor. & Jo. de Imo. in. c. Raynutius. de testa. quorum opinio est magis communis: tamen secundum constitutionē Prouincie substitutio predicta non valuit iure pupillaris substitutionis, sed solum iure fideicommissarie. Et hoc in fauorem matris in medio existentis: propter quod ex persona dicti Clementis per fideicommissum sub cōditione grauate de restituendo, potuerunt per ipsam matrem detrahi due quarte: scilicet legitima, & trebellianica, que ascendebant, & ascendunt, ad dimidiam partem bonorum dicti quondam Saluatoris. Pro eo quia cum eidem superfuerit vnicus filius, legitima illius fuit triēs, & sic quatuor vncie, auth. de trien. & semis. §. j. collat. iij. & transumptiue in auth. nouissima. C. de inoff. testa. & trebellianica fuit quarta pars residui, & sic due vncie, iuxta theoricam, quam ponit glo. in. c. Raynaldus. super verbo, licet totas, de testa. Bald. in. l. scimus. in prin. C. de inoffi. testa. & in. l. si vero. §. quid ergo. ff. de testa. mili. & Jo. de Imol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. & pupil. & iste due quarte remanserunt, seu remanere debuerunt apud dictam Pentenellam matrē dicti Clementis: Residuum vero, hoc est alia medietas, debuit restitui dictis Pontio, & Petro substitutis, & deinde cū Pontius mortuus est, debuit portio illius restitui Petro, reciproce, cū admistione compēdiose substitutionis substituto: & deinde nouissime mortuo Petro sine liberis, debuerunt hec omnia, hoc est portio vtriusque restitui dictis propinquioribus, per ea que superius dixi in alio articulo, nulla alia facta detractione iure trebellianice: per id quod habetur in. l. j. §. inde Neratius. ff. ad trebel. Ex premissis infertur responsio ad primum quesitum, quod multa continet: scilicet quod prefatus Pontius in nihilo potuit disponere de bonis ad eum peruētis ex substitutione de eo facta per dictum Saluatorem: de bonis vero prefati quondam Joannis nō potuit disponere, nisi de quarta trebellianica, quatenus scilicet illa in valore excedebat valorē fructū per eū perceptorum. Petrus etiam in nihilo disponere potuit de bonis ad eum peruentis ex testamentaria dispositione facta per dictum Saluatorem: de bonis vero dicti quondam Joannis, & que tam ad eum, quam prefatum Pontium peruenerunt, non potuit disponere, nisi quatenus quarte trebellianice eorūdem Pontij & Petri excedebant valo-

rem fructuum per eum perceptorum. Et hec apparent ex predictis. Quo vero ad Pentenellam matrem Clementis iam dixi, quod ipsa potuit detrahere duas quartas ascendentes ad dimidiam partem bonorum dicti quondam Saluatoris. Totum vero residuum bonorum huiusmodi siue illa fuerint prefati quondam Joannis, siue illa fuerint aliunde per ipsum Saluatorem acquisita, debet nunc reddi dictis propinquioribus Saluatoris, et Pontij. ¶ Ad secundum
2 quesitum dico, et respondeo † bonum esse, quod prefati Michael et Christophorus, vtpote propinquiores substituti primo agant contra heredes actione ex testamento, et petant sibi restitui fideicommissum, et fideicommissa superius mentionata: re quidem quoad ea, que possident, et verbo, quoad ea que non possident. et hoc, vt euitentur varie opiniones, que colliguntur ex his que not. Innoc. in d. c. Raynaldus, super verbo, questionem. Bald. consil. xxxvi. exord. Pepus Nicolaij fecit testamentum, in prima parte: et Alexand. de Imo. in d. l. Marcellus. §. res que, versicu. no. ex hac glo. et And. Barb. cons. xiiij. in. j. parte. Fateor tamen, quod secundum opinionem gl. quam sequitur Joan. de Imo. Bar. et Alex. de Imo. vbi supra proxime, poterunt dicti propinquiores agere contra possessores, seu detentores, predictorum bonorum etiam si non sint heredes, vel etiam ante factam verbalem restitutionem fideicommissi, aut fideicommissorum. Et ita mihi videtur, etc.

¶ Rub. De episc. aud. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clxxv.

¶ Summatur vt in primo notabili. A. F.

1 ☞ Incertitudo prioritatis temporis in collatione beneficij duobus facta vitiat vel impedit.
2 Possessio sola beneficij titulum non tribuit.
3 Possessor de non iure petitoris potest opponere.



Occurrens difficultas inter venerabilem virum dominum Bertrandum du Mas, presbyterum ex vna parte, et quondam Rolinum Corsini assertum clericum ex alia, principaliter insurgit ex eo quod eisdem anno, mense, et die fuit eisdem do. Bertrando, et do. Ant. Mabrum collata per summum Pontificem parochialis ecclesia sancti Laurentij de Rioterio Narbonensis diecesis: nec apparet que ex collationibus huiusmodi precesserit: non enim deciditur huiuscemodi difficultas, per. c. si a sede, de preb. in. vj. quia illud non loquitur in collatione facta multis, et per multos, hic autem per vnum facta est multis: nec etiam deciditur, per id quod habetur in. c. penult. de rescript. in. vj. quia quamuis. c. illud loquatur in prouisione Pontificis, et sic vnius, loquitur tamen in prouisione facienda: nos autem loquimur in prouisione facta: inter quas multum refert, vt not. Joan. And. in nouel. Pet. de Anch. Joan. de Imol. Gemini. et Philip. de Franc. in. d. c. si a sede: vbi etiam Joan.
1 And. et Pet. de Anch. voluerunt, † quod si facta sit eodem die collatio diuersis, et per vnum, non possit incertitudo occurrens super prioritate, et posterioritate declarari, incertitudo huiusmodi vitiat, vel saltem impedit. l. si fuerit. ff. de rebus dubijs, et. l. duo sunt Titij. ff. de testament. tut. quod procedit secundum Joan. de Imo. et Phili. de Franc. nisi alter horum impetrantium possideat: quia eo casu si alter, hoc est non possidens, ageret, ille succumberet. d. l. duo sunt Titij. Gemi. vero addit ad hunc casum, quod quamuis pro victoria obtinenda aduersus non possidentem agentem sufficiat possessio, pro eo quod probatio rei dubium reddit ius actoris, et sic non clare probat intentum: et ideo succumbere debet. c. in presentia, de probat. et quod no. Bar. in. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. oblig. non tamen sufficit ad iustificationem tituli pre-
2 uentio possionis huiusmodi: quia † sola possessio non tribuit titulum beneficij, regula. j. de reg. iur. in. vj. Cum igitur in casu de quo queritur, fuerit eisdem anno, mense, et die duobus facta collatio, et per vnum, nec appareat cui prius et cui posterius, videtur quod incertitudo huiusmodi vitiauerit, aut quod impedierit, et propterea non possit prefatus do. Bertrandus in vim illius petere dictam parochialem ecclesiam. Et hoc quidem videretur indubie procedere, si dictus Mabruni superesset siue procederet, siue non. Et idem videtur in casu, qui occurrit: pro eo quia est verum, quod incertitudo de qua supra, et que declarari non potest, vitiet, potest dictus Cresini possessor opponere de non iure dicti do. Ber-
3 trandi. l. fin. C. de reuend. l. extat decretum. ff. de iure fisci. et. l. cogi. C. de petitio. heredi. per † que duo vltima iura, dicit Oldra. consil. j. quod de titulo possessoris non sit querendum, sed solummodo de iure petitoris: et quod de non iure petitoris opponere possit possessor, etiam in beneficialibus, colligitur ex not. per Ostien. in. c. cum Bertoldus, super verbo memorato. versic. et in hoc casu ibi, alioquin, etc. de re iudi. et quod not. glo. et Geminia. in. c. j. de eo qui mittit. in possessionem cau. rei seruan. in. vj. multas remissiones ponit do. Feli. in. c. olim ex literis, de rescript. Esto igitur, vt surrogatio, quam fecisse dicitur reuerendissimus in Christo pater, et do. Rothomagensis archiepiscopus, apostolice sedis in partibus illis de latere Legatus, de iure non valeret, super quo articulo nihil dico, cum nec surrogationem huiusmodi, nec facultates eiusdem reuerend. do. viderim: adhuc tamen restat, quod si verum est, vt sentiunt docto. quod incertitudo que declarari non potest, vitiet, de hoc vitio, seu defectu, opponere poterit dictus Rolinus: propter que re vera subsisto, et vereor, ne casus huius domini Bertrandi defendi non possit: nisi vim faceremus in eo, quod doctores non simpliciter dicunt, quod incertitudo predicta vitiet, sed alternatiue dicunt, quod vitiat, vel impedit: et quod tunc impedire dicatur, cum illi plures qui eodem die, et ab eodem collatore impetrassent, concurrerent, et peterent beneficium. Sed nos non sumus in illo casu: quia dictus Rolinus non impetrauit eo die, quo et dictus dom. Bertrandus: sed longe post. Nec videtur sic potuisse surrogari, vt vniuersaliter gaudeat preeminentia, et iuribus, quibus gauderet dictus quondam do. Mabruni, si viueret, et possideret: quamuis hoc sic surrogari potuisset per summum Pontificem: qui potest surrogare in ius, quod quomodolibet competebat defuncto, vt colligitur ex his, que no. do. Fel. de rescript. super rubric. Super quo tamen opto doceri, et non docere. Rogo igitur, vt super hoc conferas cum reuerendo patre domi. Petro Bandonis vicegerente, etc. Et cum occurrerit opportunitas, significa, quid senserit.

¶ Rub. De impub. et al. subst. ¶ Epito. ¶ Consi. clxxvj.

¶ Substitutio pupillaris expressa matrem excludit. Vasquinus Filiolus.



Viso Testamento nobilis quondam viri, Joannis Anselmi, et casu mihi exhibito parte nobilis, et honeste mulieris domine Francesie vxoris, et persone coniuncte nobilis quondam viri, Laurentij Storci, dico et respondeo breuiter, et succincte, quod dictus quondam Joannes testator videtur fecisse duas substitutiones nobili Manaldo Anselmi, eius nepoti, seu felezeno ex filio predefuncto, et filio naturali et legitimo dicte domine Francesie: vnam scilicet pupillarem, et aliam fideicommissariam: per id quod voluit gloss. in. l. precibus. super verbo, fideicommissi. ad fin. et quod ibi docto. C. de impub. et alijs substitutionibus. et fuerunt iste substitutiones maxime pupillaris expresse: propter quod cum, vt supponitur in facto, idem Manaldus postea decesserit in pupillari etate superstite nobili Francisco Anselmi eidem substituto. Ego existimo, quod idem Franciscus eidem successerit in vim pupillaris, et in omnibus bonis. l. sed et si plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. et pupill. exclusa dicta domina Francesia que potuit per dictum pupillarem expressam excludi. d. l. precibus, et. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. et. c. si pater, de testamen. in. vj. quod etiam voluit Joan. de Imo. in. c. Raynutius. in materia pupillaris substitutionis, versi. circa tertium ibi, sed iuxta hoc dubitatur, an hoc sit verum hodie. de testa. Bart. in. l. ij. versi. secundus effectus. ff. de vulg. et pupil. et Phil. de Fran. in. d. c. si pater. versic. in glo. in verbo posuit, etc. ibi, et idem est in expressa substitutione pupillari. Et ita mihi videtur, etc.

¶ Rubr. De reuoc. dona. ¶ Epitome. ¶ Consi. clxxvij.

¶ Donata marito per filiam, cui pater qui illa in dotem constituerat superuixit, ab ipso patre mortua filia reuocantur. A. F.

1 ☞ Vltra, dictio, disponit etiam super his que includit.
2 Dos etiam profectitia nubenti ipsi reddi stipulata velut patri

patrimonium filie est: quam igitur filia donare potest.
3 Ordo scripture an & quando spectandus.
4 Usumfructũ pater habẽs in bonis, que filia aliunde consequuta est, an & quãdo ei renuntiasse videatur: & an ad eum soluto matrimonio reuertatur. nu. 6.
5 Donare videtur consentiens, cuius res est, non ipse donans.
7 Dotis aduentitie pater vsufructuarius an sit.
8 Pater licentiam dans mandare videtur: & dotare filiam debet etiam diuitem.
9 Ususfructus transferri non potest: eius autem commoditas potest.
10 Juramentum filiefamilias in donatione quam ipsa facere nõ poterat an operetur: & an prodigum saniorum morum representet.
11 Alienare bona sua in preiudicium patris filius an possit.
12 Juramentum probatorium heres iurãtis tenetur seruare: promissorium vero non vsquequaque.



Circa id de quo certior fieri & informari postulat honorabilis vir magister Amedeus Uasserij an scilicet donatio inter viuos, quã honesta quondam mulier Catherina eius filia naturalis & legitima, & in ipsius patria potestate constituta, fecisse dicitur magistro Carolo Classelli, notario, eiusdem Catherine secũdo viro absente & inscio dicto magistro Uasserij, valuerit: attendenda sunt duo: primo quidẽ dos quingentorum florenorum, quam pro eadem Catherina, eidem magistro Classelli cõstituisse dicitur dictus magister Uasserij: vt apparet in instrumento matrimonij eorundem Classelli, & Catherine: ibi, & ibidem contempla-
1 tione matrimonij, &c. vbi vltra † dotem per eum tempore primi matrimonij constitutam, que dicitur fuisse trecentorum florenorum, donauit in augmentum eiusdem dotis, florenos ducẽtos, & sic propter illam dictionem, vltra, censetur donasse, & constituisse etiam illos trecentos. c. Raynutius, versic. circa princ. ibi, Alteroche filie puberi vltra dotem, &c. & quod ibi. Joan. And. & docto. de testa. & quod no. Jacob. de Are. in. l. qui bona. §. si quis edes. ff. de dam. infec. & in. l. cum ita: vbi etiam Bart. ff. de dote prele. Ang. cõsi. ccix. exord. Quoniam in vltimis voluntatibus, versi. descendo ad primum, & alij in multis alijs locis. Hec autẽ
2 dos † fuit profectitia: propter quod videtur eam debuisse reuerti ad patrẽ: maxime cum dicta Catherina sine liberis ab humanis decesserit. l. dos a patre profecta. C. solu. matri. & l. ij. C. de bo. que liber. & quod not. doct. in. l. post dotẽ. ff. solu. matri. Et hoc non haberet dubium, nisi stipulatio dotis restituende, videretur refragari. Et in qua dictus magister Classelli, & Bertrandus eius pater promiserunt, q in casum restitutionis dotis, illam restituerent eidẽ Catherine, tunc presenti, stipulanti, &c. per quod videtur dotem huiusmodi fuisse factã proprium patrimonium eiusdẽ Catherine: & illam sibi soli acquisitam. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dota. & quod not. Bart. & doct. magis communiter in. l. si cum dotem. ff. solu. matri. Alerand. de Jmol. in. l. illam, versi. vnum tangit hic Bald. C. de collat. Bald. in. l. si dotẽ. C. de falc. cau. adiec. lega. & alij in multis alijs locis: tam scribendo, q consulendo quatenus volũt q isto casu nepotes non habent dotem huiusmodi ab auo in vim consuetudinis, de qua in. d. l. dos a patre, illam sibi auferentis, & eam concedentis nepotibus. sed habent a matre tanq illius heredes. Quo casu dicit Bald. in. d. l. si dotem, & in allegata. l. quod scitis, q filiafamilias, etiam patre non consentiente, potest donare talem dotem, pro eo q cum sit pleno iure ipsius filie, & sic pater non habeat in ea vsumfructum, non est idem pater nisi legitimus administrator. autb. vt lice. matri. & auie. circa principiũ colla. viij. & quod not. doct. in. l. ij. §. quod si in patris. ff. solu. matri. & autb. quod locum. C. de collat. Sed fortasse videtur q his responderi possit, q illa procederent, si eadem Catherina esset stipulata predictam dotem sibi soli restitui. Sed hoc non est sic factum: imo fuit dictum, & conuentum, q dicti Bertrandus, & Carolus, pater & filius dotem restituere tenerentur eidem Catherine, aut illi, vel illis cui, seu quibus restitutio dotis imposterũ pertineret. Quo fit, vt cum cessante stipulatione huiusmodi dictus magister Uasserij pater fuerit, & sit ille cui pertineret restitutio dicte dotis d. l. dos a patre profecta. proinde accipienda sit stipulatio predicta, ac si ipse Uasserij fuisset primo loco stipulationis nominatus: vt sic intelligatur illa stipulatio secundum ordinem iuris, qui est, vt dos restituatur patri: nisi in ijs casibus, in quibus per consolidationem actio effecta est filie, & ita consuluit Pau. de Cast. cõsi. cxxv. exord. Uiso dicto libello, &c. versi. sed dicet aliquis pro quo allegat doctrinã Bart. in. l. vxorem. §. testamento. el. ij. ff. de leg. iij. Et quamuis Bar. ibi loquatur eo casu, quo pater stipulatus est dotem sibi reddi, aut filie: & sic eo casu, quo pater primo nominatus est: tamen Paul. de Castr. non videtur de hoc curasse: sed solum attendisse ad ordinem iuris, qui est, vt iam dixi, vt dos, seu restitutio illius fiat patri in vita sua, & filie, post mortem, vel si aliter effecta extiterit sui iuris. d. l. ij. §. quod si in patris. & l. vnic. §. videamus. C. de rei vxor. actio.
3 Pro quo facit, quia licet † ordo scripture aliquando attendatur, regulariter tamen non est attendendus, pro quo quoad casum nostrũ videtur esse bonus text. in. l. nec enim. ff. de solu. vbi dicit tex. Nec etiam ordo scripture spectatur, sed potius ex iure sumitur id, quod agi debet, & ita videtur intellectum per partes contrahentes id quod ex iure sumitur. Sed ex iure sumitur, vt mortua filia in matrimonio, dos redeat ad patrem: quod cessante omni dubio, & cõtradictore saltem procedit, quando filia mortua est sine liberis, vt in casu, ergo videtur q dos predicta nisi quoad ducentos florenos, qui donati sunt, debuerunt redire ad dictum Uasserij, etiam in vim stipulationis, vt sit iuri conformis: cui in hoc casu consuetudo non resistit. Hoc esset indubitatum, si esset facta stipulatio de dote reddenda predicte Catherine, aut patri. Sed hoc non est dictum, sed de Catherina, & suis. Preterea prefatus magister Uasserij non solam constituisse & assignasse videtur summam predictam dicto magistro Classelli: quo casu censeretur ipsam tacite donasse predicte Catherine in eũ scilicet casum, in quem superuiueret patri, vel aliter fieret sui iuris. Et tunc dicimus, q mulier in dote pro ea cõstituta, habet titulum lucratiuum, vir autem onerosum. l. fin. §. j. ff. de ijs que in frau. credi. l. ex promissione. ff. de act. & oblig. & l. j. C. de impon. lucratiua descript. lib. x. quod etiam voluit Oldra. cõn. ccxlv. exordien. Quidam paterfamilias. versi. secunda ratio. Bar. in. l. meuius. §. duobus testamentis. ff. de leg. ij. Salic. in. l. fin. C. de iu. do. Alerand. de Jmol. consil. lj. in quarto volu. sed illam summam expresse donauit eidem Catherine, vt patet in instrumento dicti matrimonij, in dicto versic. Et tunc ibidem contemplatione matrimonij, &c. ibi, dedit, donauit, &c. Propter quod re vera subsistit. Secundo vero sunt attendenda alia bona predicte Catherine, illa scilicet, que ex hereditate honorabilis quondam viri magistri Stephani Rasaudi, consequuta est: in
4 † quibus ante constitutionem dotis de eis factam per dictam Catherinam dicto eius secũdo viro, competijt vsusfructus predicto Uasserij. d. l. j. C. de bon. que liber. iuncta l. j. & ij. C. de bo. mater. ad quod faciunt. l. quecunq. & l. cum oportet. in principio. C. de bon. que liber. propter quod nõ poterant sine consensu predicti Uasserij alienari. & ideo nec in dotem regulariter per dictam Catherinam constitui. l. si. §. filijs autem. C. de bon. que liber. iuncta. l. doce ancillam. C. de rei vendica. Sed in dicta dotis constitutione interuenit paternus consensus, propter quẽ videtur idem Uasserij vsufructui renuntiasse. l. apud Celsum. §. quesitum. ff. de doli mali except. quod videtur potuisse facere etiam contemplatione matrimonij superius mentionati: cum potuisset illam donare filie quamuis in ipsius patria potestate existeret: per id, quod not. gloss. & docto. in. l. ij. C. de inoffi. donat. Et sic non videtur q postea soluto dicto secũdo matrimonio, idem Uasserij habere debuerit vsumfructum in dictis bonis, siue illud solueretur per mortem predicte Catherine, prout contingit, siue per mortem dicti magistri Classelli: q2 remittentibus actiones suas, nõ est regressus dandus. l. queritur. §. cum venditor. ff. de edili. edic. & c. q periculosum. cum suis simili. vij. q. j. nisi forte dicat aliquis, q imo debuerit predictus vsusfructus redire ad patrem. argumen. l. ij. C. de bon. que liber. vbi id quod a socero peruenit ad generum, debet soluto matrimonio ad eundem reuerti: quia, vt ibi dicit text. prospiciendum est ne iniecta formidine, parentum circa liberos magnificentia, retardetur. Sed istud nõ videtur obstare, pro eo q ille

text. loquitur in eo quod causa dotis, vel donationis pro-
pter nuptias, datum est a parente pro altera ex personis
inibi nominatis: in casu vero de quo queritur, prefatus
Vasserij nihil dedit, vel cõstituit, sed filie constituenti con
sensit: que sunt diuersa quemadmodum diuersa sunt dona-
re, ⁊ donanti consentire. l. aliud. ff. de regu. iur. l. cum pater.
§. libertis. ff. de lega. ij. ⁊. l. filiusfamilias. §. j. ff. de procura. ⁊
l. fi. ad fi. C. de do. promis. Etiam aliud est actum gerere, ⁊
aliud prestare authoritatem, vt not. Panor. in. c. post ces-
sionem. de probatio. quanuis igitur dictus Vasserij consen
serit, non tamen constituit, ⁊ sic non sumus in casu dicte. l.
ij. Sed forte opponetur, ꝙ licet prefata Catherina causam
⁊ titulum prebuerit, non tamen vsumfructum, seu illius
cõmoditatem: sed illam habent dictus magister Claselli a
predicto Vasserij, ad quem pertinebat vsusfructus, per id
quod habetur in. l. ij. C. si aduers. dona. iunctis ibi not. per
Bald. vbi not. Bald. ꝙ sicut minor non potest alienare si-
ne decreto, ita nec potest alienanti consentire, cuius dicti
illam reddit rationem, quia quanuis illo casu emens habe
ret causam dominij a contrahente, tamen ab ipso minore
haberet dominiũ, a quo auelleretur, quod est prohibitum,
⁊ idem sentit Bald. in. l. si liqueat. C. de inoffi. don. vbi vo-
5 luit † ꝙ non ille qui verbo donat, sed ille qui consentit, vide
tur donare: quãdo scilicet res erat consentientis. vbi etiam
refert Bart. consuluisse ꝙ si vir ⁊ vxor, in eodẽ instrumen-
to donent rem viri, ipse vir videretur totum donare. Et
quanuis Fran. de Peru. cõsuluerit, ꝙ donatio huiusmo-
di non teneat, nisi in parte viri quãtum ad dominiũ trans-
ferendum, tamen opinio Bar. est verior: secundum Bald.
pro quo facit. d. l. si liqueat. ⁊. d. l. ij. C. si aduers. dona. Cum
6 † igitur vsusfructus predictorum bonorum esset tempore
constitutionis penes dictum Vasserij, ipse est a quo eum,
seu illius commoditatem, non ab ipsa Catherina habuit
dictus Claselli. Soluto igitur matrimonio, debet ad eum
reuerti. d. l. ij. C. de bo. que libe. Et eo maxime, quia quan-
uis constante matrimonio predicto obstaret exceptio doli.
d. l. apud Celsum. §. quesitũ, non tamen videtur fuisse ipso
iure extinctus. Et cum matrimonium sit solutũ, ⁊ sic ces-
set causa constitutionis, ⁊ consensus, nihil videtur obstare
quominus eodem matrimonio soluto, debuerit vsusfru-
ctus ad ipsum Vasserij redire, vel cessare exceptio: quia ni-
hil videtur obstare quin quemadmodũ dominiũ seu pro-
prietas predictorum bonorum potuit per dictam Cathe-
rinam de consensu dicti eius patris ad tempus concedi di
cto magistro Claselli: post tempus hoc est post finitum ma
trimonium ad eam reuersurum. l. in rebus. C. de iure do. ⁊
l. i. C. solu. matr. ita ⁊ potuerit idem magister Vasserij con-
sentire, ad tempus concessioni predicti seu vsusfructus, seu
verius commoditatis, aut facultatis percipiendorum fru-
ctuum post tempus ad eum reuersure. arg. l. que de tota. ff.
de rei vendic. ⁊. l. qui scit. ff. de vsur. iuncta. l. quarta. ff. de
vsufruc. Sed videtur posse responderi, ꝙ, vt supra dictum
est, consensus exhibitus in dicta cõstitutione operatus est
renuntiationem vsusfructus: vt voluit Rapha. Fulgo. in
d. l. apud Celsum. §. quesitum. ⁊ que videtur fuisse quedam
cessio facta proprietario per quam finitur vsusfructus. §.
item finitur. instit. de vsufruc. Preterea vsusfructus alte-
ri cedi non potest. d. §. item finitur, quod procedit etiam eo
casu, quo proprietarius consentit: quoad hoc, vt ille nõ in
cessionarium transeat, sed vt vtatur, vt not. gl. in. l. vsufru-
ctu. ff. solu. matri. de commoditate vero, seu facultate per-
cipiendorum fructuum, non est dubium, quin illam conce-
dere possit vsusfructuarius. l. necessario. §. fi. ⁊ quod ibi gl.
ff. de periculo ⁊ commodo rei vendi. ⁊. d. §. itẽ finitur. iũcto
fi. principij. instit. de vsu ⁊ habita. ⁊ quod vtrobiq; not. glo.
⁊ Bald. Nouel. in suo trac. iuris dotium, parte vi. priuile-
gio. lvi. Si ergo per dictum consensum videatur idem ma
gister Vasserij vsumfructum renuntiasse, vel illum cessisse
prefate Catherine eius filie, ⁊ sic vsumfructum fuisse fini-
tum, nihil habuisse videtur dictus magister Claselli a di-
cto Vasserij. Et sic non videtur posse dici, ꝙ vsusfructus
ad eum redierit, aut ꝙ matrimonio soluto fuerit vsufru-
ctuarius. Et ita videtur prefata Catherina potuisse dona
re dicta bona sine patris consensu. d. l. fi. §. filijs autẽ. a con-
trario sensu. C. de bo. que libe. quod procederet etiam si es-
7 set † verum ꝙ pater esset vsufructuarius dotis aduẽtitie:
cuius contrarium post Bald. in quodam suo consilio rela
to per Roma. voluit idem Rom. in. d. auth. quod locum.
⁊ Bal. Nouel. in suo tract. iu. do. parte. vi. priuilegio. xxiij.
Philip. de Cor. in. d. l. j. C. de bon. que liber. ⁊ dom. Iason
May. in. d. l. ij. §. quod si in patris, versic. secunda forma lis
conclusio, ⁊c. ff. solu. matri. quia vt iam dixi, prefatus ma-
gister Vasserij pater, videtur dicto suo vsufructui renun-
tiasse, nisi forte dicamus (⁊ hoc mihi non displicet, sed pla
cet) ꝙ cum, vt dicitur in instrumento dicti secundi matri-
monij ipsum matrimonium ante illius contractum, tra-
ctatum extiterit per parentes partium, ⁊ sic verisimiliter
per dictum Vasserij patrem predicte Catherine, ad quem
etiam nedum de iure ciuili, de quo sunt plurima iura, sed
etiam de iure canonice. c. honorantur parentes. in princi-
pio ibi, illa enim iudiciũ spectat, ⁊c. ⁊ versi. vnde illud Eu-
ripidion iũcto versi c. ergo quod ⁊ ipsi philosophi, ⁊c. xxxij.
8 q. ij. ⁊ † dicta Catherina dotem predictam constituerit de ⁊
cum licentia ⁊ authoritate eiusdem magistri Vasserij sui
patris, videatur ipsa, quoad dictũ vsumfructum qui erat
patris, hoc fecisse de mandato patris, ⁊ nomine eiusdem
patris, per id quod eleganter colligit Bartol. ⁊ post eum
Alex. de Imo. ⁊ alij, in. d. l. post dotem, in prosequtione
lecture Dyn. que fuit sexta. ff. solu. matri. pro quo inducit
Barto. multa iura, ⁊ huic dicto bene concordant dicta in
solutione oppositionis quam facit in versi. oppono, ⁊ vide
tur ꝙ voluntas, ⁊c. dicit enim ꝙ vbi negotium principa-
liter spectat ad eum, cuius voluntate agitur, tunc inducit
mandatũ. l. qui patitur, ⁊ quod ibi gl. ff. mãd. ⁊ in. §. si quis,
⁊ quod ibi gl. instit. de inuti. stipul. quod intelligit Bar. pro-
cedere, si alia necessaria causa ad inducẽdum mãdatũ inter-
ueniat, que est ꝙ partes sint presentes, vel nũtius aut epi-
stola interueniat: per id quod no. gl. in. l. consensu. ff. de actio.
⁊ obliga. hec autem omnia hic interuenerunt. Et quidem
primum, quia officium paternum est dotare filiam. l. qui
liberis. ff. de rit. nupt. l. fi. C. de do. promis. quod procedit
etiam, vbi filia habet bona propria, vnde se dotare possit
dicta. l. fi. vbi etiam Bald. versi. ⁊ no. hic expressum ꝙ licet
filia sit diues, ⁊c. idem voluit Roma. in. l. j. ff. solu. matri. ⁊
Angel. Are. in. §. fuerat, versicu. ⁊ aduerte ꝙ in dubio pa-
ter, ⁊c. institu. de actio. quanuis aliqui contra senserint. in-
teruenit etiam presentia predicti Vasserij, vt patet ex di-
cto instrumento. videtur igitur, ꝙ cõstitutio predicta con-
tractus concernebat predictum vsumfructum facta censea
tur mandato, ⁊ cõsequenter nomine patris. Et huic dicto
etiam videtur opportune adaptari id, quod dicit Bart. in
dicta solutione ⁊ in tertio membro sue distinctionis: vbi
loquens in negotio, quod poterat spectare ad vtrunq;, hoc
est tam ad gerentem negotium ipsum, quam ad eum, cuius vo-
luntate, ⁊c. dicit, ꝙ si voluntas est causa negotij, vt quia pre-
cedit voluntas eius, cuius voluntate agitur negotium,
tunc voluntas inducit mandatum. l. j. ff. mandat. secus ve-
ro, secũdum eum, vbi negotiũ est causa voluntatis: vt ver-
bi gratia, si te faciẽte aliquid ex tuo motu, ego volui, ⁊ con-
sensi. Hic autem videtur voluntas patris precessisse nego-
tium, ⁊ fuisse illius causa: quia vt dixi ipse tractauit ma-
trimonium cõtrahendum, quod facere, vt iam dixi, etiam
de iure ad eum pertinebat. d. c. honorantur. videtur igitur
predicta Catherina predictum vsumfructum constituisse
mandato patris, ⁊ nomine ipsius, quod si ita est, videtur ꝙ
ille redire debuerit ad patrem soluto matrimonio. d. l. ij. C.
de bon. que libe. Quinimo forte videtur posse dici, ꝙ vsus-
fructus qui in ipso patre ex dispositione legis vendicatus
extiterat, nunquam ab eo discessit, sed solum videtur fuisse cõ-
9 cessa cõmoditas: quia † vsusfructus transferri non potest:
cõmoditas vero trãsferri potest: vt iam dixi. de quo etiam
per scribentes in. d. l. vsufructu. ff. solut. matri. non potuit
itaq; prefata Catherina donare dicta bona. d. l. fi. §. filijs au
tem. Sed forte opponetur ꝙ etiam si predicta Catherina,
donare nõ potuerit, quoad preiudiciũ dicti magistri Vas-
10 serij potuit † tamẽ donare quoad preiudiciũ sui ipsius: sal-
tem quoad hoc vt ratione iuramẽti per eã prestiti, obliga-
retur ad obseruationem dicte donationis: ⁊ ꝙ propterea
dictus magister Vasserij qui non videtur posse petere, vel
repetere bona predicta quoad proprietatem, nisi tanquam he-
res filie, videatur teneri ad illius obseruationem: quia vt
dicit Angel. in. l. qui superstitis. ff. de acqui. heredi. impu-
gnans dictum Bar. iuramentum parit duplex vinculum:
vnum est ꝙ afficit solam animam iurãtis, si diceret: ⁊ illud
nõ transit in heredem: quia est mere personale, ⁊ persone
coheret vt not. Innoc. Io. And. ⁊ alij in. c. veritatis de iu-
reiur. Bald. ⁊ multi alij in authent. sacramenta puberum.
C. si aduers. vendi. ⁊ Christoph. Por. in. §. extraneis, in-
stitu. de heredum quali. ⁊ differ. aliud est vinculum ciuile
quo iurans astringitur ad non contraueniendum: ⁊ illud
vin

vinculum contractui in persona sua transmittatur in heredem, sicut reliquę obligationes personales. Et pro hoc dicit Ang. videri casum in auth. de iureiuran. a moren. prest. Hoc dictum Ang. commemorat ꝛ non impugnat Jo. de Imo. in d. l. qui superstitis, versicu. extra gloss. dicit hic Ang. ꝛc. videtur igitur ꝙ patri petenti, vel repetenti bona predicta, saltē quoad proprietatem obstat iuramentum filie. ¶ Sed his non obstantibus videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ꝙ dicta quondā Catherina non solum non potuerit bona predicta alienare in preiudicium dicti magistri Vasserij eius patris, sed nec etiam in preiudicium sui ipsius. Tum quia iuramentum prestitum est contra dispositionem dicti. §. filijs autem, talem contractum prohibentis, ꝛ sic est contra bonos mores: ergo non seruandum. c. non est obligatorium. de regu. iur. in. vj. l. nō dubium. C. de legi. ꝛ quod not. Bart. ꝛ doct. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. ꝛ. l. stipulatio, hoc modo concepta. ff. de verbo. oblig. qui enim legi non obedit, morte mori debet. c. ij. de maiori. ꝛ obedi. Tum ꝛ quia pater in bonis aduentitijs filij, in quibus habet vsumfructū est bonorum huiusmodi legitimus administrator. d. l. j. C. de bo. mater. ꝛ allegata. l. fi. C. de bo. que liber. quod etiam voluit Bar. in. l. fi. §. pupillus. ff. de verbo. oblig. Et huius patris filiussfamilias ꝛ similibus prodigo cui bonis interdictum est, vt ibi innuit text. in. d. §. filijs autem. ibi, quare, ꝛc. sed predictum iuramentum non valet, nec ipsum obligat, vt voluit Bart. Bald. Pet. de Anch. Ang. Pau. de Cast. in. l. is cui bonis. ff. de verbo. obliga. Frede. de Sen. consil. xxxj. exord. Minor. xxv. annis, ꝛc. Ang. in. d. l. si quis pro eo. Bald. in. l. j. C. de sacrosanctis eccle. in lectura. in. l. ij. q. x. C. de rescin. vendi. ꝛ in. d. §. filijs autem. ꝛ in. l. qui habet. in principio post Jaco. de Are. ff. de tutel. Sali. in. d. auth. sacramēta puberum. Pet. de Anch. ꝛ Panor. in. d. c. cum contingat. Et hanc opinionem post multa videtur firmare Alex. de Imo. in. d. l. is cui bonis. Et huius dicti assignatur ratio, quia iuramentum nō representat prodigum esse sanorum morum, vt voluit Jacob. de Are. in. d. l. qui habet. ꝛ ꝙ iuramētum in casu dicti. §. filijs autem. nō obligat filiumfamilias bona aduentitia alienantem, tenuit ibi Bal. ꝛ idem firmarunt ibi Ang. Sal. ꝛ Pau. de Cast. vbi dicit Pau. de Cast. ꝙ in consulendo non auderet recedere ab authoritatibus Bald. ꝛ Ang. Hanc opinionem etiam sequutus est Pau. de Cast. in. l. ꝛ heredi. §. filiafamilias. ff. de pac. vbi etiā refert ꝙ in contingentia facti, fuit per plures consultum non valere iuramentum, ꝛ ꝙ ipse etiam pro hac parte consuluit, motus rationibus, de quibus ibi, ꝛ subiungit ꝙ quamuis iudex aliter pronuntiauerit, scilicet iuramentum non esse seruandum in preiudicium patris, sed in preiudicium filie sic, ipse tamen secundum eum male pronuntiauit, ꝛ vult ꝙ etiam mortuo patre non possit filius compelli ad obseruantiam iuramenti, pro quo allegat not. per Specu. tit. de actore. §. j. versi. quid si super hoc iurauit, ꝛc. Predictis vero non obstat dicta auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. ꝛ c. cum contingat, de iureiuran. quoniam respondetur, ꝙ in dicta auth. prohibetur alienatio ratione ꝛ fauore etatis alienare prohibiti: in dicto autem. c. cum contingat, prohibetur specialiter fauore rei dotalis, aut mulieris. Et ideo non mirum, si tales teneantur ad obseruationem iuramēti per eos prestiti: sed in casu nostro prohibetur alienatio, ne quis male vtatur, hoc est, ne abutatur substantia sua. ꝛ redigitur iste prohibitus ad instar prodigi, vel pupilli: secundum Bald. in. d. §. filijs autem. Non etiam obstat glo. in. d. §. filijs autem, super verbo, voluntatem. Quoniam respondeo, licet gl. formet ibi duas questiones, quarum prima est an cum voluntate patris possit filiussfamilias bona aduentitia alienare: secundum, an hoc facere possit cum iuramento. glos. tamen nō respondet huic secūde questioni secundū Ang. ꝛ Pau.

11 de Cast. in. d. §. filijs autem. Fateor † ꝙ Jo. de Imo. in. d. c. cum contingat, in tertio membro. versi. item aduerte, quia dicit Bald. in. l. fi. ꝛc. ꝛ in consi. j. versi. item non videtur bona responsio, ꝛc. videtur in aliquo dissentire a dicto Bald. ꝛ aliorum, predictorū ꝛ dicere, ꝙ licet filiussfamilias etiam si iurauerit, non possit sine consensu patris in preiudicium eiusdem alienare bona aduētitia, ea videlicet in quibus pater habet vsumfructum. Hoc tamen facere potest in preiudicium sui ipsius, vt sic dicta alienatio sibi post mortem patris, vel postꝙ factus fuerit sui iuris, preiudicet. pro quo inducit similia, ꝛ alia quedam. Et hanc opinionem sequitur Philip. de Cor. in. d. §. filijs autem, dicens ꝙ gl. etiam hoc ibi senserit. Sed istud non obstat: Tum quia vt apparet ex predictis opinio Bal. videtur cōmunior cui propterea credendum est in consulendo, ꝛ iudicando. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de off. questo. c. de inductis iij. q. iij. c. nouimus, ꝛ quod ibi Anto. de Butr. de verbor. signific. ꝛ quod not. Ostien. Joan. And. ꝛ alij in. c. j. de constitu. ꝛ legiste in. l. fin. C. de pen. iudi. qui male iudi. Tum ꝛ quia pater viuit propter quod non est super hoc insistendū, nec dicendum ꝙ donatio huiusmodi debuerit reconualescere, quasi cesset patris interesse. Et per hec patet responsio ad id, de quo superius opponebatur, scilicet ꝙ iuramentum habeat duplex vinculum, ꝛ ꝙ ratione secundi vinculi teneātur heredes ad obseruātiam, ꝛc. Quoniam respondeo, ꝙ Ange. in. d. l. qui superstitis, ꝛ post eum Joan. de Imol. loquuntur in iuramento obligante contrahentem, quinimo ꝛ firmante contractum, secundum opinionem magis communem: nos vero loquimur in iuramento non obligante filium familias alienantem bona aduentitia de

12 consensu patris. Preterea † illud dictum Ang. reprehendit Francisc. de Are. in. d. l. qui superstitis. versicu. extra, gloss. tetigit hic Barto. dicens, ꝙ authenticum de iureiuran. a moriente prestito per Angel. allegatum, parum facit: quia illud non loquitur de iuramento promissorio, sed de iuramento probatorio, inter que est magna differentia: quia iuramentum probatorium preiudicat heredi: eo quia non est conueniens, ꝙ faciat testatorem periurum, si non vult stare eius sacramento. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. iij. Sed in iuramento promissorio non est istud inconueniens: quia dato ꝙ heredes nolint illud seruare, per hoc non detegitur periurium defuncti, si non fuerit periurus: ex quo ipse non contrafecit. Concludo igitur, vt predixi, super isto articulo ꝙ predicta donatio non valuerit, ꝛ ꝙ pater pro repetitione agere possit tam suo, ꝙ hereditario nomine dicte quondā Catherine actione ex stipulatu, de qua in. l. vnic. C. de rei vxo. actio. ꝛ cum excipietur de donatione predicta, replicabitur de nullitate: Et ita mihi videtur, ꝛc.

¶ Rub. De cōtrah. empt. ¶ Epitome. ¶ Cōsi. clxxviij.

¶ Emptionem pensionum taxat etiam ad quinque pro centenario. in hanc eandem sententiam extant alia plurima responsa, sub tractatum de pac. int. empt. ꝛ vendi. competen. V. F.

1 ☞ Filijfamilias etiam sine licentia patrum contrahere possunt.

2 Dictiones etiam, maxime, precipue, implicatiue sunt.



Viso Casu mihi exhibito parte nobilis ꝛ honorabilis viri Bonifacij de Sparrono domini de Solelbacio, ꝛ dubijs ex casu huiusmodi elicitis, vna cum notis pretensarum venditionum annuarum pensionum, inibi mentionatarum. Dico ꝛ respondeo breuiter, ꝛ succincte, ꝙ licet prima facie dicte pretense venditiones videantur posse impugnari, ꝛ dici, vel fuisse nulle, vel annullāde. l. fi. §. filijs autē. C. de bo. que libe. tamē quoad hoc existimo contrariū: scilicet, ꝙ ex hoc capite non possint dici nulle, vel annullande: quia non reperio, ꝙ ipse nobilis Bonifacius vēdiderit bona aduentitia, aut eorū partem, seu bona nobilis quondā viri Antonij de Sparrono eius quōdam patris, sed vendidit annuas pensiones: quod facere poterat, si aliud nō obstitisset:

1 quia † nō solum patresfamilias sed etiā filijfamilias etiā sine licentia suorū patrū, in quorū potestate existunt, cōtrahere possunt, ꝛ se obligare: vt colligitur ex ijs que habentur in. l. tam ex cōtractibus. ff. de iudi. ꝛ. l. filiusfamilias. cū suis similibus. ff. de actio. ꝛ obliga. Verū videtur ꝙ ex alio capite dici possit venditiones huiusmodi nō valuisse, aut valere: pro eo quia sunt facte vili pretio, ꝛ cū pacto de retrouēdēdo, quod precessit dictas pretensas venditiones. Ex quibus, hoc est pretij vilitate, ꝛ pacto de retrouēdendo inducitur presumptio, quod cōtractus alias sonans in venditionē, fuerit, ꝛ sit non quidē cōtractus vēditionis, sed cōtractus pignoratitius, vel simulatus in fraudē vsurarum, vt voluit gl. in. c. cōquestus. vbi etiā Jo. de Ana. de vsu. gl. in. c. ad nostram. de emptio. ꝛ vendi. Archi. in. c. plerique. xiiij. q. iij. Ant. de Butr. ꝛ Jo. de Imo. in. c. illo vos. de pigno. Panor. in. d. c. ad nostrā, qui etiam ita consuluit consil. lxxvj. exord. Tria

succincte vidẽda sunt. Alb. in. l. emptio. C. plus vale. quod
agi. vbi etiam dicit ita de facto obtinuisse coram magnis
peritis, ⁊ affirmat ꝙ ita not. glo. Innoc. ⁊ Ostien. in. c. per
eum allegatis. Amb. de Vina. in repeti. dicti. c. ad nostrã.
vbi etiam affirmat, ꝙ hoc voluerunt Jo. And. ⁊ Anto. de
Butri. in. d. c. ad nostram, ⁊. c. illo vos, ⁊ subiungit, ꝙ hec
est opinio communis, ⁊ idem voluit Pau. de Cast. in. d. l.
emptio. ⁊ consi. cclxxx. exord. Viso processu. ⁊ Jo. de Ana.
consil. lviij. exord. Visis instrumentis, ⁊ alijs videndis, ⁊c.
Raph. Fulgo. consil. cxxxiiij. exord. In causa versa coram
domino capitaneo, ⁊c. Andr. Barba. consi. lj. exord. Scri-
psit Sapientie fons, ⁊c. in prima parte, ⁊ Alexan. de Imo.
consil. xliiij. exord. Circa presentis consilij materiam, ⁊c. in
tertio volu. vbi etiam refert Bald. alicubi, id ipsum sensis-
se. Et quanuis glo. in. d. c. conquestus, ⁊ alij multi in mul-
tis locis, loquentes in hac materia ⁊ dicentes ꝙ pretij vi-
litas, ⁊ pactum de retrouendendo faciunt, vt predixi, pre-
sumi ꝙ cõtractus sonans in venditionem, fuerit, ⁊ sit con
tractus pignoratitius, vel simulatus in fraudem vsurarũ:
subijciant hec verba, scilicet precipue si emptor consueue-
2 rit vsuras excercere: sentiunt † tamen, ꝙ idem sit etiã, si non
consueuerit vsuras excercere. d. c. illo vos, vbi hoc proba-
tur in verbo, presertim, quod importat idem ꝙ maxime, ⁊
sic est dictio implicatiua. l. illud. versic. presertim. ff. ad leg.
acquil. c. per tuas, de simon. ⁊. c. illud. prope fi. de presump.
Et idem dico de dictione precipue, scilicet, ꝙ illa significat
idem quod maxime. c. j. §. verũ, ⁊ quod ibi archi. super ver-
bo, precipue. de cler. egro. in. vj. l. j. circa principium, ⁊ quod
ibi glo. super verbo, precipue. ff. de testi. ⁊ in auth. de testi. §.
sancimus. colla. vij. ⁊ est hec dictio precipue, implicatiua. l.
fi. C. de ijs qui veniam eta. impetra. ⁊ auth. de lenoni. §. o-
mnimodo enim, colla. iij. sentiunt igitur glo. ⁊ doct. dicen-
tes ꝙ pretij vilitas, ⁊ pactum de retrouendendo inducunt
presumptionem de qua supra, ⁊ precipue si emptor consue-
uerit fenerari, vel vsuras excercere: ꝙ idem sit etiam, si non
consueuerit vsuras excercere, ⁊ sic voluit, ꝙ duo prima sci-
licet pretij vilitas, ⁊ pactum de retrouendendo, sufficiant.
Quod autem duo predicta interuenerint, presuppono ex
ijs, que mihi dicta sunt: scilicet ꝙ de dicto pacto appareat,
⁊ ꝙ illud fuerit factũ ante pactũ vẽditionis, ⁊ ꝙ pretiũ sit
vile, supponitur ex eo, ꝙ si tempore facte vẽditionis ⁊ an-
te, vendebantur in partibus illis alique pẽsiones, ille com
muniter vendebantur ad rationẽ. v. floren. pro centenario:
ita ꝙ pro eo centũ non solerent vendi annue pensiones ex-
cedentes. v. florenos: quinimo vt mihi dicitur, nõ erãt qui
emerant huiuscemodi annuas pensiones quasi de eis male
sentirent: ⁊ ob hoc abstinebant. Et quidem consulte per id
quod not. Innoc. in. c. in ciuitate, de vsur. Possunt ⁊ alia
multa dici cõtra dictas pretensas vẽditiones, seu emptio-
nes dictarum pensionum, sed quia premissa videntur suf-
ficere, ego vlterius non insisto.

¶ Rubr. De municipib. ¶ Epitome. ¶ Consil. clxxix.

¶ Municipes Marignane de nemore ligna sumere pos-
sunt etiam ad vendendum, ⁊ vltra Albergam ad certã pre-
stationem pro piscatione tenentur: quam dominus extra-
neis locare non potest. V. F.

1 ☞ Seruitutes reales quanto tempore prescribantur: ⁊
quid in personalibus, continuam vel discontinuam cau-
sam habentibus.
2 Ligna scindere ad vendendum seruitus personalis est.
3 Alberga Comitum Prouincie quid erat.
4 Transactionis ambiguitatem partium obseruatio inter-
pretatur.
5 Restituitur in integrum aduersus prescriptionẽ vniuer-
sitas, que iustam habuit ignorantie causam: non autem si
non habuit.
6 Pacta non seruanti non seruanda: ⁊ ad illa etiam succes-
sores teneri.



Visis Instrumentis parte vniuersita-
tis hominũ loci de Marignana
mihi exhibitis, vna cum themate cõsulta-
tionis, ⁊ dubijs ex themate huiusmodi eli-
citis, dico ⁊ respõdeo ad dubia huiusmo-
di, prout infra. Et primo ad id in quo que-
ritur de facultate, ⁊ possessione vendendi ligna, per homi-
nes ⁊ incolas loci predicti de Marignana, dico ꝙ per trãs
actionẽ dudũ, scilicet anno Dom. M. cccclxxiij. ⁊ die. xx.
mensis Iulij, celebratã, ⁊ initã per ⁊ inter nobilem Ioannẽ
Arlatã, pro tẽpore dominũ locorũ de Gaibaco, ⁊ Castri
noui Martici, tam suo ꝙ hominũ loci predicti Castrino-
ui nominibus ex vna parte, ⁊ vniuersitatẽ loci predicti de
Marignana seu pro ea, ⁊ hominibus illius, ac eorũ nomi-
ne, per prouidos viros, Petrũ Ioan. ⁊ Anto. Hospita-
lerij, Bertrandũ Carterij, Jacobũ Caualerij, Guilielmum
Patoti, ⁊ Bertrãdũ Martini, dicti loci de Marignana,
fuit dictũ, ⁊ conuentũ, ꝙ predicti homines possent ligna
scindere in territorio seu loco de quo ibi, ⁊ lignis huiusmo
di vti pro vsu, ⁊ necessitatibus suis, causa comburendi, seu
cremandi, ac faciendi aratra ⁊ latas recipiendi pro aueri-
bus necessarias per que non videtur eis data facultas li-
gna huiusmodi vẽdendi, vel causa faciẽde vẽditionis scin-
dendi, per id quod habetur in. l. plenũ. §. j. ibi, nõ vsque ad
cõpendium, ⁊ quod ibi gl. super verbo, cõpendiũ. ff. de vsu
⁊ habita. vbi hoc videtur probari. Puto tamẽ ꝙ si a tem-
pore transactionis huiusmodi, ⁊ citra, homines loci predi-
cti de Marignana fuerunt in possessione, ⁊ saysina, seu
quasi pacifice, ⁊ quiete, ⁊ bona fide scindendi ligna in ne-
moribus dicti loci de Gaibaco, ⁊ illa vendendi, sciẽtibus,
videntibus, ⁊ ita fieri patiẽtibus, dominis locorũ de Gai-
baco, ⁊ Marignana, ipsi homines per huiuscemodi lon-
gissimã possessionẽ, seu quasi, acquisiuerũt ius scindendi, ⁊
vẽdẽdi, seu causa faciẽde vẽditiõis in predictis nemoribus:
ita vt hodie non possint isto iure priuari. Pro cuius dicti
1 declaratione, premitto, ꝙ † licet seruitutes reales, hoc est,
que debẽtur a re rei, nõ habentes causam cõtinuã, vel quasi
nõ prescribãtur regularter sine titulo: nisi per tẽpus cuius
initij hominũ memoria nõ existit. l. seruitutes, la grande, ⁊
quod ibi scribẽtes. ff. de seruitutib. ⁊ quod no. doct. in. l. ij.
C. eo. tit. ⁊ Ang. Are. in. §. eque. instit. de actio. secus tamẽ
est in seruitutibus personalibus, hoc est, que debentur a re
personis: q̃ licet ille habeãt causam discontinuã, pro eo q̃
ad earũ excercitiũ requiritur factũ hominis, ille tamẽ pre-
scribuntur etiã sine titulo tẽpore longissimo hoc est spatio
xxx. vel. xl. ann. vt voluit Cyn. in. d. l. ij. q. vj. vbi etiam alij
doct. C. de seruit. ⁊ aqua. Pau. de Castr. in. d. l. seruitutes.
Barth. Vero. in suo tract. de seruitu. titu. quomo. quali. ⁊
quan. constitua. ⁊ acqui. ⁊ retinea. serui. versic. quartus ca-
sus. Et huius diuersitatis rationem ponit post Pet. Cy.
in. d. vj. q. ⁊ post Cy. docto. in locis superius allegatis. que
est, quia in primo casu, hoc est, in possessione reali, que debe
tur a re rei, res cui deberi pretenditur seruitus, nõ habens
causam continuam, sed discontinuam, dici non potest con
tinue possidere. Et quidem non per actum seruitutis: quia
cum indigeat facto hominis, ille nõ est, nec esse potest con-
tinuus, non etiam per animum: quia res animum non ha-
bet: ideo autem dixi de seruitute reali, non habente cau-
sam continuam: quia si continuam causam haberet, tunc
res cui deberetur huiuscemodi seruitus, diceretur posside
re. l. qui fundum. ff. quemadmo. serui. amittam. Sed in se-
cũdo casu, hoc est in seruitutibus personalibus, que deben
tur a re persone, cuiusmodi sunt vsusfructus, vsus, iurisdi
ctio, ⁊ alie huiusmodi, dicunt Pet. Cyn. ⁊ doc. ꝙ licet ad
earum vsum requirant factum hominis, non propterea di
cantur habere causam discontinuam, q̃ possunt possideri
animo: qui continuus esse potest quãuis actus sunt discon
tinui, ⁊ ideo quãuis tales seruitutes sine titulo longo tẽpo-
re prescribi non possint, pro eo q̃ habent similitudinẽ cum
dominio, quod sine titulo longo tẽpore non prescribitur. l.
fi. circa fi. C. de prescrip. longi tẽpo. ⁊. l. si ergo. §. 1. ff. de pub.
⁊ quod not. Barto. in. l. iusto. §. non mutat. fi. de vsucap.
Tamen longissimo tẽpore bona fide, ⁊ sine titulo prescribi
possunt, vt not. Cyn. ⁊ alij in locis superius allegatis. Ex
2 quibus † infero, ꝙ cũ seruitus scindendi ⁊ vendendi ligna,
seu causa vẽditionis scindendi in dictis nemoribus, nõ sit
seruitus realis, pro eo q̃ non ea vsi sunt, nec vtuntur ho-
mines predicti ad aliquam commoditatem, seu vtilitatem
aliquorum prediorum vicinorũ, que habeant, sed persona-
lis, vt in simili dicit Pau. de Cast. consi. v. loquens in ve-
na cotaria. ⁊ cõsil. cxcvj. exord. Vt plene attingamus id de
quo queritur, ⁊c. loquẽs in seruitute pecoris depascẽdi, po
tuerint homines predicti, predictã seruitutẽ acquirere si a
tẽpore trãsactionis superius mẽtionate, ⁊ citra fuerint in
possessione, seu quasi scindendi ligna in predictis nemori-
bus, ⁊ vẽdẽdi. ¶ Ad id vero de quo vlterius queritur cir-
ca obseruationẽ alterius trãsactionis olim, videlicet anno
Dom. M. ccccij. per ⁊ inter pro tempore dominũ oppidi,
seu

seu castri predicti de Marignana ex vna parte, & vniuersitatē illius ex alia, inite, dico & respondeo, q in transactione ipsa non dicitur, q pro piscaturis teneretur, & deberet vniuersitas, seu homines loci predicti de Marignana dare, & soluere ex tunc in antea annis singulis domino, seu dominis dicti loci, tunc presenti, & futuris, quadragintaquinque florenos: sed dicitur, q pro annuali Alberga fienda in festo sancti Michaelis debita de iure, seu cōsuetudine domino Marignane, super hominibus dicti loci, seu eorum vniuersitate, vel occasione eiusdem Alberge, seu alia quacūq occasione, ratione, titulo, siue causa, dicti homines darent, & traderent, ac dare, & tradere tenerētur domino de Marignana, & successoribus suis in perpetuum, anno quolibet in dicto festo sancti Michaelis, dictos
3 quadragintaquinque florenos. Ecce ergo † q in hac conuentione nullus fit sermo de Piscatura, sed de annua Alberga de iure, aut consuetudine debita, quam olim percipiebāt domini Comites Prouincie, in multis locis. Et vt dicit Oldr. consil. xcviij. exord. Factum tale est, quedam vniuersitas, seu syndici eius agit cōtra quosdam nobiles, &c. do. Comes Prouincie ire solebat ad castra, & audiebat querelas huiusmodi de dominis suis, & tunc homines soluebant expensas, & illud onus vocabatur Alberga: pro isto onere, ergo quod forte postea fuit concessum domino illius loci, fuit conuentum, & transactum de soluendo illos quadragintaquinque florenos, non pro piscatura, que est quid separatum, & distinctum. Et ita ad illam non bene inferretur. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligat. l. maritus el. j. C. de donat. inter vi. & vxo. & vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minor. Et quamuis in dicto capitulo prementionate transactionis, post mentionem factam de Alberga, subijciantur hec verba, seu alia quacunque occasione, ratione, titulo, siue causa, hoc tamen non videtur preiudicare ei quod dixi, quia hic non dicitur, q pro omni causa, vel pro omni alia causa, seu pro omnibus alijs iuribus, ipsi domino debitis, darent homines dicti loci, seu vniuersitas dictos quadragintaquinque florenos, sed dicitur q illos darent, & soluerent ex causa Alberge debite, vt supra, seu alia quacunq. in hoc enim non tangitur ordinatio antea facta de soluenda quarta, aut decima parte piscium latius mentionata in casu mihi exhibito. Et quamuis in transactione predicta dictum, & cōuētum extiterit, q domini dicti loci de Marignana non possent ab hominibus eiusdem, tunc presentibus, & futuris, preter & vltra dictos quadragintaquinq florenos, pretextu dicte Alberge, vel eius occasione aliud petere, exigere seu leuare de iure, ritu, seu consuetudine nisi duntaxat denarios. xviij. inibi mentionatos: Hoc tamē non facit pro dictis hominibus: quia istud capitulum non sonat, q non possent simpliciter domini dicti loci petere, vel exigere ab hominibus illius, nisi quadragintaquinque florenos, sed sonat q pretextu dicte Alberge, vel eius occasione non possent dicti domini aliquid petere de iure, ritu, seu consuetudine a dictis hominibus preter, & vltra dictos quadragintaquinque florenos: & sic conuentio, de qua in capitulo non fuit generalis: hoc est de non petendo, exigendo, vel leuando aliquid a dictis hominibus vltra, & preter dictos quadragintaquinque florenos, sed fuerit cōuentio huiusmodi limitata, & restricta ad Albergam, seu causam Alberge que propterea extendi nō debet ad quartam, & decimam partes piscium ex alia causa debitas. d. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia, & alijs
4 iuribus supra allegatis. Et pro hoc intellectu † multū facit, quod homines predicti post transactionem huiusmodi, non solum soluerunt annis singulis dictos quadragintaquinque florenos, sed etiam quartam, & decimam partes piscium, per hanc enim solutionum continuationem, & earum receptionem videntur partes fuisse interpretate ambiguitatem transactionis ante dicte: si que in illa extitisset: & propterea non esset ab ea discedendum. l. minime. ff. de leg. & c. dilectus. & quod ibi Panor. & doct. de concessio. prebē. Preterea, si que esset ambiguitas in verbis prementionatis, illorum interpretatio fieret contra dictos homines, si se fundantes ex illis pretenderent q in vim conuentionis predicte cogi non possent ad solutionē quarte & decime partium piscium: per id quod habetur in. l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista habere. §. in stipulationibus. ff. de verbo. oblig. & in regula, contra eum, de regu. iur. in. vi. & quod no. Joan. de Imol. in. l. si pascenda. C. de pac. & consi. lxi. exord. Super illud de quo queritur, &c. in primo volu. & Andre. Barba. consil. lxiij. exord. Sapienter scribitur tertio Paralipomenon, &c. versic. & ex superius dictis, &c. in prima parte. Ex quibus omnibus existimo q homines predicti pretendere non valeant se non teneri ad quartam & decimam partes piscium vltra & preter dictos quadragintaquinque florenos. ¶ Ad id vero de quo vlterius queritur, circa reductionem factam anno incarnationis dominice M. cccclviij. & die. viij. mensis Nouembris, in fauorem vniuersitatis, & pro ea de decē focis ad septem focos: respondeo, q hic est aduertendum, & bene considerandum per prefatos homines, scilicet, q dicta reductio non est sine dubio, pro eo quia non apparent vocati visuri eam fieri do. procurator regius, & procurator patrie, de quorum tamen seu recolēde memorie illustrissimi do. Renati, tūc Sicilie Regis, ac comitatuum Prouincie & Forcalquerij Comitis, & suorum in comitatibus huiusmodi successorū, & ipsius patrie Prouincie interesse agebatur. Et propterea, vt videtur, erant vocandi. l. nam ita diuus. ff. de adopt. & c. j. cum suis simili. de cau. possess. & proprie. Preterea est aduertendum, q licet prout exponetur in instrumento dicte reductionis, vniuersitas seu homines predicti tenerentur antea, & tunc pro decem focis, ipsi tamen postea non soluerunt nisi pro octo focis: vt ponitur in casu, propter quod forte preter illam reductionē factam de decem ad septē focos, fuit facta moderatio illius prime reductionis & auctus focorum numerus de septem focis ad
5 octo. Preterea † hic est aduertendum, vbi repertum fuerit instrumentum dicte prime reductionis: vt sic videri possit an vniuersitas, seu homines predicti habuerint iustā ignorantie causam. Si enim repertum est in domo vniuersitatis, & forte in capsa inibi existente, & inter alias scripturas eiusdem vniuersitatis nō videretur predicta vniuersitas, vel homines habuisse iustam ignorantie causam, propter quam deberent in integrum restitui aduersus prescriptionē, que cucurrit ab anno predicto M. cccclviij. vsque ad hec tempora: si tempore intermedio soluerunt pro octo focis. l. sicut, & l. omnes, cū suis simil. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annor. Sed si verū esset, q instrumentum predictū fuisset alibi repertum, vel q alias vniuersitas, seu homines predicti possunt pretendere iustam ignorantie causam: & ita prima reductio supponeretur de iure valida, vt quia forte reductio predicta fuisset facta vocatis dictis do. regio, & patrie
5 procuratoribus: vel quia sic fieri consueuissent reductiones huiusmodi per prouisiones obtentas per tres status, vel alias, tunc putarem, q propter iustam ignorantiā posset vniuersitas, seu homines predicti, petere se in integrum restitui aduersus lapsum temporis, & prescriptionem ante dictam, & hoc ex generali clausula, si qua mihi iusta causa, &c. que restitutio conceditur etiam maioribus, vbicunque equitas suadet, aut dictat illam esse concedendā. l. j. ad fi. & l. sed & si per pretorem. §. hec clausula. ff. ex qui. cau. maior. & q ignorantia sit equa, & probabilis causa ad cōcedendam restitutionē in integrum aduersus prescriptionem decursam, no. gl. in. l. si partē. §. j. in verb. nō vtendo. iuncto text. ff. quemadmo. seruit. ami. glo. in. l. j. C. de patri. pote. Spec. tit. de prescrip. §. j. versi. pone, colonus, &c. Bart. & Ange. in l. j. §. si quis autem. per illū tex. cum glo. ff. de itinere actuq priua. Ang. in. l. fi. C. de prescrip. longi tempo. & in. l. fi. ff. si quis testa. liber. esse iuss. fue. Panor. in. c. vigilanti. de prescrip. & alib in alijs locis, & fere infinitis. Et quidē Alex. de Imo. consi. lxxi. exord. Videretur prima cōsideratione, &c. consi. lxxxiiij. exord. In causa vertente, &c. in primo volu. & consi. xviij. exord. Viso & considerato themate, &c. versic. pro huius cōfirmatione, &c. in secūdo vol. & vtrobiq ponit multas remissiones. & Pau. de Cast. cōsi. clxij. exord. Circa id, quod primo, &c. & do. Fel. in. d. c. vigilāti, vbi plurimos refert. Ceterū audio q nō obstante trāsactione, de qua supra, facta scilicet anno Do. M. cccccij. & die. x. mēsis Septembris, modernus domin⁹ loci de Marignana locat piscatores aduenas, seu extraneos ad piscādum in stagno vulgariter dicto, de Bolinā, quod facere nō debet: cum in transactione huiusmodi dictum, & conuentum extiterit, q tunc dominus, vel futuri hoc facere non possent sine expresso consensu, & beneplacito voluntatis hominum dicti castri.
6 Quo fit, † vt si idem dominus trāsactioni huiusmodi contraueniat, & illam in hoc nō obseruet possit etiam vniuersitas, seu homines predicti contrauenire eidē trāsactioni & illā nō obseruare. l. cū proponas. C. de pac. pacta enim videtur apposita pro eo, qui pactū seruat, & nō pro eo, qui cōtra uenit pacto. l. quero. §. inter locatorē. ff. loca. & quod not. gl.

in.l.qui fidem.ff.de transact.in.l.ij.C.de iur.emphyt.⁊.l. cum pater.§.libertis.ff.de leg.ij.⁊ est simile quod dicit Innoc.⁊ post eum Joan.Andr.in.c.mandatum.de rescript. scilicet ꝙ nunꝙ̄ videtur pro eo scriptum, qui facit contra rescriptum. Et quamuis dictus dominus de Marignana non sit ille, qui transegit, nec forte eius heres, vel vniuersalis successor, videtur tamen, ꝙ non plus iuris potuerit in eum, vel in suum authorem transferri per transigētem, vel eius heredem, seu alium ipsius vniuersalis successorem, ꝙ̄ esset penes eum.l.traditio.ff.de acquir.re.domi.c. gratia.j.q.j.⁊.c.Daybertum.j.q.vij.

¶ Rubri. De adoptionib. ¶ Epitome. ¶ Consil.clxxx.

¶ Adoptato sine presentia magistratus Petro ⁊ suis heredibus relicta, ad Petri filios, qui paternam repudiarunt hereditatem, non obueniunt. V. H.

1 Adoptio seu affiliatio sine presentia magistratus fieri non potest.
2 Pactum future successionis inualidum est.
3 Uerba hec, Titius ⁊ eius liberi succedant, ⁊ Titius eius heredes valde differunt.
4 Hereditatem acceptans factum testatoris impugnare nequit, nisi inuentarium confectum fuerit.
5 Juramentum in litem an ⁊ quando omittentibus conficere inuentarium sit deferendum.
6 Patrisfamilias destinatione nomina fundorum ⁊ domorum constituuntur.



E Multis querunt prouidi viri Petrus, Guilielmus ⁊ Thomas Baderij in themate consultationis parte eorum mihi exhibite: ad que respondeo breuiter, ⁊ succincte. Et primo ad primū quesitum. Pro cuius ⁊ aliorum sequentium
1 pleniore declaratione premitto † ꝙ adoptio, seu affiliatio quam de Petro Baderij, patre dictorum Petri, Guilielmi, ⁊ Thome Baderij fecisse dicitur, probus quōdam vir. Guilielmus Fabri, loci castri duplicis, ⁊ hoc anno domini M.cccclxiij.⁊ die.x.mensis Junij, fuit ⁊ est nulla, vtpote facta, seu attentata sine presentia magistratus, que tamen sic fieri non potuit.l.generalis.§.imperio magistratus, cum suis simili.ff.de adop. Propter quod non potuit dictus Petrus Baderij senior pretendere ius aliquod fuisse sibi acquisitum, quinimmo nec hoc pretendere potuisset etiam si in illo fuisset tanꝙ̄ filio adoptiuo, qui re vera non erat, facta donatio. Pro quo allegasse sufficiat.l.cum hic status.§.si quis sponsam.in fin.ff.de dona.inter vir.⁊ vxo.⁊ quod not.Bald.in.l.nec apud.C.de heredi.institu. Roma.in.l.si cum dotem.§.si.ff.solu.matri.⁊ in.l.si donatione.C.de collat.⁊ Alex.de Jmol.in.l.si pater tuus, circa principium.C.de heredi.institu.⁊ quod no.multi in.l.eam quam.C.de fideicommis. Ex quo infero ꝙ illa dispositio facta tempore dicte pretense adoptionis per prefatum Guilielmum, ⁊ per quam voluit dictum Petrum Baderij, ⁊ suos heredes ⁊ successores sibi succedere: vnum scilicet post alium, non valuit que etiam poterat alia ratione impugnari: maxime quoad ipsum Petrum, pro eo quia
2 † conuentio, seu pactio huiusmodi fuit pactum future successionis: quod de iure non valuit.l.pactum quod dotali. C.de pac.l.hereditas.C.de pact.conuen.l.ex eo instrumento.C.de inutil.stipula.⁊.l.stipulatio hoc modo concepta. ff.de verbo.oblig. Quo presupposito, dico, ⁊ respondeo, ꝙ si in instrumento dicte pretense adoptionis esset dictum, ꝙ in bonis dicti Guilielmi succederent dictus Petrus, ⁊ eius filij, vel liberi, vnus scilicet post alium, esset minus dubium: quia solum esset disputandum, an pactio huiusmodi fuerit, ⁊ sit omnino inutilis, pro eo quia, vt iam dixi, ista videtur esse pactio future successionis: sed hic est aliud
3 scilicet ꝙ in dicta pactione non est dictum, † ꝙ in bonis predictis succedant dictus Petrus senior, ⁊ filij, seu liberi, sed Petrus ⁊ eius heredes ⁊ successores, inter que videtur esse magna differentia: per ea que not. Barto. Paul. de Cast. ⁊ Alerand. de Jmol.in.l.ex facto.§.fin.ff.ad trebel. Ex quorum dictis in simili videtur posse colligi, ꝙ non sufficiat dictis Petro, Guilielmo, ⁊ Thome, ꝙ fuerint filij prefati quondam Petri senioris, Sed etiam opus est ꝙ ipsi fuerint, vel sint eius heredes, aut vniuersales successores, ad hoc vt possint, vel valeant pretendere se ius habuisse, vel habere in bonis dicti quondam Guilielmi Fabri, in vim scilicet substitutionis facte in instrumento dicte pretense adoptionis, ⁊ postea repetite seu confirmate, aut reseruate tempore subsequute, ⁊ facte donationis inter viuos dicto Petro Baderij seniori, ⁊ per predictum Guilielmum scilicet anno domini M.cccclxxj.⁊ die.xxiij. mensis Aprilis. Repudiando igitur hereditatem dicti Petri eorum quondam patris, videntur etiam se ipsos repulisse a iure dicte pretense substitutionis facte, ⁊ repe-
4 tite in locis superius mentionatis. Et † si ipsi hereditatem dicti Petri acceptassent, ipsi non potuissent impugnare eius factum, ⁊ sic nec venire contra alienationes per eum factas.l.que a matre.C.de restit.mili.l.cum a matre.C.de rei vendic.l.venditrici.C.de reb.alie.non alie.l.ij.C.si quid in frau.patro.⁊.l.si creditoribus.C.de seruo pigno.da.manumiss. nisi tamen hereditatem huiusmodi adiuissent vel se illi immiscuissent, cum beneficio inuentarij. iuxta ea que scribuntur ⁊ not.in.d.l. cum a matre. ¶ Ad secundum quesitum dico ⁊ respondeo ꝙ vt apparet ex instrumento matrimonij dudum contracti per ⁊ inter dictum Guilielmum Fabri ex vna parte, ⁊ honestam mulierem Joannam, relictam Raymundi Tyolacti ex alia, idem Guil. debebat recipere bona, ⁊ iura eiusdem Joanne cum beneficio inuentarij, ⁊ eidem dare recognitionem: Sed non video ꝙ istud multum prosit heredibus eiusdem Joanne, dictis scilicet Petro, Guilielmo, ⁊ Thome contra creditores dicti Petri senioris, ⁊ donatarij dicti quōdam Guilielmi nisi probent que bona fuerint per dictum Guiliel-
5 mum recepta ⁊ habita. non † enim, vt puto, posset iuramentum in litem eisdem Petro, Guilielmo ⁊ Thome propter omissionem confectionis inuentarij deferri, argum.l. alio iure.⁊.l.si.C.de in lit.iuran. vbi propter dolum tutoris, non defertur cōtra eius heredem, licet fingatur eadem persona cum defuncto. authent. de iureiurando a morien. prestito.in princip.collat.v. non video igitur quomodo ex capite omissionis dicti inuentarij, seu recognitionis, possunt dicti heredes impedire exequutionem, seu exequutiones, que fiunt ad instantiam creditorum dicti Petri senioris in bonis dicti Guilielmi: nisi, vt dixi, probarent de illis bonis receptis vltra, ⁊ preter bona vendita, ⁊ pro quorum recuperatione idem Guilielmus certa legata reliquit dicte Joanne, eius vxori. ¶ Ad tertium dico, ⁊ respondeo, ꝙ cum dictus Guilielmus in legato facto Joanne eius vxori de domo, in quesito huiusmodi latius mentionata, dixerit se eidem legare aliam suam domum sitam in loco Castriduplicis loco dicto in Mareta confrontatum cum medietate terre illi adiacentis, iuxta aliam domum ipsius Guilielmi testatoris ab oriēte, iuxta vineam, ⁊c. sumunt ex ijs verbis testatoris, creditores dicti Petri debitoris occasionem dicendi, ⁊ pretendendi, ꝙ domus, que nunc apparet, fuerint due domus, propter quod videtur mihi ꝙ inquiri deberet cum antiquis an ibi viderint aliam domum preter eam que nūc apparet, ⁊ a parte orientis, an ve illa que nunc apparet ⁊ alia essent due domus, vt quia possidebantur vt due domus, ⁊ ad quas erat accessus, seu ingressus per duo ostia, non per vnum ostium nec
6 erat accessus de vna ad aliam, nisi per illa ostia: quia † nomina domorum ⁊ fundorum destinatione patrisfamilias constituuntur.l. quod in rerum.§.j.ff.de legat.j.l.si quis duas.§.si quis partem.ff.communi.predio. Si enim illa domus, semper tenta est vt vna quoad habitationem, ⁊ vsum patrisfamilias, ⁊ de vna parte erat accessus ad aliam partem, potuerit dici semper fuisse vna domus: quamuis per plures partes diuisa.l.si finita.§.ex hoc edicto, ⁊ quod ibi gloss.⁊.l.quod conclaue, ⁊ quod ibi docto.ff.de damno infect.⁊ in.l.predijs.§.Balneas, ⁊.§.fin.ff.de legat.iij.⁊.l. Seye.§.tiranne.ff.de fun.instruc. Et puto ꝙ si facta inquisitione non appareat de alia domo, vel ꝙ olim illa, que nunc est vna, essent due domus, ⁊ ꝙ paterfamilias vtebatur vt duabus, presumi debeat ꝙ vel testator, vel tabellio in illa demonstratione, seu confinij, quod domum appellāt a parte orientis, errauerit, ⁊ ꝙ illa falsa demonstratio non preiudicauerit dicte Joanne, nec preiudicet dictis suis heredibus, postꝙ̄ apparet de domo sita loco dicto in Mareta, ⁊ de duabus veris confrontationibus, scilicet de vinea Joānis Cheualerij ⁊ itinere fontis Desenyer. Pro quo allegasse sufficiat not. per Bar.in.l. demonstratio falsa, in vij.q.ff.de cond.⁊ demonstr. nisi igitur creditores probent quod predixi, non erunt cogendi heredes dicte Joanne diuidere domum predictam: maxime si possident.

Rub.

¶ Rub. Ad senatusc. Trebel. ¶ Epito. ¶ Cons. clxxxi.

¶ Fructus per vxorem ex fideicommissaria hereditate iudicio testatoris percepti, compensantur in restitutione fienda cum dote ipsius vxoris. V. F.

1 ¶ Fructus negligentia non petentis percepti in trebellianicam non imputantur.
2 Fideicommissa actione ex testamento petuntur: nec in eis ante restitutionem ius aliquod fideicommissarius habet.



Adherendo Eleganter scriptis parte nobilis & honorabilis viri Philippi de Franchis, dico & respondeo, prout iam responsum est, quod fructus percepti per nobilem Galburgiam relictam, & vniuersalem heredem nobilis quondam viri Arnulphi de Lumbardis, & grauatam de restituendo hereditatem dicti nobilis Arnulphi prefato nobili Philipo de Franchis compensari debeant cum dote eiusdem Galburgie pro concurrenti quantitate, seu pro
1 illa ad quam dotem huiusmodi extenuauerat. Quo † vero ad fructus perceptos per heredem predicte Galburgie, & sic post purificatam conditionem fideicommissi, & ante interpellationem factam parte eiusdem nobilis de Franchis, & sic negligentia non petentis, puto aliud dicendum: quia illi non sunt percepti iudicio testatoris: nec imputarentur in quartam trebellianicam, si essemus in casu, in quo esset locus detractioni eiusdem quarte. l. mulier. §. heres. ff. ad Trebel. & quod not. glos. & doct. in. l. in fideicommissariam, in princ. ff. ad Trebel. Cui dicto non obstat arg. scilicet quod si fructus percepti per dictam quondam Galburgiam extenuauerint dictam dotem, ergo multofortius, vel non minus & fructus percepti per nobilem Gentilem de Vpassijs eius heredem: quia nemo plus iuris, &c. l. traditio. ff. de acq. rer. domi. c. gratia. j. q. j. & c. Daybertum. j. q. vij. Quoniam respondeo quod secus hic, secus ibi: pro eo quia percepti in primo casu fuerunt percepti iudicio testatoris: in secundo vero fuerunt percepti negligentia non petentis: que propterea in hoc punitur. Etiam non obstat, quod opponitur de. l. j. & ij. C. de pign. act. Quoniam respondeo, quod illa iura loquuntur in fructibus perceptis ex rebus alterius, pignori tamen obligatis: hic autem loquimur in fructibus perceptis non ex bonis alterius, sed ex bonis percipientis, hoc est di
2 cti de Vpassijs: quia † licet fideicommissum fuerit purificatum per mortem predicte Galburgie, & ex tunc dicto nobili Philippo competierit actio ex testamento ad petendum sibi restitui fideicommissum huiusmodi: per id quod not. glos. & doc. in. l. nec interest. ff. de fideicommis. heredi. peti. Tamen ante restitutionem fideicommissi huiusmodi factam re, vel saltem verbis, non habet regulariter fideicommissarius ius aliquod in rebus restitutioni subiacentibus. l. facta, in princ. & quod ibi gl. & doc. in. l. si eius. §. si quis. ff. ad Trebel. per restitutionem vero re aut verbis factam, transeunt iura in fideicommissarium. Fateor autem quod si qui fructus percepti extiterint post factam interpellationem de restituendo fideicommissum, & sic mora non soluentis, illi deberent restitui: ne ex dolo suo commodum reportet dictus de Vpassijs: quod etiam voluit glos. & doct. in. d. l. in fideicommissariam. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. Pro socio. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clxxxij.

¶ Socius ab exercitio secretariatus desistens tanto minus a consocio de emolumentis inde debitis accipere debet. Vasq. Fil.

1 ¶ Contrarietas quoad fieri potest distinctione euitanda est.
2 Interpretatio fit in obscuris contra se fundantem ex verbis contractus.
3 Pactum incontinenti apponi potest contrarium pacto priori: & pura dispositio fieri conditionalis.
4 Reddendarum rationum actio, quia personalis, triginta annis durat.
5 Iuramentum facit vt precise quis cogatur.
6 Pactum pro illud obseruante videtur appositum, non pro eo qui illud non obseruat.
7 Periurus an infamia notetur.



Ex Themate mihi exhibite consultationis parte nobilis, & honorabilis viri Joannis Mailhard regij secretarij, eliciuntur multa dubia, ad que respondeo prout infra Et primo ad primum, Pro cuius solutione presuppono tenorem conuentionum, & pactorum dudum, scilicet anno domini, M. cccc xcix. & die. xxv. mensis Aprilis celebratarum, & initarum per, & inter dictum nobilem Joannem Mailhard ex vna parte, & honorabilem virum Joannem Caluini, etiam regium secretarium ex alia, per quas inita fuit, & contracta societas inter eosdem secretarios de, & super fructibus, prouentibus, reuenutis, & emolumentis officiorum inibi latius expressorum, & sub pactis, qualitatibus, conditionibus, & reseruationibus, de quibus ibi. Quibus presuppositis, dico & respondeo quod licet mutua quietatio, seu liberatio quam sibi inuicem fecisse dicuntur prefati secretarij, anno domini M. ccccc. & die. xix. mensis Maij. Et primum capitulum conuentionum inter eosdem anno, mense, & die huiusmodi initarum videantur prima facie contrariari,
1 aut inuicem repugnare: Si tamen † mutua quietatio, seu liberatio & capitulum huiusmodi opportune attendantur, ille non contrariantur. Presertim vero & maxime, ea contrarietate, que non possit per diuisionem, seu opportunam distinctionem euitari: & que propterea euitanda est, prima constitutione. C. §. quibus, & quod ibi Barto. & doct. idem voluit Barto. & docto. in. l. fi. §. idem que sijt. ff. de condi. indebi. Quod autem non contrarientur, probatur ex eo, quia in dicta mutua quietatione, seu liberatione dicitur, quod prefati do. secretarij se mutuo, & inuicem quietarunt, & liberarunt de omni recepto, & habito vsque in diem tunc presentem, cum pacto de nihil vlterius petendo vigore dictarum conuentionum, & pactorum inter eos initarum anno predicto, M. cccc xcix. & die. xxv. mensis Aprilis, de quibus fit mentio in principio quietationis, & liberationis predictarum: Fateor igitur quod si ante diem harum quietationis, & liberationis erat aliquid receptum, vel habitum per dictos do. secretarios, aut eorum alterum, de processibus audientie, & do. commissariorum, de hoc non possit peti ratio: quia de hoc se mutuo quietauerunt, non de eo, quod postea forstasse de illis habuerunt ipsi, vel eorum alter. Et si opponatur, quod dicti do. secretarij non solum se mutuo, & vicissim liberarunt, & quietarunt de omni habito, & recepto in vim conuentionum predictarum, sed etiam de omnibus alijs causis, prout scribitur in schedula quietationis, & liberationis predictarum ibi, Et etiam de omnibus alijs rebus quibuscunque, de quibus inter nos fuit negotiatio, seu ad faciendum simul, respondeo, & dico quod ista clausula generalis propter illud verbum alijs, refertur ad alias causas, siue alios, & diuersos contractus: diuersos inquam, & alios a conuentionibus inibi mentionatis, de quibus premiserant: & quas non videntur infringere, vel cassare, seu sibi mutuo, & vicissim remittere percipienda, & leuanda vigore, vt dixi, dictarum conuentionum. Et hoc vt premisi, propter illam dictionem alijs, per quam videtur hoc clare exprimi, & ita non est ab hoc sensu discedendum. l. ille aut
2 ille. §. cum in verbis & l. non aliter. ff. de leg. iij. Et † vbi pretendi posset aliqua obscuritas, verba contractus deberent interpretari contra eum, qui se fundat ex contractu, & sic contra dictum Caluini pretendentem liberationem. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verbo. oblig. & regula, contra eum. de reg. iur. in. vj. Addo, quod vbi pretendi posset dictos secretarios se mutuo, & vicissim quietasse, & liberasse, etiam quoad processus superius mentionatos de, seu pro quibus nondum satisfactum extiterat, prout non puto, hoc deberet intelligi, vt videlicet nihil peti posset in vim dictarum primarum conuentionum: sed cum postea illico, & incontinenti isti do. secretarij conuenerint, & pacti extiterint, quod omnes processus audientie, & do. commissariorum tam veteres, quam noui, facti per eosdem do. secretarios ab eo tempore quo fuerant regij secretarij in prouincia: & qui postea fuerint per eosdem ac fructus, prouentus, reuenute, emolumenta, & alia inibi mentionata essent communes, & communia prout ibi, & sub forma, inibi mentionata, videntur ipsi dom. secretarij antequam conuentionem reformasse, & sub dicta noua forma discessisse a dicta pretensa, & mutua quietatione, seu li
3 beratione: quod † facere eis licuit. Pro quo induco. l. lecta, ff. si cert. pet. vbi primo erat factus contractus sub vna forma, scilicet in calend. proximis tota summa redderetur,

soluerentur vsure: postea vero, ⁊ incontinenti fuit factum pactum, vt nõ solueretur tota summa in calẽdis proximis: sed treceuti denarij singulis mensibus: ⁊ hec discessio, seu pactum incontinẽti factum ibi valuit. Preterea videmus in vltimis voluntatibus, ꝙ si testator aliquid pure leget, deinde illud idem leget sub conditione, primũ extinguitur ⁊ ab eo disceditur, ⁊ totum fit cõditionale. l. si legatũ pure. ff. de adimen. leg. ⁊ l. quibus diebus. §. quidam. ff. de cond. ⁊ demonstrat. non etiam est dubium quin cõtractus possit pure celebrari, ⁊ debitũ pure contrahi, ⁊ postea incõtinenti fieri pactum, ꝙ non debeatur, nisi adueniente conditione. per id quod not. glo. in d. l. lecta, super verbo, ipso iure. Et quis glos. quoad hoc dissentiat, tamen voluit Bart. in d. l. quibus diebus. §. quidam, ꝙ isto casu, quando scilicet pactum fit incontinenti, primus contractus, qui erat purus, transit in conditionalem: quia partes sic incontinenti paciscentes, non dicuntur habere primum contractũ pro perfecto, ex quo illũ alterant per pactũ incontinẽti subiectum. ⁊ facit pro hoc quod voluit Bart. ⁊ omnes in secunda. q. d. gl. quia ideo ibi fauore creditoris pactum resoluit contractum: quia diuersitas statim placuit. Et hanc opinionem Bart. tenuit Bald. in d. l. lecta, versic. secundo queritur, ⁊ do. Jason May. non ergo inopinabile, aut impossibile censendum est dictos dominos secretarios incontinẽti discessisse a dicta pretensa, ⁊ mutua quietatione, seu liberatione, ⁊ incontinenti subiecisse aliam conuentionem, per quam communes fierent processus non solum noui, hoc est, qui postea mouerentur, seu incohoarentur: sed etiam omnes veteres, qui scilicet per eos facti extiterãt post ꝙ cepissent esse regij secretarij: ⁊ non solum cõuenerunt de dictis processibus, sed etiã de alijs: vt in dicto capitulo: quod capitulum etiam postea fuit confirmatum, ⁊ repetitum inter partes: apparet in declaratione facta per nobilem virum Ludouicum de Saquenay, prepositũ, anno Domini M.cccccj. ⁊ die. xxvj. mensis Aprilis. Et hoc in septimo capitulo huius declarationis, quam dicti do. secretarij incontinenti approbarunt, ⁊ approbando iurarunt non contrauenire: sed obseruare de puncto in punctum declarationem per eum factam. Et per hec patet respõsio ad primũ quesitum. ¶ Ad secundum quesitum dico, ⁊ respondeo, ꝙ licet dicti do. secretarij non petierint iuxta conuenta rationem sibi inuicem reddi infra annum, non propterea censendi sunt sibi preiudicasse, nec fecisse quominus vel ipsi, vel corũ alter, petere possunt reddi rationem, ⁊ reliqua cõsignare, ⁊ solum iuxta dictas conuentiones factas anno predicto M. ccccc. ⁊ mense Maij. Et hoc non habet dubiũ: Tum quia
4 † actio personalis cuiusmodi est illa, que pro reddenda ratione ⁊ reliquorum cõsignatione, competebat, ⁊ intentari poterat, durat regulariter triginta ann. l. receptitia. C. de constit. pecu. l. j. §. nemo, cum suis simil. C. de anna. except. Tum ⁊ quia nemo presumitur iactare suum. l. cum de indebito, in princ. ff. de probat. ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, ꝙ q̄ cessatio officij secretariatus dicti nobilis Mailhard, seu remotio ab illo non est facta propter dolum, seu culpam ipsius, sed propter nouam insignis Prouincie parlamẽti institutionem, detrimenta, seu damna, que propter cessationem, seu remotionem predictam cõtigerunt, debent per eosdẽ do. secretarios, ⁊ socios cõmuniter agnosci, ⁊ equanimiter supportari. l. si id quod quis. §. idẽ Celsus. ff. pro socio, ⁊ quod not. gl. in d. l. si id quod quis. in j. responso, super verbo, coitã, ⁊ Pet. de Ubal. in suo tract. socie. parte. viij. in prin. ⁊ alij in alijs locis. ¶ Ad quartũ dico ⁊ respondeo, ꝙ q̄ declaratio facta per dictũ nobilẽ Ludouicũ, fuit per partes approbata: ⁊ iurata debuit, ⁊ debet dictus magister Caluini illã obseruare, ⁊ sic facere matriculã, ⁊ in ea describere, prout cõuentũ est: debuit etiã ⁊ debet apponere ⁊ describere in requestis, ⁊ processibus, nõ solum
5 nomen suum, sed etiam nomen dicti Mailhard: ⁊ ad † id etiam precise cogi potest ratione iuramenti: per id quod habetur in c. fina. ⁊ quod ibi Ant. de But. ne prela. vi. suas. quod etiam voluit gl. in l. si pecuniam, in prin. in glos. que incipit, Et quia iurasti. ff. de condi. ob caus. quam ad hoc ponderat ⁊ sequitur Bal. in d. l. si pecuniam, ⁊ in l. sed he. §. pretor. ff. de procur. vbi etiã pro hoc allegat. l. si quis maior. C. de transa. ⁊ idẽ voluit Bald. in preludijs feudorum, Innocen. ⁊ Panor. in c. veniens, de iureiuran. Ubi hoc sequitur etiam Ant. de Butr. qui pro hoc allegat, ꝙ iuramento inest clausula, ꝙ iurans obligetur eo efficaciori modo, quo fieri potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. ⁊ c. ad nostram. el. j. de iureiuran. Franc. de Are. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verb. oblig. Alex. de Imol. in l. si conuenerit, circa principium. ff. de iurisdic. omnium iudi. ⁊ in l. stipulationes non diuiduntur. vbi multos refert. ff. de verbo. obligat. Et quod dixi dictum magistrum Caluini posse adhoc compelli, intelligo procedere, nisi tamen idem nobilis Mailhard primo contrauenerit: quia
6 † vt dicit Bald. in l. cum proponas. el. ij. C. de pac. pactum videtur appositum pro eo, qui pactum seruat, non pro eo, qui contrauenit. d. l. cum proponas, ⁊ l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. ⁊ quod not. gl. in l. qui fidem. ff. de transac. l. ij. C. de iure emphyt. ⁊ d. l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ij. ¶ Ad quintum dico ⁊ respondeo, ꝙ licet dictus nobilis Mailhard coactus extiterit remittere, seu vendere officium archiuatus, pro eo, quia obstante institutione dicti insignis parlamenti, nõ poterat simul obtinere dicta duo officia: scilicet secretariatus ⁊ archiuatus: quia tamen officium hoc non omnino perijt, sed ex illius venditione remansit penes eum pretium, ⁊ pretij commoditas, dico ⁊ respondeo ꝙ dictus nobilis Mailhard, ⁊ magister Caluini super hoc debent stare arbitrio boni viri, qui videat, ⁊ palpet, que ⁊ quanta commoditas possit ex pretio huiusmodi verisimiliter, ⁊ iuste acquiri. ⁊ de hoc deberet dictus nobilis Mailhard facere sibi partem, vel tanto minus recipere super processibus, ⁊ alijs scripturis dicti magistri Caluini. ¶ Ad sextum dico ⁊ respondeo ꝙ etiam in hoc male fecit dictus Caluini, ⁊ contrauenit declarationi iurate:
7 ⁊ qui deberet † bene aduertere, propter periurium ⁊ infamiam, quã incurrit. d. l. si quis maior, ⁊ quod ibi scribentes. C. de transactio. ⁊ propter quam posset incurrere non solum iustam priuationem officij secretariatus, quod non debet esse penes infames, sed etiam aliam, ⁊ alias penas. Et hec scribo, ⁊ paruis scribo quo adhoc, non vt eum velim super his per dictum nobilem Mailhard filium meũ, ⁊ cuius fuit discipulus inculpari, vel alias impugnari: sed magis moueri, vt a talibus abstineat, ⁊ vt ea que parum aduertenter gesta sunt, in melius corrigat, ⁊ emendet, ⁊ vt ipse ⁊ dictus filius obseruent quod ⁊ promiserunt, ⁊ iurarunt sub presentia, ⁊ in manibus dicti nobilis Ludouici: quia iuramentum non impune contemnitur, maxime per eos, qui vel in ecclesiastica, vel seculari dignitate sunt constituti: vel per notarios, ⁊ maxime secretarios curie principis: qui tales se prebere debent, vt sint sine suspitione, quod non est in periuris.

¶ Rubi. De aduoca. diuers. iudicior. ¶ Consil. clxxxiij.

Epitome.

¶ Aduocatus, qui protelationis causa ante refusionem expensarum articulis respondere recusat, per iudicem vrgendus est. U. F.

1 ☞ Aduocati mali, ⁊ damnabiles causarum dilationes.
2 Aduocatus ad damna partis resarcienda an ⁊ quando se obliget.



Etiam si Guilielmus Sauorini sciens, vel scire debens se fouere malam, ⁊ iniustam causam, ⁊ propterea timens de principali, vellet causam differre, ⁊ propterea querere sibi diuerticula ad causam principalem differẽdam, nec tamen reprobate, ⁊ damnatissime intentioni fauere non debet dominus eius aduocatus, nisi fortasse suscitare existi-
1 met † iam dudum, ⁊ diu est, explosam doctrinam Uber. de Bobiano, ⁊ Joan. de Deo dicentium, ꝙ aduocatus, qui timet de principali, debet differre causam, si habet ditem clientulum, hoc modo, hoc est eo quem referunt, ⁊ quem nõ trãscribo, ⁊ ita per varia ⁊ diuersa diuerticula docent aduocatum tergiuersari, ⁊ progredi, vt sic centies faciat, ⁊ addit Joan. de Deo, ꝙ litigator semper insidietur iudici, ⁊ inuenta occasione appellet, nec timeat expensas, si diues est: quia grata superueniet, que non sperabatur hora, ⁊ refert Joan. And. ꝙ Uber. de Bobiano vbi tractat materiam curatorum reprehendit aduocatum, qui vemente tutore, vel curatore ad causam permittit litem contestari infra decem annos, hec est sancta illorum doctrina, que si bona est, ipsi viderint, nobis autem patet illam esse damnatissimam, ⁊ in quam inuehuntur ⁊ vere vehementissime non solum Specu. quem pudebat eã referre, cui satis conuenit Joan. Andr. sed etiam omnes ⁊ cano. ⁊ theologi. dictum est enim alicubi, ⁊ ad regem alias bonum, improbo prebes auri

auxilium: et ideo iram Dñi merebaris, et alicubi dicit Osti. loquens de aduocatis, et post eorum defectus, inter quos est ille, quod nitantur minus debite fugere, et negotium protrahere, et subiungit, satisfaciant igitur aduocati his quos predictis modis, vel aliis leserunt, et per veram penitentiam suo satisfaciant creditori, si nolunt apud inferos perpetuo cruciari. cap. idcirco, de peniten. dist. vij. non enim in die iudicij habebūt de allegationis nitore subsidiū. c. aliorum. ix. q. iij. que nō scriberem, nisi iamdiu referētibus bonis viris audissem, et quidem sepe et pluries, dictum do. aduocatum iactitasse, quod in causa quam primo contra dictum Sauorini mouit aut mouere tentauit curator bonorum Bernardi Retorin, et nunc eius procurator lis non cōtestaretur de duobus annis: quod et si ab initio non facile crediderim, ea tamen que postea sunt secuta, et dictim sequuntur, perfectius persuadent, vt tam ex his, quam ex ea que sibi alias facta fuit oblatione, respōdit mihi proculdubio persuadenti quod non tam victoriam cause huius, propter bona dicti eius clientuli exoptet, quam propter gloriam, et vt appareat sciolus, sed si mihi credit, deponat hunc errorem, et si non vult vinci a nō terminis suis stet in terminis: et prout boni aduocati facere debēt, defendat bonas causas, et quidem iuste, nec existimet se impune defendere malā causam sub vmbella alicuius apparentis defensionis: vt verbi gratia in casu, vbi etiam si posset legitime impugnari mandatum, non prouidi viri Petri Chauuelli qui non compareret, sed dominus Joannes Juliani procurator legitimus dicti Bernardi. non propterea excusaretur a peccato: pro eo quia defendit improbū reum et qui est in mora restituēdi rem petitam, prout authore Domino ostenditur: et cauere debet, ne sub † hac friuola vmbella, quā ex mala intentione opponit predictus Sauorinus, vt scilicet differatur quinimo impediatur cognitio negotij principalis se obliget ad resarciendum omnia damna: per id quod alicubi voluit Innoc. longe durius Ant. de But. et Theologi. positum enim fuit parte huius Bernardi, quod et minor. xxv. annis, et prodigus et lesus lōge vltra dimidiam iusti pretij fuit, quorum quodlibet mouere deberet quemlibet bonum et conscientiosum aduocatum ad patiendum de his inquiri: quinimo ad parti sue consulendum, et dicendum, Amice aduerte a quo, et quali emisti et qualiter, et deinde persuadere fac hoc vel illud: quia nolo improbo prebere auxilium, si fortasse hoc nō fateatur, debet, vt dixi, pati inquiri, et non iactitare, quod infra biennium non respondebit libello, quod cedit non solum in detrimentum partis, sed etiam in nimium contēptum eorum, qui causam hanc pro eodē et paupere, simplice, minore, prodigo, et decepto dirigūt. Ceterum veniamus ad hoc, de quo nouissime opposuit dictus Guil. et an recte procedat: dicit enim, quod ideo libello parte dicti Retorin in hac causa oblato respondere non debeat: quia pretextu et ad causam mādati, de quo in eius schedula fuerūt facte multe expense, quas propterea petit refundi ante respōsionē: sed, vt puto, iste parū aduertit, sed propriā vocem obliuiscitur: impugnauit enim quantum in eo fuit mādatum superius mentionatum pretendēs, quod predictus Chauuelli procurator non esset dicti Bernardini Retorin aut bonorum illius. Et cum nūc idē Bernardus per se vel alium agat, petit ab eo sumptus refundi: quod quātū absurdum sit, nemo est qui non videat. Debet enim petere illos sibi solum per prefatum Chauuelli si sua putauerit interesse, qui tamen authore Domino sibi respondebit. Et cum eo disputabit de pertinentia vel impertinentia multorū parte dicti Sauorini in causa deductorum, que oculis conniuēntibus, pro tempore preterita extiterunt: et ne daretur occasio protelationi cause huius, que iam patebat: alia via quesita quam nunc etiam se posse frustrare persuadēt prefatus do. aduocatus et Sauorini, et quidē inciuiliter et iniuste. Quamobrē illis non obstantibus petit procurator dicti Bernardi et procuratorio nomine eiusdē dicto eius libello, quem iamdudū produxit et nūc reproducit, et si productus non fuit, producit responderi, et litem super eo legitime contestari, ac respondendam et litem contestandam ordinari. Et alias in et super premissis et singulis eorundem iusac debitam et celerem iustitiam sibi fieri et ministrari.

¶ Rub. De precar. et salui. interd. ¶ Consilium. clxxxiiij.

¶ Epitome.

¶ Possessorio perperam agit vxor, cuius se precario nomine certas possidere res maritus pro dote cōstituit: cum ea constitutio non ante finitum matrimonium locum sit habitura. A. F.

1 ☞ Sententia conclusioni libelli quomodo conformis esse debeat, et fere per totum.
2 Verbis legis cessantibus legem ipsam cessare.
3 Libellus est subiectum, sententia predicatum.
4 Precario nomine alterius se possidere constituens, an et quando in eum possessionem non transferat.
5 Precarij constitutio vt accessorium regulatur secundum contractum cui adijcitur.
6 Actio ex dote regulariter durante matrimonio non nascitur.


Viso Processu cause primo cepte, et postea in curia episcopali Gebennarum, et postea tam ibi, quam alibi in diuersis instantijs diutius agitate, per et inter Georgiam relictam Hermādi de domo actricem originariā ex vna parte et honorabilem virum Petrum Magnini reum originarium ex alia, videtur dicendū, quod pretēsa diffinitiua sentētia, quam in causa huiusmodi tulisse dicitur egregius vir dominus officialis Gebenensis, fuerit nulla, aut saltem iniqua, et iniusta. Et hoc siue dicat, et declaret dicta Georgia actrix se intentasse hypothecariam actionem, saluianum interdictum, vel condictionem ex. l. fi. C. de acqui. posses. et quidem ex duobus primis casibus hoc certum est: Quoniam in illis, et eorum quolibet debuerunt bona heredū dicti quondam Hermandi, primo discuti postquam parte dicti Magnini fuit opposita exceptio ordinis, et istud non habet dubiū, nec puto quod egregij viri domini aduocati dicte Georgie hoc inficientur, seu negent. Et idem dico si declarat, aut
1 pretendat intentasse cōdictionem ex dicta. l. fi. Tum † quia sententia predicta non tunc cōperitur conformis libello, in quo fortasse pretendit eadem Georgia propter illam clausulā, Et alias in de et super premissis iustitiā sibi ministrari, etc. cōclusisse ad restitutionem possessionis domus et curtilis in libello, seu supplicatiōe dicte Georgie latius expressarum, sed multum a conclusione huiusmodi diuersa et difformis: pro eo quia non fuit idem Magnini condemnatus ad restitutionem pretense possessionis domus, et curtilis huiusmodi: sed cognitum, et declaratum dictam Georgiam fore immittendam in possessionem domus, et curtilis predictarum, tenendam, et possidendam iure pignoris, et hypothece donec, et quousque, etc. que sententia videtur potius se conformare conclusioni alias faciende vbi intentatur hypothecaria actio vel Saluianum interdictum quam vbi agitur condictione ex dicta. l. fi. prout patet ex his, que not. Bart. et docto. in. l. rem alienam. ff. de pignora. actio. Ange. Are. et Moderni. in. §. item seruiana. institut. de actio. nō ergo videtur fecisse iuxta predicta, per id quod habetur in. l. fi. ff. de fideicōmis. liberta. l. vt fundus. ff. com muni. diuidun. et. c. licet Hely. de simonia. Tum et quia licet in dicto pretenso libello, seu supplicatione deducta extiterit pretensa possessio dicti quondam Hermandi, non est tamē propositum, vel deductum, quod idem Hermandus aliquid perpetrauerit, vel egerit de contentis in dicta. l. fi. Et ita non videtur quod narrationi dicti pretensi libelli, seu supplicationis adaptari potuerit conclusio: cum conformis existat sententia superius mentionata. nō ergo in hoc
2 casu sibi locum vendicauit predicta. l. fi. quia † vbi cessant verba constitutionis, seu statuti, vel legis, cessat et constitutio, seu statutum, aut lex huiusmodi. l. bos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. iiij. §. toties. ff. de damno infec. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. et esti. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acqui. heredi. et. l. ita autem. ff. de administratio. tuto. quod etiam voluit Pau. de Cast. cōsil. ccccxj. Rom. cōsi. cxcix. exord. Presens statuti particula, etc. cōsi. ccccxlij. exord. Ut decisionem accipiat presens consultatio, etc. et consi. cccclxij. exord. Quoad propositam consultationem, etc. prope fi. et And. Barba. cōsi. xxj. in. j. parte, et alij in alijs locis. Tum et quia petitio et libellus debent iudicari, et in-
3 telligi secundum formam sententie: quia † libellus est subiectum, et sententia est predicatum: et talia sunt subiecta, qualia predicata demonstrant, vt not. gloss. fi. in. c. dudum. de deci. per quam dicit ibi Anto. de Butr. quod talis presumitur fuisse libellus, qualem sententiam demonstrat, et illam glo. sequitur Ostien. in. c. querelam, de elect. per quam dicit quod sepe suppletur petitio per sententiam quod dicit esse valde

notandum: quod etiam voluit Joannes de Ana. in c. licet Hely. de symo. Et hoc videtur posse non solum opportune, sed etiam optime applicari huic casui, in quo videntur fuisse opportune deducta ea, que requiruntur in actione hypothecaria, aut saluiano interdicto: & deinde lata sententia, vel his, vel horum alteri satis conformis: & nihil propositum vel deductum, ex quo inferri potuerit, aut possit eundem Petrum Magnini fuisse vel fore condemnandum ad restitutionem pretense possessionis condictione scilicet ex. d. l. fin. ad cuius intellectum, si placet, videantur Joan. de Imo. Alex. de Imo. & doct. in l. peregre. §. quibus explicitis. ff. de acqui. posses. Tum etiam, quia supposito citra preiudicium veritatis, quod premissa cessarent, quod eo tempore contracti matrimonij per & inter dictos Hermandum & Georgiam, idem Hermandus tenuisset & possedisset domum & curtile predictas, & quod opportune esset negotium narratum, & conclusum, iuxta mentem d. l. fin. adhuc non debuisset dicta Georgia in causa obtinere: pro eo quia non est per eam probatum, quod ipsa vllo vnquam tempore tenuerit, aut possederit domum & curtile superius mentionatas:
4 Quis † enim per constitutionem precarij constituens si tunc possideat, transferat regulariter possessionem ciuilem in eum, cuius nomine se possidere constituit, hoc tamen aliquando fallit. Et quidem eo casu, quo se possidere constituit in tempus, in quo non est possessurus: vt verbi gratia, post mortem sui ipsius constituentis. l. j. §. Sceuola. ff. si quis testa. liber esse ius. fue. & quod post glos. not. Angel. Alexand. de Imo. & moder. in l. quis. §. si conductor. ff. de acquir. posse. Alexand de Imo. consil. lxxxj. exord. Perspectis his que in themate infrascripto, versic. sed ita est, & consi. seq. in ij. vol. & do. Jason May. in l. quoties. in v. limitatione, vers. nota tamen diligenter, &c. C. de rei vend. Hoc autem factum videtur in casu, de quo queritur. Et quidem non solum tacite, ex eo scilicet capite, quia precarij constitutio, vtpote quid accessorium existens ad promissionem factam de dote restituenda tacite censeri debeat fuisse collata in tempus soluti matrimonij: & sic in casu qui euenit post mortem dicti Hermandi, per id quod not. Bal. & post eum Phil. de Corne. & do. Jason May. in l. ex testamento. s. de fideicommis. Bald. in c. j. §. si quis, vers. extra oppono, de feud. da. in vic. le. commis. Alexand. de Imo. in l. j. §. si vir. ff. de acquir. posses. & in d. consil. lxxxj. In quibus locis not. doc.
5 quod † constitutio precarij est quid accessorium ad contractum cui adijcitur, & quod illa regulatur secundum contractum huiusmodi. Et hinc dicunt doct. in dictis locis, & Bal. in l. si absentis. circa fi. C. si cert. pet. & in l. non dubium. in x. opp. C. de legib. & probatur in l. fi. ff. de consti. pecu. quod si contractus sit nullus, est & consequenter precarij constitutio nulla. & Alex. de Imo. in d. consil. lxxxj. expresse voluit, quod vbi principalis dispositio confertur post mortem, etiam post mortem confertur precarij constitutio. Et hoc ideo contingit, quia precarij constitutio est quid accessorium ad principalem contractum, cui & ad cuius consummationem, seu perfectionem adijcitur: ad quod etiam facit quod not. glos. in l. si patronus. §. patronum. super verbo, Fauiana. ff. si quid in frau. patro. que voluit, quod si principalis obligatio sit in fraudem, omnis sequens clausula presumitur esse apposita in fraudem, & hanc gl. dicit Bal. esse auream in quodam suo consi. exord. Filia instituta: multa ad hoc allegat And. Barb. consi. xxj. versi. & ad hoc adduco. consi. xxviij. versi. & si dicere mus, quod in quantum, &c. & consi. xlij. in j. parte. Cum igitur dictus Hermandus dotem sibi constitutam cum pretenso augmento dare & soluere promiserit, si casus dotis restituende euenerit, & in hunc casum etiam obligauerit, & hypothecauerit domum & curtile predictas, censetur etiam tacite in hunc casum constituisse se tenere & possidere precario nomine dicte Georgie domum & curtile huiusmodi: & non solum tacite in dictam consequentiam, sed etiam expresse ita conuentum est: vt apparet ex instrumento constitutionis dicte dotis ibi, constituens se idem Hermandus, & suos predictos casu sepe dicte restitutionis adueniente, dictas domum & curtile tenere & possidere, &c. non videtur igitur, quod predicta Georgia dici possit domum & curtile predictas tenuisse, & possedisse in vim dicte precarij constitutionis: & ita non potuit agere aliquo possessorio iudicio pro recuperatione huiuscemodi pretense possessionis: & maxime condictione ex. d. l. fi. cum nihil eorum, de quibus ibi fuisse actum proponatur, seu etiam actum extiterit, Et hoc videtur procedere etiam pro eo, quia
6 † actio ex dote non videtur regulariter nasci durante matrimonio, sed post matrimonium finitum. l. cum notissimi. §. illud. & quod ibi glo. & doct. C. de prescrip. xxx. vel. xl. anno. l. in rebus. §. omnis. & quod ibi Bald. C. de iure dot. quod etiam voluit glo. in l. auia. C. eo. tit. & idem voluit glo. in l. si rem. §. omnis. ff. de pignora. actio. in l. si cum dotem. §. & si mulier. ff. solu. matri. & Bar. Jo. de Imo. Alex. de Imol. & docto. in l. si constante. §. si exheredato. ff. solu. matri. Bar. in l. ij. & l. pater. ff. de dote prele. Bald. in l. iurisgentium. §. quinimo, versic. nunc venio ad versic. puta, &c. ibi, ex predictis concludo in actione de dote, &c. vbi etiam dom. Jason May. versi. pro expeditione glos. premitte, &c. ff. de pact. & Joan. Campe. in suo tracta. de dote. parte tertia. q. xvij. & dicit Bart. in d. §. si exheredato, quod pro hoc videtur text. in l. dotalem seruum, alias incipit, seruum dotalem. ff. de manumissio. & hec secundum docto. maxime Joan. de Imol. Alex. de Imo. in d. §. si exheredato. & Joan. Campe. vbi supra, est communis, a qua propterea non est in consulendo, vel iudicando discedendum. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. & C. nouimus. & quod ibi Anto. de Butr. de verbo. signifi. & C. de inducijs. iij. q. iij. & quod not. Ostien. Joan. And. Anto. de Butr. Panor. & alij in c. j. de constitu. & maxime, quia pro hac sunt multe glo. habentes plurimos, & quidem maxime authoritatis defensores, qui etiam & maxime Alex. de Imo. in d. §. si exheredato. videtur opportune & scite respondere ad fundamenta opinionis contrarie, videtur igitur quod dicta Georgia agere non potuerit condictione ex. d. l. fi. C. de acquir. pos. vtpote que nunquam possedit domum nec curtile predicta. Que dixerim, &c.

¶ Rubri. De feud. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clxxxv.

¶ Summatur vt in primo notabili: ex quo multe & varie questiones hic tractate pendere videntur. V. F.

1 ¶ Vassallus in dotem filie feudum assignare potest, vbi consuetudine id introductum est.
2 Repugnantia non sunt agi aliquid inter viuos, & illius effectum in tempus mortis conferri.
3 Castrum quod in dotem filie post mortem constituens constituitur, non est res dotalis, si non interuenerit traditio: & illum constituens alienare potest. nu. seq. & 10.
5 Predictus, icta, ictum, est dictio relatiua.
6 Adoptio non facta sub presentia competentis magistratus non valet: nec donatio facta eo nomine ei quem quis filium adoptiuum existimabat.
7 Inutiliter donata, que alias in commissum caderent, an & ipsa in commissum incidant.
8 Donatio cuius conuentiones non seruantur potest reuocari.
9 Alienatio feudi inualida defectu consensus domini, per consensum postea sequutum validari potest.
10 Commissum sequuta traditione fit, non ante.
11 Actio hypothecaria & Saluianum interdictum contra quos intentari possint: hoc autem posterius intentare melius est.
12 Interesse de quo tempore consideretur.
13 Vasallus alienans feudum prioris ne an posterioris domini consensum exigere teneatur: & ad quem feudum reuertatur.
14 Recusande inuestiture cause, remissiue.



Ex Themate mihi transmisse consultationis parte magnifici & potentis viri domini Georgij de Grimaldis oriuntur multa dubia, ad que respondeo breuiter & succincte, prout infra. Et primo ad
1 primum, quo queritur † an nobilis & generosus quondam vir Raynaudus Giraudi insolidum dominus Castri de Salice & pro eo vassallus magnifici & potentis viri domini Baroni Boley, potuerit castrum huiusmodi cum suis pertinentijs, & iuribus constituere, & assignare in dotem, & pro dote nobilis Agate eius filie naturalis & legitime, nobili Joanni Francisci eius genero: dico & respondeo, quod loquendo de iure feudorum super hoc sunt opinionis: quidam enim dixerunt, & responderunt quod non, pro quo solet allegari text. in c. j. §. donare. tit. quali. olim feu. alienari pote. Et hanc opinionem tenuit glo. & post eam Jaco. de Belloui. Alua. & do. prepo. in d. §. donare. & Jac. de Belloui. Nicola. de Neapoli. & Bald. in c. j. de inuestit. quam Tit. acce. a Semproni. Jo. And. in addi. Spec. tit. de

de emphyt.§. nunc aliqua, vers. centesimo nono queritur, & in.c.nuper, de donat. inter vir. & vxor. quam opinionem videtur sequi Specu.tit.de feu.§.quoniam, vers.xxxviij. in fi. Bald.in.c.vnico, tit. an maritus succedat vxori in beneficio, &c. & Joan. Raynu. in suo comprehensorio.c. imperialem, in princ. vers.habito, &c.q.v.de prohib.feu. alie. per Fede. quod vel saltem, vel maxime procedit, quatenus pater, idemq; vassallus, rem feudalem pro filia in dotem constitueret, & assignaret vltra vitā sui ipsius patris eiusdē q vassalli: quia hoc facere non potest. sed glos. Ostien. & doc. in.d.c.nuper, de donat.inter vir.& vxor. quā videtur sequi Bald.consil. ccxij. exord. q̄q; predicta sint diligenter, &c. in prima parte. Joan.de Imo.in.c.ij.de feu. Roma.consil. ccccl vij. exord. Circa prepositam consultationem, &c. ad fi. Bald.de Ubal.in suo tractatu iuris dot.parte.vj. priuilegio.lv.& do.Fel.in.c.que in ecclesiarum, vers.in ead.gl. ibi, nec feudare, & idem videntur voluisse do.de Rota decis. cxcix.exord. Pater potest, in nouis. Alia vero fuit opinio Jaco.Ardizo.in feu.tit.quib.mod.feu.ami.sub rub. in dotem pro fili. vbi dicit, q pater non habens vnde aliunde filiam dotare possit, potest feudum pro filia cōstituere & assignare in dotem: & hoc probat per multa iura inibi allegata. Et in hanc sententiam videtur inclinare Cyn. in ratione sui in.l.voluntas.C. de fideicommiss. & pro hac parte in feudo perpetuo & paterno consuluit Alexand. de Imo. consil. xxviij. exord. In causa & lite vertente super feudo, versic.posset etiam adduci aliud principale fundamētū, &c. in.v.vol. Et q̄uis prima opinio sit cōmunis, & a qua propterea alio non subsistente, non esset tutum recedere in consulendo, vel iudicando.l.j.versi.crebrior apud veteres opinio.ff.de offic.questo.c.nouimus, & quod ibi Ant.de But. de verb.sig.&.c.de inducijs.ij.q.iij.& quod not. Osti. Joan. And. Ant.de But.& doct.in.c.j.de constitu.& maxime pro eo, quia ista fuit opinio glos. cuius est magna authoritas, quam sequuntur multi, & quidem famosissimi: pro quo allegasse sufficiat id quod not. Jacob. Butrig.in.l.j.C. qui pro sua iurisd.iud.da.dari ve pos. Bal.in.l.hereditas.C. depo. Jo.de Imo.in.c.cum contingat, de iureiur. Andr. Barba. consilio.ix.in.ij.parte, & do.Fel.in.d.c.j.versic.secundo limita. Tamen quia in Prouincia, in qua, vt audio, situm est castrum predictum de Salice, in qua vt etiā audio, est specialis consuetudo per quam feuda sint redacta ad similitudinem bonorum burgēsaticorū, & per quam huiuscemodi bonis feudalibus vtuntur Prouinciales vassalli, tanq̄ burgensatici in illorum alienatione, & vassalli ipsi illa vendunt, & alienant saluo tamen iure domini feudi, q̄uis domini possint huiusmodi bona feudalia iure prelationis retinere, vel si ea nolunt retinere, possint & debeant inuestire & laudimia recipere, puto q dictus nobilis Raymundus potuerit castrum predictum constituere, & assignare in dotem pro dicta eius filia. Hoc autem potuit de consuetudine introduci contra propriam naturam feudorum: prout colligitur ex his, que notat Joan.Fab.in authen.ingressi. C.de sacrosanc.eccl.& institut.de empt. & vend. circa princ. quatenus voluit, q feuda regni Francie sunt de generali consuetudine redacta ad instar patrimoniorum. Bal.cons. xxxiij.exord. Ad euidētiam premittendum est, q de rebus feudalibus. versic.istud debet intelligi, nisi consuetudo loci, &c.& consil.ccxliij.exord. q pro regula in feudis traditur, natura feudi appellatur: vers. sed queritur vtrum consuetudo. Joan. Raynau.in suo comprehēsorio.c.imperialem. §.habito, & do. Jacob.de sancto Georgio. in suo tracta. de feu.super verbo, & cum pacto de non alienando, versic. sed hic cadit pulchra dubitatio, nunquid valeat consuetudo, quod etiam satis fuit de mente Old.consil. ccxxxvij. exor. Perlectis & diligēter attētis omnibus scripturi . Super quo tamen est aduertendum, q effectus dicte constitutionis fuit collatus post mortem dicti nobilis Raymundi, qui, vt legitur in instrumento constitutionis huiusmodi dotem predictā constituit de castro predicto, omnibus alijs suis bonis,
2 quibusdam exceptis post mortē ipsius, & dicte eius vxoris. hec † autem nō repugnant, scilicet actum esse inter viuos, & illius effectum cōferri in tempus mortis, vel post mortē.l.j.C.vt ab hered.& contra here.l.hereditarium. ff.de bonis authorit.iud.possid.l.fin. C. de contrahenda & committen.stipul.& expressius in.l.nam & si cum moriar, & quod ibi not. Guil.de Cug.& Barto.in vltima oppo.ff. de
3 condi.indebiti. Et quia † effectus huiusmodi constitutionis collatus est in tēpus mortis dicti nobilis Raymūdi & eius vxoris: nec, vt puto, viuentibus eis processum est ad traditionem castri, & aliorum predictorum nō puto, q hec fuerint dotalia.l.de diuisione.ad fi.& quod ibi doct.ff.solu. matri.&.l.dotale.§.j.ff.de fun.dota.nec fuit dominium eorum translatum in generum: hoc est in nobilem Joannem Francisci: quia dominium rei in dotem constitute non transfertur in maritum sine traditione, vt not. Bald.Jo. de Imo.& doct.communiter in.d.l.de diuisione, & per illū text.non enim est in hoc contractus dotis magis priuilegiatus, q sint alij cōtractus: quia quemadmodum in alijs contractibus regulariter non transit dominium sine traditione.l.traditionibus.C.de pact.l.penul.C.de rei vendi. ita nec ex contractu dotis transfertur dominium sine traditione rei in dotem constitute, quod procedit non solum in dote particulari, sed & vniuersali, etiam si esset per mulierem nomine sui ipsius constituta: quia bonorum sic vniuersaliter constitutorū non transit possessio in maritum sine traditione. vt voluit glo.reputata singularis in.l.j.in verbo, vniuerse.ff.de vsuca.pro dote, quā ad hoc not. Bal. Jo.de Imo.& omnes moderni in concordantijs allegatis per Alex.de Imo.in.d.l.de diuisione, & idem est etiam in alijs contractibus factis de vniuersis bonis: quia in illis regulariter non transit dominium sine traditione.l.qui tibi, & quod ibi Bal.C.de ijs qui a non dom.&.l.qui tibi hereditatem.C.de heredi.vel actio.vendi. Fallit in contractu societatis vniuersalis, per id quod not. Barto.in.l.j.ff.de vsuca.& Bald.in.l.j.de condictio.furt.& in.d.l.traditionibus, & alij in alijs locis. Ex quibus concludo, q castrū predictum, & alia superius mentionata nō fuerint vere, & proprie dotalia: quamuis in dotem fuerint constituta, nec illorum dominium fuit ex constitutione huiusmodi dicto nobili Joanni Francisci acquisitum: quamuis, vt predixi, dictus nobilis Raymundus voluerit illa constituere in dotem. ¶ Uenio ad secundum quesitum, super quo premitto, q non † obstante constitutione dotis, de qua supra,
4 dictus nobilis Raymundus remansit dominus, si antea dominus erat castri, & aliorum predictorum: intelligo, dominus vtilis. Propter quod videtur, q ipse potuerit castrum predictum donare, vel alias alienare, quia quilibet est moderator rei sue.l.in re mandata.C.mādati.l.dudum. C.de contrahen.emptio.& vendit.l.polla. C.de ijs qui. vt indig.&.c.de ijs, ad fin.cum suis simil.de sepul. Et est adeo quisque moderator, & arbiter rei sue, vt etiā possit abuti.l. sed & si lege.§.consuluit.ff.de petitio.hered.iniquum enim est ingenuis hominibus liberam rerum suarum administrationem auferri.l.nō vsque adeo.in fi.ff.si quis a paren. fuerit manumis.& iustum est vnicuiq; sua cōmittere.l.nemo exterus.C.de iude. Nec videbatur impediri idē Raymundus propter constitutionem, de qua supra, quia, vt dixi, per eā fuit collatus effectus in tempus mortis: vel post tempus illius, nec fuit castrum ipsum dotale: & sic non obstabat.l.j.§.& cum lex, cum suis simil.C.de rei vxor actio. Et quemadmodum potest quis diuersis tēporibus, quamuis male faciat, eandem rem vendere pluribus, vel primo vendere vni, & postea illam eandem, alteri donare vel contra: & ille potior efficitur, cui primo fit traditio vera, vel ficta: vtpote per retentionem vsusfructus constituti aut constitutionem precarij, vel alios huiuscemodi actus ciuiles.l.quoties, & quod ibi per docto.& maxime per do. Jaso. de May.ad quem remisisse sufficiat.C.de rei vendica.ita videtur dictus nobilis Raymūdus potuisse post dictam constitutionem, & ea non obstante, alteri donare dictum castrum: & illud in alium transferre. nec videtur obstitisse pactum iuramentum de non alienando sine consensu dicti nobilis Joannis, de quo in cōtractu dicte constitutionis. Pro quo allegasse sufficiat not.per Inno.& doct.in.c.dilecto.de preben.per Joan.de Imo.in sua solenni repetitione.c.cum cōtingat.in.ix.membro.de iureiuran.& Alex. de Imo.consil.xvj.exord. Ponderatis narratis in themate.qui etiam opportune respondent ad glo.c.licet mulieres, super verbo compellendos, de iureiuran.in.vj. Etiam nec videtur obstitisse pactum predictum cum obligatione bonorum predictorum pro tenendis & obseruandis conuentis, & promissis, pro eo quia obligatio huiusmodi non videtur esse specialis sed generalis, & sic non videtur obstare.l.si creditor.§.fi.ff.distrac.pigno.super quo vide quod in simili not. Jason May.in.l.qui post.C.de legi.& quod dixi in cōs.pro Guiliel. de Cocordassio.q ad hoc vt ille.§.non procedit, opus est q obligatio, siue hypotheca, sit facta specialiter de re, de qua partes conuenerant, ne alienaretur, secundum Joan.de Imo. Roma.& Francisc.de Are.

in.l.qui absenti.§.j.ff.de acqui.poss.Bal.in.l.ea lege.C.de
condi.ob cau.Joan.de Jmo.in.l.si ita quis promiserit.§.
ea lege.ff.de verbor.oblig.⁊ Alexand.de Jmo.in.l.si filio-
familias.§.si vir,versic.aduerte tamen, quia oportet,⁊c.ff.
solu.matri.⁊ fuit de mente And.Barb.in.c.Raynaldus,
versic.limita etiam regulam, ⁊ versic.⁊ si quis opponat de
tex.multum singulari:de testa.fuit etiam de mente Amb.
Oppiso.in.l.filiusfamilias.§.diui,in repet.versic.alia ⁊ se-
cunda fallentia.ff.de legat.j.Quis Paul.de Cast.in.d.l.si
ita quis promiserit.§.ea lege,⁊ Alexand.de Jmo.consil.
lix.exord.Casus talis est,⁊c.versic.cōtrarium puto verius,
⁊c.in.v.volu.visi fuerint aliter sentire: scilicet q̄ sufficiat
obligatio seu hypotheca generalis.Et q̄uis prima opinio
quam etiam sequitur Franc.de Are.in.d.l.si ita quis pro-
miserit.§.ea lege,versic.adde igitur primo,videatur esse cō-
munis,⁊ propterea seruanda in consulendo,⁊ iudicādo.l.j.
ibi,crebrior apud veteres opinio.ff.de offic.questo.c.noui-
mus,⁊ quod ibi Ant.de But.de verb.sig.⁊.c.de inductis.
iij.q.iij.⁊ quod not.Ostien.Joan.An.⁊ alij in.c.j.de consti.
illa tamen non videtur obstare quominus castrum predi-
ctum possit alienari.Et hoc pro eo,quia in cōstitutione di-
cte dotis dictus nobilis Raymundus constituit omne
dominium, ⁊ seignoriam, quam, ⁊ quod habebat in dicto
loco de Salice: ⁊ deinde pro obseruatione constitutionis,
⁊ aliorum conuētorum; inter que est etiam pactum de non
alienando sine licentia ⁊ consensu, ⁊c. expresse obligauit ⁊
submisit omnia bona predicta:per quod satis videtur spe-
cialiter obligasse dicta bona:ea saltem, de quibus speciali-
5 ter promiserat:quia† dictio predicta,est relatiua preceden-
tium:per id quod ponit Ang.consil.cclxxxvj.exord.Do-
mina Massina cū consensu,⁊c.Roma.consil.clxxx.exord.
Si admittimus totum burgū,versi.⁊ sic nō videtur:Fran.
de Are.consil.cliij.exordiente,Breuitate vtendum est in
consulendo.Et ita videtur esse perinde acsi in dicta hypo-
theca esset facta mētio specialis de dominio,⁊ iurisdictio-
ne dicti castri:per id quod habetur in.l.asse toto.⁊ quod ibi
doc.ff.de hered.instit.⁊ vt videtur, non esset forte malum
dicere, q̄ donatio non valuerit propter pactum, ⁊ hypo-
6 thecam,de quibus supra.Preterea † certū est, q̄ illa ado-
ptio,quam fecerunt dicti nobiles Raymundus,⁊ Cathe-
rina vxor,de nobili Antonio de Remusaco, vtpote non
facta sub presentia,vel authoritate competentis magistra-
tus,non valuit.l.ij.§.imperio magistratus.ff.de adopt.⁊.l.
adoptio non tabulis.C.eo.tit.quo fit, vt sequuta donatio
facta per dictum Raymūdum ipsi nobili Antonio, quem
eius filium adoptiuum existimabat,non valuerit de iure:⁊
hoc propter errorem donatoris, per id quod habetur in.l.
eam quam.C.de fideicommiss.que procedit non solum in
vltimis voluntatibus,sed etiam in cōtractibus,in quibus
error conditionis persone per quem remouetur voluntas,
⁊ sic causa finalis etiam vitiat, ⁊ reddit actum nullum. per
id quod habetur in.l.cum hic status.§.si quis spōsam, in fi.
ff.de donat.inter vir.⁊ vxor.l.si ex voluntate.C.eod.tit.l.ea
que.C.de donat.ante nupt.⁊.l.eum qui,in fi.C.de adulter.
Pro quo videri potest Bald.in.d.l.eam quam, ⁊ in.l.nec
apud.C.de hered.instit.⁊ sequitur Roma.in.l.si cum do-
tem.§.si.ff.sol.mat.⁊ in.l.si donatione.C.de donat.Alex.
de Jmo.in.l.si pater,in princ.C.de hered.instit.⁊ Bartho.
Socin.in.l.demonstratio falsa.ff.de condition.⁊ demonst.
7 ⁊ do.Jason May.in.d.l.eam quā.Et † per hoc videretur
q̄ licet per donationē predictā,si alias valuisset,⁊ sequutā
precarij cōstitutionem,⁊ retentionē vsusfructus, per quas
videtur res donatas, seu earum possessionem tradidisse.l.
certe.§.j.ibi,proprie habere dicor.ff.de preca.l.quisquis,⁊.l.
si quis argentum.§.sed si quidem.C.de donatio.possit dici
idem Raymūdus fuisse priuatus:⁊ bona donata cecidisse
in commissum:per id quod voluit Ant.de Butr.consilio
xxxvj.exord.Absq̧ lōga allegatione clarum mihi videtur,
Paul.de Cast.in.l.j.§.si rem.ff.deposi.in.c.j.versic.⁊ vult
do.Ant.in consi.ix.tit.quid iuris sit,si post alie.feu.vassal.
⁊ do.Jacobi.de sancto Geor.in suo tract.de feu.super ver-
bo,⁊ cum pacto de non alienando.Tamen in casu, de quo
queritur, non viderentur res predicte cecidisse in commis-
sum,per id quod voluit Bald.in.l.ea quidem,per illū tex.
C.si mancipi.ita fue.aliena.vbi generaliter voluit, q̄ fru-
stratorium factum penam efficaciter non meretur:quia ex
nihilo nihil fit, secundum Philosophum, quod dictū cō-
memorat,⁊ sequitur do.Jason May.in.l.j.§.hec antē ver-
ba.ff.quod quisq̧ iuris,⁊ in.l.ij.§.quod si in patris,versicu.
ista decisio.ff.sol.mat.vbi allegat bonum textum in.l.sicut.
§.j.ff.de ope.liber.vbi ex contractu nullo,quis priuatur iu-
re suo.Et ibi etiam refert dictum Bald.in.l.ij.C.de epi-
scopa.audien.volentes, q̄ licet emphyteuta alienans rem
emphyteuticam,cadat a iure emphyteutico.l.fin.C.in.em-
phy.⁊.c.potuit.de loca.tamen quando alienatio est inua-
lida,vt puta,quia sit statutum q̄ mulier non possit aliena-
re sine consensu propinquorum,⁊ ipsa sine consensu huius-
modi rem emphyteuticam alienauerit,nō cadit a iure suo.
Alia etiam facientia ad hoc inducit idem do.Jason,in.d.
§.quod si in patris, ⁊ in.l.si.§.sed quia nostra.C.commu-
ni.de lega.Et sic non videtur hic esse opus inquirere an
per alienationem feudi sine consensu domini, ⁊ sic illicite
factam,debeat feudum reuerti ad dominum,aut deuolui
ad agnatos, vel ad liberos illicite alienantis de qua mate
ria habetur per glo.⁊ docto.in.c.j.§.hoc quoq̧ notandū.j.
de successio.feudi.de qua ponit multas cōclusiones Alua
rot.in.c.j.§.si.que fuit prima causa benefi.amittē.de ea etiā
ponit do.Jacobi de sancto Geor.vbi supra,de qua tamen
nō possum opportune,aut cōmode aliquid dicere in specie
sine multis chartis,pro eo q̄ nescio,si illud feudū sit feudū
antiquum, vel feudum paternum: nescio etiam naturam
illius,nec si aliter fuerit cōcessum dicto nobili Raymun-
do,aut suis predecessoribus: an scilicet pro se ⁊ heredibus,
⁊ successoribus quibuscunque, aut pro se, ⁊ liberis.nescio
etiam an fuerit emptum, vel ex liberali concessione acqui-
situm a domino feudi.¶ Ad tertium dico,⁊ respondeo q̄
tenendo donationē de qua supra, vt pote erroneam, non
valuisse,sed,vt dixi,fuisse nullam ex defectu cause finalis:⁊
sic per constitutionem precarij, aut retentionem vsusfru-
ctus,etiam si per eas fuisset translata possessio in dictum
nobilem Antonium Rebusati,cuius contrarium videtur
voluisse Speculat.in titu.de emptio.⁊ vendi.§.j.in prima
forma.Joan.Raynaudi.in suo comprehensorio dicti.c.
imperialem.§.habito.versi.quero quomodo ergo.⁊ Alua
ro.in.d.c.j.versic.quid autē si traditio fuisset facta ficte.tit.
quid iuris sit,si vassal.post aliena.nō cecidissent bona feu-
dalia donata in commissum:pro eo q̄ venditio, de qua in
dicto tertio quesito, fieri non potuit per dictum nobilem
Antonium,nisi forte in preiudicium sui ipsius:non autem
in preiudicium domini feudi, sine cuius consensu alienari
nō poterant bona predicta.nō etiā in preiudiciū dicti nobi
lis Raymūdi,aut dicti nobilis Jo.Fran.eius generi, cū
nullū ius haberet in eis,⁊ ita alienare nō poterat,nec plus
iuris trāsferre in illum nobilē Galera.inibi nominatum,
q̄ haberet.l.rem alienam.ff.de cōtrahen.emptio.⁊ vendi.
l.id quod nostrum.ff.de regu.iur.l.traditio.ff.de acqui.re.
8 domi.c.gratia.j.q.j.⁊.c.Daybertū.j.q.vij.Preterea†ad-
uertendum est, q̄ in instrumento donationis sunt multe
conuentiones facte per dictum nobilem Antonium prefa
tis nobilibus Raymundo,⁊ Catherine coniugibus:non
solum de alijs faciendis per eundem Antonium,sed etiam
de nutriendo,vestiēdo,⁊ calceando eosdem nobiles Ray-
mundum, ⁊ Catherinam que si non fuerint per eundem
Antonium obseruata, fuit donatio predicta reuocata:
vel potuit reuocari.l.j.C.de donat.que sub mo.⁊.l.fi.C.de
reuocā.dona.⁊ ex hoc capite videretur prefata nobilis Ca
therina tanq̄ proximior,⁊ heredes dicti patris,si heredes
esse vellet,posse repetere bona donata.¶ Ad quartū dico,
9 q̄†non videtur esse dubium,quin permissio vel consensus
domini feudi,qui exigitur ad validitatē alienationis feu-
di, quam de eo facere vult donatarius.c.j.in principio,de
prohi.feu.aliena.per Lotha.⁊ in.d.c.j.§.habito.de prohi.
feu.aliena.per Fred.possit interuenire post alienationem,
seu contractum alienationis.per id quod not.Bar.⁊ doct.
in.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acqui.hered.nō enim
requiritur dictus consensus pro forma,vel authoritate,seu
etiā solennitate cōtractus, seu ad integrandam personam
vassalli alienare volentis:sed propter euitandum preiudi-
cium domini feudi.Et hinc est, q̄ ad validitatem huiusce-
modi cōtractus alienationis,sufficit non solum expressus
domini cōsensus,sed etiam tacitus,vt not.glo.⁊ post eam
doct.communiter, in.d.c.j.de prohibi.feu.aliena.per Lo-
tha.⁊ Aluarot.in.c.j.§.preterea.tit.quib.mo.feu.amitt.nō
enim videtur simpliciter prohibitus cōtractus alienatio-
10 nis,nisi sequatur traditio:nec†propter ipsum simplicē con
tractum cadit res in commissum:sed ita demum hoc fit,se-
quuta traditione possessionis, per id quod habetur in.l.
alienatum.in principio.cum ibi not.per Dyn.ff.de verb.
signific.⁊ quod not.in simili Spec.tit.de emphyteu.§.nūc
aliqua,versic.nonagesimoquinto,⁊c.⁊ sequitur Jo.And.
⁊ Ant-

& Antonius, de Butrio, in capitu. potuit. de loca. & Bald. in capitu. j. §. an si libellario. quibus modis feud. amittatur, & in dicto. capitu. imperialem. & gloss. in dicta. l. j. §. si rem depositam. ff. deposit. nos videmus singulis diebus quod vassalli vendunt, vel permutant, aut donant res feudales, sed priusquam procedant ad traditionem, accedunt emptores, aut compermutatores, vel donatores, ad dominos bonorum feudalium, a quibus prius exhibito contractu, petunt se investiri: nec vertitur in dubium, quia domini hoc facere possint, etiam ex intervallo. Et ita videtur quod dictus magnificus domin. Baro, potuerit quoad se, etiam ex intervallo, ratificare venditionem factam illi, de Falcono, per dictum Galera, & ratificando eos investire, quatenus eum cõcernebat: sed non videtur preiudicasse dicto nobili Raymundo, si tunc vivebat, aut dictis nobilibus Joãni Francisci, & Agate: supposito, ut predixi, quod donatio de qua supra, non valuerit, aut pacta & conventiones, de quibus supra, non fuerint observate dictis nobilibus Raymundo, & Catherine. per ea que superius dixi. ¶ Ad quintum dico, & respondeo, quod ut supra dixi, pactum predictum, & alia superius mentionata non fuerunt dotalia, nec illorum dominium fuit translatum in dictum nobilem Joannem, sed videtur ipse Joannes duntaxat habuisse in bonis huiusmodi, ius hypothece: quod proculdubio in eis constituere potuit dictus nobilis Raymundus, dicto. c. j. §. callidis. de probi. feu. aliena. per Frederi. quod etiam voluit Alua. in. c. j. §. habito. & in. c. j. §. preterea. de capitul. Corrad. non autem debet, aut potest impune procedere ad pignus, seu traditionẽ rei hypothecate: quia sic committeretur feudum: ut not. Alua. in dictis locis. & docto. in dicto. §. habito.

11 Competiit igitur dicto nobili Joanni actio hypothecaria, vel etiam Saluianum interdictum, quod intentari potest non solum contra debitorem, & eius heredem. l. j. & quod ibi Bald. C. de Salvia. interdicto. sed etiam contra quemlibet extraneum possessorem. l. j. §. j. ff. eod. titu. quod etiam notat Bartol. & Salic. in dicta. l. j. C. eod. titu. & quod consultius intentatur per creditorem, quam hypothecaria actio, pro quo allegasse sufficiat id, quod notat Angel. Aret. in. §. item Seruiana, versicul. advertas tamen, quod cautus advocatus. & Bartholomeus Vero. cautela. lxxxi. que incipit, quando quis vult vendicare, vel revocare rem sui debitoris, ex dicta hypothecaria actione, vel interdicto huiusmodi, potest dictus nobilis Joannes agere, & experiri contra illos de Falcone ultimos emptores si teneant, & possideant bona predicta in dotem eidem Joanni constituta, poterunt tamen isti de Falcone opponere exceptionem ordinis, & petere quod prius discutiantur alia bona dicti quondam nobilis Raymundi constituentis, & debitoris, si que sunt. poterunt etiam opponere de prescriptione decem annorum inter presentes, vel viginti inter absentes, iuxta ea que habentur. in. l. j. & quod ibi gloss. & docto. C. si advers. credi. nec dicto de Falcone in oppositione prescriptionis obstabat mala fides dicti Raymundi primi alienatoris: per id quod not. Jo. And. in addi. Spe. tit. de prescrip. §. j. versi. quid si debitor sciens, &c. Oldra. consil. xix. exordiente, Thema tale est, quidam paterfamilias, &c. Alex. de Imo. in. l. Pomponius. §. cum quis. versic. sexta fallentia. ff. de acquir. possess. & Ange. Are. in. §. sed iste, versic. octavo pone, quod ego obligo omnia bona mea, &c. institu. de actio. Puto tamen quod isti decem anni inter presentes, vel viginti inter absentes, debent computari a tempore mortis illius, que a prefatis quondam nobilibus Raymundo & Catherina ultimo loco decesserit, nõ ante: pro eo quia attenta forma constitutionis dicte dotis antea agere nõ poterat dictus nobilis Francisci: & sic sibi antea non cucurrit prescriptio. l. j. ad fi. & quod ibi glo. C. de bo. mater. & l. j. §. fi. C. de annali except. Si igitur post mortem illius qui ultimate ex dictis coniugibus ab humanis decessit, non preterierint inter presentes decem anni, vel viginti inter absentes, poterit idem nobilis Joães Francisci agere, & experiri pro suo interesse, actione hypothecaria vel Saluiano interdicto,

12 quod est utilius. Et si queratur quod, vel quantum sit dictum interesse: dico, & respondeo, quod illud videtur esse tantum, quantus est vel saltem quantus erat tempore facte constitutionis valor bonorum in dotem constitutorum, per id quod ponit Oldra. consil. cliij. exordiente, Factum est tale, quedam mulier condidit testamentum, &c. & Alex. de Imol. consil. lix. exordiente, Casus talis est, &c. versi. contrarium puto. in quinto volum. iunctis his que habentur. in. c. penult. & quod ibi docto. de emptio. & vendi. & quod not. scriben. in. l. ij. C. de rescind. vendi. Et per hec patet responsio ad quintam, & primam partem sexti quesiti, quatenus ibi queritur contra quem, seu quos, &c. Ad aliam partem dicti sexti quesiti dico & respõdeo, quod cum in actione movenda contra dictos possessores, non sit disputandum de feudo ad quem scilicet pertineat, sed de avocatione possessionis per hypothecariam actionem, vel Saluianum interdictum, donec de dicto interesse, dicto nobili Joanni satisfactum extiterit, ista actio poterit intentari coram iudice ordinario dictorum possessorum, & sic coram dicto magnifico domi. Barone, vel eius iudice: si tamen alias sit iudex ordinarius eorundem possessorum. ¶ Ad septimum dico, & respondeo, quod ut superius dixi, castrum predictum, non videtur cecidisse in commissum: & hoc pro eo, quia, ut supra dixi, dicta donatio, utpote erronea, & facta propter causam conditionis, hoc est filiationis que non suberat, fuit nulla, & ita non videtur donans incidisse in penam. Preterea, ut superius dixi, Spec. Alua. & Joan. Rayn. in locis superius allegatis, senserunt quod in feudalibus non censeatur possessio vere tradita per constitutum aut per constitutionem precarij, vel alios huiuscemodi actus, per quos alias dicitur possessio ficte tradi: & quod propterea res feudalis vendita, vel donata, & duntaxat sic ficte tradita, non cadit in commissum: quia ad hoc ut vasallus per alienationem privetur feudo, necesse est, quod sequatur traditio. dicto capitul. j. §. callidis. quod firmare videtur gloss. in dicto. capi. j. super verbo, excogitate. de prohibita feudi alienatione, per Lotharium. pro quo ponit multas remissiones Alua. in dicto. capit. j. §. fin. conclusione. xliij. que fuit prima causa beneficij amittendi. Ceterum ubi dici posset, quod castrum predictum cecidisset in commissum, fortasse propter constitutionem precarij, vel retentionem usufructus: tunc respondeo ad quesitum, quod ut refert Joannes Andreas, in addi. Speculator. titu. de feudis. §. quoniam. versicul. tricesimo octavo, &c. in addi. exordiente, Hic vide, quod dixi, &c. Uber. de Bobi. in. l. penul. ff. de servis exportan. movit hanc questionem, & arguit tam pro primo seu maiore domino, scilicet quod sibi committatur, & quod ipse vendicet feudum, si sine consensu ipsius primi domini fuerit alienatum, quam pro secundo, seu ultimo domino, & tandem determinant pro hac secũda parte, scilicet, quod secundus, seu ultimus dominus est ille, qui avocat, & vendicat. in dicto. §. imperialem. §. illud. Et huius opinionis etiam fuit Bertrand. Capr. relatus per Joan. Reynau. in dicto. §. illud. versicu. quero: & nunc intro glo. fi. pro qua opinione multa inducit idem Joan. Reynau. qui refert Bart. tenere hanc partem: quamvis re vera loquatur in aliis terminis in. l. si finita. §. si de vectigalibus. versicu. querit gloss. an idem sit. ff. de dam. infect. Et pro hac parte refert se consuluisse, Joan. Reynaudi, quamvis subijciat se semper dubitasse. Et hanc opinionem dicit Joan. Fab. in. §. adeo. versicu. scio tamen, quod quoad vassal. institut. de loca. servari de consuetudine. gloss. vero in. c. j. §. similiter. in fin. de cap. Corra. & in dicto. §. illud. quam ibi communiter sequuntur Alua. & dom. Propo. in dicto. c. j. in princip. de prohibi. feu. aliena. per Frede. qui tenet primam partem, scilicet, quod primus, seu maior dominus avocet, & vendicet, & quod consensus ipsius requiri debeat. hanc opinionem tenuit Jacob. Ardizo, in titu. quib. mod. feud. amitt. sub Rubricella, An sufficiat consensus iunioris domini. Etiam hanc opinionem tenuit Jacob. de Bellu. in dicto. §. illud, & in allegato. §. similiter. Hanc opinionem sequitur Joan. Andr. in dicta addi. hec vide, &c. hanc opinionem etiam tenuit Azo, loquens in materia contractus emphyteutici, in summa. titu. C. de iur. emphyt. versicu. sed queri potest. & Specul. titu. de emphyteus. §. nunc aliqua, versicu. cxxv. & gloss. in. l. fin. C. de iur. emphy. Pro hac parte multa inducit Joan. Raymundi, in dicto. §. illud. versicu. quero, & nunc intro. & hec videtur opinio cõmunis veruntamen ego semper vidi servari contrarium: scilicet quod consensus domini immediate requiratur, non maioris domini, & puto, quod etiam ita observetur in Provincia, in qua, ut audio, est castrum superius mentionatum. Et hec consuetudo servetur secundum Joan. Fa.

13 ubi supra, & Bal. in d. §. illud. ubi etiam dicit Bald. quod ad illum debet feudum redire per alienationẽ, supple illicite

factam ad quē pertinebat in ipsa alienatione prestare consensum. Addo ꝙ Iaco. Ardizo, relatus per Alua, ⁊ do. Propo. volens, vt predixi, ꝙ in alienatione feudi, requiratur voluntas prioris, seu maioris domini, dicit hoc procedere, nisi primus vassallus esset vassallus principis: quia tunc secundus vassallus, vel vlterior volens alienare, non teneretur denuntiare principi, sed suo domino: ⁊ hoc dictum videtur sequi Alua. ⁊ do. Propo. in. d. §. illud. dicentes hoc ibi probari, ⁊ arg. l. j. C. qui pro sua iurisdi. iud. dare dariue poss. Et secundum hec videretur potius dicendum castrum predictum fuisse commissum, si ⁊ quatenus commissum dici possit dicto do. baroni, ꝙ illustrissimo domi. Sabaudie duci primo, seu maiori domino. Et intelligo hec quando essemus in casu, in quo propter illicitam alienationem debuisset feudum redire ad dominum: super quo tamen non possum in specie respondere, vt superius dixi. ¶ Ad octauum ⁊ vltimum quesitum non possum opportune respondere: pro eo quia non sum informatus qua de causa magnificus modernus do. Baro Boley, recuset facere inuestituram, ⁊ recipere homagium
14 a dictis de Falcono: posset † enim subesse iusta causa premissa recusandi: etiam posset esse, ꝙ non subesset iusta causa, prout colligitur ex hijs que not. scriben. in. c. j. quo temp. mil. inuestitu. pete. debeat. ⁊ in dicto. c. j. §. insuper. de prohibi. feu. aliena. per fed. vellem igitur de causa huiusmodi informari. Que omnia dixerim, ⁊c.

¶ Rub. De insti. ⁊ substi. sub cōdi. fact. ¶ Consi. clxxxvj.

¶ Epitome.

¶ Substituti censentur qui in conditione positi sunt, si postea in dispositione grauati reperiantur. V. F.

1 ¶ Testamentū a vulgari substitutione potest incipere.
2 Maior quis dicatur, quis proximus, quis supremus.
3 Qualitas adiecta verbo secundum tempus verbi intelligenda.
4 Fideicommissi grauamen alternatiue, item impersonaliter conceptum qualiter operetur: ⁊ an ⁊ quando positi in conditione censeantur etiam positi in dispositione.



Apposita testamentaria dispositiōe nobilis quōdam viri Hugonis Blancardi, ponitur in casū, ꝙ viuente eodem nobili Hugone testatore, vita functi sunt, ⁊ ab humanis decesserunt Petrus Arpille, ⁊ filius vel filij Sylone, nullis superstitibus, aut relictis liberis, ex dictis Petro Arpille, aut huiuscemodi filio, seu filijs Sylone: mortuus est insuper etiam viuente dicto nobili testatore magister Stephanus de Gayleto superstite ⁊ sibi superueniente Ludouico de Gayleto eius filio naturali ⁊ legitimo: deinde vero vita functus est idem testator superstite eodem Ludouico de Gayleto, qui bona ⁊ hereditatem ipsius testatoris adiuit: ⁊ bona huiusmodi diu tenuit, ⁊ possedit, ⁊ deinde mortuus est superstite Claudio Gayleto: quibus viuentibus, aut saltem viuente dicto Claudio, vita functi sunt, ⁊ ab humanis decesserunt Michael Alphanti pater, ac Iacobus Alphanti eius filius primogenitus, ⁊ venerabilis dominus Ioannes Alphanti eius filius secundo genitus, superstitibus ⁊ sibi superuenientibus Guilielmo Alphanti filio, tertio genito dicti quondā Michaelis, ac Michaele ⁊ Ludouico filijs dicti quondam Iacobi, ⁊ nepotibus, seu felezenis prefati primi Michaelis. Postremo autem vita functus est, ⁊ ab humanis sine liberis, decessit dictus Claudius de Gayleto, superstitibus matre sui ipsius, ac prefatis Guilielmo, Michaele, ⁊ Ludouico. Quesitum est an dicti Guilielmus, Michael, ⁊ Ludouicus, aut eorum aliqui censeantur efficaciter inuitati ad hereditatem, seu vniuersale fideicommissum per dictum testatorem prefatis quondam primo Michaeli Alphanti, ⁊ suis liberis masculis relictum? Pro cuius quesiti solutione premitto, ꝙ vt colligitur ex testamentaria dispositione dicti nobilis Hugonis, ipse fecit multos, ⁊ varios gradus institutionum, ⁊ substitutionum. Et primo quidem heredem vniuersalem instituit Petrum Arpille, ⁊ progrediendo, ⁊ substituendo per diuersos gradus, preuenit vsque ad inuitationem siue substitutionem factam de filiabus dictorum Petri Arpille, Sylone, magistri Stephani de Gayleto, ⁊ Michaelis Alphantis que superuiuerent, ⁊ de suis. Et institutio ⁊ gradus substitutionum huiusmodi describuntur in versi. in ceteris autem alijs bonis meis, ⁊c. vsque ad versic. si vero tempore mortis: nec dictus Petrus Arpille non viueret, ⁊c. Et ibi facit ⁊ secundo aliam institutionem, eo scilicet casu, quo tempore mortis sue nō viueret dictus Petrus Arpille: ⁊ in qua heredem instituit maiorem filium dicti Petri. Et deinde per varias substitutiones progreditur, vsque ad inuitationem seu substitutionem quam facit de filiabus dictorum Petri Arpille, Sylone, Stephani de Gayleto, ⁊ Michaelis Alphantis, que tunc superuiuerent, ⁊ de suis, ⁊ describuntur institutio ⁊ substitutiones huiusmodi a dicto versicu. si vero tempore mortis, nec dictus Petrus, ⁊c. vsque ad versic. Ceterum si tempore mortis nec, ⁊c. Et ibi ⁊ tertio sub conditione non existētie dicti Petri Arpille, ⁊ liberorum masculorum eiusdem, heredem vniuersalem instituit maiorem filium dicte Sylone, ⁊ deinde per gradus substituit prout ibi vsque ad filias dictorum Arpille, Sylone, Stephani de Gayleto, ⁊ Michaelis Alphantis ⁊ suorum: institutio vero, ⁊ substitutiones huiusmodi describūtur a versi. ceterum, vsque ad versic. veruntamē. Et in hoc versi. ⁊ quarto, facit aliam dispositionē: primo enim sub conditione non existentium predictorum Petri Arpille, ac liberorum masculorum eiusdem, insuper ⁊ liberorum masculorum dicte Sylone, heredem vniuersalem instituit dictum magistrum Stephanum de Gayleto si tunc viueret, ⁊ consequenter per gradus substitutionum progreditur vsque ad inuitationem dictarum filiarum. Et ita dispositio scribitur a dicto versic. veruntamen, vsque ad versi. Si vero tempore mortis nec alter ipsorum heredum, ⁊c. vbi enim ⁊ quinto sub conditione non existentium predictorum heredum, hoc est dictorum Petri Arpille, ⁊ suorum liberorum masculorū, ac liberorum dicte Sylone, necnon etiam prefati magistri Stephani de Gayleto ⁊ suorum liberorum masculorum, heredem vniuersalem instituit dictū magistrum Michaelem Alphantis si tunc viueret: ⁊ si non viueret maiorem eius filium, ⁊ deinde substituendo progreditur vt ibi, ⁊ scribitur hec dispositio a dicto versic. si vero tempore mortis, vsque ad versi. Ceterum. Preterea premitto ⁊ secundo ꝙ vt apparet ex dicta testamentaria dispositione, ⁊ quidem nō solum in vna parte, sed in quinque partibus idem testator ad eius successionem ⁊ bona inuitauit dictū Michaelem Alphantis, ⁊ suos liberos masculos, post scilicet dictos Petrum Arpille eius liberos masculos, ac liberos masculos dicte quondam Sylone, magistrum Stephanum de Gayleto, ⁊ eius liberos masculos ita vt deficientibus illis tempore eius mortis, etiam heredem vniuersalem instituerit prefatum Michaelem, si tunc viueret: alioquin eius filium masculum maiorem. Premitto preterea ⁊ tertio, ꝙ licet etiam substitutiones facte de dicto Michaele ⁊ suis liberis masculis, in primo, secundo, ⁊ tertio capitulis superius mentionatis, multum suffragari videantur dictis Guilielmo, Michaeli, ⁊ Ludouico: plurimum tamē eisdem suffragatur, ⁊ omnimodo facit pro eis substitutio de eis facta, in supra mentionato quarto capitulo, in cuius scilicet capite fuit heres vniuersalis dictus magister Stephanus de Gayleto, si viueret: alioquin maior eius filius in eum scilicet casum, in quem nō superesset dictus Petrus Arpille, aut aliqui eius liberi masculi, vel liberi masculi dicte Sylone, aut prefatus magister Stephanus de Gayleto, ⁊ hoc pro eo, quia vt ex themate colligitur illi oēs decesserāt tēpore mortis predicti testatoris ⁊ ita testamētū ipsius, primo vires cepit ab institutiōe, vel expressa vulgari substitutiōe facta de primo filio masculo di
1 cti quondā magistri Stephani. Nemini † enim dubiū, quin ab expressa vulgari substitutione possit testamentum incipere, vel vires habere, secundum lecturam glo. per docto. communiter approbatam, in. l. si pater filium. ff. de vulga. ⁊ pupil. que probatur in. l. iiij. §. fi. ⁊ in. l. Gallus. fere per totā l. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ in. l. Thays. §. Splendophorus. ff. de fideicom. liber. Et nō solum potest testamentū a vulgari expressa vires assumere, sed etiā a tacita. Pro quo allegasse sufficiat no. per gl. Io. de Imo. ⁊ doct. in. l. lex Corne. ff. de vulg. ⁊ pup. per Io. de Imo. ⁊ Alex. de Imo. in. d. l. si pater filiū. quod etiā voluit Oldr. cōsil. xx. exord. Quidam habens matrē, ⁊ vxorem pregnantem. Alex. de Imo. cōsil. j. in primo volu. vbi ponit multas remissiones, ⁊ ipsi ꝙ alij in multis alijs locis. Cū igitur tēpore mortis dicti quōdā Hugonis testatoris nō superesset dictus Petrus Arpille, aut aliqui ex eius, vel dicte quōdā Sylone liberis masculis insuper nec dictus magister Stepha. de Gayleto, potuit

dictus

dictus Ludouicus adire hereditatem eiusdem testatoris vtpote maior filius ipsius Stephani qui ideo minor dici
2 potuit† quia maior in dubio videtur recipi pro maiore natu seu etate ni ratio subiecte materie aliam interpretationem non suadeat. l. si pater. §. fin. cum. l. sequent. ff. de adop. l. eum qui, in principio. ff. de interdict. & relega. l. semper in principio. ff. de immunit. c. maior. xxiij. quest. j. & c. quotiens. de testib. vt etiam voluit Bald. quem refert & sequitur Petrus de Ancha. in commento. c. canonum statuta. in vltima. q. post principium. versic. j. consuluit etiam Bald. de constitu. Andre. Barba. consi. xviij. in. ij. parte & Alex. de Imol. consil. iiij. & se. in quarto volu. Et cum tempore mortis dicti nobilis Hugonis testatoris non esset aliquis filius senior, seu etatis prouectioris predicto Ludouico, ille dicebatur & erat maior. & maior dici poterat etiam si non superessent aliqui iuniores: quia quemadmodum aliquis dicitur proximus quem nemo antecedit, vel etiam si est solus. l. proximus & l. in vulgari. ff. de verbor. signifi. ita & ille videtur dici esse etate maior qui non habet maiorem seu seniorem etiam si nullus sit iunior. Pro quo facit quia supremus dicitur ille quem nemo sequitur, etiam si nullus antecedat, & sic sit solus: & tabule dicuntur suppreme, etiam si nulle precedant. d. l. in vulgari. & l. illa verba. ff. de verbo. signi. Ergo a simili ille tempore mortis predicti testatoris erat maior filius dicti magistri Stephani de Gayleto, quo non erat senior aliquis ex liberis predicti Stephani etiam si nulli erant iuniores. Et procedit hoc non solum si dictus Stephanus nullum habuerit filium natum ante dictum Ludouicum, sed etiam si qui ante nati extitissent, qui tamen non superessent tempore mortis predicti testatoris: quia hic debet attendi tempus mortis illius, & quo inuitabatur maior filius predicti Stephani:
3 quia† qualitas adiecta verbo, debet intelligi secundum tempus verbi. l. Titius, & quod ibi not. ff. de mili. testa. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad trebel. & l. ij. ff. de auro & argen. lega. & quod voluit Bar. & Ioan. de Imo. in. l. ex facto. in princ. ff. de vulga. & pupil. Facit ad premissa id, quod not. Bald. in. l. ij. versic. item an valeat pactum, quod primogenitus. C. de iur. emphy. ibi enim querit Bald. an valeat pactum, quod emphyteusis non transeat nisi ad primogenitum: & respondet quod sic, & subiungit, quod ille dicitur primogenitus, qui tempore mortis emphyteute alios antecedit: quia successio habet naturam relationis ad tempus mortis. Et ideo inspicitur prioritas, que tunc in rerum natura versatur. d. l. ex facto. §. penult. ff. ad trebel. Et pro hac decisione Bald. inducit Ioan. de Imo. in. d. §. penult. in principio. inducit etiam ea que habentur in. l. Gallus. §. quidam recte. maxime per Bart. ff. de libe. & posthu. & idem facit Alex. in. d. l. ij. in addi. Fuit ergo prefatus Ludouicus maior filius dicti magistri Stephani tempore mortis predicti testatoris, & sic per eum inuitatus & qui propterea tanquam vniuersalis heres sibi potuit succedere, & successit. Et cum tempore mortis sui ipsius Ludouici non habuerit ipse Ludouicus fratrem se iuniorem: quinimo nec alium qui eidem superfuerit, ipse fuit vltimus quia vltimus est quem nemo sequitur. d. l. proximus cum suis simili. Et quia non audio quod super his dubitetur quin scilicet dictus Ludouicus fuerit maior & vltimus in casu qui occurrit, ego vlterius non insisto. ¶ Ceterum non est nec esse debet dubium quin iste Ludouicus, vtpote & inuitatus & heres institutus potuerit per testatorem grauari, & alius si decederet sine liberis, vel liberi sui sine liberis eidem substitui: quia quilibet in re sua est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. empt. & vendi. l. polla. C. de his qui. vt indig. & c. de iis ad fin. de sepul. pro quo facit. l. nemo exterus. C. de iude. quod maxime debet procedere in vltima voluntate postquam aliud velle non potest. l. j. C. de sacrosanct. eccle. in. c. vltima voluntas. xiij. q. ij. & vt dicit Bald. in. l. j. ff. de condit. institut. & vt dicit Philip. de Corne. in. l. j. C. de condict. inser. vltime voluntates non regulantur a ratione sed a mera voluntate testatoris que in dubio deprehenditur ex verbis per eum prolatis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de leg. iij. & l. labeo. §. idem tubero. cum suis simili. ff. de supel. lega. & vt dicit Ioan. de Imo. in. l. ex ea. §. ex iis. ff. de testa. in dubio fauendum est voluntati testantis arg. l. si pars. ff. de inoffi. testa. dicit etiam quod in materia permissoria cuiusmodi est in suo genere testamentaria dispositio seu vltima voluntas. l. j. ff. ad. l. fal. debet posse testator omne id quod non reperitur sibi expresse prohibitum. arg. l. nec non. §. sed quod eis cum suis simili. ff. ex qui. cau. maio. Potuit igitur dictus Ludouicus grauari quod etiam clarissime & in terminis colligitur ex iis, que presupponit, & notat Bartol. & post eum alij docto in. l. centurio. versicu. quero vlterius quid si testator dixerit si filius meus decesserit sine liberis vel liberi sine liberis. ff. de vulga. & pupil. Bald. in. l. precibus. versicu. extra queritur. si testator dicit si filius meus aut posteri eius, &c. vbi etiam Salic. versic. quero sexto. C. de impube. & aliis substitut. Philip. de Fran. in. c. si pater. versicu. septimo queritur. de testamen. in. vj. Ioan. de Imola, in. c. Raynutius de testamen. & Philip. de Corne. in. l. ab eo, versicu. tertia questio est. C. de fideicommis. & alij in aliis locis qui omnes presupponunt & vo
4 lunt† quod si heredi instituto iniungatur onus fideicommissi sub alternatiua conditione, vel duabus conditionibus alternatiue conceptis, vt verbi gratia si ille sine liberis, vel liberi eius sine liberis decesserint valet fideicommissum. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. & pupil. & l. legato sub conditione. ff. de condit. & demonstra. Et in hoc conueniunt omnes. volunt etiam communiter docto. in dictis locis, quod si grauamen fideicommissi fuerit absolute, vel impersonaliter conceptum, vt verbigratia, si premissa institutione heredis dicatur. Et si talis decesserit sine liberis, vel eius liberi sine liberis, substituo talem, vel volo quod bona mea perueniant ad talem, adhuc isto casu censetur heres, qui grauari potuit fuisse grauatus: vt sic voluntas valeat, & non pereat. l. quotiens. ff. de reb. dub. & l. quotiens. ff. de reg. iu. quinimo voluit Bartol. in dicta. l. centurio. versicu. quero vlterius quid si testator dixerit, &c. quod si testator expresse reseruauerit liberos liberorum, vt verbi gratia, si dicat, si filius, vel alius heres institutus decesserit sine liberis, vel liberi sine liberis, substituo illis liberis talem, pone tignum, adhuc valet substitutio, pro eo quia cum liberi fuerint positi in conditione, & deinde expresse grauati de restituendo, ipsi etiam censentur inuitati, seu substituti, & sic valet grauamen eis iniunctum: & hanc opinionem Barto. sequuti sunt multi, prout videri potest per id quod not. Philip. de Corne. in dicta. l. ab eo. versicu. tertia questio, &c. & plenius do. Iason Mayn. in dicta. l. centurio. versicu. circa illam questionem vtilem, notabilem, & practicabilem, &c. quamuis ipse quoad hoc aliter ibi sentiat. inspectis igitur formis factarum substitutionum per dictum quondam nobilem Hugonem testatorem, nemini dubium est, quin ex eis appareat & plene colligatur predictum Ludouicum de Gayleto fuisse efficaciter grauatum, & oneratum de restituenda hereditate, post mortem sui ipsius, si decederet sine liberis, aut suorum liberorum, si illi decederent sine liberis: vt contingit, & potest videri ratio per id quod not. Bald. & Sali. in dicta. l. precibus, & in locis superius allegatis Philip. de Fran. in dicto. c. si pater, & in loco superius allegato, & Angel. Aret. in. §. extraneo. versicu. quid si non tantum in filium, sed etiam in eius filios. institu. de pupil. substitu. Illud vero quod ex aduerso & parte heredis dicti Claudij de Gayleto audio allegari & opponi propter id quod notat glo. & antiqui doct. insuper & moderni in. l. Lucius ex. ij. ff. de heredi. institu. non facit ad propositum quatenus ob hanc causam pretenderet pars aduersa prefatos magistrum Stephanum de Gayleto, Ludouicum & Claudium patrem filium & nepotem, vel eorum aliquem & signanter dictum Claudium fuisse duntaxat positos in conditione, & propterea non inuitatos: per id quod not. d. gloss. & consequenter grauari non potuisse dicta. l. ab eo. cum suis simili. Quoniam respondeo contrarium esse verum, scilicet, quod dicti magister Stephanus, Ludouicus, & Claudius fuerunt inuitati: dictus videlicet Stephanus nominatus, & post eum eius liberi, vel maior filius viuens tempore euenientis conditionis, & eius liberi masculi vt videri potest ex inspectione testamenti dicti quondam Hugonis: certum est enim quod appellatione liberorum veniunt non solum liberi primi gradus, sed etiam secundi, & aliorum vlteriorum. l. liberorum. ff. de verborum significatio. Et idem dico de appellatione prolis, scilicet quod appellatione prolis veniant liberi: vt not. Philip. de Fran. in dicto. c. si pater. versicu. decimo quarto qui dicantur de prole, &c. de testamen. in vj. & sic cum non solum fuerit inuitatus predictus Stephanus, sed etiam eius liberi, dicendum est fuisse inuitatum non solum predictum Ludouicum, sed etiam Claudium eius filium, sub appellatione liberorum: primo scilicet Ludouicum, & postea, & ordine successiuo dictum Claudium: quia inuitati sub nomine collectiuo censentur

inuitati ordine successiuo: per id quod not. Ang. & docto. C. de verborum significat. Preterea, vt colligitur ex dicto testamento, non solum fuerunt inuitati Stephanus, & liberi ipsius, sed etiam magis in specie maior ipsius filius, & liberi eius, insuper secundus, tertius, & alij, si qui essent, & liberi eorum. Et supposito citra preiudicium veritatis, quod dictus Claudius non posset dici inuitatus, prout tamen fuit, cessante omni dubio, certum est, quod Ludouicus maior filius potuit grauari, non solum sub conditione, si decederet sine liberis, sed etiam si cum liberis decederet: & illi liberi decederent sine liberis, prout contigit: quia hoc casu etiam si non potuisset grauari idem Claudius filius Ludouici, potuit tamen grauari idem Ludouicus, de restituendo post mortem sui ipsius Ludouici, & liberorum suorum, si sine liberis decederent. Et de hoc nullus, non dixerim vir peritus, sed nec mediocriter peritus, & aliquantulum exercitatus dubitat. Ceterum dico quod per substitutiones superius mentionatas & factas post mortem dictorum magistri Stephani, & liberorum suorum masculorum, fuit inuitatus non solum dictus Michael Alphantes, si tunc viueret, vel si non viueret, aut viueret, & post eius mortem maior filius eiusdem Michaelis superuiuens tempore euenientis conditionis, & liberi eius masculi, prout legitur in primo & secundo gradibus institutionum & substitutionum, accipiendo gradus prout dixi in euidentialibus. In tertio vero substituit predictum Michaelem, si tunc viueret: si vero non viueret, aut viueret & post mortem ipsius maiorem eius filium. In quarto vero substituit Michaelem, & liberos suos masculos. Quo fit, vt cum conditiones, sub quibus inuitati extiterunt dicti Alphantes sibi locum vendicauerunt, non in personam dictorum Michaelis, & Jacobi, patris, & filij, vtpote qui ante dictum Claudium de Gayleto ab humanis decesserunt: & sic quoad eos fuit extinctum dictum fideicommissum. l. vnic. §. sin autem sub conditione. C. de cadu. tollend. non tamen fuit, vel est extinctum quoad dictum Michaelem & Ludouicum dicti Jacobi quondam filios, & qui cum dicto Jacobo eorum quondam patre fuerunt copulatiue substituti, vt patet in primo, & secundo gradibus, & in quarto, quatenus ad eosdem gradus refertur substitutio facta de dicto Michaele, primo, & liberis eiusdem: accipiendo gradus prout superius dixi. Pro quo remisisse sufficiat ad ea, que alias scripsi in quadam per me edita schedula, exord. Viso testamento, &c. Preterea vbi pretendi posset eundem Michaelem & Ludouicum non esse inuitatos, prout tamen inuitati videntur, nihil esset, quod posse obstare videatur dicto Guil. qui tempore mortis dicti Claudij de Gayleto reperitur maior: cum non haberet fratrem se iuniorem: prout superius dixi de dicto Ludouico de Gayleto: ipse ergo censeri deberet inuitatus: nec puto apparere viam qua effugere posset heredes predicti Claudij, quin fideicommissum restituat, vel dictis Michaeli, & Ludouico nepotibus, aut Guilielmo eorum patruo, aut vtrisque. Nisi fortasse etiam hic opponat de glo. d. l. Lucius. sed illa nihil facit ad rem, pro eo quia isti sunt positi in dispositione non in conditione. Postremo aduertendum est, quod cum superius dixerim, quod dictus Ludouicus fuit grauatus de restituenda hereditate dicti quondam nobilis Blancardi, & sibi onus iniunctum ex ipsius persona, considerandа est trebellianica, vt voluerunt Bald. & Sali. in. d. l. precibus, & Philip. de Fran. in d. c. si pater. & in loco superius allegato: quo fit, vt cum dictus quondam Ludo. de Gayleto non solum non fuerit de liberis primi gradus, sed nec de liberis alicuius gradus dicti quondam nobilis Blancardi testatoris, debuerunt & debeant fructus per eundem percepti in trebellianicam imputari. l. in fideicommissariam, in princ. & quod ibi gl. & doct. ff. ad trebel. & quod not. glo. & docto. in. l. iubemus. C. ad trebel. Que dixerim, &c.

¶ Rubr. De testa. ¶ Epitome. ¶ Consilium. clxxxvij.

¶ Testamentum inter liberos, in quo & mulier testis esse potest, coram duobus testibus factum, & nihil relicto iure institutionis vni ex dictis liberis: valet. V. F.

1 ¶ Testamentum a patre inter liberos conditum quali relicto, & quot testibus & qualibus sit contentum. & nume. sequenti.
Mulier in testamento quando testis esse queat.
3 Testamentum ad pias causas quomodo fulcitur.
4 Glosse authoritas communi opinioni preferenda.
Communis opinio an & quando postponenda.
5 Codicillaris clausula, etiam non expressa in testamento inter liberos subintelligitur: & an testamento existente nullo operetur: & de vnius tantum quarte detractione in grauamine puro.
6 Depositioni prime varij testis standum.



Etiam si dici posset quod nobilis & honorabilis quondam vir Antonius Oliuerij, alias mareta loci de Duzere preterierit, hoc est nec heredem vniuersalem, aut particularem instituerit, nec exheredauerit nobilem Claudium Oliuerij, eius filium naturalem, & legitimum: non propterea videtur, quod eius vltimum, & nuncupatiuum testamentum fuerit nullum: quia ad hoc vt testamentum inter liberos sui
1 ipsius per patrem conditum, valeat, non est necessarium aliquid relinquere cuilibet filio iure institutionis: vt voluit Azo in summa. C. titu. de inoffi. testa. glo. in authent. nouissima. super verbo, probare, vbi etiam Jaco. Butr. C. eo. titu. glo. in. c. si pater. in verbo, instituit. de testamen. in vj. Anto. de Butr. in. c. Raynutius. & Matthe. de Mat. suo not. cvj. exord. Not. quod illa est vulgaris doctrina. vbi dicit limitari & in hoc casu non procedere auth. vt cum de appellatione cognoscitur. §. aliud quoque capitulum, & §. seq. & quod not. gl. in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. Et hanc partem sequitur do. Jason May. in dicta auth. nouissima. versicu. ego teneo primam opinionem. Pro quo multa inducit. Et primo, quia in testamento a patre inter liberos condito, cessant solennitates iuris ciuilis, & attenditur solum iusgentium, vt voluit Bart. quem omnes sequuntur in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. ad fi. C. de
2 testa. Bal. in auth. quod sine. C. eo. tit. Et ex hoc sequitur, quod in tali testamento patris inter liberos, sufficiunt duo testes secundum iusgentium. Et quamuis alias in testamentis mulier testis esse non possit. l. qui testamento. §. mulier. cum simili. ff. de testa. tamen in testamento per patrem inter liberos condito, potest mulier esse testis, vt voluit gl. & ibi Bald. in dicta auth. quod sine. & glo. in auth. de trien. & semis. §. & quod sepe. colla. iij. Bar. & alij in. d. §. ex imperfecto. ad fi. Hinc etiam sequitur, quod licet in testamentis debeant regulariter testes esse rogati. l. heredes palam. §. in testamentis. ff. de testa. & auth. rogati. C. de testi. Tamen cum ista sit solennitas iuris ciuilis, illa in testamento patris inter liberos non requiritur, vt voluit glo. no. in. l. fi. in. fi. C. de codicil. Bald. Salic. & Fulgo. in dicta auth. quod sine. Ange. Pau. de Castr. & Alex. de Imo. in. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto, & Ange. in auth. de testamen. imperfec. in princ. collat. Que si vera sunt quinimo quia vera sunt sequitur secundum do. Jaso. in. d. auth. nouissima. verissimum fundamentum quod in testamento condito a patre inter liberos non attendamus ius ciuile sed solum iusgentium: vnde cum illud, quod filio debet relinqui titulo seu iure institutionis, sit de mera dispositione iuris ciuilis & non iurisgentium: vt expresse testantur Bart. & alij in repetitione. l. j. in. ij. questione, quinte partis principalis. C. de sacrosanc. eccle. infertur, quod in testamento patris inter liberos attendi non debeat ius ciuile disponens, quod hoc relinqui debeat titulo, vel iure institutionis, & istud primum fundamentum dicit idem dom. Jason, vbi supra multum seruire menti sue, & cui non videt quid possit commode seu plene responderi. Secundo istud confirmat per illud quod singulariter decidit Barto. in dicta repetitione
3 l. j. in. ij. q. quinte partis principalis: vbi tenet quod † in testamento ad pias causas non est necesse quod filio relinquatur iure institutionis: & ratio est secundum Bart. quia in testamento huiusmodi non attendimus ius ciuile, sed solum iusgentium. c. cum esses. c. relatum. de testamentis. Sed quod filio debeat relinqui iure institutionis, istud est de iure ciuili, & non de iuregentium. Ergo istud non est necessarium in testamento condito ad pias causas & hanc decisionem cum Bart. tenet Bald. in. d. l. j. C. de sacrosanc. eccle. Petr. de Anch. & Jo. de Imo. in. d. §. cum esses. Matth. de Matt. in dicto notabili. cxvj. versic. secundo, debet limitari nisi institutio fiat in piam causam. & Alexan. de Imo. in. l. inter cetera. ff. de libe. & posthu. vbi dicit quod hoc adeo communiter tenetur, quod solus Salic. tenuerit contrarium dicta. l. j. Ergo cum in testamento patris inter liberos non plus attenditur ius ciuile quam in testamento ad pias causas, sed solum ius gentium: ergo neutro casu oberit quamuis filio non relinquatur titulo vel iure institutionis. &

& istud etiam multum satisfacit menti do. Jaso. vbi supra.
Tertio pro ista parte est text. de hoc secundum eum non
cauillando eum in. c. Raynutius. de testa. vbi valet testa
mentũ de quo ibi, quãuis Alteroche filie fuerit id, de quo
ibi relictũ titulo legati, & nõ titulo institutionis eo quia illud
testamẽtũ cõditũ erat inter liberos. Quarto & vltimo, mo
uetur idem do. Jason. quia si pater, in testamento aliquid re
linqueret filio non titulo, seu iure institutionis, sed legati,
& postea subijceret clausulam generalem. Et omni meliori
via, modo, & forma, &c. Propter istam generalitatem ver
borum valeret testamentum, perinde ac si reliquisset titulo
institutionis, secundum Bald. in. l. quoties. C. de hered. in
stitu. & sequitur Pau. de Cast. consi. cccxlvij. exord. Super
puncto quo queritur, an testamentum sit nullum, &c. Ra
pha. Cuma. in. l. ijs verbis. ff. de heredi. institu. Alexan. de
Jmol. in. l. nam quod. §. non omnis. ff. ad trebel. Sed in
testamento condito a patre inter liberos, semper intelligi
tur illa clausula, vt actus valeat omni meliori modo, quo
valere potest, vt voluit glo. singularis in. l. coheredi. §. cum
filie. in verbo, non valuit, quam Joan. de Jmo. & Alexan.
ad hoc not. & multum extollunt. ff. de vulga. & pupil. Joan.
de Jmol. in. c. Raynutius. de testa. & sequitur Alexan. de
Jmo. in. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa.
vbi etiam dicit ad idem esse aliam glo. in. l. filij. versic. inte
stato. ibi, dum dicit glo. sed & nihilominus, &c. iuncto text.
& ad hoc. C. familie ercisc. Et ita limitatur secũdum Alex.
de Jmol. regula. l. non codicillum. C. de testa. & l. j. cum ibi
not. C. de iur. codicil. Et ex ijs omnibus defendit do. Ja
son May. primam sententiam: scilicet q ad validitatem
testamenti conditi inter liberos, non sit opus q omnibus
fiat relictum iure institutionis. Et quamuis alia opinio sit
magis communis, pro hac tamen sunt due gl. vt dixi. vna
iuris ciuilis dicta. auth. nouissima. C. de inoffi. testa. & alia
in. d. c. si pater. de testa. in. vj. quanta enim sit glosse autho
ritas, nemo est qui nesciat. vnde dicit Bald. in. l. cum here
ditas. C. depo. q authoritas glo. omnes alios antecellit: &
in. l. fi. §. necessitatem. C. de bon. que liber. dicit adhereas
rationi veritatis, idest glossatori, & in perpetuum nõ erra
bis, & in. l. precibus. C. de impube. & alijs substi. & aut. cessan
te. C. de legi. heredi. & in. l. j. ff. de vulga. & pupil. dicit q in
consulendo non potes adherere meliori opinioni q opi
nioni gl. Preterea opinionem predictam tenuit Azo, vt
predixi Anto. de Butri. & etiam sequitur do. Jason do
ctor profecto eximius. Quo fit, vt nõ videatur hec opinio
4 contemnenda, quia † licet opinio communis sit regulariter
sequenda, hoc tamen fallit quando contra communẽ opi
nionem est glo. authoritas: quia illa quãtum ad veritatem
preualet secundum vulgatam doctrinam Jaco. Butri. in
l. vnica. C. qui pro sua iurisdi. iudi. dare darive. pos. & sequi
tur Jo. de Jmol. in. c. cum cõtingat. de iureiur. Bal. in. d. l.
cum hereditas. C. depo. & do. Feli. in. c. j. versic. secundo li
mita nisi contra communem, &c. de constitu. Secundo fal
lit quando opinio paucorum doctorum, vel vnius funda
retur subtiliori, & meliori ratione: quia tũc illa preponitur
communi opinioni secundum Jo. And. & omnes cano. in
d. c. j. Pro quo dicto Panor. ibi allegat bonum text. in
c. capellanus. versic. subtiliori ratione. de ferijs, & in. l. j. ibi
non ex multitudine. C. de vete. iu. enucle. Pro hoc dicto
ponit multas remissiones do. Feli. in. d. c. j. & Frã. de Cur.
consil. lvj. exord. Super eo q ab ordine nostro requisitum
fuit, versi. quinimo nedum opinio Bart. Bald. & sequaciũ
imo nec communis opinio est sequenda vbi etiam multos
refert, & do. Jason May. in. d. auth. nouissima, versi. & licet
in iudicando non sit recedendum, &c. ibi nisi illa possit ra
tionabiliter conuinci. Propter que videtur huic opi
nioni adherendum & q non obstante pretensa preteritione
dicti nobilis Claudij valuerit testamentum, dicti eius pa
tris perinde ac si id quod sibi relictum est fuisset relictum
iure institutionis. Fateor tamen q ipse potest petere sup
plementum legitime in qua eum grauare non potuit di
ctus eius pater etiã in dilatione. l. omnimodo. l. quoniam
in prioribus. & l. scimus. in prin. C. de inoffi. testa. legitima
autem eius est quarta pars trientis, & sic duodecima pars
omnium bonorũ dicti quondã nobilis Antonij Clauerij
eorum scilicet que super fuerunt deducto ere alieno & fune
ris impensa. auth. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transum
ptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. Papi
nianus. §. quarta autem. ff. eo. titu. Et quemadmodum vt
dixi testamentum dicti quondam nobilis Antonij, vt po
te conditum inter liberos non posset impugnari ex causa
preteritionis dicti nobilis Claudij: ita videtur dici posse
testamẽtum nobilis Antonie Faucherasse non posse im
pugnari ad causam pretense preteritionis dicti nobilis
Claudij, & nobilium Clipdis & Blanchie eius filij; & filia
rum, postq testata est inter liberos, & alterum ex illis here
dem instituit. Pro quo induci possunt rationes & motiua
superius facte: quia. d. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto.
procedit etiam in testamento matris, & aliorum parentum
vtriusq sexus. Preterea gloss. in. d. l. coheredi. §. cum filie,
super verbo, valuit, relata ad tex. vult, q quando pater te
statur inter liberos, si dispositio non possit valere, vt testa
5 mentum, valeat semper iure codicillorum, & sic infertur † q
in testamento condito a patre inter liberos semper intelli
gitur clausula codicillaris quamuis nec a testatore, nec a
notario exprimatur. multas remissiones ponit do. Jason
que videri possunt in. d. l. coheredi. §. cũ filie. versic. in eadẽ
glo. in fi. not. diligenter, &c. Quo fit, vt cum prefati nobiles
Antonius & Antonia testati extiterint inter liberos va
leant eorum testamẽtarie dispositiones iure codicillorum,
si iure testamenti valere non possint, & hoc propter clausu
lam codicillarem, in testamẽtis subintellectam, quam cer
tum est operari etiam quando testamentum est nullum,
propter preteritionem liberorum, per id quod contra glos.
not. omnes doct. in auth. ex causa. C. de libe. preteri. vel ex
hereda. pro quo optime facit. l. generaliter. §. ex testamẽto.
ff. de fideicommissa. liber. quod etiam voluit Jo. de Jmol.
in. l. ex ea scriptura. §. ex ijs. de testa. de quo Alex. de Jmol.
cõsi. cxlij. exord. Circa primam dubitationẽ. in primo que
sito in secũdo vol. & alijs in multis alij locis. censentur igi
tur liberi preteriti fuisse grauati de restituendo heredita
tem heredi instituto. qui licet possint detrahere vnã quar
tam, non tamen possunt detrahere duas: quia grauamen
fuit purum per id quod not. glo. Bart. & doct. in. d. l. Pa
pinianus. §. quarta autem. Jo. Petr. Ferra. in sua practi
ca, in titulo forma libelli quo agitur ex substitutione. su
per verbo ac per fideicommissum, versi. similiter est & aliud
memorie cõmendandum. Bald. consil. cxj. exord. Grego
rius in suo testamento, &c. & consil. ccxxxiiij. versicu. modo
sequitur aliud nunquid successores, &c. & Alexan. de Jmo.
consi. xxvj. exord. Circa primum dubium, &c. versi. nec po
tuerũt dicti Jacobus & filij Catherine. in prima parte. & si
elegerint legitimã illa vt dixi pro quolibet est legitima &
sic tertia pars trium vnciarum que abintestato deferebant
tur: si vero elegerint trebellianicã illa est quid minus, pro
eo quia esset quarta pars trium vnciarum. Vltra supe
rius allegata facit publicum instrumentum testamen
ti dicte nobilis Antonie in quo omnia solenniter descri
buntur. hoc est signanter institutiones vniuersalis & par
ticularium heredum ac etiam substitutiones. ad quod se
retulit ipsa Antonia in illa pretẽsa scriptura quam vt au
dio dicti Claudius Clipdis & Blanchia pretendunt esse
primã schedam seu prothocollum predicti instrumẽti ita
vt appareat ipsam schedam nõ fuisse ex mẽte notarij de se
completam sed per relationem ad instrumẽtum. Perinde
est ergo, ac si ea que scripta extiterunt in dicto instrumẽto
essent omnia scripta per id quod habetur in. l. asse toto. &
quod ibi docto. ff. de heredi. institu. & quod not. Bart. in. l.
si ita scripsero. ff. de condi. & demõ. Pau. de Cast. in. l. here
des palam. in prin. ff. de testa. Jo. de Jmol. in. l. illa institu
tio. ff. de heredi. instit. & do. Jason May. in. l. fi. C. de fidei
cõmis. & vt videtur dicta pretensa scriptura videtur fuisse
facta post dictũ instrumentũ seu minutã illius, propter il
lud verbũ in eodẽ descriptis positũ in fit. quod est tẽporis
preteriti, & ita nõ videtur posse opportune dici q hec scri
ptura sit prima scheda, seu prothocollũ aut matrix scriptu
ra & sic nõ sumus in terminis in quibus loquitur Bart. &
doct. in. l. Sempronius, ff. de leg. ij. & in. l. si quis ex argẽta
rijs. §. pretor ait. ff. de edẽ. Et iuuãtur hec per depositiones
duorũ aut triũ testiũ deponentiũ super. xxix. arti. vbi testi
ficantur & deponũt, dictã nobilẽ Anto. instituisse legasse &
fecisse prout continetur in instrumento, &c. vnde cũ in in
strumẽto dicatur q ipsa reliquerit predictis Claudio Cli
pdi & Blanchie iure institutionis palã infertur nõ obstare
dictã pretensam scripturã Quibus nõ obstat q postea ali
qui pretendũtur fecisse aliquas reuelationes per quas cõ
trauenerunt dicte prime eorum depositioni Tũ quia si be
ne attendantur eorum verba ipsi non impugnant eorum
depositionem nec instrumentum de quo supra. sed potius
corroborant. Tum & quia vbi tẽtassent destruere dictã eo
rũ primã depositionẽ factã cũ iuramẽto ipsi nõ potuissent

6 quia † standum est prime depositioni iurate: per id quod no. Inno. in c. preterea de testib. cogend. & Panormita. in c. cum in tua. de testi. & maxime procedit in hoc casu, in quo primum dictum est iuratum, secundum vero non. ad quod videri poterit quod not. Jo. de Jmol. in l. j. §. si quis neget, versicu. item adde. ff. quemadmo. testa. aper. Etiam nec obstat dictum notarij qui, vt pretenditur deposuit de simulatione testamenti dicte nobilis Antonine: Cum quia deponit de sibi occultis & de ijs, que soli Deo sunt cognita, nisi ab extra enuncientur: & sic nõ est credendũ. Cum & quia ipse est vnicus & singularis. l. iurisiurandi, cum suis simili. C. de testi. Que dixerim, &c.

¶ Rub. De tut. vel curat. qui nõ satisd. ¶ Cõsi. lxxxviij.

¶ Epitome.

¶ Tutor testamentarius ab inuentarij confectione releuari potest, nisi alia causa subesset testatori incognita: sed nec satisdare cogitur. Sed cum pupillo substitutus sit, constat pupillum apud eum non alendum. V. F.



Cum Probus vir Joannes Roberti, alias le Bourguignon, sit tutor testamẽtarius, impuberum liberorum prouidi quondam viri Petri Roberti eiusdem Joannis quondam fratris, & per ipsum Joannem a confectione inuentarij releuatus, non est ipse Joannes cogendus ad confectionem inuentarij nisi alia causa subesset, que forte fuisset incognita predicto testatori: quia potuit idem testator dictum Joannem fratrem releuare a confectione inuentarij, seu etiam prohibere, ne illud fieret: & in hoc seruanda est eius voluntas, & dispositio. l. fi. C. arbi. tutel. & quod not. Bar. in. l. tutor qui repertorium. in prin. versicu. quero que dicatur causa legitima. ff. de administra. tuto. & post Dyn. in. l. nemo. versic. querit Dyn. an testator. ff. de lega. j. vbi etiam idem voluit Joan. de Jmo. versi. vltimo adde. & do. Jason May. versicu. quinto querit Bart. post Dyn. &c. & Ang. Are. in. §. actionum. in materia tutele, versi. octauo incumbit. & Pau. de Cast. consi. cl. exord. Postq̃ ipse tutor datus fuit, &c. Et quamuis Sali. in. d. l. fi. C. arbi. tute. & Ange. Are. in. §. preterea, versi. videndum restat de tutore, &c. in principio, dicant referre, & interesse an testator prohibuerit fieri inuentarium, an ve confectionem illius tutori remiserit, dicentes, q̃ in primo casu non tenetur tutor conficere inuentarium, sed in secundo tenetur. Hec tamẽ differentia reprehenditur per Pau. de Cast. in. d. consi. & plenius per do. Jaso. in. d. l. nemo, versic. tertio ad predictorũ limitationem, &c. vbi poterit videri. Cõcludo igitur q̃ nisi causa subsit propter quam iudex debeat dictum Joãnem cogere ad confectionem inuentarij, idem Joannes non est cogendus. Nisi forte quis dicat, q̃ idem Joannes non fuerit releuatus a confectione inuentarij, sed a beneficio. Sed istud non obstat: quia istud videtur processisse ex inaduertentia notarij. quod etiam colligitur ex precedentibus, vbi dicit sine redditione alicuius compoti, & absq̃ inuentarij confectione, & talis error nõ debet nocere, sed potius debet mens aspici q̃ verba, & in vltima voluntate, & in alijs. Pro quo remisisse sufficiat ad no. per do. Jaso. de May. in. l. si tibi pecuniam. ff. si cert. peta. Dico insuper q̃ cum idem Joannes sit tutor testamentarius, & sic eius fides & diligẽtia sit a testatore approbata, ipse nõ tenetur satisdare seu dare fideiussores. §. j. institu. de satisda. tuto. & l. non omnium, cum suis simili. C. de tuto. vel cura. qui nõ satisde. Fateor tamen q̃ cum dictus Joannes, sit substitutus predictis impuberibus, non debent ipsi apud eum ali, seu manere. l. ij. C. vbi pupil. educa. debe. quod etiam voluit Ang. Are. in. d. §. actionum. in materia tutele. versi. vnum tene cordi, &c. Que dixerim, &c.

¶ Rub. De nõ nume. pecu. ¶ Epitome. ¶ Cõsi. lxxxix.

¶ Summatur vt in primo notabili. V. F.

1 ☞ Exceptione non numerate pecunie vti non potest, qui vera esse contenta in instrumento iurauit: nec exceptione simulati contractus: & quare.
2 Juramentum vim specifici habet.
3 Probatio non numerate pecunie an & quando excipienti incumbat.
4 Tempus probandi & excipiendi rem non habitam prefixum.
5 Juramentum plenioris probationis suppletiuum quãdo deferendum.



Multa Sunt que faciunt pro intẽtione prouidi viri Bonini Robilhardi, & contra Antonium Bernardi, primo quidem obligationis instrumẽtum in quo dictus Anto. non solum confitetur se debere predicto Robilhardi quatuor summatas bladi boni, & mercabilis, & illas predicto Robilhardi promittit, & iurat ad sancta Dei euangelia,
1 dare, & soluere in termino inibi mentionato, sed † etiam iurat omnia & singula contenta in dicto instrumento fore, & esse vera. Quo fit, vt opponere non potuerit, seu possit exceptionem non numerate pecunie, qua forte se iuuare nititur, & intẽdit. Et hoc ideo ab hac exceptione repelli debet, ne detegat eius turpitudinem, & periurium. Pro quo allegasse sufficiat id, quod not. Barto. Jo. de Jmol. & Alex. de Jmo. in. l. nemo potest. ff. de leg. j. Joan. de Jmol. in sua solenni repeti. c. cum contingat. in. vij. membro. versi. secundo casu quando simulatio, &c. versi. & predicta procedunt secũdum do. Antonium, &c. de iureiur. & Bartho. Vero. in suo tracta. de contrac. emptio. & vendi. cum pacto de retrouenden. simula. qui omnes volunt, q̃ licet regulariter quis possit opponere de simulatione contractus, hoc tamen nõ procedit, sed fallit, quãdo ille iurauit omnia & singula contenta in instrumento esse vera: quia tunc nõ auditur, & hoc ne contraueniendo detegat suam turpitudinem, & suum periurium cõmissum in iurando. Cum ergo dictus Ant. confessus fuerit se debere predicto Robilhardi ex causa mutui dictas quatuor summatas bladi boni, & mercabilis, & iurauerit hoc esse verum: pro eo quia iurauit omnia & singula contenta in dicto instrumento esse vera. c. si Romanorum. cum suis simili. xix. distinct. non debet ipse admitti ad obijciendam, seu opponendã exceptionem non numerate pecunie. Secundo contra eum facit, quia ipse conuenit, promisit, & iurauit ad sancta Dei euangelia tenere, & attẽdere omnia & singula per eundem conuenta, & promissa, & nihilominus renuntiauit omnibus iuribus canonicis, & ciuilibus, actionibus, literis, gratijs, priuilegijs, libertatibus, & alijs iuris & facti exceptionibus, & cautelis: voluitq̃ q̃ tantum valerent generales renũtiationes, ac si omnes, & singuli casus vtriusq̃ iuris necessarij in huiusmodi instrumento fuissent expressi. Quo fit vt censeatur renuntiasse etiam exceptioni non numerate pecunie. arg. l. omnes. C. de prescript. xxx. vel quadra. anno. & d. c. si Romanorum. quod maxime videtur procedere in hoc casu ra-
2 tione † iuramenti, de quo supra, q̃ vt voluit Bald. in. l. j. q. ij. C. commo. habet vim expressi. facit quod voluit domi. Jason May. in. l. de ijs. ff. de transact. & in. l. j. ff. si quis in ius voca. nõ ierit. Obstat igitur eidem Ant. de iure canonico replicatio renuntiationis facte cum iuramento, per id quod voluit Bar. in. l. fi. C. de non numera. pecun. Cyn. in. l. si ex cautione, versic. tertio iuxta hoc quero, vbi etiam Sali. versi. sed nunc quero quarto. C. eo. tit. Cum enim iuramentum per dictum Anto. prestitum possit per eum seruari sine interita salutis eterne, illud seruandum est. c. cum contingat. c. si vero. de iureiuran. & c. quamuis pactum. de pact. in. vj. Et non solum deberet propter iuramẽtum huiusmodi idem Anto. repelli in foro seculari, sed etiam in ecclesiastico. arg. c. licet mulieres. de iureiuran. in. vj. Preterea supposito citra preiudicium veritatis, q̃ dicta iurata renuntiatio eidem Ant. non preiudicasset quominus pos-
3 set opponere exceptionem non numerate pecunie, illa † tamen eidem preiudicasset quoad hoc, vt nõ teneatur dictus Boninus probare se mensurasse, & dedisse dictas quatuor summatas bladi, sed ipse Ant. probare tenetur q̃ ille mensurate, & sibi date non extiterint, per id quod voluit Azo in summa. C. tit. de non nume. pecu. versic. sed nunquid infra triginta dies, &c. ibi, nisi forte debitor renuntiauerit. & idem voluit glo. in. d. l. si ex cautione. super verbo, probare, versi. sed si renuntiauerit, ibi, cum ergo renũtiat, huic oneri renuntiare videtur, vbi etiam id voluit Odofre. Et hãc opinionem etiam sequutus est Jacob. Balduy. & dicit Albe. in. d. l. si ex cautione. versic. ibi, ne nihil renuntiatio operetur. q̃ licet opinio Jacob. de Rauena. & Cyn. videatur sibi equa: tamen totus mundus obseruat opinionem
4 glo. secundum † quã etiam infra biennium, tenetur idẽ Anton. probare bladum non esse datum. quod tamen facere

non potest. Tum quia re vera datum est quicquid ipse fingat enitens per leges iustissimas se iniustissime & contra veritatem defendere & tueri adversus leges divinitus institutas: que precipiunt mutuum reddi: vult enim esse de eorum numero, de quibus ecclesiasti.xxix. vbi tex. multi quasi inventioné estimaverunt fenus, & prestiterunt molestiam his, qui se adiuverunt, donec accipiant, osculãtur manus dantis, & in promissionibus humiliãt vocem suam: & in tépore redditiõis postulabit tempus, & loquetur verba tedij, & murmurationum, & tempus causabitur: si autem potuerit reddere adversabitur solutioni vix reddet dimidiam, & computabit illud quasi inuẽtarium, sed cautius & probius fecisset & faceret si iuxta verbum illud mutuum re vera receptũ reddidisset. Inquit enim, Redde proximo in tépore suo, confirma verbũ, & fideliter age cum illo: & in omni tépore invenies quod tibi necessarium est. Sed redeundo ad propositum dico, vt iam dixi, quod idem Antonius probare debet bladum non esse sibi mutuatum, quod (vt iam dixi) facere nõ potest. Tum quia mutuatum est: tum & quia iuravit bladum predictum sibi mutuatũ. Preterea vbi essemus in casu, in quo nihil aliud obstaret pdicto Antonio, & in quo teneretur dictus dominus probare mutuum dicti bladi, ipse adhuc obtinere deberet, attenta depositione probi viri Antonij Albeti: iunctis adminiculis que colliguntur ex depositionibus duorum precedentium testium, scilicet Andree, Benedicti, & Boneti Rambaudi: nec obstat pretensa differentia inter depositionem predictorum Bonelli & Antonij Albeti, in eo scilicet, quod vnus dicit illas quinq; summatas bladi de quibus ibi, fuisse solutas in diminutioné nomine summatarum, & alius in diminutionez xlviij. florenorum: quia vtrũq; potuit esse: pro eo, quia vniversa quantitas, hoc est novem summate erant forte dãde, & soluẽde pro dictis. xlviij. florenis. Addo, quod isti cõveniunt in causa proxima, scilicet in mutuo facto, & bladi mensuratione: quamvis dicat vnus se non recordari de quantitate, & ita dici non potest istos duos testes se invicé impugnare quoad causam proximã. Quo fit vt cessantibus fundamé-
5 tis, de quibus supra: que tamé non cessant: deberet † predicto Robilhardi deferri iuramentum plenioris probationis suppletivum, iuxta ea que habentur & scribũtur per doct. in. l. in bone fidei. C. de reb. cred. & iureiuran. l. admonendi. ff. eod. tit. & c. fin. eod. tit.

¶ Rubrica, De iure fisci. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cxc.

¶ Consuetudine effici potest vt res francas quum alienãtur, Camera retineat. V. F.

8 ☞ Probatio dominij que exigat.



Etiam Si quoddam pretensum instrumentum parte honorabilis viri Antonij de Burio, & heredum honorabilis viri Petri de Burio ipsius Antonij quondam fratris productum in civili causa, quam habent & persequuntur contra nobilem virum Franciscum Baroncelli sufficienter probaret quãdam assertam vẽditionem, vt pretenditur olim factã nobili Jacomino Tulle per nobilem quondam mulierem do. Catherinam de Rosilhon pretensam matrem & tutricem Boriani, & Astorgij oppidi de insula de quatuor eminis avene pretensis cẽsualibus & proventibus: & pretenso domino directo molẽdini, de quibus in huiuscemodi pretenso instrumento sermo longior habetur: non tamen probaret pretensum directum dominium molẽdini eidem Jacomino Tulle acquisitum: sed oporteret etiam, si venditio de qua ibi valuisset probare, quod dominium directum huiusmodi pro tunc spectaret, & pertineret predictis Boriano & Astorgio: pro eo quia si huiuscemodi pretensum dominium non habebant, illud in dictum nobilem Jacominũ trãsferre non poterãt. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. l. alienatio. de contrahen. empt. & vend. l. traditio. ff. de acq. rer. domi. c. j. j. q. j. & q. vij. c. Daybertum. c. quod autẽ. §. fi. & c. circa. de iure patro. & c. nuper: vbi Osti. & doct. de iure patro. quod etiam voluit glos. in. l. cum res,
8 super verbo, vacuam. C. de probat. que † per rationem predictam reprobat opinioné Placentini dicẽtis, quod ad probationem dominij sufficiebat emptori probare venditionem, pretij numerationem, & missionem in vacuam possessionem. Glossa vero dicit, quod hec non sufficiunt: quia potest esse quod venditor non fuit dominus, & sic emptor non sit dominus etiam si illa, de quibus supra, intervenissent: quia nemo plus iuris, &c. per iura predicta. Preterea ex actis cause huius apparet, quod cũ nobilis Gabriel Tule olim, scilicet anno Domi. M. cccclx. & die. xxiij. mensis Novembris, vendidisset medietatem predicti molendini nobili Joãni Tule eius fratri prout cõstat in instrumẽto in hac causa producto, & inserto. fo. cclxxxiij. ipse Joan. Tule investituram petijt, & recepit a camera apostolica huius comitatus, seu nobili viro Anton. de Neveis pro tempore thesaurario huius comitatus: & deinde partem huiusmodi camere recognovit, & hec de anno Domi. M. cccclxx. & die. xj. mensis Decembris, prout constat duobus publicis instrumentis in hac causa productis, & insertis fo. ccccviij. & fo. ccccix. Etiã apparet, quod cum olim scilicet anno Dom. M. cccclxxj. & die. xviij. mensis Decembris dictus nobilis Joãnes Tule predictam molendini medietatem vendidisset egregio quondam viro domino Guilielmo Richj iurium doctori eximio, vt constat publico instrumento in dicta causa producto, & inserto fo. ccxcvij. nobilis vir Jo. de Camino predecessor venerabilis viri domini Caroli Galiani predicti molendini vltimi venditoris, primi laudimij emptor, & causam habens a camera predicta partem iam dictam iure prelationis retinuit & pretiũ illius soluit dicto domino Guilielmo vt etiam cõstat predicto instrumẽto: que retentio postea scilicet anno Do. M. cccclxxiij. & die. xv. mensis Februarij fuit approbata per egregium virum dominũ Amedeum Michaelis, pro tempore locumtenenté domini Rectoris comitatus Venaissini & dictũ nobilem de Neveis tũc thesaurarium predicti comitatus prout constat instrumento etiam in causa producto, & inserto fo. ccclxxxij. vel circa. Insuper etiam constat, & apparet ex actis cause huius, quod cum nobilis Alfontius Tule vendidisset medietatem predicti molendini dicto nobili Joanni de Camino, & hoc de anno Domi. M. cccclxxvij. & die. xxiij. mensis Januarij, vt constat publico instrumento in dicta causa producto & inserto fo. ccevij. idem nobilis de Camino petijt & obtinuit investituram eiusdem medietatis & laudationem, seu approbationem venditionis sibi facte, quas fecerunt bone memorie reverendus in Christo pater dominus Suessanus episcopus, tunc rector, et nobilis vir Petrus Baroncelli thesaurarius predicti comitatus, vt constat alio publico instrumento in dicta causa producto, & inserto fo. ccclxxviij. Quo fit, vt nulla supersit causa, seu etiam occasio prefatis Ant. de Burio, & eius nepotibus propter quam eniti possint, seu etiam debeant auferre dicte camere apostolice ius laudãdi, & investiendi, seu iure prelationis per se, vel per alium ab ea causam habentem retinendi: cum videant alias ita factum, & fieri consuevisse. non eis igitur prodest dictum pretensum instrumẽtum quinimo eis magis officeret & noceret, si per ipsum vel alias legitime probaretur directum dominium predicti molendini olim spectasse & pertinuisse dictis nobilibus Boriano & Astorgio: quia cum per vẽditionem huiusmodi fuisset effectum francum & liberum, de illo proculdubio cum contingeret illud alienari, potuisset ex tunc inantea, fieri investitura, vel retentio iure prelationis, non per dictos Burgondiones, vel eorũ successores: sed per camerã que laudare & investire vel iure prelationis per se vel per alios ab ipsa causa habẽtes retinere consuevit res francas, prout existimo fuisse plene parte dicti nobilis Francisci Baroncelli probatum per testes in hac causa productos, tam super articulis exordientibus quod non suffragetur, &c. quam super alijs in ista causa antea productis, nemini autem puto esse dubium, quin consuetudo huiusmodi vtpote legitime prescripta, valeat: quia licet vnusquisq; sit regulariter in re sua moderator & arbiter, & sic eam possit vendere vel alias alienare prout vult. l. in re mandata. C. mandati, & l. dudum. cum suis simili. C. de contrahen. emptio. & vendi. hec tamen facultas potest de consuetudine, vel limitari, vel restringi, vt vel ex consuetudine huiusmodi aliquis pro eodem pretio preferatur emptori, vel vt pro laudatione seu approbatione celebrati contractus aliquid recipiat. Primum probatur in. c. constitutus. de in inte. restitu. de quo per legistas in. d. l. dudum. secundum videtur posse probari arg. eius quod habetur in. l. munerum. §. mixta. §. sed ea que. ff. de muneri. & honor. l. venditor. §. si constat. ff. cõmuni. predio. l. j. in fi. & l. in summa. ff. de aqua pluvia arcen. & l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quot. & esti. c. j. ad fi. & quod ibi glo. fi. de prescrip. in. vj. & quod ponit Oldr.

consil.ccxxxvj.exordiente, Perlectis, et diligenter attentis omnibus scripturis. Et nimirum si hoc consuetudine introduci possit: quia etiam videmus, quod per consuetudinem introduci potest, quod contra legem imperialem. §. habito, de probib. feu. alie. per Feder. inducatur cōsuetudo, quod sine cōsensu domini feudi possit feudatarius, seu vassallus feudum, seu rem feudalem in alium transferre. per id quod voluit Joan. Raynaudi in suo comprehensorio. d. l. imperialem. §. habito, versicu. expeditus, de prima parte huius. §. vers. nunquid per hanc consuetudinē, et per hec verba nullius tēporis, etc. et do. Jacobi. de sancto Geor. in suo tract. de feu. in glos. super verbo, et cum pacto de non alienando, versi. sed hic cadit pulchra dubitatio, nunquid valeat consuetudo, que permittit vassallis alienare feudum sine licentia dominorum.

¶ Rubr. De arbitris. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccxj.

¶ Compromissum a tutoribus pro pupillo in amicabiles compositores factum valet omnimodo, nisi euidenter pupillus ledatur: secus posset de compromisso in arbitros facto. Vasquinus Filiolus.

1 ¶ Pupillus nisi ledatur ex compromisso rite alias a tutoribus facto an et quando non restituatur.
2 Compromissi in arbitros et in arbitratores differentia.
3 Videtur, verbum quid importet.
4 Tutor ius non liquidum pupilli an et quando remittere possit.
5 Pactum quod se ad lucrum et damnum habet est sustenabilius etiam in minore.
6 Minori ex accidenti leso non succurritur.
7 Presumptio est pro scientia iudicis et arbitratoris.
8 Utile per inutile non vitiatur in separabilibus.
9 Confessio parte absente facta an et quando valeat.
10 Filius patrē a peccato liberans, et anime illius succurrens.

1 
Oterūt, ut puto, † honesta mulier Magdalena, filia magistri Benedicti Grandis, ac mater et tutrix, et tutorio nomine Jacobi Tortoris, et dictus magister Benedictus eiusdē Magdalene coadiutor, cōpromittere, et cōpromittendo eligere arbitratores super lite, seu controuersia, quam contra eandem Magdalenam tutorio nomine dicti Jacobi, mouerat, aut mouere, et psequi intendebat Antonius Tortoris, dicti Jacobi auus paternus, maxime cum compromissum huiusmodi factum extiterit sub presentia magistratus, et cum decreti interpositione: nec ex hoc debuit aut debet dictus Jacobus in integrum restitui, nisi aliter probetur et appareat de lesiōe dicti Jacobi, quod etiam voluit Bart. in. d. l. si minor. xxv. annis filiusfamilias. §. minores. ff. de minorib. et in suo consil. exordiente, Queritur an statutum de cōpromisso, etc. et sequitur Alex. de Jmo. in. d. l. cum hereditas. ff. ad Trebel. Alexand. de
2 Jmo. et moder. in. d. l. de fideicommisso. Predictis † vero non obstat. d. l. si minor xxv. annis filiusfamil. §. minores. quoniam respondeo, quod ille. §. loquitur de minore compromittente in arbitrum: in casu vero nostro Anto. et Honoratus Tortoris et prefati Magdalena tutrix, et Benedictus coadiutor compromiserunt etiam in arbitratores, et amicabiles compositores: inter que multum refert: quia sententie seu laudo prolato stari oportet. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. et ex eo quod ab illo vel recurri, vel appellari non potest, censetur apparere lesio, ut not. glos. et Bar. in. d. §. stari. Secus autem est in sententia seu laudo arbitratoris: quia ab illa seu illo si quid immoderate laudatum extiterit, potest recurri ad arbitrium boni viri. Et ita potest quodammodo a laudo huiusmodi appellari: iuxta ea que habētur in. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi. et. c. quintaualllis, de iureiuran. Et ob hoc dicit Joan. de Jmola, et posteum Alexand. de Jmo. in dicta. l. cum hereditas, quod licet compromittere in arbitrum censeatur lata culpa: non tamen compromittere in arbitratorē etiam in minore. Preterea nec etiam predictis obstat: quod prefati Magdalena et Benedictus tutrix et coadiutor cōuenerint promiserint, et iurauerint stare laudo, et ab eo non recurrere ad arbitrium boni viri. Quoniam respondeo, quod istud non impediebat quominus potuissent dicti tutrix et coadiutor aut Jacobus, si et quatenus latum fuisset contra eundem Jacobum laudum iniquum, ab illo recurrere ad arbitrium boni viri, et petere illud reduci ad arbitrium huiusmodi, ut not. Innoc. Osti. Joan. Andr. et doct. in. d. c. quintaualllis. Inn. videlicet super verbo iuramentum, versi. nec facio vim. Ostien. vero et Joan. And. super eo. verbo versi. et nec est etiam vis facienda, et Specu. tit. de arbit. §. j. versic. sed pone quod compromittens, etc. Bart. et alij in. d. §. arbitrorum. et scribentes in. l. cū antea. C. de arbi. huius dicti illa solet ratio assignari, quia huic conuentioni seu promissioni inest tacita conditio, scilicet si arbitrator eque arbitratus extiterit. l. si libertus. ff. de ope. liber. et in. d. c. quintaualllis. quod etiam voluit Jo. And. in addi. Spec. titu. de arbi. §. j. versi. arbitratorum, et hanc eandem conditionem habet renuntiatio, seu conuentio de non recurrendo ad arbitrium boni viri. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. et. l. quidam cū filium. ff. de verbo. oblig. not. Bart. in. d. l. societatem. §. arbitrorum, versicu. quero utrum possit renuntiari. ubi igitur aliter succedit, hoc est, quia arbitrator postea non eque, sed inique pronuntiat, seu laudat, et partem non moderate, sed immoderate grauat, potest pars sic grauata recurrere ad arbitrium boni viri. non est igitur per conuentionem, et renuntiationem huiusmodi sublatum beneficium recursus nec a pari iudicatur de compromisso facto in arbitratorē subiunctis conuentione, et renuntiatione huiusmodi, et de compromisso facto in arbitrum: quia in primo casu potest ut dixi recurri a laudo si fuerit iniquum: secus vero in secundo quia illi stari oportet dicto. §. stari. supposito igitur quod eo ipso quod apparet vel minores vel eorum legitimos administratores compromisisse in arbitrum pretendi possit minores fuisse lesos propter sublationem facultatis appellandi vel recurrendi a laudo si fuerit iniquum non tamen sic possunt pretendi fuisse lesi si compromiserint in arbitratorem etiam subiunctis conuētione et renuntiatione predictis: quia per eas non est sublata facultas recurrendi. Forte vero opponetur, quod hec responsio nō valeat, pro eo quia in dicto compromisso legitur data facultas arbitratoribus dādi in parua, et magna quantitate de iure unius partis alteri parti, et quod propterea videtur sublata facultas recurrendi ad arbitrium boni viri etiam si arbitratores grauassent in magna quantitate: et quod propterea appareat lesus dictus Jacobus ex eo solo, quia fuit data facultas dandi de iure suo alteri parti, non solum in parua, sed etiam in magna quantitate. Sed istud non obstat. Tum quia nō fuit eis simpliciter data potestas dandi de iure unius partis alteri parti in magna et parua quantitate, sed fuit adiectum prout pe-
3 ritie et consciētie eorum melius videretur. hoc † autem verbum videretur, importat arbitrium boni viri, ut no. Bar. et docto. in. l. si sic. ff. de lega. j. Bart. in. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. et Ang. Are. in. §. in bone fidei. insti. de actio. et. l. fideicommissa. §. quod quod. ff. de leg. iij. bonus autem vir nō erat arbitraturus, quod dicti arbitratores dare deberent, aut possent in magna quātitate de iure liquido unius partis, nec hoc facere poterāt dicti arbitratores per id quod no. Roma. in repeti. rub. de arbi. versi. reuertendo ad propositum. ubi dicit magnam esse differentiam inter verba importantia arbitrium boni viri, et verba importantia liberam voluntatem, et ita sentiunt docto. in. d. §. arbitrorum, et in. d. c. quintaualllis. et Dyn. in regula scienti, de regu. iur. in. vj. et consil. xix. exord. Tholomeus manentis ciuis Senēsis.
4 Quo † vero ad ius non liquidum videntur hoc facere potuisse: quia et tutor, et curator hoc facere possunt, per id quod not. glo. in. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fin. et quod ibi Ang. ff. de pac. et sequitur Alex. de Jmo. in. l. pactum curatoris. C. de pac. Tum etiā non obstat predicta obiectio,
5 quia † illud pactum sine potestas de dando, etc. fuit reciproca: quia quemadmodum pretendi potest datam fuisse facultatē dandi in magna quantitate de iure dicti Jacobi eius parti tunc aduerse, ita et cōtra. Et sic se habere poterat hoc pactum ad lucrum et damnum et propterea videtur valuisse et quod ex hoc solo dici non potuerit dictus Jacobus fuisse lesus per id quod habetur in. d. l. fideicommissa. et quod ibi Bald. Pau. de Cast. et moder. C. de transac. et in. l. si pater puelle. et quod ibi per docto. C. de inoffic. testam. probatur enim in. d. l. fideicommissa, quod valeat pactum, seu transactio facta per minorem super remissione fideicōmissi reciproci: et quod minor tanquam lesus in integrū restitui nō debeat, si postea cōtingat fideicōmissum huiusmodi, seu substitutionē sibi locū vēdicare in personā ipsius minoris: quia hanc pretēsam lesionem debet compēsare cum utilitate, quam cōsequi poterat

terat. Et ita propter dubium euentum nō reputatur trāsactio damnosa: quãuis sequutio de euentu damnosa videatur. Et hoc, vt dixi, not. ibi doct. quod etiam voluit Bald. in. l. cum archimedoram. C. vt in possessio. leg. vbi etiam dicit. d. l. de fideicommisso: esse ad hoc singularem: quãuis concordet. d. l. si pater puelle, & quod ibi do. Jason, & l. si ea lege.
6 C. de vsur. Probatur † igitur. in. d. l. de fideicommisso, vers. & non potest, quod non succurritur minori, quando leditur ex accidenti, sed tunc demū, quando lesio resultat ex solo cōtractu. Pro quo facit. l. verum. §. item non restituitur. ff. de minor. & l. nō videtur. C. de in integ. restit. minor. hoc etiam voluit Old. consil. ccvij. exord. Uniuersis presentes literas inspecturis. vers. preterea hoc nihil aliud est: vbi dixit quod in persona etiam alias restituibili, euentus damni restitutionem non indulget. pro quo allegat. d. l. verum. §. sciendum: quãuis ergo prefati tutrix & coadiutor dederint facultatem predictis arbitratoribus dandi de iure dicti Jacobi & in parua, & in magna quantitate: quia tamē illam eandem facultatem dandi de iure suo, etiam eis dederint, & concesserint Honoratus & Antonius Tortoris, non potuit, nec potest dictus Jacobus pretendere se fuisse lesum, etiam si postea casualiter euenisset, seu contigisset, quod dicti aduersatores dedissent eisdem suis aduersarijs, aut eorum alteri in magna quantitate de bonis dicti Jacobi. Et vel maxime, vel saltem debuit, vel debet dici lesus ex sola cōcessione predicte facultatis, hoc est, si postea de eius pretenso iure, non solum in magna quantitate, quinimo nec in prima fuerit aliquid predictis Antonio & Honorato, aut eorū alteri per dictos arbitratores vel datum, vel donatum, prout nec fuit, nec factum fuisse apparuit: & vt videtur, si pretendebat dictus Jacobus se fuisse lesum per dictos arbitratores, sibi incumbebat probatio lesionis: quia dicti arbitra
7 tores presumūtur iuste & ex iusta causa processisse. Et † quēadmodum presumitur pro sentētia iudicis, ita & pro laudo arbitratoris. Et hoc vltimum voluit Dyn. in. d. consilio xix. quem sequitur Joan. And. in addit. Spec. tit. de arbit. §. sequitur. in addit. incip. Dy. in regula. Pro quo allegat l. ab ea parte. ff. de probat. l. j. cū ibi no. C. de fide instru. & iu. haste fisc. lib. x. & l. sciendum. ff. de verb. obliga. & Joan. de Jmo. in. c. in presentia. de renunt. dicens quod ei qui dicit laudum esse nullum vel iniquum incumbit onus probandi. l. ei qui, cum suis simil. ff. de probat. Et quãuis Ant. de Butr. & Panor. in. c. quoniam contra falsam, de probat. videātur velle, quod procedat eo casu, quo non pendebat reclamatio seu recursus: hoc tamē nō noceret in hoc casu: quia prefati tutrix & coadiutor non recurrerēt: quinimo ratificauerunt laudum cum iuramēto. Preterea esto, citra preiudiciū veritatis, quod premissa cessarent, & quod prefati tutrix & coadiutor dare non potuerint facultatem, de qua supra: nec renūtiate recursui ad arbitrium boni viri, & consequenter quod ex eo solo, quia contrarium fecerunt, dictus Jacobus potuisset cēseri lesus aut grauatus: poterāt tamē ipsi tutrix & coadiutor compromittere in arbitratores. Ex quo infertur quod licet ipse Jacobus potuisset aut possit petere se restitui in integrum aduersus predictum compromissum, quatenus in eo data est facultas, de qua supra, & renuntiatū recursui ad arbitrium boni viri, non tamen aduersus compromissum, nec laudum inde sequutum, quatenus fuit iustum et eque per dictos arbitratores probatum: quia compromissum potuit & potest esse sine concessione huiusmodi facultatis, & renuntiatione recursus ad arbitriū boni viri: & hec possunt a compromisso separari. non debuit ergo compromissum, vtpote quid vtile, nec iustum vel equum laudum per alia pretensa inutilia vitiari. l. j. §. Trebatius. ff. de aqua quot. & esti. l. sancimus. C. de donat. & c. dilectus. el. j. de preben. & regula, vtile. & quod ibi glos. de regu. iur. in. vi. vbi etiam de hoc per Dyn. & Phil. de Fran. per Cy. in. d. l. sancimus, per Bar. & doct. in. l. grece. §. illud. ff. de fideiuss. de hoc etiam not. Franc. de Are. & Alexand. de Jmo. & alij
8 in. l. j. §. sed & mihi. ff. de verb. oblig. qui magis cōmuniter videntur in hoc residere, quod † in separabilibus non vitietur vtile per inutile: & si qui sint, qui in aliquo aliter dicāt, aut soluant brocardicū, ex nullius tamen dicto colligitur, quod in casu nostro debuerit compromissum vitiari propter concessionem predicte facultatis dandi de iure, &c. & renuntiationem recursus ad arbitriū boni viri: quas concessionem, & renuntiationem, tanquam quedam pretēsa inutilia, si tamen & quatenus talia dicenda sint, certum est posse separari a compromisso facto in arbitratores. Pro quo, si placet, videbitur Bar. in. d. l. grece. §. illud. Ang. & Alex. de Jmo. in allegata. l. j. §. & si mihi. post Jaco. Butr. in. l. pecunie fenebris. ff. de vsuc. ponentes quatuor modos, quibus aliquid dicitur inseparabile ab alio. non igitur propter concessionem predicte facultatis, & renuntiationem recursus, vbi & quatenus pretendi possent inutiles aut fieri non potuisse per dictos tutricem & coadiutorē, debuerint vitiari cōpromissum & laudum supra mentionata. Nec opponat dictus Jacobus se fuisse immoderate lesum, pro eo quod licet Joan. Tortoris pater, & prefatus Honoratus fuissent vniuersaliter heredes instituti per Laurentium Tortoris eorum quondam patrem, quilibet scilicet pro dimidia parte bonorum & hereditatis eiusdem: dicti tamen arbitratores pronūtiarunt & laudarunt quod bona huiusmodi diuiderentur in tres partes, & quod quilibet ex prefatis Honorato, Antonio & Jacobo filio & herede dicti Joannis: haberet tertiam partem: & sic reperitur ipse Jacobus lesus in tertia parte: quia vbi iuxta dispositionem dicti quondam Laurētij debebat habere sex vncias, ipse fuit restrictus per arbitratores ad quatuor vncias. Quoniam respondeo, & dico, quod ipsi arbitratores hoc iuste fecerunt causis & rationibus plenius allegatis in schedula, exord. Reuoluto processu parte prouidorum virorum Antonij, & Stephani
9 Herguilhosa, in primo processu deducta: † quas nō refrico, nisi forte dicatur, quod confessio & alia facta per dictum Joannem Tortoris tempore infirmitatis non valuerint, nec plene probauerint intentionem predicti Antonij, vtpote facta absente predicto Antonio, in cuius cōmodum vertebatur confessio, de qua ibi per id quod ponunt doct. in. c. ex parte. de confes. ff. de iureiuran. & in multis alijs locis. Sed hoc non obstat: Quoniam respondeo, quod licet confessio facta parte absente, regulariter nō plene probet, hoc tamen fallit, quando fit pro exoneratione anime & consciētie, vt not. Joan. And. & Anto. de Butri. in. c. si cautio. de fide instru. & tenet Bald. formaliter in. l. generaliter. C. de non numera. pecu. & in. l. j. C. de fal. cau. adiec. lega. & idem sentit in auth. similiter. C. ad leg. fal. & Pan. in. c. fi. de succes. abintesta. dicti igitur arbitratores bene fecerunt, si sequuti extiterunt confessionem dicti Joannis Tortoris.
10 Et idipsum fecerūt prefati tutrix, & coadiutor, † quod dictus Jacobus, idemque filius & heres, teneretur liberare patrem a peccato, & anime illius succurrere. c. in literis. cum suis simil. de rap. cum ipse Joannes etiam de hoc onerasset dictū Benedictum socerum, & coadiutorē tutricis. Sed forte pretenditur, quod illa confessio, & alia, de quibus supra non plene probentur: pro eo quod, vt videtur, de illis deponere nō potuit dictus Honoratus: vtpote alter ex compromittentibus, & quod alij deponant de auditu dici. Sed hec non videntur obstare, pro eo quia dictus Honoratus ex sua huiusmodi depositione non potest reportare commodum: vtpote cum etiam per dictos arbitratores ablata est tertia pars sue hereditarie partis, & in quos fuit contētus compromittere, & laudo vt puto acquiescere propter confessionem & alia dicta per dictum quondam Joannem Tortoris, & tempore infirmitatis: & ita voluit idem Honoratus vt bonus & probus salutem anime preponere bonis temporalibus: audiuerat fortasse illud sacri euangelij, quid prodest homini si vniuersum mundum, &c. alij etiam testes qui deponunt de auditu, dicunt se hec audiuisse, aliqui a matre dicti Joannis, alij vero a sorore, quorum propterea dicta non multum mouere debent Judicem. Sunt & alia multa, que possunt induci pro defensione compromissi & laudi predictorum, & consequenter boni iuris dictorum Antonij, & Gulielmi causam habentium a dicto Antonio: Sed quia suprascripta & alia allegata in predicta schedula videntur sufficere, ego vlterius non insisto. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De bon. que liber. ¶ Epitome. ¶ Consil. cxciij.

¶ Filiusfamilias, idemque pater moriens filijs suis viuente auo bona sua castrensia vel quasi castrensia pleno iure relinquit: cetera vero aduentitia quoad proprietatem tantum, vsufructu apud auum adhuc viuentem remanente. Uasquinus Filiolus.

1 ¶ Bona per filiumfamilias aduocatum acquisita, an & quomodo ad eum pertineant, & an quasi castrensia sint.
2 Procuratoris bona, que ex ea vacatione acquiruit, non sunt quasi castrensia.

3 Vsusfructus per mortem propietarij non extinguitur: sed per mortem vsufructuarij sic.



1 D Propositā questionē dico & respondeo, quod quia† bona inibi mentionata fuerunt per do. Honoratum Blancardi, & ex sua industria, seu operaacquisita, illa censentur acquisita saltem quo ad proprietatem ipsi dom. Honorato. l. cum oportet. in princ. & quod ibi scribentes. C. de bon. que lib. & §. j. versi. quod autem ex alia causa. institu. per quas personas nobis acqui. Et sic quo ad proprietatem huiusmodi successerāt in dictis bonis, liberi eiusdem do. Honorati excluso patre. authen. de heredi. abintest. §. j. collatio. ix. & authentic. in successione. C. de legit. libe. Sed hic remanet difficultas, an vsusfructus bonorum predictorum fuerit eidem Jacobo patri acquisitus. an ve prefatus do. Honoratus sibi ipsi pleno iure, hoc est, & quoad dominiū, & quoad vsumfructum acquisierit bona predicta: ad quod respondeo, quod si idem domi. Honoratus erat aduocatus, & in aduocando, & consulendo, dicta bona, seu pecunias, ex quibus illa emit, acquisiuerit ex suis clientulis, vel alias propter officium aduocationis, seu contemplatione illius, bona predicta & pecuniam, ex qua illa emit, acquisiuerit, illa videntur fuisse bona quasi castrēsia. per id quod no. Bar. Jaco. Rebuf. & Joā. de Pla. in. l. fina. C. de silen. lib. xij. Bal. & docto. in. l. fori. C. de aduo. diuer. iudi. & Bal. in dicta. l. cum oportet. versi. de tertio genere peculij. & Jo. And. in addi. spec. tit. de actio. versi. quasi castrense. in addi. exord. Hoc tenuit antiqua glo. &c. Et hoc communiter tenetur: quamuis Specu. in dicto. versic. quasi castrense, aliter senserit, sequutus gl. in. d. l. fori. Sed in additione tenuit quod predixi. ar. l. velut. C. de assesso. Et sic dictus do. Honoratus sibi quesiuisset bona predicta pleno iure, hoc est, quo ad dominium, & vsumfructum causalem. Sed † si
2 idem do. Honoratus non fuisset aduocatus, nec bona predicta acquisiuisset in aduocando, & consulendo, vel contēplatione officij aduocationis, sed fuisset fortasse procurator: & in officio procurationis, vel contemplatione illius bona predicta acquisiuisset, tunc dico, quod illa non fuerunt bona quasi castrensia, sed aduentitia. Et sic quamuis quoad proprietatem fuerunt ipsi do Honorato acquisita, tamen quoad vsumfructum fuerunt acquisita dicto Jaco. patri. d. l. cum oportet. in prin. & d. §. j. versicu. quod autem ex alia causa. institu. per quas person. nobis acquir. quod etiam voluit Bal. in. d. l. cum oportet. in prin. versi. de tertio genere. ibi, sed in salarijs procuratorum, & domi. Jas. May. C. de procurato. in rubrica ad fin. versicu. ergo vltra docto. &c. Et iste vsusfructus adhuc remaneret penes di-
3 ctum Jacobum procuratorem: quia † per mortem proprietarij seu domini proprietatis non perditur vsusfructus. l. fi. in fin. C. ad tertul. l. fin. & quod ibi glo. C. communia de succes. quod etiam voluit gloss. in. l. iij. C. de bon. que liber. ¶ Ad secundam questionem dico & respondeo, ꝙ cum bona dicto do. Honorato donata per illam do. Magdalenam, fuerint eidem quoad proprietatem acquisita. d. l. cum oportet. in prin. C. de bon. que libe. & d. §. j. versic. quod autem ex alia causa. &c. dicti eius liberi in ijs bonis quoad proprietatem successerunt. d. authen. de heredibus & falsidia. §. j. vsusfructus vero bonorum huiusmodi dicto Jac. patri quesitus est: qui penes eum adhuc remanet.

¶ Rub. De Episc. audi. ¶ Epitome. ¶ Consi. cxciij.

¶ Excommunicati non sunt qui, quum delegatum iudicem suspectum, allegassent, ab eo condemnati sub pena excommunicationis legitime appellarunt. Vas. Fil.

1 ☞ Suspectus iudex & pro tali recusatus progredi vltra nequit.
2 Recusatio & appellatio a pari procedunt.
3 Appellatio iustificata quando dicatur.
4 Sententia, a qua pendente eius conditione appellatur, non excommunicat.
5 Excommunicatio, suspensio, & ecclesiasticum interdictum an equiparentur.
6 Excommunicatus quis ante contumaciam esse non potest.



1 P Rocessus, † Quem fecisse legitur venerabilis & religiosus vir dominus Egidius Lumbardi prior claustralis venerabilis monasterij sancti Honorati Lurionensis pretensus commissarius, seu iudex delegatus, post propositā, & oportune contra eū allegatam & deductā exceptionem suspicionis, fuit & est nullus: vtpote factus ab eo, vel per eum cuius manus per exceptionem huiusmodi ligate extiterant: & pretensa eius iurisdictio suspensa, vel dominium recurrentes ab ea exempti. per id quod habetur in. l. j. C. si quacun. predit. potes. vbi facta iudici protestatione, eximitur protestans a iurisdictione illius c. legitima. de appel. in. vj. vbi ita demum permittitur iudici recusato potestas cognoscēdi de causa principali, quādo arbiter seu arbitri infra prefixum terminum a iudice nō terminant causam appellationis. c. iudex. de offic. delega. in vj. vbi iudex recusatus non potest procedere etiam ad commissionem cause, nisi de consensu recusantis: facit etiā
2 pro hoc, † quia recusatio & appellatio procedunt a pari. l. apertissimi. C. de iudi. & c. super eo. de appella. sed facta per iudicē a quo, pendēte appellatione sunt nulla. c. per tuas. de senten. excom. c. licet. eo. tit. in. vj. & l. j. ff. nil nou. appel. pendente. ergo facta per iudicem recusatum post recusationem legitime interiectam, sunt nulla, quod etiam voluit glo. in. c. quotiens. ij. q. vj. in. c. quia suspecti. v. q. iij. in. c. iudex. & in. d. l. apertissimi. C. de iudi. idem voluit Osti. Joā. An. & Pan. in. c. cum speciali. de appel. Arch. & Jo. And. in. d. c. legitima. Barto. & Alexan. de Jmol. in. l. quia poterat. ff. ad Trebel. Lapus allega. j. Petr. de Anc. & Gemi. in. d. c. iudex. & idem Gemi. in. d. c. quotiens. ij. q. vj. Bal. in c. olim. de except. & in. c. suspicionis. de offic. delega. Pan. in quadā sua disputatione. exord. Clericali ordine &c. Salice. in authent. offeratur. C. de lit. contest. & in dicta. l. apertissimi. C. de iudi. Pau. de Cast. consi. xxij. exord. Circa principiū &c. & Alex. de Jmol. consi. lxxxix. exord. Diligenter consideratis his que in themate &c. in primo vol. vbi etiam dicit, istam opinionem esse communem: a qua propterea non est in consulendo vel iudicando recedendū. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. c. nouimus. & quod ibi Anto. de Butri. de verbo. signi. & c. de iudicijs. iij. q. iij. & quod no. Ostien. Joā. And. Anto. de Butr. Panor. & omnes in. c. j. de constitu. docto. in. l. fi. C. de pena iud. qui male iud. & in. l. cū prolatis. ff. de re iud. Propterea supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ per solam obiectionem, seu exceptionem suspicionis, & facte recusationis coram dicto domino Egidio, legitime, & oportune oppositam non fuissent manus eius ligate, aut pretensa eius iurisdictio abdicata, vel suspensa, & ꝙ propterea nō possit, aut debuerit propter solam exceptionem huiusmodi processus dici nullus, saltem deberet dici, & esset nullus, pro eo quia non solum fuit idem do. Egidius legitime recusatus, sed etiam fuit ab eo appellatum: ex eo, quia non obstante dicta recusatione ipse do. Egidius procedere nitebatur, & de facto procedebat in causa principali. & ꝙ propter hoc processus postea factus fuerit, & sit nullus, tenuit etiam Inno. in. d. c. cum speciali. vbi voluit ꝙ quando fuit proposita iusta causa recusationis, & deinde appellatio interiecta, & eis non obstantibus iudex recusatus procedit in causa principali, censetur iustificata appellatio: & tunc quassabitur quicquid attentatū extiterit post oblatam recusationem, eo ipso ꝙ probabitur ex dicta causa fuisse appellatum, etiam si aliter non probetur causas recusationis esse veras, pro quo allegat tex. ad hoc notabilē in. c. super questionem. §. fi. de offi. delega. & bene facit in. c. accedens. el. ij. vt lite non contest. quod etiam voluit Joā. de Jmol. in iudice delegato in. d. c. cum speciali. non eo ipso ꝙ iudex procedit post recusationem, & appellationē, grauat partē, ita ꝙ ex hoc dicitur iustificata, & probata veritas cause, seu causarum grauaminis, & appellationis: & est hoc expressum in. c. accedēs. & in. d. c. super questionem.
3 §. fi. quoties enim † grauamen infertur in procedendo, satis dicitur iustificata appellatio probando hoc solum, ꝙ sit processum in causa post appellationem. pro quo facit. c. dilecti. in fi. de exceptio. & hoc quando nulla probatio habet fieri coram iudice: prout est in casu opposite recusationis: & pro hoc non obstat dictum Anto. de Butri. in. d. c. cum speciali. sentientis, ꝙ etiam in hoc casu sit necessariū ad iustificandum appellationem, ꝙ fuerit oblata probatio incontinēti. c. interposita. de appel. quia recusans iudicem non tene

non tenetur probare cum eo causas, seu cām recusationis. Et ideo ad iustificationē appellationis per recusantem in dicte, probare sufficit, ꝙ iudex recusatus, recusationem ex iusta causa oppositam, non admiserit, ꝛ ꝙ post recusationem, ꝛ appellationem, ꝛ eis spretis processit etiam si recusatus non obtulerit coram eo velle incontinenti probare causas, seu cām recusationis per eū opponētem, qđ plene prosequitur Philip. Fran. in. d. c. cum speciali. in fi. princip. Cum igitur in casu de quo queritur, non solum ex causa ꝛ causis legitimis fuerit dictus do. Egidius opportune, ꝛ legitime recusatus, sed etiam fuerit ab eo legitime appellatum, pro eo quia contempta, ꝛ spreta recusatione predicta tāquā equus sine freno, quinimo vt fulgur de celo descendens, ꝛ postposita omnium moderatione, que non dixerim in vno religioso, sed etiā in qualicunqꝫ laico, etiam rudi ꝛ parum modesto procedebat, palam infertur dictū pretensum processum fuisse, fore, ꝛ esse, illum, ꝛ dictos do. recusantes, ꝛ appellantes non fuisse, vel esse excommunicatos. qui etiam ab excommunicatione defenduntur: pro
4 eo quia ante euentum conditionis sub qua sententia excommunicationis, ꝛ ecclesiasticum interdictum laxate extiterunt, per dictum pretensum commissarium, fuit parte dictorum do. recusantium legitime appellatum. per id quod habetur in. c. preterea. el. ij. de appel. vbi probatur ꝙ licet sententia excommunicationis vel alia sententia censure pure prolata, non suspendatur per appellationem subsequentem. c. is cui. de sententia excommunicationis. in vj. ꝛ. c. pastoralis. de appella. secus tamen. est quando excommunicatio fertur sub conditione: tunc enim suspenditur per appellationem subsequentem ante euentum conditionis. vt sic etiam post conditionis euentū non ligetꝛ ex quo nōdum iniecerit vinculum, cum ante euentum conditionis fuerit appellatum. d. c. propterea. quod ita intelligi de-
5 bet secundum Imol. ꝛ alios. Et idem est in sententia ecclesiastici interdicti: quia illa ꝛ sententia excommunicationis ꝛ suspensionis equiparātur. d. c. preterea. ꝛ in. c. ad hec quoniam. vbi per scribentes, de app. Et procedunt predicta etiam eo casu, quo iudex dicit, ꝙ monitus infra terminum prefixum, monitioni paruerit, sit ex nunc, prout ex tunc excommunicatus: quia licet postea eueniat conditio, vt quia monitus non paret monitioni, ille non est excommunicatus, si ante cōditionis euentum appellauerit: quia in sententijs censure dicta verba, ex nunc prout ex tunc, ꝛ econtra, ꝛc. non operantur quod conditio retrotrahatur secundum Imol. Bal. ꝛ docto. in. d. c. preterea. vbi volunt quod sententia censure non potest ligare ante diem, vel cō-
6 ditionem, ꝛ quod conditio non retrotrahitur: quia † non potest quis esse excōmunicatus anteꝙ sit contumax, ꝛ negligens. quod etiam voluit Bal. in authen. contra rogatus. C. ad tertul. pro quo facit glo. in cle. j. circa prin. in verbo, ex nunc. de conces. preben. Et hanc rationem communiter assignant docto. in. d. c. preterea. Potest ꝛ alia assignari secundum do. Prepo. in. d. c. preterea. scilicet quod sententia excommunicationis lata sub conditione, si ante conditionis euentum appelletur, non retrotrahitur, sed remanet in suspenso, licet purificetur conditio: quia actus medio tempore, inter principium actus, ꝛ complementum interueniēs siue inter extremū, a quo, ꝛ extremū ad quod, impedit fictionem operari vt retrotrahatur. vt nota. gl. in l. si in debito. §. j. vbi Bar. ff. rem rat. haber. in. l. si partem. §. fi. ff. quemadmo. serui. amit. Bal. in. l. si filius. C. de peti. hered. de quo habetur in. c. quamuis. de rescrip. in. vj. Ergo ita debet esse in proposito: cum appellatio medio tempore interueniat inter prolationem sententie excōmunicationis sub conditione, ꝛ ipsam purificationem conditionis, impedietur quominus retrotrahatur conditio ad tempus sententie propter actum medio tempore interuenientem, id est appellationem. Et quicquid sit de alijs sententijs sub conditione promulgatis, hoc tamen procedit secundum communem omnium sententiam in sententijs cēsure. Non igitur fuerunt, nec sunt prefati do. recurrentes excommunicati, nec eorum venerabile monasterium ecclesiastico interdicto cum effectu suppositum. Et hoc obstantibus recusatione ꝛ appellatione superius mentionatis. Et reuera vt predixi, dictus Do. Prior parū modeste processit, ꝛ parum considerauit pondus censurarum: que propterea non debent sine magna deliberatione laxari: ꝛ maxime contra viros ecclesiasticos, nec sic turbari diuinū officium: nec aduertebat quod forte poterat ipse coerceri ꝛ puniri etiam per ordinarium, si tamen credimus Jo. Mo-

na. in. c. Episcoporum. super verbo, contempserint. de reg. iur. in. vj. Cy. in authen. qua in prouin. C. vbi de crimi. agi. oport. Pet. de Anch. consi. clxij. exord. De viribus ꝛ efficacia. ꝛc. versi. probatur etiam quia delegati ꝛ commissarij etiam principum. ꝛc. Jo. Bri. in. c. Romana. §. contrahentes. versicu. quid autem si delegatus. in repetitione, de foro competēt. in. vj.

Rub. Quan. mul. tut. offi. fung. pot. Consil. cxciiij.

Epitome.

Tutela post transitum matris ad secunda vota auie petenti defertur: exclusis a matre dari petitis, ac etiam alijs legitimis. Vas. Fil.

1 Tutelarum ordo ex ordine rubricarum iuris desumitur.
2 Auia an in tutela nepotis preferatur ei, quem mater binuba dari petit.



Ertum Est ꝙ secundum ordinē tutelarum primo vocatur tutor testamentarius, secundo legitimus, tertio datiuus: vt sic extante legitimo nullo modo veniat datiuus, nisi iuue-
1 tur adminiculo testamentario: hoc enim declarant iura. Et probatur iste ordo tutelarum ex eo ordine, qui ponitur Inst. C. ꝛ. ff. Primo enim in huiuscemodi libris tractatur materia testamentarie tutele: deinde pretenditur, ad tutelam legitimā, ꝛ postremo ad datiuam vt patet Inst. vbi primo scribitur, qui testa. tut. da. pos. deinde de legitima, agnato. tute. ꝛ postremo de Attilia. tut. Etiam. C. Primo habetur de testamen. tute. Secundo de legi. tute. ꝛ postremo de datiua. Et eodem modo in. ff. vbi primo de testamen. tute. post hec de legi. tuto. ꝛ deinde de tuto. ꝛ curato. dat. ab his. Et hoc argumento vsus est Jacob. Butr. qui vna cum Rayne. prout refert Bart. in. l. si quis sub conditione. ff. de test. tute. voluit ꝙ matre exclusa a tutela per transitū ad secunda vota tutela redit nō ad datiuū sed ad legitimū tutorem ita etiā consuluit Jac. But. prout refert Bart. in quodam suo consilio exord. Mater transiens ad secunda vota petijt tutorem filio suo impuberi quod tamen nō reperio in impressis ꝛ quamuis Bar. in. d. l. si quis sub conditione. vers. quero matre exclusa ꝛc. loquens non specialiter in auia sed generaliter in tutore legitimo videatur non passim ꝛ indistincte prout supra dixi sed cum distinctione procedere. idē tamen Bar. in di-
2 cto consilio mater transiens ad secūda vota ꝛc. tenet † indistincte ꝙ nisi auie possit negligentia imputari ipsam preferri debere ei quem mater transiens ad secunda vota dari petijt ꝛ idem etiam voluit Barto. in quodam suo consilio exord. Quidē nomine Bergamus in responsione ad tertium quesitum. vbi etiam dicit ꝙ idem tenet Jac. de Are. in. l. tutor si petitus. ff. de tuto. ꝛ cura. da. ab his. ꝛ Marti. Silua. in. l. fin. C. quando mulier tute. offic. fungi potest. ꝛ subiungit ꝙ hec est ipsa veritas. Hoc tamen consilium etiam non reperio in impressis. idem Bart. in dicto consilio, mater transiens ꝛc. etiam per hoc allegauit Jaco. de Are. in dicta. l. fina. Et dicit in dicto consilio quidam nomine Berganus. versi. ad id tamen super tertio ꝛc. ꝙ licet super eo quo queritur an matre exclusa a tutela per transitum ad secunda vota redeat tutela ad tutorem legitimum vel ad datiuum, sunt multe oppiniones: tamen ille habent locum quando essent alij legitimi preter auiam, sed quando post matrem venit auia tunc sine dubio, ipsa volens, ꝛ non negligens debet esse tutrix exclusis omnibus alijs legitimis ꝛ datiuis: soli enim testamentarij ei preferuntur. authen. de heredi. abintes. §. ex his, colla. ix. ꝛ transumptiue in authen. matri ꝛ auie. C. quan. muli. offic. tute. fung. ꝛ ita consuluerunt Bart. ꝛ Franc. Tigri. Ad iura vero que videntur facere in contrarium respondetur in dicto consilio mater transiens ad secunda vota ꝛc. atqꝫ etiam respondet Jacob. Butrig. in consilio reuocatur in dubium cum mater transiens ad secunda vota ponit tutorem. Et cum expedierit latius referentur responsiones huiusmodi. Cū igitur exclusa matre nobilis Claudij filioli impuberis per transitum ad secunda vota nō fuerit honesta mulier Joanna Brutine eiusdem impuberis auia negligens in petendo tutelam seu titularem administrationem sibi decerni vel in dicendo ꝛ declarando se velle esse tutricem huiusmodi impuberis, ipsa preferri debet non solum cuilibet legitimo

legitimo dicta authen. matri & auie. sed etiam cuilibet datur & sic petito per dictam matrem. Que dixerim &c.

¶ Rub. De proba. ¶ Epitome. ¶ Consi. cxcix.

¶ Probare tenetur intentionẽ suam qui possessores bonorum nullum ius in eis habere dicit. V. F.

1 ¶ Locus loci in quo instrumentum factum est describi debet: alias non valet.
2 Protocolum a recipiente debet esse signatum: & numero. 4. & 5.
3 Notarius instrumentum in publicam formam redigens quid obseruare debeat.
5 Iudicari debet secundum extantem principis constitutionem, quamuis non producatur.
6 Repetitio precedentis instrumenti an & quando censeatur facta in sequenti.
7 Scripturarum notarij comparatio.
Protocolo notarij potius quam extensorio & instrumento standum.
9 Transmissio non fit si fideicommissarij moriantur pendente conditione.
10 Heredis appellatio quos contineat.
11 Heredis appellatio an & quando ad liberos restringatur.
12 Conditionaliter positi liberi substituti an censeantur.
13 Accrescit portio sororis monialis repudiantis quibus.
14 Moniales iam quesito ipsis iuri an possint renuntiare.
15 Plus petentem iuris superuenientia post litem contestatam non excusat ab expensis.
16 Feudalia bona an & quando ad fidecommissarios transeant.



Irca Processum motum & vertentem indecisum per & inter nobilem virum Bertrandum Riquerij actorem ex vna parte, & nobiles & generosos viros Ioãnem & Matthеum Chabaudi fratres & reos se defendẽtes ex alia, queritur de sequentibus. Primo an sufficienter probatum extiterit parte dicti Riquerij, ꝙ nobilis quõdam vir Antonius Chabaudi testatus extiterit. Secundo supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ idem Riquerij, sufficienter probasset dictum quondam Antonium decessisse testatum, an ipse probauerit, ꝙ idem Antonius, fuerit testatus, prout parte eiusdem fuit in causa positum, articulatum, & deductum. Tertio an in pretenso vniuersali fideicommisso parte dicti Riquerij sibi restitui postulato, veniant etiam bona feudalia: Uenio ad primum, ad quod respondeo, ꝙ non. Et quidem non per quondam prætensum publicum instrumẽtum asserti testamenti dicti quondam
1 nobilis Antonij Chabaudi: pro eo † quia in eo non est oportune descriptus locus, qui tamen ad validitatem instrumẽti debuit in eo describi. c. abbate. §. prefat⁹. & quod ibi gloss. & docto. de fid. instrumen. no. glo. Iaco. Rebuf. & Ioan. de Pla. in. l. generali. C. de tabu. lib. x. & docto. communiter in. c. j. de fide instru. & nõ solum poni debet locus generalis, sed etiam poni debet locus loci: vt verbi gratia, non sufficit scribere actum Nicie, sed etiam debet addi, in domo, pone Titij &c. vt no. Ioan. And. & doct. d. c. abbate. §. prefatus. & Alexand. de Imol. consilio lix. exord. Uiso processu cause. versi. sed ad hoc breuiter respõdetur &c. in secundo volu. & idem post Iaco. de Are. no. Cy. in. l. optimum. versicu. iiij. queritur. &c. C. de contrahend. & commit. stipula. Non etiã probato per pretensum protocolum par
2 te dicti Riquerij in hac causa productum. Tum † quia illud, seu pretensa nota dicti asserti testamenti, non fuit nec est per notarium subscripta, seu signata: quod tamen fieri debuit vt sic sciretur, & colligeretur ex tenore illius, quis eam receperit. l. ij. & quod ibi Bald. & Ioan. de Plat. C. de conue. fis. debit. authen. de tabellio. in princip. colla. iij. authen. contractus. C. de fid. instrumen. authen. de instrumen. caute. & fi. §. sed si instrumentum. & quod ibi glos. collat. vj. c. inter dilectos. §. instrumentum quoq. de fide instrumen. not. glo. & docto. in. d. l. generali. Specu. titu. de instrumen. edi. §. instrumentum versicu. item ꝙ non est a tabellione. & versicu. item ꝙ non est signatum. Bal. & Frã. de Are. in. l. ad testium. §. si quid. per illum text. ff. de testa. & per Ioan. de Plat. in. l. nulli. C. de num. lib. xij. Et non mirum est si opus sit subscriptione notarij, quum de substantia instrumenti est ꝙ in eo ponatur nomen tabellionis: vt no. Specu. & Ioan. And. titu. de instrumen. edi. §. breuiter. versicu. primo &c. & gloss. in authen. de instrumen. caute. & fi. §. sed & si instrumenta. Et quamuis predicta videantur procedere & loqui in publicis Instrumẽtis, idẽ tamen est, & esse debet in receptionibus, seu notis, & protocolis: quia receptio & protocolum debẽt habere omnia, que pro sui substantia habere debet instrumentum: vt colligitur ex eo, quod voluit Ioan. And. in addi. Specu. titu. de instrumen. edi. §. videndum restat. versi. & nota ꝙ tabellio. &c. in addi. exord. Ubi hoc no. Accur. quia † cum notarius
3 instrumentum redigit in publicam formam, non debet addere, vel minuere, aut scribere, nisi prout continetur in protocolo. authen. de tabel. §. penul. & in. c. cum. P. tabellio. de fid. instrumen. not. Ange. in. l. lucius. in princip. ff. de testa. milit. vbi per illum tex. voluit, ꝙ non sit standum imbreuiature notarij, si non est in publica forma subscripta. & subiungit, caueant igitur notarij ne eorum imbreuiaturas nõ publicatas dimittãt, quas publicare possent apponẽdo signum &c. Dicit etiã Bal. in. d. l. Lucius. ꝙ imbreuiatura notarij non facit fidem, si ibi non sit signum tabellionis pro quo allegat authen. de fide instru. §. oportet. l. nemo. C. de assesso. & l. decernimus. C. de aqueductu. lib. xj. cum concordantijs per eum allegatis. & no. Bal. C. de fi. instrumẽ. in rub. versicu. de tertio queritur nunquid in natura &c. &
4 ꝙ † in protocolo requiratur signum notarij, voluit etiam do. Feli. in. c. j. versicu. & in idem protocolo. &c. de fide instr. vbi etiam refert & affirmat, id ꝙ voluit Bald. in. d. l. Lucius. in prin. ff. de testamen. mili. & sensit in. l. contractus. C. de fide instrument. & in. l. eo quod a multis. in princip. C. si cert. peta. & supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ opus non existat signum huiusmodi poni aut describi in singulis notis descriptis in libro protocoli, saltem opus est ꝙ scribatur & ponatur, vel in princip. libri huiusmodi vt voluit prout audio, dominicalis & ducalis constitutio mentionata in schedula exord. Nobiles fratres, &c. parte dictorum nobiliũ Ioannis & Matthei in hac causa producta,
5 secundum † quam iudicari debet, etiam si non producatur: per id quod no. Bal. Sali. & docto. in. l. vnica. C. vt que desunt aduoca. & docto. in multis alijs locis: iuncto eo quod habetur in. l. omnes populi. & quod ibi per scribentes. ff. de iusti. & iur. vel in antiqua alia parte dicti libri qõ tamen eo casu suffragantur notis sequentibus, non autẽ precedẽtibus. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. & quod ibi Bar. do. Iason & alij magis communiter. ff. de edend. Alexan. de Imol. in. l. patris & filij. ff. de vulgar. & pupil. quicquid senserit Sali. in. d. l. eo quod a multis. C. si cer. peta. Ioã. de Imol. in. d. l. patris & filij. Cuius diuersitatis illa ratio reddi solet: quia clausula precedens habet maiorem vim, & est maioris efficacie ad determinationem sequentiũ, quã econtra, vt not. gloss. & ibi Barto. in. l. quisquis. ff. de lega. iij. Barto. in. l. auia. in prin. ff. de condi. & demon. & in. l. filium. ff. quando dies legati cedat. multas remissiones ponit do. Iason in. d. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. Cum igitur nec in dicta prima nota, seu protocolo dicti pretensi testamenti, nec in principio libri protocoli, seu aliqua eius parte precedente, notã dicti asserti instrumenti scriptam aut positã esse extiterit: & pretẽsum signum illius Magistri Antonij Pelegrini asserti notarij, ipsa asserta nota, aut protocolum non videtur valuisse, aut valere, & consequenter probare non videtur locum generalem, & particularem, aut eorum alterum dicti asserti testamenti etiam si apparuerint alique note descripte, posite, & inserte in dicto & libro, ante notam dicti asserti testamẽti, in quarum calce, seu fine scriptum esset actum, &c. Tum etiam per dictum protocolum, non probatur locus dicti asserti testamẽti: locus, inquã generalis, & particularis: pro eo, quia prout colligitur ex relatione do. cõmissariorum deputatorum ad visitationem libri prementionati, in dicto libro: & immediate ante notam dicti prætensi testamenti: reperiuntur aliqui actus iudiciarij: & quidẽ, si confecti seu descripti sint in loco, de quo saltem retulerint dicti do. cõmissarij: & quorũ primus dicitur gestus anno domini millesimo quadragesimotricesimo, & die ttertia mensis Iulij. Quo fit vt cum nota dicti asserti testamenti pretendatur fuisse recepta anno predicto, & die secunda mensis Iulij & sic ante dictos actus iudiciarios, & nõ solum alios sed etiã ante primum, necessario dimissum extiterit vacuum spatium inter notam asserte venditionis facte ad opus Petri Gapani, sumpte & recepte anno predicto, & die xvj. mensis Iunij. & in cuius calce, seu fine fuisse scriptum pretenditur actum

tur actum, &c. & notam dicti asserti instrumenti, utpote
6 antea scriptam: & ita† non videtur, quod in nota dicti pretensi testamenti facta fuerit repetitio loci de quo in nota dicte venditionis: per id quod not. Bartol. in dicta. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. versicu. quandoque interest universorum. &c. ibi, adverte multa posse. &c. ubi etiam Angel. Et quamvis in illo vacuo seu spatio postea scripti extiterunt actus iudiciarij & ut puto sine loco: non tamen certi sumus quid in illo scribere voluerit tempore recepte venditionis. Sunt & alie rationes, & quidem multe allegate per spectabilem virum dominum primo scribentem ad impugnationem fidei dictorum pretensorum instrumenti extensorij, & protocoli. Ex quibus omnibus videtur satis ostendi non esse probatum, quod dictus quondam nobilis Antonius Chabaudi testamentum condiderit: & eo vel maxime, vel presertim quia supposito citra preiudiciu veritatis, quod probatum extitisset, quod dictus quonda magister Anto. Pelegrini fuisset notarius, non est tamen, ut videtur sufficienter probatum, quod dicta asserta protocolum extensorium, & publicum instrumentum dicti asserti testamenti, fuerint scripta manu eiusdem Pelegrini, aut ex scriptura dictoru pretensorum protocoli extensorij, & quorundam assertorum instrumentorum, seu aliarum scripturarum parte dicti Riquerij in hac causa productarum, fuerint scripta seu scripte manu dicti Pelegrini: pro eo quia in hoc processu non apparet de aliqua scriptura, que indubitate, seu sine dubio
7 scripta appareat per dictum Pelegrini: & sic† non est scriptura, ex qua fieri potuerit literarum comparatio, & quam oporteat esse magis manifestam: per id quod not. Bald. & docto. in. l. comparationes. C. de fid. instrumen. ¶ Ad secundum dico, & respondeo quod non: pro eo quia licet in dicto pretenso publico instrumento legatur dictum quondam nobilem Antonium Chabaudi, substituisse nobili Manneli eius filio heredi universali per eum instituto nobiles Andriolam, Joannam, & Honoratam, & ea-
8 rum liberos, de† huiuscemodi tamen liberis hoc non legitur in dicto pretenso protocolo: cui tamen, utpote pretense matrici scripture, potius standum est, quam dicto pretenso publico instrumento, seu extensorio etiam si omnia scripta extitissent de eadem manu. Et quidem quod potius standum sit protocolo, ut matrici scripture, quam instrumento: facit authent. de tabellio. §. penulti. & quod ibi gloss. super verbo, protocolum, & Angel. ad fin. collat. iiij. facit. l. veluti. in verbo minus plene. ff. de eden. capitu. quoniam contra falsam, de probatio. & quod notat. gloss. magna in. l. chirographum. ff. de administra. tuto. & voluerunt Barto. Bald. Joannes de Imol. & alij in. l. Sempronius proculo. ff. de legat. ij. & Alexand. de Imol. & dominus Jason Mayn. in dicta. l. si quis ex argentarijs. §. Pretor ait. ff. de eden. Alexan. de Imol. consil. cv. exordien. Reverende domine, vosque clarissime, &c. in secundo volumine. & Angelus, consilio. cclxxxiij. exordiente, Pater stipulatus est pro se & heredibus suis. Barto. in. l. si librarius. versiculo, si vero scripserit scripturam propriam. ff. de regulis iuris. Bal. in. l. Imperator. ff. de statu homi. & in. l. ij. questio. viij. & l. nostram. C. de testamen. & Joannes de Imol. in. l. cum proponebatur. ff. de legat. ij. Multas remissiones ponit dominus Feli. in dicto capit. quoniam contra falsam. Et idem dico de protocolo, & dicto pretenso extensorio, scilicet quod potius standum sit ipsi protocolo, utpote scripture magis originali, quam dicto asserto instrumento. ut voluit Bald. in dicta. l. nostram. & domi. Bartol. Sozin. consilio. cclxxvij. exordiente, Viso publico instrumento. ibi, & in specie etiam quando apparet liber extensorum. in secunda parte, & secundum eum hoc est de mente omnium, qui semper volunt, quod prevaleat scriptura publica, & magis originalis. Et quidem hoc colligitur ex not. per Bald. C. de fid. instrumen. super rubrica, per Joannem de Imol. in dicta l. Sempronius proculo. ubi etiam Rapha. Cuma. & per Joannem de Imol. in dicta. l. cum proponebatur. & Alexand. de Imol. consilio. cv. in secundo volumine, quamvis igitur in dicto pretenso instrumento videantur substituti dicto quondam Manneli, non solum dicte nobiles Andriola, Joanna, & Honorata, sed etiam earum liberi, hoc tamen nihil ad rem: pro eo quia liberi huiusmodi non

legantur substituti in dicto protocolo, cui, ut predixi, potius standum est: nisi forte dicatur, quod etiam in dicto protocolo legantur liberi dictarum Andriole, Joanne, & Honorate substituti, pro eo fortasse quia ipse Andriola, Joanna, & Honorata fuerunt substitute, vel quod ipsi liberi fuerint substituti per illa verba, reliquam vero hereditatem dividant communiter inter ipsas, vel earum heredes, ipsis, seu altera ipsarum premorientibus, vel premoriente: que fuerunt posita in versicul. cum tali conditione, &c. vel etiam per verba posita in subsequente substitutione scripta in versicu. & si vero dictas nobiles Andriolam, Joannam, & Honoratam, &c. Sed hec non ob-
9 stant. Et primo not. primum: quia† cum pendente conditione dicti pretensi universalis fideicommissi predicte Andriola, Joanna, & Honorata ab humanis decesserint, dictum fideicommissum quoad eas expiravit nec ipse illud transmiserunt ad liberos. l. i. §. sin autem sub conditione. & quod ibi Bald. C. de caduc. tollend. & quod notat gloss. & post eam doctores, in. l. i. C. de his, qui ante apert. tabul. multas remissiones ponit Oldra. consilio. cxxxi. exordiente, Quidam habens tres filias. in quibus probatur quod sive agatur de conditionali, & universali fideicommisso, sive de singulari, illud extinguitur, si contingat substitutum mori pendente conditione: quamvis gloss. que reputatur singularis in. l. is cui. ff. de actio. & obliga. senserit contrarium: sed illa communiter improbatur. Non etiam probatur dicta pretensa substitutio liberorum (inquam) non heredum dictarum Andriole, Joanne, & Honorate, &c. per secundum: quia in dicto versicul. reliquam vero, &c. non est sermo de liberis, sed de heredi-
10 bus: † appellatione vero heredis in quacunque dispositione veniunt regulariter omnes heredes. l. sciendum. & l. heredis. ff. de verborum significatio. & l. fin. ff. de heredi. institu. & l. ij. & iij. ff. de petitio. heredi. & l. qui per successionem. ff. de regulis iuris, & l. pater familias. ff. de vulga. & pupillar. substitu. l. si quis filium. §. fin. cum multis simili. ff. de castren. pecu. Et magis ad propositum facit l. in annalibus. C. de legat. per quam Bald. in dicta. l. fin. in quarta oppo. C. de heredi. institut. dicit notabilem, & generalem theoricam, quod quandocunque fit mentio heredis illius in quem verba diriguntur, tunc intelligitur de omnimodo herede. d. l. in annalibus. secus vero quando fit mentio heredis, non illius, in quem verba diriguntur, sed ipsius disponentis, puta testatoris. l. qui liberis. §. hec verba. ff. de vulgari & pupilari substitutione. quod etiam voluerunt Rapha. Cuma. Alexand. de Imo. & dominus Jason in dicta. l. qui liberis. §. hec verba. & consuluit dominus Angelus, consilio. clxxxiij. exordiente, Charissime frater, & dominus Alexand. de Imo. consilio. xxxvi. exordiente, Viso themate super quo, &c. versiculo, sed premissis non obstantibus, &c. & fuit de mente domini Alexandri, in. l. fin. versiculo, querit hic Paulus de Castro. C. de legat. Ex quibus omnibus colligitur, quod verbum heredes, positum in dicto versiculo, reliquam vero, assumi non debeat pro liberis, sed pro universali-
11 bus successoribus: non † obstat. l. ex facto. §. fin. ff. ad trebellian. quia text. ille loquitur quando verbum heredis, ponitur conditionaliter, & eo casu in quo, si proprie acciperetur nunquam, vel raro, esset locus substitutioni facte gravato sub conditione, si sine herede, &c. hic autem verbum heres, non est positum in conditione, & sic ratio de qua in dicto. §. fin. non persuadet, quod fiat restrictio huius verbi heredes, ad liberos. Preterea presupposito citra preiudicium veritatis, quod restrictio huiusmodi fieri deberet ad liberos, hoc tamen intelligeretur non de liberis simpliciter, sed de illis, qui essent & liberi, & heredes, ut voluit dominus Bartolus auriga totius iuris in dicto. §. fin. ubi etiam hoc sequuntur dominus Alex. de Imola, & Joannes de Imol. in. l. quod dicitur. versiculo, circa secundum ff. de verborum obligat. & cum hoc dicto etiam transit domin. Bald. in. l. filius familias. §. cum quis. ff. de legat. i. & in. l. i. C. de conditione insert. Et quamvis glo. & quidam alij in dicto. §. fin. videantur sentire contrarium, tamen text. ibi, in versicu. ab intestato bonorum possessorem, &c. innuit id quod dicit ibi Bartolus, nec text. in verbo liberis. dicit quod liberi, qui non sunt heredes faciant deficere conditionem illo casu: unde

t

cum quanto fieri potest, minus recedi debeat a propria verborum significatione. l. non aliter. ff. de legatis tertio. putat Alexander opinionem Barto. esse veriorem: non etiam probatur per tertiam. Et quidam non quatenus in dicto versiculo ⁊ si vero dictas nobiles Andreolam, ⁊c.† pro eo quia liberi ponuntur ibi conditionaliter, qui propterea non censentur substituti secundum communem opinionem, que fuit gloss. ⁊ sequuntur Dyn. Jacobus de Aret. Cyn. Barto. Francis. Tigri. Reyne. Bald. Ange. Joan. de Jmo. ⁊ moderni in. l. Lucius. el. ij. ff. de heredi. institu. Joan. Andr. in addi. Specu. titu. de testa. §. j. in additio. que incipit huic questioni accedit Oldra. consilio. xxj. exordiente, Thema tale est, testator habebat vnum filium, ⁊c. ⁊ consilio. cxlj. exordiente, Thema tale est, domi. G. canonicus. Pro hac parte consuluit sepissime Alexand. de Jmol. ⁊ quidem consil. cviij. exordiente, Uiso themate, ⁊c. in primo volumine, consilio. xxij. ⁊ consilio. xxxij. exordiente, Uisis ac perlectis verbis in tertio volumine, ⁊ in alijs plurimis. Pro ea etiam consuluit collegium Paduanum, cuius consilium inseritur inter consilia Franc. de Cur. ⁊ est consilium. xlvi. exordiens, sepe reuoluta narratione facti, vbi multa, imo plurima pro hac parte inducuntur: multa etiam, pro eo inducit Philip. Corne. in. l. j. C. de conditio. inser. Et quia motiua ⁊ rationes huiusce modi opinionis scribuntur in locis predictis, ⁊ in alijs plurimis ne dixerim infinitis, illas referre non expedit. Fateor ꝙ Salic. in. d. l. j. C. de condictione insert. refert, ꝙ Oldrad. quem ipse ibi sequitur, tenuit contrarium in illa. l. scilicet, ꝙ imo liberi positi in conditione, censentur substituti. ⁊ hanc opinioné sequuntur hodie multi, sed testimonio omniũ prima est communior, a qua propterea non est recedendum in consulendo, vel iudicando: prout in alio articulo superius dixi. Non etiam videtur dictus nobilis Riquerij posse pretendere nobilem quondam Honoratum censeri fuisse inuitatum per illa verba, ⁊ earum liberos, seu heredes superuiuentes, posita in dicto versi. ⁊ si vero dictas nobiles Andriolam, ⁊c. Quoniam substitutio de qua ibi, fuit quoad dictas nobiles Andriolam, Joannam, ⁊ Honoratam recipere admixta compendiose substitutioni: ⁊ per quam ei vel eis qui primo sine liberis decederet, fuerunt substitute aut substituta, superstites, aut superstes, ⁊ illarum, vel illius liberi. Quo fit, vt cum prefate nobiles Andriola, ⁊ Joanna, non solum non probentur decessisse sine liberis, quinimo probentur decessisse superstitibus liberis, dici non potest, ꝙ liberi huiusmodi fuerunt illis substituti: quia conditio non euenit. Et quamuis dicta Honorata decesserit sine liberis, non tamen apparet an ipsa decesserit ante dictas eius sorores, vel post illarum decessum. Preterea non videtur necessarium inquirere de viribus illius pretense substitutionis, de qua in dicto versicul. Et si vero prefatas, nobiles Andriolam, ⁊c. quia si inspiciantur proposita, ⁊ deducta parte dicti nobilis Bertrandi Riquerij, non apparet ꝙ ipse egerit ex causa substitutionis, de qua ibi, sed egit ex pretensa substitutione, quam fuisse factam pretendit dicto quondam Mannueli sub conditione, si sine liberis decederet, ⁊ hoc de dictis nobilibus Andriola, Joanna, ⁊ Honorata, de quibus factus est sermo superius. Et ita non videtur posse obtinere ex dicta pretensa substitutione, de qua in dicto versicu. ⁊ si vero. etiam si illa sibi locum vendicasset. l. habebat. ff. de instito. actio. ⁊ quod not. Innocent. in capitu. cum contingat. de offic. delega. ⁊ in capit. ceterum. de iudi. Barto. in. l. j. in principio. in versicu. venio ad causam. ff. de edend. ⁊ Alexand. de Jmol. in. l. si ita stipulatus. ff. de verborum obligat. Preterea vbi omnia premissa cessarent, que tamen cessare non videntur, adhuc constaret ꝙ dictus nobilis Riquerij plus repetijsset: pro eo quia tempore mortis predicti Mannelis, non solum superfuit dictus nobilis Honoratus eius quondam pretensus pater, sed etiam domina Philippa, Abbatissa monasterij sancti Stephani de Cortina, ⁊ nobilis Margareta, filia dicte quondam nobilis Andriole, ⁊ sororis predicti Honorati, aut saltem ex dicta Margareta supererant, ⁊ adhuc supersunt liberi primi gradus: supererant. etiam ex dicta Joanna quedam eius filia nomine Dulcieta, consobrina predicti Honorati, vel saltem liberi primi gradus huius nobilis Dulciete, qui omnes censerentur inuitati ad dictum pretensum fideicommissum, ⁊ maxime ipsa domina Philippa abbatissa, ⁊ de illa non est dubium. Et idem dicendum est de liberis dicte Margarete, si ipsa Margareta probaretur tunc mortua. argum. eius quod notant gloss. ⁊ sequuntur docto. commmuniter in. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. super verbo, proximo. ff. de legatis secundo: vbi voluit gloss. ꝙ licet in relicto familie succedant regulariter qui in proprio gradu existunt: quandoqꝫ tamen qui sunt in gradu impari equaliter admittuntur vt filij fratrum cum fratribus, eorumqꝫ patruis. Cum igitur liberi predicte Margarete essent nepotes ex sorore predicti Honorati, illi videntur simul inuitati, cum ipso Honorato. ⁊ gloss. predictam sequitur, vt dixi, Joan. de Jmol. vbi etiam Pau. de Cast. in dicto. §. in fideicommisso. Alexand. de Jmol. consilio. cxxxvij. exordiente. Preclare a priori consultore scriptum, ⁊ recte consultum esse puto ⁊c. in primo volumine. consilio xxvi. exordiente videretur fortasse super premisso themate ⁊c. in tertio volumine. ⁊ consilio cxxix. exordiente. Perspectis hijs que in themate ⁊c. versicu. istis sic presuppositis ⁊c. in quinto volumi. ⁊ do. Bartholomeus Soci. in. l. si cognatis. ff. de reb. dub. in quibus locis doctores prefati damnant dictum Bald. in dicta. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. ⁊ si non decipior, decidunt casum occurrentem, ⁊ signanter Alexand. de Jmol. in consilijs preallegatis, ⁊ qui pro hoc multa induxit, que euitande prolixitatis causa non repeto. Pro hoc etiam dicto optime faciunt multa allegata, ⁊ inducta per Alexand. de Jmol. in dicta. l. Lucius. la. ij. ff. de hered. instituen. vbi in casu longe magis dubio, consuluit Alex. ꝙ remotior in gradu censeri debeat inuitatus cum priore, seu proximiore. Et procedunt predicta nõ solum ad ostendendum ꝙ liberi primi gradus dicte nobilis Margarete, videantur inuitati, ⁊ potuisse simul succedere vna cum dicto Honorato, licet proximiore in gradu, sed etiam ad ostendendum ꝙ etiam liberi primi gradus dicte nobilis Dulciete censeri debeant inuitati ad dictũ fideicõmissum cum dicto Honorato: si tamen, ⁊ quatenus dicere possumus, prout non videtur eum fuisse inuitatum. Pro quo si placeat, videatur Alexand. de Jmol. in dictis consilijs, ⁊ in allegata. l. Lucius. Ex quibus infertur, ꝙ dictus nobilis Bertrandus pretensus filius ⁊ heres, dicti quondam Honorati plus repetijt, quia quamuis non appareat liberos dictarum Margarete, ⁊ Dulciete agnouisse, seu acceptasse dictum pretensum fideicommissum: non tamen apparet ꝙ illud repudiauerint, ⁊ ita possunt agnoscere, cum non sunt excluse, si quod extiterit. Non potuit interim dictus Bertrandus agere insolidum. Pro quo allegasse sufficiat quod habetur in. l. antiqui. ff. si pars heredi. peta. iuncto eo quod not. gloss. in. l. nec interest. ff. de fideicommissa. heredi. petitio. Preterea etiã plus repetijt, aut saltẽ nunc petere satagit dictus nobilis Riquerij, quatenus innititur repudiationi, aut pretense: cessioni sibi facte per do. Abbatissam, ⁊ moniales dicti monasterij, sancti Stephani: quia aut dictus Riquerij innititur repudiationi dicti pretẽsi fideicõmissi facte per dictas do. Abbatissam, ⁊ mo-
13 niales, ⁊ † tũc portio illi delata accreuisset nõ solũ predicto Riquerij, sed etiam liberis dictarum nobilium Margarete, ⁊ Dulciete: per id quod voluit Bal. in. l. pactũ quod dotali. questione. viij. C. de collatio. ⁊ Franciscus de Aret. consilio. xci. exordiente. Uiso themate ad me transmisso ⁊c. versiculo confirmatur, ista conclusio ⁊c. vbi volunt ꝙ si sorore renũtiet hereditati vni ex fratribus suis recipienti dictam renuntiationẽ, nihilominus hereditas renuntiata non pertinet solum ad fratrem, sed accrescit omnibus
14 alijs fratribus: aut† innititur cessioni ⁊ remissioni iurium tam quesitorum facte per dictas do. Abbatissam, ⁊ moniales, tunc dico, ꝙ tunc cessio non valuit: pro eo quia talia pretensa bona donare, vel alias cedere non potuerunt dicta domina Abbatissa ⁊ moniales. capitu. abbatibus. ⁊ capitu. placuit. duodecima questione secunda. ⁊ capitu. in venditionibus. decimaseptima questione quarta. ⁊ quod not. gloss. duodecima questione secunda. in fine summe. non enim sumus in casu quo loquitur Federicus de Senis questione nona. exordiente Casus talis est, aliqua nobilis ⁊c. Et Angelus consilio. cccxxxvi. exordiente. proximus quondam Ualentini de Castro Bucoli ⁊c. Et de hac nullitate possunt dicti nobiles Joã. ⁊ Mattheus, vtpote possessores opponere: eis enim sufficit ꝙ dicta cessio

cessio non valuerit, ⁊ propterea possunt de illius nullitate opponere, cum sint possessores bonorum, que posse peti pretenduntur, per id quod habetur in l. fin. C. de rei vendi. ⁊ quod plene not. domi. Felin. in c. olim literis. de rescrip. iuncta. l. qui scit. in principio. ff. de vsu. Addo, ꝙ vbi
15 cessio valuisset, prout non valuit, quia † tamen isto casu predicto Riquerij superuenisset ius post litem contestatam, in causa, non deberent, nec de iure possent ipsi rei quoad illud condemnari. l. non potest. ff. de iudi. Et ita nõ videretur dictus actor posse excusari, quominus plus re petierit. Et ita ex hac sola causa deberet condemnari in expensis. c. j. cum suis simili. de plus peti. ¶ Ad tertium dico, ⁊ respondeo ꝙ cum † dictus nobilis Riquerij prout ex ijs que parte ipsius fuerunt proposita, ⁊ deducta per lineam femininam descenderit, si tamen, ⁊ quatenus sufficienter probetur descendisse ex dicto quondam nobili Antonio Chabaudi, bona feudalia, que olim spectasse ⁊ pertinuisse pretenduntur eidem Antonio non veniunt in restitutionẽ dicti pretensi fideicõmissi: per id quod no. doct. in l. si patroni. in principio. ff. ad trebel. Alexan. de Imol. consil. xci. exordiente, Ponderatis ijs de quibus in themate, ⁊c. versic. quoad secũdum dubium, ⁊c. in primo volu. domi. Prepos. in c. in generali. si de feu. fuerit controuer. domi. Iason May. in prelud. feu. versicu. an autem feuda veniant in restitutione, ⁊c. ⁊ multi docto. in l. item videndum. §. fi. ff. de petitio. heredi. qui communiter volunt, ꝙ feudum non transeat ad fideicommissarium, ⁊ propterea non venit in restitutionem fideicommissi, nisi fideicommissarius sit de liberis, aut descendentibus ad quos de sua natura transit tale feudum: vel nisi sit de personis comprehensis in inuestitura, cuiuscemodi non apparet fuisse dictus quondam nobilis Honoratus, vel hodie esse dictus nobilis Bertrandus. Et quidem non de comprehensis in inuestitura: quia de eo nulla facta est fides in discursu cause huius. Non etiam de liberis, aut de descendentibus ad quos, ⁊c. quia supposito ꝙ ipsi Honoratus ⁊ Bertrandus descenderint ex dicto quondam nobili Antonio, ⁊ illius nepos, ⁊ pronepos extiterunt, descenderunt tamen per lineam femininã: ⁊ sic per personã, ad quam nõ transit feudum, ergo nec ad eos. c. j. §. hoc autem notandum. ⁊ quod ibi scribentes, qui feu. da. posses. Et licet vel ex pacto, vel ex consuetudine, vel alias aliquo particulari iure possunt etiam mulieres, ⁊ ex eis descendentes succedere in feudalibus, quia tamen non fuit aliquid quoad hoc ex aduerso propositum, vel deductum, standum est regule dicti. §. hoc autem notandũ. per quã videtur fundata intentio dictorum nobilium Ioannis, ⁊ Matthei. Et si idem nobilis Riquerij pretendat hunc casum excipi a regula, ipse debet hoc probare: per id quod not. glos. in c. j. circa fin. de regulis iuris, in vj. Barto. in l. quotiens. ff. qui satisda. cogan. ⁊ in l. ij. ff. si quis in ius voca. non ierit. multas remissiones ponit Fran. de Cur. consi. lxxij. exordiente, Magnifice vir, ⁊ excellens doctor, ⁊c. ponunt ⁊ de hoc multi in diuersis locis, sed quia hoc dictum tritum est, non insisto. Nec opponat aliquis, ⁊ dicat ꝙ ea que superius dixi non procedant eo casu, quo fideicommissarius agit contra possidentem non habentem ius in feudo: ⁊ ꝙ eo casu veniant etiam bona feudalia in restitutione fideicommissi quemadmodum ⁊ isto casu veniunt in petitione hereditatis. dicta. l. item videndum. §. fin. ff. de petitio. heredi. iuncto eo quod not. Barto. in dicta. l. si duo patroni. Quoniam respondeo, ꝙ ex deductis in processu non apparet istos nobiles Ioannem ⁊ Mattheum non habere ius in dictis pretensis feudalibus, de quo tamen ad victoriam obtinendam apparere oporteret: pro eo quia quilibet probare tenetur id, quod est fundamentum sue intentionis, siue illud sit factum affirmatiuum, siue negatiuum. l. actor. C. de proba. l. in exceptionibus. in principio. ff. eod. titu. l. si quis. C. de fabr. libro. xj. l. in illa. cum. l. se. ⁊ quod ibi Barto. ⁊ plenius moder. maxime Alexand. de Imol. ff. de verbo. obligat. ⁊ c. super ijs. vbi Inno. de accusa. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De episcopa. audient. ¶ Consilium. cxcvj.
¶ Epitome.

¶ Qui dispensationem a iuramento obtinuit, ⁊ inhibitionem contra partem, cui obligatus est, non impedit propterea partem, quin possit iudicatum impetrare. Vasq. Filiolus.

1 ¶ Cumulari non possunt processus dispensationis iuramenti ⁊ rescissionis venditionis: quia ille prius expediendus est.

2 Periurus, hoc est qui non obtenta dispensatione a iuramento ad rescissionem contractus cepit agere, petens postea secum dispensari super iuramento non auditur.

3 Absolutio seu dispensatio a iuramento quando bis requiratur.



Libellus Parte nobilis ⁊ generosi viri Renati Cossa in prima instantia productus, contra ⁊ aduersus nobilem ⁊ Honorabilem virum Reynaldum de Altouitis, non debuit admitti: nec illi tenebatur idem nobilis Reynaldus respondere, quatenus in eo concludebatur ⁊ concluditur vltra ⁊ preter pretensam petitam absolutionem, seu dispensationem, aut relaxationem iuramenti per ipsum Cossa prestiti tempore facte venditionis illius an-
1 nue pensionis, de qua in eodem libello. Cum † quia absolutio seu dispensatio iuramenti huiusmodi ⁊ declaratio pretensarum nullitatis fraudis, ⁊ vsurarie prauitatis, necnon ⁊ rescissio venditionis ⁊ cancellatio note siue instrumenti venditionis eiusdem pensionis, de quibus in dicto pretenso libello, non poterant simul cumulari: ⁊ maxime quoad hoc, vt simul procederetur super eis prout facere nitebatur idem nobilis Cossa. Pro quo allegasse sufficiat id, quod de officio rescindente, ⁊ actione rescissoria. in l. quod tempore. versicu. quero nunquid ego possum. C. de re milit. ⁊ Angel. Aret. in §. rursus. versicu. quero an officium rescindens. institu. de actio. post Sali. in l. fin. C. de in integ. institu. ⁊ plenius Panor. in c. tam ex literis. eod. titu. Quod maxime debuit procedere in dicto casu attentis multis ⁊ diuersis cõuẽtionibus, ⁊ promissionibus iuratis, contentis in instrumento predicte venditionis: quibus, ⁊ iuramento, imo iuramentis, contrauenire nitebatur idem nobilis Cossa, quatenus in conclusione dicti pretensi libelli petebat ipse Cossa vltra, ⁊ preter dispensationem, seu relaxationem iuramenti, aut iuramentorum predictorum: prout clare colligitur ex inspectione libelli, ⁊ instrumenti predictorum: non erat ergo idem Cossa super illo audiendus ante obtentionem dicte pretense dispensationis, seu relaxationis iuramenti: cum illud seruari posset, ⁊ possit sine dispendio salutis eterne: ⁊ sic esset, ⁊ sit seruandum, donec esset relaxatum, si tamen ⁊ quatenus debeat relaxari, prout non debebat. c. cum contingat. c. si vero de iureiurand. c. licet mulieres. eod. titu. in. vj. ⁊ c. quanuis pactum. de pact. eo. libro, ⁊ in terminis secundum mentem dicti Cossa, quanuis incivilem, ⁊ contra rei veritatem. in c. debitores. de vsuris.
2 Et † vt videtur non solum debuit dictus nobilis Cossa repelli a petitis vltra ⁊ preter, dictam per eum petitam dispensationem, seu, absolutionem iuramenti: sed etiam quia in sic petendo contrauenit iuramento: quinimo iuramentis per eum prestitis, ipse perdidit ius, ⁊ facultatem petendi secum de iuramento dispensari, aut illud sibi relaxari, etiam si essemus, prout non sumus, in casu, in quos alias hoc fieri posset, vel de iure deberet, ⁊ hoc pro eo, quia contraueniendo censetur in periurium incidisse, per id quod voluit Frider. de se. consil. ccc. exordiente, Factum proponitur esse tale: frustra enim legis auxilium inuocat, ⁊c. c. quia frustra. de vsur. quod etiam voluit Petr. de Ancha. consil. cxcix. exordiente, Productis subtiliter ⁊ ad plenum, ⁊c. Ioan. de Imol. in dicto cap. debitores. ⁊ Panormit. in c. j. de iureiurand. vbi etiam de hoc per domin. Felin. versicu. septimo quero, aliquis incurrit periurium, ⁊c. vbi etiam sentit, ꝙ hec sit communis opinio. Et quanuis Antonius de Butrio, videatur aliter sentire in d. c. debitores. dicens, ꝙ debitor qui soluere in termino iurauerat, ⁊ non soluit, erat ad duo obligatus: scilicet ad soluendum infra terminum, ⁊ ad soluendum simpliciter. l. Celsus. ff. de arbitr. ⁊ capitul. dilecti. de dolo ⁊

contuma. & si non soluit in termino, in hoc peccauit, & est periurus: inquantum vero soluere obligatur post terminum non peccauit, & sic poterit petere absolutionem, vel saltem poterit soluere post terminum, & non peccat, & postea repetere. dicto capitu. debitores. Tamen hec ratio secundum Panor. & dom. Feli. in dicto. c. j. potius facit pro commum opinione: quia si post terminum remanet obligatus, & sic perseuerat in periurio, ipse debet compelli, vt ab illo peccato se absoluat, & iuramētum adimpleat. dicto capitu. j. Si enim compellitur instante termino, vt soluat, fortius debet compelli post terminum, in odium periurij: & vt a peccato liberetur, ne in illo perseueret. Preterea dicit Joan. de Jmola, in dicto. c. debitores. ꝙ licet debitor, qui non soluit in termino remaneat obligatus post terminum, non sequitur ꝙ ipse possit petere absolutionem ab illa obligatione: ex quo iam incidit in periurium. dicto. c. quia frustra. nec potest causari seu dicere idem debitor, ꝙ sic esset sine remedio: quoniam respondeo, ꝙ imo non esset, si postea appareret, prout authore domino non apparebit eum habere bonam causam: quia posset solutum repetere. Et supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ docto. prefati loquerentur in alio casu, hoc certum est, ꝙ idem Cossa nō debet super predictis agere: signanter vero & maxime super annullatione, rescissione, retractatione, & cassatione dicte venditionis, & cancellatione instrumēti eiusdem, donec obtenta dispensatione, seu relaxatione predicti iuramenti, seu iuramentorum predictorum, quinimo
3 plus sentit domi. Felin. in dicto. c. j. q. viij. ꝙ & etiam eo casu, quo aliquis fuit absolutus a iuramento, quantum ad hoc, vt posset dicere de vsura, vel alia qualitate, per quam mereretur absolui a iuramento, & postea probet de quantitate huiusmodi, ipse nihilominus indiget secunda absolutione ad hoc, vt postea venire possit contra contractum. Pro quo facit cap. veniens el. ij. de testi. & quod not. Bart. in. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiurand. facit etiam, quia actus limitatus parit effectum limitatum. l. in agris. cum simili. ff. de acqui. rer. domi. Quod si hoc procedit in casu predicto, multofortius in nostro, in quo nulla obtenta est absolutio seu persone habilitatio. Ceterum adaptādo ad propositum, cum coram egregio viro domino vicario Massiliensi non penderet, nec pendere posset causa inter dictos nobiles Cossa actorem, & Reynaldum, de Altouitis reū super rescissione dicte venditionis, & cancellatione instrumenti eiusdem, quinimo nec super alijs ab ipsa pretensa fieri petita dispensatione, seu relaxatione iuramenti, non debuit pendente ista causa idem nobilis Reynaldus impediri quominus annis singulis, & in termino de quo in venditione, reciperet, & exigeret predictam pensionem: nec ipse nobilis Reynaldus illam exigendo vel exigere nitendo dici poterat innouare: quia, qui possessione vtitur, non innouat, vt not. gloss. in cle. ij. super verbo, innouari, vt lite penden. Joan. Andr. in rubrica, extra eo. tit. in antiq. dictus igitur dominus Vicarius Massiliensis, ne eundem nobilem de Altouitis in sua quasi possessione huiuscemodi pensionem annis singulis percipiendi inquietaret, aut turbaret, non debuit eidem nobili de Altouitis inhibere, ne corā alio iudice, &c. Nisi forte dicatur, ꝙ in talibus non cadat possessio, seu quasi: sed hoc nō obstat: quia & si in illis non cadat vera possessio, cadit tamen quasi possessio, seu status, in quo non debet turbari, vel eo spoliari: & si contrafiat, concessum est remedium, iuxta ea que scribunt multi in. c. querelam. de electio. & in. l. si certis annis. C. de pac. Que si ita se habeant, imo quia sic se habent, male, & legitima causa non subsistente, petijt dictus nobilis Cossa reuocari, quoddam pretensum indicatum, parte dicti nobilis de Altonitis: vt ex aduerso pretenditur, obtentum in curia Metropolitana Arelatensi. Tum quia, vt apparet ex predictis, etiam si de obtentione iudiciali huiusmodi sufficienter apparet, non tamen propterea apparet innouatum in preiudicium cause pendentis, in qua solum agebatur, & agi poterat de, dispensatione, seu relaxatione iuramenti: & qua pendente debebat ne periurium incurreret, infra conuentum terminum soluere, & post terminum ad soluendum, ne in peccato perseueraret, cogi poterat. Tum & quia licet idē Cossa pretendat fuisse per dictum de Altouitis contrauentum quibusdam pretensis inhibitionibus sibi, vt asserit, factis per dictum do. Vicarium, hoc tamen non apparet, inhibitio enim que facta pretenditur anno Domini millesimo quingentesimo primo, & die tertia mensis Nouembris, & hec in discursu cause facta est, ne in preiudicium iudicij precedentis coram dicto domino Vicario eundem Cossa coram alio quocūque iudice laico, &c. Huic autem non est contrauentum per obtentionem predicti iudicati: vtpote non obtenti a iudice laico, sed a iudice ecclesiastico. Etiam nec est contrauentum cuidam alteri pretense inhibitioni, facte, si facta appareat in vim quarundam pretensarum literarum per dictum Cossa obtentarum, si obtente appareāt anno predicto, & die. xvj. mensis Nouembris, & absente dicto nobili, de Altouitis, & sic nulliter: quia illa facta est, ne eundem Cossa de bonis, aut persona per aliam curiam ecclesiasticam inferiorem, vel equalem, &c. cuius contrarium non apparet factum non enim probatum est, curiam metropolitanam Arelatensem esse inferiorem, vel equalem: quod tamen tanquam fundamentum intentionis partis probandum erat ad ostensionem contrauentionis. l. actor. C. de probat. l. in exceptionibus. in principio. ff. eod. titu. l. si quis. C. de fab. libro. xj. & quod notant Bartol. & docto. in l. in illa. cum se. ff. de verborum obligation. vnde cum verba dicte pretense dispositionis cessauerint, & cessent in hoc casu: pro eo quia nec coram inferiore, nec coram equali apparet fuisse obtētum & iudicatum, palam infertur, ꝙ etiam in isto casu cessauerit inhibitio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. l. iiij. §. toties. ff. de damn. infect. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. & estiua. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acqui. heredi. & l. ita autem. cum suis simili. ff. de administra. tuto. & quod voluit Roma. consi. cccc xlij. & consi. ccc lxij. & Pau. de Castr. consil. iiij. Adijcio ꝙ illa pretensa inhibitio, seu litere, in vim quarum facta est, videntur esse nulle: vtpote obtente pendente lite, & parte absente non vocata. Et si alias non fuissent nulle, quia tamen erant iniuste, poterant per iudicem, & expresse & tacite reuocari: quia quoad eum non transiuisset earum concessio in rem iudicatam, per id quod not. docto. in. c. cum cessante. de appella. & in. c. quod ad consultationem. vbi Innoc. de re iudi. Barto. & docto. in. l. quod iussit. ff. de re iudi. Ex quibus apparet eundem nobilem Cossa sine grauamine appellasse ab ordinatione lata per dictum dominum Vicarium: & per quam declarauit non fuisse innouatum per dictum nobilem de Altouitis. Que incursu & alijs negotijs pressus dixerim, sub correctione & benigna supportatione reuerēdi patris & viri egregij domini Judicis cause huius & cuiuslibet alterius melius sentientis.

¶ Rub. De secund. nupt. ¶ Epitome. ¶ Consil. cxcvij.

¶ Summatur vt in primo notabili. V. F.

1 ☞ Mater que filio cum fratribus successit, si transierit ad secunda vota, fit eius successionis, vsufructuaria tantū si illa bona filio a patre obuenerant. & nu. 3.
2 Substitutio pupillaris comprehensa in compendiosa excludit matrem etiam quoad legitimam.



PRO faciliore responsione, seu solutione eorum de quibus dubitat, & querit honesta mulier Glaudeta Nyelle relicta probi quōdam viri Guilielmi Geneuesij loci Montisdraconis, premitto, ꝙ cum eidem Geneuesij superfuerint duo filij masculi, & venter plenus dicte Glaudete, que postea peperit filiam, bonorum omnium legitima fuit triens: hoc est tertia pars bonorum, dicti quondam Guilielmi, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno & funeris impensa. authen. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transumptiue in authen. nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eod. titu. Et hic triens, seu tertia pars erat equis partibus diuidēdus inter duos filios masculos, & prefatam filiam, dicta authent. de trien. & semis. §. j. Et sic legitima dicte filie fuit nona pars predictorum bonorum, in qua dictus quondam Guilielmus eam grauare non potuit. l. omnimodo. l. que nuper. l. quoniam in prioribus. & l. scimus. in principio. C. de inofficio. testamento: & si viginti floreni & due vestes dicte filie relicte non sufficiebant ad dictam legitimam, poterat dicta filia seu posthuma agere ad supplementum: dicta. l. omnimodo, quam dicta filia potuit petere sibi expediri, & tradi in bonis seu corporibus hereditarijs, & dicere ꝙ illā habere

habere non debet in pecunia dicta.l.scimus.§.repletio/nem. ⁊ quod ibi docto. ⁊ ꝙ post Guiliel. de Lug. not. Bar. in.l.suus quoque.ad fi.princip. vbi etiam Joan. de Jmo. ff. de heredi.institu. Alexan. de Jmo. in.l. non amplius.§. cum autem bonorum. ff. de lega.j. ¶ His presuppositis respondeo ad quesita: Et primo ad primum, ꝙ cũ dicta filia, seu posthuma decesserit superstitibus dicta Glaudeta eius matre, ⁊ duobus fratribus vtrinque coniunctis, illi tres eidem successerunt: quilibet scilicet pro triente, seu tertia parte.auth.defuncto.⁊ in corpore vnde sumitur. C. ad ter/
1 tulia.verum quia† prefata Glaudeta mater, cõuolauit ad secũda vota, ipsa perdidit proprietatem huius tertie partis, que ad eam peruenerat de bonis dicte quondam posthume: illis scilicet que ad posthumã peruenerãt de bonis paternis, ⁊ remãsit duntaxat vsufructuaria huius tertie partis.auth.ex testamento.⁊ in corpore vnde sumitur. C. de secund.nupt. dicti vero duo filij masculi successerunt pleno iure in alijs duabus tertijs partib⁹, ⁊ in proprietate dicte tertie partis, que ad matrẽ peruenerat. ¶ Ad secun/
2 dum dico ⁊ respondeo, ꝙ† cum ille Joannes filius inibi mentionatus decesserit adhuc impubes, Glaudius eius frater, ⁊ superstes eidem successit in vim pupillaris comprehense in compendiosa substitutione facta per patrẽ per id quod not. docto. magis communiter in.l. centurio. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊.l. precibus. C. de impube. ⁊ alijs substit. de quo per multos in.c. Raynutius. de testam. ⁊ in.c. si pater. eo.tit.in.vj. Et successit idẽ Glaudius in omnibus bonis dicti Joãnis exclusa matre, etiã quoad legitimam.l. sed ⁊ si plures.§. ad substitutos. ff. de vulga. ⁊ pupil. iuncto.c. si pater.§. licet autem.⁊ quod ibi glo. ⁊ Philip. Fran. ⁊ Jo. de Jmol. in.c. Raynutius. quãuis Archi. in.d.c. si pater. senserit, ꝙ in foro conscientie non possit substitutus retinere legitimam, que matri debebatur in bonis filij. Sed primũ dictũ est communius ⁊ verius, ⁊ probatur in.d.c. si pater.§. licet autẽ. Et per hec patet ꝙ non est necessarium respondere ad tertium quesitum. ¶ Ad quartum ⁊ quintum dico ⁊ respondeo, ꝙ dicta Glaudia mater per transitum ad secunda vota perdidit proprietatem, illorum viginti florenorum, de quibus in illis, debet tantum habere vsufructum, seu quasi: per id quod habetur in.l. femine. ⁊ quod ibi per scriben. C. de secun.nupt. ⁊ apper. in authen. de nup.§. si vero expectet. colla.iiij.

¶ Rubr. De proba. ¶ Epitome. ¶ Consilium.cxcviij.

¶ Probare debet qui natũ dicit ex adulterio eum, a quo vult auferre hereditatem. A. F.

1 ☞ Adultera mulier non censetur que per quinquennium expectato viro absente, quem fama est mortuum fuisse, alteri nubit: nisi quãuis postea resciuit illum viuere, hunc statim non dimittat.
2 Presumptio non est ꝙ quis annis centum viuat.


Etiam si honesta quondam mulier Susanna de Agriuolis matrimonium contrahere non debuisset cum prouido quõdam viro Joanne Nigri, non prius habita certitudine seu informatione de morte probi quondam viri Florimundi Audurini eius primi viri, qui tempore huiuscemodi contracti matrimonij cum dicto Joãne Nigri, per quinquen/
1 nium abfuerat: quia† tamen tam tempore matrimonij huiusmodi, ꝙ antea, erat, ⁊ fuerat vox publica in Diensi ciuitate, ꝙ dictus Florimundus ab humanis decesserat, ⁊ ita communiter reputabatur ⁊ adhuc reputatur, nisi quatenus Ludouicus Regis procurauit, ⁊ procurat inducere famam seu rumorem in contrariũ: non debuerunt, aut debent dicti Joannes, ⁊ Susanna iudicari, seu censeri adulteri: quia adulterium non committitur sine dolo, ⁊ mala conscientia.l. vxor. ⁊ quod ibi glo. super verbo, violata. C. de repud. ⁊.l. miles.§. mulier. ff. de adulte. fama vero excusat quem a dolo, ⁊ a pena doli.d.§. mulier. quinimo ⁊ a dolo excusat quelibet iusta causa ⁊ etiam iniusta.l. igitur.§. penul. ff. de libe.cau. ⁊ quod no.glo. in.l.j. in fin. ff. de abige. ⁊ in.l. Plagij.el.ij. C. ad leg. fauі. de plagi. ⁊ quanuis glos. in dicto.§. mulier. videatur sentire, ꝙ ad hoc, vt fama excusat in casu illius.§. sit opus ꝙ illa perseuerauerit per decẽ, vel viginti annos, hoc tamẽ nõ obstat: Tum quia glo. relata ad text. loquitur eo casu, quo maritus absens, ⁊ de cuius morte fama fuerat, postea reuersus est: in casu vero occurrenti, nec est reuersus, nec aliter viuus apparuit prefatus Florimundus. Cum ⁊ quia Barto. videtur aliter sentire in.d.§. mulier. vbi etiam se remittit ad no. per eum in.l. de minore.§. tormenta. ff. de questio. Preterea facit pro premissis, scilicet ꝙ dicti Nigri ⁊ Susanna, censeri nõ debeant fuisse adulteri, id quod not.glo. in.c. dominus noster, versic. quod si post hoc. super verbo adulterinis. de secund.nupt. vbi glos. intelligit illum text. procedere, si postquam mulier, que viro absente contraxerat, intellexit pro certo de vita prioris mariti, cum secundo remaneat: quia tunc statim est adulterium, ⁊ non antẽ secundũ eam.c. cum per bellicam.xxxiiij.q.ij. Et idem videtur fuisse de mente Henrici Boye. in.c. in presentia, versicu. aut ad finem. in quo sit veritas, ⁊c. de sponsa. vbi sentit, ꝙ ita demum immineat adulterij periculũ, si contrahentes, ⁊ de morte dubitãtes, nedũ reddant sed etiã exigãt debitũ, vel si certificati de vita, non statim recedant a superinductis: cõtra id quod legitur ⁊ not.xxxiiij.q.ij. in summa. ⁊ in dicto cap. cum per bellicam. ⁊ satis idem voluit gloss. in dicto.c. in presentia. Cum igitur nec prefati Nigri, ⁊ Susanna, nec alius quiuis vnquam certificati extiterint post dictum matrimonium de vita predicti Florimundi, quinimo fuerit postea continue habitus ⁊ reputatus pro mortuo, ⁊ pro mortuo habeatur, secundum famam publicam: nisi forte quatenus predictus Ludouicus post mortem dicti Joannis, ⁊ anhelans ad successionem illius laborauit inducere famam, aut rumorem contrariam, non potuerunt, aut possunt dicti Nigri, ⁊ Susanna censeri adulteri, quod si ita est, imo quia ita est, minus cẽsendus est prefatus Ludouicus Nigri fuisse, ⁊ esse eorũ filius adulterinus: ⁊ propterea incapax successionis dicti Joannis: quia pretẽsus filius adulterinus debet esse minus exosus, ꝙ pretẽsi adulteri: ex eo, quia nasci de adulterio non est eius culpa, qui nascitur, sed illius qui generat. dist.lvj. Si ergo parentes non censeantur adulteri, ergo, nec fili⁹ adulterinus. Preterea vbi premissa cessarent, que non cessant, quia tamen prefati Nigri, ⁊ Susanna publice contraxerunt in facie sancte matris ecclesie, ⁊ dictus Ludouicus ab eis mutuo ⁊ vicissim tanquam veris ⁊ legitimis coniugibus fuit susceptus, ⁊ procreatus, ac etiam per eos educatus, nutritus, ⁊ tractatus, vt, ⁊ tãquam eorũ filius naturalis ⁊ legitimus, ac etiã tam per eos, ꝙ vicinos talis dictus appellatus, ⁊ communiter reputatus: ipse Ludouicus constitutus est in quasi possessione legitime filiationis: per id quod no. Bal. Sal. ⁊ doc. in.l. non epistolis. C. de proba. Floria. in.l. quidã. ff. eo.tit. ⁊ idem voluit Oldra. consi.ccliiij. exord. Quia tota pars decani ⁊ capituli. versic. tertio opponitur, ⁊c. ⁊ Joan. Andr. in addi. Specu. tit. de teste.§. nunc videndum. circa principium quanuis enim reputatio verbalis, que consistit in sola denominatione aliquando parum operetur.l. imperatores.§. penult. ff. ad municipal.l. si vero non remunerandi.§. cum quidam. ff. manda. pro eo, quia parum prosunt verborum folia.c. Marcій ⁊ Basilides.xvij.q.j. aliquando vero multum.§. multum. institu. de adop.l. vnic.§. similique modo. C. de lati. liberta. tollen. ⁊ authen. vt liceat matri ⁊ auie.§. sed hoc sentire. colla.viij. realis tamen reputatio semper multũ operatur.l. seruis. in principio, ⁊ in secũdo respõso. ff. de leg.iij.l. sed si accepto. ff. de iu.fis. ⁊.l. si quis patrem. ff. ad Macedo. Et quãuis huiuscemodi, realis reputatio non semper rem in vero esse constituat.l. Modestinus. ff. de muneri. ⁊ hono.l. apud Celsum.§. si quis non tutor. ff. de doli except. ⁊.l. si is qui. ff. de eo qui pro tuto. Consuluit tamen in quadam quasi possessione talis iuris.l.j.§. Julianus. ff. de agnoscen. libe. dicta.l. non epistolis. ⁊ l. non nudis. ⁊ quod ibi glos. C. de proba. Et hec quasi possessio transfert onus probãdi in aduersarium: quod etiam voluit Flor. in dicta.l. quidam. ff. de proba. ⁊ docto. in dicta.l. non epistolis: quo fit, vt dictus Ludouicus Nigri, qui, vt puto, probauit famam, matrimonium, ⁊ alia predicta, ⁊ qui nihilominus fuit, ⁊ est in possessione bonorum prefati quondam Joannis eius patris, debuerit, ⁊ debeat ab impetitis parte Ludouici regis, ⁊ Michalete eius pretense neptis, absolui, etiam si ipse Nigri, nihil prestiterit.l. qui accusare. C. de eden.l. fi. C. de reiuendica.l. negantes debitores. C. de actio. ⁊ obligat.§. commodum. institu. de interdict. ⁊.c.j. vt eccle. bene. Quibus † non ob-
2 stat id quod ex aduerso pretẽditur, scilicet ꝙ quilibet presumatur viuere centum annis, vt videtur voluisse gloss. in.l. sed ⁊ si de sua. ff. de acquirenda hereditate. Cum quia

illa glo. impugnatur τ contrariū probatur per id quod habetur in. l. hereditatum. ff. ad leg. fal. nec iura in cōtrarium allegata hoc probant: quia licet dicant ꝙ quis viuere possit centum annis, non tamen dicunt ꝙ hoc presumatur quanuis enim id omne quod presumitur, sit possibile, non tamen omne possibile presumitur: τ signanter in hoc casu nō est presumendum, quia quem viuere centum annis, est de raro contingentibus, vt docet experientia: potius ergo presumendum esset contrarium per id quod habetur τ no. in. l. non hoc. C. vnde legitimi. τ. l. neque natales. C. de proba. ad quod facit quod voluit Bal. in. l. cōuenticula. versic. item est argumentum a communiter accidentibus. C. de episco. τ cleri. vbi dicit argumentum a cōmuniter accidentibus esse vtilissimum in materia probationum: τ de quo ponit Sali. τ docto. in. d. l. neque natales. Bald. in. l. fin. ff. de heredi. instit. τ consil. cxxi. τ seq. in prima parte, τ alij in alijs locis. Tum τ quia in casu occurrenti ex ijs que superius dixi, colligitur alia presumptio, scilicet ꝙ imo nō viueret prefatus Florimundus tempore contracti matrimonij superius mētionati, τ sic est conflictus presumptionum, seu coniecturarū in quo viuere debet predictus Ludouicus: qui vltra, τ preter presumptionem pro eo facientē, est possessor, τ reus ꝑ que saltē omnia vinci debet, τ vincitur dicta pretensa presumptio vite predicti Florimundi: iuxta ea que not. docto. in. l. diuus. ff. de resti. in integ. in. c. tuā. de presumptio. τ quod not. Bald. in. l. Pacumenius. ff. de heredi. institu. τ operantur predicta translationem oneris probandi, ꝙ dictus Florimundus viueret tempore dicti matrimonij: per id quod not. docto. in. d. l. non epistolis. τ Flori. in. d. l. quidam. Et nisi hoc probetur per edictū regis, debet idem Ludouicus, vt predixi, ab impetitis absolui. Que dixerim, τc.

¶Rub. De impube. ¶Epitome. ¶Consilium. cxcviiij.

¶Substitutio exemplaris vt fieri possit non requiritur ꝙ integra legitima relicta sit: quia ad supplementum agi potest. V. F.

1 ¶Nisi, dictio an τ quando ponat, τ non priuet.
2 Substitutio exemplaris quanuis sit directa, potest fieri per verbum commune.



DUo Sunt que videntur obstare Ludouico Nigri, pretendenti se fuisse exemplariter substitutum Humberto Nigri eius consanguineo fratri mente capto. Primum, quia si inspiciantur verba pretense substitutionis, Joannes Nigri testator non videtur bona dicti Humberti positiue reliquisse predicto Ludouico eius heredi non enim dicit, ꝙ bona huiusmodi post mortem dicti Humberti peruenirent ad suum ipsius Joannis Nigri heredem, sed dixit negatiue, ꝙ bona, τ iura eiusdē Humberti nullo modo peruenirent post mortem, τ decessum eiusdem, nisi ad ipsius Joannis Nigri testatoris vniuersalem heredem in testamento nominatum, τ suos successores: interque videtur esse differentia quemadmodum inter dispositionem affirmatiuam, τ dispositionem negatiuā. Secūdum, quia supposito, ꝙ ea, que per dictum Joannem eidem Humberto relicta extiterunt, non ascenderent ad legitimam sibi debitam in bonis paternis: non videtur dictus Joannes potuisse eidem Humberto filio suo mente capto, exemplariter substituere, lege humanitatis ibi, liceat ijsdē parētibus legitima portione ei, vel eis relicta, vti: vt voluit ibi gl. super verbo legitima. C. de impub. τ alijs substi. quod etiā videtur ibi voluisse Bart. idem voluit Ang. τ Jo. de Jmo. τ Cuma. in. l. ex facto. in princ. ff. de vulg. τ pupil. τ Joan. de Jmo. in. c. Raynutius. in materia exemplarie substitutionis. de testa. ¶Sed ijs non obstantibus dico contrarium scilicet, ꝙ dictus Ludouicus fuerit inuitatus, τ efficaciter seu valide substitutus dicto Humberto eius fratri: Non
1 obstant contraria. Et primo not. primum quia cum in dicta substitutione ante dictionem, nisi, ponatur oratio negatiua, illa dictio nisi, ponit, quāuis eo casu quo ante eam ponitur oratio affirmatiua illa dictio neget. l. actione. τ quod ibi docto. C. de transactio. l. extraneo. ff. de ventre in possess. mittend. l. iij. ff. de custod. reo. τ c. cum accessissent. ad fi. de constit. Perinde ergo est, ac si dictus Joannes testator voluisset τ ordinasset, ꝙ bona, τ iura dicti Humberti post mortem ipsius peruenirent ad vniuersalē heredē testa
2 toris. Certū est autē ꝙ licet substitutio exemplaris, vt potest ad similitudinem pupillaris substitutionis adinuēta sit directa non obliqua substitutio. d. l. humanitatis. τ quod ibi doct. τ quod no. doct. in. d. l. ex facto. ff. de vulg. τ pupil. τ in multis alijs locis, vbi inter membra seu species directe substitutionis ponunt. τ collocant exemplariam, illa tamen potest fieri per verbum cōmune, vt expresse not. Bal. in. d. l. humanitatis. τ istud non habet dubium: quia videmus τ vulgarem τ pupillarem, que etiam sunt directe, fieri per verbum commune. Pro quo allegasse sufficiat no. per doct. in. l. precibus. C. de impub. τ alijs substitu. in. l. centurio. ff. de vulg. τ pupil. τ in alijs infinitis locis. Non est autem dubium quin verbum perueniat, sit commune, vt no. Bart. in. d. l. centurio. Bald. in. l. fi. C. de sacrosan. eccle. τ in c. si pater. vbi etiam Philip. de Fran. in materia compendiose substitutionis. de testa. in. vi. Joan. de Jmol. in. d. c. Raynutius. Ad secundum obiectum dico τ respōdeo, ꝙ licet glo. τ alij supra allegati videantur sensisse ꝙ ad validitatem exemplarie substitutionis, sit opus ꝙ parēs volens exemplariter substituere filio mente capto, eidem ad minus relinquat legitimam. Bart. tamen in. d. l. ex facto. in prin. versi. quero quid si furiosus, τ similes, τc. tenuit ꝙ ad validitatem exemplarie substitutionis non sit opus ꝙ parens exemplariter substituens filio mentecapto eidem relinquat integram legitimā, vel eum in illa instituat, sed sufficit ꝙ eum in aliquo instituat: cum possit postea agere ad supplementum. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. τ perinde est acsi in legitima fuisset institutus. Et hanc opinionē Bart. sequuntur Ange. Sali. τ Pau. de Cast. in. d. l. humanitatis. §. vbi etiam. versi. quid autē si tali filio. illam videtur sequi do. Jason May. Jllam etiā sequitur Alex. de Jmo. in. d. l. ex facto. in princip. versi. querit insuper. de questione hic Bart. τc. vbi etiam dom. Jason May. illam sequitur, ver. vltimo in quantum subdit Bart. ꝙ si furiosus, τc. pro qua multa inducit τ respondet ad cōtraria. Jllam etiā sequitur Ang. Are. in. §. qua ratione, versi. querit an sufficiat ꝙ furiosus, τc. instit. de pupilla. sub. Pro hac opinione facit, qꝛ in dubijs opinionibus sequenda est illa, que fauet testamento. l. si pars. ff. de inoffi. testa. Et ob hoc Jo. de Jmo. in. d. c. Raynutius dicit hanc Bart. τ sequatium opinionem esse equiorem, τ communiorē: nō est ergo ab ea in consulendo, vel iudicando discedendum. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio, τc. ff. de offic. questo. τ. c. nouimus. vbi Anto. de Butr. de verbo. signific. τ. c. de iudicijs. in. q. iij. quod etiam not. Ostien. Joan. And. Anto. de Butr. τ Panor. in. c. j. de constitu. τ docto. in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. τ in. l. fi. C. de pen. iudi. qui male iudi. Que omnia dixerim, τc.

¶Rubrica, De dona. ¶Epitome. ¶Consilium. cc.

¶Donationem causa mortis filiusfamilias patri recte facit cū ipsius consensu τ authoritate. V. F.



QUanuis Aliqui voluerint ꝙ pater authorari non possit in donatione causa mortis per filiumfamilias aut filiā sibi facienda. l. j. in prin. τ. l. si pupillus. ff. de authori. tuto. τ huius opinionis fuit glo. τ post eam Bar. in. d. l. j. aliqui tamen senserunt ꝙ imo possit pater esse author in donatione per filiumfamilias, aut filiam in ipsius patria potestate existentem facienda. Et hec opinio fuit originaliter Petri de Bella perti. in. d. l. j. Pro quo allegant l. j. §. eque ex diuerso. coniuncto versi. lucratiuas. C. de imponenda lucra. descript. lib. x. τ hanc opinionem sequitur Ang. in. l. j. §. fuit quesitum. ff. ad trebel. qui pro hoc inducit quatuor fundamenta, que possunt ibi videri. Pro hac opinione consuluit idem Ange. consil. clxxviij. exordiente, Filia refutauit patri: hanc opinionem etiam sequutus est Pau. de Castr. in. l. senium. versic. sed an possit donare. C. qui testa. face. poss. vbi etiam refert se pluries consuluisse pro hac parte. dicit insuper ꝙ ibi tenuit Petr. in. d. l. j. ff. de authorita. tut. τ ꝙ ipse reperit fuisse ita consultum per plures docto. perusinos antiquos: istam opinionem etiā tenuit Marti. Silua. prout refert Alberi. in. d. l. senium. versicu. sed nunquid. Pro hac etiam videtur consuluisse Oldra. consil. xxvi. exord. Pater consensit filie, τ sequitur Joan. And. in addi. Specu. titu. de instrumen. edi. §. porro. versi.

ro. versicu. quid si filiafamilias. in addi. exord. In quadam questione facti. & q Oldra. & Ioan. And. fuerunt sequuti. Hanc opinionem affirmat Alexan. de Imo. consilio. cvj. exord. Quoad presens quesitum. &c. versic. & hanc opinionem &c. in primo volu. Pro hac opinione consuluit Bal. consilio. lix. exord. factum tale est. versicul. sequitur videre, &c. in secunda parte. Hanc opinionem tenuit Cuma. dicta. l. j. §. fuit quesitum. & Fulgo. in d. l. senium. que etiā sibi placuit consilio. lxxxviij. exord. Uisis superius allegatis. vbi etiam dicit, q hanc opinionem sequutus est Ange. in dicta. l. senium. Pro hac opinione multa inducit, & eam sequitur Alexan. de Imol. in d. §. fuit quesitum. qui etiā per ea consuluit multa, inducēs que videri possunt in d. cōsi. cvj. & per multa in dictis duobus locis persuadet Alexand. de Imol. q consensus patris non requiratur ad integrandam personam filijfamilias, ne filius donans patri preiudicet & ex hoc infert huic patris consensum posse interuenire post actum donationis etiam ex interuallo. Et respondet Alexan. ad dictam. l. j. in princip. & l. si pupillus: q ille loquūtur in authoritate: nos vero in consensu: interque multum refert. Dictā opinionem etiā sequutus est Romanus cōsilio cccccxv. exord. in questione qua queritur, nūquid dicta domina Iotella donare potuerit. Et hec est opinio communis, a qua propterea non est recedendum in iudicando vel consulendo per vulgarem doctrinam quam ponit Hostien. Ioan. And. & alij in. c. j. de constitu. Potuit igitur Iacobus Nigri, filiusfamilias de expresso consensu Ioannis Nigri eius patris, tunc presentis, vt audio, sibi donare donatione causa mortis. Que dixerim breuiter, & succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Rub. De Prescip. xxx. vel. xl. anno. Consil. ccj.

Epitome.

Prescribi non potest contra antiquam conuentionem inter curatos factam, ne prestentur promissa: maxime si ignorantia interuenerit, & in altera ex parochijs defuerit curatus. Uas. Fil.

1 Fama an & quādo plenam probationem inducat: vt pote in antiquis.
2 Antiquum quando quid dicatur.
3 Authenticare scripturas sigilla an & quando dicantur.
4 Ignorantia ad dandam cuiuis restitutionem in integrum iusta causa est.



Cum est questio de antiquis, vt verbi gratia de antiquo dominio, aut de alijs iuribus antiquis, illa probatio, que alias esset semiplena, vel etiam minor vicem obtinet plene probationis vt
1 videmus † in fama que licet regulariter nō inducat nisi semiplenam probationem, vt not. glo. si. circa medi. in. l. in bonefidei. C. de re. credi. & iureiur. l. iij. §. eiusdem. in verbo confirmat. ff. de testi. multas remissiones ponit do. Iason May. in repetitione iuris admouendi, carta. xxxiij. ff. de iureiuran. hoc tamen non procedit in antiquis, quia in illis fama plenam probationem inducit: vt voluit Inno. in. c. veniens. de verbo. signifi. Bald. in auth. quas actiones. C. de sacrosanc. eccle. l. cum super. C. de rei vendica. multas remissiones ponit dom. Iason, vbi supra Ange. l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de negot. gest. Alex. de Imo. in. l. cum aliquis. C. de iur. delibe. Alex. de Imo. consi. xv. in quinto volu. And. Barb. in. c. ex literis. de proba. & consil. xlj. in prima parte. idem etiam videtur in verbis enuntiatiuis positis in antiquis priuilegijs, & in instrumentis que licet alias non probarent probant, tamē in antiquis: per id quod not. glo. in. c. si papa. de priuile. in vi. & in. c. cum olim. de censi. Ioan. de Imo. in cle. j. de proba. Alex. de Imo. consi. clxxxvij. in secundo volu. & Andr. Barba. consi. xxxij. in tertia parte, & Franc. de Are. consil. xxxvi. exord. Casus talis est presupponitur in facto, q quidam Cardinalis, &c. & consil. xlij. exord. Uiso consilio elegantissimo precedentis domini consultoris, versic. tertio per rationem assignatam. & versi. nec arbitror doctores, &c. Et hec bene disserit Anto. de Butr. in. c. fin. de successio.
2 abintest. dicitur † autem dominium, aut rem aliā seu factū de aliquo, quando preterierunt centum anni: prout videtur finaliter voluisse Innoc. in dicto. c. veniens. de verbo. signifi. Specu. titu. de proba. §. j. versi. valet etiam, & versic. & not. Ioan. de Imol. in. l. ij. §. item tabe. ff. de aqua pluui. arcen. & in. c. veniens. de test. Alex. de Imol. in. d. l. cum aliquis. & do. Iason May. in. d. l. admonendi, versic. quando autem dicatur esse in antiquis, &c. Quo fit, vt compositio quandudum, scilicet anno Domini, Mcccxxviij. sexto Calend. mensis Nouembris, fecerunt venerabilis quondam vir dominus & prior sancte Marie de Breta, & venerabilis quondam vir dominus Petrus Rambaudus prior sancte Marie de Uoluē. super quadam decima quā dicta ecclesia de Breta percipiebat infra terminos predicte ecclesie de Uoluen. fuerit, & sit non solum in antiquis, sed etiam in antiquissimis, debeat sufficere longe minor probatio, q̄ si compositio, seu conuentio huiusmodi esset de recenti: que etiam si de recenti existeret, videretur sufficienter probari signanter attentis tribus authenticis sigillis in conuentione, seu literis illius appositis, vno scilicet bone memorie reuerendi in Christo patris do. G. tunc Diensis episcopi: & alio bone memorie reuerendi patris do. P. abbatis, cōuentus Crudassij: & altero, bone memorie reuerēdi patris domini Morardi tunc abbatis mona-
3 sterij sancti Ruffi, & sui conuentus. Et † que videntur authenticasse predictam scripturam, per id quod habetur in c. ij. de fi. instru. & facere fidem signanter in hoc casu: per id quod ponunt domini de Rota decisione. xxij. exord. Fuit dubitatum vtrum credatur literis, &c. accedit, q, vt dixi, predicta conuentio sigillata est nō sigillo vnius prelati, sed plurium, & duorum cōuētuum. c. cum olim. de dolo. & quod no. doc. in. c. post cessionē. de prob. Archi. Io. And. & Gemmina. in. c. vt circa. de elect. in. vj. ad quod facit. c. in ecclesijs. de maiori. & obed. c. penul. de purga. cano. & c. non sine. de arbi. facit etiam, quia, vt predixi, conuentio predicta est de facto antiquissimo, & in quo sufficit presumptiua probatio: vt etiam post Ioannem de Imo. & Benedic. Capra, voluit do. Feli. in. d. c. post cessionem. de proba. Preterea nō videtur q contra, & aduersus compositionem, seu conuentionem predictam opponi possit de omissione solennitatis ecclesiastice, eius scilicet, que obseruari debet in alienatione iurium, seu rerum ecclesiasticarū: quia respondeo, q cum vt sepe dictum est conuentio predicta sit antiquissima omnia presumuntur solenniter acta. Et sic presumitur q in ea interuenerit opportuna solēnitas iuxta id quod habetur in. l. si filius. C. de petitio. heredi. l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hered. & quod no. doct. maxime Bald. & Ang. & moder. in. l. sciendum. ff. de verb. oblig. Ostien. Io. And. & moderni in. c. Albericus. de testib. Cyn. in. l. emancipatione. C. de fi. instru. Roma. consi. lij. exord. Pro decisione proposite consultationis, &c. & Alexan. de Imo. consi. xvij. exord. Uiso instrumento, &c. in quarto volu. & alij in alijs locis. Ex quibus videtur q venerabilis & religiosus vir dominus Antonius de Leucio modernus prior dicte parochialis ecclesie sancte Marie de Breta, petere, & exigere possit, & valeat, & venerabili viro dño priore dicte parochialis ecclesie beate Marie de Uoluen. tria sestaria annone, seu frumēti dari, cōuēta & promissa ex causa permutatiōis seu remissiōis facte de predicta decima dicte parochiali ecclesie de Uoluen. Et si fortasse opponatur de prescriptiōe, vt q nō fuerit iste annuus census triū sestariorū frumēti a longissimo tempore per do. priores dicte parochialis ecclesie loci de Breta: poterit dictus do. prior eiusdem ecclesie replicando petere eandem ecclesiam & se restitui in integrū aduersus huiuscemodi prescriptionem, & lapsum temporis ex capite iuste ignorantie. Et hoc si prout mihi dicitur conuentio predicta, seu litere illius fuerint sibi, & dictis predecessoribus incognite: vt quia fuerunt apud tertiū nō in prioratu: sic enim superesset iusta causa ignorātie, ex qua datur restitutio in integrum aduersus prescriptionem, ex generali clausula, si qua mihi iusta causa videbitur, mihitari: quia restitutio non solum ecclesijs minoribus, & alijs priuilegiatis sed etiam maioribus non priuilegiatis conceditur vbicunq; equitas persuadet, & dictat illam esse concedendam. l. j. in fi. & l. sed & si per pretorem. §. hec clausula.
4 ff. qui ex cau. maio. Quod autē † ignorātia sit equa, seu iusta, & probabilis causa ad concedendam in integrum restitutionem aduersus prescriptionem decursam, est glo. notabilis in. l. si partem. §. j. in verbo, non vtendo. iuncto. tex. ff. quemadmo. seruit. amitta. gloss. in. l. j. C. de patr. potesta. Quod etiam firmat Spec. tit. de prescrip. §. j. versi. pone Colonus. Bar. & Ang. in. l. j. §. si quis autem. per illum tex. cum glo. ff. de itinere actuque priua. Ange. in. l. fi. C. de

prescrip.long.tempo.& in.l.si.ff.si quis testamen.liber esse ius.fue. Panor.in.c.vigilanti.de prescript. Rom.in.l.qui vniuersas.§.si.ff.de acqui.posses. Alex.de Imo.consi.lxxi. exord. Videtur prima consideratione,&c.vbi multos induc it,& consi.lxxxiiij.exordien. In causa vertente inter cameram,&c.in primo volu.do. Jason May.in repeti.l.ij.C.de iur.emphy.& in.§.fuerat,insti.de actio.infinitas remissiones ponit do.Feli.in.d.c.vigilanti, versicu. Nihilominus opinio,&c. Preterea aduertẽdum est, q̄ si (vt supponitur) predicta ecclesia loci de Breta fuerit sine parochianis & curato,aut saltẽ sine curato,nõ cucurrit aduersus eã prescriptio.c.j.c.de quarta.&.c.cum nobis,de rescript.& quod not. glo.in.c.cum non liceat,de prescript.

¶ Rubrica, De succes. ¶ Epitome. ¶ Consilium.ccij.

¶ Summatur vt in sexto notabili. V. F.

1 ¶ Libuerit verbum quid importet, presertim si addatur voluntatis libitum.
2 Grauamen limitatur per liberam disponendi facultatem ipsi grauato a testatore concessam.
3 Testamentum filij aliquid iure institutionis parentibus relinquat.
4 Clausula codicillaris in testamento alias nullo quid operetur.
5 Trebellianica de puro fideicommisso non detrahitur,nec de relicto ad pias causas.
6 Legitima matris que sola superest est triẽs integer,quam legata pia non minuunt:funeris vero impensa &c.
7 Restitutio in integrum an & quando fiat non obstante iuramento.



EX Themate mihi transmisse cõsultationis parte prouidi viri Victoris Sansonis eliciũtur multa dubia ad que respondeo breuiter & succincte prout infra. Et primo ad primũ q̄ licet conditio,sub qua prouidus quondam vir Guiotus Sansonis pater quondam naturalis & legitimus dicti Victoris & Guilielmi Sansonis primo ex eis ab humanis decedenti substituerat euenerit,pro eo quia idem Guilielmus sine herede & parte legitima ex suo corpore,&c.primo ab humanis decesserit superstite,& sibi superuiuente dicto Victore fratre:idem tamẽ Guilielmus nõ obstante substitutione huiusmodi potuit disponere, & testari de bonis suis,& per dictum eius quondam patrẽ sibi relictis, & nõ solum de eo quod iure legitime,& quarte trebellianice alias detrahere potuisset de vniuersali fideicõmisso:sed etiam de eo quod in vim fideicommissarie substitutionis restitui debuisset dicto victori superstiti. Et hoc dico propter illam clausulam in testamento dicti quondam Guioti appositam post institutionem & substitutionem dictorũ Victoris & Guilhelmi, illam scilicet: volens & ordinãs ego dictus Guioti testator de certa mea scientia, q̄ dicti filij & heredes possint & valeant dum erunt etatis legitime & eorum vterq̄ possit & valeat de bonis meis predictis testari,codicillare, donare,ordinare, & disponere ad sue libitum voluntatis: verbũ
1 enim libuerit,† vel libitũ,importat nõ quidẽ arbitriũ boni viri,& sic arbitriũ limitatũ,vel restrictũ,sed liberum.l.fideicõmissaria libertas.el.ij.ff.de fideicõmis.liber.qđ etiã voluit Bart.in.l.alio. ff. de alimen. & ciba.lega.& in.l. si sic. in princ.ff.de lega.j. vbi etiam post Joan. de Imol. Alex. de Imol.vers.quid de verbo libuerit. Bart. in extrauaganti ad reprimẽdum in verbo videbitur expedire,& Matth. de Mathes.singulari xvj.exordiente,No.quod verbum placet.Verbum etiam volo,vel voluntatis dicit liberam voluntatem.l.cum quidam.& quod ibi Barto. ff. de lega. ij.& d.l.fideicõmissaria libertas.de quo Oldra. consi. clxxxvij. exordiente, Primum dubium est. vers. item hoc patet per dicta verba compositionis:& sic illa verba, libitum voluntatis,importãt voluntatem non regulatam a iure.cap.ex parte in verbo pro sue voluntatis libito.de consuetu.c.dilectus.ibi pro sue distrahant libito voluntatis.de sequestra poss.& fruc.& quod vtrobique not. Panor.facit quod habetur in.l.iij.§.j.in versi.voluntas est potestas libera,&c. ff.de arb.c.decalogijs di.xviij.c.Nicena Sinodus.di.xxxj. &.l.fideicommissa.§.q̄q̄.ff.de lega.iij. Quamuis igitur per substitutionem superius mentionatã,& que iure fideicommissarie substitutionis erat locum habitura,fuisset dictus Guilielmus oneratus & grauatus de restituendo paternã hereditatem dicto Victori superstiti. Fuit tamen eidem Guilielmo per dictum Guiotum testatorem permissum & concessum, vt non obstante onere seu substitutione predicta de bonis suis testãdo,codicillando,donando,vel alias
2 prout vellet, vel pro voluntatis libito disponeret, & † hec facere potuit idem testator limitare, scilicet, & restringere dictum onus.l.j.C.de sacrosanct.eccles.& in.c.vltima volũtas.xiij.q.ij.& eo maxime quia fideicommissaria substitutio est onus grauati.l.coheredi.§.cum filie.ff. de vulga. & pup. cum scilicet, impediens ne de bonis suis eo tempore quo alias plene disponere posset, plenius disponere valeat.cõtra id quod habetur in.l.in re mandata.C.manda.l. dudũ. C.de contrahen.emptio.& vendi.l.polla.C.de his quib. vt indig.&.c.de ijs.ad fin.de sepul.fac.l.nemo exterus, cũ suis similib.C.de Jude. Et per hec patet responsio ad primum quesitum,scilicet,q̄ dicta substitutio non vendicat sibi locum seu q̄ in vim illius nihil petere potest dictus Victor. Et sic non est opus aliter respondere ad secundum quesitum, quia solutio illius colligitur ex predictis. ¶ Venio ad tertium quesitũ, super quo premito q̄ si tenor testamenti dicti quondam Guilielmi, se omnino habeat prout in copia mihi transmissa,illud videtur esse nullũ,seu non valuisse iure testamenti,pro eo,quia licet idem Guilielmus aliquam pecuniariam summam reliquerit domine Antoniete eius matri inibi nominate:eam tamẽ nõ reliquit iure institutionis,quod facere tenebatur: quia quemadmodum parentes tenentur aliquid iure institutionis relinquere eorum liberis illis, scilicet, quũ primum locum tenent.auth.vt cum de appellatione cogno.§.aliud quoq̄ capitulum.coll.viij.de quo per docto.communiter.& authẽt.
3 nouissima.C.de inoffic.testa. Ita † secundum communem opinionem tenentur liberi iure institutionis relinquere suis parentibus.d.§.aliud quoq̄ capitulum, &.§.ceterum. Et hanc opinionem sequutus est Jaco. de Belloui.in.d. §.aliud quoque, pro qua multa inducit. Illam etiã sequitur Salic.in.d.authent. nouissima. q.iij. vbi etiam Floria.refert se per multas rationes, ita pluries consuluisse. Istam opinionem etiam sequutus est Raph.Fulg. Pau. de Cast. Roma.& Alex. in.d.authent.nouissima. Bal.in l.j.C.de bono.posses.contratabu.liber. Bal.in.l.omnimodo.C.de inoffic.testa.vbi etiam refert istam questionẽ fuisse de facto torture,& consuluisse contra Bart. Et quamuis Bart.& quidam alij tenuerint contrarium, quia hec opinio,vt predixi,est communis,non videtur ab ea discedendum in iudicando vel consulendo. c.nouimus. & quod ibi Anto.de verbo.signifi.c.de inducijs.iij.q.iij.&.l.j.versi.crebro apud veteres oppinio.ff.de offic.questo.& quod not. Hostien.Joan.And.& alij in.c.j. de constitut. Non igitur
4 testamentum huiusmodi valuit iure testamẽti. Sed † quia in eo posita est clausula codicillaris, si non valeret iure testamenti,&c. puto q̄ valeat iure codicillorum:& q̄ per eam censeantur venientes abintestato rogati de restituẽdo hereditatem heredi instituto,detracta vna quarta dũtaxat: pro eo q: grauamẽ est purũ, non conditio per id quod not. gloss.& doct. in.l. Papinianus.§.meminisse. ff. de inoffic. testa.gloss.& Bart.in.l.q̄q̄.C.ad leg.falc.Bald. consi.cxj.& consil.ccxxxiij. Alexan.de Imol.consil.xxvj. exordiẽte, Circa primum dubium,&c.in primo vol.& consi.clxj.exordiente,examinatis viribus testamenti,&c.in secundo volu.
5 Et † cum dicto Guilielmo Sansonis sic successurum, nõ quidem venerabilis & religiosus vir dominus Glaudius de Assonuilla,monachus monasterij sancti Victoris, sed per eum seu propter eum dictum monasterium non poterit detrahi trebellianica.authen.de ecclesia.titu.§.si autem heres.collat.ix.de quo Bart.& doct. magis in. l. Marcellus.circa princip. Videri poterit Alexand. de Imol. ff.ad Trebel.de quo docto.in.c.si pater. de testamen. in. vj. vbi post glos.super ver.trebellianice, & contra eam communiter tenent quod dixi, scilicet, q̄ de fideicommisso in piam causam relicto non detrahatur quarta trebellianica, vbi super glos.predicta, videri potest Philip. de Franc. multos referens:non ergo trebellianica, sed legitima, & duntaxat ipsa legitima detrahetur de dicto fideicõmisso. Sed
6 † dubitari potest quartam sit huiuscemodi legitima, an videlicet tertia pars omnium bonorum dicti quondã Guilhelmi deducto ere alieno & funeris impensa: an ve tertia pars huius tertie partis. Et sic nona pars omnium bonorum predictorum. Et quidem prima facie videtur q̄ sit nõ tertia pars omnium bonorum,sed tertia pars trientis,hoc est nona

est nona pars omniũ per id quod dici solet, ꝙ legitima est tertia pars eius quod quis erat habiturus abintestato nisi illi qui successuri erant essent vltra quatuor, quo casu legitima esset semis seu dimidia pars eius quod quis, ⁊c. per id quod habetur in auth. nouissima ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de inoff. testa. Cum enim dicto Guilielmo successuri essent abintestato, Antoneta, ⁊ Victor prefati mater ⁊ frater quilibet scilicet pro dimidia parte. auth. de functo. C. ad tertul. legitima huius nobilis Antoneta videtur esse tertia pars sue dimidie, ⁊ sic tertia pars triẽtis hoc est nona pars predictorum bonorum. Sed hoc nõ obstante dico ꝙ legitima dicte domine Antonete fuit ⁊ est tertia pars omnium bonorum, per id quod post Jacob. de Beloui. in quadam sua disputatione voluit Bald. in. dicta authent. nouissima. q. viij. vbi etiam domin. Jason May. versicu. tangit etiam Bald. hic in. viij. q. aliud dubium, ⁊c. Rapha. Fulgo. consi. xxxv. ⁊ consi. lv. Oldra. consi. cxxiij. exord. Quidam Pontius nullos habens descendentes. Albe. in. d. l. omnimodo. in prin. Alex. de Imo. in. l. plane §. si duobus, vbi etiam. Bald. ff. de lega. j. Paul. de Castr. consi. ccliij. exord. Quoniam fundamentum huius articuli, ⁊c. versi. in quarto casu principali, ⁊c. supposito igitur ꝙ bona dicti quondam Guilielmi essent valoris mille florenorũ deducto ere alieno ⁊ funeris impẽsa legitima huius domine Antonete esset valoris tricẽtorũ ⁊ trigenta trium florenorum ⁊ quatuor grossorum, ⁊ quia decem floreni sibi relicti nõ sufficiunt, ipsa poterit petere supplemẽtum, hoc est id quod deest ⁊ poterit petere illud expediri in substantia bonorum dicti quondam Guilielmi, hoc est in corporibus hereditarijs. ar. eius quod habetur in. l. scimus. §. repletionem. ⁊ quod ibi docto. C. de inoffi. testamen. ⁊ quod Guil. de Cug. no. Bart. in. l. suus quoque ad fin. principij: vbi etiam Joan. de Imo. ff. de heredi. instit. Alex. de Imo. in. l. non amplius. §. cum autem. ff. de leg. j. iuncto eo quod not. glo. ⁊ docto. in. d. authen. nouissima. in illa. q. per eos ibi mouetur an videlicet quemadmodũ aucta est per iura nouissima, legitima descendẽtium, sit etiam aucta legitimam ascendentium. Patet igitur responsio ad tertium quesitum, scilicet ꝙ dicta do. Antoneta debet habere legitimam, ⁊ ꝙ illa ascendit ad tertiam partem bonorum dicti quondam Guilielmi eorum scilicet que remanserunt deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. Et hec legitima nõ debet diminui propter legata etiam si sunt legata in piam causam, per id quod ponit Alex. de Imo. consi. xviij. exor. Non minuitur legitima per legata ad pias causas. in quarto volu. Joan. Card. tit. de testa. consi. xxxiij. ⁊ dom. Jason May. in. l. si vnus. de testa. Nec etiam minuitur legitima propter legata facta in recompensam seruitiorũ, nisi aperte constaret tantundem exigi potuisse per eos, qui dicta seruitia prestiterunt. l. qui vxori. ff. de auro, ⁊ argent. lega. quod etiam voluit Alex. de Imo. qui pro hoc multa bona dicta inducit in dicto consi. xviij. que non refero causa euitande prolixitatis. Expensa vero que facta est causa funeris, vt verbi gratia in die sepulture, pro classis, pro sepultura, pro missus, in oblationibus, ⁊ etiam in fassibus, in candelis, ⁊ alijs huiusmodi, ⁊ forte in expensis nouene diminuit legitimam: quia illa debet deduci, ⁊ detrahi de toto patrimonio, non autem illam diminuunt illa quatuor trentenaria, seu expensa pro eis facienda, nec eleemosyne faciende pauperibus. Non etiam legata relicta domino Petro Buisoli Reynaudo, eius fratri, magistro Jacobo Juliani, dicto Victori, ⁊ honeste mulieri Jannete, relicte dicti quondam Guilielmi: nec debent de dictis bonis deduci ante predictam legitimam. ¶ Ad quartum dico ⁊ re-
7 spondeo ꝙ heres † dicti Guilielmi nõ potest vlterius inquietare dictum Victorem, vel pro eo agere ⁊ experiri ad causam administrationis tutele, ⁊ diuisionis bonorum, de quibus in casu etiam si dictus quondam Guiliel. fuisset lesus: dummodo non fuerit lesus vltra dimidiã iusti pretij. Quia propter iuramentum prestitum tempore ratificationis sententie arbitralis, vel arbitramentalis, ⁊ tempore dicte diuisionis, vel post eam, insuper ⁊ in quittãtia exclusit eum a beneficio restitutionis in integrum. per ea que habentur in authen. sacramenta puberum: ⁊ quod ibi scribentes magis communiter. C. si aduers. vend. Si vero fuisset lesus vltra dimidiam iusti pretij, tunc videretur ꝙ ipse posset cõtrauenire, ac etiam agere ⁊ experiri pretextu, ⁊ ad causam huiuscemodi lesionis. per id quod scribũt doc. in dicta auth. sacramenta puberum. ⁊ plenius gloss. ⁊ doct. in l. ij. C. de rescin. vend. glos. ⁊ docto. in. c. penul. de emptio. ⁊ vendit. Voluissem tamen habere instrumentum vel copiã compromissi facti inter dictos Victorem, ⁊ Guilielmum propter clausulas que fortasse fuerunt, vel minus, vel magis pingues.

¶ Rubr. De donat. ante nupt. ¶ Epito. ¶ Consi. cciij.

¶ Donare posse patrem genero qui filiam dãtis ducit retinendo vsumfructum, ⁊ ex ea donatione dominiũ transferri, ita vt possessorio iudicio agi possit, manifesti iuris est: ⁊ de legitima filiorum. V. F.

1 ☞ Testamentum, in quo filie preterite sunt, nullum est quo ad heredis institutionem: quoad legata sic.
2 Consuetudo ⁊ vsus in exaudiendis sermonibus.



Visis duobus publicis instrumẽtis, vno scilicet matrimonij contracti per verba de futuro, per ⁊ inter prouidum virum Claudiũ de Fargijs ex vna parte, ⁊ honestam mulierẽ Annam Gibaude filiam naturalem ⁊ legitimam magistri Stephani Gibaudi ex alia: altero vero vltimi ⁊ nũcupatiui pretensi testamenti dicti magistri Stephani, vna cum consultationis themate mihi exhibito, ⁊ dubijs, in pede illius positis, ⁊ descriptis. Dico ⁊ respondeo ad du-
1 bia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum, † ꝙ dictum pretensum testamentum videtur fuisse nullum, hoc est non valuisse, nec valere iure testamenti, ⁊ hoc pro eo, quia in illo nihil reliquisse legitur, dicte Anne, nec Symone, ⁊ Catherine eiusdem magistri Stephani filiabus naturalibus, ⁊ legitimis, sed eas prorsus ⁊ omnino preterijt, contra id quod habetur in auth. vt cum de appel. cognosc. §. aliud quoque capitulum. colla. viij. ⁊ quod no. docto. communiter in auth. nouissima. C. de episcop. ⁊ cleric. Joan. de Imo. ⁊ Alex. in. l. inter cetera. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ cano. in. c. Raynutius. de testa. Uerum quia huiuscemodi nullitas concernit heredis institutionem, non legata, conseruatur per auth. ex causa. C. de liber. preteri. vel exhereda. Et vt audio, prefate Anna, Symona, ⁊ Catherina, conuenerunt, transigerunt, ⁊ concordarunt cum honesta muliere Francesia, dicti magistri Stephani sorore, ⁊ per eum herede instituta, non expedit super hoc articulo insistere. ¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo, ꝙ cum quilibet sit regulariter moderator, ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. ⁊ vendi. l. polla. C. de his quib. vt indig. ⁊. c. de his. ad fin. de sepul. facit. l. nemo exterus. C. de iude. quod eleganter posuit Ange. consi. clxxxi. exord. Visis instrumentis predictis, versi. his ita premissis, ⁊c. potuit dictus magister Stephanus tempore cõtracti matrimonij per, ⁊ inter dictos Claudium de Fargijs, ⁊ Annam, eius generum ⁊ filiam, non solum constituere, ⁊ assignare in dotem, ⁊ pro dote eiusdẽ Anne, partem bonorum suorum, ad quam dotandum tenebatur: cum paternum officium sit dotare filiam. l. fi. C. de do. pro. mis. ⁊. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. Sed ⁊ partẽ bonorũ suorum etiam donare dicto suo genero: per predicta. Nisi forte quis dicat, ꝙ imo donare non potuerit dicte Anne eius tunc filie, ⁊ fortasse in ipsius patria potestate existenti. l. penul. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. ⁊. l. ij. C. de inoffi. dona. Sed istud non obstat: quia respondeo ꝙ illa iura fallunt in dote. l. Pomponius Philadelphus, ⁊ quod not. docto. in. d. l. ij. Preterea non solum potest pater constituere dotem pro filia, ⁊ donationem propter nuptias pro filio in ipsius patria potestate existentibus, sed etiam potest cum iuramento eis donare donatione simplici, ⁊ inter viuos, ⁊ valet donatio, non obstante patria potestate, per id quod not. Bald. in. l. iij. C. de vsucapion. pro dona. idem voluit Bald. in repetitione. l. ij. versicu. ⁊ idem credo quando pater donat filio in potestate, ⁊c. ff. de iureiurand. ⁊ consi. ccclxv. in tertia parte. Alex. de Imo. in. l. si donatione, versic. vtrum autem donatio. ⁊c. C. de collat. qui pro hac parte consuluit vt videri potest consil. viij. ⁊. clvij. in. ij. volu. ⁊ consi. xx. in tertio volu. ⁊ do. Jason May. in. l. frater, a fratre. ff. de condict. indeb. ⁊ alij in alijs locis. Et hec est opinio communis. Et ideo non est ab ea in consulendo, vel iudicando recedendum: secundum communem theoricam Ostien. Joan. Andr. Anto. de Butr. ⁊ docto. in. c. j. de constitu. pro qua facit. l. j. versicu. crebrior apud veteres opinio. ff. de off. questo. c. de inducijs. iij. q. iij. ⁊. c. nominus.

⁊ quod ibi Antonius de Butri. de verbo. significa. Cum igitur in constitutione ⁊ donatione predictis interuenerit iuramentum dicti quondam magistri Stephani, nemini dubium, quin ⁊ dotis constitutio, ⁊ donatio huiusmodi de iure valuerint. Et quia tempore facte cõstitutionis, ⁊ donationis predictarum, idem magister Stephanus sibi reseruauit vsumfructum, rerum, ⁊ bonorum per eum constitutarum, ⁊ donatarum: fuerint dominium, ⁊ possessio rerum, ⁊ bonorum per eum tunc suarum ⁊ possessarum, trãslate in dictos generum, ⁊ filiam. l. quisquis. ⁊ quod ibi scribentes. in. l. si quis argẽtum. §. sed. si quidem. C. de donatio. ⁊ quod no. gloss. ⁊ docto. in. l. possideri. in princip. ff. de acquirand. possessio. gloss. ⁊ docto. in. §. vendite. institu. de rerum diuisio. gloss. ⁊ docto. in. c. ij. de consue. ⁊ docto. in. l. traditionibus. C. de pact. iuncto eo quod no. Ang. in l. j. C. de acquirend. possessio. Ange. ⁊ docto. in. l. quamuis. §. si conductor. ff. eod. titul. Ex quo infertur, ꝙ post factas constitutionem ⁊ donationem predictas, ⁊ in preiudicium predictorum generi, ⁊ filie, nõ potuit dictus magister Stephanus testari, vel alias disponere, de bonis ⁊ rebus predictis: quo ad duas partes constitutas, ⁊ donatas. l. rem alienam. ad fin. ff. de contrahẽ. emptio. ⁊ vendi. ⁊. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. que vt puto vulgariter, ⁊ secundũ communem vsum loquendi, accipiũtur pro besse, seu duabus tertijs partibus, non pro duabus vncijs, seu duabus de duodecim partibus. In expositione autem vocabulorum attendendus est vsus, ⁊ consuetudo loquendi. Quia
2 † in exaudiendis sermonibus vsus omni regule, omniꝗ constitutioni derogat solus. l. liberorum. §. quid ergo, ⁊ quod ibi gloss. ff. de lega. iij. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. ⁊. c. ex literis. in fin. de sponsa. quod etiam voluit Oldra. consilio. cxxj. exordiẽ. Ad primam questionem qua queritur vtrum miles. ⁊ consilio. cxlviij. exordiente. Ad primam questionem qua queritur, cuius loci consideretur estimatio. Antonius de Butri. consilio. xij. exordiẽ. Viso puncto, ⁊ quesitis. ⁊ Panormita. in. c. j. versi. ad vnũ tamen aduertas ⁊c. de iudi. Possunt igitur dicti Claudius, ⁊ Anna petere dictas duas partes: hoc est duas tertias, ⁊ pro eis experiri contra detentorem non solum iudicio petitorio, sed etiam possessorio. Si tamen tempore constitutionis ⁊ donationis predictarum, dictus magister Stephanus bona ⁊ res predictas tenebat, ⁊ possidebat, si vero nõ possidebat, esset videndum de alio remedio, super quo non scribo, cum de hoc non queratur. Predicta vero procedunt quoad dictos Claudium ⁊ Annam generum, ⁊ filiam dicti quondam magistri Stephani, sed querendum, ⁊ aliquid dicendum restat pro dictis Symona ⁊ Chaterina filiabus naturalibus, ⁊ legitimis eiusdẽ magistri Stephani, ⁊ quibus pater ipse nihil donauit in vita, nec in morte reliquit: que tamen priuari non debuerũt, nec de iure potuerunt legitima sibi debita in bonis paternis. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. l. que nuper. ⁊. l. sumus. in princip. C. de inofficio. testamen. Et cum eidem magistro Stephano superfuerint tres filie: scilꝫ ipse, ⁊ dicta Anna, harum omnium legitima fuit triens, seu tertia pars bonorum dicti quondam magistri Stephani: eorum scilicet, que superfuerunt deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa auth. de trien. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ transumptiue auth. nouissima. C. de inoffi. testamen. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. titulo. ⁊ quod not. Bart. in. l. ex facto. la grande. ff. de heredi. institu. Et sic legitima predictarũ Symone ⁊ Catherine fuit tertia, seu due tertie partes trientis, seu tertie dicte partis bonorum dicti quondam magistri Stephani: quas videntur potuisse petere a dicta Francesia herede, cõdictione ex dicta. l. omnimodo. glo. in authen. vt cum de appella. cogno. §. ceterum. in verbo, ab heredibus. per id quod no. Jo. de Jmol. in. l. in quartam. ff. ad leg. falci. vel forte per id quod in. d. l. voluit Bart. Ange. ⁊ seq. potuerunt dicte due partes peti a prefata herede, ⁊ Ludouica quondam vxore relicta dicti quondam magistri Stephani: ⁊ hoc pro rata bonorum eiusdem relictorũ. Et residuum, hoc est id, quod superẽrat eidẽ Ludouice secũde vxori dicti magistri Stephani debebit diuidi inter eã, ⁊ filias primi matrimonij, vt sint equales. l. hac edictali. §. si vero plusquam. C. de secundis nuptijs. ⁊ authẽ. de nuptijs. §. optime. colla. iiij. ⁊ quod no. multi docto. in. l. vnic. C. de inoffic. do. ⁊ hoc videtur voluisse glo. in dicta. l. hac edictali. super verb. diuidi. ⁊ idem sentit Ibi Cyn. In. iiij. q. ⁊ Bald. consilio. clij. exordiente, Secunde vxori nullo titulo ⁊c. in quarta parte, vbi etiam refert ꝙ sequendo equitatem dicte gl. alias ita consuluit, idem etiam videtur voluisse Benedict. Capra. consi. lxxxj. Sunt tamen ⁊ alij, qui durius sentiunt, scilicet ꝙ illud diuidi non debeat, sed totum esse debeat liberorum primi matrimonij, ⁊ sic dictarum filiarum: sed quia istorum opinio videtur mihi nimium rigorosa contra binubos, ego super ea non insisto. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub. De episcop. ⁊ cler. ¶ Epitome. ¶ Consi. cciiij.

¶ Clerico si presbyter fiat alimenta in forma promittens bene ⁊ honeste ministrare: ad illa tenetur, etiam si reditus hereditatis non sufficiant: idem in herede. V. F.

1 ¶ Episcopus ordines conferens an ⁊ quando recipienti teneatur ad victum ⁊ vestitum prestandum.
2 Alimenta non secundum valorem rerum, sed secundum quantitatem fructuum taxanda.



Ex Tenore publici instrumenti parte venerabilis viri dom. Arnulphi Mornassij mihi exhibiti, constat ⁊ apparet venerabilem quondam virum domi. Bertrandum Mornassij eius patruum presbyterum conuenisse, promisisse, ⁊ iurasse eidem do. Arnulpho nunc presbytero, tunc vero clerico, ⁊ acolyto, ꝙ eidem ministraret victum, ⁊ vestitum in ⁊ super bonis suis, bene, ⁊ honeste, dum sacros ordines intrasset, seu illos suscepisset, donec ⁊ quousque eidem do. Arnulpho sufficienter prouisum extitisset: Quo fit vt cum postea ⁊ sub confidentia conuentionis, promissionis, ⁊ iuramenti huiusmodi prefatus do. Arnulphus susceperit sacros ordines subdiaconatus, diaconatus, ⁊ presbyteratus, ⁊ quos sublata cõuẽtione, ⁊ promissione huiusmodi fortasse nõ sibi cõtulisset reuerendissimus in Christo pater do-
1 minus Nicopolensis episcopus † ne se ad ipsius alimenta ⁊ vestitum obligaret. c. non liceat. c. episcopus. c. tuus. de preben. ⁊. c. si episcopus. eo. tit. in. vj. debuerit ipse do. Bertrandus alimenta ⁊ vestitum huiusmodi iuxta formam conuentionis, ⁊ promissionis predictarum eidem do. Arnulpho ministrare super dictis eius bonis, cum enim quilibet sit moderator rei sue, ⁊ arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. ⁊ vendi. l. polla. C. de his qui. vt indig. ⁊. c. de ijs. ad fin. de sepul. facit. l. nemo exterus. C. de iude. ⁊ maxime est quilibet moderator ⁊ arbiter in donando: vtpote in eo, in quo pro ratione est voluntas. l. j. ff. de dona. quod etiam voluit Oldr. consi. xxx. exord. Factum tale est, quedam certe, ⁊ nominate persone castri de carumbo. ⁊ Angel. consil. clxxxj. exord. Visis instrumentis predictis, versicul. ijs ita premissis, ⁊c. Potuit ipse domi. Bertrandus ad prestationem alimentorum, ⁊ vestitus huiusmodi se, ⁊ bona sua obligare, ⁊ maxime cum iuramento, non vi aut dolo, ⁊c. c. cum contingat. c. si vero. cum suis simili. de iureiuran. quemadmodum ad predicta tenebatur idem do. Bertrandus, ita ⁊ hodie tenetur eius vniuersalis heres personam eius representans. l. j. cũ suis simili. C. de heredi. actio. iuncto auth. de iureiurand. a moriẽ. presti. colla. v. Et puto, ꝙ licet regulariter alimẽta debeant prestari ex accessionibus, ⁊ reditibus, bonorũ here-
2 ditatis, illaꝗ debeãt regulariter moderari, † taxari secundũ quãtitatẽ fructuũ, nõ secundũ valorẽ rerũ. l. ius alimentorum. iuxta principium. ff. vbi pupil. educa. debe. l. penul. in princip. ⁊ quod ibi Barto. ff. de alimen. ⁊ ciba. lega. ⁊. l. j. §. mulier. ff. de ventre in posses. mitten. ⁊ quod no. Jaco. de Arena. Bart. ⁊ docto. in. l. imperator. ff. ad trebel. ⁊ Ang. Are. in suo tracta. de testa. super verbis, item reliquit T. mulieri concubine sue alimenta, ⁊c. tamen quia in casu de quo queritur, dictus do. Bertrandus conuenit, promisit, ⁊ iurauit ministrare eidem do. Arnulpho, alimenta, ⁊ vestitum bene ⁊ honeste, existimo ꝙ ea sunt iuxta conuentionem, ⁊ promissionem huiusmodi sibi ministranda, etiam si hoc fieri non possit ex reditibus, vel sine venditione. d. l. penu. in. prin. ff. de alimen. ⁊ ciba. lega. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rubric. De pascuis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccv.

¶ Pascentia duobus in territorijs eadem animalia diuerso anni tempore equaliter, vel saltem proportionabiliter vtrobique debent decimas de fetu aut fructibus eorum. V. F.

Deci

1 Decimarum mixtarum prestatio (vt agnorũ) iuxta cõsuetudinem fienda.
2 Opinio vltimo loco recitata censetur approbari.
3 Vocari omnes de vniuersitate quando opus sit in certis actibus: vbi duas partes saltem interesse oportet.
4 Consuetum & solitum differunt.
5 Decimam integram soluisse dicitur etiam qui eam semel tantum soluit.



Ex his que acta sunt, ex parte Honorabilis quondam viri Joãnis Martini probata in processu dudũ cepto, & diutius ventilato per & inter reuerendissi. patrem dominum decanũ oppidi, seu castri Valensolie, seu eius pro tẽpore economũ ait procuratorẽ ex vna parte & d. Jo. Marti. dũ in humanis ageret, & post ipsius mortem, & decessum egregium virum do. Fran. Mart. iurium licentiatum, & fratres eiusdem Joannis quondam filios & vniuersales heredes ex alia. Constat & apparet eundem quondam Joannem depauisse & depascere consueuisse partim in territorio loci predicti Valensolie, & partim extra territorium huiusmodi & tam in territorio Belliioce, quã in itinere ascendendo scz de vno dictorũ territoriorum ad aliud, & econtra. Insurgit propterea questio, & difficultas cui solui deberet decima fetuum, seu agnorum, & edliorum auerium huiusmodi, an scilicet dicto domino Decano seu priori parrochialis ecclesie dicti loci Valensolie, an ve priori loci predicti Belliioce, an ve vtriq;, & quomodo. Super qua & pro il
1 lius faciliori solutione, premitto † ꝙ in solutione decimarũ mixtarũ cuiusmodi sunt secũdũ doc. decime animaliũ, seu fetuũ, inspiciẽda & seruãda est cõsuetudo, si que sit, & de illa appareat. argum. c. cum sint. §. j. c. ad apostolice. §. j. de deci. cap. de vxore. §. j. & c. certificari. de sepul. quod etiam voluit Ostiẽ. in dicto. c. ad apostolice. versi. respondeo, si apparet &c. cum quo videtur transire Joan. And. in nouella. Idem voluit Ostien. in summa titu. de deci. §. cui danda. versi. sed mixte. & Albe. in suo dictionario. in verbo, decima. §. decima tertio. beatus Thomas secunda secũde. q. lxxxvij. In tertio articulo & in responsione ad secundum argumẽtum. Haste. in sua summa lib. vj. titu. xxxv. §. circa tertiũ. versicu. in ecclesie ibi, de mixtis vero. & Henric. Boyc. in c. peruenit. versicu. si queris de mixtis, vt de agnis & fetibus &c. Si vero non appareat de consuetudine, tunc dicit Ostien. in d. c. ad apostolice. ꝙ si per partem anni animalia morentur in parrochia domini sui, & per partem in aliena parrochia, tunc equum est vt inter ipsas parrochias viriliter diuidatur decima: argumen. l. quisaltum. ff. de lega. iij. & c. relatum. el. ij. §. vlti. de testamẽ. facit. c. fin. j. questio. ij. c. vulterane. xij. questio. ij. & c. j. §. lampades. de offic. custo. & per eadem iura, dicit gloss. in dicto. c. ad apostolice. equum esse, ꝙ si per medietatem anni animalia depascantur in territorio vnius ecclesie, & per aliam medietatem, in territorio alterius ecclesie, decima diuidatur inter ipsas ecclesias. Idem fuit de mente beati Tho. in dicta questio. lxxxvij. aticulo. iij. in respõsione ad secundum argumentum. dicit enim ꝙ pastor, qui diuersis temporibus in diuersis parrochijs gregem pascit, debet proportionaliter vtriq; ecclesie soluere decimas. Et in hanc sententiam tanquam vltimo loco recitatam, videtur declinare Alberi. in suo dictionario, in verbo decima. §. decimatertio. versicu. sed secundũ
2 Ala. &c. argumẽ. eius † quod dici solet de opinione vltimo loco recitata, per iuris consultum, per gloss. aut per Inno. l. si idem. §. fin. & quod ibi Bal. Ang. & dom. Jason May. ff. de iurisdi. omnium iud. glo. in. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad trebel. Bart. in. l. bona fides. ff. deposi. & Bal. in. l. j. ad fin. ff. de constitu. vbi voluit, ꝙ in dubio semper vltima opinio magistrorum videtur approbata. Et hanc opinionẽ Hostien. & gloss. videtur sequi Haste. in summa lib. vj. tit. xxxv. §. circa tertium. versicu. cui ecclesie &c. ibi, de mixtis vero. & huic opinioni etiam satis cõcordat Henri. Boyc. in dicto. c. peruenit. versic. si loquamur de domesticis &c. de deci. quatenus dicit ꝙ si loquamur de agnis, lana & lacte domesticorum animalium, tunc credit opinionem gloss. in dicto. c. ad apostolice. esse veram, scz ꝙ parrochiali ecclesie in cuius decimaria animalia depascũtur, dari debeat decima tãquã de predialibus. Huic opinioni quoad casum nostrum satis concordat Rayne. per docto. communiter relatus, qui voluit, ꝙ si pastor habeat domicilium in vna parrochia, & ouile in alia, de lacte fetu & lana, illi ecclesie dabit decimam infra cuius limites sunt predia sita: quia inde suscipiunt alimẽtum animalia: & sunt tales decime prediales. volunt ergo doct. predicti, ꝙ in soluenda decima de fetu animalium eo casu, quo cessat consuetudo, inspici debeat non solum locus domicilij pastoris, seu domini gregis. vel animalium, sed etiam, quinimo & maxime locus in quo animalia ipsa depascuntur. Et q: in casu occurrenti. depasci consueuerunt animalia partim in decimaria prioratus, seu parochialis ecclesie Valensolie, & partim extra eũ & in decimaria parochialis ecclesie loci de Belloioco, videtur etiam iste locus attendendus in solutione decime. vt pro rata eius temporis, quo ibi depascuntur, soluatur etiã decima: per predicta. iũcta. l. que de tota. ff. de reiuẽdi. & l. quid sit. in princip. ff. de vsur. & procedit hoc, nisi vel consuetudo, vel aliud canonicum huic refragetur. Propter quod videndũ est an fuerit aliquod propositũ deductũ, & probatum parte dicti do. Decani ꝙ predictis refragetur, vel obsistat. Ad quod videtur dicẽdum ꝙ nõ. & primo qdẽ nõ quedã pretẽsa transactio facta vt pretẽditur, anno domini millesimo quadrigentesimo decimotertio, & die vltima mẽsis Aprilis, p et inter dominũ tũc Decanũ seu alios, pro & nomine ipsius interuenientes ex vna parte, & vniuersitatem, seu quosdam particulares homines dicti loci Valensolie ex alia: Tum quia nõ apparet ꝙ ad transactionem huiusmodi faciendam vocati extiterint omnes ciues & incole loci Valensolie, insuper nec apparet ꝙ in transactione huiusmodi interfuerint due partes dicte vniuersitatis, sed solũ dicitur, ꝙ in ea interfuerit maior &
3 sanior pars. Et tamen videtur † ꝙ ad validitatem dicte transactionis, etiã si in ea actum extitisset, non de eis, que erant plurium, vt singulorum &c. vel de eis que erant communia pluribus vt singulis, sed de illis que erant communia pluribus vt vniuersis, opus erat ꝙ omnes vocarẽtur, & ꝙ in transactione ipsa saltem interfuissent due partes iuxta theoricam, quam ponit Barto. in. l. quod maior. ff. ad municipa. & quod not. docto. in authen. hocius porrectum. C. de sacrosan. eccle. & c. cum omnis. de constit. Panor. & Joan. de Imo. in. c. j. de his que fiunt a maiori parte capituli. & Alexand. de Imol. consilio. j. versic. non obstat etiam instrumentũ syndicatus. tum & quia in dicta trãsactione non agebatur de re vniuersitatis, seu de re cõmuni pluribus, vt vniuersis, sed nec de re communi pluribus vt singulis, sed de rebus singulorum seu de decima per singulos soluenda. Quo casu presentes non videntur posse preiudicare absentibus, sed solum sibi ipsis: quia quod omnes tangit &c. regula quod omnes. de regul. iur. in. vj. & l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcẽ. & quod per illũ tex. voluit Oldra. consilio. xxx. exordiente. Factum tale est, quedam certe & numerate persone &c. qui loquens de concessione aque facta per illos, in quorum predijs nascebatur, dicit quod non solum illorum, sed eorum omnium requirebatur consensus: qui aliqualiter ex quasi cõcessione eligebantur. dicta. l. in concedendo. allegat etiam. l. per fundũ. & l. quintus. ff. de seruitu. rusti. predio. & satis idem senserũt docto. in dicto. c. cum omnis. dicta ergo transactio non astrinxit dictum quondam Joannem Martini, nec hodie astringit prefatum domi. Franciscum & alios filios dicti Joannis, quatenus pretenderetur, aut pretendi potest, ꝙ per eam fuerit conuentum, aut transactum ꝙ de agnis & hedis ciuium, & incolarum dicti loci Valensolie eorum animalia partim depascentia in decimaria eiusdem loci, & partim in decimaria alterius ecclesie soluueretur decima integra ecclesie Valensolie, perinde acsi toto anno animalia inibi depascerentur, seu etiam acsi nihil pro decima soluere tur alijs ecclesijs penes quarum decimarias depascuntur: quia in hoc esset preiudicatum eis, & alijs, qui illi & pretense transactioni non interfuerunt. Preterea si attendatur ad verba dicte pretense transactionis, illa non obstabant intentioni dicti quondam Joannis Martini, nec obstant dicto do. Francisco, & fratribus. dicitur enim illos, tunc presentes conuenisse, & transegisse, ꝙ illi qui tunc erant, & pro tempore forent, tenerentur soluere, & reddere integraliter rectam decimam agnorum & edulorum absque deductione, seu diminutione aliquali. Quod debet intelligi de decima eidem ecclesie delata, & imposterum debenda. quam integraliter & sine diminutione soluunt, & soluere dici debent, si illam eidem domi. Decano soluant secundum proportionem temporis, quo eorum animalia depascunt & nutriunt in decimaria Valensolie. Ut colligitur ex superius allegatis. Nec est verisimile ꝙ transigentes aliter senserunt, aut ꝙ se obligare voluerunt ad sol-

uendum decimã in loco Valensolie perinde acsi pro nulla
parte temporis animalia sua depascerent extra illius de-
cimariam, quod nec forte tunc faciebant, vel antea fece-
rãt: nullus enim presumitur iactare suũ, nec in dubio vel-
le donare. l. cum de indebito. circa princi. ff. de probatio. ⁊
l. si cum aurum. ff. de solutio. ⁊ quod voluit Ange. consilio
xc. exordiente. cum lis ⁊ questio. versicu. quandoqꝫ non fit
animo donandi ⁊c. ibi, cum enim aliam causam. Bald. con
silio. xcix. exordien. Ad euidentiam premittendum est, ⁊c.
versicu. item alia coniectura excludit donationem, ⁊c. ⁊
Pau. de Cast. consilio clxiij. exordiẽ. In causa, quidã ma-
gnificus ⁊c. versicu. item non obstat ꝙ postea ⁊c. Preter-
ea nec obstat, si forte quis dicat, ꝙ de consuetudine solui
debeat agnorum ⁊ vitulorum decima in loco Valensolie,
etiam si animalia partim aut pro parte anni depascantur
extra illus decimariam: Tum, quia licet huiuscemodi cõ-
suetudo allegata extiterit in princip. cause huius, super ea
tamen non fuerunt facte alique probationes, ⁊ sic illa nõ vi
detur fuisse probata: que tamen cum facti sit, ⁊ secundum
opinionem magis communem, iuri contraria: vt colli-
gitur ex superius allegatis, illa debuit probari. l. in bello.
§. facte. ff. de capt. ⁊ postlim. reuer. Nisi forte quis conten-
dat ꝙ imo probata extiterit: per id quod deponunt testes
super. ij. titu. schedule exordientis. quamuis secundũm in-
tentionem rei, ex. parte dicti domi. Decani in hac causa
producte, ⁊ inserte. Sed hoc non obstat: Tum quia in di-
cto secundo titulo nihil proponitur de consuetudine, sed
dicitur, ꝙ homines inibi mentionati sunt soliti a tempore
de quo ibi, soluere rectam, ⁊ integram decimã, longe enim
4 trefert inter solitum, ⁊ consuetum. vt colligitur in. l. mela.
§. sed si alimenta. ⁊ quod ibi Barto. ff. de alinen. ⁊ ciba. le-
ga. Dictio cui solitus est, vel soliti sunt, vt ibi colligitur,
verificatur in vna vice: hoc est etiã si duntaxat semel quis
ita fecerit. Idẽ voluit Bar. in. l. j. versi. secundo, dicitur hic
solere ⁊c. C. quomodo ⁊ quando iudex. Pau. de Castr. con
silio. cxxxiiij. exordien. Notandum est ꝙ ista imperialis cõ-
cessio, circa finem solutionis primi quesiti. ⁊ consil. cxcvi.
exord. Vt plene attingamus id, de quo queritur ⁊c. versic.
tertio loco videndum est. ⁊ consilio. cclxi. exordien. Vide-
tur ꝙ non posset sequi ⁊c. ⁊ Alexan. de Imol. consi. quin-
to. exordien. An quinquagesima solui debeat. versicu. non
obstat etiam, ꝙ vltima consuetudo ⁊c. Secus vero est in
verbo consuetudinis, vel consuetum est, quia illud requi-
rit plurse actus: ⁊ vt dicit Barto. in. d. l. j. C. quomodo ⁊
quando iudex. hoc determinatur in. l. de quibus. ff. de legi.
⁊ Pau. de Castr. in dicto consilio. cxcvi. ⁊ consi. cclxi. ꝙ il-
lud pro facti verificatione requirit decennium. Pro quo
allegat. c. cum de beneficio. de preben. in. vi. non ergo pro-
bata est consuetudo per ea que testes parte dicti do. Deca
ni producti deposuerunt super dicto secundo titulo. qua-
tenus scilicet deposuerunt inibi contenta esse vera: quia
ex hoc infertur probatio consuetudinis: vtpote de qua nõ
fuit articulatũ, sed de alio quod potest verificari: quod vt
dixi potest verificari in vna vice: Et quod nõ requirit ta-
lem temporis tractum qualem consuetudo. Et facit ad
premissa, quod not. Hostien. Ioan. Andr. ⁊ docto. in. c. li-
cet causam. super verbo. ⁊ citra. de proba. Barto. in. l. Cel-
sus. versi. sed circa huiusmodi probationem. Bald. in. l. iu-
dicia. C. de reiuendi. ⁊ in. l. falsus. C. de fur. qui volunt, ꝙ si
in titulo, vel articulo deductum extiterit, ꝙ talis possedit
rem talem, a decem annis citra, ⁊ testes super eo examina-
ti deponunt articulum esse verum, non est probata posses-
sio longi temporis: quia potuit ille de quo articulatur
vna die possidere a decẽ annis citra, ⁊ in possessione vnius
diei verificatur predictus articulus. l. j. §. quod autem. ff.
de aqua quotidi. ⁊ esti. Et si testes qui deponunt articulũ
esse verum, dicunt veritatem, etiam si ille possederit dun-
taxat vna die a decem annis citra: testes ergo in hac cau-
sa producti, ⁊ de quibus supra, qui scilicet deponunt dictũ
secundum titulum esse verum, non probant consuetudinẽ:
quia non est ibi deducta, nec probant possessionem lo..gi
temporis: actento modo articulandi, de quo in eo: ⁊ qui cõ
formis est illi, de quo loquuntur Hostiẽ. Cano. Barto. ⁊
Bald. in locis superius allegatis. Tum etiam non probãt
consuetudinem testes parte dicti do. Decani producti, ⁊
super dicto secundo titulo examinati: ⁊ pro eo quia fere o-
mnes vel saltem pro maxima eorum parte videntur depo-
nere de seipsis, aut de seipsis ⁊ eorũ predecessoribus, scʒ ꝙ
soluerunt rectam ⁊ integram decimam in loco Valenso-
lie nihil autem dicunt de alijs. Et ita nõ probant consue-
tudinẽ, que induci solet tacito consensu populi, non qua-
tuor aut quinqꝫ hominum vel etiam longe plurium. Non
obstat dispositio Petri Caudoni, quia licet dicat se soluis-
se rectã, ⁊ integram decimam, quia sic solui vidit per quos
cunqꝫ alios, non tamen deponit de certo ⁊ determinato
tempore, sed dicit ꝙ vsqꝫ tunc dictam rectam decimam sol
uit, pro eo quia sic solui ⁊c. Non enim ex depositione hu-
iusmodi colligitur quanto tempore, seu quot annis deci-
mam huiusmodi soluerit, ⁊ per alios solui viderit, quod ta
men necessarium est in probatione consuetudinis. Etiam
nec obstat depositio Ysmardi Matheorini: quia ille non
deponit, nisi de se, ⁊ Ioanne Ricarij. Quo ad depositionẽ
vero Andree Anduroni, qui videtur plenius deponere
tam quoad tempus, quam quoad pretensos soluentes, di-
co, ꝙ illa non obstat: pro eo: quia vel in tempore longo,
vel in soluentibus non habet contestem: ⁊ sic dictũ ipsius,
dictum nullius. l. iurisiurandi. cum suis simili. C. de testib.
Preterea nec per responsionem factam per dictum Ioan
nem Martini ad secundum additionalium titulorum ex-
ordientium, Addendo titulis ⁊c. insertorum, aut per
depositionem testium super eo examinatorum, etiam si de-
ponerent titulum esse verum, probaretur dicta pretensa
consuetudo, seu presciptio contra ipsum Martini: pro eo
quia attenta forma dicti tituli, ille verificaretur, etiam fa-
5 cta vnica solutione, aut saltem duabus: ille enim † dicitur
soluisse rectam, ⁊ integram decimam a viginti, vel etiam a
centum annis citra, qui illam semel soluit, iuxta doctrinã
Barto. in. d. l. Celsus. ⁊ aliorum de quibus supra dixi. Et
sic si fortasse pretenderetur ꝙ quia idem Ioannes Marti-
ni respõdit simpliciter soluisse rectam ⁊ integram decimã,
videatur confessus omnia contenta in dicto secundo titu-
lo, ⁊ propterea illã soluisse decem ⁊ octo annis, dico ⁊ re-
spondeo ꝙ istud non obstaret: pro eo quia non est ibi de-
ductum ꝙ illam soluerit per decem ⁊ octo annos, vel a de-
cem ⁊ octo annis ⁊ citra: sed ꝙ etiam soluit a decem octo
annis, quod dictum, vt dixi, verificatur etiam si duntaxat
a dictis decem ⁊ octo annis semel aut bis, vel saltem ter
soluerit. Respondendo igitur ꝙ soluit, etiam si per hoc
censeatur confiteri omnia contenta in titulo, non tamen
confitetur ꝙ soluerit per decem ⁊ octo annos, vel in decem
⁊ octo annis, ⁊ eorum quolibet. Sed restat difficultas, ⁊
quidem non modica, an in vim couentionis, promissionis
⁊ iuramenti prestitarum per honorabilem quondam vi-
rum magistrum Ludouicum Martini, dicti Ioannis pre
tensum quondam patrem eo tempore, quo receptus est in
fidelem, ⁊ hominẽ reuerendi domini tempore Cluniacen-
sis Abbatis, ⁊ domini loci predicti Valensolie, ⁊ suorum
successorum ⁊ habitatorum eiusdem loci Valẽsolie, tenere
tur idem Ioannes ad solutionem vere ⁊ integre decime a-
gnorum, ⁊ hedorum, ⁊ videtur ꝙ sic: quia vt legitur in in-
strumento cõuentionis, promissionis ⁊ receptionis predi-
ctorum, parte dicti do. Decani in causa producto, ⁊ inser-
to, dictus magister Ludouicus inter cetera conuenit, pro-
misit, ⁊ iurauit facere, ⁊ pro posse adimplere eidem domi-
no tunc Abbati, ⁊ domino Valensolie, ⁊ successoribus
suis, omnia, vniuersa ⁊ singula que homines ligij, ⁊ fideles
eiusdem do. Abbatis, ⁊ dicti loci Valẽsolie, facere, dicere,
⁊ adimplere tenebantur, ⁊ erant assueti de consuetudine,
vel de iure. Quo fit vt cum per transactionem de qua su-
pra appareat ꝙ homines, loci predicti Valensolie, aut sal-
tem maior ⁊ sanior pars conuenerit, promiserit, transege-
rit soluere veram ⁊ integram decimam agnorum, ⁊ edorũ,
censeatur consequenter idipsum prefatus magister Ludo-
uicus promisisse. argumen. l. asse toto. ⁊ quod ibi docto. ff.
de heredi. institu. ⁊ quod not. Barto. in. l. si ita scripsero. ff.
de condi. ⁊ demon. ⁊ Pau. de Castr. in. l. heredes palam.
in princip. ff. de testamen. ⁊ hoc videtur procedere si prefa-
ti homines in homagio, ⁊ sacramento fidelitatis, quod an
tea eidem domino Abbati, vel predecessoribus, prestite-
rant, aut prestare constituerant, promisissent sibi solue-
re veram ⁊ integram decimam. Sed vbi non sic promisis-
sent, non videretur ꝙ propter conditionem, promissionẽ
⁊ iuramentum, dicti quondam magistri Ludouici, tene-
retur dictus Ioãnes ad solutionem decime ex aduerso pe
tite: pro eo quia conuentio, ⁊ promissio huiusmodi se refe-
runt ad ea, que homines ligij, ⁊ fideles dicti loci Valenso-
lie ⁊ eorum homagij ⁊ fidelitatis sacramento facere, dice-
re, ⁊ adimplere tenebãtur, ⁊ erant astricti de consuetudine,
vel de iure. Ita enim sonant verba predicti instrumenti,
que sunt attendenda. l. ad probationem. versi. quem tenor
adiuuat.

adiuuat. C. de prob. l. sancimus. §. pacti tenor. C. de fideiuss. l. fideiussores magistratuũ. §. pro Aurelio. versic. lecta subscriptione. ff. eo. ti. l. si quis stipulatus Stichũ, aut Pamphilum. vers. querẽtibus inspiciẽdus est sermo. ff. de verbo. oblig. c. si cui. versic. sermonẽ in uestiture intuentes. de extraord. cap. Conrad. c. j. de duo. fratri. a cap. inuestitura. c. porro. & c. recepimus. de priuileg. videtur ergo q̃ si alij non conuenerint, & promiserint in instrumento homagij, & fidelitatis soluere veram & integram decimam, q̃ ad illius solutionẽ non se & suos heredes & successores obligauerit dictus magister Ludouicus, nisi forte quis dicat q̃ verba dicte promissionis debeant aliter accipi, q̃ predixerim, & q̃ per illa dictus magister Ludouicus dicatur cõuenisse, facere, & adimplere omnia, vniuersa, & singula, que dicti homines ligij, & fideles in eorũ homagij, & fidelitatis sacramẽto, facere, dicere, & adimplere tenebãtur. Et nihilominus etiã alia, scilicet ea, ad que erãt astricti de cõsuetudine, vel de iure. Sed hoc non videtur obstare. Tũ quia iste intellectus nõ videtur cõgruere verbis dicte cõuentionis, que videtur referri ad ea, de quibus in instrumẽto homagij & fidelitatis aliorũ hominũ. Tum & q2 si verba predicta accipi possent, vel deberẽt iuxta illum intellectum de quo in oppositione adhuc nõ obstaret. Et quidẽ nõ quatenus est ibi sermo de cõsuetudine: q2 non est probatũ, q̃ tempore conuẽtionis, promissionis, & receptiõis dicti magistri Ludouici homines Valensolie tenerẽtur de cõsuetudine soluere do. abbati, & decano, verã & integrã decimã agnorũ, & hedorũ. Nõ etiã quatenus est ibi sermo de iure: q2 nec probatum est, aut probari potest secundũ opinionẽ magis cõmunẽ, q̃ integra decima agnorũ, & hedorũ debeat solui ecclesie domicilij dñi animaliũ: eo scilicet casu, quo partim in decimaria illius ecclesie, & partim in decimaria alterius ecclesie depascũtur. Sed potius apparet ex superius allegatis, q̃ illa ꝓportionaliter diuidi debeat inter ecclesias huiusmodi, & proportionaliter eisdem solui. Et ita videtur q̃ quatenus prefatus do. decanus censeri debet intẽtasse petitoriũ, ipse plus repetijt: pro eo q2 petijt decimã sibi solui, perinde ac si aueria predicta depascerẽtur tã tempore hyemali, q̃ estiuo, & sic toto anno in decimaria Valensolie: cum tamen nõ ita fiat, sed pro certa parte anni depascantur, & depasci consueuerint extra dictam decimariam. Propter quod debuit dictus quondã Joannes, & nunc debent prefati do. Franciscus, & fratres a pluri petito, nõ dico a medietate, sed a pluri petito absolui. Quo vero ad possessoriũ videtur aliter dicendũ, pro eo quia tam per responsionẽ dicti quondã Joannis, q̃ etiam per testes probatur prefatũ do. decanũ fuisse in possessione seu quasi leuandi & recipiendi ab eodẽ Joanne totã & integram decimã. Et ita vereor ne quatenus dici potest eundẽ do. decanum intentasse possessoriũ, debeat ipse in possessorio huiusmodi manuteneri. Nulli enim dubium est quin petitorium ab initio intentatum potuerit suspendi, & postea intentari possessoriũ. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. posses.

Rub. De dona. int. vir. & vxor. Epit. Consi. ccvj.

Donator, qui per retentionem vsusfructus, aut alias, dominium & possessionem trãstulit in donatarium, huius heredem non potest donatione priuare. V. F.

1 Donatio inter viuos a viro vxori vel econtrario est prohibita, nisi iurata sit: & nu. 3.
2 Potestas non recognoscentis superiorẽ imperatorie potestati in suis terris equanda.
4 Opinio communis seruanda consulendo & iudicando.
5 Constitutio donationum prohibens simpliciter, iuratam non censetur prohibere.
6 Statutum secundum ius cõmune intelligendum.
7 Precarij constitutio in donatione dominiũ transfert.
8 Separatorum non est illatio.



Duo sunt que facere vidẽtur cõtra honestum iuuenẽ Bartholomeum iudicis vniuersalem heredem honorabilis quõdam viri magistri Stephani iudicis, quoad medietatẽ bonorũ, quã eidẽ quondã magistro Stephano dedit, & donauit donatione inter viuos honesta mulier Catherina Cassẽ eiusdẽ magistri Stephani quõdã vxor, & nũc relicta. Pri-
1 mũ q2 donatio inter viuos prohibetur inter coniuges, ne mutuo amore inuicẽ spolientur. l. j. ij. & iij. ff. de dona. inter vi. & vxo. c. fi. & quod ibi gl. & doct. eo. ti. l. donationes quas parẽtes. C. eo. tit. & l. hac edictali. in prin. C. de secun. nup. & q̃uis taciturnitate eius, qui donauit, si primo moriatur, cõfirmatur donatio. d. l. donationes. & l. hac edictali. cum suis simi. Secus tñ si ille cui facta est donatio, premoriatur q2 tũc cẽsetur donatio reuocata. d. c. fi. de dona. inter vir. & vxor. cũ suis simi. Cũ igitur dict9 quõdã magister Stephanus, cui predicta Catherina eius tũc vxor, dimidiã partẽ bonorũ suorũ donauerat, ab humanis decesserit superstite eadẽ Catherina, vr̃ donatio predicta fuisse reuocata, ꝓ predicta. Secũdũ qd̃ facere vr̃ cõtra donationẽ predictã est, q2 nõ vr̃ q̃ in ea fuerit obseruata solẽnitas, que in donationibus, inter viuos summã, seu valorẽ decẽ flor. excedẽtibus, obseruari debet ſm dominicalẽ cõstitutionẽ editã ab eo q cõstituere, aut statuere poterat. & que propterea vr̃ tãq̃ lex
2 obseruãda. & maxime cũ sit edita ab eo, qui nõ recognoscebat superiorẽ, & qui propterea poterat in terris suis quidquid põt imperator in imperio. ꝓ id qd̃ no. Bar. in. l. j. §. de qua re. ff. de postulã. l. iij. in prin. ff. de minor. l. infamẽ. ff. de pub. iudi. in. l. relegati. ff. de pen. & in. l. hostes. ff. de capti. & postliminio. reuer. Jo. An. in. c. sup quibusdã. §. preterea. de verb. sign. Bal. in. l. exẽplo. C. de prob. & alij in alijs locis. Sz ijs nõ obstãtibus, puto donationẽ predictã de iure valuisse, & valere. Et primo quidẽ nõ obstat id, de quo primo opponit. Quñ respõdeo, q̃ lz donatio inter viuos prohibeat regulariter inter cõiuges, & facta regulariter nõ va-
3 leãt. hoc tñ fallit qñ in ea interuenit iuramẽtũ parte illius qui donauit: q2 tũc ſm cõem opinionẽ, donatio cõfirmat, & validatur ꝑ iuramẽtũ, & vt referũt doc. ista fuit originaliter opinio Guil. de Cug. in. l. sed & si possessori. §. itẽ iuranero. ff. de iureiur. quã sequit Fred. de Se. multa pro ea allegãs cõsi. cxl. exord. Pũctus questionis talis est, cõstante matrimonio inter cõiuges, vxor dedit marito, &c. Joan. de Ligni. in cle. Romani. de iureiur. Bar. & post eũ Alex. de Jmo. in. l. Seyus & Augeri9. ff. ad leg. falc. Bar. in. l. si qs pro eo. ad fi. principij. ff. de iureiur. Petr. de Ancha. consi. cccvij. exord. Nulli dubiũ, &c. Jo. de Jmo. in sua solẽni repetitione. c. cũ cõtingat. in decimo mẽbro, versi. circa scdm, an vez donatio inter virum & vxorẽ firmetur iuramẽto. de iureiur. Pau. de Cast. cõsi. xcviij. exord. Notãdũ est primo ad fi. Franc. de Are. cõsi. lxxiiij. exord. Diligẽter & mature põderatis ijs, que in pũcto, &c. versi. ad secũdũ igitur venio. & versi. sed dubiũ est propter iuramẽtũ. & Alex. de Jmo. cõsi. clvij. exord. viso instrumẽto donationis, versi. nõ obstat etiã si diceretur dictã donationẽ nõ valuisse. in secũdo vol. qui pro hoc multos inducit. Et idẽ voluit Pan. in. d. c. cũ cõtingat. & in alleg. c. fi. de dona. inter vi. & vxo. vbi etiã dicit hãc opinionẽ esse cõem. quã etiã sequitur Bald. Nouel. in suo tract. iuris dotiũ, parte vi. priuilegio. xxi. Pro hoc vt dixi multa inducũt Fred. de Sen. & Joan. de Jmo. in locis superius allegatis. & respondet Jo. de Jmol. ad ea, que solẽt cõtraria opinione, cõtra hãc opinionẽ induci. Et q2
4 hec est opinio cõis, nõ est ab ea in iudicãdo, vel cõsulendo recedẽdũ. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. c. quominus. & qd̃ ibi Ant. de But. extra de verb. sign. & c. de inductijs. iij. q. iij. & qd̃ no. Osti. Jo. An. Ant. de But. & doct. in. c. j. de cõstit. doct. in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. & in. l. fi. C. de pena iudi. qui male iudi. Ad cõtraria respõdetur breuiter, q̃ illa procedũt, vbi nõ interuenerit iuramẽtũ: sed vbi interuenit iuramẽtũ, q̃ potest seruari sine dispẽdio salutis eterne, illud seruãdũ est. d. c. cũ cõtingat. c. si vero. de iureiur. c. licet mulieres. eo. ti. in. vj. & c. q̃uis pactũ. de pac. eo. lib. Et vt dixi, ijs obiectionibus, & alijs plene respõdet Jo. de Jmo. in. d. c. cũ cõtingat. Nõ igitur obstat prima oppositio facta aduersus dictam donationem. Etiã nec obstat secũda oppositio, que fiebat de dominicali
5 cõstitutione, & de non seruata solennitate requisita ad validitatem donationum inter viuos excedẽtiũ summã aut valorem decẽ flor. Quoniã respõdeo, q̃ dicta dominicalis cõstitutio nõ debet intelligi habere locũ in donatione iurata, vt probat Jo. de Jmo. in. c. cũ cõtingat. in tertio mẽbro. versi. nũc pro declarationis materia, an per statutum
6 possit prohiberi, &c. Cuius illa redditur ratio, q2 statutũ debet interpretari secundum ius cõmune. l. ij. C. de noxa. c. cũ dilectus. de cõsuet. Sed de iure cõmuni semper potentius cooperatur actus iuratus, q̃ nõ iuratus. l. cũ pater. §. filius matrẽ. ff. de leg. ij. l. vnic. §. cũ lex. C. de rei vxo. actio. & in. l. pactũ. C. de colla. iũcto. d. c. cũ cõtingat. & allegato. c. q̃uis. & cõfirmatur hoc, per no. per glo. c. cum nõ deceat. in

glo.fi.de elect.in.vj.per quā dicit Ang.in.l.j.§.que onerā-
de.ff.qua.re.actio nō da.ꝙ licet Papa, vel imperator cas-
set cōsuetudines, vel statuta, non tamē intelligitur cassare
statuta, iuramento confirmata: quod etiā voluit Lap. Ab-
bas, ⁊ Jo. And.in nouel.in.d.c.cū nō deceat.pro quo alle-
gāt.c.j.de cōstit.in.vj.c.cū aliquibus.de rescript.eo.lib.⁊.c.
qr sepe.de elect.eo.lib. Pro quo dicto possunt alia multa
induci, que pretermitto. Cū igitur donatio predicta fuerit
⁊ sit iurata, illa valuit nō obstāte pretēsa omissione solēni-
tatis requisite per dictā dominicalē constitutionē. Et non
7 solū valuit donatio predicta, sed etiā † dominiū ⁊ possessio
predictorū bonorū, si penes eādē Catherinā existebāt, fue-
rūt pro dicta dimidia parte trāslate in dictū magistrū Ste
phanū propter precarij cōstitutionē: per id quod habetur,
in.l.certe.§.j.ibi, ergo precario proprie habere.ff.de preca-
rio.⁊ quod no.gl.⁊ doct.in.§.vēdite.instit.de re.diuisio.gl.
in.l.possideri.in prin.⁊ quod ibi doct.ff.de acqui.pos.gl.⁊
doct.in.c.ij.de cōsuet.iūcta.l.traditionibus.⁊ quod ibi do-
cto.maxime Sali. Propter que, cū dictus quondā magi-
ster Stephanus donatarius nō solū in vim donationis ⁊
cōstitutionis precarij predictarū fuerit factus dñs predi-
ctorū bonorū pro dicta medietate, ⁊ possessionē ciuilē eorū-
dē acquisierit, sed etiā possessionē realē, actualē, ⁊ corpora-
lem bonorū huiusmodi apprehēderit, nō video, qua de cau
sa predicta Catherina impediat, aut impedire nitatur
Bartholomeū dicti magistri Stephani quōdā nepotē ac
vniuersalē, ⁊ vnicū heredē, quominus bona predicta pro
dicta dimidia parte teneat, ⁊ pacifice possideat, ⁊ possiden-
do fructus bonorū huiusmodi, ⁊ pro parte predicta perci-
piat, illud autē mihi videtur prorsus carere fundamēto, ⁊
colore, quod mihi verbo asseruit prouidus vir Pompo-
nius iudicis eiusdē Bartholomei pater, scz ꝙ dicta Ca-
therina pretēdat ꝙ per legatū sibi factū per dictū magistrū
Stephanū eius quōdā virū de omnibus reparationibus
per eundē factis in ⁊ super ipsius Catherine domo ⁊ alijs
possessionibus, cēseatur idē magister Stephanus eidē re-
misisse res donatas, vel factas fortasse anno isto in predijs
exceptas qr aliud est remittere expensam que facta est pro
reparatiōe domorū vel aliorū prediorū ad quā saltem pro
dimidia parte tenebatur eadē Catherina: ⁊ aliud est lega-
re fruct⁹ in dictis predijs exceptos, scz quoad illorū dimi
diā partē, que ad eundē Stephanum si mortuus nō esset,
peruenire debebat: que propterea peruenire debet ad dictū
8 Bartholomeū: qr † igitur ista separata ⁊ diuisa ex vno non
infertur ad reliquū.l.inter stipulantē.§.sacrā.versi.sed hec
dissimilia.ff.de verb.oblig.l.si maritus.C.de dona.inter vi
rū ⁊ vxorem.⁊ vulgata.l.Papinianus.cum suis simili.ff.
de minorib.

Rubri. De subdi.vasal. Epitome. Consil.ccvij.

Vasalli erga subditos de iure communi fundati sunt
quoad iurisdictionem, non quoad dominium rerum per
subditos possessarum. V. F.

1 Presumptio an sit dominū castri esse dominū ⁊ terri
ritorij: sicut omnia principis esse presumuntur.⁊.4.⁊ quid
de priuatis personis, nu.6.
2 Comites prouincie iura habent imperialia.
3 Pascuis publicis dominus castri quatenus vti potest: ⁊
quid de priuatis.⁊ nu.seq.
5 Jurisdictio coheret omni territorio.
6 Municipes prediorū que possident domini presumuntur.
7 Recognitiones dominium non probant: ⁊ in quo iuuent.
⁊ nu.11.
8 Confirmatio actum inualidum non validat.
9 Relatiuū qui an ⁊ quādo restringat, ⁊ cōditionē importet.
10 Repetitio eiusdem rei quid operetur.
12 Decima qualiter Deo soluenda.
13 Municipes ordinationem an ⁊ quando facere possunt: ⁊
an in municipio magistratum gerere.
14 Promissio ratione rei non existentis emissa cum promis-
sor existere putaret, est nulla.
15 Generalis clausula ad specificata an ⁊ quādo restringatur.



Illesimo Quadringētesimo no-
nagesimo tertio anno,
⁊ die vicesima quarta mēsis Aprilis, orta
questione inter magnificū dominū de Cot
tigniaco, ac vniuersitatē ⁊ homines eius-
dē loci occasione pascuorū, recognitionū,
⁊ solutionis treseni, post certas reseruationes, ⁊ defensas
cōsensu partiū factas, ⁊ reseruatas transactū est, ⁊ cōcorda
tū, ꝙ dictus magnificus dñs possit amodo omnē reliquā
terrā gastam de Cotigniaco exceptis retentionibus ⁊ de-
fensis ad pascendum, vendere, arrendare, apascayrare qui
bus placuerit, absq; eo ꝙ dicta vniuersitas, ⁊ homines cō
tradicere possint, reseruato semper vsu depascēdi homini-
bus dicti loci, presentibus, ⁊ futuris, pro eorū aueribus ac-
quisitis, ⁊ acquirendis. Et cū certi particulares de tēpore
do. Joānis Baptiste, domini dū viueret dicti castri certas
recognitiones fecissent, cōcordatū est, ⁊ transactū ꝙ tales
recognitiōes sint in eorū esse, valore, efficacia ⁊ firmitate,
⁊ ꝙ tam illi, qui recognouerūt, ꝙ̄ illi qui nō recognouerūt,
qui tenent aliquas proprietates sub dominio, ⁊ seigno-
ria ipsius magnifici domini, recognitas, ⁊ recognoscen-
das, et de quibus in dictis recognitionibus mētio habe
tur, teneātur recognoscere ad primā recognitionē sub cen-
sibus, ⁊ seruitijs in dictis recognitionibus cōtētis, soluen
dis termino ibi prefixo: alias possit dominus dare de com
misso, iuxta formā iuris. Et ꝙ pro alienatione proprieta-
tum, que tenētur sub maiori dominio, dicti domini de Co
tigniaco ab emptorib⁹ debētibus laudimiū, ⁊ tresenū, sol-
uantur grossi duo, ⁊c. Ex quibus verbis grandis exoritur
questio inter partes: pro cuius delucidatione premitto, ꝙ
1 † dominus castri de Cotigniaco presumitur esse dominus
territorij: p text.in.c.si diligēti.de prescrip.vbi dicit Bal.
in primo notabili, ꝙ tota Sardinia est de immediata iuris
dictione ecclesie Romane: ⁊ etiam quelibet eius castra: qr
cuius est caput, sunt ⁊ mēbra.§.si quis igitur.in auc.quib.
mo.naturales efficiuntur sui.colla.vij.⁊ in.c.fi.de offic.ar-
chi.ibi, monasteriū infra metas, ⁊c. vbi dicit Jo.An.ꝙ do
mini tēporales fundant intētionē de iure cōmuni quoad
res sitas infra limites sui territorij. Idē Ostiē.in.d.c.si di
ligēti.⁊ Pau.de Cast.in cōsi.clxiij.incipiēte, in nomine do
mini, in causa quā habet magnificus dominus Titius.in
versi. Si vero dicamus.⁊ Spec.in titu.de iurisdictione o-
mniū iudicū.in.§.j.versi.magis.ibi, ⁊ est argumentū, quo-
niam quidquid est in regno, vel comitatu, est de regno, vel
comitatu.l.j.§.cū vrbē.ff.de offic.prefecti vrbis.c.oēs basi-
lice.xvj.q.vj.⁊.l.pupillus.§.territoriū.ff.de verbo.signif.⁊
oia presumūtur esse principis.l.bene a zenone.C.de quadri.
prescri.⁊.l.deprecatio.ff.ad.l.Rhodiā de iactu. Et premis-
2 sa procedūt † maxime in cōmitatu Prouincie, in quo co-
mes, habuit iura imperialia ab Imperatore, vt dicit Old.
in cōsi.suo.xix.incipiēte, factū tale est, Quedā vniuersitas,
⁊c. qui quidā imperator fundat intētionē suā de iure cōmu
ni per vniuersum orbem.d.l.deprecatio. Si ergo princeps
fundet intētionē de iure cōmuni, ⁊ dominus castri causaz
habet a principe, sequitur ꝙ dominus castri fundat inten
tionē de iure cōmuni, ꝙ̄tum ad suū territoriū, ⁊ res sitas
infra limites illius: ⁊ cōsequēter in terra gasta ꝙ̄tū ad pa-
scua, ⁊ ꝙ̄tū ad predia singulorū infra limites existentia, vt
possessas eorūdē recusare nō possint recognoscere, annuū
canonē soluere, ⁊ alia, facere, ad que emphyteuta domino
suo tenetur. alias potest expelli, vel dari de cōmisso. iuxta.
l.ij.⁊.iij.C.de iure.emphyt.⁊.c.potuit.de locato ⁊ cōducto.
Sed premissis nō obstātibus, tanꝗ veritate iuris carē-
tibus, licet dubia sonēt, cōtrariā sententiā de iure puto ve-
riorē. Et capio materiā pascuorū, que duplicia sunt in ter-
3 ritorio de Cotigniaco: quedā † sunt pascua publica, que ex
terra gasta, siue prato cōmuni proueniūt: ⁊ ista pascua sunt
dñi dicti castri reseruato vsu hominum.l.j.ij.⁊.iij.C.de pa-
scuis publicis, vel priuatis.lib.xj.⁊ in his habēt homines
castri de iure cōi vsuz pascēdi: vt no.p gl.⁊ doc.in.l.sicut.§.
j.ff.quod cuiusq; vniuersitatis.⁊ in.d.l.ij.C.de pascuis.vbi
dicit Jacobus Rebuffi, ꝙ domini castrorum, vel loco-
rum, vt sunt comites, barones, ⁊ similes, debent statuere
certū locū in suo territorio, in quo sua pascāt animalia sine
iniuria subditorū; ita ꝙ omnino rei publice cōsulatur: id
est, ꝙ non absorbeatur vsus pascuorū hominibus necessa-
ri⁹: qui cū pōdus ⁊ estus diei dño suo sustinēt, habēt vsum
pastrudi in dictis pascuis publicis, vt in iurib⁹ superi⁹ al-
legatis, Et no. Alb. in.l.in tantū.§.vniuersitatis.ff.de rerū
diuisi, ⁊ in.l.Imperatores.ff.de seruit.rusti.pred.⁊ in.l.tex-
tatrix.§.j.ff.si serui.vēdi. Et iste vsus pascuorū hominib⁹
necessarius nō tātū debetur de iure, vt supra probatū est, id
etiā ex forma trāsactionis: ibi, reseruato tamē, ⁊c. Detra-
cto igitur vsu hominū pro suis aucubus acquisitis, ⁊ ac-
quirēdis, quod reliquū est, ⁊ superest ex dictis pascuis pu-
blicis, id totū dñs capere potest, ⁊ frui.l.si alij.in principio ⁊
ibi

ibi notatur. ff. de vsufruc. l. sed ꝛ si de fructu. §. fi. ꝛ. l. sequen
ti. ꝛ ibi notatur. ff. de vsu ꝛ habitatione. ꝛ poterit dñs depu
tare custodes, siue saltuarios, quos nos prouinciales ban-
uenos appellamus, pro custodia dictorũ pascuorum, ne ab
extraneis corrodãtur. l. si ita legatus. §. j. ff. de vsu ꝛ habita
tio. ꝛ ibi no. Quedã sunt pascua priuata, que nascuntur in
predijs priuatorũ hominum dicti castri, ꝛ ista sunt propria
singulorũ vniuscuiusq;, in quorũ predijs nascũtur, ꝛ ad eos
solos pertinẽt, ꝛ spectãt. l. pretiũ. ꝛ ibi notatur. ff. de verbo.
signi. l. ij. ꝛ ibi notatur. C. de pascuis. ꝛ est ratio, q2 omne qð
nascitur in solo alicuius, vt sunt frondes, herba, ꝛ similia,
eius est cuius est solũ. l. solũ. §. j. ꝛ. l. fructus. ff. de rei vẽdi. fa
cit lex. nemo. C. de iudeis. cũ similibus. Et põt vnusquisq;
dñs talia pascua preseruare, custodire, ꝛ defensare: vt no. in
d. l. pretiũ. ꝛ in. d. l. ij. C. de pascuis. prohibẽdo exteris ingres
sum. l. diuus. ff. de seruitu. rusti. pred. ꝛ aliena pecora in suo
fundo depascẽtia pignorare, et expellere. l. quintus. cũ. l. se-
quẽti. ff. ad. l. Aquil. pascuaq; ipsa pro suo auerio ꝯseruare
pascere, donare, locare, vẽdere, ꝛ alia facere, q̄ vnusquisq;
dñs de re sua propria facere potest. d. l. nemo. cũ alijs supe-
rius allegatis. possunt tñ homines de Cotigniaco, si ve-
lint pascua suorũ prediorũ priuata inuicẽ cõmunicare ꝛ re
ciproce ac vicissitudinarie depascere. ex notatis in. l. licet.
C. de pactis. absq; eo, ꝛ preter id, quod dominus dicti ca-
stri in dictis pascuis priuatis quicq̃ sibi vendicare possit.
Nõ quidẽ de iure: cũ illa sint propria singulorũ, sed neq; ex
forma trãsactionis, que tãtũ de pascuis publicis loquitur:
hoc est de pascuis excrescentibus in terra gaste, que cõmu-
nis est, vt no. in. d. l. sicut. §. j. ff. quod cuiusq; vniuersitatis.
ꝛ nõ in predijs singulorũ: cũ illa pascua sint priuata, vt di-
ctũ est supra. Et q2 in trãsactione tãtũ fit mẽtio de terra ga
sta, certe casus omissus de predijs singulorũ, haberi debet
pro omisso. l. cõmodissime. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ. l. Gallus.
§. ꝛ quid si tãtũ. illo tit. cũ de vno ad aliud nõ fiat cõcludẽs
illatio, tanq̃ diuersa, ꝛ separata. l. in agris. ff. de acquir. re.
domi. iuncto, rubro ꝛ nigro. C. de pascuis publi. vel priua.
Nec obstãt iura, ꝛ rationes primo loco supra deducta, qui-
bus statim respõdebitur, prout infra in questione sequẽti,
vbi melius cadit respõsio. ¶ Ad secũdã questionẽ respõdẽ
4 do, dico † ꝙ licet dominus castri fundet intentionẽ de iure
cõmuni, in toto suo castro, totoq; suo territorio etiã in pre
dijs singulorũ, hoc sane verũ est, ꝛ tẽperandũ q̃tum ad iu-
risdictionẽ. Et ita loquũtur iura supra, in prima parte pro
cõtrario allegata. d. l. si pupillus. §. territoriũ. ꝛ d. l. j. §. cum
vrbẽ. ꝛ in alijs iurib9 superius allegatis, que de iurisdictio
5 ne loquũtur, ꝛ intelligẽda sunt. Et est † ratio, q2 iurisdictio
coheret territorio sicut ẽt coheret corpori viuẽti, ꝛ sicut nõ
põt esse corpus viuẽs sine anima, ita nõ põt esse territoriũ
sine iurisdictiõe. d. §. territoriũ. ꝛ. d. §. cũ vrbẽ. Nõ autẽ fun-
dat dñs de Cotigniaco intẽtionẽ de iure cõi in reb9 posses-
sis per subditos, q̃tum ad vtile dñiũ, vel directũ. c. nimis.
ꝛ ibi Pan. de iureiur. ꝛ. c. si diligẽti. ꝛ ibi doct. de prescrip.
no. Bart. in. l. j. §. fi. ff. de reiuẽ. ꝛ Jason, in. l. j. C. de summa
trini. cum cõcordantijs ibi signatis per eum. Eadẽ ratione
dico de imperatore, vel Comite Prouincie, qui nõ reco-
gnoscit superiorem, qui licet sit dominus totius prouin-
cie sue, quantũ ad iurisdictionẽ, ꝛ vniuersale dominiũ. d. l.
deprecatio. ꝛ. d. l. bene a zenone. ꝛ ibi scribẽtes post glo. Nõ
autẽ, quantũ ad particulare dominiũ bonorũ, ꝛ rerũ, que a
subditis possidẽtur. l. ij. C. in qui. cau. colo. censi. do. accusa.
pos. lib. xj. ꝛ. l. omnis. la secunde. C. de operi. publi. ꝛ est ra-
tio, q2 de iure naturali primeuo anteq̃ essent reges, domi-
nationes, vel potestates, omnis terra erat libera. insti. de
iure naturali. §. ius antẽ. ꝛ prima dist. ius aũt gẽtiũ. ꝛ facit
authoritas Genesis, q̃ ponit gl. in. c. q̃q̃. de censi. lib. vj. ꝛ
in. l. altius. C. de seruit. ꝛ aqua. Et ideo si quis alleget serui
tutẽ, illã probare tenetur. d. l. altius. facit. l. ij. ff. de proba.
6 cũ simili. Est ꝛ alia ratio, † quoniã homines de Cotignia-
co predia possidẽtes presumũtur domini prediorũ, que pos
sident. l. siue possidetis. ꝛ. l. ij. C. de proba. ꝛ cũ plena liberta-
te fundi. d. l. altius. Et ideo si dñs castri pretẽdat se habere
aliquã seruitutẽ, vel dominiũ in eisdẽ predijs, illud probare
tenetur. vt ibi, ꝛ in iuribus superius allegatis. Quib9 ac-
cedunt. c. licet. de censi. ꝛ. ff. eo. l. forma. §. vites. ff. ad muni-
cipales. l. incola. ff. de publica. l. imperatores. cuz multis si-
mili. Et ita iura cõtraria de iuribus cõcordantur. Ex qui-
bus cõcludo in prima questione, ꝙ dñs castri de Cotignia-
co nihil percipere potest in pascuis priuatis, que nascũtur
in predijs singulorũ hominũ: cũ illa sint propria eorundẽ.
sed nec in pascuis publicis terre gaste, nisi quatenus detra

ctis defensis ꝛ retentionibus, de reliquo terre gaste, detra-
cto prius vsu, pascuorum auerium singularium personarũ
dicti castri aliquid superesset: quo casu dñs dicti castri, il-
lud totũ reliquũ percipere potest, ꝛ eo frui. Et ista est veri-
tas, sicut euangeliũ Dei sanctũ. In secũda vero questione
cõcludo, ꝙ ex quo dñs dicti castri nõ fundat intentionem
suã de iure cõmuni in predijs possessis per subditos in di-
cto territorio de Cotigniaco, q̃tum ad dñium vtile, vel di
rectũ, sed tantũ quoad iurisdictionẽ, nõ potest dictus ma-
gnificus dñs cogere suos subditos ad recognoscendum se
tenere predia, que possident sub maiori ꝛ directo dominio
ipsius magnifici dñi. nisi ipse domin9 aliter explicite pro-
bet dicta predia teneri sub suo directo dominio, ꝛ sub tali
censu, ꝛc. Cum allegans dominiũ vel seruitutẽ, illud pro-
bare tenetur: Non autẽ is qui possidet. l. cogi. C. de petitio.
hered. ꝛ in iuribus superius allegatis. Nec obstãt recogni
tiones facte per quosdã homines de Cotigniaco quondã
7 magnifico do. Joãni Baptiste: quoniã † respondeo ꝛ dico,
ꝙ tales recognitiones etiã si essent geminate, triplicate, ꝛ
centuplicate, nõ probarẽt dominiũ. l. ad probationẽ. C. loc.
l. cũ falsa ꝛ ibi Bar. Bal. ꝛ docto. C. de iu. ꝛ fac. igno. ꝛ. l. si
rem aliquã. ꝛ ibi doct. omnes. ff. de acqui. pos. Et est ratio,
quia traditionibus dominia rerum acquiruntur, nõ nuda
cõfessione, vel cõuẽtione partiũ. C. de pac. l. traditionibus.
ꝛ. l. si ager de rei vendi. ff. Et hoc in terminis firmat Bar.
in. l. legata. ff. de adimẽ. lega. Spec. in titu. de emphyt. in. §.
nũc aliqua. versi. lij. liij. liiij. lvj. lvij. ꝛ. lviij. sunt autem certi
modi a iure traditi acquirẽdi, ꝛ trãsferẽdi dominiũ, quos
recitat Spec. in. d. versi. lvj. ꝛ colligũtur instit. de re. diui. ꝛ
ff. de acqui. re. domi. ꝛ in. l. cũ res. ꝛ ibi not. C. de proba. in-
tra quos iste casus nõ inuenitur: ergo nõ est cõfingendus:
secũdũ Spec. ꝛ doct. vbi supra. Nec etiam obstat trãsactio
subsequuta, inita cũ isto magnifico do. moderno, per quã
transactũ est, ꝙ tales recognitiones sint in eorũ esse, valo-
8 re, efficacia, ꝛ firmitate. Quoniam respõdeo, ꝛ dico † ꝙ per
huiusmodi confirmationẽ nullum ius de nouo, nullaq; va
liditas seu robur, attribuitur dictis recognitionibus, sed
tãtum ius vetus illarum cõfirmatur in eo statu, in quo erat
ante tẽpus dicte trãsactionis vnde sicut dicte recognitio-
nes, nõ probant dominiũ rerũ recognitarũ, ita nec p huius
cõfirmationẽ, de qua in trãsactione hoc probatur aperte in
c. cũ inter. prope fi. de re iudi. vbi episcopus inutilẽ fecerat
donationẽ, quã inde successor cõfirmauit, ꝛ etiã pontifex:
ꝛ tamẽ dicit ille tex. ꝙ sicut nõ valuit donatio, ita nec con
firmatio. Probatur etiã in. c. dudũ. de deci. vbi donatio fa
cta ab illis rege, ꝛ regina, que nõ tenuit, nõ fuit validata p
cõfirmationẽ subsequutã, ꝛ ibi late per Inno. ꝛ not. Spec.
in. tit. de instru. edi. in. §. nũc autẽ videndũ. circa principiũ.
Probatur etiã in. c. inter dilectos. de fid. instru. vbi Pa-
nor. not. dicit ꝙ vbi cõfirmãs innititur priori cõcessioni, vt
hic, si prima cõcessio sit nulla, vel inualida, etiã ipsa confir
matio corruit. facit. c. cũ dilecta. de cõfirmat. vtili, vel inu-
tili, ꝛ est not. tex. in. c. j. in prin. per quos fiat inuestitura. in
vsibus feudorũ. vbi dicit formaliter Bal. ꝙ cõfirmatio seu
inuestitura veteris feudi, nõ tribuit vasallo ius in re, si pri9
non habebat: intelligitur enim fieri, si qð habet, ꝛ in eo qð
habet. Et dicit glo. in. c. q2 diuersitatẽ. de cõcessione prebẽ
de. super verbo, cõmuni ꝙ per cõfirmationẽ nõ creatur ius
nouũ: per iura que allegat. Et subdit glo. rationem, q2 qui
cõfirmat, nõ donat. alleg. l. ꝛ q2. ff. de iuris. omniũ. iud. ꝛ ibi
late per dominum Alex. ꝛ Jaso. post Bart. ꝛ est valde no.
tex. in. l. si donate. §. j. ff. de don. inter vir. ꝛ vxo. quã ad hoc
põderãt Alex. ꝛ Jaso. vbi supra. Ex quibus apparet ꝙ di
cti homines transigẽtes nõ intellexerũt dictas recognitio
nes de nouo validare, sed in eorũ validitate, ꝛ inualidita-
te, in qua erãt, cõfirmare. Nec per illas approbare, vel trãs-
ferre directum dominiũ rerũ quas possident in ipsum ma
gnificum dominũ. Nisi quatenus dictus magnificus dñs
alias ꝛ aliter explicite probaret directũ dñium dictarũ rerũ
ad eũ spectare. Hoc probãt iura precedẽtia. Et expressius
probatur ex verbis trãsactionis, post verba precedẽtia sta-
tim subiunctis ibi, ꝛ ꝙ tã illi, qui recognouerũt, qui tenẽt
aliquas proprietates sub dominio, ꝛc. iam recognitas, ꝛ
9 † recognoscẽdas. Certe istud relatiuũ qui tenẽt, restringit,
ꝛ limitat suũ antecedens: vez recognitiones precedẽtes, de
quibus fit mẽtio in clausula precedẽti: vt vigore illarũ co-
gi non possint hi, qui recognouerũt ad denuo recognoscen
dũ, ꝛ canonẽ seu cẽsum persoluendũ: nisi quatenus appa-
reat talẽ fundũ teneri sub maiori dominio dicti magnific.
domini. hoc probat relatiuũ qui, iunctũ suo antecedẽti sine

copula.l.ea tamē adiectio,⁊ ibi Bart.de leg.iij.no.Bart,
Bal.⁊ doc.in.l.j.C.de summa trini.⁊ ibi late per do.Jaso.
qui ponit regulā ⁊ fallētias.Idē ⁊ eadem ratione dico de
ijs,qui nō recognouerūt, de quibus etiā specialiter loqui-
tur trāsactio,ꝙ nō tenebātur recognoscere minusq; cēsum
soluere,nisi quatenus probabitur dominiū directū predio
rū pro quibus deposcitur cēsus,⁊ recognitio.Hoc apper-
te docet relatiuū,qui tenēt, quod limitat suū antecedēs, ⁊
restringit.l.ea tamē adiectio.imo operat̃ cōditionē: qua ces
sante,ꝛc.l,Stichus qui meus erit.⁊ ibi Bar.de leg.primo.
vt sit sensus,ꝙ de illis predijs , de quorū directo dominio
docebitur,teneātur recognoscere,⁊ soluere, ꝛc.de alijs ve-
ro nō.Hoc etiā aperte docēt ista verba,⁊ iam recognitas,⁊
recognoscēdas que intelligūtur ſm precedētem qualitatē,
scʒ que tenētur sub dn̄io, ꝛc.l.in repetēdis.⁊ ibi late Bart.
de leg.iij.Hoc apertiꝰ probāt verba sequētia ibi,⁊ pro alie
natiōe prediorū,que tenētur sub maiori dominio,dicto do
mino de Cotigniaco soluatur,ꝛc.vbi, lex trāsactiōis aper
tius declarat:⁊ de necessitate requirit,ꝙ talia predia pro-
bētur teneri sub maiori dominio, ꝛc.Que etiā qualitas, lʒ
adiecta in sequēti clausula,cēsetur magis,atq; apertius re
10 petita in precedētibus propter repetitionē,† ⁊ cōtinuatio-
nē rei,cui adijcitur,d.l.in repetēdis.⁊ ibi doc.de leg.iij.Ex
quibus omnibus concludo,ꝙ per illas recognitiones,sed
nec per subsequutā trāsactionē nō possunt cogi , nec pote-
rūt homines de Cotigniaco,predia possidētes , siue reco-
gnouerint,siue nō,ꝯpelli ad recognoscēdū eorū predia,que
possidēt.Nec pro illis ad soluendū canonē vel cēsum , sed
nec pro alienatione illorū exquirere cōsensum domini mi-
nusq; laudimiū,siue trezenū soluere:ſm formā.l.secunde.⁊
tertie.C.de iu.emphy.nisi dn̄s probet aliter dominiū dire-
ctū, ꝛc.quod de necessitate requiritur in hac parte.d.l.ij.⁊
iij.hoc etiā docent verba trāsactionis,ibi, ab emptoribus
debētibꝰ laudimiū.Et certū est, ꝙ dn̄o directo debetur.d,
l.fi.⁊ ab emptore.vt ibi no.Si ergo nō probet se dominum
ergo ei nō debetur,ꝛc. Et pro hac parte facit cōmunis o-
mniū doctorū sentētia,quā tradunt docto.omnes in.d.l.ij,
in glo.repellere.Et ibi late dn̄s Jaso.qui dicūt,⁊ cōcludūt,
ꝙ ad hoc vt dn̄s possit expellere emphyteutā cessantem in
solutione canonis,necesse habet probare duo copulatiue,
Primo,ꝙ ipse est dn̄s directus, ⁊ ille est eius emphyteu-
ta illius rei, a qua vult eum expellere. Secūdo ꝙ cessauit
11 triennio,ꝛc.Fateor† tamē ꝙ licet dicte recognitiones non
probent dominiū,poterit tamē dn̄s ex illis cogere tales re
cognoscētes actione personali ex stipulatu ad prestationē
cēsus,quē recognoscētes singulis annis soluere pmiserūt,
si intercesserit stipulatio.l.si certis annis.in fi,C.de pact.⁊
etiā eiꝰ heredes.l.veteris.C.de cōtrah.⁊ cōmit.stipul.Nō
tamē per eas recognitiones cogi poterunt singulares suc-
cessores,ad quos nō trāsit obligatio personalis.l.j.§.si he-
res.ff.ad trebel.⁊ est no.text.in.l.fi.§.fi.ff.de cōtrahen.em-
ptio.⁊ vendi.Fateor tamē ⁊ pro cōstāti dico, ꝙ tales reco-
gnoscētes,⁊ sui heredes possunt excusari a prestatione cen
sus,⁊ canonis promissi,docēdo de errore:quē faciliter do-
cere poterunt, ostendendo res ipsas, siue predia recognita
tempore recognitionis, ⁊ ante,fuisse sua,⁊ suorum paren-
tū,⁊ illa possedisse libere absq; prestatione cēsus,ꝛc. Pro-
bato igitur errore reuocabitur talis confessio, siue recogni
tio.d.l.cū falsa.C.de iur.⁊ fac.igno.⁊.d.l.si rē aliqua.⁊ vol-
que late per doct.ff.de acqui.pos.¶ Tertia qō est de peda-
gio de Carceribus:pro quo conuētū, ⁊ trāsactū fuit presta
ri ab hominibus de Cotigniaco ad locū de carceribus de-
clinātibus cum mercantijs, ⁊ rebus , pro quibus debetur
dictum pedagium ad rationem denariorum trium pro
qualibet salmata.in qua questione dico premittēdo ꝙ do-
minus dicti Castri pedagiū exigit cum beneplacito prin-
cipis.iuxta.l.j.ij.⁊ iij.C.noua vecti.insti.non pos.ꝙ dictus
dominus non potest exigere ex forma transactionis, nisi
id quod verbum sonat, id est, id quod conuentum est inter
partes ad rationē trium denariorū pro vna sarcina ita ꝙ
pro media sarcina exigetur denarius cū dimidio:pro ter-
tia parte sarcine vnus denarius, pro sexta parte sarcine
medius denarius,⁊ sic de singulis:ita sonat transactio,que
seruanda est.l.causas.⁊.l.si quis maior.C.de transactioni-
bus.Et cessante transactione,ita fieret exactio de iure,sci-
licet tantum pro rata sarcine , pro qua exigebatur octaua
pars rerū, que deuehebātur.iurib.allegatis.⁊.l.ex presta-
tione.C.de vectigalibus , ⁊ commissis. Cum non auara ⁊
excessiua debeat esse exactio, sed equa.l.vniuersi.⁊.l.om-
nium.illo tit.⁊ tales illicitas exactiōes prohibet imperator,
cum nō sit equum tantū pro vno castro prestari,q̃ pro vna
sarcina:⁊ tales exactores auaros , ⁊ cupidos pena capitali
prosequitur.d.l.vniuersi.C.de vectigalibus, ⁊ commissis.
Si ergo de iure exigebatur octaua tantum pars rerū, que
deuehebantur,ita hodie de pecunia loco rei subrogata fiet
tantū exactio pro rata rerum,que deuehuntur secundum
maius,⁊ minus:per iura superius alleg.Et ita cauit trās-
12 actio,ꝛc.¶ Quarta questio est de decima ,†quā homines
de Cotigniaco terrā gastam cultiuantes sub.xviij.portio-
ne fructuū, ꝛc.ante solutionē diete decime octaue partis
prius detrahere volunt,⁊ deo prestare,in qua questione di-
co,ꝙ sicut colonus de parte fructuū, que sibi remanet ra-
tione culture , sic ⁊ dominus de portione, quā percipit ra-
tione terre,decimā Deo prestare tenetur.c.tua nobis.ppe
finem , de decimis.⁊.c.a nobis.illo tit.quod est verum,nisi
colonꝰ de toto blado in cōmuni decimā Deo prestitisset:
quo casu cū portio domini sit iam decimata, illā amplius
decimare nō tenetur, vt no.glo.in verbo,sic ⁊ dominus.in
d.c.tua nobis.⁊ ibi Panor.potest autem colonus si velit,
antequā soluat domino suam quotam portionē de fructi-
bus per eū collectis, soluere decimā Deo , que ante iura
domini tēporalis detrahenda est.text.est in.c.cum non sit.
⁊ ibi Pan.de decimis.⁊ sic restat soluta questio.¶ Quin-
13 ta questio est de officialibus,⁊ ordinationibus.Et† ponde
ro verba transactionis,per quā datur libera facultas vni-
uersitati de Cotigniaco faciendi ordinationes, quas do-
minus ⁊ sui officiales obseruare tenētur. Quod sane intel
ligendū est, nisi sint ambitiose:per.l.ambitiosa.ff.de decre-
tis ab ordine faciēdis.hoc etiā extra trāsactionē dicte vni
uersitati a lege cōceditur.l.quod semel.illo ti. Et premitto,
ꝙ ciuis,vel incola morā trahēs in loco de Cotigniaco,nō
potest exercere officiū in eodē loco.l.finali.C.de crimin.sa-
crilegij:⁊.l.nullus apparitor.C.de diuersis officijs,lib.xij.
alias incurrūt penas,de quibꝰ in dictis iuribꝰ,inter quas
est hec, vt eximi debeat a matricula ciuiū dicte vniuersita-
tis,⁊ priuari omni cōmoditate,⁊ priuilegio ciuiū.d.l.nul-
lus.Et est ratio,q2 exercēdo talia officia pro dn̄o,militant
tales cōtra cōmodū ⁊ vtilitatē loci sue originis,quē locum
defendere tenētur, in auth.de defens.ciuita.§.si qua vero.
colla.iij.⁊ merito tanq̃ indigni expellendi sunt a cōsortio
ciuiū: vt inter ciues amplius nō habeātur.d.l.nullos.⁊ pri
uilegijs ⁊ cōmoditatibus dicte vniuersitatis amplius nō
gaudeāt, vt ibi.⁊.c.fi.de postulādo.poterit ergo dicta vni-
uersitas facere statutū,siue ordinationē generalē,generali-
ter oēs cōprehendētē.iuxta.c.cū oēs.⁊ ibi Panor.de cōsti.
ꝙ nullus ciuis incola, vel habitator dicti loci , audeat seu
presumat amodo inantea,exercere aliquod officiū publicū
in eodē loco de Cotigniaco:puta officiū iudicis,baiuli,cla
uarij,vel ipsorū locūtenentis.Nec cōtra dictā vniuersitatē
procurare,aduocare,vel aliquo alio modo pro alio interce
dere sub pena cētū scutorū pro quolibet,⁊ vna qualibet,ap
plicāda pro medietate curie dicti loci, ⁊ pro alia medietate
dicte vniuersitati.Et ꝙ tales officiales procuratores , seu
aduocati requisiti per syndicos dicte vniuersitatis coram
notario ⁊ testibus statim ab officio non desistant, ipso iu-
re absq; alia declaratiōe,tanq̃ infames, ingrati, ⁊ indigni
sint priuati omni honore,omniq; cōmoditate priuilegiorū
⁊ libertatū dicte vniuersitatis vsq; ad primā ⁊ secūdā gene
rationē:⁊ ꝙ tanq̃ tales depingātur , ⁊ depingi possint ad
perpetuā rei memoriā in parietibus domꝰ cōsilij dicte vni-
uersitatis, vt ceteris cedat exēplariter in terrorē. Et hāc or
dinationē insinuabūt syndici prefato magnifico dn̄o, vt il
lā obseruet,⁊ obseruari faciat,iuxta formam trāsactionis,
quā si obseruare recuset,denegāda sunt ei iura omnia, que
dicto magnifico dn̄o ex trāsactiōe debētur,c.iij.de iureiur.
⁊.l.cū proponas.cū similibus.C.de trāsac.cū frangēti fidē
ꝛc.vt ibi,⁊.ff.pro socio.l.si conuenerit.l.cū proponas.C.de
pac.⁊.xxviij.q.ij.si infidelis.ꝛc.cū.sim.¶ Sexta q̄stio est de
illis flor.v.annuis, quos dn̄o dicta vniuersitas soluere p-
misit pro annuo,super cēsu furni, seu furnorū ad accapitū
14 dicte vniuersitati,per predecessores,d.d.datorū.Dicotigi
tur ꝙ si nō constet de accapito vniuersitatis talis promis-
sio est nulla,⁊ aduersus illā subuenitur vniuersitati per ex-
ceptionē doli.l.si cū te.⁊ ibi Bart.Bald.Ange.⁊ Pau.de
Cast.ff.de pac,l.elegāter.in prin.cū si.ff.de cōdic.indeb. Et
est rō,q2 ipsa vniuersitas ideo promisit,q2 putabat se tene-
ri,⁊ ideo fuit decepta, vt ibi,⁊.l.ꝙ cū tutoribꝰ.§.ꝙ per fal-
laciā.ff.de trāsact.Si enim sciuisset se nō teneri ex accapi-
to,nō promisisset.l.cū tale.§.legato.ff.de cōdi.⁊ demō. Et
ideo cessante causa finali propter quā facta est promissio,
cessat

cessat ⁊ ipsa promissio. l. ij. §. fi. ⁊ ibi doct. ff. de dona. Et dicitur causa finalis hec, scz accapitũ sub annuo cẽsu floren. v. que si vera esset, obligaret ⁊ arctaret. d. vniuersitatem ad hãc promissionẽ faciẽdã: vt declarat singulariter Pau. de Cast. post Bar. ⁊ Ang. in. d. l. si cũ te. ff. de pac. Bar. in. l. damus. ff. de cõdic. indeb. ⁊ in. l. demõstratio. §. j. ff. de cõdit. ⁊ demõ. Cũ ergo furnus cõstructus per vniuersitatẽ, in quo principaliter panis decoquitur, presumatur liber. l. altius. C. de serui. ⁊ aqua. vt dictũ est supra, in. ij. q. certe dñs pbare haberet seruitutẽ accapiti, de qua in. d. trãsactiõe. d. l. alti⁹. ⁊ in iuribus superius allegatis, ⁊ no. Bal. in addi. ad Spe. in ti. de emphyt. §. nũc aliqua. ver. lxxvj. per. l. in tradẽdis. ff. comm. pred. ⁊. c. in presentia. de prob. qua probatione cessante, cessabit ipsa pmissio, que p exceptionẽ doli submouebitur. d. l. si cũ te. cũ si. superi⁹. alle. ¶ Septima questio ⁊ finalis est, de defenso de la Fara, in qua ɔcludo ꝙ in illa abolitione defensorũ, de qua in trãsactione, non includitur. d. defensum de la Fara, quod est situm in territorio de Carceribus, ⁊ trãsactio ipsa legitur facta de defensis territorij
15 de Cotigniaco: ⁊ † generalis abolitio defensorũ refertur ad specificata. l. legatorũ. §. fi. ⁊ ibi Bar. de lega. ij. quoniam generalis renũtiatio restringitur ad cõtractũ, super quo interponitur. l. iubemus. ⁊ ibi Bal. C. ad Velleia. actus aũt contrahentiũ nõ extendit, vltra voluntatẽ eorũ. l. non oĩs. ff. si cert. pet. Et ideo dico, ꝙ si dictũ defensum de la Fara, tẽpore cõcessionis, ⁊ licẽtie date vniuersitati, ⁊ hominibus de Cotigniaco de pastrudo vsq3 ad flumẽ argẽtij, iam erat constitutũ, certe per illã licentiã pastrudi non videtur data licẽtia pastrudi in dicto defenso de la Fara, quã dñs verisimiliter nõ dedisset, nisi in specie seu specifice. l. cũ qs. de solut. l. stichum. §. vsusfruct. ff. de fideicõ. lib. l. qui peculij. ⁊. l. ꝙ Tuberonis. ff. de pecul. Si vero eo tẽpore defensum nõ erat cõstitutũ, q2 de licẽtia trãsiuit in speciẽ seruitutis, non potuit. d. d. in preiudiciũ dicte seruitutis iuris pascẽdi inuitis dictis hominib⁹ de Cotigniaco cõstituere defensum in. d. pascuis. l. j. ⁊. ij. ⁊ ibi docto. C. ad leg. Aquiliam. ⁊. l. j. ij. ⁊. iij. ⁊ quasi toto tit. C. de serui. ⁊ aqua. ⁊. l. sed si inter me. cum si. ff. de serui. vrba. predi.

¶ Rub. De offi. iud. qui ma. iudica. ¶ Consilium. ccviij.

¶ Epitome.

¶ Iudex quas literas male laxauit reuocet. V. F.

1 ☞ Verbis cessantibus cessat ⁊ dispositio.
2 Forum vbinam quisque sortiatur.



Nullum fuit exhibitũ in forma publice obligationis, vel submissionis instrumentũ parte nobilis Gilleti de Ameysino, dñi de Vernax, contra Stephanũ ⁊ Petrũ Bertrãdi fratres, per qđ apparuerit spectabili viro do. Vicebailliuo curie maioris Viennẽsis, ⁊ terre Turris, fuisse, vel esse submissos, vel quomodolibet obligatos ad recognoscẽdum, se tenere, ⁊ possidere de ⁊ sub dominio directo dicti nobilis Gilleti terrã, ⁊ viridariũ, de quibus in quibusdam suis pretẽsis literis ɔpulsorijs, in quibus sermo habetur de ei dando ⁊ soluẽdo quedã pretẽsa arreragia pretextu, ⁊ ad causam certi pretẽsi annui cẽsus duorũ solidorũ, ⁊ decẽ denariorũ, eidẽ nobili Gilleto, vt pretẽdebat debiti. Quod si ita est, imo quia ita est, nõ debuit, nec de iure potuit in vim pretẽsi Delphinalis statuti, seu rubrice, de literis cõpulsorijs, ⁊ precisis ɔcedẽdis, eidẽ de Ameysino ɔtra eosdẽ Stephanũ ⁊ Petrũ literas cõpulsorias concedere. Cuius illa
1 assignatur ratio: q2 † cũ verba statuti huiusmodi cessarint, cessauit propterea ⁊ illius dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. iiij. §. toties. ff. de dãno infec. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. ⁊. l. ita autem. cũ suis simil. ff. de administra. tuto. quod etiã voluit Bald. in. l. si quis nõ dicã rapere. versic. ⁊ in istis omnibus aduocatus debet esse cautus. C. de episc. ⁊ cleri. post Io. And. in. c. j. de homicid. in. vj. idẽ etiã voluit Pau. de Cast. cõsi. iiij. ⁊ cõsi. xj. ⁊ cõsi. xxij. Roma. cõsi. cxcix. exord. Presens statuti particula: in principio cõsil. ccccxlij. exord. Vt decisionem accipiat presens cõsultatio, ⁊ cõsi. ccccl xij. exord. Quoad propositã consultationem, in qua queritur, ⁊c. Alex. de Imo. consil. xvij. exord. Requisitus in causa vertente, ⁊c. in primo volum. ⁊ cõsi. j. versi. postremo. in tertio volu. Andr. Barba. consi. xxj. exord. Preclare dicit diuina veritas, ⁊c. versicu. modo arguo sic. in secunda parte, ⁊ domi. Tort. in suo consil. exord. Domine Deus meus qui illuminas omnẽ hominẽ viuentẽ in hunc mũdũ, ⁊c. Non ergo debuit idẽ do. Vicebailliuus pretextu, ⁊ ad causam expositorũ parte dicti de Ameysino cõcedere literas cõpulsorias, sed iuxta dispositionẽ iuris cõmunis debuit mãdare eos citari: imo magis debuit decernere literas requisitorias dirigẽdas ad magistratus, penes quorum iurisdictionẽ, ⁊ districtũ dicti Stephanus ⁊ Petrus pro tempore notorie degebãt: ⁊ quidẽ nõ vt peregrini, nõ vt vagabundi, vel alias nullã habẽtes fixã habitationẽ, ⁊ maxime, idẽ Stephanus, cuius habitationẽ, ⁊ domicilium aliquando, ⁊ sepe adiuit idẽ do. Vicebaillius Viennensis, adiuit etiam, ⁊ scit idẽ de Ameysino
2 aduersarius. Adijcio † ꝙ licet ratione rei quis sortiatur forũ in loco seu territorio vel districtu, in quo sita existit, hoc tamẽ sane intelligendũ est, si ibi reperiatur, quod cũ expedierit deo duce ostẽdetur. Preterea esto, vt potuerit idem de Ameysino suum processum inchoare a literis cõpulsorijs, ⁊ hoc in vim dicti pretẽsi Delphinalis statuti, prout pfecto nõ potuit, ille tñ precise fuerũt, ⁊ sunt nulle: ⁊ signãter quoad illa pretẽsa arreragia, que sibi deberi pretẽdebat idẽ de Ameysino: cũ ille, si tñ, ⁊ quatenus illarũ copia, que mihi missa extitit, nullã certam quãtitatẽ, seu summã cõtineat. Et ita nõ potuerũt quoad hoc, super eis litere precise, ⁊ que vim ⁊ authoritatẽ rei iudicate obtinerẽt, cõcedi: vtpote, que nec in se, aut per se, vel per relationẽ aliã certam summã cõtinerẽt. quã tamẽ cõtinere debet sentẽtia cõdẽnatoria: nõ ergo potuerunt in exequutionẽ quarũdã pretensarũ precisarũ parte dicti de Ameysino a dicto do. Vicebailliuo obtẽtarũ, viridariũ ⁊ terrã predictã, de pignore capi, ⁊ deinde subhastari, seu incantari. Preterea mirandũ est ꝙ exequẽdo dictas pretẽsas literas precisas, dictũ nõ extiterit, pro qua quãtitate, seu summa caperẽtur de pignore terra ⁊ viridariũ, de quibus supra, ⁊ longe plus mirãdũ est, ꝙ nulla summa oblata, terra, ⁊ viridariũ huiusmodi, eidẽ de Ameysino expedite extiterint: ⁊ ꝙ nõ vocatis eisdẽ Stephano ⁊ Petro dicturis cõtra incãtus fuerint per ipsum do. Viceballiuũ cõcesse litere precise missionis in possessionẽ. Nõ enim nescit idẽ Stephanus, quin in licitatione, seu incãtu potuerit idẽ de Ameysino, vel alius pro eo, offerre vt quilibet: sed nõ apparet ꝙ vel ipse, vel alius pro eo, aut alius quiuis aliquid obtulerit. Et ita sine causa ⁊ titulo, fuerũt terra, ⁊ viridariũ eidẽ de Ameysino liberate, ⁊ ipse in possessionẽ missus, ⁊ sic nulliter ⁊ de facto, ⁊ in iniuriam dictorũ Stephani, ⁊ Petri. Quibus propterea nõ obstãt allegata in quadã pretẽsa cõparitione, seu schedula parte eius, in hac producta, exordiente nobilis vir Gilletus, ⁊c. Quoniã respõdeo, ꝙ in impetratione dictarũ pretẽsarũ literarũ cõpulsoriarũ precisarũ, ⁊ in incãtibus ⁊ alijs inde sequutis, nõ fuerũt obseruata ea, que seruãda presupponit: ⁊ eadẽ disponit Delphinale statutũ, sub rubrica, ordo, seruãdus, ⁊c. ex aduerso allegatũ. ⁊ sic nõ potest, nec debet huic casui adaptari: q2 verba prout oportet, bene intellecta cessant: ergo ⁊ dispositio. d. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. iiij. §. toties. ff. de dãno infect. l. j. §. loquitur lex. ff. de aqua quotid. ⁊ esti. ⁊ alijs iuribus superius plenius allegatis. Quamobrẽ nõ obstãtibus propositis allegatis, ⁊ deductis parte dicti de Ameysino, que nõ obstant, petunt dicti Stephanus, ⁊ Petrus, seu eorũ legitimus procurator procuratorio nomine eisdẽ, prout iam petierunt, ⁊ alias dictas pretẽsas cõpulsorias ⁊ precisas literas inde sequutas declaratas fuisse, fore, ⁊ esse nullas, ⁊ quatenus de facto, vel alias processerunt: cassandas, ⁊ reuocandas; Et alias in ⁊ super premissis.

¶ Rub. Commu. diuid. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccix.

¶ Diuidentes bona fideicommissum remittere non censentur: sed potest condiuidentis heres illud petere, nõ obstante authoris sui iuramento. V. F.

1 ☞ Diuidentes bona, qui erant grauati, an ⁊ quando fideicommissum remittere censeantur.
2 Scientia testamenti duplex.
3 Aditio hereditatis an ⁊ quando certitudinem quote ab herede exigat.
4 Renuntiari legi an ⁊ quando possit: ⁊ nu. 6.
5 Iuramentũ infirmã renũtiationem an ⁊ qñ firmet. ⁊ nu. 8.
7 Iuramentum vim expressi habens: ⁊ de eius relaxatione.
9 Iuramentum personale est, ideo heredem iurantis non illaqueat.
10 Causa impulsiua cessante non cessat dispositio.


QUesitum Est an per diuisionem quam cum clausulis,
de quibus in ea, fecisse leguntur nobiles
quõdam ⁊ generosi viri, Joannes ⁊ Ful
co de Ponteues, filii naturales, ⁊ legiti
mi domini Fulconis de Ponteues, tunc
domini Cotigniaci, ⁊ de Bargema: ⁊ ipso domi. Fulcone
presente, ⁊ authorisante, censeri debeant dicti nobiles
Joannes ⁊ Fulco remisisse fideicommissum, quod antea
magnificus, ⁊ potens quondam vir, do. Fulco de Ponte
ues eorum auus paternus, in suo vltimo, ⁊ nuncupatiuo
testamento reliquerat. Pro cuius dubii faciliore solutio
1 ne premitto, † ꝙ licet ⁊ olim, ⁊ hodie fuerit, ⁊ sit questio, an
per simplicem diuisionem factam per grauatos, censeatur
remitti fideicommissum ipsis diuidentibus, vel eorum al
teri sub conditione relictum, vt videri potest in his que
scribunt glos. ⁊ docto. in. l. qui Rome. §. duo fratres. ff. de
verbo. oblig. communiter tamen dici solet ꝙ non. l. cũ pa
ter. §. hereditatem. el. ii. ff. de lega. ii. l. qui cum tutoribus. in
principio. secundum vnam lecturam. ff. de transactio. ⁊ d.
l. qui Rome. §. duo fratres. secũdũ lecturam Hugo. com
muniter ibi approbatam, ⁊ in. l. tres fratres. ff. de pact. ta
men non solum, non remittitur fideicõmissum huiusmodi
per simplicem diuisionem, sed nec etiam remittitur, si diui
dentes, mutuo ⁊ vicissim sibi promittant nihil se contra
diuisionem huiusmodi facturos, etiam si dicant facere si
bi inuicem finem, refutationem, ⁊ quietationem: ⁊ ꝙ nullo
vnquam tempore litem, aut controuersiam inferant sub
pena, ⁊ cum iuramẽto, pro quo remisisse sufficiat ad ea que
post glo. Barto. ⁊ sequa. late prosequitur Alex. de Jmo. in
d. l. qui Rome. §. duo fratres. versi. secunda solutio Ro
gerii, ⁊c. ⁊ multis sequent. Et hec procedunt etiam in ha
bentibus notitiam conditionalis fideicommissi: vt satis
colligi potest ex iis que magis communiter not. doct. in. d.
§. duo fratres. Premitto insuper ꝙ licet in instrumento
diuisionis reperiantur multe, ⁊ ample clausule, ⁊ quarum
alique sunt inusitate, ⁊ quas nescio si intellexerint illi no
biles diuidentes, tunc minores: tamẽ nõ reperio ꝙ in clau
sulis huiusmodi, vel alibi, in instrumento predicte diuisio
nis fuerit aliquid positum, vel descriptum, per quod appa
reat, vel ex quo colligi possit dictos nobiles Joannem, ⁊
Fulconem habuisse opportunam notitiam dicti fideicom
missi: quanuis enim cassatis primitus, ⁊ annullatis omni
bus, ⁊ singulis, quibus diuisio, ⁊ alia per eos tũc facta, aut
ex ipsis aliqua cassari possent, infringi, seu etiam annulla
ri, fecerunt diuisionẽ predictam, ⁊ voluerunt, ꝙ iuxta ⁊ se
cundum tenorem illius, aliqua ex bonis, ⁊ castris, ⁊ aliis
bonis inibi mentionatis, peruenirent ad dictum nobilem
Fulconẽ, ⁊ ad suos heredes, ⁊c. ⁊ alia castra, ⁊ bona etiam
inibi mentionata peruenirent ad dictum nobilem Joan
nem, ⁊ suos heredes, ⁊c. quacunque conuentione seu pa
ctione, vel promissione parentum suorum antea factis, vel
ex tunc imposterum faciẽdis, siue ex testamento, siue ab
intestato, in contrarium forsitam facientibus, non obstan
tibus, non fuit tamen ibi, aliquid expressum, in specie de
testamento dicti quondam do. Fulconis aui paterni isto
rum diuidentium. Non ergo videntur debere censeri remi
sisse dictum fideicommissum. l. j. ff. quemadmo. testa. ape. ⁊
l. de iis. ff. de transact. per quam ita determinauit Bart. in
d. l. qui Rome. in. v. q. quem sequitur ibi Paul. de Castr.
versic. si autem non diceretur, ⁊c. quatenus remitte ad ibi
not. per Bart. istam eandem sententiam Barto. sequitur
ibi Joan. de Jmo. versicu. secunda questio est quid iuris si
fratres diuiserint, ⁊c. illam doctrinam etiam sequitur ibi
Fran. de Are. versi. secundo principaliter adde inquãtum
Bart. in. v. q. illam etiam ibi sequitur Alex. de Jmo. versi.
item inquantum Bart. ⁊c. qui ad hoc multa inducunt que
ibi videri possunt, quibus addo, ꝙ cum tempore dicte diui
sionis adhuc superesset dictus do. Fulco heres ⁊ filius di
cti do. Fulconis, ⁊ pater dictorum nobilium Joannis, ⁊
Fulconis, nihil est propter quod presumi debeat eos ha
buisse notitiam dicti fideicommissi. Et sic non censentur
illud remisisse. Fateor tamen ꝙ Ange. in. d. §. duo fratres.
aliter sensit ex eo quia cognitio vltime voluntatis nõ pro
pter aliud desideratur a iure, nisi vt ignorantibus nõ pos
sit tam graue preiudicium generari, solent enim discordie
que oriuntur ex testamento, communiter esse magni pon
deris. Et ideo voluit lex paciscentem vel transigentem ha
2 bere † cognitionem testamẽti. Que secundum Ang. potest
dupliciter considerari: vno modo in specie: ⁊ ista sufficit se
cundum omnes. Aliomodo in genere, ⁊ istam etiam dicit
Ang. sufficere: per id quod habetur in simili, in. l. qui iure.
ff. de testa. mil. vbi dicitur sufficere ad filiũ exheredandũ ꝙ
miles in genere cogitauerit filiũ exheredare, etiã si ipsum
haberet: quanuis in specie se habere ignoraret. Pro hoc
3 etiam adducit, quia † ille, qui habet hereditatem, debet esse
certus de quota: ⁊ tamen si nõ est certus in specie sed in ge
nere, vt quantacunque sit quota huiusmodi, vult esse he
res: valet, ⁊ tenet aditio huiusmodi. l. si ex parte. ff. de ac
qui. heredi. Similiter ille, qui vult adire hereditatem, de
bet esse certus de viribus testamenti: ⁊ tamen si proferan
tur duo testamenta, in quorum quolibet fuerit vnus ⁊ idẽ
diuersis temporibus heres institutus, ⁊ dubitetur quod
ex testamentis huiusmodi preualeat, poterit heres institu
tus, si vult esse heres, adire hereditatem ex quocunq; te
stamentorum huiusmodi sibi deferatur hereditas, ⁊ ita di
cit Ang. de facto fuisse Padue iudicatum. Et ideo cõclu
dit, ꝙ cum paciscientes, vel transigentes in genere de testa
mento cogitent, quantumcunque illud ignorent in specie
debent posse renũtiare iuri suo. Nec est ratio in oppositum
secundum eum, nisi forte dicatur, ꝙ de formali solennita
te sit scientia testamenti, quod sibi non placet: cum possit
scientia diu precedere trãsactionem. Sed hec opinio Ang.
non placuit Joan. de Jmo. nec Franc. de Are. in. d. §. duo
fratres. qui propterea illã impugnant multis rationibus,
⁊ bonis fundamẽtis. Jo. videlicet de Jmo. in. d. §. duo fra
tres. versi. tu adde ꝙ hec sua opinio non videtur vera, ⁊c.
⁊ Fran. de Are. versi. sed Jo. de Jmol. hic reprehendit ista
dicta. Hanc opinionẽ Angel. etiam reprehendit Alex. de
Jmo. in. d. §. duo fratres. versic. Jo. de Jmol. hic dicit hanc
opinionem Ange. nõ videri veram. ⁊ Roma. consi. ccccii.
exord. Pro decisione proposite consultationis tria arbi
tror esse discutienda, ⁊c. versi. qr quicquid dixerit Ange. in
hoc errans, ⁊ mouentur isti per. d. l. de iis. cum ibi no. ff. de
4 transac. quia illi † non potest renuntiari secũdum commu
nem opinionem quam ibi sequitur Bart. ⁊ Jaco. Butr.
quanuis glo. ibi senserit contrarium: sed non bene, secun
dum eum cum illa lex non sit principaliter inducta ob fa
uorem illorum, quibus relinquitur in testamento, sed in
odium occultantiũ testamenta ob fauorẽ publicum: vt vi
delicet, vltime morientium voluntates sortiantur effectũ,
⁊ ꝙ nõ possit renũtiari. d. l. de his. etiã tenuit Jo. de Jmo.
in. d. §. duo fratres. Franc. de Aret. consi. xciii. exord. Viso
legato facto. versic. circa tertium dicendũ est, ⁊c. multa pro
hac parte inducit do. Jason May. in. d. l. de iis. versicu. in
tertia parte glo. habes, ⁊c. Ex quibus omnibus videtur nõ
solum, ꝙ dictum fideicõmissum remissum nõ extiterit, sed
etiã ꝙ per dictos nobiles Joannem ⁊ Fulconẽ dicti testa
mẽti ignaros, ⁊ inscios, ⁊ tales de iure presumptos remit
ti non potuerit. Et hoc videtur plane procedere, si dicti no
biles Joannes, ⁊ Fulco, castra ⁊ bona predicta diuisissent,
⁊ fecissent talia, de quibus in instrumento diuisionis hu
5 iusmodi nullo interueniente iuramẽto. Sed † qr iuramen
tum in eis interuenit, videntur ipsi cum iuramento po
tuisse remittere fideicommissum huiusmodi per regulã. c.
cũ contingat. de iureiur. ⁊. c. quanuis pactũ. de pac. in. vj. qr
ex quo iuramentũ potest seruari sine interitu salutis eter
ne, illud videtur seruandũ, quod etiã voluit Jo. de Jmo. in
repeti. d. c. cũ contingat. versi. sextã ⁊ vltimam, an videlicet
possit renuntiari. l. de iis. ⁊c. Cuma. in. l. si quis pro eo. in
principio. ff. de fideiusso. Alex. de Jmo. in. d. §. duo fratres.
versic. videtur vno saltẽ casu dici posse saluari opinionem
Ang. ⁊c. ⁊ consi. xj. exord. Viso ac vt oportet, considerato.
6 versi. potest ⁊ tertio respõderi in. ij. volu. qr † legibus etiam
prohibitiue loquentibus potest cum iuramento renũtiari,
vt firmauit Jo. And. in addi. Spec. tit. de instru. edi. §. por
ro. circa fi. Bal. in. l. antique. §. fi. in fi. C. ad Velleya. Alex.
de Jmo. in. l. si constante. §. quoties. ff. solu. matri. ad quod
facit quod no. Bart. ⁊ Ang. in. d. l. si quis pro eo. in tertio
membro. vbi concludunt, ꝙ quando cõtractus nõ valet ra
tione publice vtilitatis, vt in casu quo queritur cõtractus
firmatur iuramẽto, in. d. c. cũ cõtingat. de iureiur. Etiã pro
premissis facit quod voluerunt Bar. ⁊ Ang. in. d. l. si quis
pro eo. in quarto membro. vbi cõcludunt, ꝙ quãdo prohi
betur cõtractus, principaliter in odiũ alicuius, vt est in pa
cto legis cõmissorie in pignoribus quod principaliter repro
batur odio creditoris. l. j. ⁊ fi. C. de pact. pign. tenetur iurãs
obseruare iuramẽtum. c. significante. de pigno. ergo esto, vt
d. l. de iis, principaliter inducta extiterit odio occultãtium
testamẽta: debet tamen seruari iuramentũ: ⁊ sic conuentio
seu

seu pactio iurata, per quã videlicet, vel verbis expressis, vel per verba equipollentia fuit cũ iuramento renuntiatũ.d.l. de his. & q̃ nõ solum verbis expressis, sed etiã verbis equipollentibus possit illi legi cum iuramento renuntiari, tenuit Alexan.de Imo.in dicto, consil.xj. vbi voluit q̃ per ista verba apposita in instrumento: & que communiter de stylo notariorum ponuntur, scilicet, q̃ predicte partes renuntiant exceptioni doli, condictioni indebiti, & omni legum auxilio, si hoc fiat cum iuramento intelligatur derogatum dicte.l.de his per doctrinam Barto.declarantis effectum illius renuntiationis, omni legum auxilio, &c. in authẽ. matri & auie. & quod ibi Bald.C. quand.mul.tute.offi.fungi potest. Bart. in.l.si sub conditione.ff. de testamen.tute. Specu.titu.de renuntia.§.j.versicu.& quia. & versicu.quid si quis. Quod etiam voluit domi. Jason May. in.d.l.de his. Et confirmatur doctrina omnium concludẽtium sufficere generalem renuntiationem cum iuramẽto. vt in.l.sciendum.ff.de verbo.obligatio. per Barto. in authent.sacramenta puberum.C.si aduer.ven dit. Etiam ad premissa faciunt not.per domi.Jason.in.l. si quando. §. & generaliter.versicu.limita predicta valde singulariter. C.
7 de inoffi.testamen.vbi not.q̃ si † in renuntiatione generali facta eo casu, quo requirebatur specialis, iuramentum interuenerit, illud habet vim expressi: vt dicit Bald.in.l.j. in.ij.q.C.commoda. & Roma.in.l.j.§.si quis ita.ff. de verbo.obliga.quod tamen debet limitari, vt not. idem domi. Jason May.in.l.sed & si quis.§. quesitum. ff. si quis cautio.videtur igitur attentis clausulis, de quibus in instrumento predicte diuisionis, & iuramento per eosdem nobiles prestito, q̃ ipsi voluerint sibi mutuo, & vicissim remittere dictum fideicommissum. Quodq; illud remittere potuerint, & de facto remiserint: insuper & q̃ huiusmodi remissio ratione iuramenti, erat inter eos seruãda. Uerum quia dicta. l. de ijs fuit inducta in odium occultantium testamenta, vt predixi. Est tamen aduertendum, q̃ vt dicit Alexan.de Imo.in.d.§.duo fratres.vers.& posito q̃ iuramentum validet, dicta.l.de his est inducta in odium occultantium testamẽta: ob quod ille, qui cum iuramento remisit, &c. non visis & inspectis verbis testamenti, vel non habita illius notitia, potest petere absolutionem a iuramento, per ea que not.Bart.in.d.l.si quis pro eo, in quarto mẽbro, vbi clare hoc sensit. & per ea que notant docto. in dicto c.cum contingat.in dicto quinto membro. Uidetur igitur q̃ si dictus nobilis Joannes, a quo descendisse dicitur per lineam masculinam nobilis & potens vir domi. Antonius de Ponteues dominus castri de Bargema, hodie viueret, & contigisset dictum nobilem Fulconem decedere sine masculis, &c. vel euenisset casus, qui euenit, potuisset idem nobilis Joannes petere se absolui a iuramento, & obtenta absolutione, petere fideicõmissum, per dictũ quon
8 dam dominum Fulconem testatorẽ relictum: quia † q̃uis iuramentum eum astringeret ad obseruationem conuentionis iurate, illam tamen non firmauit, vt in dicto quarto membro.not.Bar.& doct. in.d.l.si quis pro eo. & Cano. in dicto.c.cum contingat.quod si ita est, imo quia ita est, videtur q̃ dictus domi. Antonius possit, non obstantibus diuisione, & alijs de quibus in dicto instrumento, petere fideicommissum. & pro illo agere. non enim sibi obstat iuramentum etiam si heres existat dicti quondam nobilis Jo
9 annis condiuidentis: quia † iuramentum est personale, & propterea non potest ex iuramento per dictum quondam nobilem Joãnem prestito illaqueari heres huius domi. Antonij.c.veritatis, vbi per Inno. & doct.de iureiur. per Bal.& multos alios in dicta authẽ.sacramenta puberum. Christoph.por.in.§.extraneis.insti.de here. quali. & diffi. non etiam in vim pacti: quia vt dixi, quamuis iurans ante dispensationem teneretur ad illius obseruantiam, illud tamen iuramentum non firmabat contractum. & ideo, vt dicit Christopho. vbi supra. & domi. Jason.in dicta authen. sacramenta puberum. versicu. vnde dico aduertendum esse &c. multum refert, an lex dicat, iuramentum appositum in contractu firmare contractum, an vero solum dicat iuramentum esse obseruandum, & nihil disponat super confirmatione contractus: quia primo casu obligantur etiam heredes ad obseruationem contractus validi. Secundo casu non: vt predixi. Forte vero opponetur, q̃ nullus ex dictis nobilibus Joanne, & Fulcone fuerint tẽpore diuisionis, & aliorum predictorum heredes dicti quondã do. Fulconis testatoris: & quod nõ appareat nec apparere posset dictum nobilem Fulconem occultasse testamentum. Et ita non videtur q̃ causa prohibitionis, de qua in dicta.l.de his. sibi locum vendicet in hoc casu: quia cessante causa legis, cessare debet & eius dispositio. Sed respõdeo q̃ hoc nõ obstat: quia † dicta causa non est finalis, vt in. pul. tex. et in glo. quam omnes sequuntur in dicta.l.de his. & sic quãuis illa esset, nihilominus tenet dispositio.l.j.§. sexũ.ff. de postulan. Nec opponat aliquis, q̃ cum conuentio & remissio fideicommissi, de quibus supra fuerũt multe, & reciproce non videatur aliquid perdidisse dictus nobilis Antonius etiam si excludatur a petitione dicti fideicommissi. per id quod habetur in. l. de fideicommisso. C. de transactio. & in.l.si pater puelle. C. de inoffi.testa. Et sic non fuisset locus dispositioni dicte.l.de his. Quoniam respondeo, q̃ quamuis eo casu, quo datur fideicommissum reciproce, lex fingat nullum esse grauamen impositum: vt not. Franciscus de Are.in dicto.§.duo fratres.tamen ille grauatur cuius heres tenetur restituere fideicommissum, si conditio existat. vt declarat Barto.& Bald. post eum, in dicta. l. si pater puelle. Et consequenter ille cui debetur fideicommissum, censetur amisisse ius quod sibi competebat. Et ideo non est verum, q̃ inspecta veritate non fiat illi preiudicium in aliquo iure: quamuis quo ad aliquos effectus iuris communis preiudicium habeatur pro nõ facto. Hec sunt verba Francisc. de Are.in dicto.§.duo fratres. versi. preterea sicut supra est declaratum, dico igitur respondẽdũ ad quesitum sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, q̃ non obstantibus diuisione. & aliis predictis, possit ipse.d. Antonius petere dictum fideicommissum, & pro eo experiri.

Rubr. Si quis alteri vel sibi. Epito. Consil.ccx.

Communia non sunt bona de communibus pecunijs sine societate ab vno suo nomine acquisita: sed ipsius sunt acquirentis: refusis tamen pecunijs ijs, ad quos pertinebat. A.F.

1 Bona in cõmunione acquisita priuato nomine vnius, an & quando communia sint.
2 Pecunia in dubio numerantis esse presumitur.

1 Etiam Si † tempore acquisitionis prediorum, & possessionum, de quibus in casu, parte honeste mulieris Antonete Garbilhe mihi misso, fuissent bona proborũ virorum Ludouici Ysnardi, & Albergassij Durandi inter eos indiuisa, & sic manassent ipsi Durandi in communione, non propterea bona per ipsum Ludouicum nomine sui ipsius vel dicte Antonete eius vxoris, acquisita censeri deberent communia, seu communicanda inter eosdem Ludouicum Ysnardum, & Albergassium: nisi pretenderetur, & probaretur fuisse pro tempore inter eos societatem omnium bonorum, que tamen non ex eo presumitur: quia forte bona paterna tenebant, & possidebant indiuisa. Pro quibus allegasse sufficiat id quod habetur per tex. Barto. & docto. in l. Titiũ & Meuium.§.altero.ff.de administratione tut. & in.l. si patruus. & quod ibi doct. C.communia vtriusq; iudi. Pro quo bene facit quod habetur in.l.penul.C. si quis alteri vel sibi. vbi clare probatur, q̃ bona per te, & nomine tuo empta, etiã si empta sunt ex pecunia tibi, & mihi, vel inter nos cõmuni, nõ efficiũtur cõmunia, nec sunt inter nos cõicanda: facit etiã pro hoc.d.l.si patruus. vbi si patruus meus ex bonis inter eum, & me cõibus, predia cõparet, seu emat: illa non efficiuntur communia: nec sunt cõicanda. Etiam pro hoc facit.l.si ex ea pecunia.C. de reuendic. & l. ad probationem.in fin. C. de probationibus. vbi res empta ex mea pecunia non efficitur mea, nec mihi debita, si meo nomine empta non fuit. que omnia intelligo procedere, nisi tales essent socij omnium bonorum. Si ergo in predictis casibus bona empta ex pecunia communi, non efficiuntur communia nec sint cõicanda inter eos, inter quos erat pecunia cõmunis, multominus in casu nostro debent bona predicta censeri esse communia, vel communicanda inter dictos Ludouicum Ysnardũ, & Albergassium: cum illa dicantur fuisse empta de pecunia dotali prefati Ludouici: & que si empta extitissent nomine ipsius Ludouici, eidem fuissent acquisita, sed quia fuissent acquisita seu empta

nomine predicte Antonete eius vxoris, fuerunt eidem Antonete acquisita, sequuta ratihabitione. l. si ego hac mente. ff. de negotijs gestis. Fateor tamen, ꝙ si probaretur, ꝙ ex pecunia communi inter dictos fratres fuissent dicta predia acquisita, satisfieri debuerit dictis Ysnardo ꝛ Albergassio de quota, ꝛ portione eosdem concernente dicta. l. penultima. C. si quis alteri, vel sibi. ꝛ quod not. Barto. in. d. l. Titium ꝛ Meuium. §. altero. ꝛ multi scribentes in dicta. l. si patruus. Ideo autem dixi, si probare-
2 tur: quia† in dubio pecunia presumitur fuisse numerantis. l. ij. C. pro so. forte vero opponetur aduersus premissa ꝙ saltem venditio facta de duabus vncijs anno domini M.cccclxxxi. ꝛ die xxviij. mensis Januarij non videatur valuisse: pro eo quia in venditione huiusmodi facta in absentia predicte Antonete, non reperitur ꝙ dictus Ludouicus negotium eiusdem Antonete gesserit, tāquam eius procurator vel negotiorum gestor: sed magis, vt nuntius: de cuius tamē facultate non apparet. ꝛ sic nec sibi ipsi Ludouico, quia noluit, nec dicte Antonete eius vxori, quia non potuit, actionem quesijt. l. multum interest. versicu. si vero. ꝛ quod ibi docto. C. si quis alteri vel sibi. sed hoc non obstat. Tum quia si opportune inspiciantur verba instrumenti predicte venditionis, sufficiēter apparebit eundem Ludouicum negotium dicte Antonete eius vxoris gessisse, ꝛ quidem non vt nuntium, sed magis vt negotiorū gestorem. Tum ꝛ quia in acquisitione huiusmodi interuenit stipulatio notarij, per quem actio queri potuit prefate Antonete, per id quod not. Barto. Alerand. de Imol. ꝛ docto. in. l. si pupillus. ff. rem pupil. saluam fore. Barto. in l. tam ijs. §. filius. ff. de dona. cau. mort. Bald. in. l. si quis emancipatum. C. de dona. ꝛ Joan. de Imol. in. c. potuit. de loca. de quo aliquid ponit Franciscus de Aretio. in. l. qui Rome. §. Flauius hermes. ff. de verbo. obligatio. Tum ꝛ quia dicte vinee fuerūt, vel ipsi Antonete, aut dicto Ludouico tradite: ꝛ sic alteri eorum dominium quesitum, per id quod habetur in. d. l. multum interest. ad fi. Et sic omni ex parte infertur dictos Ysnardum ꝛ Albergatium nihil posse pretendere, bona de quibus supra, esse sibi ꝛ dicto Ludouico communia vel sibi communicanda. Et ita mihi videtur.

¶ Ru. De acquir. ꝛ reti. pos. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccxi.

¶ Possessorium retinende intentare non prohibetur, cui solutio pensioni annue, quam percipere solebat, negata est. V. F.

1 ¶ Possessorium iudicium an ꝛ quando pro annua prestatione detur. ꝛ nume. 4. ꝛ sequen.
2 Spoliari prestatione pēsionis quando quis dicatur. ꝛ numero. seq.
3 Possessio sine animo non perditur.
4 Vicario nō licet aduersarios suos propria authoritate distringere.
5 Canonicus receptus ab ijs qui non recipere iurarunt nō est receptus a periuris.

1 
Etiam Si† verum esset ꝙ pro annua prestatione mere personali non daretur possessoria iudiciaria, eius contrarium videntur voluisse Antonius de Butr. ꝛ Nic. de Zaba. in. c. querelam. de elec. illud saltem certum est, ꝛ apud omnes, quibusdam paucis exceptis, indubitatum, ꝙ pro reali annua prestatione, que videlicet respectu alicuius rei, vel pro re aliqua prestatio, competit possessorium iudicium. dicto. c. querelam. ꝛ quod ibi cōmuniter per docto. quod etiam voluerunt Inno. Ostien. Joan. Andr. in nouel. Panor. ꝛ alij in. c. peruenit. de censi. Barto. in. l. fi. ff. quorum bonorum. Bald. in. l. ij. versicu. not. etiam in dicto. c. bone. per Inno. ꝛc. ibi, ꝛ licet lex dicat. C. de seruitu. ꝛ aqua. ꝛ Roma. consilio ccccxi. exordiente. In casu prepositi consultationis. versicu. quo ad tertium an ipsi ecclesie, ꝛc. Quo fit, vt de iure potuerit venerabilis vir, dominus Guilielmus de Spina, presbyter ꝛ perpetuus vicarius parrochialis ecclesie loci Pontisforgie agere possessorio iudicio contra, ꝛ aduersus nobiles Ludouicum, ꝛ Thomam, Balthesarem, ꝛ Carolum Galliani pro annua prestatione duarum saumatarum annone: cum non solum proposuerit, ꝛ dixerit ecclesiam predictam, ꝛ vicarios, qui fuerunt pro tempore, ꝛ se nomine eiusdem ecclesie, fuisse, ꝛ esse in possessione, seu quasi percipiendi annis singulis, pēsionem huiusmodi: sed etiam adiecerit pro censu seu parte census molendini, in libello parte eiusdem domi. vicarij, in causa producto, latius mentionati. nisi forte ex aduerso pretendatur, ꝙ non debuerit agi possessorio retinende, sed possessorio recuperande: quasi per resistentiā, aut contradictionē fuerint predicta parrochialis ecclesia, ꝛ ipse do. de Spina ꝛ vicarius, possessiōe, seu quasi dicte annue prestationis spoliati. Sed hoc non obstat: quia licet in libello predicto deducta extiterit cessatio solutionis dicte annue prestationis, non tamen proposita, vel deducta contradictio: nec de aliqua contradictione apparuit, que facta extiterit ante incohationem cause huius: quinimo ante litis contestationem factam in hac causa. Supposito igitur (de quo postea aliquid dicetur) ꝙ vicaria predicta, ꝛ illius perpetui vicarij, nomine tamen ipsius, fuerunt in possessione, seu quasi percipiendi annis singulis pensionem predictā: dici non debeat, ꝙ propter cessationem ꝛ denegationem predictas fuerint ecclesia ꝛ vicarius predicti dicta posses-
2 sione spoliati: ꝛ quidem† non per solam cessationem: pro quo allegasse sufficiat quod voluit Innocē. in dicto. c. querelam. super verbo, subtractam. in princip. ꝛ idem voluit ibi Ostien. super eodem verbo, in princip. ꝛ idem Joannes Andr. in nouel. qui voluit quem spoliari pensionibus incorporalibus, sicuti in pēsionibus, ꝛ simili. quādo quis solitam pensionem termino postea veniente non soluit: nec in posterum soluere intendit. Ex quo de hoc certificatus est is, cui debetur pensio. de quo in. c. bone. el. ij. de postula. prela. non videtur ergo sufficere cessatio solutionis in termino solutionis a iure, vel homine prefixo: Sed opus est ꝙ non soluens in animo gerat imposterum non soluere. ꝛ ꝙ de hoc sit certificatus ille, cui debetur: quod etiā satis colligitur ex eo quod not. Innoc. in. d. c. querelā. super verbo, de nouo. versi. ꝛ nota. ꝙ licet per vnū annum ꝛc. vbi etiam Ostiē. ꝛ Jo. Andr. possunt enim subesse cause, propter quas soluere debēs nō soluit in termino habēs a voluntatē imposterū non soluendi: vt quia forte nō pōt, vel forte confidens de creditore amico, vel alias tali, qui non moleste gerat, si in termino non soluat: ꝛ ita non eo ipso, ꝙ non soluit in termino apparet illum habuisse animum nō soluendi imposterum, ꝛ sic animum dolosum sine cuius tamen dolo spoliare non dicitur, vt etiam not. Innocentius Ostien. Joannes Andr. vbi supra. nec etiam illa cui solui
3 debuit in termino, si tunc non petijt, dicitur† perdere possessionem, que sine animo non perditur. vt etiam no. doct. predicti. non etiam ad exclusionem dicti possessorij iudicij dici potest, ꝙ per recursum habitum ad hanc sedem, ecclesia predicta, ꝛ ipse domi. vicarius dictam possessionem, seu quasi perdiderint, quasi fuerit ipse domi. vicarius meticulosus. Sed istud non obstat. Pro quo remisisse sufficiat ad id, quod not. gloss. in. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. super verbo, non clam, ꝛc. ibi, respondeo, ꝛ hic ciuiliter ꝛc. ꝛ quod ibi Francis. de Are. versicu. in eadem gloss. ibi, respondeo ꝛc. ff. de acquiren. possessio. ꝛ quod not. docto in. l. si de eo. §. si forte. illo eod. titu. ꝛ quod not. Bald. in
4 l. ij. C. de iure emphy. quod maxime procedere† debet in hoc casu, in quo ipsi do. vicario non licuit sua authoritate dictos eius aduersarios distringere. l. extat. ff. quod metus cau. ꝛ l. penul. ff. ad leg. Jul. de vi. priua. non etiam videtur ecclesie, ꝛ vicarius predicti ad exclusionem possessorij intentati perdidisse possessionem, recusationem, seu denegationem factam tempore litis contestate, seu in litis contestatione facta in processu cause huius cum ad hoc, ꝙ aliquis experiri valeat possessorio retinende, sufficit eum possidere tempore litis contestate. §. retinende. versic. hodie tamē institu. de interdic. quod fecisse presumuntur ecclesia, ꝛ vicarius prefati: supposito ꝙ probatum extiterit, ecclesiam predictā, ꝛ eius perpetuos vicarios pro tempore fuisse in possessionem, seu quasi, dictam annuam prestationē percipiendi, per id quod not. doct. in. l. siue possidetis. C. de proba. Ostien. ꝛ docto. in. c. cum ad sedem. de restitu. spolia. Bart. in. l. Celsus. C. de vsucap. Ang. Aret. in. §. sic itaqꝫ. institu. de actio. ꝛ in dicto. §. retinende. non debuit ergo dici non possedisse tempore litis contestate: quem si verum esset ꝙ per negationem seu contradictionem in ea factam spoliati extiterint: quia sic dici non deberent non fuisse in possessione tempore litis ꝛc. sed ꝙ post illam a possessione

huiusmodi

5 huiusmodi possederũt: vt † dicimus de recepto in canonicum, contra iuramentum per recipientes prestitum: quãuis cum recipiendo incurrant periurium, iste tamen non est receptus a periuris: vt dicit Joan. Andr. ꝛ post eum doc. in. c. dilecto. de preben. Et si opponatur ꝙ pro annua prestatione agi non posset possessorio retinende. vt voluit Joan. Fab. in. d. §. retinende. versicu. item potest queri an cessatio soluendi reditus ꝛc. vbi pro hoc multa inducit: respondeo, ꝙ vt ipse ibi fatetur stylus Cano. est in contrarium: vt colligitur ex his, que not. Inn. Ostien. Jo. And. ꝛ alij in dicta. c. querelam. quod etiam in terminis voluit Innoc. Ostié. ꝛ Joan. Andr. in. ca. significauit. de censib. vbi ore apperto not. ꝛ sentiunt, ꝙ eo ipso ꝙ quis non soluit in termino, ipse molestat creditorem. argu. l. si duo. §. fi. ff. vti possidet. Quod autem ecclesia predicta, ꝛ dicti eius pro tempore vicarij: ꝛ nomine illius fuerint in possessioné percipiendi dictam annuam prestationem tam a prefatis nobilibus Galliams, quam eorum predecessorib⁹, seu precessoribus olim tenementarijs predicti molendini, fuit vt puto, sufficienter probatum tam p depositiones testiũ parte dictorum domi. vicarij, ꝛ ecclesie in causa productorum, quas tamen non vidi, quam vt ita dixerim per infinitas quittãtias olim factas, ꝛ concessas dictis tenemẽtarijs, ꝛ in hac causa parte eorundẽ do. vicarij ꝛ ecclesie productas, ꝛ insertas fol. lxxxiij. ꝛ multis sequentib. ꝛ que coadiuuãtur per instrumentum recognitionis dudum anno videlicet domini millesimo cccclxxiij. ꝛ die xxij. mensis May facte per Joannem Bartholerij ꝛ Perrinam eius vxorem domino Joanne de sancto Remigio tunc vicario perpetuo dicte parrochialis ecclesie, de qua constat publico instrumento parte dictorum domi. vicarij ꝛ ecclesie in causa producto, ꝛ inserto fol. ccxcj. Nec refragantur intentioni eorundem domi. vicarij, ꝛ ecclesie proposita ꝛ deducta parte venerabilis collegij sancti Martialis Auenionis, quatenus pretendit predictum molendinum teneri, ꝛ possideri de ꝛ sub dominio directo, ꝛ maiori signoria eiusdem collegij ꝛ ad censum, vt pretenditur latius mentionatum in concessione olim facta dictis Joanni Bartholerij, ꝛ perine. Cum quia non apparet de iure concedentis hoc est, ꝙ molendinum predictum esset venerabilis monasterij seu Abbatie Cluniacensis, aut dicti collegij sancti Martialis, tempore concessionis, que de eo fuisse facta pretenditur prefatis Joanni Bartholerij, ꝛ perine anno incarnationis dominice millesimo cccclxxiij. ꝛ die xxiij. mensis nouẽbris. de quo tamen apparere oporteret quatenus concessio huiusmodi concernit preiudicium dictorum vicarij ꝛ ecclesie: nec de hoc credi debet assertioni, aut tacite confessioni: de quibus in instrumento parte dicti collegij in dicta causa producto, ꝛ inserto fol. ccxlj. Pro quibus allegasse per ordinem sufficiat. l. traditio. ff. de acqui. rerum domi. l. cum res. ꝛ quod ibi gloss. ꝛ docto. C. de proba. c. inter dilectos. §. porro. de fide instrumen. ꝛ quod not. Spec. in titu. de emphy. nunc aliqua. versicu. quinquagesimoseptimo. ꝛ Oldra. consi. mihi. cclx. exordiente. Quod attento processu cause vertentis inter nobilem Guilielmum ꝛc. Cum ꝛ quia in instrumento dicte pretense concessionis fit mentio seu sermo de censu annuo octo salmatarum farine, quas tamen, vel earum partẽ non apparet fuisse aliquando solutas priozatui dicti loci Pontisorgie sed facta legitur solutio in annona. Cũ ꝛ quia recognitio facta dicto domino Joanni de sancto Remigio tunc vicario predicte ecclesie ꝛ notario stipulantibus pro dicta ecclesia ꝛ priozatu precessit dictam pretensam concessionem. Ex quibus ꝛc.

¶ Rub. De Suis ꝛ legi. liber. ¶ Epito. ¶ Consil. ccxij.

¶ Intestato auo nepotes, etiam si horum pater non se immiscuerit hereditati, post patrem succedunt: exclusa filia que quum nuberet legitime renuntiauit. A. F.

Ponitur In facto, ꝙ dudum fuit in humanis probus vir Petrus Roche loci Montisbruni, ꝛ illius habitator habens, tenens, ꝛ possidẽs tempore eius vite ꝛ mortis tam in dicto loco Montisbruni ꝛ ei⁹ territorio ꝙ alibi, pro suis, ꝛ tanꝙ sua, multa ꝛ varia bona mobilia, ꝛ immobilia, ac etiam iura, qui vt dicitur vita functus est, ab humanis intestatus decessit superstitibus, ꝛ sibi superuiuentibus probis viris Guilielmo ꝛ Joãne Roche, ꝛ Alayeta eius filijs, ꝛ filia naturalibus, ꝛ legitimis: que Alayeta dote contenta renuntiauit bonis paternis: deinde vero dictus Guilielmus ab humanis decessit superstitibus ꝛ sibi superuiuẽtibus Pascale ꝛ Glaudio Roche eius filijs naturalibus ꝛ legitimis qui vt dicitur, tenent ꝛ possident res ꝛ bona que dudum fuerunt dicti Petri eorum quondam aui: decessit etiam dictus Joãnes superstitibus Jaumeto, ꝛ Joanne eius filijs naturalibus ꝛ legitimis. Queritum est cui delata extiterit hereditas prefati quondam Petri ab intestato, vt dixi vita functi. Ad quod respondeo breuiter ꝛ succincte ꝙ dictis Guilielmo, ꝛ Joanni ꝛ Jaumeto filijs dicti Joãnis ab intestato vita iã functi. auth. de hered. ab intesta. venientib. colla. ix. §. j. ꝛ transumptiue in authen. in successione. C. de suis ꝛ legi. libe. repulsa ꝛ exclusa prefata Alayeta si cum iuramento, ꝛ alias efficaciter renũtiauerat bonis paternis. c. quamuis pactum. de pact. in. vj. ꝛ quod no. docto. in. l. pactum quod dotali. C. de colla. Et cum postea ab humanis, ꝛ intestatus decessit dictus Joannes: eidẽ successerunt dicti Jaumetus ꝛ Joães eius filij. dicta authentic. de heredi. ab intesta. §. j. qui propterea tanquam heredes dicti eorum patris, petere possunt dimidiam partem rerum, bonorum, ꝛ iurium, que fuerunt dicti quondam Petri eorum aui paterni. Et hoc est verum, si dictus quondam Joannes cum in humanis ageret, se immiscuerit paterne hereditati, ꝛ alias pro herede se gesserit dicti Petri eius quõdã patris. Si vero hoc non fecerit, dico ꝙ etiam isti Jaumetus ꝛ Joães dicti Joãnis filij se possunt dicte auitiue hereditati immiscere, ꝛ pro heredibus eiusdem Petri aui pro semisse, seu dimidia parte gerere: pro eo quia dictus Joannes eorũ pater hereditatem huiusmodi pro dimidia parte sibi delatam, ꝛ non aditam ad dictos eius filios transmisit. iuxta doctrinam communem, quam ponunt docto. in. l. ventre. ff. de acqui. heredi. ꝛ in. l. si infanti. C. de iure deliberand. Et sic si verum est, ꝙ dictus quondam Petrus intestatus decesserit, ꝛ quod dicta Alayeta cum iuramento, ꝛ alias valide bona paterna quittauerit, vel alias illis renuntiauerit: põssunt dicti Jaumetus petere dictã dimidiam partẽ, ꝛ pro illa experiri contra prefatos Pascallum ꝛ Claudium possessores seu detẽtores predictorum bonorum ꝛ iurium. Et si queratur an prefatus quondã Petrus presumi debeat decessisse intestatus: dico ꝙ sic, nisi probetur fuisse testat⁹, per id quod notat Barto. in. l. is potest, ꝛ quod ibi Alex. de Jmo. ff. de acquiren. hered. Alex. de Jmol. ꝛ dominus Jason May. in. l. si emancipati, circa princip. C. de colla. Cuius dicti illa est ratio: quia ꝙ aliquis fecerit testamentum, est facti: facta vero non presumuntur, nisi probentur. l. in bello. §. facte. ff. de cap. ꝛ postli. reuer.

¶ Rub. De cond. cau. da. ¶ Epitome. ¶ Consi. ccxiij.

¶ Donaui ei quem legitime adoptasse me credebam, cum eum sine presentia magistratus adoptassem: non valet donatio. A. F.



Quesitum Est an honestus iuuenis Laurentius Beloni maritus, ꝛ persona coniuncta honeste iuuenis Dulceline filie quondam naturalis ꝛ legitime prouidi viri, Jacobi Almerani laboratoris oppidi, seu Castri de Senassio, petere possit ab heredibus eiusdem Jacobi Almerani eius quondam Soceri alimenta ꝛ alia necessaria eidẽ Almerano tũc presenti, stipulanti solenniter, ꝛ recipienti per dictum quondam Jacobum dari conuenta, ꝛ promissa prout constat publico instrumẽto sumpto ꝛ recepto anno domini millesimo cccclxvi. ꝛ die ix. mensis Maij. Ad quod videtur prima facie dicendũ ꝙ non: pro eo, quia dictus Jacobus videtur eidem Laurentio tanꝙ filio, ꝛ per eum affiliato donasse, seu alimenta ꝛ necessaria predicta prestare conuenisse, ꝛ promisisse. Et tamen certũ est, ꝙ cum in dicta pretensa affiliatione non interuenerit princeps, aut magistratus, illa nõ valuit: quia siue esset idẽ Laurentius sui iuris, siue sub potestate alterius constitutus, opus fuit interuentu principis aut magistratus. §. Imperatoris. ꝛ. §. imperio magistratus. cum suis simi. instit. de adop. non igitur videtur valuisse donatio. argu. l. cum hic status. §. si quis sponsam. in fin. ff. de dona. inter virum ꝛ vxorem. vbi donatio facta vxori putatiue, non cõfirmatur morte, quinimo per errorem in persona donatarij reddi

rij redditur ipso iure nulla. & hoc per illum text. qué ad hoc reputat singularem: & eam tenet Bald. in l. quam. versicu. modo ego quero vtrum lex nostra. C. de fideicommis. idem tenet Bald. in l. nec apud. vbi etiam Moderni. C. de here. insti. Ro. in l. si cum dotem. §. si. ff. sol. matri. & in l. si donatione. C. de colla. & Alexã. de Imo. in l. si pater tuus. circa prin. C. de here. inst.

¶ Rubrica. De pactis. ¶ Epitome. ¶ Consi. ccxliij.

¶ Pacto centena millia ducatorum primogenite filie, quandiu masculi non superessent, assignata sunt. Responsum est masculis existentibus primogenituram non considerari: nec illa, alia ve prestari debere, que sub ea conditione relicta sunt, nisi ea prius defecta fuerit. V. F.

1 ¶ Verba qualiter exaudienda sint.
2 Relatiua verba, dicte filie, & ipse filie, cuius temporis filias referant.
3 Succedit nepos auo, sublato filio, tanquam nepos nõ tanquã filium representans.
4 Pater & filius quomodo dicantur idem.
Forma est que dat esse rei.
5 Consideratio patris in filium maior est quam matris.
6 Transmissio debiti ex vltima voluntate & ex contractu diuersimode consideratur.
7 Filiorum appellatione nepotes quando non comprehendantur.
8 Dos ad quid necessaria.
9 Dotis non solute fructus & interesse debentur etiam ex pacto citra vsurariam suspicionem. & nu. 11.
10 Prescriptio aduersus actionem personalem quanto tempore impleatur, & quando incipiat. & nu. 13. & quid aduersus officium iudicis.
12 Vsure sunt odiose: ideo restringende.
14 Alimẽta per maritum pro vxore petenda cum arreragijs. & supra, & infra.
15 Donatio non presumitur quandiu alia sumi potest coniectura.
16 Dotis receptione ad interesse preteritum remissum esse censeatur.
17 Quitari possunt efficaciter successiones etiam viuentium adhuc parentum.
18 Successionum consideratio: & an & quando successoris & heredis appellatione veniat successor particularis & numero sequen.



I Occurrens casus, & super quo consilium petitur parte illustris domine Marchionisse de Rothelin, proponeretur in terminis illius antique questionis, de qua & olim, qsierũt, & hodie querũt doc. an stante consuetudine, aut lege regni, seu alterius principatus, vel etiã feudi indiuisibilis, qua disponitur, ꝙ decedente rege, principe, aut vassallo, succedat primogenitus in regno, principatu, seu feudo, debeat nepos ex predefuncto filio primogenito preferri in successione regni, principatus, aut feudi eius patruo, an vero per eum excludi, & repelli: multa cõperiuntur scripta per docto. & quidem non contemnende authoritatis, vel doctrine, que prima facie videntur obstare dicte illustri domine Marchionisse, filie recolende memorie illustrissimi domini Amedei Sabaudie ducis, & facere pro domina eius nepte, ex illustri domina principissa Carẽti, predefuncta, scripta, inquam, per Joan. Andr. in addi. Specu. titu. de feu. super rubric. versicu. redeundo ad indiuiduam, de quo prediximus, est questio de regno, ducatu, &c. per Oldr. consilio. ccxxiij. exordiente. Jte sunt allegationes facte in causa comitatus, &c. versi. allegauit secundo pro parte nepotis: pater legum &c. per Joannẽ de Laudu. cuius consiliũ insertum est cum consilio proxime dicto, versicu in contrarium vero pro parte Thomasij. Etiam contra ipsam illustrem dominam Marchionissam facere videntur no. per Joã. Fabri, in §. cum filius. versicu. si vero nepos sit filius primogeniti. institu. de hered. que abintest. deferuntur. Bal. in l. cum antiquioribus. in viij. q. versicu. istis ergo premissis arguamus primo pro nepote. & consi. cxliij. exordiente. Quod pro regula in feudis traditur, natura feudi appellatur. versicu. questio talis est supposita dicta consuetudine &c. in prima parte Pau. de Castro consilio. clxi. exordien. In presenti causa, que vocatur maiorie Hispalẽsis. Panormi. in c. licet. versic. sed dubium est, quid si ante adeptionem regni, &c. de vot. & consil. lxxxv. exordien. At morem petenti geram, &c. in j. volu. Pet. de Anch. in c. grandi. de supplen. negligen. prelat. in vj. Pau. de Castr. & Franc. de Are. in l. is potest. ff. de acqui. hered. Franc. de Are. consi. clxiiij. exordien. Diligenter & mature discussis his, que in facto. do. Bartho. Sozi. in quodam suo consil. exordiente, Dominus labia mea aperiat. Andr. Barba. consil. x. exordien. Sapienter scribitur primo Regum. c. ij. &c. Ecõtra vero etiam comperiuntur multa scripta per doct. magne authoritatis, & scientie, que facerent pro intentione dicte illustris domine marchionisse, & contra dictam dominam eius neptem. Et primo quidem per Richar. Malumb. Cyn. Albe. Bald. & Salic. qui pro hac parte concludunt, in l. si viua matre. & per illum text. C. de bon. matern. post quosdam citramontanos, quos ibi referunt. Idem etiam tenet Bart. in authen. post fratres. & per illum text. C. de legi. hered. Andr. de Ysern. in c. j. de natu. succes. feu. c. j. §. preterea. de prohibi. feu. aliena. per Fride. in c. j. de succes. feu. & in c. j. de eo qui sibi & hered. suis. Bald. in l. de tutela. §. si duo. de legit. tuto. in l. iij. C. de suis & legi. heredib. in l. ex hoc iure. q. vj. ff. de iustit. & iur. Oldrad. consil. xciiij. exordien. Elegãter circa negotium de quo agitur, &c. versi. sed certum est, &c. vbi dicit hanc opinionem que est pro patruo contra nepotem, esse prestantiorem. Hanc opinionem etiam sequutus est Bald. in d. consil. cxliij. Joan. de Imo. & Gemi. in d. c. grandi. Petr. de Ancha. consi. lxxxj. exordiente, Dicta facti narratio tam prolixe & confuse exposita. Pro hac opinione consuluit eleganter & copiose Alex. de Imol. consil. iiij. in quarto volu. vbi etiam respõdet pro maxima parte motiuis, & rationibus ex aduerso allegatis. etiam pro hac parte concludit Alexan. de Imol. in d. l. is potest. versic. & Paul. de Castr. adducit decisionem illius notabilis questionis. ff. de acquir. hered. cũ tamen distinctione de qua ibi. Pro hac parte consuluerunt G. de sancto Gemi. R. Planterij pro tempore aduocati in Romana curia, & R. Rosellus, quorum consilia inseruntur cum dicto. ccxxiij. consi. Oldra. multa etiam benefacientia vt videtur, pro hac parte scribit Franc. de Are. in d. l. is potest. & consil. clxiiij. & do. Bartho. Sozi. in d. consil. Dominus labia mea aperiat, &c. Quamuis tamen finaliter contra hanc partem concludant. etiam Bald. multa & eleganter inducit pro hac parte. in d. l. cum antiquioribus. versic. nunc ad partem contrariam vertamus intentum qui tandem nihil decidit, sed respondet, soluat Apollo, quamuis in l. liberti, liberteque, ver. sed dubitatur de tali questione concessum est regnum, &c. C. de boñis liber. inclinauerit in primam partem in quam partem etiam videtur inclinasse Pau. de Cast. in l. maximum vitium. versicu & hoc inducitur ad arduã questionem. C. de libe. preter. vbi etiam de hac materia per domi. Jason. May. versicu. tertio not. qui relatis opinionibus, dicit se putasse semper esse dubium. pro hac tamen secunda parte, & in fauorem bone memorie illustrissimi domi. Roberti secũdo geniti & patrui contra illustrissimũ do. Vngarie regẽ eius nepotẽ ex fratre primogenito pronuntiauit summus pontifex, quamuis postea in simili casu idem domi. Robertus, dicatur pronuntiasse in fauorem nepotis & contra patruum, de quo dicit se admirari Joan. de Jmol. in dicto. c. grandi. Sed si inspiciantur verba pacti, seu conuentionis, cuius occasione ortum est hoc dubium, non videtur, si non decipior, casus presens esse, vel ille, vel similis illi, de quo loquuntur docto. in locis superius allegatis, verba enim pacti, seu conuentionis huiusmodi ita se habent. Item fuit conuentum & accordatum inter dictas partes, si contingeret, quod Deus auertat, dictum Amedeum decedere sine liberis masculis ex suo proprio corpore descendẽtibus, & de domina Yolanda eius vxore, aut sui liberi masculi ex masculis legitimis descendentes, & ꝙ ipsi non haberent, nisi vnam aliam, aut plures, dictus dominus Dux Sabaudie, aut eius heres principalis tenebitur debite manutenere statũ dictarum filiarum, donec & quousq; ipse matrimonio collocate fuerint. Et quum ad legitimã etatem peruenerint ipsas matrimonio honorifice collocare secundum earum statum, & ipsis donare & cõstituere in dotem, scilicet prime & primogenite filie centum millia scutorũ auri semel tantum ad rationem septuaginta pro marqua, vt dictum est, & cuilibet ex alijs si plures fuerint. lx. millia scutorum auri semel tantum prout supra similium, vltra ius quod haberent in dote, & alijs bonis earum matrum. Ex quibus verbis colligitur

tur ꝙ prouisio facta per conuentionē huiusmodi de dotā dis filiabus, non fuit pura, sed conditionalis, ⁊ que de mū sortiri deberet effectum, si illustrissimus dominus Amedeus sine liberis masculis, vel sui ipsius domi. Amedei liberi masculi, sine liberis masculis ab humanis decederent.
1 Hoc enim † aperte sonāt verba dicte conuentionis: a quo rumpropterea significatione nō est recedendū. l. ille aut ille. §. cū in verbis. ⁊ l. nō aliter. cū suis sim. ff. de leg. iij. Colligitur preterea ex verbis dicte conuentionis, ꝙ prouisio predicta non est facta simpliciter, ⁊ absolute, pro filiabus. procreandis ex proprijs corporibus dictorum do. Amedei, ⁊ Yolane vel ex suis illustrissimis domi. liberis masculis, sed dūtaxat pro illis, que superessent, tempore euenientis cōditionis, hoc est eo tempore, quo vel ipsum domi. Amedeum sine liberis ex suo, ⁊ dicte illustrissime Yolane, vel dictos eius liberos masculos sine liberis masculis ab humanis decedere contigerit. Hoc enim aperte indicant illa verba, ⁊ ꝙ ipsi non haberent, nisi vnam filiam, aut plures, dictus domi. Dux Sabaudie, ⁊c. prout supra. vbi ad uertendum est ad illa verba, Et ꝙ ipsi non haberent ⁊c. que reseruatur ad tempus decessus dicti illustrissimi domini Amedei si sine liberis masculis, ⁊c. aut suorū liberorum masculorum, si illi sine liberis masculis, ⁊c. Attendendum
2 † est etiam ad illa verba, dictarum filiarum, ⁊ etiam ipse ⁊c. que sunt verba relatiua, ⁊ referunt filias, que superessent tempore euenientis conditionis. per id quod ponit Ang. consilio. cclxxvj. exordien. Domina Massina cum consensu sui legitimi, ⁊c. Pro quo facit. l. asse toto ff. de heredib. institu. l. si ita scripsero. ff. de cōd. ⁊ demonst. ⁊ l. institutio. talis. cum suis similib. ff. de condi. institu. ⁊ quod voluit Francis. de Aret. consilio. cliij. exordi. i. breuitate vtendū est in consulendo, ⁊c. Preterea clarum est, ꝙ illa clausula, ⁊ de leur donner ⁊ constituer en mariage, cest assauoir a la premiere ⁊c. loquitur de dictis filiabus de quibus antea erat sermo, ⁊c. quia qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundum tempus illius verbi. l. ex facto. §. fin. ⁊ quod ibi Bart. ⁊ docto. ff. de vulga. ⁊ pupil. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxalib. l. ij. ff. de auro ⁊ argen. leg. ⁊. l. ex facto §. si quis autem. ⁊ quod ibi Alexan. de Imol. ff. ad trebel. illa verba, prime ⁊ primogenite filie ⁊ illa, ⁊ cuilibet aliarū debēt intelligi illius verbi de illa que esset prima ⁊ primogenita. ⁊ de alijs, scilicet, secūdo genitis que superessent tēpore dicte conditionis, ⁊ hec clare apparent ex tenore dicte conuentionis, qui attendendus est. l. ad probationem, l. j. ibi. quē tenor adiuuat. C. de proba. l. sancimus. ibi, placiti tenor. C. de fideius. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. ibi, lecta subscriptione. ff. eo titulo. l. si quis stipulatus stichum aut pamphilum. versic. querentibus inspiciendus est sermo, ⁊c. ff. de verbor. obligatio. c. porro. ⁊ cap. recepimus. cum suis similib. de priuileg. Cum igitur prefata domina principissa ab humanis decessisset ante mortem ⁊ decessum, illustrissimorum domi. Philiberti, ⁊ Caroli eius fratrum, non potest pretendere domina eius filia, ⁊ neptis prefate do. Marchionisse, dictam dominam principissam fuisse primam, ⁊ primogenitam dicti domini Amedei: illam videlicet de qua est sermo, in dicta conuentione. Quod si ita est, imo quia sic esse videtur, dici non potest dicta domina principissa ad ipsam dominam eius filiā trāsmisisse ius primogeniture, aut aliquid ratione illius. argu. c. gratia. j. questio. j. ⁊ c. Daybertum. j. questio. vij. ⁊ l. traditio. ff. de acquir. rerum domi. facit. l. vnica. C. qui pro sua iurisdict. iudi. da. dari ve poss. Pro quo etiam facit, quia
3 licet † nepos in successione aui, vel patrui succedat in locum patris sui, tamen hoc succedere in locum patris sui non significat, ꝙ filius succedat ex persona patris, tanquā ex iure ad se transmisso. sed significat, ꝙ nepos succedit in gradu paterno: ex persona tū propria, ⁊ ex iure proprio tanquā nepos, nō tanquā representans filiū. vt declarat Bar. in. l. si ita nepoti. ff. de coll. do. ⁊ in. l. j. §. si filius. ff. de cōiun. cū eman. lib. quod etiā voluit Bar. in dicta. l. is potest dū vult, ꝙ nepos non succedit ex filiatione: quia illa extinguitur per mortem filij: ⁊ ideo dicit Bald. in. l. si auus. C. de libe. preteri. ꝙ nepos succedit in locum patris priuatiue, nō transmissiue: quia si succederet transmissiue tunc si filius esset institutus, nō esset necesse instituere nepotē: quia trāsmissio fit ad successorem cum eisdem qualitatibus: quod tamē est falsum dicta. l. si auus. ⁊. l. gallus. §. nunc de lege. ff. de libe. ⁊ posthu. Si ergo successio non possit transferri in nepotem, consequenter nec transferri potest ius primogeniture quoad successionem: quia est qualitas succedendi certo modo, sine qua stare nō pōt. l. adeo. ff. de acq. re. do.

¶ Predictis vero non obstant ea que notantur arguendo inducūt doc. pro nepote ex filio primogenito, in locis superius allegatis: quia vt apparet ex dictis per eos scriptis, ⁊ allegatis in huiusmodi, ipsi vt plurimum loquuntur, vel in regnis, ⁊ principatib⁹, vel alijs dominijs, aut rebus indiuisibilibus, in quibus ex illorum lege, aut de consuetudine, seu concessione de eis facta, succedere debet filius primogenitus. Quo casu querunt doctores. an decedente isto filio primogenito, superstitibus patre, fratre, ac secundogenito, ⁊ filio ex ipso primogenito procreato, ⁊ deinde decedente dicto patre, debeat filius primogeniti admitti ad successionem excluso eius patruo, an vero ecōtra. In casu autē occurrenti non est sermo de talibus, sed vt apparet ex dicta cōuentione de summa centum millium scutorum, quā in euentū conditionis, de qua supra, voluerunt dñi conuenientes seu paciscentes donari ⁊ constitui pro dote, non quidē (vt predixi) simpliciter, ⁊ absolute primogenite filie: sed illi que tempore euenientis conditionis, de qua supra superesset, ⁊ que tunc esset prima ⁊ primogenita: cuiusmodi nō fuit dicta do. principissa antea vita functa. Et sic non sumus in terminis dicte questionis, nec illi similibus. Preterea supposito ꝙ casus occurens dici posset, vel alius ex illis, vel similis alicui ex illis, de quib⁹ in dictis locis: adhuc dici deberet ꝙ dicta centū mille scuta deberētur dicte do. marchionisse, non dicte do. eius nepti. per id quod voluerunt Richard. Malumb. Cyn. Bal. Paul. de Cast. Bart. Pet. de Anch. Joan. de Imo. Gemi. ⁊ Alexan. de Imo. in locis superius allegatis. ⁊ Alexan. de Imo. consil. cxxiij. exord. discussis hesitationibus de quibus in themate. in primo vol. in quo ⁊ in. d. cons. iiij. in quarto volu. allegat ⁊ inducit multa bona fundamenta, que transcribere non expedit. Respondet etiam in. d. quarto cons. pro maxima parte fundamentis ex aduerso allegatis: ⁊ inter alia paucis verbis bene respondet allegatis per Pau. de Cast. cons. clxj. dicens eum loqui in casu, in quo ex inuestitura vocabatur primogenitus ⁊ eius filij. vnde ex ordine scripture ibi apparebat concedentē, seu inuestientē voluisse post primogenitū vocari eius filios: vt ibi plene prosequitur idem Paul. ⁊ eodē modo potest respōderi ad id, quod voluit Panor. in. d. consil. xxxj. scilicet ꝙ ipse loquitur in concessione, per quam vocabantur filij ⁊ nepotes: ⁊ sic non in terminis nostris. Adijcio ꝙ quatenus Pau. de Cas. in d. consi. clxj. versic. posito autem ꝙ predicta cessarent. post Old. in. d. consil. cexxiij. Ibi considerabat etiam ius nature, ⁊c. voluit ꝙ nepos potest dicere se primogenitum, sicut poterat ⁊ posset dicere pater eius si viueret: eo quia portio paterni corporis trāsfusa fuit in procreationē filij. l. cū sci-
4 mus. ante fi. C. de agricol. ⁊ cen. lib. xj. vbi est text. ꝙ † filius est portio paterni corporis, que licet cōuersa extiterit in nouum hominem propter nouam ⁊ diuersam animam, negari tamen non potest, sm eum quin remanserit vera caro, ⁊ corpus patris, qui vt dicūt naturales, prebet formam in creatione filij: non dico (inquit) animam quam Deus infundendo creat, ⁊ creando infundit, ⁊ mater materiam. Forma vero est que dat esse ⁊ substantiam rei. l. adeo. §. insulam. ad fin. ff. de acquir. rer. do. l. Julianus. §. si quis rem. ad fin. ff. ad exhiben. ⁊. l. si is qui quadringenta. §. quedam.
5 ff. ad leg. Fal. quatenus † inquam Pau. premissa dicit, loquitur ipse in patre nepotis, non in matre in quibus est varia ratio. ⁊ longe maior in patre, ꝙ in matre: vt apparet ex his que ponit idem Paul. in. d. cons. dicta vero do. principissa fuit mater non pater huius. d. neptis. Et sic etiam hac ratione sumus extra terminos Paul. Cuius dicta in dicto fundamento magnifaciūt aliqui moderni: que tamen vt videtur nō procedūt: per id quod dicit Ang. in. c. si baptisata. de consecra. distin. iiij. vbi dicitur neminē potuisse in suo parente renasci, cum nondum esset natus, cuius contrariū inquit Pau. dicit enim quē nasci cum patre ⁊ postea renasci. cuius etiam dicta vt puto non probarentur per
6 naturales, ⁊ min⁹ per theologos. Forte vero † opponetur ꝙ licet legatum, vel aliud sub conditione in vltima voluntate relictum non trasmittatur per eum, cui relictum est ad eius heredem: si enim contingat pendente conditione huiusmodi ab humanis decedere. l. vnica. §. sin autē sub conditione. C. de cadu. tol. l. si in personam. C. de fideicō. l. vnum ex familia. §. rogo. in fi. ff. de leg. ij. ⁊ quod no. gl. in. l. vnica. C. de his q ante aper. tab. multas remissiones ponit Oldr. consil. cxxxj. exor. quidam habēs tres filios, ⁊ duos filios, ⁊c. debitum tamen conditionale ex contractu seu spes debiti

biti huiusmodi transmittitur ad heredem, si cōtingat creditorem ab humanis decedere pendente conditione. §. ex conditionali. instit. de verb. oblig. Cum igitur per conuentionem de qua supra fuerit in vim contractus conditionaliter prouisum prime & primogenite, cuiusmodi fuit dicta do. principissa, videtur ꝙ ipsa spem prouisiōis huiusmodi transmiserit ad do. eius filiam & heredem. Sed istud non obstat. Quoniam respondeo, vt sepe dixi, ꝙ dicta prouisio non est facta absolute, seu indistincte ꝑ prima, & primogenita, sed pro ea que superesset tēpore euenictis cōditionis, cuiusmodi nō fuit ipsa d. principissa. Et sic nec pure nec cōditionaliter tanꝗ primogenite fuit debita dos centū millium scutorū, de qua in conuētione. Et ita non videtur ꝙ vel ex capite primogeniture, vel vt heredi prefate do. principisse debeatur dos predicta centū millium, &c. huic do. eius filie. Illud autem certū est, ꝙ etiam nō sibi debeatur ex propria eius persona: quia verba conuentionis non sibi cōueniunt. Cū enim dicta do. marchionissa eādē precesserit, & precedat ipsa dici nō pōt prima primogenita. l. primus. de verb. sig. C. Joseph. eo. ti. & in prima constitutione. ffo rū. §. nos vero. ibi, quia quod primum est, aliud ante se habere non potest. Preterea in dicta conuentione fit sermo de filiabus dicti do. Amedei, aut suorum masculorum, cuiusmodi non est filia dicte do. principisse sed est neptis ex filia prefati domini
7 Amedei. Et quamuis † appellatione filij vel filie, veniant nepotes, vel neptes. l. filij. l. iusta. ff. de verb. sig. tamē quando filij vocantur cum aliqua qualitate, que non erat in nepote, nunꝗ appellatione filij comprehenditur nepos. l. fin. C. de nat. lib. & quod not. Bar. in. l. liberorum. vers. secūdo queritur. ff. de verb. sig. & in. l. j. C. de priuil. do. & l. fi. §. puelle. ff. de ritu nupt. Cum ergo qualitas antiquitatis & primogeniture non inhereat dicte do. nepti, non potest de ea iudicari, seu dici, vt de do. principissa eius matre si superuixisset, &c. Adijcio ꝙ licet pater teneatur dotare filiā: & auus paternus neptē ex filio. l. fi. C. de dot. promis. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. l. dedi dotē. ff. de coll. bonor. & l. video. ff. de in rem verso. Et nō solum pater tenetur dotare filiam, sed etiam ad hoc tenetur eius heres: & ad quēcunꝗ eius bona peruenerint: quia onus dotandi respicit patrimonium: per id quod not. Cyn. & doc. in aut. sed ꝗuis. C. de rei vxor. act. hoc tamen nō procedit in auo materno: cum etiam mater, que nepti eidemꝗ filie proximior est, ad hoc non teneatur: vt not. gl. in. d. l. fi. C. de dot. promis. l. mater. C. de iure dot. & in. l. a filia. ff. ad Trebel. Nō est ergo verisimile ꝙ domini paciscentes voluerint prefatum do. Amedeum, seu eius masculos, vel heredes teneri, vel obligari ad dotādū neptem ex filia, vel ex sorore: eo maxime, quia in conuētione predicta dictum est, ꝙ ille domine filie, de quibus dotādis fit ibi sermo, haberent dotes illas vltra iura, que haberent in dotibus, & alijs bonis maternis per quod videtur ꝙ non solum habere nō debeat dicta do. neptis summam predictam cētum mille scutorum, sed nec aliā, hoc est summam sexaginta millium scutorū. Et sic si secus diceremus haberet dicta do. neptis non solum dotem maternam iam constitutam per patrem, aut alterū ex fratribus, sed etiam illā de qua in conuētione: quod non est verisimile cogitasse, & sic onerasse illam illustrissimam domi. & prefatos do. paciscentes. Sed forte dicetur, ꝙ licet per predicta impugnetur intentio dicte do. neptis, non tamen probatur intentio dicte dn̄e marchionisse: eo maxime, quia cum dicta dn̄a principissa eandem precesserit, ipsa videtur fuisse prima. dicta constitutione. ffo rum. §. nos vero. Sed hoc non obstat: quia respondeo, ꝙ licet do. principissa precesserit in natiuitate dictam do. marchionissam, eadem tamē do. marchionissa est prima inter eas, que superfuerunt tempore euētus conditionis, & habito respectu ad tertiā eius sororem. quia primum dicitur respectiue ad secundum. l. si quis prioris. §. talem. C. de secund. nupt. vbi per illum ter. Jac. de Are. & post eum Cyn. Alber. Bald. & Sal. decidunt istam questionem, cōsuetudo est in multis partibus ꝙ primogenitus ex primo matrimonio succedat in baronia: quidam vero baro duxit primam vxorem, ex qua nō habuit filios: duxit secundā ex qua habuit filios: deinde duxit tertiam, ex qua habuit filios: mortuo barone, queritur quis succedere debeat in baronia, vtrum primogenitus ex secundo matrimonio, an alius: & determinant primogenitum ex secundo matrimonio succedere, et haberi pro filio primi matrimonij: quamuis reuera ante illud fuerit aliud. Sic ergo dicēdum est in hoc casu, scilicet ꝙ dicta dn̄a marchionissa relata ad d. sororem superuiuentem debuerit, & debeat dici prima & primogenita postꝗ tempore conditionis euenientis non supererat alia causa precedens que dotari posset: ad quod etiam facit. c. licet. ad fin. de vot. nec eidem do. Marchionisse obstat ꝙ illa nupta extiterit ante euentum dicte con-
8 ditionis: quia † non solum est dos necessaria ad maritandū mulierem, sed etiam ad sustinenda onera matrimonij, que multa sunt. l. pro oneribus. iuncta glo. C. de iu. do. hinc est ꝙ nō solum potest cogi pater dotare filiam nupturam, seu nubentem, sed etiam actualiter nuptam, vt not. gloss. in. l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obliga. quod etiam voluit Jaco. de Are. Bar. Ange. & Joan. de Jmo. in. l. Mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebel. & illam gloss. sequitur, & reputat singularem Nico. de Neapo. in dicto. §. cum proponeretur. & ff. solu. matri. in rubrica. eandem etiam tenet Bald. in. dicta. l. fin. C. de dota. promis. Ange. in. l. nupte. in princip. ff. solu. matrim. & in dicto. §. ea lege. & Paul. de Castro in. l. si socer. in fin. ff. solu. matrimo. & Raphael Cuma. in. l. j. eodem titu. nec sibi debuit obesse ꝙ non solum fuerit nupta, sed etiam dotata ante euentum dicte conditionis. Quia respondeo ꝙ non fuit dotata in ea summa, de qua voluerunt domini paciscentes in euentum conditionis, de qua supra, & sic eo casu, quo ducatus per mortem vel dicti domi. Amedei, vel dictorum dominorum eius filiorum masculorum ad alios prout contigit deuenisset: et verisimiliter ista conuentio habuit ortum a serenissimo domi. Carolo patre dicte domine Yolane, volente prouidere sanguini, hoc est neptibus, vel proneptibus, & deinceps feminis in eum casum, in quem deficeret linea masculina, ad quod revera attendi debet, quid enim si viuentibus prefatis domi. Philiberto, & Carolo, vel altero ex illis, hec domina fuerit & maritata, & dotata dote incongruissima, vel saltem modica, prout & fuisse videtur: nunquid dicemus nunc, ꝙ quia maritata, & dotata fuit ante euentum conditionis, debeat frustrari prouisione procurata per dictum serenissimum domi. Carolum eius auum maternū: profecto non puto, & per premissa concludendo dico peti posse, non solum summā sexaginta millium florenorum, & hoc per illustrem dominum Marchionem cui promissa extitit, sed etiam supplementum dictorum centum mille scutorum, hoc est quatenus minus illis promissum est, & constitutum ipsi domino Marchioni: & hoc per dictam
9 do. Marchionissam. ¶ Ad secundum dico, † respondeo in primis ꝙ cum prefatus domi. Philibertus pro tempore dotis debitor, constituerit summam trium millium florenorum annualium pro oneribus matrimonij sustinendis, donec dicto domi. Marchioni de dicta dote fuisset plenarie satisfactum, idem do. Marchio potest petere dictam summam cum arreragijs a tempore huiuscemodi cōstitutionis subtractis: quia non solum sic licuit pacisci de iure ciuili, de quo non est dubium. l. ij. & quod ibi gloss. C. de dot. promis. & l. in insulam. §. vsuras. ff. solu. matri, sed etiam non est prohibitum sic pacisci, de iure canonico: nō dico pro vsuris, prout nec factum est, sed pro oneribus matrimonij vel pro alimentis: quia etiam valeret pactum, ꝙ ille, qui promittit dotem pro muliere ex quo eam non dat, debeat alere vxorem. l. pater. §. j. ff. de doli exceptio. facit. l. iiij. & l. si pater. §. ij. ff. de pac. dot. & l. si is q. §. quod dicitur. ff. de iu. doti. vbi patet, ꝙ penes illum debet esse alimentorū onus, penes quē cōsistit dos. cū ergo, t̄pe dicte cōstitutionis, & ante, dos dicte do. Marchio. esset & antea effectualiter remāsisset penes dictum do. Philibertū promittentem, & sic ad ipsum deberet spectare onus alimentorum dicte Domine Marchionisse: videtur pactum predictum fuisse licitum: scʒ ꝙ pro alimentis, seu oneribus matrimonij prestaretur summa predicta, que inspecta qualitate dotis, imo & illustri dignitate dicte Domine Marchionisse, non videtur excessiua: appellatione enim alimētorum veniunt multa, vt colligitur ex his que no. Bar. in suo tract. de alimen. & ꝙ tale pactum sit licitum, voluit Jo. de Jmo. in dicto. §. vsuras. versi. aut paciscitur, vt aliquid detur pro alimentis. vbi etiam hoc sequitur Alexan. de Jmol. versicu. alius est articulus declarandus. Joan. de Anan. in. c. salubriter. versi. dominus meus de Jmol. ibi refert opiniones, &c. de vsu. & Joan. Campē. in suo tracta. de dote. in secunda parte. q. vi. ver. vnde forte posses dicere &c. subijciunt tamen docto. prefati, ꝙ pro euitandis opinionibus esset tutius practicare dictum. c. salubriter. quod Joannes Andr. in nouel. & Antonius de Butrio, satis stricte intellexerunt: hoc autem etiam practicare voluit, & quantum in eo fuit practicauit idē illustris. d. Marchio: vt apparet ex tenore

tenore constitutionis, sed vt dicitur, non potuit postea assequi expeditionem, ⁊ tenutam rerum cōngnatarum ⁊ ita non est quod sibi imputetur. Potest igitur idem dom. Marchio petere dictam summam annualem vna cum ar
10 reragijs superius mentionatis: cui † non obstat prescriptio. l.ij. C.de consti.pecu.l.si quis emptionis.l.sicut.⁊.l.omnes. C.de prescrip.xxx.vel.xl. annorum. non enim regulariter prescribitur aduersus actionem personalē, nisi spatio.xxx. annorum: per iura predicta.⁊ inchoantur, non quidem a tempore conuentionis, sed mortis domini constituentis secundum opinionem magis communem. de qua per doctores in cap. fin. de prescript. ⁊ in.l.sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. q̃uis Barto. aliter ibi senserit: sed opinio sua
11 magis communiter impugnatur. Quo † vero ad interesse, quod pretenditur esse debitum propter moram commissam, ante dictam constitutionem, an videlicet, illud peti possit per dictum dominum Marchionē, postq̃ ipse supportauit onera matrimonij, respondeo ꝙ Bart. in.d.l. in insulam. §. vsuras. sentit ꝙ sic. Pro quo videtur facere.l. socium qui in eo. ⁊ quod ibi glos. ff. pro soc. facit etiam id quod dicitur de actionibus arbitrarijs.l.ij.§.fin.ff.de eo ꝙ cert. loco.quod etiam fuit de mente Bald. in dicta. l. pro oneribus.versic.in text.ibi fructus, ⁊c. ⁊ in.l.fin. §.preterea. versic.adhuc est dubium.C. de iur.dot. vbi dicit Bald. se intelligere.c.salubriter.de vsuris reducibilibus ad considerationem interesse, non de immensis: ⁊ putat ꝙ in hoc recurratur ad moderatam consuetudinem regionis, subijciens ꝙ in quibusdam locis sunt statuta, ꝙ prestētur decem pro centenario. Joan. vero de Jmol. quem sequitur Alexand.de Jmo.⁊ Joan.Campe. in locis superius allegatis, videtur aliter dicere in dicto. §. vsuras. Et primo quidem non dubitat quin maritus consuetus negotiari possit petere interesse, non quidem principaliter vt interesse, quia in obligationibus dandi non succedit actio post moram ad interesse.l.si seruum.§.fin.ff.de verb.obliga. sed interesse propter moram sibi commissam: ⁊ hoc officio iudicis per iura predicta: sed si non est consuetus negotiari, dicit ꝙ si fuerit protestatus de alere vxorem animo repetendi potest illa repetere. Et idem si nō fuerit protestatus, nisi quoad expensas factas in vxore infirma: quia tunc est maior pietas: ⁊ videtur in dubio maritus fecisse tunc expensam affectione maritali.l.quod in vxorem.C. de nego. gest. Et pro hac distinctione allegat quod not. gloss. in.l. fin. ff.pro derelict. vbi similiter distinguitur inter seruum sanum, ⁊ infirmum: ⁊ maior fauor adhibetur eo casu, quo est infirmus. Joan.de Anania in dicto cap.salubriter post relatam opinionem Joan.de Jmol.dicit, ꝙ in hoc articulo non esset forte fienda illa distinctio, an maritus sit consuetus negotiari, vel non: quia illa fit solummodo quando agitur de interesse consistente in lucro: secus vero si agatur de interesse consistente in damno. vt voluit text.⁊ glos. in dicta.l.ij.§.fin.ff. de eo quod certo loco. Sed dictus illustris do. Marchio hic agit de interesse cōsistente non in lucro, sed in damno: quia ibi abest.quod patet, quia expendit in onera matrimonij: facit quod habetur in.l. damni. ff.de damno infect. Et sic videtur secundum eum posse dici, ꝙ dictus do. possit petere tale interesse. Et considerandum est, vt etiam subiungit idē doctor, ꝙ dictus illustris dominus potuisset de dote predicta emere, ⁊ acquirere bona, ex quibus suscepisset valorem alimētorum: ⁊ vt fatetur Alexan.de Jmol.in.d.§.vsuras.opinio Bart.est communis, non adhibita distinctione inter consuetum negotiari, vel nō consuetum. Et q̃uis Alexan. si non habeo cōmentum incorrectum, videatur defendere Joan. de Jmol. dicens eum videri habuisse bonum sensum: quia in hoc casu non tractamus de interesse consistente in damno: quia si tu mihi dedisses cētum que pro dote promisisti: ego omnino debuissem illa expendere in alimentis: hoc tamen dictum, vt cum reuerentia tanti doctoris loquar, non videtur procedere: quia licet expendissem illa centum, nō tamen mihi abessent centum, que de meis expendi in alimentis, de quibus repetendis nunc agitur: ⁊ sic non agitur de lucro cessante, sed de damno emergēte. Propter quod videtur eūdem do. Marchionem posse petere interesse propter moram sibi commissam, ⁊ a tempore commissionis illius, que commissa fuit pro eo, quia nō est soluta in termino, vel in terminis quibus solui debuit, iuxta promissionem factam tempore cōtracti matrimonij: quia dies interpellat pro homine. Potuit etiam committi mora propter interpellationē factam parte dicti domini Marchionis. Hec probantur in.l.magnam.C.de contrahen.⁊ committen.stipu.⁊ in.l.si ex legati causa.ff.de verbo.oblig.⁊ per ea que not.doct.in.l.de diuisione.ff.solu.matri. Ange.Are. in.§.fuerat.versic. vnum tamē tene menti perpetuo, ꝙ post biennium, ⁊c.institu.de actio.⁊ Jo.Campe.in.d.tracta.de dote in.ij.parte.q.viij.aut si neutrū horū factū fuerit cōmissa est mora irregularis per lapsum biēnij.d.l.si.§.preterea. C.de iu.dot.no.vbi.s. Et sic isto vltimo casu nō posset peti interesse pro alimētis prestitis in primis duobus annis: pro alijs vero prestitis in subsequentibus annis vsque ad diem constitutionis dicte annualis summe trium millium florenorum, peti posset. Nisi forte dicamus, ꝙ imo peti non possit, si a tempore traductionis dicte do. Marchionisse ad domum prefati do. Marchionis, seu prestitorum alimentorum preterissent decem anni anteq̃ per eū fuerint petita dicta alimenta, seu interesse: quia isto casu videretur interesse fuisse remissum.l.cū quidam.§.diuus. ff.de vsu.per quem tex.ita consuluit Bal.consi.clvj.exord. Post biennium a die ductionis, ⁊c.in quinta parte. Sed contra hanc decisionem Bald.dicit se consuluisse Ange. Are.in.d.§.fuerat, versi.secundo aduertas ad id, quod dixi secundum Bald.ad quod dicit se motum pro eo, quia id quod dicit Bald.non reperitur iure cautum.igitur, ⁊c. l.illam.C.de colla.⁊ auth.de trien.⁊ semis.§.cōsideremus. colla.iij.cum etiam de iure ciuili iura ⁊ facultates inducētes iura prescribantur tantummodo triginta annis.l.licet.C.de iure delibe.⁊.l. omnes.cum simili.C.de prescript. xxx.anno. Et respondet Ange.ad dictam.l.cum quidā.§.
12 diuus.dicens, ꝙ ibi loquitur in vsuris † que sunt odiose.l. ij.⁊.l.cum allegas.C.de vsu. Et sic restringende, ⁊ faciliter videntur remisse.arg.regule, odia.de reg.iur.in.vj.⁊.l.cum quidam.ff.de libe.⁊ posthu. Sed alimenta sunt marito debita pro suo interesse, ⁊ fauoris causa: cum ipse substineat onera matrimonij.d.l.pro oneribus.cum ibi not.C.de iur. dot.⁊ hoc intantum ꝙ etiam de iure canonico sunt permisse.d.c.salubriter.merito ergo non est bona argumentatio, de damno vitādo, de quo tractat maritus, ad vsuras, quas pretendit mutuans, ⁊ sic ad lucrum, seu verius econtra.l.fi.§.licentia.C.de iu.delibe. Et quanuis pro opinione Bald. videatur facere.l. vir vsuras.ff.de dona.inter vir.⁊ vxo.ipse tamē Ang.ad illam.l.multipliciter respōdet.do. vero Jason Mayn.in.d.§.fuerat.ibi, supra scripta omnia tam de lapsu biennij, q̃ diei, ⁊c.etiam commemorat dictū consilium Bald.⁊ opinionē Ange.Are.subiungens, ꝙ si casus in facto contingeret, ipse, ⁊ consulendo, ⁊ iudicando teneret contra dictum Bald.cum etiam, si sit lapsum decennium, tamen non sit prescriptum quominus possit maritus petere vsuras preteritas, intelligo preteritum interesse pro prestitis alimentis.⁊ mouetur per regulam vulga
13 tam, que habet, † ꝙ actionibus personalibus non prescribitur, minori tempore triginta annorum.l.si quis emptionis.l.sicut.⁊.l.omnes.superius allegatas: siue dicamus, tales vsuras petendas esse iure actionis, siue etiam dicamus ꝙ eo iure peti non possint, sed officio iudicis: secundum ꝙ tenet, ⁊ declarat Jo.de Jmo.in.d.l.in insulam.§.vsuras.quem refert ⁊ sequitur Ang.Are.in.d.§.fuerat.versi. sed Joan.de Jmo.⁊c.adhuc dicit se habere intentū, ꝙ officio iudicis non prescribatur minori tempore triginta annorum: vt voluit glo.in.d.l.sicut.in verbo, persequutione. quam Bald.ibi dicit nō haberi alibi.eam etiam dicit singularem.in.l.ij.C.de execu.rei.iudi.sed habet consociam, loquentem tamē per verbum dubitatiuum forte.in.l.querela.in glo.j.in fi.C.de fal.respondet etiā do.Jason duobus modis vltra responsiones datas per Angel.ad dictam.l.cum quidam.§.diuus.quarum secunda videtur esse multū elegans: scilicet, ꝙ in.d.§.diuus.secundum Hug. glossato.antiquum ibi relatum per Jaco.But.ibi non allegabatur solum tēpus decennij vsurarum non petitarū, sed etiā quoddā iudiciū de earū remissione: nā vt ibi dicit lex, ideo nō petierat vsuras, vt debitori gratia fieret, ⁊ sic ibi nō ex solo lapsu decēnij erat sublata actio ad vsuras debitas, sed etiā ex remissione vsurarū insurgēte ex eo, ꝙ creditor vellet gratior fieri debitori: ⁊ forte ꝙ illud dixerat debitori, scz ꝙ nollet vsuras ab eo recipere, quod tamē diuinat, ⁊ subiungit ꝙ secundum Jaco.But.non possemus aliter dicere, ꝙ tam modico tēpore triennij, aut quinquennij, vel decennij fuisset prescriptum illi actioni personali ad vsuras: cum personalibus actionibus non prescri-

batur minori tempore triginta annorum: vt dictum est. Hanc opinionem Hug. relatam per Jaco. But. etiam refert Flori. in. d. §. diuus. dicens, ꝙ secundum Jaco. Butr. non posset alias dici, ꝙ tam modico tempore prescribatur actioni personali. vel dicit Flor. ꝙ hoc est odio vsurarum, de quibus vt dixi, non videtur bona argumentatio ad interesse de quo supra, quia vt fatentur omnes scribentes in. d. §. vsuras. ⁊ in. d. c. salubriter. istud nō est vsura, sed est quid ab ea distinctum, ⁊ separatum: non ergo bene infertur de vno ad aliud. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verb. oblig. l. maritus. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. Et sic quamuis Bald. sit magne authoritatis, ⁊ in iudicijs, ⁊ in scholis, vbi nō habet contradictorē, videtur tamen dictum Angel. Are. ⁊ do. Jas. esse ⁊ verius, ⁊ equius. Et sic ꝙ non fuerit prescriptum predicte actioni, quanto magis non fuit prescriptum, cum vt ponitur in facto, predicta ali
14 menta † petita extiterint infra decennium. Nec puto, ꝙ dicta alimenta censeri debeant remissa, vel donata per dictam constitutionem factā de summa annuali trium mille
15 florenorum: quia † donatio difficulter presumitur in dubio: quinimo nec presumitur quandiu potest capi alia coniectura. l. si cum aurum. ff. de solu. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignora. actio. ⁊ quod voluit Cyn. in. l. si a patre. C. de condic. indebi. Ange. consi. xc. exord. Cum lis, ⁊ questio, ⁊c. versi. quandoque dubitatur an animo donandi, ⁊c. Pet. de Ancha. consi. xxxj. exord. subtiliter ⁊ copiose super predicto dubio, ⁊c. Et tam ipse, ꝙ alij in multis alijs locis. Hic autem potest assumi alia coniectura, scilicet, ꝙ idem do. Marchio voluerit sibi prouideri de remedio per quod esset sibi magis consultum super dictis alimentis ex tūc imposterum prestandis, ꝙ antea extitisset. Preterea inducta ad vnum effectum, vel in fauorem alicuius, non debent cōtrarium effectum operari, vel contra eum retorqueri. l. legata inutiliter. ff. de adimē. lega. ⁊ l. quod fauore.
16 C. de legi. Adijcio † ꝙ si per receptionem dotis nulla facta mentione de huiusmodi interesse, non censeatur ipsum interesse remissum, sed peti possit. argum. l. si marito. §. si feudum. vbi hoc voluit Roma. ⁊ aliqui doct. Papien. ff. solu. matri. ⁊ Bald. de Barthol. in suo tractatu iuris dotium, in secunda parte, versicu. quod est notabile, quia sepe contingit de facto, ꝙ mariti post longum tempus, ⁊c. multo fortius videtur esse censendum, ꝙ propter dictam constitutionem non censeatur remissum predictum interesse. Fateor tamen ꝙ aliter ꝙ Roma. senserit Bald. in. d. §. si fundum. vbi etiam Alex. de Imo. ⁊ Bald. in. d. l. fi. §. preterea. C. de iur. dot. ⁊ ideo magis placent precedentia motiua. Nec videtur obstare. l. procula. ff. de proba. ⁊ quod no. in. l. si seruus communis. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. l. eum qui. ff. si cert. petat. ⁊. l. que dotis. ff. solu. matri. Quoniam respondeo, ꝙ licet inter coniunctos, presumatur donatio, tamen illa presumptio est circa modicum, vt not. in dictis iuribus. in dicta vero. l. procula. concurrebant alia ꝙ coniūctio: scilicet ratio sepe calculata: ⁊ quia Procula nunꝙ petierat fideicommissum viuente fratre, ⁊ vt ibi not. Bar. ⁊ Flori. si quod horum deficeret, non induceretur tacita fideicommissi remissio, vt not. gl. ⁊ Bart. in. l. libertis quos. §. j. ff. de alimen. ⁊ cibar. lega. Etiam non obstat. l. quicunque. C. de apochis publi. lib. x. ⁊ maxime cum non solum nihil fuerit solutum de interesse debito ante dictam constitutionem, sed nec etiam de dicta summa annuali trium millium florenorum. Et sic nihil facit ad casum presumptio de qua in. d. l. quicunque. Puto etiam ꝙ nō allegetur solutio illius interesse. ¶ Ad tertium respondeo ꝙ licet vltra narrata in casu, supponatur in memoriali mihi relicto, dictam illustrissimam do. Yolant intestatam, ab humanis decessisse superstitibus sex liberis: scilicet tribus illustribus masculis, ⁊ tribus filiabus: quatuor tamen videntur duntaxat eidem successisse: scilicet, dicti dom. tres masculi, ⁊ domina Marchionissa quilibet, videlicet pro quarta parte. authen. de heredi. ab intesta. §. j. collatio. ix. ⁊ transsumptiue in authentica, in successione. C. de suis ⁊
17 legi. libe. Et hoc supposito † ꝙ alie due domine filie, scilicet domina Principissa ⁊ domina Castri noui efficaciter quietauerint bona materna ante mortem dicte illustrissime domin. Yolane, earum matris, quod facere potuerunt, iuxta id, quod habetur in cap. quamuis pactum. de pact. in. vj. ⁊ quod no. doct. in. l. pactū quod dotali. C. de colla. Ideo autē dixi, si efficaciter, ⁊c. quia nō vidi quietātiā. ⁊ illius efficacia nihil dicere possum. Et supposito vt supra, ꝙ dicta renuntiatio fuerit efficax, ⁊ facta ante mortem dicte do. Yolane, ⁊ in vita dictorum do. masculorum, ⁊ propterea presumatur facta contemplatione ⁊ fauore illorum: vt not. Bald. Paul. de Castr. ⁊ alij docto. in. d. l. pactum quod dotali. C. de collat. Joan. de Imol. ⁊ multi alij in. l. qui superstitis. ff. de acquir. hered. ⁊ cano. in dicto. c. quamuis. Non tamen puto quietantiā cessasse quoad maternam hereditatem: cessasset autem si dicti domini masculi, quorum contemplatione facta censetur quietantia decessissent in vita dicte domine eorum matris. secundum doct. in locis predictis, qui loquuntur in hoc casu, non autem quando masculi decesserint post mortem eius de cuius hereditate queritur. Insuper cum post mortem dictarum domine Yolane, ⁊ principisse decesserit dictus do. Philibertus, eidem abintestato in his de quibus testari poterat, ⁊ que iure primogeniture non erant peruentura ad dictum do. Carolum eius fratrem, successerunt dicti duo fratres, ⁊ dicte domine Marchionisse Castri noui, ⁊ eorum neptis. authen. de heredi. ab intesta. §. si vero cum ascendentibus. collat. ix. ⁊ transsumptiue in authen. defuncto. C. ad orfi. iuncto authen. vt fratrum filij. §. j. collat. viij. Et puto, ꝙ dicta do. neptis eidem do. Philiberto successerit non solum quoad bona, que ad eum aliunde peruenerāt, sed etiā quoad ea que peruenerant ad ipsum ex materna successione, non obstante quietantia facta per dictam do. principissam, matrem huius domine neptis. per id quod not. Alber. in. l. si quando. §. illud. versic. sed quid si renuntiauit aliquis solenniter ⁊ legitime bonis paternis. C. de in offic. testam. Angel. consil. li. exordien. Dominus Gillius, ⁊c. Roma. consi. clxviij. exordien. Circa primum quo queritur an renūtiatio domine Catherine. Bald. in. l. si is qui bonis. ff. de vulga. ⁊ pupil. Alexan. de Jmol. in. l. j. §. veteres. ff. de acquir. posses. Jason in. l. ij. C. de in ius vocand. Huius autem dicti principale fundamentum est, quia illa bona desierūt esse materna, ⁊ ceperūt esse fraterna. Postea vero cum alius filius, scilicet dominus Marchio de Jays decessit, eidem abintestato successerunt dicti domini Carolus, Marchionissa, do. Castri noui, ⁊ neptis: per iura allegata. Successiue enim post mortem predictorum do. Yolane principisse, Philiberti, Marchionis, do. Caroli, ac vnius eius masculi, nouissime decessit filia dicti domini Caroli intestata, ⁊ sine liberis: delata est eius hereditas ad dictas dominā Marchionissam, ⁊ do. Castri noui, si tamen tunc erat capax, ⁊ nondum religiosa, repulsa dicta domina nepte, hoc est filia dicte domine principisse. dicto authen. de heredi. ab intest. §. si vero neq;. ⁊ transsumptiue in authen. post fratres, fratrumq; filios. C. de legiti. heredi. vbi probatur, ꝙ post fratres illius, de cuius hereditate agitur, ⁊ filios fratrum eiusdem succedere debet, qui proximior est in gradu: cuiusmodi sunt prefate do. Mar
18 chionissa, ⁊ do. Castri noui. Sunt † enim amite, ⁊ sic attinent defuncte in tertio gradu. l. j. §. tertio gradu. cum suis similib. ff. de gradi. filia vero dicte do. Principisse in quarto. d. l. j. §. quarto gradu. versic. Item consobrini consobrineq;. Premissa intelligo cessantibus quibusuis substitutionibus, seu testamentarijs dispositionibus predecessorum, de, ⁊ super quibus nihil dicere possum, cum eas non viderim, nec sciam si que existant. Intelligo etiam predicta in bonis mobilibus, ⁊ in immobilibus allodiantibus, tamen ⁊ alijs non feudalibus. Quo vero ad feudalia nihil possum respondere: cum nesciam an quoad successiones illa fuerint redacta ad instar patrimonialium, prout in regno, Delphinatu, ⁊ Prouincia, an ve in eis seruetur dispositio iuris feudorum. Non sum etiam informatus de tenore infeudationum. Ceterum que predixi, procederent nisi videretur obstare conuentio, seu pactū positum in contractu matrimonij dictorum do. Amedei, ⁊ Yolane, in versic. Et ideo dicte filie: ⁊c. vbi dicitur, Et ideo dicte filie, et quelibet ipsarum erunt contente ⁊ excluse ab omnibus bonis paternis, ⁊ que sunt, ⁊ in futurum erunt dictorum dominorum ducum, ⁊ principis, ⁊ eorum heredum, ⁊ successorum quorumcunq; tandiu, quandiu existet masculus legitimus viuens de nomine Sabaudie. Sed hec videntur turbare ea que dicta sunt de successione, seu hereditate dictorum do. Philiberti Marchionis, ⁊ filie domini Caroli. Et primo quidem quoad dictum do. Philibertū: quia ille, vt puto, fuit heres ⁊ vniuersalis successor, in ducatu dicti domini Amedei, ⁊ idem quoad dictos dominos

Mar

19 Marchionē & filiam domini Caroli: quia licet nõ succes serint in Ducatu, seu alias fuerint vniuersales heredes, aut successores dicti do. Amedei, aut suorum vniuersaliũ successorum, possunt tamen dici successores: quia q̃uis ap pellatione successoris tantum, vel heredis tantum compre hendatur heres vel successor vniuersalis tantum, & nõ sin gularis. l. quedam. §. nihil interest. & quod ibi docto. ff. de eden. & quod not. Bal. in. l. emptorem. C. loca. & alij in alijs locis. Secus tamen quãdo hec duo cumulantur: vt in ca su, quia tunc comprehenduntur etiam singulares successo res. l. flumimum. §. adijcitur. ff. de damno infect. quia alias illud verbum, successor, esset superfluum: quod non est di cendum: per id quod habetur in. l. hac lege. ff. de cõtrahen. emptio. & vendi. & l. si stipulatus. in princip. ff. de vsur. & in l. si quando. ff. de lega. j. & in c. si Papa. de priuileg. in. vj. & quod not. Bald. C. de contrahen. empt. & vend. in rubrica. quest. ix. Preterea non solum dictum est in dicto pacto, & eorum heredum, & successorum, sed adiectum est hoc ver bum, quorumcunq;, quo casu appellatione successoris, ve nit etiam particularis: vt not. Alexan. de Imol. in dicto §. nihil interest. Bald. in. c. j. in princip. de prohib. feu. alie natio. per Frederic. & in. c. j. §. donare. qualiter olim feud. aliena pote. & post eum do. Preposit. c. j. versic. si tamen di ctum esset ibi, nisi adiectũ esset, titul. an agnatus vel filius defuncti, & alij in alijs locis. Sic igitur videtur prefatam domi. Marchionissam, & alias fuisse exclusas a successione predictorum propter dictum pactũ: cum adhuc supersint masculi legitimi de nomine Sabaudie, quorum masculo rum fauore, & propter conseruationem agnationis, seu fa milie, videtur fuisse factum dictum pactum.

¶ Rub. Ad senatusc. Trebel. ¶ Epito. ¶ Consil. ccxv.

¶ Mater, que filie hereditatem Titij restituere grauata est, filiam etiam sibi heredē instituit: que sine beneficio in uentarij maternam adiuit hereditatem, non ideo minus filia Titij bona omnino percipiet. V. F.

1 ☞ Caducum fideicommissum an & quando fiat.
2 Cessibilia non sunt que ad heredem non sunt transmis sibilia.
3 Fratres legitimam habent in bonis fratris turpi persona herede instituta.
4 Parentes filiorum bona restituere grauati non detrahũt nisi legitimam.



Viso Casu & consultationis themate mihi exhibito parte Andree, et Verani Renoardi filiorũ naturalium & legitimorum Joannis Renoardi, cũ du bijs ex casu huiusmodi elicitis, dico & re spondeo breuiter & succincte prout infra: & primo ad primũ, q cũ honesta quondã mulier Magda lena Bolle fuerit per fideicommissum substituta honeste mulieri Antonete eius matri, debuit post mortem eiusdẽ Antonete derestituẽdo grauate, restitui ipsi Magdalene hereditas venerabilis quondã viri domi. Guilielmi Mo relli presbyteri, primi testatoris. Et q̃uis in testamento per dictam Antonetam postea condito, & in quo heredem vniuersalem solum & insolidum instituisse dicitur prefatã Magdalenam eius filiam, & sibi si sine liberis decederet, substituisse propinquiorem de prole, potuit tamen, & pote rat eadem Magdalena detrahere de hoc fideicõmisso pro pinquiori de progenie relicto, bona dicti do. Morelli: etiã si non adiuerit maternam hereditatem cum beneficio in uentarij: per id quod voluit Angel. consil. lxiij. exordien. Quoniam nihil est. Pro quo allegat. l. stichum. §. aditio. ff. de solutio. & idem voluit Paul. de Cast. & Alexand. de Imol. in. l. ita tamen. §. si ex trebelliano. ff. ad trebel. Pau. de Cast. in. l. ab omnibus. §. fin. in lectura Paduana. ff. de lega. j. & consi. clxv. exord. Queritur primo vtrum heres, &c. & consil. ccxi. exordien. Dubium facit. Rapha. Cuma. in. l. debitor. ff. ad trebel. Et hec procedunt sine dubio quo ad tres quadrantes predictorum bonorum qui eidẽ Magda lene debebantur per dictam Antonetam in vim substitu tionis de ea facte per dictum quondam dominum Guliel mum. & sic tanquam es alienum potuerunt postea isti tres quadrantes deduci, seu detrahi aduersus propinquiorem prolis. Quo vero ad quartam trebellianicam, quam dicta Antoneta potuit detrahere ex hereditate dicti quondam domin. Guilielmi, dico in primis, q fructus per eam ex bonis huiuscemodi hereditatis per eã percepti, debuerũt in hanc trebellianicam imputari. l. in fideicommissariam. in prin. & quod ibi omnes scribentes. ff. ad trebel. & l. iube mus. & quod ibi doct. C. eo. ti. Et si valor fructuum huius modi ad tantum ascenderit, quantum valebat dicta quar ta, prefata Antoneta tenebatur restituere omnia bona, nullo alio per eam deducto, seu detracto iure trebelliani ce. Et sic etiam illa omnia potuit prefata Magdalena de ducere, seu detrahere de fideicommisso relicto post ipsius mortem propinquiori de progenie. Si vero valor fructuũ predictorum non ascenderit ad valorẽ dicte quarte, potuit de illo pluri predicta Antoneta cum effectu disponere, & testari, & in illo substituere propinquiorẽ de progenie. Ad id vero de quo in dicto primo quesito etiam fuit quesitum ad quid prosint illa verba, ad vitam solum, & duntaxat po sita in testamento dicti quondam domini Guilielmi, & in institutione facta de eadem Antoneta, dico q in hoc casu, nihil profuerunt, nec impedierunt quominus eadem An toneta & in vita, & post mortem fuerit heres dicti quõdam do. Guilielmi: & vt dicit Joan. de Imo. & alij magis com muniter in. l. hereditas ex die. ff. de heredi. instit. illa verba posita in institutione nihil operantur. ¶ Ad secundum patet responsio per predicta: scilicet q fructus percepti per dictam Antonetam ex bonis & hereditate dicti quondam domini Guilielmi, debẽt in quartam trebellianicam eius dem Antonete imputari: vt predixi. ¶ Ad tertium dico &
1 respondeo, † q cum viuente prefata Magdalena Phi lippus & Julianus eidẽ Magdalene substituti, & sic pen dente conditione vniuersalis fideicommissi ab humanis decesserint, fideicommissum eisdem relictum, factum est ca ducum, nec ipsi ad alios etiam suos ius huiuscemodi fidei commissi, seu speciẽ illius transmittere potuerunt. l. vnic. §. sin autem sub conditione. C. de cadu. tol. l. si in personam. C. de fideicommis. not. glos. & docto. in. l. vnic. C. de his qui ante aper. tabu. decesse. Joan. de Imo. & Alex. de Imo. in l. cum ex filio. in princ. ff. de vulga. & pupil. Non igitur va luit cessio, seu venditio, quã de fideicommisso seu iure sub stitutionis predicte, fecisse dicuntur dicti Philippus & Julianus, Rogerio Bolle fratri predicte Magdalene. Tum quia nemo plus iuris, &c. l. traditio. ff. de acquiren. rer. domi. l. vnica. C. qui pro sua iurisdict. iudi. dare dariue
2 poss. c. gratia. j. q. j. &. q. vij. c. Daybertum. Tum & † quia que non sunt ad heredem transmissibilia, non sunt cessibi lia. l. quod si minor. in prin. & quod ibi glo. & doct. ff. de mi nor. & l. ex pluribus. & quod ibi glo. ff. de administra. tuto. & Alex. de Imo. in. l. si mulier. §. ex asse. ff. de iur. dot. Et sic cessionarius predicti do. Rogerij, nihil potuit, aut potest in vim cessionis per Rogerium sibi facte, petere in & super bonis, que fuerunt dicti quondam domini Guilielmi, in quibus nec prefati Philippus & Julianus, nec idem Ro gerius ius aliquod habuerunt pretextu, & occasione substi tutionis facte de eisdem Philippo, & Juliano, que vt pre dixi, facta est caduca: pro eo quia viuente Magdalena cui pretenduntur fuisse substituti, & sic pẽdente conditione ab humanis decesserunt. ¶ Ad quartum, dico & respondeo, q cessioni, quã fecisse dicitur egregio viro domino Ar naldo, Albini, sancte sedis apostolice prothonotario, vi dentur multa posse opponi. Et quidem, q facta fuerit po tentiori, & q titulo in eadem expresso, saltem de quo fiat mentio in casu mihi exhibito, insuper & q in vim illius, nullum ius fuit acquisitũ, vel acquiri potuit in bonis, que fuerũt dicti quondã Guilielmi: nisi forte quoad ius, quod ad causam sue legitime, seu supplementi legitime, quam habere debuit predictus Rogerius in dicta quarta trebel lianica, nisi Antoneta mater illam ex integro percepisset in fructibus, prout supra dixi, & in alijs bonis predicte Antonete ipsius Rogerij matris: que legitima cum ei dem Antonete superfuerint duo liberi, scilicet ipse, & di cta Magdalena eius soror, fuit sexta pars, seu due vncie bonorum dicte quondam Antonete, non dico heredita tis, sed bonorum, & sic eorum, que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa authen. de trien. & semis. §. j. collat. iij. & transsumptiue in auth. nouissima. C. de inoffic. testamen. Et in hac legitima non potuit idem Rogerius grauari, nec prohiberi eam petere. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. & l. scimus. in prin. C. de inoff. testa. & authen. vt cũ de appellat. cogno. §. ceterum. coll. viij. Et quia for te id, quod predicta Antoneta eidẽ Rogerio filio suo reli quit, non ascendebat ad dictã sextam partem, & sic ad suam

legitimam debitam in bonis maternis, potuit ipse Rogerius petere supplementum, & consequenter alteri alias nõ probibito, & cum titulo legitimo cedere, & remittere. Quo vero ad fideicommissum per dictam Antonetam relictũ, propinquiori de progenie post mortem predicte Antonete, dico q etiam si dictus Rogerius censeretur, & esset ille propinquior, non tamen videretur dictus do. Arnaldus posse petere dictum fideicommissum, ante restitutionem factam eidem Rogerio. d.l. si mulier. §. ex asse. Et si ipse do. Arnaldus illud posset petere, possent tamen de dicto fideicommisso, & ex persona prefate quondam Magdalene detrahi, prout supra dixi, bona, que fuerunt dicti do. Guilielmi, & due quarte, scilicet legitima, que ascendit ad duas vncias: & trebellianica, que est quarta pars residui: & sic alie due vncie. Et sic in vniuerso quatuor vncie: quia filius heres institutus, & de restituendo grauatus, detrahit duas quartas: per id quod not. glos. Barto. & docto. in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. glos. & Bar. in l. quanquam. C. ad leg. Falcid. multas remissiones ponit do. Jason, in authen. res que. C. communia de lega. pro quo sunt boni text. in c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. Residuum, hoc est, alie sex vncie bonorum maternorum vltra duas vncias pro legitima debitas deberent restitui eidẽ Rogerio, si supponimus q ille sit propinquior de progenie. ¶ Ad vltimum questitum, dico & respondeo,
3 † q frater nullam legitimam habet, aut petere potest in bonis fratris, aut sororis, nisi eo casu, quo frater vel soror heredem instituissent personam infamem infamia iuris, aut facti. l. fratres. C. de inoffic. testa. Et sic non potuit nec potest predictus Rogerius conqueri, q in testamento Joãnis eius quondã fratris, non fuerant sibi relicti nisi quinque solidi. Uerum quia idem Joannes heredem instituit prefatam Antonetam eius matrem, & eidem substituit dictos Andream, & Ueranum consobrinos, potuit eadem Antoneta detrahere legitimam. Et de hoc non est dubiũ, que est tertia pars bonorum dicti Joannis, deducto ere alieno, & funeris impensa: quia licet eidem Joanni superfuerint dicta Antoneta mater, ac Rogerius ac Magdalena frater & soror, ipsi tamen Rogerius & Magdalena nõ fecerunt matri partem in legitima, sed illa tota potuit detrahi per matrem: vt voluit Jaco. Butri. & post eum Bal. & moderni, in authen. nouissima. C. de inoffic. testa. De tre
4 bellianica † vero an potuerit dicta Antoneta illam detrahere, & sic detrahere duas quartas: respondeo, q de hoc sunt opiniones inter docto. Ange. enim in l. si a milite. §. fin. ff. de testa. milit. Uidetur sensisse q sic. Bald. vero qui etiam de hoc mouit ibi questionem, non fuit ausus decidere, sed reliquit cogitandum. Alexan. de Jmol. in l. coheredi. §. cum filie. versi. vtrum autem id quod dicit text. &c. ff. de vulga. & pupil. etiam mouit questionem, sed nõ decidit: pro eo quia tunc pendebat de facto. Sed in l. in ratione. el j. §. quod vulgo. versic. potest dubitari, an sicut descendentes, &c. ff. ad leg. fal. decidit q non possint parentes per liberos heredes instituti, & de restituendo sub conditione grauati detrahere, nisi vnam quartam. Et pro hoc multa inducit vbi videtur pro nũc adherendum. Et sic dico, sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sentientis, et salua pleniori deliberatione, q de bonis dicti Joannis, non potuit prefata Antoneta detrahere nisi vnam quartam: & sic nisi legitimam vel trebellianicam: de qua potuit testari, prout de aliis bonis suis. Et ista deberet restitui dicto Rogerio, si sit ille propinquior de progenie, de qua tamen, vt de aliis bonis predicte Antonete poterunt dicti Andreas, & Ueranus tanq̃ donatarii prefate quondam Magdalene, & sic ex persona ipsius, detrahere legitimam, & trebellianicam: & sic quatuor vncias: vt superius dixi. Que dixerim, &c.

¶ Rubr. De fideicommis. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccxvi.

¶ Dos quamuis grauamen restitutionis recipiat: nõ tamen quatenus legitimam nõ excedit: nec in eo quidem in quo excedit, nisi expressum sit. U. F.

1 ☞ Substitutionis verba ad quem dirigantur potissimũ est attendendum.
2 Eisdem dictio pluralis in vno non verificatur.
3 Ordo detractionis legitime & trebellianice.
4 Dos in legitimam an & quando imputetur.



Upposita Testamentaria dispositione, quã fecisse dicitur honorabilis vir, Joannes Lamberti mercator, ciuis Aquensis, & iis que post ipsius mortem in personis suorum liberorum contigerunt. Dico & respondeo, q licet in vim secunde substitutionis, quam fecisse legitur de honestis mulieribus Catherina, & Melchiona Lamberte eius filiabus naturalibus & legitimis, debuerũt post mortem Claudii Lamberti sine liberis vita functi, bona eiusdem Joannis testatoris in vim fideicommissi restitui prefate Melchione, alteri ex substitutis superstiti: de illo tamen fideicommisso poterant nõ solum ex persona dicti Claudii vltimo, & in adulta, vel iuuenili etate vita functi: sed etiam ex persona Rolini Lamberti in pupillari etate ante eum mortui, detrahi due quarte, scilicet, legitima & quarta trebellianica, de quibus, vtpote non venientibus in fideicommisso per ipsum Claudiũ restituendo, idem Claudius testari potuit. Pro cuius dicti decla
1 ratione premitto, † q in substitutionibus, & signanter, in fideicommissaria, attendi debet, ad quem dirigantur verba grauaminis, hoc est cui fiat substitutio huiusmodi: pro eo, quia & quoad validitatem, vel inualiditatem, & quoad pinguiorem, vel minus pinguem effectum refert, & multum interest grauari hunc, vel illum, aut fideicommissariam substitutionem esse factam huic, vel illi: verbi gratia, si pater filium instituat, & si decesserit sine liberis, vel eius liberi sine liberis, substituat Titium, multum refert an expresse dicto filio substituat sub conditione, si sine liberis vel eius liberi sine liberis ab humanis decesserint, an de substituat liberis filii, vt verbi gratia, instituit filium, & si filius decedat sine liberis, vel ipsi liberi sine liberis, substituit ipsis liberis. Nam in primo casu, licet filius moriatur superstitibus liberis, si tamen illi liberi postea decesserint sine liberis, est locus substitutioni: & poterit Titius substitutus petere fideicommissum: pro eo quia non ipsi liberi vltimo defuncti, sed ipse filius ad quem verba grauaminis sunt directa, vel cui facta fuit substitutio, potuit per patrem onerari, & grauari non solum sub conditione, si ipse sine liberis decederet, sed etiam sub conditione, si superstites liberi postea decederent sine liberis: & in hoc nullus dubitat. Sed secundo casu nõ valet, pro eo q in eo, non est grauatus filius, sed liberi, quibus nihil fuit relictum, & hec secundum magis communem opinionem. Pro cuius intellectu videatur quod not. Bar. in l. Centurio. versic. quero vlterius quid si testator dicit, si filius meus decesserit sine liberis, vel liberi sine liberis. ff. de vulga. & pupil. & q contra Barto. voluerunt docto. relati per do. Jason May. in d. l. Centurio. versic. tene contrariam opinionem contra Bart. que est vera, & magis communis &c. Potest & aliud exemplũ poni in eo, quod predixi, quia videmus q quamuis impubes non possit grauari in legitima, in ea tamen grauari possunt venientes abintestato, & de hoc nullus dubitat: debet ergo attendi cui censeantur fuisse substitute prefate Catherina, & Melchiona, an videlicet vltimo decedẽti, an ve omnibus masculis, & sic tam dicto Claudio vltimo vita functo, q̃ Rolino premortuo: & sic eorum cuilibet. Ad quod respondeo, q ex verbis substitutionis predicte apparet clarissime eundẽ testatorẽ substituisse non solum vltimo decedenti, & sic Claudio, sed etiã primo decedẽti, & sic dicto Rolino: pro eo q in dicta substitutione nõ dixit eidẽ singulariter, quo casu intelligi potuisset de vltimo. sed dixit pluraliter eisdẽ, & sic nõ solũ
2 vltimo, sed etiã primo decedenti: quia † verbũ eisdem, pluraliter prolatum, nõ verificatur in vno, vt solenniter declarat Joan. And. in addi. Spec. ti. de testa. §. j. in magna addi. versic. quarta questio. quam refert & sequitur Franc. de Are. cõsi. cl vj. exord. Diligenter visis & consideratis testamento & codicillis, &c. versicu. sunt econtra in ista materia substitutionis, &c. Et q dictus testator censeatur substituisse non solum vltimo decedenti, & sic Claudio puberi, sed etiam primo decedenti, & sic Rolino impuberi, satis apparet ex iis que notat Bald. in l. ex tribus. versicu. ego cõsului pridie in ciuitate Uiterbii, &c. vbi etiã Paul. de Castro, prope finem, ibi, sed si dixisset relinquo, &c. C. de inofficioso testamento, & Alexander de Jmola, in l. vel singulis, versicu. addo quod Angelus, ibi, ego puto quod ista verba eis substituo. ff. de vulgari & pupillari, & in l. ita tamen. §. qui suspectam. versiculo, in hoc dubio articulo. ibi, & illud quod dicit Angelus, &c. ff. ad trebellian.

Habuit igitur diuersis tēporibus dictus Rolinus duos substitutos, vnum scilicet Claudium, qui eidem pupillariter, ⁊ sic iure directo, ⁊ in omnibus bonis successit, ⁊ aliū per fideicommissum, qui erat eidē Rolino substitutus, si ⁊ ipse, ⁊ dictus Claudius sine liberis decederent: quod nō est absurdum, vt voluit Bald. ⁊ post eum Paul. de Castr. in dicta. l. ex tribus. quod etiaʒ colligitur ex his que ponit Alex. de Imol. consil. clxxv. exordien. Perspectis verbis testamenti Joānis Nicolai. in quinto volu. Ex quo infertur, ꝙ licet in fideicōmisso relicto a substituto impuberis veniāt etiam ea que in vim pupillaris substitutionis peruenerant ad substitutum. iuxta tamen doctrinam positam per Bart. ⁊ modificatam per Alexan. de Imol. in. d. l. ita tamen. §. qui suspectam. versic. in hoc dubio articulo. ff. ad Trebel. Tamen hoc non facit ad casum nostrum: quia vt dixi, hic nō solum fuit grauatus Claudius vltimus vita functus, sed etiā Rolinus. Et ita impertinenter queritur hic, an in fideicommisso relicto a Claudio veniat id quod ad eum peruenerat in vim pupillaris substitutionis, cum de hoc ipso restituendo fuerit grauatus dictus Rolinus, vt predixi. Que si ita se habeant, imo quia sic se habent, detrahi potuerunt vt predixi, aduersus dictā Melchionem legitima ⁊ trebellianica, non solum ex persona dicti Claudij, de quo non dubitatur, sed etiam ex persona dicti Rolini impuberis. Et quidem legitima: quia in illa grauari non potuit. l. quoniam in prioribus. cum suis simili. C. de inoffi. testa. ⁊ trebellianica, quia cum grauamen fuerit conditionale, ⁊c. potuerunt detrahi ex persona grauati due quarte. iuxta ea que ponit glo. Bart. ⁊ doct. in. l. Papinianus. §. nūc meminisse. ff. de inoff. test. gl. ⁊ Bar. in. l. ꝙꝙ. C. ad leg. falc. Bald. in. l. filium quem. C. famili. ercisc. Pro quo videri potest do. Jason May. in authen. res que. C. cōmunia de leg. ⁊ in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. de quo sunt boni text. in iure canonico, in. c. Raynutius. ⁊. c. Raynaldus. de testam. Nec putet aliquis ꝙ ego contendam dictum Claudium potuisse ex persona sui ipsius detrahere legitimam de portione relicta dicto Rolino: quia fateor ꝙ regulariter non debetur fratri legitima in bonis fratris: sed dico ꝙ ipse tanquam heres Rolini potuit detrahere legitimam debitā Rolino in bonis patris: quia in illa non potuit grauari Rolinus, cui etiam facta fuit substitutio fideicommissaria de sororibus: quanuis in ea grauari potuisset dictus Claudius: sed hoc factum non est. Non igitur, pace sua ⁊ omni honore saluis, dixerim, procedit omnino quod scripsit spectabilis vir do. ex aduerso comparens in quadam schedula exordien. Pro solutione, ⁊ decisione ⁊ veritate, ⁊c. circa principium, quatenus ibi dicit dictum Claudium nō potuisse ex persona sua, vel sui fratris, retinere legitimam, vel trebellianicam, ⁊c. quia quanuis fateor ꝙ non potuerit retinere legitimam ex persona sui ipsius, nego tamen ꝙ non potuerit ex persona fratris grauati, ⁊ vt heres illius. Et hoc plane dicunt Bart. ⁊ Pau. de Cast. in. d. l. ex tribus: quo ad trebellianicam vero, dico vt iam dixi, ꝙ illam potest detrahere ex persona dicti Rolini impuberis etiam grauati. Et addo ꝙ etiam si non esset facta substitutio dictis Claudio ⁊ Rolino, sed soli Claudio, seu vltimo decedenti, adhuc potuisset idem Claudius, vel eius heres de tota hereditate, seu toto fideicommisso detrahere quartam trebellianicam, vt voluit Pau. de Cast. in. d. l. ex tribus. ⁊ Cuma. consil. cxxiij. Ad id quod paulopost dicitur in eadem schedula, ꝙ non censeatur grauamē adiūctum pupillo, sed magis prouisio sibi facta, dico ⁊ respondeo, ꝙ dicto pupillo fuit facta prouisio, ⁊ grauamen iniunctum. Prouisio quidem per primam substitutionem in vim cuius pupillariter, ⁊ sic iure directo eidem successit dictus Claudius, grauamen vero iniunctum sub conditione, si omnes liberi masculi sine liberis decederēt: quia dictum est eisdem, vt sepe dixi. Et quāuis vbi non apparet an grauamen fuerit iniunctum impuberi, vel eius substitutis, aut abintestato eidem successuro, sit non pauca difficultas, cui videatur iniunctum, vt videri potest in his que scribunt antiqui, ⁊ moderni in. d. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ in multis aliis locis. in hoc tamen casu apparet ꝙ non solum substituto, sed ⁊ dicto impuberi fuit grauamē iniunctum. Etiā nec procedit quod vlterius dicit idem dom. scribens in predicta schedula, versi. nec est mirum, ⁊c. quatenus dicit, ꝙ si dictus impubes habuisset bona propria, illa venissent in restitutione fideicommissi. Quoniam respondeo, ꝙ hoc esset verum, si duntaxat censeretur fuisse grauatus dictus Claudius substitutus: quia potuisset grauari etiam in illis, sed in illis grauari non potuit idem pupillus: quia per fideicommissum non succeditur grauato, sed grauanti, ⁊ sic non in bonis grauati, sed grauantis. d. §. cum filie. Pro quo dicto, videatur Alexan. de Imo. in dicto. §. qui suspectum, versicu. non obstat etiam dicte distinctioni opinio Reyne. ⁊c. Et sic illa communis sententia, quam refert idem do. scribens, ⁊ secundum quam dicit se vidisse consultum, ⁊ obtentum, non adaptatur huic casui, sed alij ⁊ diuerso, quando scilicet grauamen censeretur iniūctum substituto impuberis, ⁊ nullo modo ipsi impuberi. Non facit etiam contra premissa, imo profecto pro premissis, quod vlterius scribitur in predicta schedula. in §. portio vero Claudij. quatenus ibi dicitur, ꝙ id quod peruenit ad Melchionam ex testamento dicti Claudij eius fratris, suum sit, ⁊ tutum, ⁊ quod non veniat in restitutione, cum illud capiat non iudicio patris testantis, sed filij, ⁊ ex dispositione iuris: quod si ita est, imo quia ita est: ⁊ cum hoc sto cum eodem do. scribente. profecto dicte due quarte detrahende ex persona Rolini impuberis, non veniunt in restitutione: quia Melchiona illas non habuit, nec habere debuit ex dispositione patris, sed filij, qui eas detrahere potuit, ⁊ consequenter eius heres. Ex quibus infertur, ꝙ cum dicto testatori superfuerint tres liberi, eorum legitima fuit triens. auth. de trien. ⁊ semis. §. i. ⁊ transumptiue in authen. nouissima. C. de inoffic. testam. qui deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa detrahēdus est: ⁊ sic Melchiona partim ex sua ⁊ partim ex personis dictorū eius fratrū, quibus vniuersaliter successit: dicto vcz
3 Claudio immediate, ⁊ p mediū ipsius dicti Rolini, ⁊ potest detrahere quatuor vncias pro ipsorum omnium legitima. Et de octo vncijs restantibus, quartam trebellianicā, ⁊ sic duas vncias. hoc enim ordine fienda est quartarum detractio, vt not. glo. in. d. c. Raynaldus. super verbo. licet totas. ⁊ Joan. de Imo. in. d. l. coheredi. §. cum filie. Fa-
4 teor tamen ꝙ in legitimam dicte Melchione debeat dos imputari, si soluta est per dictum testatorem, vel per heredem, ⁊ de bonis hereditarijs, si de hoc constat. l. quoniam Nouella. C. de inoffi. testa. alias secus: quia cum in dubio pecunia presumatur esse soluentis, seu numerantis. l. ij. C. pro soc. Si heres dotem numerauerit, presumitur de suo numerasse, ⁊ si substitutus pretendat ꝙ non de suo, sed de bonis hereditarijs hoc fecerit, sibi incumbit onus probandi: quia hoc est fundamentum eius intentionis. l. actor. C. de proba. l. in exceptionibus. in prin. ff. eo. tit. l. si quis. C. de fabricen. lib. xi. l. in illa. cum. l. seq. ⁊ quod ibi Bart. ⁊ doct. ff. de verbo. obliga. ⁊ quod no. Inno. in. c. super his. de accusa. Ex quibus colligitur ꝙ quilibet tenetur probare fundamentum sue intentionis, siue illud sit factum affirmatiuū, siue negatiuū. Nec puto, ꝙ in fideicommisso, quod sibi restitui postulat venerabilis vir do. Ludouicus Lamberti, venire debeat dos, seu etiam id, in quo dos legitimam excedebat: quia licet pater, possit substituere filie etiam in dote, ⁊ eam grauare de dote restituenda, quatenus excedit legitimam, hoc tamen facere nō censetur, nisi hoc exprimat, nec dos venit in restitutione vniuersalis fideicōmissi, nisi specialiter hoc expressum extiterit. Pro quo allegasse sufficiat. l. Lucius. §. maritus. ⁊ quod ibi Bart. ff. ad trebel. ⁊ quod not. Bart. in. l. si. §. filie. ff. de lega. ij. ⁊ Alex. de Imo. in. l. a filia. ff. ad trebel.

¶ Rub. De exceptionib. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccxvij.

¶ Summatur vt in secundo notabili.

1 ¶ Mater si cum patre dotem promittat, an de suo promittere censeatur.
2 Excussionis exceptio dilatoria est, nō peremptoria: ⁊ ante litem contestatam opponenda.



Ulta sunt, que obstiterunt, ⁊ obstant probo viro Stephano Fabri, vt non potuerit, nec possit opponere de eo, de quo nunc opponit, scilicet, ꝙ prius debuerint discuti bona honeste mulieris, Francesie, relicte Jo. Fabri, que dicitur cōstituisse. l. flo. de quibus in actis. Et primo quidē obstat id qđ dicit Bal. Nouel. in suo trac. iur. dot. vers. vidi

1 etiam, vbi dicit se vidisse consultum, q† si pater & mater, simul promittant dotem pro filia, obligando se ipsi marito, tunc mater videatur magis intercedendi, seu fideiubendi animo pro marito promittere, q̄ de suo aliquid donare: Et sic repeteret, ex quo negotium spectabat in totum ad virum suum. arg. l. vir vxori. §. fin. ff. de iur. dot. Quod autem officium dotandi, paternum sit, & in totum ad virum spectet, probatur in. l. fin. C. de dot. promis. & in. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. Secundo sibi obstat, quia cum dictus quondam Joannes conuenerit, promiserit, & iurauerit soluere, non solū trecentos & quinquaginta florenos, sed quadringentos, in quibus includebantur, & includuntur quinquaginta floreni per dictam Francesiam cōstituti, non potuit dictus Joannes, nec hodie potest prefatus Stephanus filius opponere, q bona dicte Francesie non fuerint, vel sint discussa, vel ipsa Frācesia primo cōuenta. per id quod not. Bald. & post eum Petr. de Ancha. in. c. ex rescripto. de iureiuran. & sequitur Alex. de Jmo. consil. xxxij. exordiente, Jn causa exequutionis mote, &c. versic. quarto principali fundamento. in quarto volu. & Anto. Corset. in sua solenni repeti. rub. de iureiur. versic. duodecimum priuilegium est, q vbi fideiussor iurauit, non requiritur excussio, &c. vbi etiam refert idem Anton. q cum legeret Bononie, allegauit in practica hoc dictum Bald. & Pet. de Anch. & obtinuit. Tertio obstat eidem Stephano, quia vt apparet ex tenore instrumenti constitutionis dotis, prefatus quondam Joannes renuntiauit nominatim multis iuribus subiuncta postea generali clausula, per quam renuntiauit omni alij iuri canonico, & ciuili. Quo fit vt cum etiā iurauerit obseruare omnia vniuersa, & singula, per eū promissa, & contra ea non venire, satis censeri debeat renuntiasse exceptioni nunc parte predicti Stephani opposite: scilicet, q prius debuit conueniri predicta Francesia, &c. Pro quo allegasse sufficiat, quod not. Bart. in auth. matri & auie. C. quan. muli. tute. offi. fungi potest Alex. consi. xj. in. j. volu. habet enim iuramentum vim expressi. vt voluit Bald. in. l. j. C. cōmoda. Quarto facit, quia † exceptio
2 predicta, quam videlicet opponere nititur prefatus Stephanus, est dilatoria, non peremptoria, vel anomala, vt voluit Bart. & Rapha. Cuma. in. l. ij. ff. de excep. & Alber. Bald. & Sali. in auth. presente. C. de fideiusso. vbi etiam refert Alb. q idem voluit Jaco. de Raue. & Pet. idem etiā tenuit Sali. in. l. exceptionem. C. de proba. debuit ergo opponi, si tamen opponi potuisset, vt non potuit, ante litem contestatam.

¶ Rub. Ad senat. consul. Velleia. ¶ Consilium. ccxviij.

¶ Epitome.

¶ Mulier cum iuramento senatusconsulto Velleiano renuntiare potest. V. F.

1 ☞ Auth. si qua mulier. C. ad Velle. qualiter locū habeat. Mulieris cum viro se obligantis renuntiatio quanti momenti.
2 Juramentum etiam in foro seculari secundum ius canonicum semper regulatur.
3 Verborum intellectus qualis. & nu. 5.
4 Petens totum debitum ab vno correorum non sibi preiudicat quin possit ab altero totum consequi.
6 Pactus indemnem seruare quoad personā, censetur nolle seruare quoad bona.
7 Juramentum in renuntiatione facit vt fideiussor possit cōueniri non excusso principali.
8 Juramentum vim habet expressi.



1 Etiam † Si authē. si qua mulier. C. ad Velleia. locū habeat non solū eo casu, quo mulier, seu vxor, pro eius viro se obligat, & fideiubet, sed etiā vbi vir & vxor principaliter se obligant secundum Specu. qui ita not. tit. de solu. & obliga. §. j. versi. sed queritur. & doct. communiter in dicta auth. si qua mulier hoc tamē in nullo releuat honestam mulierem Catherinam de Sardana, vxorem prouidi viri Romani maximi: pro eo, quia eidem auth. fuit per dictā Catherinā expresse, & cū iuramēto renūtiatum: quod secundū cōmunem opinionem facere potuit de iure canonico de quo seruari debet iuramētum, nō dolo, vel metu prestitum, & quod sine detrimēto salutis eterne seruari potest. c. cū contingat. & c. si vero. de iureiur. c. quāuis pactū. de pac. in. vj. facit aut. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. & q dicte auth. si quā mulier, possit cū iuramento renūtiari, tenuit Alb. in dicta auth. si qua mulier. versi. quod autem dixi. Et idem voluit
2 Bald. in. l. antique. versi. ne autē. ad fi. C. eo. ti. In† materia vero iuramēti, tanq̄ in materia spirituali potius seruandū est ius canonicū, q̄ ius ciuile, etiā in foro seculari. c. ij. de iureiur. in. vj. Et hinc dicit Anto. de But. in. d. c. cum contingat. versi. tertius casus, &c. q disponere super iuramento non spectat ad legem ciuilem, vel ad iudices seculares: allegat. no. per Ostien. in. c. quēadmodū. de iureiur. & etiā quia cū iuramenta principaliter dirigātur in Deū. c. debitores. & c. & si Christus. de iureiur. nō sunt subiecta legi, maxime ciuili. per id quod not. in. c. cū esses. & in. c. relatum. de testa. Cū igitur dicta Catherina sponte, libere & sine dolo renūtiauerit cum iuramēto predicte auth. si qua mulier. & iuramētum huiusmodi potuerit, & possit per eam seruari sine interitu salutis eterne, illud seruandum est, de beneficio vero senatusconsulti Velleiani non est dubium, quin mulier possit illi renuntiare. Vbi tamē aduertendū est, q siue dicamus, prefatā Catherinā, se principaliter cū dicto eius viro obligasse, siue pro eo fideiussisse, & sic se accessorie obligasse, ipsa videtur obligata insolidum. Et quidē si censeatur fideiussisse, hoc certum est, postq̄ non fuit summa, aut factum promissum limitatum. Si vero principaliter obligauerit, etiā censenda est se obligasse insolidū illa vel maxime vel saltē ratione, quia ita expressum est in instrumento obligatorio: vbi, ambo simul & vterq; eorum insolidum. Cū enim hec verba clara existant, non est ab eorum significatione discedēdū. l. nō aliter. ff. de leg. iij. & l. Labeo. ff. de supellecti. legat. Facit quod dicunt docto. in. l. fi. C. de pac. & Alex. de Jmol. consi. lxxviij. exord. Visis q̄ eleganter & in facto, & in iure, &c. in quarto volu. de donatione, in qua est facta mētio mortis, de qua dicunt, q quāuis illa in dubio censeatur esse donatio causa mortis. l. Seia. §. fi. ff. de dona. cau. mor. & l. Seia. & quod ibi glo. ff. de dot. prele. not. glo. & doct. in. d. l. fi. C. de pact. hoc tamen fallit, quando donans exprimit se donare donatione inter viuos: quia cum ipse hoc exprimat, & consequenter sic sentire presumi debeat. d. l. Labeo. Non est curandum de mentione mortis, nec propter mentionem huiusmodi discedendum a verbis claris. d. l. nō aliter. & l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij. Ergo a simili idem erit hic dicendum, scilicet q cum prefati Romanus, & Catherina, & eorum quilibet insolidum contraxerint, & se obligauerint, non videtur hesitandum, quin dicta Catherina sit insolidum obligata. Nec videntur huic dicto refragari illa verba, prout quamlibet ipsarum partium tangit: quia si bene aduertatur ad instrumentum obligatoriū, tres fuerunt contrahentes, sed vnus, scilicet dictus Joannes Baptista contraxit ex vna parte, & prefati Romanus & Catherina contraxerunt ex alia parte. Et illa verba prout quamlibet ipsarum partium tangit, non debent referri ad cōtractum societatis antea inite per, & inter dictū Joānem Baptistam & Romanum: sed ad promissiones, quas fecerunt tempore contractus, de quo in instrumento, in vim cuius predicta Catherina nūc compellitur. Et vbi dici posset, vel deberet illa verba, quantum tangit quamlibet dictarum partium, debere referri ad dictam societatem, & que illam sunt sequuta, nō propterea posset eadē Catherina se pretendere nō fuisse, & esse obligatam: quasi in nullo tangeretur: q: nō est dictum in dicto instrumento, prout dictā Catherinam tangit, sed, prout quamlibet ipsarū partiū, &c. Et vt dixi, Romanus & Catherina faciebāt vnā partem, nō quilibet vnā, & sic duas: sed vnā duntaxat quam totam ratione, & ex persona dicti Romani tangebat predicta societas, & que eam sequuta fuerant. arg. l. vulgaris est questio. in princ. ff. de furt. cano. de penit. dist. j. vulgaris est questio. Et hanc interpretationē fieri persuadet ratio euitāde repugnantie
3 que vitāda est: & sic† intelligi debent verba cōtrahentiū, vt repugnantiā nō cōtineant. prima cōstitu. C. §. quibus. & q̄ ibi Bart. de quo etiā idē Bar. in. l. fi. §. idē queiit. ff. de cōdict. indeb. Bal. cōsi. cliij. in prima parte. Alex. de Jmo. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. in prin. ff. de lega. j. & do. Jason May. in. l. cū falsa. prope fi. C. de iu. & fac. igno. debet etiam verba contrahentium, vel alias disponentium sic accipi in dubio, vt non presumantur illico se correxisse. l. non ad ea. ff. de condictio. & demonstr. & vt actus potius valeat, q̄ pereat. l. quoties. ff. de verbo. obliga. l. quoties. ff. de reb. du. & l. quoties. ff. de reg. iu. verba enim que in cōtractibus non possunt intelligi secundum propriā significationem, debent

debent intelligi improprie vt contractus valeat, & contra-
ctus teneat, secundum Barto. & docto. qui ita not. in. l. si ti
bi pecuniam. ff. si certa. peta. & ad hoc vt dicit ibi domi. Ja-
son May. allegatur millies iste tex. & cõcordat. l. insulam.
& quod ibi Barto. ff. de prescrip. verbis. l. serui. & l. si tam
angusti. ff. de seruit. titulo generali. l. olei. & quod ibi Bar.
& docto. C. loca. hinc dicit tex. in. c. cum dilecti: de donat. ꝙ
in contractibus fieri debet, non dico largissima, sed larga
interpretatio. etiam in contractibus debe mus magis attẽ
dere mentem, quam verba. l. fi. & quod ibi Bald. C. que res
pigno. obliga. pos. & l. ita stipulatus. §. magna. ff. de verb.
obliga. facit quod nota. gloss. notabi. in. l. blanditus. ff. de
fideiusso. in. l. si. in venditione. in gloss. fin. ff. commu. predi.
facit. l. in conuentionibus. ff. de verbo. signifi. & l. sed & Cel
sus. §. si fundus. ff. de contrahen. emptio. non enim inten-
tio verbis, sed verba intentioni debent seruire. c. intelligen
tia. c. in his. de verb. signifi. c. humane aures. xxij. q. v. c. se-
dulo. xxxviij. dis. & c. Marchion & Basilides. j. q. j. hinc di
cit Bald. C. de iure emphy. in rubric. in. j. & ij. q. & in. l. ij. C.
commoda. ꝙ si aliquis cõcedit fundum in emphyteusim,
dato ꝙ in instrumento apponatur verbum vendo!, vel
loco, tamen magis debemus attendere naturam, & formã
contractus, imo verba debent impropriari secundũ men-
tem contrahentium. Cum igitur vt predixi in princip. di-
cti contractus, dictum fuerit ꝙ dicti Romanus & Cathe
rina, & eorum quilibet insolidum processerunt ad ea, de
quibus in sequentibus: cumque eadem Catherina renun-
tiauerit, & quidem multis, imo vere plurimis iuribus, & ex
ceptionibus, vt infra dicam. Et deinde voluerit generalẽ
renuntiationem tantum valere, acsi omnes casus iuris ca
nonici, & ciuilis de iure, seu facto euenire valẽtes, essent in-
serti ac specialiter positi, & descripti, & iurauerit attendere,
complere, & inuiolabiliter obseruare omnia & singula, &c.
non video qua ratione possit assumi illa interpretatio, vt
consonet voluntati, ꝙ dicta Catherina censeatur se obli-
gasse, prout eam tãgebat predicta societas. vt sic dicamus
eam prorsus nihil egisse, sed omnino frustrasse intentionẽ
cum ea, & dicto eius viro contrahentis. ¶Potuit igitur
dicta Catherina conueniri, & non solum pro parte sed etiã
4 insolidum. Nec † videtur obstare, quod ex aduerso preten-
ditur, scilicet ꝙ pro eadem obligatione comperitur actum
parte dicti Baptiste contra dictum Romanum, solum &
insolidum pro tota summa petita, & processum ad ipsi⁹ de-
tentionem, & incarcerationem, & ꝙ propterea huius Ro-
mani electio de dicto Baptista, adeo obstet, vt ipsa Cathe
rina de iure releuata presumatur, & exempta ab omni mo-
lestia. Quoniam respondeo ꝙ imo non videatur idem Ba
ptista elegisse, vel alias ex dicta pretensa conuentione sibi
preiudicasse, quominus potuerit, & posset eandem Cathe-
rinam conuenire, vt conuenit. l. reos, & quod ibi docto. C.
de fideiusso. & quod not. docto. in. l. si creditores. C. de pact.
Etiam nec eidem Joanni Baptiste obstat conuentio, seu
pactio, aut contractus celebratus, & initus per & inter
ipsum Joannem, & prefatum Romanum, & de quo consta
re pretẽditur publico instrumẽto recepto anno incarnatio
nis dominice, millesimo cccclxxxix. & die decima mẽsis Ju-
lij, inserto folio. xlix. Quoniam respõdeo ꝙ si prout opor-
tet instrumentum & verba illius attendantur, apparet cla-
re ꝙ quiettantia de qua ibi, solum concernit pactum inibi
mentionatum: & per quod idem Baptista conuenerat &
promiserat, ꝙ si valor illorum pannorum, qui per eum
portati dicebantur apud Salonem, excederet valorem, seu
summam nonaginta florenorum, ipse Baptista teneretur
de illo excessu, seu pluri. Si vero valor huiusmodi ad mi-
nus ascenderet, tenerentur de eo quod deesset, aut minus
esset, prefato Baptiste dictus Roman⁹, & Catherina. Et
quia visis & visitatis pannis predictis compertum est ꝙ
valor illorum non ascendebat ad dictam summam nona-
ginta florenorum, quinimo solu & dũtaxat ad summam
septuaginta duorũ florenorum, & sic deerãt decem & octo
floreni, quod factum est vt cum de illis decem & octo flore
nis eidem Baptiste satisfactũ extiterit per ipsum Roma
num, se mutuo & vicissim liberauerint, & quiettauerint di-
cti Baptista & Romanus quoad contenta in dicto pacto
in quo vnus alteri & econtra se obligauerat, dictus vide-
licet Baptista, si valor plus ascenderet, & prefatus Roma
nus, si minus. Et hoc aperte sonant verba predicte quiet-
tãtie, que debent referri ad obligationem pacti, de quo in
dicto instrumento, in versi. Et inter cetera pacta fuerit pa-
ctum & conuentum, &c. non autem ad verba narratiua pre
cedentia hoc pactum quasi censeantur ipsi Baptista & Ro
manus se mutuo quiettasse de omnibus cõtentis in instru
mento disolutionis societatis Et hoc etiam aperte sonãt
verba posita in instrumento predicte quiettantie, ibi, qui-
buscunque alijs pactis, & conuentionibus in dicto instru-
mento prefate dissolute societatis in eorum robore & effica
cia, &c. per que manifestissime declaratur mens, & intentio
paciscentium, a quibus cum clara sint, nõ est recedendum.
allegata. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. generaliter. ff. de
5 lega. iij. Nec † debent illa verba esse sine effectu operandi,
cum saltem, ad maiorem expressionem, seu declarationem
operari possint. l. ea lege. ff. de contrahen. emptio. & vendi.
& l. si ita stipulatus. in princip. ff. de vsur. & quod no. Bal.
C. de contrahen. emptio. in rubric. q. ix. Alexand. consilio
cxvij. in primo volu. & tam ipse, quam alij in multis alijs
locis. Addo, ꝙ in dubio facienda est interpretatio contra
eum, qui se iuuat ex verbis contractus. Nec etiam obstat,
ꝙ pretenditur predictam reseruationem aliorum pactorũ
fuisse feudalem: quia de hoc non constat: de quo tamen cõ-
stare oporteret. l. quoties. §. qui dolũ. ff. de pba. Nec obstat
pactũ, quod pretẽditur factũ in instrumẽto predicte quiet-
tãtie, & p qd dict⁹ Baptista se obligauit de seruãdo indẽ-
nem eundem Romanũ erga mercatorẽ Auenioneñ. Cum
quia dictum pactum potest intelligi quoad dictos nona-
ginta florenos, de quibus fiebat, & quos vel in panno, vel
alias receperat idẽ Baptista. Cum & quia hic non est ser-
mo de Dñico de Riuiere creditore mentionato in instru-
mento dissolute societatis, sed de mercatore Auenioneñ. &
sic in genere a cuius positione non sequitur positio speciei.
Cum & quia dictum pactum factum est non de eundẽ Ro
manum simpliciter seruando indemnem, sed solum quoad
personam, ne forte incarceraretur, vel arrestaretur: quod
forte erat facilius eidem Baptiste, ꝙ̃ Romano, propter
forte maiorem notitiã, aut amicitiam. Et facit dictum pa-
ctum contra dictam Catherinam, non pro ea: quia si cense
ri possit, ꝙ dictus Romanus dicto Baptiste ex integro
satisfecisset, vel ꝙ ipse Baptista eundem generaliter de o-
mnibus quiettasset, & liberasset, nõ fuisset verisimiliter di-
ctum in predicto pacto, ꝙ idem Baptista dictum Roma-
num teneretur & deberet preseruare indẽnem, quantum ad
obligationẽ de persona: sed passim & indistincte, seu quan-
tum ad personam & bona, ne videlicet in quoque eorum mo-
6 lestaretur post factam solutionem: quia † paciscendo super
indemnitate quoad personã videtur tacite pactus de con-
trario quoad bona: scilicet ne quoad illa teneret ipse Ba-
ptista dictum Romanum seruare indemnem. l. cum inter.
§. inter socerum. ff. de pact. dot. quod etiam voluit Bal. in
l. cõuenticulam. C. de episcop. & cleri. & ita videretur dictus
Romanus donasse, & sic suum iactasse, quod non est pre-
sumendum. l. cum de indebito. ff. de probat. in princi. & l. si
cum aurum. ff. de solut. Forte vero opponetur, ꝙ dicto Ba
ptiste saltem obstiterit noua cõstitutio de duobus reis de-
bendi, si pretẽdimus prefatam Catherinam fuisse cõream.
auth. presente. C. de de fideiussor. si dicamus eam se accesso
rie obligasse. Sed hoc non obstat: & quidem non, si fuit fi-
7 deiussor; quia † ratione iuramenti censetur renuntiasse ex-
ceptioni ordinis, de prius conueniendo principalem, &c.
vt voluit Bal. & Pet. de Anchar. in. c. ex rescripto. de iu-
reiurã. Joan. de Jmo. cons. xxxij. exord. in causa excutio-
nis mota contra Bartholomeum, &c. in quarto, & quinto
quesitis: & post eos Ant. Corset. in sua solenni repetitione
rub. de iureiuran. versic decimum priuilegiũ, &c. vbi etiam
refert, ꝙ cum legeret Bononie allegauit in practica & in fa
cto obtinuit, non etiam si fuit conrea; quia vt apparet ex
tenore predicti instrumẽti & in vim cuius conuenitur ipsa
Catherina scienter, & expresse renuntiauit specialiter & ex-
presse multis & varijs iuribus. Et deinde omni alij exce-
ptioni, defensioni, & iuri diuino, humano, canonico, & ciui-
li, quibus mediantibus contra per eam conuenta, & promis
sa vel eorum aliquod posset facere, vel venire, aut se iuuare
in aliquo quomodolibet, seu tueri. Jnsuper etiã voluit gene
ralẽ renũtiationẽ tantũ valere, ac si omnes casus canonici
& ciuilis iuris, &c. Et hec omnia cum iuramẽto, per que sibi
abstulit omne auxilium. ¶Pro quo sufficiat remisisse ad id
quod not. Bart. & Bald. in authen. matri & auie. vbi decla-
rant effectum illius renuntiationis, omni legũ auxilio, &c.
C. quando mul. tut. offi. fungi potest. Bar. in. l. si sub con-
ditione. ff. de testament. tut. Alexand. de Jmo. consil. xj. in
ij. vol. & do. Jason May. in. l. de his. ff. de transact. Addo
8 ꝙ † cum iuramentum habeat vim expressi: vt voluit Bal.

in.l.j.in.§.q.C.comod.quod vel maxime, vel saltem procedit, quando apparet de consensu contrahentis, saltem in genere per id quod no.Fran.de Are.in.l.j.§.si ita qs.ver. tu autem aduerte, quia multum refert, &c.ff.de verbo.obliga.& domi.Jason May.in.l.si.quando.§.fin.versicu.limita predicta valde singulariter &c.C.de inoffi.testa.iunctis his que ipse no.in.l.sed & si quis.§.quesitum.ff.si quis cautionib.& Joan.de Imo.in.d.cap.j.commod. Satis igitur ex eo quia iurauit dicta Catherina obseruare, attēdere &c. & contra non venire, renuntiasse censetur dicte exceptioni, & aliis, si que sibi competebant, etiam si non fuisset facta expressa renuntiatio plurium iurium, & defensionum, & subiuncta clausula generali. Propter que videtur mihi sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ꝙ dicta Catherina debuerit condemnari ad petita parte dicti Baptiste.

¶ Rubrica. De feud. ¶ Epitome. ¶ Consilium.cccix.

¶ Feudi sui titulos vasallus edere debet ei, a quo fatetur feudum processisse. Illis vero non sufficientibus, ad dominum feudum redire explorati iuris est. V. F.

1 ¶ Fiscales etiam cause ordinem iuris seruari volunt: nec valet principis citatio, ꝙ nisi eius Baro ostēderit titulos suorum castrorum, ipsum priuabit ipsis castris
2 Titulum possessionis sue an & quando quis dicere teneatur.
3 Verba & mens vt se habeant.
4 Surreptio tam beneficiales quam alias literas gratiosas vitiat.

1 
In † Causis fiscalibus seruādus est, vt videtur ordo iuris, & sic offerēdus libell⁹, &c.l.vnic.C.de cōducto.& procur.lib.xi.l.penul.de conuenien.fisci debito.& l.penul.de dilat.libr.xj. Et hic post Andre.de Baru.no.Bar.Jac.Rebuf.& Joannes de Pla.in dict.l.vnic.C.de cōducto.ꝙ si Rex, vel princeps citari faciant baronem suum, vt sibi ostendat iura que habet in castris, que tenet, & quod alioquin eum priuabit illis castris, talis citatio est ipso iure nulla: cum nemo cogi debeat ad ostendendum titulum sue possessionis.l.cogi.C.de peti.heredi.& in causis fiscalibus, vt predixi, vel principis, ita seruādus est ordo iuris, sicut in causis priuatorum.d.l.vnica.& dicit Andre.de Baru.vt referūt docto.prefati in.d.l.vnic.& do.Jas.May.in preludiis feudo.versic.an autem rex, vel princeps, &c. quod vidit in facto per illam.l.vnic.cassari, & annullari quandam citationem, & processum factum per curiam illustris domini Mafredi, qui ita citari fecerat quendam suum hominem ad ostendendum quo iure tenebat quedam castra, que dicebantur ad curiam pertinere, alias priuaretur dictis castris. fuit enim pronuntiatum, ꝙ dicta citatio & processus fuit ipso iure nullus: quia factus iuris ordine nō seruato, qui, vt dixi, etiam in causis Principum seruandus est, & de iure, vt dixi, non est quis cogendus edocere de titulo sue possessionis. quinimo debet actor probare de iure suo, etiam contra illum, qui nullo iure, & iniuste possidet.l.fi.C.de rei vendica. Propter quod prima facie videretur ꝙ nulliter vel alias male processum extiterit in processu cepto, & pendente indeciso per & inter venerabilem virum dominum Joānem Joye ex vna parte, ac nobilem & egregium virum dominum Regiū fisci procuratorem, super faciēda reductiōe castri & iurisdictionis loci de Brilania, in quo videtur idem domi. Regiū fisci procurator voluisse, & velle exequtiue procedere. Et hoc ante latā sententiam, aut partem auditam, & sic ante causam cognitam.

¶ Sed premissis non obstantibus dico ꝙ vt dicit Bald. in.l.ij.ver.sed nunquid dominus feudi.C.quomo.& quād. iudex.& post eum Alua.tit.de controuer.inuestitu.c.j.§. si autem.ver.quero.ab extra.& Jas.May.in prelud.feudo.

2 licet † vassallus pretendens se habere proprietatem compelli non possit dicere titulum sue possessionis: vbi tamen pretendit habere titulum in re aliena, vt est in eo, qui dicit, & fatetur se vassallum, ipse tenetur dicere titulum sue possessionis. Pro quo allegat Bal.c.ordinariū.de offi.ordi.in vi.& no.in.c.j.de regu.iur.eo.lib.& per Archi.in.c.contra morem.centesima distin.& ideo secundum Bal. interrogabitur vassallus, per pares curie, quorum vicem quoad feuda comitialia tenere existimo magnificos dominos magistros rationales, an sit qui compellitur vassallus: & si fateatur se vassallum, mandabunt ei pares, ꝙ ostendat iura feudi quod fieri non puto ad alium finem, nisi vt vel non ostēso titulo, vel eo ostenso, sed inualido, eidem pretenso vassallo auferat asserta res feudalis. vt sic pleno iure remaneat penes eum, cuius se dicit vassallum, postquam non probat titulum quem pretendit in re aliena. Cum igitur ex propositis, & productis parte dicti do. Joannis de Joye, appareat de non titulo, & de non iure ipsius, videtur ipse procul dubio a pretenso feudo reppellendus: de non titulo vero apparet, pro eo quia licet pretendat castrum & iurisdictionem predictas cum suis iuribus & pertinentiis ad se iure feudi pertinere in vim concessionis & infeudationis dudū anno scz domini M.cccclxxiij.& die prima mēsis Augusti, per recolende memorie illustrissimum dominum Regē Renatū, & pretense subsequute confirmationis, & noue cōcessionis facte vt pretendit anno domini.M.cccclxxxv.& de mense Nouembris. Tamen ex inspectione tenoris infeudationis confirmationis, & noue cōcessionis huiusmodi iunctis propositis & deductis parte eiusdem dom. Joannis, apparet ꝙ in vim earundem infeudationis, confirmationis & noue concessionis nullum ius ipsi do. Joā. in eis pertinuerit aut ptineat: Et quidē ꝙ in eis sibi ius nō pertineat in vim dicte infeudationis, eius tenor inspiciēdus est: pro eo quia talis est contractus, qualis apparet ex eius tenore.l.ad probationem.in ver.quem tenor, &c.C.de proba.l.sancimus.versi.placiti tenor.C.de fideiusso.l.fideiussores Magistratuum.§.pro Aurelio.versi.lecta subscriptione, &c.ff.eo.titu.l.si quis stipulatus Stichum, aut Pamphilum.versic.querentibus inspiciendus est sermo, &c.ff.de verbo.obliga.c.si cui.versic.sermonem inuestiture intuentes.de extraord.capi.Corrad.c.j.de duo.fratri.& c.inuesti.ti.c.porro.& c.recepimus.de priuile.hoc apparet ex eo, quia dicta infeudatio facta est per dictum do. Renatum prouincie comitem, Alano & Oliue cōiugibus, & eorum cuilibet, qui plus viueret in hac vita, pro se, & suis, ac cuiuslibet ipsorū liberis ab inde in antea nascituris, & suis legitime descendentibus ab eisdem, & quolibet ipsorum, in qua comprehensus non est, nec comprehendi potuit idē do. Joannes, pro eo quia vt apparet ex propositis, & deductis parte sua, ipse non est de filiis natis ex dictis coniugibus, aut eorum altero post dictam infeudationem, sed ante eā, & vt pretendit ex prefata Oliua, & quodam quōdam Joanne eius primo marito. Si enim sensisset prefatus do. Renatus non solum de liberis ex tunc in antea ex dictis coniugibus, aut eorum altero nascituris, sed etiam de iam natis non fuissent verisimiliter apposita illa verba abinde in antea nascituris: quia sic ex superfluo posita extitissent: contra id, quod dici solet, ꝙ † nedum vna queque clausula sed vnum quodq; verbū a contrahentibus probatum debet esse cum virtute operandi, si fieri potest.l.hac lege.ff.de contrahē.emptio.& vendi.l.si stipulatus.in prin.ff.de inof.tes.quod per illa iura voluit Bald.C.de contrahen.empt.super Rubr.C.de contrahen.emptio.& vendi. Ana.Barba.consi.lxj.in prima parte.& consi.xxvj.in secunda parte. Roma.consi.lxxxiij.in fi.& Alex.de Imol.cōsil.cxvij.exordiente, Visis supra narratis, in primo volumine.& cōsil.lviij.in secundo volumi. Hostien.in.c.ex ore.de priuil. Preterea mens, cum de illa clare apparet, semper seruāda est.l.cū questio.ad fi.C.de leg.& cū verba clara existant, per que exprimitur mentis cōceptus, seu volūtas.l.Labeo.§.idē Tubero.ff.de supel.leg.& qȝ voluit beatus Aug.in prefatione psalmi.cxlviij.& in.ix.lib.de Trinitate, c.vij.& Aristoteles in primo periermenias. Nō est a verbis predictis recedendū.l.ille aut ille.§.cum in verbis.& l.non aliter.ff.de leg.iij. Et hinc dicit Alexand.de Imola in.l.si seruus plurium.§.fin.ff.de lega.j.ꝙ idē dicit text.d.§.fin. Sed mens patrisfamilias, &c.non posuit proprie coniecturam: quia vbi de mente constat illa omnino sequenda est. Pro quo allegat.d.l.ille aut ille.§.cum in verbis.& l.cum questio ad fi.& hec secundum Bald.& Joan.de Imo. Cum igitur verba predicta sunt clara, & ex eorum frequenti repetitione tam in dicta infeudatione, ꝙ in infeudatione postea facta de pedagio, &c. appareat de mente ipsius do. Renati, ꝙ dictum castrum cum dictis suis iuribus & pertinētiis prefatis coniugibus & liberis abipsis, seu eorum altero abinde in altera nascituris, palam infertur, ꝙ in hac infeudatione comprehendi non possit dictus Joannes Joye antea natus: nec etiam cōprehensus est sub illis verbis, & suis

suis legitime descendentibus ab eisdem, & quolibet ipsorum: quia illud verbum, & suis, videtur ex contextu referendum ad suos ipsorum liberorum, qui etiam dici poterant sui dictorum coniugum, sed non immediate, sed mediantibus liberis, de quibus premisit. verba autem sequentia, scilicet legitime descendentibus, &c. videntur referri ad totã disposi tionem concernentem liberos, vt videlicet verbum legitime, excluderētur liberi minus legitime abinde inantea nascituri. verum quia hunc articulum eleganter, & plenissime prosequutus est spectabilis vir do. Bertrandus Durãdi iuriũ professor eximius, ita vt opus nõ fuerit, nec etiã est, aliqua adiectione, ego vlterius non prosequor. Quo vero ad confirmationem & nouam concessionem, quas fecisse dicitur prefatus do. Carolus, dico q ille non profuerunt, nec prosunt eidem do. Joanni. & quidem nõ confirmatio, quia vt iam dictũ est, prima concessio, seu infeudatio, de qua supra eum nõ comprehẽdebat, & sic si fuerit efficaciter, vel inefficaciter cõfirmata infeudatio huiusmodi, nihil ad hunc do. Joannem. non etiam dicta noua cõcessio: quoniam (vt eleganter & plene deductum est per dictum do. primũ consultorem) illa fuit per subreptionem, & obreptionẽ extorta: & sic cum huiusmodi pretensa libera concessio fuerit quid, imo multũ gratiose cõcessuz, illius cõcessio fuit nulla: quia
4 † quod dici solet literas beneficiales subscriptitias esse ipso iure nullas, pcedit nõ solũ in bñficijs ecclíasticis de quibus non est dubium secundum Innoc. Jo. An. & communiter omnes doct. in. c. ad audientiã. el. ij. de rescript. & per Inno. in. c. ad aures & c. cõstitutus. eod. tit. & Joan. de Imo. in. d. c. ad aures. in penult. not. de quo plene do. Felin. in. d. c. ad audientiam. versic. litere beneficiales, &c. Sed etiam procedit in alijs beneficijs, & priuilegijs principum, in quibus subreptio etiam vitiat ipso facto, secundum Panor. post alios in. d. c. ad audientiam. qui pro hoc allegat. l. j. ff. de nata. restitu. & l. & si non cognitio. & quod ibi not. C. si contra ius, vel vtilit. public. & ita cõmuniter tenent doct. ẽm eum qui etiã allegat Inn. in. d. c. cũ dilectus. Et idẽ voluit Panor. in. c. quod sup his. de fi. instr. dicẽs generaliter, q litere gratiose sunt ipso iure nulle: per text. ibi: & in. c. nouit. post glos. fin. de his que fiunt a prelat. & in. c. j. §. ij. de fil. presbyt. & sequitur do. Fel. in. c. quod super his. superius allegato, versic. amplia secũdo hanc regulam. Ceterum quia & hunc articulum etiam plenissime prosecutus est idem egregius do. consultor, vlterius non prosequor: concludens cum eo q cũ non solum non appareat de iure dicti do. Joãnis, sed etiam appareat de non iure, scz q per mortem dicte Oliue vltimate vita functe, fuerit finita concessio feudalis: & sic feudum redierit ad dominum feudi, non videtur posse impedire, quominus fiat predicta reductio: nec conqueri poterit q illa facta extiterit exequutiue, & eo non audito: cum fuerit auditus, & sua pretensa iura deducta, & coram dictis magnificis dominis producta: per que, vt dixi, apparet de non iure, & de iure serenissimi do. &c. a quo, seu eius predecessore, tanq domino feudi fatetur, & affirmat dictos quondam coniuges titulũ, & causam habuisse, & eos sine liberis decessisse, ipso duntaxat excepto, & vt dictum est nato ante dictã infeudationem.

¶ Rubrica, Locati. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccxx.

¶ Locationi bonorum monasterij per Abbatissam postea defunctam facte Abbatissa succedens stare tenetur, si locatio ad vtilitatem monasterij facta fuerat. V. F.



Ponitur In facto q pridem anno incarnationis dominice M. cccc xcix. & die. xxvij. mensis Januarij bone memorie reuerẽda dña Catharina de sancto Michael, Abbatissa venerabilis monasterij sancti Cesarij, ciuitatis Arelatensis, gratis & sponte per se & eius in dicto monasterio successores, vice & noĩe dicti sui monasterij arrendauit & titulo puri, veri, meri, ac simplicis & irreuocabilis arrẽdamẽti tradidit, & concessit honorabili viro Bernardo Aycardi ciui dicte ciuitatis, tunc presenti arrendanti, seu conducenti, stipulanti, & recipiẽti pro se & suis heredibus, videlicet totum & vniuersum affare dicti monasterij, vulgariter dictum, le mas dagant, situm in camargijs territorij Arelatẽsis, suis confrontationibus confrontatum, ac & pro tempore quatuor annorum, & quatuor guaritarum incipiendorum post finitum tempus alterius arrendamenti antea de eodem affari facti per eandem reuerendam do. Abbatissam prouido viro Nicolao Aycardi: & hoc pretio & nomine veri & iusti pretij centum & septuaginta florenorum in instrumẽto huiusmodi arrendamenti latius expressorum cum certis pactis etiam latius expressis. Pro cuius arrendamenti, & contentorum in eodem obseruantia, prefata reuerenda do. Abbatissa obligauit omnia, & quecunq bona dicti sui monasterij sancti Cesarij mobilia & immobilia presentia tunc & futura. Successu tẽporis eadem do. Abbatissa vita functa est, & ab humanis decessit. Quesitũ est an reuerẽda moderna do. Abbatissa tenatur & debeat stare predicte locationi, an ve possit dictum Bernardum ab ea repellere & affare predictũ ad suas manus recipere, aut alteri arrendare? Ad quod respondeo breuiter & succincte: pro eo quia alijs occupatissimus non possum huic negotio pro nũc plenius intendere, q super hoc sunt varie opiniones, quas doc. recitare consueuerũt in. c. fi. ne prela. vic. suas. vbi Flor. refert decem opiniones, & ibi dicit Ant. de But. q ista materia semper fuit sibi visa difficilis & intricata, sed omissa relatione opinionum huiusmodi dico, q cum dicta quondam do. Abbatissa dictum arrendamentum celebrauerit, & fecerit, non quidem nomine sui ipsius, sed nomine dicti venerabilis monasterij, & pro obseruatiõe illius obligauerit bona eiusdẽ monasterij, prefata do. moderna Abbatissa tenetur ad illius obseruationẽ, si tamen dictũ arrendamẽtũ fuerit factum ad vtilitatem dicti monasterij: & istud nõ habet dubium. Sed si in arrendamento huiusmodi non interuenerit monasterij vtilitas, tunc secundum plurium opinionem non teneretur eidem stare, postq in eo non interuenit solennitas, que solet interuenire in perpetuis alienationibus. verum Flor. in. d. c. fi. ne prela. vic. suas. refert se consuluisse, q si prelatus locauit cum consensu capituli, tunc successor tenetur stare, & idem dicit si factum fuerit arrendamentum, seu locatio sine consẽsu capituli: quia potest prelatus locare ad tempus modicum: cum non reperiatur sibi prohibitum, sed potius permissum. c. ij. de loc. habet enim legitimam administrationem etiam sine cõsensu capituli. c. edoceri. de rescri. tenet ergo successor stare gestis per predecessorẽ. quẽadmodũ tenebatur pupillus stare gestis per olim tutorem. l. si tutele. ff. de administrat. tut. quia bona est equiparatio tutoris & prelati, per no. in. c. auditis. de in integ. resti. quinimo prelatus habet maiorem administrationem q tutor: vt not. glos. in. c. si. v. q. iij. & Joan. de Ana. in c. qualiter & quando. el. ij. de accusat. Et est verum q Joan. de Ana. ita consuluit consil. xcv. exord. B. Abbas nomine sui monasterij.

¶ Rub. De Testamentis. ¶ Epitome. ¶ Consi. ccxxi.

¶ Testamentum ex clausula generali, & omni alio iure valeat quo valere potest: & valere potest vt donatio causa mortis. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Donatio causa mortis an & quãdo sit vltima volũtas.
2 Testamentum quod filiusfamilias condit an & quando vt donatio causa mortis valeat.
3 Disponens eam viam eligere cẽsendus est, per quam eius dispositio non impugnatur.



Recordor Quod cum alias scriberem in & super casu mihi misso parte magnifici, ac potentis & strenui militis do. Jacobi de Turnone, domini eiusdem loci, responderim & dixerim q per illa verba, Et preterea fuit cõuentum q dictus dominus Belli castri poterit augere, &c. posita in instrumẽto matrimonij nobil. & generosi viri do. Christophori de Turnone militis, fuerit eidem do. Christophoro cõcessa facultas, & sibi per dictum magnificũ do. Jacobum permissum donare causa mortis in augmẽtum doarij, &c. ad quod dicendum motus fui rationibus per me tunc allegatis, & descriptis, & quas referre non oportet, nec etiam expedit. Quibus possent multa addi, sed istud sufficiat, scilicet q dictus do. Turnonis reperitur iurasse, &c. Juramentum enim circa id in quo interuenit consensus, habet vim specifici cõsensus. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. quod etiam voluit Bal. in. l. j. in. ij. q. & quod ibi Sal. C. commo. Ang. & Alexand. de Imo. in. l. seniũ. versi. & dicit Ang. hic, &c. C. qui testa. fac. pos. & do. Jason May. in. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffic. testa. & in. l. sed & si quis. §. quesitum. ff. si quis cautio, videtur igitur idẽ do.

Christophor⁹ potuisse donare causa mortis. Sed restat difficultas, an hoc fecerit: pro eo quia licet in casu alias mihi misso, scriptum extiterit eum voluisse, ꝙ si testamentum eius non valeret iure testamenti, valeret iure codicillorum. Et ꝙ si non valeret eo iure, valeret iure donationis causa mortis: ego tamen viso instrumento testamenti, non reperio ꝙ in eo fuerit facta mētio de donatione causa mortis, aut ꝙ dictus domi. Christophorus voluerit testamentum valere iure donationis causa mortis, sed solum dicit, ꝙ valeret iure testamenti, ⁊ si eo iure valere nō posset, valeret iure codicillorum: ⁊ subiecit clausulam generalem, de qua in eo, ⁊ in alijs scriptis. Stat igitur in hoc difficultas, an sub illa generali clausula veniat donatio causa mortis: vbi aduertendum est, ꝙ hic facta est dinumeratio duarum vltimarum voluntatum, scilicet testamenti ⁊ codicillorum. Fa-
1 teor ꝙ quamuis † donatio causa mortis magis accedat ad naturā cōtractus, quā vltime volūtatis, illa tamē late sumpto vocabulo, dicitur vltima voluntas, vt dicūt doct. in pass-
2 bus infinitis. Et hinc est ꝙ si presente, ⁊ cōsentiente patre filius testetur, ⁊ subiungat, ꝙ si testamentū non valeat iure testamēti, valeat iure codicillorū, ⁊ si nō valeat eo iure, valeat iure cuiuslibet vltime volūtatis, dicūt docto. nō dico oēs sꝫ magis cōiter, ꝙ dispositio huius filij trahitur ad donationem causa mortis. Pro quo remisisse sufficiat ad no. per Alex. de Imo. qui multos refert in. d. l. senium. versic. quia si filius, ⁊c. Ergo si in casu nostro presupponamus, quod ⁊ verum est, testamentum dicti domi. Christophori non valuisse iure testamenti, nec iure codicillorum, ⁊ id ipsum asseramus non valere iure donationis inter viuos: pro eo, quia, vt dicit Ioan. de Imol. in. l. heredes palam. §. in testamentis. ff. de testamen. donatio inter viuos nō participat cum vltima voluntate, sed est ab ea extranea. Et ga etiam ob irreuocabilitatem est magis preiudiciabilis: ⁊ ne minus de ea sensisse presumitur dictus do. Christophor⁹, non video quare ipse domi. Christophorus censeri non debeat propter clausulam generalem voluisse trahere eius dispositionem ad donationem causa mortis: alioquin illa clausula generalis censeretur superflue apposita, ⁊ nihil omnino operaretur: quod nō est dicendū hac lege. ff. de cōtrahen. emptio. ⁊ vendi. l. si stipulatus. in princ. ff. de vsur. ⁊ quod per illa iura not. Bal. C. de contrahen. emptio. ⁊ venditio. in rub. q. ix. Alexan. de Imol. consil. cxvij. in primo volu. ⁊ tam ipse, quam alij scribendo ⁊ consulendo in locis infinitis: nisi forte diceremus ꝙ vltra, ⁊ preter dictas vltimas voluntates sunt alie, de quibus habetur in. l. licet. C. de pact. in. l. fina. C. famil. ercis. ⁊ in. l. hac consultissima. C. de testamen. Sed non video, ꝙ in casu nostro possit dispositio predicta adaptari alicui ex illis dispositionibus, aut ꝙ ipse de aliqua illarum sensisse presumendus sit. Preterea vt patet ex verbis dicte clausule, profecto satis amplis,
5 iste † domi. Christophorus censetur elegisse non eam viā, per quam eius dispositio impugnaretur, sed eam per quā defendi posset. l. quoties. ff. de reb. dub. ⁊ l. quoties. ff. de regul. iur. Pro quo videri poterit Rapha. Fulgo. consilio lxxviij exordiē. Alijs superius allegatis, ⁊c. ⁊ Signo. de Homode. consilio. xxx. exordiente. Factum tale est, quidā nomine Arnoldus Capra, ⁊c. vbi plenissime, ⁊ ad propositum, quamuis ipse idem consilio. clxxij. exordiente. In nomine domini, ser Antonius quidam, videatur sensisse contrarium, ea maxime ratione, quia licet in vltima volūtate transitus fieri posset ad contractus inter viuos. d. l. heredes palam. in fin. ff. de testa. ⁊ quod no. Dy. in. c. quod semel. de regu. iur. in. vj. hoc tamen intelligendum est secundum eum, si sint verba apta: secus si per verba incongrua, ⁊ ad inuicem non conuenientia, vt esse pretendebat in casu in quo consuluit. Sed quod primo dixi, est verius. Propter que mihi videtur, vt alias dixi, ꝙ validitas ⁊ inualiditas dispositionis dicti domi. Christophori, pendet ex voluntate ⁊ noluntate dicti magnifici domi. Iacobi. Que dixi in cursu propter alia impedimenta, quibus ex necessitate astringor, ⁊ propter nuntij celeritatē. Et hec sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica. De Episcop. audientia. ¶ Consilio. ccxxij.
¶ Epitome.

¶ Patrono a die scientie vacationis beneficij currit tempus ad presentandum. V. F.



Quanuis Domini de Rota decisione. xxxviij. in antiquis, exordien. Rota ꝙ patronus, ⁊c. senserint ꝙ patrono currat tempus sibi datū ad presentandum, a tempore vacationis beneficij, ipsi tamen aliter sentire videntur decimo. lxvj. exordiente. Utrum vacante beneficio. vbi finaliter residere videntur, ꝙ hoc currat a tempore, quo patronus scire potuit, ⁊ debuit propter verbum negligētia, ⁊ neglexerit, positum. in. c. ij. de conces. preben. ⁊ per not. in. c. licet. de supplen. negligen. prela. Et ideo subijciunt, ꝙ si episcopus, qui scire debet, cum habeat suam diocesim visitare a tempore, quo scire debuerat, ⁊ potuerat, ignorauerit, ab eo tempore incipiat ei currere tempus: secus in illo, ad quem non pertinet visitare: quia alias non tenetur de vacatione inquirenda. Panor. in. c. cum propter. de iure patro. tenet ꝙ tempus non currat patrono ignoranti, motus rationibus de quibus ibi: qui etiam allegat Freder. de Sen. in consilijs. Dicit etiam, ꝙ hoc aperte sentit Ioā. And. in c. ij. de supplen. negligen. prela. ⁊ vt videtur ita fuit de mente Archi. in. c. statutum. super verbo, vacauerit. de preben. in. vj. quatenus respondet ad. c. licet. de supplē. negli. prela. ⁊. c. q: diuersitatē. de conces. prebend. que videntur obstare dicto. c. statutum, ⁊ ijs que ipse ibi not. super verbo, vacauerit: dicit enim ꝙ id quod Papa statuit, in. d. c. statutū. statuit in fauorem ecclesiarum, ne videlicet contingeret beneficia diutius vacare, ⁊ ecclesias defraudari officio ministrorum, in ipsarum graue dispendium, ⁊ iacturam, quam prius continebant per. c. ij. de preben. in vj. nec statuitur terminus ille in odium, seu penam negligentis: quia tunc secus. Et sic intelliguntur secundum eum iura que euidenter contrarium demonstrare videntur: scilicet dictum. c. licet. ⁊. c. quia diuersitatem. in fin. motus igitur tam rationibus ⁊ iuribus per spectabilem virum dominum Bertrandum Restagni, iurium professorem eximium, allegatis, ꝗ iuribus ⁊ rationibus superius deductis, adhereo eius opinioni, scilicet ꝙ dictus domi. Raymundus ius habeat in capella, in allegationibus predictis latius expressa.

¶ Rub. De rescin. vendi. ¶ Epitome. ¶ Consi. ccxxiij.

¶ Rescindere vēditionem, quam patres nostri fecere, difficile est, ⁊ spei miserrime: quanuis substitutiones ⁊ prohibitiones alienationis facte essent: presertim si alienationi cōsensimus. V. F.

1 ☞ Alienari prohibita pro solutione eris alieni recte alienantur, ⁊ a repetitione alienans ⁊ consentiens repelluntur.
2 Ignorantia prohibitionis ⁊ alienationis an ⁊ quādo repetitionem impediat: ⁊ an aduocatus scientiā prohibitionis deducere debeat.
3 Successoris appellatione qui comphendantur.
4 Conditio in forma specifica impleri debet.
5 Recuperare rem alienatā infra triginta annos an ⁊ quādo oporteat.
6 Perpetuitatis verbum an prescriptionē impediat: ⁊ quid de verbis toties quoties redimere volet.
7 Prescriptio ad quid introducta: ⁊ an illi renuntiari possit.



Duo Sunt parte nobilis Iosserandi de Thelis effectualiter proposita contra nobilem ⁊ egregium virum, do. Andream ⁊ Petrū prole fratres, pro recuperatione Mansi ⁊ aliorū latius expressorū in libello, ⁊c. scilicet substitutio quam de eodem nobili Iosserando fecisse dicitur, nobilis quondam vir Ioannes de Thelis filius do. quondā Odoardi de Thelis, ⁊ quoddam pretensum pactum de retrouendendo, quod fecisse pretenditur honesta quondam mulier do. Ioanneta Rogerie nobili quondam viro Antonio de Thelis p se ⁊ successoribus perpetuo, duntamē illi essent ⁊ prouenissent ex recta linea ⁊ genere eiusdem nobilis Antonij, vel dicti nobilis Iosserandi, ⁊ Vaucherij fratrum. Sed in vim fundamentorum huiusmodi, aut eorum alterius non potuit, nec potest cum effectu experiri. Et primo
1 quidem non in vim substitutionis: quia † vt in facto supponitur, bona de quibus in libello fuerunt alienata ⁊ di-

stracta

stracta pro solutione, & supportatiõe eris alieni, & onerum hereditariorum: & sic in casu licito, & permisso, etiam si fuissent expresse prohibita alienari. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. i. l. peto. §. prædium, & quod ibi doc. ff. de leg. ij. & quod not. doct. in authen. res que. C. commun. de leg. vbi poterit videri do. Iason May. versic. sexto limita. & doctor. in. l. Marcellus. §. res que. ff. ad Treb. Cũ quia bona prædicta fuerunt alienata & distracta de, & cum voluntate, & expresso consensu dicti nobilis Iosserandi. Debet igitur a vendicatione bonorum huiusmodi repelli, etiam si dicta bona fuissent expresse, & cum causa prohibita alienari, prout tamen non fuerunt. l. quoties. cum suis similibus. C. de fideicommiss. paria enim sunt secundum Ang. in lectura Florentina, & Fulg. in. d. l. quoties. alienare, & alienanti cõsentire, quoad hoc vt quemadmodum a repetitione repellitur alienans, ita & consentiens: vt etiam in simili videri potest per doc. & signanter Ioan. de Imo. in. c. cum contingat. de iureiuran. in muliere, que non solũ repellitur a repetitione fundi dotalis, si illum alienauerit, sed etiam si marito alienanti cum iuramento cõsenserit. Addo quod non solum expresse consensit idem nobilis Iosserandus venditioni, & alienationi prædictorũ bonorum, sed etiam cõuenit, & cum iuramento promisit de non contraueniendo. Et sic etiam contraxit cum emptore. Quo fit, vt etiam ratione conuentionis, & iuramenti per eum præstiti contrauenire non valeat. l. post mortẽ. cum suis similibus. ff. de adop. & d. c. cum contingat. Tum etiam quia nobilis Antonius venditor dicitur tempore alienationis ignorasse dictam pretensam
2 substitutionem: quod si ita est, † etiam ex ista causa nõ possent bona repeti ex capite ipsius pretense substitutionis. l. fin. §. si. vbi est casus singularis. ff. de leg. ij. quod etiam per text. illius. §. voluerunt omnes scribentes in. d. auth. res que. & in. l. Marcell⁹. §. res que. superius allegata. Et procedit dispositio dicti. §. fin. non solum eo casu, quo ignorantia fuit causata ex facto testatoris, sed etiam si aliunde, duntamen sit alias probabilis: vt colligitur ex his que no. doct. in. d. §. fin. de quo etiam doct. in. l. fin. §. sed quia. cum seq. & in auth. res que. C. cõmu. de leg. & in. d. l. Marcellus. §. res que. vbi videri poterunt, & maxime Alexan. de Imo. versic. quinto limita, &c. ibi tamen mens omnium doctor. & consil. ij. versic. nec obstat si friuole diceretur. in. iij. vol. & Ant. Corset. in suis singula. vers. si res est sub conditione restituenda, &c. post Andr. Barb. in sua Summa. c. Raynaldus. versic. ego limito hanc doctrinam, &c. de testa. & dicit Ang. in. d. l. si. §. sed quia. C. commun. de leg. & consilio ccxcvj. exord. Statuto Pistoriensi cauetur, &c. & post eum And. Barb. in. d. c. Raynaldus. versic. & adduco Ang. &c. & do. Iason Mayn. in authent. res que. versicu. hinc dicit Ang. & Ant. Corset. in. d. singul. si res. quod aduocatus fideicommissarij agentis debet esse cautus, vt semper deducat scientiam alienantis: alioqui succumbet. & addunt Andr. Barb. & Ant. Corset. quod etiam debet deducere scientiam illius in quem facta est alienatio. Et quamuis. d. l. fin. §. si. ff. de lega. ij. loquatur in herede testatoris, idem tamen est in herede heredis, vt voluit Bal. loquens in herede heredis, consil. lxxxvj. exord. Pepus Nicolatij, &c. in prima parte. & non mirũ, tũ quia heres heredis testatoris est heres: tum & quia magis ignorantia presumitur in herede heredis, quam in immediato herede testatoris. Preterea non potuit, nec potest dictus Iosserandus bona predicta repetere in vim dicte pretense substitutionis: pro qua est heres dicti nobilis Antonij venditoris, qui propterea cõtrauenire non potest dicte venditioni: quemadmodum nec hoc facere posset idem Antonius, si viueret. l. que a patre. C. de restit. mili. l. venditori. C. de reb. alie. non alie. l. ij. C. si quid in fraud. pat. & l. si creditoribus. cum suis similibus. C. de seruo pig. da. manumiss. fingitur enim persona heredis cũ defuncto, &c. authen. de iureiuran. a mor. prest. Adijcio quod cum iura actiua & passiua transeant in heredem, quemadmodum tenebatur dictus quondam Antonius dicte emptrici, & suis successoribus de euictione predictorum bonorum, ita & de illa tenetur dictus Iosserandus eius heres, quo fit vt repelli debeat: quia quem de euictione tenet actio, &c. l. vendicantem. ff. de euict. Addo quod etiam non possit idem Iosserandus repetere bona predicta, ex capite predicte substitutionis: pro eo quia ex persona nobilis Ioãnis heredis, cui successerat predictus Antonius, potuit idem Antonius alienare de bonis restitutioni subiacẽtibus vsque ad valorẽ trebellianice, per id quod not. doc. in. d. l. Marcellus. §. res que. Pau. de Cast. in. l. filium quem. vers. est & alius casus. C. famil. ercisc. & Alexan. de Imo. in. d. consi. ij. in aij. vol. Vol tamen aduertendum est, quod fructus percepti per dictos Ioannem & Antonium ex bonis restitutioni subiacentibus, erant imputandi in dictam quartam. l. in fideicommissariam. in prin. & quod per gl. & doct. ff. ad Trebel. & in. l. iubemus. C. eod. tit. Preterea nec etiam potest dictus nobilis Iosserandus agere, vel experiri in vim pacti, de quo in dicto suo libello. Tum quia promissio de retrouendendo facta predicto Antonio venditori, facta legitur Antonio eidem stipulanti pro se & suis successoribus, duntamen illi essent, & prouenirent ex recta linea, & genere eiusdem Antonij, aut fratrum suorum, scilicet prefati Iosserandi, & nobilis Vaucherij, & non alias. Quo fit vt licet prefatus Iosserandus dici possit de genere predicti Antonij, si tamen eius frater cõsanguineus extiterit. l. eum qui. ff. de interd. & quod not. And. Barb. in repet. l. cum acutissimi. versicu. quid si testator faciat mentionem de genere, &c. C. de fideicõmis. & alij in alijs locis. nõ tamen fuit vel puenit ex recta linea eiusdẽ Antonij, sed fuit & est sibi collateralis. l. j. §. secũdo gradu. cũ suis simil. ff. de gradib. non etiam prouenit idem Iosserandus ex se ipso, vel ex dicto Vaucherio, licet de genere illius extiterit. Et ita non videtur comprehendi in successoribus, de quibus cauetur in dicto pretenso pacto:
3 quia † licet appellatione successoris comprehendatur successor vniuersalis. l. quedam. §. nihil. & quod ibi doct. ff. de eden. & quod not. doct. in. l. stipulatio ista habere licere. §. sicut. ff. de verb. oblig. Tamen in casu, de quo queritur, dictum verbum fuit restrictum propter dictionẽ, duntamen, que est dictio restrictiua, seu exceptiua: vt colligitur ex his que ponit Ang. consil. cciij. exord. Inter cetera capitula pacis dudũ inite, &c. & ex his que not. doct. in. c. si. de translat. episco. Preterea illa verba, duntã illi sint, & proueniãt, &c. rediderunt, & reddunt dispositionem seu cõuentionẽ conditionalem: & est perinde ac si dictum esset, quod dicta venditrix dabat & concedebat predicto Antonio, & suis successoribus, si illi essent vel puenissent ex recta linea, & genere: vt colligit ex his que no. Ant. de But. Io. de Imo. & mod. in. d. c. si. de trãsla. episc. non potest ergo in vim cõcessionis
4 huiusmodi, dictus nobilis Iosserãdus experiri: quia † cõditio impleri debet in forma specifica. l. qui heredi. in prin. & l. Meuius. ff. de condi. & demon. quod etiã voluit Bal. in. l. amplius. ff. rẽ ra. habe. quod nõ est in casu, vt predixi: quia non prouenit ex recta linea alicuius ex predictis: quamuis existat alter predictorum. Insuper exceptio prescriptionis videtur obstare eidem Iosserando. Si tamen teneam⁹ opinionem Imo. in. c. cura. de iure patrona. & aliorum pluriũ quos referre solent scribentes in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca. domi. Feli. in. c. fina. de prescript. multos refert domi. Guid. Pape in decisionibus parlamenti Dalphinalis: decis. cxcix. exordiente. An. c. malefidei possessor. &c. que etiam sequutus est Huber. de Bo. in repetiti. authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Et quamuis mul-
5 ti teneant contrarium, dicta tamen † prima opinio videtur procedere in hoc casu, in quo dici non potest dicta emptrix fuisse in mala fide, vel peccato, si non retrouendidit, postquam non fuit requisita infra triginta annos: non enim videtur esse iudicandum in hoc casu, vt in alijs, vt verbi gratia in debitis, vel similibus, a quibus per oblationẽ, consignationem, & depositionem, vel alias, potest se debitor liberare etiam inuito creditore, per id quod not. Bald. in. l. acceptum. C. de vsuris. & docto. in. l. si mora. ff. solu. matrimo. quod facere non poterat dicta emptrix: quia dicta pretensa facultas data erat perpetuo. Preterea ex solutione, hoc est retrouenditione, quam factura erat dicta emptrix, sequutura erat obligatio prefati Antonij vẽditoris per quam tanquam emptor, dare & soluere debuisset dicta septingenta scuta auri, ad quod faciendum seu contrahendum cogi non poterat per ipsam emptricem. Preterea licet bona vt plurimum obligentur pro minori pretio quã valeant, hoc tamen non est in venditionibus, in quibus vt plurimum venduntur eo pretio, quo valent, nec in dicto pretenso libello deducitur quod bona predicta plus valerent, &c. & sic verisimiliter potuit cogitare dicta emptrix, vel credere quod dictus Antonius, vel eius successores dicta bona non redimerent. Et si bene attendatur ad rationes allegatas per Ioan. de Imol. Roma. & alios Modernos in dicta. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. per Ioan. de Imol. & alios in. d. c. si. de prescip. quatenus reprehendunt Bart. in dicto. §. si viam. in eo quod dicit dictum. c. fina. & c. possessor malefidei. de regu. iur. in. vj. non habere locum in prescriptione

scriptione actionũ personalium: in prescriptione inquã triginta vel quadraginta annorum, et sic odiosa, et in odiũ negligentis introducta: de qua habetur in.l.omnis.et in.l. cum notissimi.C.de prescrip.xxx.vel xl.annorum.ille et similiter precipue videntur cessare in hoc casu: quod etiam apperte sentit Angel.vt colligitur ex diuersitate eorum que ipse ponit in.d.l.sequitur.§.si viã.et consilio.liiij.exordiente.Iulianus et Francis.vendiderunt Bonifacio certum fundum. ¶ Forte vero opponet aliquis, q quia in dicto pretenso pacto concessum extitit prefato Antonio, et dictis suis successoribus, q perpetuo possent reemere, etc. Potuit idem Antonius: et consequenter eius successores redimere, et petere sibi reuendi dicta bona, non solum infra triginta annos, sed etiam postea. Addo etiam pro hac parte, q in dicto pretẽso pacto fuit dictum, q Antonius venditor, et dicti eius successores possent reemere toties quoties etc. Propter quod videtur idẽ Antonius, et dicti sui successores potuisse, et posse petere retrouẽdi etiam post triginta annos: per cautelam quam ponit Ange. quem sequuntur Moderni, et presertim Roma. et Alex.de Imol. in.l.j.ff.de vsucapio.et fuit de mente Bald.in.l.q si nolit. §.si quid.ff.de edilit.edict.et in.l.ij.versicu.porro si testator. ff.vt in possessionem legatorum. Sed hec non obstant. Et primo quidem non quod opponitur de eo, q fuerit data

6 et concessa facultas perpetuo, et sic affirmatiue: Quoniã respondeo q per talia verba non tollitur, vel impeditur prescriptio que alias curreret.l.in cognitione.in princ.iuncta glo.super verbo, semper.ff.ad Silley, et quod per dictam.l. voluit Bald.in.l.j.ff.solut.matrimo.iuncta.l.in rebus.C. de iure dot.Bald.in dicta.l.quod si nolit.§.si quid.ff.de edili.edic.Roma.et Alexan.de Imol.in dicta.l.j.ff.de vsuca.et Francis.de Are.in.l.cum stipulatus sim mihi a procuło.ff.de verbo.obliga. Etiam nec obstat id, quod opponitur de dictis verbis, toties quoties, et cautela posita per Ange.in.d.l.j.ff.de vsuc.quoniam respondeo, q doctrina Ange.et sequacium procedere posset, si dictum extitisset, q dicta emptrix voluit q quoties prescriptum extitisset, toties teneri volebat. Ita enim loquitur Ange.in dicta cautela, et sequa.sed non ita fuit dictum in casu, vt apparet ex tenore dicti pretensi pacti, propter quod non obstat illa doctrina.etc.l.sicut in annos.ff.quib.mod.vsusfruc.amit. et hoc etiam apperte voluit Ange.in dicto consilio.liiij.

7 ¶ Adijcio † q cum prescriptio.xxx.vel.lx.annorum fuerit propter bonum publicum et in odium negligentium introducta: vt not.docto.in.d.l.sequitur.§.si viam.nõ potest paciscens etiam cum iuramento illi renuntiare, per id quod no.Barto.in.l.si quis pro eo in prin.versi.quarto dixi, etc. ff.de fideiusso.et alij in alijs locis. Nec opponat dictus nobilis Iosserandus de.l.j.§.j.ff.quemadmo.testamen.aper. l.de his.et.l.non est ferendus.ff.de transact. Tum quia iura huiusmodi procedunt quoad transactionem, vel alios actus gestos inter heredes, et fideicõmissarios, legatarios, vel alios, quibus aliquid relictum est in testamento: et hoc in odium heredum testamenta occultantium: hic autem est sermo de validitate consensus adhibiti per dictum Iosserandum, quatenus cõcernebat dictam emptricem, que nõ fuit heres instituta, sed prorsus extranea: et sic iura predicta sibi locum non vendicant in hoc casu: quod etiã expresse voluit Raphael Fulgo.consi.cv.exordiente. Quedam domi.Luca filia magistri Lucoli de Pansano, etc. versic. allegatur preterea contra huiusmodi donationem, etc. et sequitur domi.Iason May.in.d.l.de his.versicul.secundo limita istam.l.etc.et pro hoc dicto, allegat Fulgo.l.spem future actionis.C.de dona. Tum etiam non obstat: quia vt apparet ex instrumento venditionis prefatus Iosserandus conuenit, promisit, et iurauit non contrauenire per se, etc.sub pretextu cuiuscunq substitutionis, aut alterius iuris cuiuslibet, tunc vel postea, etc. que sunt verba multum ampla, et per que apparet eum vel sciuisse, vel cogitasse saltem generaliter in dicta substitutione: et sic sibi preiudicauit: quod et facere potuit: vt hec probantur per ea que not. docto.in.l.tres fratres.ff.de pac.in.l.si de certa.C.de transactio.et in.d.l.de his.vbi videri poterit do.Iason May. versiculo, suprascripta procedunt, quando renuntiatio, etc. et Ioannes de Imo.in repeti.dicti capitu.cum contingat. versiculo circa septam, et vltimam questionem, etc.de iureiurando.

¶ Rub.De probat. ¶ Epitome. ¶ Consilium.cclxxiiij.

¶ Probatum non est instrumentum: ex eo agi non potest: probatum est: nec tũc quidem agitur ad penam, si promissor sine die non fuit interpellatus. V. F.

1 ¶ Instrumentum an eo ipso q qui illud descripsit, notarius existimabatur, fidem faciat.
2 Testis respõdens q sic est videri suo an probet: et quid deponere debeat, vt scripturam esse talis notarij probet.
3 Titulo oneroso censentur concessiones mutue.
4 Hereditas in contractu dari non potest.
5 Probare debet agens ex contractu se pro parte sua contractum impleuisse.
6 Interpellatio necessaria, vt quis impleat quod sine die promisit.
7 Officium iudicis an sublata exceptione sit sublatum.
8 Admissio ad liquidandum facit vt admitti ad opponendum aduersarius debeat.



1 Etiam. Si † probaretur honorabilẽ virũ Io.Bardini fuisse et esse in quasi possessione tabellionatus, seu notonat⁹ quodq ad eũ et vt tanq notariũ, fuerit habitus, et habeat recursus, non tamen propterea quoddam pretẽsum instrumentum, seu chartula parte nobilis Prudentie de Guastaldo exhibita, et producta in causa, quam mouere satagit idem de Gastaldo contra dictum Ioannem, faceret fidem secundum Andre.de Pisis, Guil.Rayne.et Oldra. quos refert Albe.in.l.Barbarius Phil.ff.de offi.pretor. idem voluit Azo in summa authenticorum titu.de fide instrumen.Barto.in.l.actuarios.C.de numera.et actua.lib. xij.et in.l.Herẽnius.ff.de decurio.Bald.in repet.d.l.Barbarius Philippus.et in.l.j.in.vj.q.C.de test.vbi etiam de hoc per Sal.et Alexan.de Imo. Et idem consuluit Alex. de Imo.multos referens consil.cxxxviij.exord. Opportune consideratis his que in themate continentur.in.j.vol. vbi plenissime tractat et idẽ voluit do.Ias.May.etiã plurimos referens, et pro hac sentẽtia multa inducens fundamenta, que nõ refero, in.d.l.Barbarius Philippus.versi. extra glo.querit hic Bart.etc. Tum quia non est probatum, q idem Bardin.confecerit dictum pretensum instrumentum. Et primo quidem non per primum testem: quia

2 † ille interrogatus de scriptura, et signo eiusdem pretensi instrumẽti, an videlicet cõfecti extitissent, respondit q sic suo videre, qui non probat: vt post Bald.in repet.l.de quibus.ff.de legib.voluit do.Iason May.in.l.j.versi.eodem modo si testis dicat videre meo.ff.de iust.et iure.et q testis deponens p verbum videtur, nõ probet: etiã voluit Alex. de Imo.consil.cix.exord. Visis et vt apparet consideratis. etc.in.j.vol.post Ioan.And.in addit.Specu.tit.de teste.§. nunc tractandum.versic.idem quoq. Nec obstat q dictus testis interrogatus super signo, de causa sue scientie, responderet, q pluries viderit signum dicti Bardini in multis scripturis, et instrumentis, et signum positum in dicto pretenso instrumẽto esse simile, prout vidit, etc. Quoniam respondeo, q istud nõ sufficit. Pro quo alleg. isse sufficiat quod in simili not. Panor.in.c.ij.versi.circa primam speciem: ibi et intellige, q testes deponant, etc.de fide instrum. Alexand.de Imo.consil.cxxiij.exord. Discussis hesitationibus de quibus in themate.in.j.vol.Iaco.But.in auth. et si contractus.C.de fide instrument.et alij multi, quos in consil.predicto refert Alexand.de Imo.ex quorum dictis colligitur, q ad hoc vt testis deponẽs de scriptura, scilicet q illa cõfecta extiterit, pone manu Ioãnis Bardini, opus est q illi dicant se fuisse presentes, et vidisse quando illam scripsit. Cuius dicti ratio reddi solet, quia alias testes de facili decipi possent, propter similitudinẽ literarum. Etiam nec probatur per scdm testem, quia vt apparet ex depositiõe illius ipse respõdit se ignorare an scriptura, et signum dicti pretensi instrumẽti sint eiusdem Bardini, et sic non est probatum hanc scripturam fuisse ipsius Bardini, et sic consequenter non apparet illam fuisse confectam per notarium publicum, vel etiam alium, qui in possessione, seu quasi tabellionatus existeret, quo fit vt non constet dictum nobilem de Albino esse submissum curie camere: et ita non immerito declinare voluit idem de Albino, et declinauit forum dicte camere. ¶ Preterea supposito citra preiudiciũ veritatis, q dictum pretensum instrumentum probaretur confectum per publicum notarium, et fidem faceret tam de submissione ad curiam predictam, quam de alijs in eo contentis, non tamen posset dictus nobilis de Gasteldo

efficaci

efficaciter experiri, et petere ducenta scuta latius expressa in quadam sua pretensa petitione. Cum quia in dicto pretenso instrumento leguntur facte due pretense, mutue, et reciproce, seu vicissitudinarie conventiones, seu promissiones: una videlicet, per dictum de Gastaldo, per quam cõvenit, et promisit heredem universalem instituere, seu facere nobilem et honestam tunc iuvenem, Margaritam de Athino, eius tunc futuram sponsam, et illi donare bona, de quibus ibi. Et alia quam fecisse pretenditur dictus nobilis Joannotus de Athino, et per quam dicitur convenisse se procuraturum per effectum, quod si eadem Margarita ab humanis sine herede ex suo corpore procreato, et liberis ante dictum de Gastaldo decederet, ipsa de sui ipsius Joannoti de Athino authoritate donaret ipsi nobili Gastaldo super bonis suis, in dicto pretenso instrumento latius mentionatis, summam ducentorum scutorum auri ad coronã, et sine sole. Quo† fit, ut iste conventiones, et fieri convente concessiones censeri debuerint onerose, non liberales, seu simplices donationes. Pro quo gratia brevitatis allegasse sufficiat id, quod voluit Oldrad. consi. cxxxix. exordien. Ad habendam aliqualem notitiam, etc. in secundo quesito. Joan. And. in addit. Specul. tit. de instru. edit. §. porro. versicu. fuit etiam alia questio de facto: duo fratres, etc. Alber. et Salic. in. l. fin. C. de pact. Ange. in. l. hereditariũ. C. de bon. autho. iudic. possi. et in. l. sancimus. C. de donat. Joan. de Imol. Roma. et alii in. l. Attilius Regulus. ff. de donat. do. Jason May. in. l. inter privatos. versic. secundo habes. C. de pact. et in. l. si pater puelle. C. de inoffi. testa. et alii in aliis locis, et ut dicit Ange. consil. clxxxi. exordien. Visis instrumentis predictis. versic. venio ad tertium, etc. Una concessio est causa finalis ad aliam: et sic una erat facienda propter aliam, et econtra: quod si ita est, imo quia est ita, non debet cõqueri dictus nobilis de Gastaldo de prefato nobili de Athino, quasi nõ procuraverit fieri dictam pretensam donationem, nec propter illius omissionem petere sibi solui dicta ducenta scuta auri. Tum quia nõ apparet, quinimo nec proponitur, quod idem de Gastaldo per se conventa, et promissa observaverit. Hoc est quod ipse dictam nobilem Margaritam heredem universalem instituerit, aut fecerit. Nisi forte quis dicat, quod imo de hoc appareat per dictum pretensum instrumentum. Sed istud non obstat: quia ut iam elegãtissime scriptum est per spectabilem virum dominum Bertrandum Durandi, iurium professorem eximium, hereditas † dari non potest in contractu. l. hereditas. C. de pact. convent. Sic igitur inutiliter dictũ fuit in dicto pretenso instrumento, quod dictam Margaritã tunc faceret heredem: quia nec istud fiebat, nec sic fieri poterat, sed erat opus quod per testamentum hoc fieret. Quod cum non fecerit, nec se fecisse proponat, nõ potest conqueri: quia † ubicunque quis petit penam ab eo, qui non adimpleuit contractũ ex parte sua, tunc si ipse petens aliquid facere debuit ex parte sua, nunquam potest petere penam, nisi prius probet se impleuisse contractum ex parte sua. Quia ut voluit Innoc. in. c. mandatum. de rescript. non dicitur pro eo esse scriptum, qui venit contra scriptum. Quod refert Bal. et Sali. in. l. cum proponas. C. de pact. Pro quo facit. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. et quod nota. in. l. qui fidem. ff. de transact. l. ii. C. de iure emphyt. et. l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. ii. facit etiam. c. ex eo. et. c. frustra. de regul. iur. in. vi. et quod voluit Bald. in. c. i. versic. not. quod si vassallus, etc. tit. quali. do. proprie. priue. Ista est enim, inquit, natura penarum sive legalium, sive conventionaliũ, quod nisi penam petens probet ex sua parte debitum contractus implemẽtum, repellatur a pene petitione: quia liquida debet esse causa ut pena petatur. d. l. quero. §. inter locatorem: et quod not. in. l. si non fuerit. ff. de iureiuran. dicit etiam Bald. in. l. stipulationem. ff. de iure dotium. quod agẽs ex contractu probare debet se impleuisse contractum. pro quo allegat dictam. l. si non fuerit. facit. l. in testamento. ff. de cond. et demon. et quod not. Bal. in authẽ. dos data. C. de dona. ante nup. et in dicta. l. si non fuerit. Tũ † etiã quia ut puto, dictus nobilis de Athino, non probatur, nec ut puto probabitur, quinimo nec proponit quod post dictam pretensam promissionem fuerit interpellatus, seu requisitus, ut fieri procuraret dictã pretensam donationẽ, quod tamẽ fieri oportuisset, ad hoc ut teneretur ad pretẽsum interesse ex adverso petitum, postquam non apparet de prefixione diei, seu termini. Ad quod facit notabilis glos. in. l. mora. ff. de usur. et quod voluit dominus Antonius de Butrio in cap. venerabilis. de iudic. dicens, quod si sub pena teneatur iudex causam diffinire infra mensem, et non fuerit interpellatus a parte, ut illam infra tempus huiusmodi expediret, non incidit in penam: ut ibi plene per eum, quem sequitur Panor. Facit etiam quod not. Bald. in. l. et si post tres. versic. hoc quero, etc. ff. si quis cau. ubi dicit, promisi sub pena centum, quod faciam filium meum cuidam contractui consentire, cum erit legitime etatis, qui deinde effectus etatis legitime, et non feci eum consentire, nec fui interpellatus, querit Bal. utrum in penam inciderim: et decidit quod non, quia ad illius incursum fuit opus interpellatione per contrahentem facienda. Pro quo allegat. l. si ante nuptias. ff. solut. matrim. et. l. fin. §. utraque. C. de iur. dot. et idem voluit Bald. in. l. magnam. C. de contrahen. et committen. stipul. Pro quo adducit rationem, quia dies incerta obtinet vim conditionis, et non interpellat: et consultus in facto ita respondit, consuluit, et obtinuit Andr. Barba. prout ipse refert consil. li. exordien. Scripsit sapientie fons Salomon. etc. in prima parte. Cum ergo in casu de quo queritur, non fuerit dies faciende procurationis per dictũ nobilem de Athino, debuit ipse interpellari, ut procuraret, etc. quod quia factum non est, non tenetur ad pretensum interesse: licet enim predicta videantur procedere in pena, quia ille qui petit penam, debet esse ultra omnem culpam. dicta. l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. ii. et. l. cum par. §. illi. ff. de regu. iur. idem tamen videtur esse et in interesse, et damno, ut ad illud agere non possit idem de Gastaldo: quia damnum quo quis, etc. regula damnum. de regul. iur. in. vi. quod etiam voluit Andr. Barbat. in dicto consilio. Nec opponat aliquis, quod de predictis opponere nõ possit dictus nobilis de Athino, obstante fortasse vel statuto, vel stylo dicte curie, nullas quibusdam paucis exceptis, permittente opponi exceptiones. Quoniam respondeo, quod hoc non obstat, quia esto ut citra preiudicium veritatis intelligantur alie exceptiones etiam rationabiles repulse, cuius contrarium tenent multi, alii vero dubitãt, illud † saltem certum est, quod per sublationem exceptionis non est sublatum officium iudicis: quod propterea eo casu maxime implorari potest, quo adversarius ditaretur cum iactura rei, per id quod volunt Bart. et docto. communiter in. l. i. §. et parui refert. ff. quod vi aut clam. Joannes de Imol. in. l. fina. versicu. potest dici prout mihi videtur. ff. a quib. appella. non licet. de quo etiam ibi per Angel. Aret. versic. advertendum tamen est, etc. Alexand. de Imol. in. l. iii. §. si is pro quo. versic. item per istum text. ff. quod quisque iur. Angel. Aret. institu. de actio. super rubr. versicu. et advertas, quia supra dixi, quod officium iudicis, etc. et institu. de exceptio. super rubrica. versic. verum quia multe leges. et do. Jason Mayn. multos referens in. l. i. versic. nunquid officium iudicis, et exceptio sint idem, etc. ff. de iurisdictio. omnium iudic. Pro quo dicto allegari solent. l. plane. et. l. fin. et quod utrobique scribunt docto. ff. de petit. heredita. et Andre. Barba. in. c. ex parte. de offic. delegat. Preterea negari non potest quin dicta pretensa conventio, seu promissio non fuit liquida: non enim pretenditur hunc nobilem Joannotũ donasse scuta ducenta, sed promisit se procurare, etc. quo casu etiam si verum esset, quod facta requisitione, seu interpellatione, et sequuta negligentia in non procurando, successisset obligatio ad interesse, non tamen certum esset quantum esset interesse huiusmodi, inspecta ipsa Margarita, que nihil habuit tempore mortis, et de eius bonis nihil exigi potuisset. Dicta etiam pretensa cõventio fuit conditionalis, ut patet ex forma sue conventionis, exigebat etiam post eam matrimonium contrahi per et inter dictos Prudentiam et Margaritam, et hec omnia faciunt, ut dici non possit dicta pretensa conventio, seu promissio fuisse liquida. Si ergo † dictus Prudentius admitti debeat ad liquidationem, debet et ipse nobilis de Athino admitti ad proponendum contra liquidationem, et poterit opponere quamlibet rationabilem exceptionem, per id quod voluit Bald. in. l. ii. C. de exequu. rei iudica. et Joan. de Imol. in dicta. l. fin. versic. Bald. vero videtur in hac materia, etc. dicit etiam Bald. in. l. si non sortem. §. i. ff. de condict. indebi. quod non obstante statuto huiusmodi opponi possit exceptio, que oritur ex ipso instrumento. quod etiam plene prosequutus est dictus do. primo scribẽs. Ex quibus omnibus una cum aliis per eundem egregiũ do. primo scribentem eleganter inductis, respondeo dictũ nobilem de Athino bene supplicasse, et propterea debere in hac supplicationis causa obtinere. Que dixerim omnia sub correctione cuiuslibet, etc.

¶ Rubri. De iur. do. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cclxxv.

¶ Dotem ex conuentione socer ⁊ pater filio minuere non possunt post cõtractum matrimonium sine consensu filij: sed nec pater filium emancipatum impedire potest quin eam exigat: nisi vel monstret eum forte esse decoctorem, vel se ad eam restituendum obligatum. A. F.

1 ☞ Dotis titulus viro onerosus, vxori autem lucratiuus.
2 Promissor alieni facti non est sed sui qui promisit se curaturum ꝙ alius faciet.
3 Obligatio ad interesse succedit obligationibus facti.
4 Dos penes eum qui onera fert matrimonij esse debet, ⁊ pater eam habens filium alere tenetur. 6.
5 Dotis restituende causa an ⁊ quando pater se obligare teneatur.

1 Itulus † Dotis quatenus concernit maritum est onerosus: Sed quatenus concernit mulierem est titulus lucratiuus. l. fi. §. j. versicu. ac si neuter sciuit. ff. que in frau. credi. l. ex promissione dotis. ff. de actio. ⁊ obliga. l. j. §. nec cum iuris optimi. C. de imponenda lucratiua descrip. libr. x. quod etiam voluit Oldra. consil. clj. exordiente, Si quis verba donationis, ⁊c. ⁊ consil. cclxv. exordiente, Quidam paterfamilias habebat filium, ⁊c. versicu. secunda ratio, hoc idem probans, ⁊c. Barto. in l. Meuius. §. duobus testamentis. versicu. tertio quero ego sum obligatus mulieri, ⁊c. ff. de lega. ij. Alexand. de Imol. consilio. lxxi. exordiente, Consideratis ijs que in themate, ⁊c. in quarto volumi. facit quod no. glo. ⁊ docto. in l. Meuia. ff. soluto matrimonio. Quo fit vt post matrimonium contractum per ⁊ inter nobilem Claudium de Cõstantinis, filium naturalem, ⁊ legitimum nobilis Thome de Constantinis ex vna parte, ⁊ nobilem ⁊ honestam iuuenem Catherinam filiam naturalem, ⁊ legitimam nobilis Joãnis de Rochamaura ex alia, non potuerint ex interuallo dicti nobiles Thomas ⁊ Joannes in preiudicium dicte Catherine ipsius Joannis filie, ⁊ dotis mille ⁊ ducentorum florenorum pro ea constitute, conuenire, ⁊ pacisci ꝙ dictus Claudius eiusdem Thome filius, non exigeret a dicto Joanne eius socero de dote premẽtionata nisi mille florenos: quia non potest pater ex interuallo post dotem per se pro filia cõstitutam, ⁊ promissam, preiudicare ipsi filie, nec in ipsius preiudicium pacisci. l. quoties. ⁊ quod ibi docto. ff. soluto matri. Puto tamen ꝙ dictus nobilis Thomas potuerit conuenire, ⁊ pacisci se facturum, ⁊ curaturum cum effectu ꝙ dictus Claudius eius filius de dote prementionata a Joanne Socero non exigeret, nisi mille florenos, ⁊ ꝙ ipse Thomas ad obseruationem pacti huius teneatur, maxime si iurauerit: quia omnia iura clamant pacta esse seruanda. l. iurisgentium. §. ait pretor. ff. de pact. ⁊ nihil ita est decens humane fidei, ꝙ pacta seruare: ⁊ fidem fallere graue est. l. j. ff. de pac. ⁊ l. ij. ff. de constitu. pecu. ⁊ iuramentũ quod sine detrimento salutis eterne seruari potest, seruandum est. c. cum contingat. c. si vero. de iureiuran. ⁊ c. quãuis pa-
2 ctum. de pact. in. vj. ⁊ † quamuis prima facie videatur idem nobilis Thomas promisisse factum alienum, quod etiam sensit Ange. in l. stipulatio ista habere licere. in principio. versi. in text. ibi, alienum factum. ff. de verbo. obliga. re vera tamen idem Thomas non alienum, sed proprium factum promisit, vt probatur in. §. si quis alium. institu. de inutili. stipula. ⁊ in l. sicut. l. stipulatus es. ff. de fideiusso. iuncta. l. quoties quis. ff. de verbo. obliga. quod etiam voluit Joan. de Imol. in d. l. stipulatio ista habere licere. in principio. versi. nota ꝙ nemo. vbi etiam de hoc Alexan. de Imol. versic. nota ꝙ promissio. ⁊ Ang. Are. in d. §. si quis alium, ⁊ quod not. glo. ⁊ docto. in c. ex rescripto. de iurejur. Preterea idem nobilis Thomas conuenit, ⁊ promisit, ⁊ vt puto etiam iurauit seruare indemnem dictum nobilem Joannem, quoad dictos ducentos florenos. Quo fit, vt possit ipse Thomas conueniri ad interesse: hoc est ad dictos ducentos florenos, si illi exacti extiterint, vel exigantur per dictum Claudium, eius filium a prefato Joanne Socero suo: sic si cum effectu non fecerit, ⁊ procurauit, aut faciat, ⁊ procuret, ꝙ dictus eius filius dictos ducentos florenos non exigeret, vel exigat: Tum † quia in obli-
3 gationibus facti succedit obligatio ad interesse. l. si quis ab alio. §. fi. ⁊ quod ibi docto. ff. de re iudi. ⁊ quod not. docto. magis communiter in l. stipulationes nõ diuiduntur. §. Celsus. ff. de verbo. obliga. ⁊ in l. vnica. C. de senten. que pro eo quod interest. Tum ⁊ quia ipse hoc verbis expressis promisit. Dico insuper, ꝙ si dictus Claudius eius filius sit emancipatus, vel alias cum dicta eius vxore seorsum maneat, ⁊ habitet de patris voluntate, aut consensu, vel etiam sine patris consensu, duntamen hoc sit ex iusta causa, potest ipse Claudius petere a dicto Joanne dictos
4 ducentos florenos: quia † cum ipse supportet onera matrimonij dos debet esse penes eum. l. si is qui. §. j. ff. de iur. do. l. si filia. §. hoc amplius. ff. famili. erciscun. quinimo ijs casibus si idem Thomas dotem predictam, vel partem illius exegisset, ipse possit conueniri, ⁊ compelli ad illam restituendam seu soluendam ipsi Claudio eius filio: vt not. Bald. Ange. Joan. de Imol. Pau. de Cast. ⁊ Alexan. de Imol. in l. si cum dotem. §. transgrediamur. ff. soluto matrimo. ⁊ Flori. in dicta. l. si filia. §. hoc amplius. Et sic non puto, ꝙ in istis casibus possit idem Thomas pater, impedire filium, ne dotem aut ducentos florenos exigat. Sed si dictus filius non sit emancipatus, nec maneat seorsum a patre, vel alias sustineat onera matrimonij, sed dictus eius pater, vel etiam si manet seorsum a patre inuito eo, ⁊ sine causa, puto ꝙ pater possit prohibere exactionem dotis s⁊ sic dictorum ducentorum florenorum faciendam per filium. Tum quia onera matrimonij sunt apud eum: ergo apud eum debet esse dos, si velit, per iura superius allegata, ⁊ in sui ipsius preiudicium potuit, ⁊ potest facere gra-
5 tiam debitori tum ⁊ quia tenetur se † obligare pro restitutione dotis, si iam non fecerit. l. si in tres. §. imperator. ff. de excusa. tuto. ⁊ l. fin. in fi. ff. de suspec. tuto. sicuti compellitur dotem constituere pro filia. l. fin. C. de dot. promis. ⁊ l. qui liberos. ff. de ritu nup. Quod saltem procedit, ⁊ procedere debet, si idem nobilis Thomas consenserit matrimonio dicti nobilis Claudij, secundum Barto. qui ita not. in d. §. transgrediamur. ⁊ Flor. in d. l. si filia. §. hoc amplius. ⁊ hoc si de consuetudine patrie non teneatur facere filio donationem propter nuptias. Supposito igitur quod idem Thomas sit obligatus, vel obligare se debeat pro restitutione dotis predicte, non videtur posse dictus Claudius eius filius eo inuito exigere dictam dotem: quia nec exactam teneretur dictus Thomas sibi restituere, si etiam cum causa maneret seorsum, ⁊ ad patrem, si tamẽ illum ha-
6 beret suspectum de dilapidatione sed † sufficeret, ꝙ pater prestaret alimenta: nisi filius prestaret cautionem de dote conseruanda, vt not. Joann. de Imol. in d. l. si cum dotem. §. transgrediamur. vbi etiam Alexan. de Imo. versic. sed dubium est, quid si filius, ⁊c. ff. soluto matri. Preterea procedunt, vbi dictus Claudius dictos ducentos florenos exigere vellet a prefato Joanne Socero, sed si eo vita functo illos exigeret ab eius heredibus, non possum plene respondere quid iuris esset: pro eo quia non vidi instrumentum conuentionis, ⁊ promissionis predictarum: ⁊ sic nescio an idem Joannes stipulatus extiterit pro se duntaxat, aut pro se ⁊ heredibus: nam si pro se ⁊ heredibus, puto respondendum vt supra, si vero pro se, tunc existimarem in dubio, ꝙ dicti ducenti floreni possent peti ab heredibus. l. cum pater. ⁊ l. ob res. §. fi. ff. de pact. dota. super quo tamen vlterius non me extendo. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

¶ Rubrica. De senten. ⁊ interlo. ¶ Consilium. cclxxvi.
¶ Epitome.

¶ Sententiam recte tulit senatus Aquensis, qua Capitaneum castri manutenuit in possessione eorum iurium, de quibus in collatione de eodem officio alij facta cogitatum non fuerat: quamuis claues huic nouo successori ille tradiderit, moxq; receperit. A. F.

1 ☞ Presumitur esse in possessione qui ante erat. ⁊ numero. 3.
2 Capiat verbum directum est, ⁊ quid importet.
4 Coniectura nocua non capitur si alia capi possit.
5 Habitatio est pars victus.
6 Papa in terris Dei locum tenens est, ⁊ Christi vicarius.

Turba

7 Turbare alium in possessione dicitur qui & se possidere asserit.



Existimo quod ex literis doni seu collationis officij capitaneatus loci de Petrolis, dudum facte nobili Joannoto de Athino per recolende memorie illustrissimum do. Renatum Sicilie & Hierusalem regem, comitem vero Prouincie, & Forcalquerij, & postea renouate, seu confirmate per recolende memorie illustrissimum do. Carolum ipsius do. Renati immediatum successorem, & serenissimos do. Ludouicum & Carolum Francorum reges, & dictorum comitatuum comites, ipse do. Renatus donauit, & concessit eidem nobili Joannoto officium capitanei commentariensis, & gubernatoris castri de Petrolis, cum libertatibus, vadijs, iuribus, commodis, reuenutis, & emolumentis consuetis ex dicto officio pertinentibus, quodque per instrumentum postea apprehense possessionis officij capitaneatus, constet, & appareat eundem nobilem Joannotum apprehendisse, et adeptum extitisse possessionem realem, actualem, & corporalem, seu quasi officij capitaneatus, & aliorum predictorum:
1 Quo † fit vt in horum omnium possessione, seu quasi, adhuc esse, seu existere presumatur: nisi quatenus appareat eum ab illa cecidisse, vel possidere desiisse. Et hoc procedit siue dicamus esse veram opinionem Placent. vt voluit Hugo & Petr. quam solent referre scribentes in. l. siue possidetis. C. de probat. & in. c. cum ad sedem. de restit. spolia. & Ange. Aret. in. §. sic itaque. versic. secundo aduertas ad glo. que dicit, &c. Institut. de actio. siue dicamus esse veram opinionem Odofre. de qua facta est addit. per glos. in. d. l. siue possidetis. & quam doct. tenent magis communiter tam ibi, quam in. d. c. cum ad sedem. & Salice. quo ad casum nostrum in. l. non ignorabit. C. ad exhibendum. & Ange. Aretin. vbi supra. Quod si ita est, imo quia ita est, dictus nobilis Joannotus adhuc est, & esse presumitur in possessione vadiorum, iurium, commodorum, reuenutarum, & emolumentorum dicto capitaneatui pertinentium, sibi ad vitam sui ipsius nobilis Joannoti reseruatorum tempore collationis officij capitaneatus dicti castri, quam fecisse dicitur dictus quondam serenissimus do. Carolus, nobili Prudentio de Gastaldo, et que omnia potuit & potest ipse nobilis Joannotus habere, & capere sua authoritate, propter illa verba posita in literis reseruationis huiusmodi, scilicet, quod dictus Joannotus in eis habebit, & capiet stipendia, iura, commoditates,
2 reditus, & emolumenta. Illud enim verbum, † est verbum directum. l. Titia. §. j. ff. de leg. ij. quod etiam voluit Bart. in. l. Centurio. versi. exemplum in verbo, accipiat. & in verbo, capiat. ff. de vulg. & pupil. Bald. in. c. si pater. de testa. in vi. & ibi etiam Phili. de Fran. versi. duodecimo est verbum capiat, &c. & hoc satis persuadet tenor dicte reseruationis tam facte per ipsum de Athino, ibi, ita & primitus quod ipse in eis haberet & caperet stipendia quam fieri concesse per ipsum serenissimum do. Carolum, ibi, ita quod dictus Jannotus in eis habebit, & capiet stipendia, iura, &c. Si enim sensissent ipse nobilis Joannotus, supplicans reseruans & consentiens, & prefatus serenissimus do. Carolus etiam reseruans, annuens, & concedens, quod iste nobilis Joannotus recipere deberet vadia, & gaigia per manus predicti Prudentij, sufficisset dicere in supplicatione, ita & primitus quod ipse in eis haberet stipendia, & in concessione ita quod dictus Joannotus in eis habebit stipendia: quod cum non sic factum extiterit, sed fuerit adiectum in dicta reseruatione, Et caperet & in concessione dictum extiterit, Et capiet, palam infertur, quod vel verba huiusmodi accipiuntur directe, vt sic sua ipsius manu, & authoritate capere posset, & possit vadia, & alia predicta, aut verba huiusmodi ex superfluo posita extiterunt in literis dicte reseruationis, & pretense collationis facte predicto Prudentio, quod non est dicendum: quia non solum vnaquaeque clausula, sed etiam vnum quodque verbum a contrahentibus, vel rescribente prolatum, debet esse cum virtute operandi, si fieri potest. l. hac lege. ff. de contrahen. emptio. l. si stipulatus. ff. de vsu. & quod not. Bald. C. de contrahen. emptio. & vendi. in rub. q. ix. Ange. consil. ccl. Roma. consi. lxxxij. ad fin. Ostien. in. c. ex ore, de priuile. Alex. de Imo. consi. cxvij. exord. Visis supra narratis in themate, &c. versi. probatur, quia medium, &c. in primo volu. Et pro hoc intellectu etiam faciunt verba posita in literis reseruationis, & collationis huiusmodi ibi, & dictus Prudentius partem illa habebit, & capiet post tempus suum, si illud impleat. Esto igitur vt citra preiudicium veritatis potuerit, & possit dictus de Gastaldo exercere officium capitaneatus, iuxta formam reseruationis, & concessionis predictarum, vadia tamen, iura, commoda, reuenute seu reditus, & emolumenta spectant, & pertinent dicto nobili Joannoto, & que capere potest sua ipsius manu, non per manus dicti de Gastaldo: nec alium videtur voluisse eminens regium A quense consilium in decreto faciende missionis in possessionem predicti officij, facto in fauorem dicti de Gastaldo, vbi sepe, & pluries repetijt illa verba iuxta formam, continentiam, & effectum dictarum literarum, scilicet prefati serenissimi do. Caroli, paulo supra mentionatarum, nec ad aliud, aut aliter concedendum cogebant litere serenissimi do. moderni Francorum regis, & comitis dictorum comitatuum: quia ille sunt confirmatorie predictarum literarum do. Caroli: & quamuis dicantur continere nouam concessionem, non tamen videntur aliquid continere vltra, & preter id quod eidem de Gastaldo concessum extiterat per dictum dominum Carolum: quod satis colligitur ex illis verbis, ac de nouo quatenus opus est, & inquantum posset dici vacans, &c. Ex quibus omnibus infertur dictum de Gastaldo solum debere censeri fuisse missum in possessionem dicti officij capitaneatus, cure, custodie carcerum, & gubernij, alijs † & il-
3 lorum possessione, seu quasi remanentibus, apud dictum de Athino, postquam per literas dictorum serenissimorum dominorum principum, non apparet ab ipsorum possessione & reseruatione discessum, &c. l. cum dubitabatur. ad fin. C. de edifi. priua. l. sancimus. C. de testa. l. precipimus. C. de appella. & l. alumne. §. qui filias. ff. de adimen. & transfe. leg. nec constet, quod dictum eminens regium consilium voluerit eidem nobili de Athino preiudicare in reseruatis, nec possessionem, seu quasi sibi auferre. Et quod in dubio facere voluisse non presumitur. Pro quo allegasse sufficiat id, quod post Joan. de Imo. voluit Alex. de Imo. in. l. a diuo Pio. §. si post addictum. ff. de re iudic. in. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. & in. l. peregre. §. quibus. ff. de acquir.
4 posses. Nec obstat † eidem nobili Joannoto traditio clauium dicti castri de Petrolis, quas paulo ante apprehensam possessionem tradidisse dicitur Domino exequutori, & commissario deputato per dictum eminens regium consilium ad mittendum & inducendum in possessionem predicti officij, dictum nobilem de Gastaldo: quoniam vt puto apparere per depositionem testium parte dicti de Athino in causa productorum, ille tradite extiterunt, non quidem ad sibi preiudicandum in vadijs, iuribus, & alijs reseruatis, quod etiam fecisse non presumitur, postquam alia coniectura capi potest. l. cum de indebito. ff. de probatio. & l. si cum aurum. ff. de solution. quod etiam voluit Petrus de Anchar. consil. vij. exordien. In questione, &c. & consi. xxxi. exordiente, Subtiliter & copiose super predicto dubio, &c. Bald. consil. xlix. exordien. Ad euidentiam premittendum est, &c. versi. item alia coniectura excludit donationem, &c. in prima parte. Ange. consil. xc. exord. Cum ijs est questio. & Ange. Aret. in. §. fuerat. in illa questione quam format, in versi. quid autem si dos est tantummodo confessata. ibi, quinto hoc etiam tenet Bart. institu. de actio. sed tradite fuerunt dicte claues, & ita factum presumitur ad hoc, vt possit idem de Gastaldo apprehendere possessionem predicti officij, quod forte fieri non consueuit nisi per ingressum castri, cui principaliter, & territorio accessorie coheret iurisdictio. Pro quo succincte allegasse sufficiat nota. per Bald. in. c. j. versicu. Oldrad. de laud. item quesijt an recognoscens, &c. de capitan. qui curiam vendid. & alijs in alijs locis. Et quia etiam idem de Gastaldo factus fuerat commentariensis, propter quod ad eum pertinebat custodia carcerum seu personarum inibi detentarum: & sic ad fines transferendi hanc custodiam, seu onus illius, potest dici claues predictas fuisse sibi traditas. per id quod habetur in. l. cum pater. §. pater pluribus. & quod ibi post Rege. ant. glossat. Barto. Paul. de Castr. Rapha. Cuma. & alij. ff. de legat. ij. qui respondent ad legem clauibus. ff. de contraben. emptio. & venditio. Sic ergo tradite sunt claues predicte dicto commissario sine preiudicio dicti nobilis Joannoti, quod etiam presumitur ex restitutione predictarum clauium illico sibi facta: vt puto constare per depositionem testium parte ipsius in causa productorum: ad quid enim fuissent claues dicti castri eidem Joannoto restitu-

te, si verum esset q per illam immissionem in possessionem officij, fuisset omnino ablata possessio dicti castri: profecto non video, nec hoc puto presumendum, cum quoad possessionem dicti castri non appareat derogatum dono, seu concessioni facte ipsi nobili Joannoto, & sic non facit pro eo. l. clauibus. quod etiam satis sensit ibi Alber. super verbo, conditarum. & Bald. super verbo, traditis. Bart. & alij in d. l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de lega. ij. Et sic cum inter iura, commoda, reuenuta, & emolumenta predicti officij, eidem nobili Joannoto reseruata, sit etiam vel possessio totius castri, vel saltem habitatio illius, pro eo quia licet emolumentum dicatur proprie lucrum, vel reditus molendini, tamen adaptatur omni commoditati. c. nemo. & quod ibi Joan. Andr. in Nouel. Flori. & Joan. de Anania. de Simonia. & c. si heredes. & quod ibi Joan. de Imo. de testa. & quod habetur Malachie. c. iij. quod emo-
5 lumentum, quia custodiuimus precepta eius insuper † habitatio est pars victus, seu alimentorum. l. legatis. ff. de alimen. & ciba. lega. & quod not. Bar. in suo tracta. de alimen. puto q male faciat dictus nobilis Prudentius, quatenus nititur in ea eum impedire, vel ipsum ab illa expellere. Si enim Prudentius vel prudens est, imo quia vt audio, est, debet, non iniuria dixerim, recordari pristine affinitatis, & beneficij sibi collati procurante, & supplicante dicto nobili Joannoto, eius socero, & cum suo detrimento & euitare ne de eo dicatur, illud vulgare prouerbium, quod detestatur
6 sacratissimus legislator, & † quidem locumtenens Dei in terris, & Christi vicarius in c. & si iudeos. circa principiū. versi. quam iuxta vulgare prouerbium, de iudeis. Negari autem nō potest quin ipse de Gastaldo dictum de Athino turbauerit, seu inquietauerit in possessione predictorū iurium, & quidem, laudimiorum, & sic emolumentorum, prout apparet per multa instrumenta parte ipsius de Gastaldo in hac causa producta: recepit etiam inquestas, seu penas pecuniarias, vt puto esse probatum per depositiones predictorum testium, insuper etiam contendit dictum
7 nobilem de Athino cecidisse a possessione dicti castri, & † se illud possidere: propter quod satis dicitur, & apparet turbasse, & turbare eundem de Athino in possessione illius. Pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat no. per Alex. de Imo. in l. si prius. versi. item adde, & multis seq. versi. in dicto igitur principali articulo, &c. ff. de noui ope. nuntia. Et ita puto sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, q saltem quoad premissa, seu eorum possessionem, confirmanda sit sententia dicti eminentis Regij consilij.

¶ Rub. De recept. arbit. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccxxvij.

¶ Laudi ratificatio, que ante ipsum laudum latum facta est, non impedit quin ad arbitrium boni viri possit recurri. V. F.

1 ☞ Compromissi prorogatio parte absente facta parti intimari debet.
2 Arbitri & arbitratores in multis differunt, in quibusdam conueniunt.
3 Arbitrium boni viri laudum etiam iuratum potest corrigere, & fere per totum.
4 Juramentum illam eundem habet conditionem, quam habet factum preambulum.
5 Donationi etiam iurate an & quando per superuenientiam liberorum possit contrauenire.
6 Intelligende sunt allegationes secundum loca allegata.
7 Volo verbum quid importet.
8 Recursus ad arbitrium boni viri vt excludatur in compromisso quid requiritur, & quid de verbo prout placebit & videbitur.
9 Ledi in maxima quantitate quando quis dicatur: & quando lesio doli presumptionem inducat. Doli clausula in compromisso subintellecta.
10 Testes varij in deponendo, an & quando suspectum de falso instrumentum reddant.
11 Ratificatio a procuratore facta quando non valeat.
12 Alieno nomine rem gerens an & quando non teneatur.
13 Tempus recurrendi ad arbitrium boni viri.
14 Sententia nulla, que in vim pacti in contractum transit, non est obseruanda vt sententia: sed vt contractus.
15 Instrumenta testibus an & quando preualeant.
16 Constitutio an ad preterita extendatur.


Etiam Si verum esset q tempore compromissi dudū facti per & inter honorabilem quondam virum Fulconem Bernardi, filium naturalem & legitimum, & vt pretenditur procuratorem, & procuratorio nomine honorabilis quōdā viri, Pauli Bernardi ex vna parte, & Joannem Ciuate ex alia, in magnificum & potentem quōdam virum Carolum de Grassa dominum de Albarno tanq̄ in arbitrum, arbitratorem & amicabilem cōpositorē dicti Fulconis, & Joannis Ciuate eidem domino arbitratori dedissent, & concessissent facultatem prorogandi cōpromissum huiusmodi: q̄
1 † tamen prorogatio postea facta fuit absente & inscio dicto Paulo, illa debuit sibi intimari: argumento eius quod no. gl. penul. in cle. j. de appella. quod etiam per dictam gl. voluit Bald. in l. eos. §. apostolos. versic. quero nunquid, &c. C. de appella. vbi refert se consuluisse q si ex data potestate in cōpromisso, arbitri possent prorogare absentibus, & ignorantibus partibus cōpromissum, tamen nisi notificent, videtur dolose processisse: & talis prorogatio nō astringit litigatores: q̄ ita demum valet, si notificetur: arg. d. gl. & l. ij. C. de decurio. libr. x. idem sensit Bald. in auth. ei qui. versi. idem dico si tempus compromissi. C. de tempor. appella. Alex. de Imo. consi. xxxiij. exord. Viso themate suprascripto. versi. super eo quod vltimo queritur, &c. in primo volu. & Lanfran. de Oriano in suo tract. de arbi. in prima parte super verbo, prorogatio. versi. poterit quoq; compromissum prorogari, &c. in quinta parte. versicu. vigesimo sciēdum est, q vbi absentibus partibus, &c. Et q̄uis Bal. in d. l. eos. §. apostolos. & Alex. de Imo. in d. consi. videantur loqui in arbitro prorogante, non in arbitratore. Lanfran. tamen de Oria. in d. versi. poterit quoq; &c. nō videtur in hoc facere vim aliquam, sed promiscue loquitur in arbitro & arbitratore. Et que etiam non videtur facienda: q̄ vtrobique videtur esse eadem ratio, vt sic videlicet partes que compromisserunt, sciant & intelligant cōpromissum seu facultatē datā arbitro, & arbitratori nō expirasse per lapsum termini postquā iuxta facultatē datā arbitro, & arbitratori, ipse infra terminum illud prorogauit, & sic consequenter vt producant, vel exhibeant coram eo sua iura quod fortasse facere non curarent, si nescirent cōpromissum esse prorogatum, & vt puto propter hoc dicit Bald. in d. l. eos. §. apostolos. q dolose procedit arbiter, si non fiat intimatio prorogationis. Quia igitur vtrobique est eadē ratio, debet & vtrobique idē ius statui. l. illud cum suis si-
2 mili. ff. ad. l. acqui. Adijcio † q licet multas ponant, & recitent docto. differentias inter arbitrum, & arbitratorem, Cyn. videlicet in l. si qui ex consensu. & l. episcopale. C. de episco. audi. Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Spec. tit. de arbi. §. j. Inno. Ostien. Ant. de Butr. Jo. de Imo. Panor. & alij in c. quintauallis. de iureiur. & Catho. sac. in repet. rub. de arbi. nullus tamen videtur quoad hoc ponere differentiā inter arbitrum & arbitratorem. Nō igitur videtur illa confingenda. Et ita restat q propter omissam intimationē huiusmodi fuerit laudū per dictū do.
3 arbitrū, & arbitratorē promulgatū, nullū. Preterea † licet iuratū sit de stando laudo, seu dicto aut mandato arbitratoris, potest nihilominus eius arbitriū, seu laudum reduci ad arbitriū boni viri, si fuerit iniquū: vt voluit Inn. Osti. Jo. And. & doct. in d. c. quintauallis. Inn. videlicet super verbo, iuramētum. versi. nec facio vim. Ostien. vero & Jo. And. super eodem verbo, versi. nec est etiā vis facienda, & Specu. tit. de arbi. §. j. versi. sed pone, q cōpromittens, &c. Bart. & alij in d. §. arbitrorū. & scribētes in l. cum antea. C. de arbit. Cuius dicti illa solet ratio assignari, quia huic conuentioni, seu promissioni inest tacita conditio, scilicet, si arbitrator, eque arbitratus extiterit. l. si libertus. ff. de ope. libert. & in d. c. quintauallis. quod etiam sentit, & voluit Joan. And. in addi. Specu. titu. de arbi. §. j. versi. arbitra. & §. fi. versi. item quid si compromissum. in addi. exordiente, Clarius sic formatur. Et hanc eandem conditionem habet renuntiatio, seu conuentio, quam faciunt compromittentes de non recurrendo ad arbitrium boni viri. arg. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. & l. quidam cum filium. ff. de verbo. oblig. not. Barto. in d. l. si societatem. §. arbitrorum, versi. quero vtrum possit renūtiari, &c. vbi igitur aliter succedit, hoc est, quia arbitrator postea nō eque, sed inique laudat, & partem non modice, sed immodice, & in magna quantitate grauat, seu ledit, potest pars sic grauata

uata non obstante cōuentione huiusmodi recurrere ad arbitrium boni viri: pro eo quia in renuntiatione, non senserat, vt prediri de magna lesione, ꝛ procedit hoc vt iam dixi,
4 etiam si renuntiatio fuisset iurata: quia † iuramentum habet in se illam tacitam conditionem, quam habet factū preambulum. dicto. c. quintauallis. l. fin. C. de non numera. pecu. ꝛ. l. fin. in princip. ff. ad municip. Et hinc dicit Oldr. consil. ccxxviij. exordien. Cum mulier donatrix quē commemorauit Bal. in. l. fin. circa princip. C. de non numera. pecu. ꝙ iuramentum non auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti, addit religionis vinculum. Hinc etiam dicit Franc. de Are. in. l. j. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. ꝙ quando in verbis generalibus renuntians non videtur comprehendisse ius quod nunc petit, tunc renuntiatio non habet locum in isto iure, ꝛ hoc ex defectu consensus: ꝛ succedit regula, quam ponit Barto. in. l. si quis pro eō. versus finē. ff. de fideiussor. que probatur in dicta. l. fin. C. de non numera. pecu. ꝛ in. l. fin. ff. qui satisda. cogan. scilicet, ꝙ quando contractus deficit ratione consensus, tantum importat iuramentum, quantum contractus simplex, ꝛ non vltra. Hinc etiam no. Bar. ꝛ docto. in. l. Titia. §. imperator. circa fin. ff. de lega. ij. docto. in. l. si vnꝗ. C. de reuocan. donatio. ꝛ Ioan. de Imo. in. c. fin. versic. quid iuris si in casu illius. l. donans iurasset, ꝛc. de donat. ꝙ quia
5 † in donatione, quam donator non habens liberos facit extraneos, subintelligitur tacita conditio, scilicet nisi nascantur sibi liberi: si postea contingat liberos nasci, poterit donator contrauenire, etiam si iurasset de non contrauueniendo: ꝛ hoc non est nisi propter dictam tacitam conditionem: que propter liberorum natiuitatem nunc deficit. Cum igitur vt supponitur in facto, ꝛ ita creditur esse probatum, laudum predictum fuerit non solum iniquum, sed valde iniquum propter enormissimā lesionem dicti Pauli, attento, scilicet valore prati, terre, ꝛ aliorum de pignore captorum, ꝛ deinde distractorū pro satis vili summa: palam infertur, ꝙ etiam si idem Paulus cōpromissum predictum ratum habuerit, potuerit nihilominus a dicto laudo recurrere ad arbitrium boni viri, ꝛ petere illud retractari, ꝛ rescindi. Sed forte opponetur de ijs que notant Ostien. Ioan. And. in nouel. Anto. de Butri. Panor. et scribentes. in. c. humilis. de maiorit. ꝛ obed. Ioan. Calde. in quadam sua disputatione exord. Duo litigantes compromiserunt sponte, ꝛ ex certa sciētia in Titium, vt in arbitratorem. Ioan. And. in addit. Specu. tit. de arbi. §. fin. versi. quid si compromissum est, ꝛc. in addit. exord. Clarius sic formatur hec clausula. Bald. in. l. ꝛ in maioribus. C. de appellat. Paul. de Cast. in. l. ne in arbitris. §. si quis. C. de arbit. ꝛ Lanfran. de Oriano in dicto suo tracta. in vltima parte. versi. sed quid si in compromisso interuenit iuramentum, quia partes iurauerūt, ꝛc. ꝛ communiter omnes scribentes in dicto. c. quintauallis. qui omnes videntur sentire, ꝛ sentiunt, ꝙ quando data est facultas arbitratori de dando de iure vnius partis, alteri parti in magna ꝛ parua quantitate. vel quando data est facultas, vt possit procedere alte ꝛ basse, ꝛ dicere, ꝛ facere quidquid voluerit, et deinde contingat arbitratorem: postea per laudum re ipsa, non per dolum enormissime ledere alterā ex partibꝰ, non potest pars ipsa recurrere ad arbitrium boni viri, si recursui huiusmodi cum iuramento renuntiauerat. quod etiam voluit Roma. in repeti. rubr. de arbit. versic. subsequenter queritur an valeat renuntiatio, ꝛc. Cum igitur in compromisso, de quo supra facto, vt prediri, per prefatum Fulconem filium, ꝛ pretensum procuratorē, ac procuratorio nomine dicti Pauli, ꝛ deinde per ipsum Paulum ratificato, fuerit dicto do. arbitratori data facultas procedēdi de alto, in bassum, ꝛ dandi de iure vnius partis alteri, sic et prout eidem videretur, ꝛ placeret faciendum: ꝛ sic vt pretenditur in amplissima forma, non videtur potuisse idem Paulus recurrere ad arbitrium boni viri sibi refragante, ꝛ obstante predicta facultate, vna cum iurata renuntiatione de non recurrēdo ad arbitrium boni viri. Pro quo multa inducūt doct. in locis superius allegatis. que propter euitandam prolixitatem non transcribo. Sed profecto ista non obstant: si tamen prout oportet, diligenter, et non perfunctorie attendatur, ꝛ ad formā predicti compromissi, ꝛ ad casum, seu casus, in quo, vel quibus loquuntur Ostien. Ioan. And. ꝛ alij superius relati, ita vt clare appareat secus esse hic, secus ibi, propter casum amplum ꝛ longam diuersitatem. Et primo quidē Ostien. Ioan. And. in Nouel. Panor. ꝛ alij in. d. c. humilis. Pau. de Cast. in. d. l. ne in arbitris. §. si quis. ꝛ alij superius allegati, quatenus loquuntur de facultate data arbitratori, scilicet ꝙ possit procedere alte, ꝛ basse non loquuntur simpliciter, quando dictum est, ꝙ posset procedere alte, ꝛ basse, sed adijciunt hec verba, vel similia, ac dicere ꝛ facere quidquid vult. Et si qui sint, qui hec nō adijciant, illi tamen allegant Ostien. ꝛ
6 Io. And. in. d. c. humilis. qui propterea † censendi sunt loqui in eo casu, in quo ꝛ ipsi, argumento eius quod dicit gl. intelligēda esse secūdū iura, que allegat, dom. Bar. in. l. nō solum. §. si liberationis verba. ff. de liber. lega. ꝛ in. l. cum quidā. ff. de ijs qui. vt indig. Ioan. And. in. c. cum nūtius. de testi. ꝛ Sali. in. l. si ex cautione. C. de non numera. pecu. Loquuntur igitur isti omnes eo casu quo dictū est, ꝙ posset arbitrator procedere alte ꝛ basse, ac dicere, ꝛ facere quidquid vellet, ꝛ vt exponunt Ostien. Ioan. And. ꝛ alij in. d. c. humilis. idest ius vnius partis in totum, vel in partem alteri dare, quo casu non mirum, si altera ex partibus huiusmodi postea re ipsa, non dolo arbitratoris enormissime lesa, non posset recurrere: quia est quod sibi imputari possit, scilicet cōcessio amplissime facultatis, propter illa ver-
7 ba, dicere ꝛ facere quidquid voluerit: quia † verbum volo, importat liberam voluntatem. l. cum quidam. ꝛ quod ibi Bart. ff. de leg. ij. ꝛ. l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicommissa. liber. ꝛ. l. fideicommissa. §. ꝙꝙ. ff. de leg. iij. quod etiam voluit Oldr. consi. clxxxviij. exord. Primū dubium est, an considerata donatione. versi. item hoc patet per dicta verba cōpositionis. Bart. in. l. si sic. ff. de leg. j. ꝛ Ange. Are. in. §. in bone fidei. versi. vltimo. qꝛ iste text. facit mentionē de libera potestate. institu. de actio. ꝛ talis arbitrator videtur posse secūdum quosdā preferre iniquū equo, dummtamen dolus absit. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. ꝛ. d. l. fideicommissaria libertas. de quo Bart. in. l. si sic. ff. de leg. j. ꝛ in extrauagāti, ad repremendū. in verbo, videbitur. Sed ꝗuis in casu de quo queritur, prefati Fulco, ꝛ Barquerij cōpromiserint ad plenū, ꝛ largum, ꝛ idoneum cōpromissum fecerint de alto in bassum, ꝛ de basso in altum, cū omnimoda, larga ꝛ plenaria potestate in dictū do. arbitratorem, eidemqꝫ dederint plenā, largam, liberā, ꝛ generalē potestatē, authoritatē, ꝛ plenū posse audiendi, palpandi, examinādi, ꝛ alias, prout cōtineri pretenditur in dicto pretēso cōpromisso, nō est tamē dictū absolute, ꝛ precise, ꝙ ipse possit procedere alte, ꝛ basse, ac dicere ꝛ facere quidquid vellet, sed fuit illa pretensa plena, larga, libera ꝛ generalis potestas restricta, vt procedere, ꝛ procedere cēseretur quoad processum, seu illius telam ꝛ modū procedēdi, nō autē quoad facultatē preferendi iniquū equo, ꝛ auferendi in magna, aut maxima ꝗtitate de iure vnius partis, ꝛ dādi alteri, quod etiā satis aperte colligitur ex illis verbis postea suppositis, scꝫ, Et nihilominus dandi de iure vnius partis alteri, si ꝛ prout dicto domino cōmissario, ꝛ amicabili cōpositori videbitur, ꝛ placuerit faciendū, que alias viderentur ex superfluo inibi apposita, subiecta, aut supposita, si per illa verba, Cū omnimoda, larga, ꝛ plenaria potestate, vel per illa, plenā, largā, liberā, ꝛ generalē potestatē censeri deberent dicti Fulco, ꝛ Barquerij eidē, do. arbitratori dedisse, aut cōcessisse illā pretēsam, ꝛ amplissimā potestatē, quā habuisse pretenditur circa ablationē faciendā de iure vnius partis, nō solū in parua, sed etiā in magna ꝛ maxima quātitate quod nō est dicendū. l. hac lege. ff. de contrahen. empt. ꝛ vendi. ꝛ. l. si stipulatus. in princ. ff. de vsur. ꝛ quod per illa iura voluit Bald. C. de contrah. empt. ꝛ vendi. in rub. q. ix. Alex. de Imo. cōsi. lxvij. exord. Visis supra narratis in themate, ꝛc. versi. sed vbi est perfecta, ꝛc. in primo vol. Ang. d. cōsi. ccl. Rom. cōsi. lxxxij. ad fi. ꝛ Alex. de Imo. cōsi. clviij. in secūdo volu. non fuit igitur dicto do. arbitratori cōcessa illa amplissima facultas, que ex aduerso cōcessa pretēditur per illa verba, cū omnimoda larga, ꝛ plenaria potestate, vel per illa paulopost subiecta, seu supposita, plenā largā, liberā, ꝛ generalem potestatē, authoritatē, ac plenū posse, ꝛ hoc quoad hoc, vt possit auferre in parua, magna ꝛ maxima ꝗtitate de iure vniꝰ partis, ꝛ dare alteri, sed quoad hoc fuit eidē cōcessa facultas, de qua, in. d. versi. ꝛ nihilominus dandi de iure vnius partis, ꝛc. vbi profecto nō apparet datam esse quoad hoc illā amplissimā facultatē. Et quidē nō propter illa verba dādi de iure vnius partis alteri. Pro quo allegasse sufficiat quod not. doct. in. d. c. quintauallis. do-cto. in. d. l. societatem. §. arbitrorum. ꝛ in alijs locis supe-
8 rius allegatis, qui ad exclusionem recursus † ad arbitrium boni viri, videntur presupponere non sufficere pactum, seu conuentionem, quod arbitrator possit auferre

de iure vnius partis τ dare alteri. quia in hac conuentione adijciunt hec verba, in parua τ magna quantitate. Non etiam censetur data illa pretensa amplissima facultas, per illa verba sic τ prout dicto domino compromissario, τ amicabili compositori videbitur τ placuerit faciẽdum, τc. quia illa verba videbitur, τ placuerit, important nõ quidem liberam voluntatem, vt sic possit preferre iniquum equo. et in maxima quantitate vni parti auferre de iure suo, τ alteri dare. Sed important arbitriũ boni viri, vt voluit Bart. in dicta. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. Petr. de Ancha. consi. lxxxiiij. exord. Domi. Azolina in suo testamẽto, τc. vers. ad propositum igitur. Ibi, τ hoc propter dicta verba. Pro quo allegatur. l. Thais. §. sororẽ. ff. de fideicommiss. liber. τ. l. fideicommissa. §. q̃q̃. ff. de lega. iij. Et hoc de verbo placebit, etiam voluit Joan. de Jmol. in. l. illa institutio. ff. de heredib. instituen. Andre. Barbat. in. c. si pro debilitate. de offic. delega. Hoc idem de verbo videbitur, voluit Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, videbitur. Anton. de Butr. in. c. cum ad sedem. de restitu. spolia. τ in cap. querenti. in penult. not. de verbo. significat. Lap. allegatione. lxix. τ Gemi. in. c. catholica. distin. xj. τ Ange. Aret. in dicto. §. in bonefidei. versic. quinto idem erit dicendum in verbo, videbitur. Instit. de actio. Pro quo facit id, quod de verbo quidquid, ibi visum fuerit, no. Ant. de Butr. τ Joan. de Jmol. in c. j. de constitu. dicentes verbum visum fuerit, importare arbitriũ boni viri. d. l. fideicõmissa. §. quãquam. ff. de lega. iij. τ. l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicõmissa. liber. τ idem voluit Lap. τ Gemini. in. c. ij. de iuramen. calumn. in vj. qui allegauit bonam glo. iuncto tex. in. c. j. de confes. eo. lib. τ glo. in. c. ij. in verbo, visum fuerit. de corpo. viti. τ glo. in. c. super his. de accusatio. Non potuit igitur prefatus dom. arbitrator pro libito libere voluntatis auferre de iure vnius partis, τ dare alteri in magna, τ maxima quantitate: τ maxime in maxima, sed solum arbitrio boni viri. Et sic debuit eque arbitrari: vt voluit Roma. in repetit. dicte rubri. de arbit. versic. reuertendo ad propositum. q̃ inter verba importantia arbitriũ boni viri, τ liberam voluntatem, est magna differentia. Et idem sentiunt docto. in locis superius allegatis: τ maxime in. c. quintauallis. τ in. d. §. arbitrorum. Dyn. in regula scienti. de regu. iur. in. vj. τ consil. xix. exordien. Tholomeus manentis ciuis Senensis. quod non fecit ipse dom. arbitrator, sed lesit eundem Paulum, τ non solum in ma-
9 gna quantitate, sed etiã in maxima in quã secundum aliquos, vt refert Ange. consil. cccv. exordien. Florentie ciuitatis statuto, τc. quis ledi dicitur cum exceditur dimidia iusti pretij. Quanuis idem Ang. senserit quem ledi in maxima quantitate, etiam si illa non excedat dimidiam iusti pretij. Existimo autem q̃ in casu presenti probatum extiterit, τ coram dicto dom. arbitratore, de valore prati, terre, et aliorum predictorum excedente non soluz in duplo, sed in triplo, τ vltima quantitate seu summa, pro qua capta exstiterunt. Quo fit, vt in eo presumatur dolus. l. si superstite. C. de dolo. τ quod not. Barto. in. l. fin. seu penulti. ff. de pretor. stipula. Roma. in dicta repeti. rubrice, de arbi. vers. Item an in dubio in arbitratore dolus presumatur. Pro quo allegat. l. omnes. §. Lucius. ff. de his que in fraudem credit. τ idez voluit Panor. in dicto. c. quintauallis. vers. in vltimo membro, scilicet, cum dubitatur de dolo. Pau. de Castr. consil. ccxvj. exordiente, Circa primum dubiũ, τc. versic. dico igitur ad propositum, τc. τ Bart. in dicta. l. societatem. §. arbitrorum. quod si ita est, imo quia est ita, nulli dubium quin idem Paulus nõ obstantibus verbis, de quibus in dicto pretenso compromisso, potuerit recurrere etiam si per illa fuisset eidem arbitratori concessa longe amplior facultas. Pro quo allegasse sufficiat. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pact. τ quod voluit Joan. Calde. in dicta sua disputatione, Duo litigantes, τc. τ post eum Joãnes Andr. in. §. fin. versic. item quid si compromissum. in addi. exordiente, Sic clarius formatur. doctor. in dicto capitu. quintauallis. τ in dicto. §. arbitrorum. Et hec secundum Joannem Andr. in dicta additio. operatur tacita conditio, que subintelligitur in compromisso, scilicet, si dolus absit ab arbitratore, in quem compromittitur, quem nunc apparet non abfuisse, sed affuisse: τ hoc per legem arbitrorum. C. de arbit. l. ita demum. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. eod. titu. l. si filius, τ. l. si pretor. §. Marcellus. ff. de iudi. τ ita non tenebatur dictus Paulus ratificare dictum pretensum laudum: cum possit ab illo recurrere, prout postea etiam fuit recursum, τ sic nec etiam

illud ratificare tenebatur dictus Fulco, post mortem dicti quondam Pauli, tanquã eius heres, cum ex persona ipsius Pauli, vt dixi, enormissime lesi, posset ab illo recurrere, quod τ fecit. Cui non obstitit q̃ dicatur incontinenti, τ non diuertendo ad alios actus, sed precedentes continuando illud ratificasse. Tũm quia hoc non probatur per pretensum instrumentum dicti asserti compromissi, cum, vt creditur, nõ solum vnus, sed fere omnes testes instrumentarij, dicant se non interfuisse dicte pretense ratifi-
10 cationi: qui licet, prima facie videantur singulares, pro eo quia quilibet deponit de absentia, seu non interessentia: sunt tamen re vera contestes, τ probant instrumentum esse falsum: vt tandem concludit Bart. in. l. j. §. si quis neget. ff. quemadmo. testa. ape. vbi etiam hoc voluit Joan. de Jmo. versi. extra glo. tractat hic Bart. τ idem volunt doct. communiter. in. l. in exercendis. C. de fid. instru. τ in. c. cum Jo. eo. tit. Et licet pretendatur, q̃ aliqui ex predictis pretensis testibus postea in aliquo discesserint, dicentes forte se non recordari de interessentia, τ se referre instrumento, hoc tamen non obstat: quia quanuis testes instrumentarij deponant se non recordari de contentis in instrumento, nõ impugnant instrumentum: τ propterea sit illi standum. l. cum precibus. C. de proba. τ quod not. Joan. de Jmo. in. d. §. si quis neget. versic. si autem diceret testis. Sufficit tamen q̃ dicti testes semel, τ ante hãc depositionem, deposuerint de sua absentia seu non interessentia, τ sic impugnauerint dictũ pretensum instrumentum, τ illud falsum probauerint: in vltima autem depositione, quanuis nõ impugnẽt, non tamen etiam ipsum coadiuuant, postquam dicunt se non recordari. Et si qui ex ijs in dicta vltima depositione dixerint se fuisse presentes, τ audiuisse ratificationem fieri, non est illis standum, sed prime iurate depositioni: per id quod not. Inno. in. c. preterea. de testi. cogen. τ Panor. in. c. cum in tua. de testi. vel vt aliqui volunt in. d. c. cum in tua. neutrum dictum valet, remanet igitur dictum pretensum instrumentum impugnatum: τ q̃ nõ coadiuuatur, nec coadiuuari potest per quosdam pretensos testes extra instrumẽtarios, parte dicti Ciuate in causa productos, qui pretenduntur fortasse deposuisse de dicta pretensa ratificatione, nisi illi etiam deponant, τ testificentur dictos pretensos testes instrumentarios fuisse presentes in dicta ratificatione, qui tamen in prima eorum depositione dixerunt se non fuisse presentes, vt voluit Inno. qui secundum vnã opinionem hoc no. in. d. c. cum Joannes. que videtur rationabilior, secundum Joan. de Jmo. in. d. §. si quis neget. versi. item aduerte circa istum articulum, quia potest esse dubium, qualiter coadiuuari debeat instrumẽtum. Ex quo enim descripti per notarium negant se fuisse presentes, cõstat eos fuisse falso descriptos, etiam si mille deponerẽt de contractu: nisi isti aut eorum aliqui, deponãt etiam de presentia testiũ instrumẽtariorum, τ se negantium inter fuisse. Et sic instrumẽtum vtpote falsum, saltem in parte, hoc est in descriptione horum testium, τ sic in solennitate, nihil probat per id quod habetur in. c. pura τ simplex. iij. q. ix. τ c. si ad sacras. di. ix. τ quod scribi consueuit per docto. in. l. si ex falsis. C. de fide instru. quod etiam voluit Jo. de Jmo.
11 in. d. §. si quis neget. Tum etiam non valuit dicta pretensa ratificatio, etiam si de illa appareret: pro eo quia illã facere non potuit dictus Fulco. etiã si probaretur fuisse procurator dicti Pauli eius quondam patris, constitutus ante prolatum laudum, τ ad illud ratificandum: quia nõ propterea visus fuisset habere mandatum ad homologãdum laudum dolo latum vt voluit Bald. consi. v. exord. Premitto ad euidentiam, τc. in quarta parte. Pro quo allegat. l. si procurator. ff. de condictio. indebi. l. iij. §. si procurato. ff. quod quisq; iuris, τ quod not. Barto. in. l. j. ad fin. ff. quando appel. sit. non ergo nocuit dicta pretensa ratificatio dicto Paulo patri, τ consequenter nec ipsi Fulconi,
12 tanquam eius heredi, non etiam nocuit sibi ipsi tanquam ratificanti: quia ipse non ratificauit nomine sui ipsius: vtpote qui nec nomine suo compromiserat, sed nomine Pauli: τ sic videtur hec questio solui per argumentum l. si pater. §. qui duos. τ. l. si consul. ff. de adopt. τ. l. tutor petitus. §. que tutoribus. ff. de excusa. tuto. τ facit per hoc quod voluit Joannes Andr. in addi. Specu. titu. de sententia. §. fina. versicu. quid si procurator successit domino de iudice qui reo pro se condemnato successit, qui potest prosequi appellationem a defuncto interpositam nisi probaretur eum dolo malo perperam iudicasse: per iura ibi inducta. Preterea potius presumendum est dictũ Fulconem

conem existimasse laudum predictum esse iuste, quam per dolum latū: ⁊ sic erronee, nō sciēter illud ratificasse, ne in eo presumamus dolum, ⁊ delictum in consentiendo iniquitati, ⁊ dolo dicti do. arbitratoris, contra. l. merito. ff. p socio. nō ergo valuit dicta ratificatio ratione erroris. l. tres fratres. ff. de pact. ⁊ quod ponit Bald. in dicto consilio. v. nec opponat aliquis dictum Hugonem habuisse notitiam valorum prati ⁊ aliorū predictorum. l. quisquis. C. de rescin. vendi. Cum quia nō est probatum: quinimo nec propositum ipsum tunc fuisse maiorem. xxv. annis. Cum ⁊ quia bona predicta non fuerant, nec erant sua, nec etiam per eū possessa, imo nec ꝙ constet, per eum visa. Forte vero opponetur, ꝙ saltē eidem Paulo nocere debuerit ratificatio facta per prefatum Fulconem tempore facti compromissi, que postea ⁊ alia per eum tunc gesta fuerunt per dictum Paulum ratificata: ⁊ ita censetur ipse Paulus etiam ratificasse dictum Laudum: regula, ratihabitione, cum suis similib. de regu. iur. in. vj. Sed hec non obstant, vtpote facta ante latum laudum, ⁊ eius notitiam non habuerant, vel habebant dicti Paulus ⁊ Fulgo. tpe compromissi, ⁊ ratificationis predictarum: per id quod voluit Dyn. in dicto consilio Tholomeus manentis, ⁊c. quod etiam voluit Bald. in. l. fina. versicu. duodecimo quero. C. de contrahē. emptio. Paulus de Cast. in dict. l. ne in arbitris. §. si quis autem. C. de arbi. ⁊ Lanfran. de Oria. in vltima parte. qō. xiiij. versic. sed quid si in compromisso dicitur, ꝙ dicte partes ex nunc homologauerant. vbi etiam refert Dyn. in dicto consilio subijciens, ꝙ ita etiam pertranseunt omnes docto. quod etiam est verum, vt videri potest in dicto cap. quintaualllis. ⁊ in alijs locis opportunis. Et hoc cōtingit propter ignorantiam eorum, que laudari debent, ⁊ ne videatur dolus remitti, ⁊ dari materia fraudibus: vt p Bar. in. l. cum antea. C. de arbi. ⁊ in dict. §. arbitrorū. Etiam forte opponetur, ꝙ saltem dicto Paulo nocere debuerit dictum laudum, ex eo, quia non recurrit infra decem dies. Sed istud nō obstat. Cum quia fuit nullum, ⁊ latū ab eo, qui illud proferre non potuit propter non factam intimationem prorogationis: fuit etiam per dolum latum, ⁊ ita non obfuit, nec obest lapsus decendij, sed potuit interponi dictus recursus tempore quo legitur interpositus, prout eleganter ostendit egregius vir domi. Jo. Corriolis, iuriū
13 professor eximius. Cum † ⁊ quia a sententia arbitratoris potest reccurri ad arbitrium boni viri, ⁊ reductio intentari infra. xxx. annos. vt voluit Cy. in dicto. §. arbitrorum. in addi. suis. Bald. in dicta. l. fin. C. de contrahen. emptio. Albe. in. d. l. si societatem. §. arbitrorum. dicens eam esse communem, ⁊ communiter seruari. Illud etiam sequutus est Paulus. de Lyaz. de collegio Mediolanēsi, qui dicit hāc opinionem fore communem, ⁊ communiter seruari, ⁊ ita dicit in consilio quod incipit, in presenti questione vertitur dubium infra quantum tempus: hanc sententiam etiā tenere videtur Ant. de Butr. in. d. c. quintaualllis. ⁊ illam putat verissimam Lanfran. de Orian. in dicto suo tracta. in vltima parte. q. xx. quia siue petatur predicta reductio officio iudicis, illud durat triginta annis: per id quod not. gloss. in. l. querela. C. de fal. siue petatur per actionem. l. j. §. ad hoc. C. de anna. excep. ⁊ l. ij. C. de constitu. pecu. Et hanc opinionem etiam sequutus est Francis. de Are. antiquus doctor, prout refert Panor. in. d. c. quintaualllis. ⁊ Jo. de Jmol. qui etiam illam sequitur in. d. c. quintaualllis. versic. circa tertium infra quantum tempus, ⁊c. ⁊ Catho sac. in dicto suo tracta. de arbi. versic. circa tertium, scz infra quātum tempus reductio peti potest, ⁊ profecto quamuis sint qui aliter senserint, hec tamen sententia, seu opinio videtur per hanc insignem ⁊ supremam parlamenti prouintie curiam amplectendam, attenta vcz enormissima lesione, de qua, vt puto, constat. Ex quibus omnibus vna cum eleganter scriptis, ⁊ consultis per dictum do. Correolis, existimo sententiam nouissime latam per magnificos dominos, magnum Presidētem, ⁊ magistros rationales, fuisse ⁊ esse iniustam: ⁊ propterea reuocandam, cassandā, ⁊ in melius reformandam, ⁊ cui non suffragantur fundamenta p ipsos magnificos do. in ea assumpta, ⁊ quidem non quod dicunt de cōpromisso facto cum omnimoda potestate, ⁊ in ampla forma, ⁊ subsequuta laudi prolatiōe, ⁊ ratificatiōe p partes facta cū iuramēto in mediū deducto: qz ex his omnibus apparet responsum per predicta. Etiā nec ꝙ propter dictam pretensam ratificationem factam per Fulconem, transiuerit dictum assertum laudum in vim contractus: argu. eius quod not. glos. in. l. ij. C. commun. vtriusqz iud.

Quoniam huic fundamēto etiam fuit egregie responsum per dictum do. Correolis. Cui etiam responsum apparet
14 per predicta. Quibus † addo quod etiam supposito ꝙ sententia, ⁊ laudum alias nulla, possent in vim pacti, alias solennis, ⁊ validi transire in vim contractus: illa tamen non veniunt obseruanda vt sentētia, ⁊ laudū: pro quo allegasse sufficiat quod voluit Roma. consil. clxxv. ex ord. Dictum vltimum laudum, ⁊c. sed solūm in vim pacti. quod si ita est imo quia ita est, non tenebatur prefatus quondam Paulus, seu Fulco eius filius ad obseruantiā dicti pacti, etiam si appareret de ratificatiōe iurata, vt pretēditur: quia vbicunqz contractus est iuratus, ⁊ vnus ex coueniētibus non seruat conuenta alteri, ipse perdit ipso iure omnia cōuenta illius contractus perinde ac si ille factus non fuisset: vt est singularis casus in. l. si quis maior. C. de transactio. quod etiam voluit Alexan. de Jmo. consil. cxvj. ex ord. Magnifice pretor, ⁊ clarissime domine vicarie. in. iij. vo. Quo fit vt cum apparuisset dictum Ciuate debuisse dare certam pecuniariam summam in dicto laudo mentionatam, infra terminum inibi expressum, que tamen nec soluta, nec oblata reperitur infra ipsum terminū, non potuit ipse Ciuate opponere de dicto laudo in vim pacti, vt pretenditur trāslato, ⁊ exceptio de eo opposita fuit inepta: ⁊ propterea vt non concludens reijcienda iuxta doctrinam Bartol. in. l. j. §. Labeo. ff. de flumi. Etiam nec aliud fundamētū sumptū
15 ex eo, ꝙ † melius probentur, vt pretendunt, arbitria sententie, ⁊ processus per instrumenta, ꝙ per testes: ⁊ ꝙ in his publica instrumenta debent testibus preferri, precipue vbi agitur de facto antiquo. Quoniam respōdeo ꝙ illud forte verum esset, vbi dubitaretur de numero annorū, aut annis mensibus, siue diebus, quibus hec fuisse acta dicerentur. iuxta mentem gl. in. l. optimam. C. de contrahen. ⁊ commit. stipula. ⁊ vbi hec essent multū antiqua cuiusmodi dici non potest dicta pretensa ratificatio, que facta pretēditur anno Domini M. cccclxxj. a quo tempore non erant lapsi, vt audio, tempore depositionis testium super illa parte dicti Fulconis, aut heredum examinatorū viginti anni, vel paulo plures. Et sic non subest causa cur recedere debeamus a l. in exercendis. C. de fide instru. Adijcio ꝙ illud pretensum fundamentum debet intelligi, vbi instrumentum non impugnatur signanter de falso: quo casu non est instrumentum: ⁊ mirabile esset, ꝙ pelli mortue conderetur, vbi vel omnes, vel fere omnes testes instrumētarij deponerent se non interfuisse actui de quo in eo: esset enim aperta via malignis viris ad delinquendum, ⁊ vel ad faciendum, vel fieri procurandum falsa instrumenta, si post viginti annos scirent illa non posse reprobari. Adijcio ꝙ hic nō est questio de probatione arbitrij sententie aut processus, sed vt pretenditur ratificationis ⁊ asserti pacti, cui dixerūt testes non interfuisse, q̄uis ex hoc sequatur, ꝙ dictum instrumētum nihil probat de contentis in eo: quia peccat in solennitate, vt predixi. Insuper nec etiam valuit fundamētum per dictos do. assumptum, de ratificatione compromissi, ⁊ aliorum tempore illius gestorum per dictum Fulconem facta per Paulum patrem: quia vt iam dixi, illa non extenditur ad laudum postea dolose latum: nec quoad exclusionem doli huiusmodi, ⁊ enormissime lesiōis fieri potuit, aut facta censeri debet ante dictum laudum, ⁊ illius ostensionem seu declarationez: vt colligitur ex predictis. Et quod subiungitur de lapsu. xiij. annorum a tempore dicti laudi, vsqz ad tempus recursus, etiā non obstat, vt predixi. Preterea etiam nec obstat quoddam pretensum statutum, quo caueri dicitur, ꝙ post decēnium a die liberationis pignorum amplius non liceat debitoribus ad rescisionē anhelare quacunqz enormi lesione interueniente non obstante. Sed talis alienatio siue pignorum distractio suum perpetuo sortitur effectum, ⁊ securus remaneat ille, in quem talis alienatio necessaria subhasta facta fuerit. Quoniam
16 respōdeo † ꝙ cū pignoratio, seu distractio prati, ⁊ aliorum prediorum facta fuerit anno Domini M. cccclxiiij. vel circa, ⁊ dictum statutum factum extiterit anno Domini millesimo. cccclxxx. ⁊ de mēse Junij: ⁊ sic post pignorationem, ⁊ distractionē superius mentionatas, illud non habuit nec habet in eis locum. c. ij. ⁊ c. penult. ⁊ quod ibi glo. ⁊ doct. de constit. ad quod ponit multa elegantia dicta And. Barb. in. d. c. ij. versic. no. ꝙ noua constitutio, ⁊c. ⁊ in. d. c. fin. versi. no. ꝙ constitutio noua in dubio respicit futura: ⁊ non solū non extenditur constitutio ad preterita, si illa fuerit simpliciter lata, non facta mētione de preteritis, sed nec etiam ad preterita, si de eis lis pendeat in prima aut secunda instan-

tijs: etiam si in eo dictum extiterit, quod ad predicta extenderetur: pro quo multa inducit And. Barb. in. d. c. fi. versicu. Item dicit glo. ista quod constitutio trahitur ad preterita, etc. Super quo tamen conclusiue non insisto, cum nõ sit opus. Que omnia dixerim sub correctiõe cuiuslibet domini cuiuslibet melius sentientis.

¶ Rub. De transactio. ¶ Epitome. ¶ Consil. cclxxviij.

¶ Donatio in transactione ita fieri potest, vt deficientibus donatario vel suis res reuertatur ad donantem. sic est etiam de legato, de dote, de re empta, de emphyteusi.



Donatio Seu concessio, quam fecisse dicitur magnificus et potens quondã vir Fulquetus de Põteues, dominus Cotiniaci, nobili Raymũdo Balbi tunc presenti, stipulanti, et recipienti, et heredibus suis ex suo corpore legitime procreatis, in seculo remanẽtibus, necnon omnibus alijs heredibus descendentibus, et legitime procreatis seu procreãdis ex hrdibus ipsius nobilis Raymũdi, quoquo modo fuissent, religiosis psonis et ecclesiasticis exceptis, et deficientibus liberis dicti nobilis Raymundi, aut liberis liberorum suorum, et ex eis legitime ex recta linea descẽdentium, etiam per similem modum nepotibus dicti nobilis Raymundi, necnon et descendentibus ab eis, tamen legitime ex eorum corporibus procreatis, vel procreãdis de nomine, et cognomine ipsorum Balbi etc. prout et sub ijs verbis fuisse facta legitur instrumẽto transactionis, anno et mense predictis, celebrate, et inite per et inter dictos nobiles Fulquetum, et Raymundum, facte (inquam) effectualiter de bonis et hereditate nobilis quondam viri Guilielmi Balbi patrui dicti Raymundi: cui titulo hereditario et ex testamẽtaria dispositiõe idem nobilis Fulquetus successerit, fuit donatio, seu concessio tẽporalis facta videlicet dicto Raymundo, et suis heredibus, seu liberis, et liberorum liberis ex eo descendentibus per rectam lineam: qui videlicet existerent de cognomine Balbequorum, dummtamen non essent persone religiose, vel alias ecclesiastice, postea vero, hoc est deficientibus dicto Raymundo, et liberis predictis, voluit idem Fulquetus bona et hereditatẽ huiusmodi ad se, et suos iuxta formam premẽtionate transactiõis, reuerti: quod fieri potuit. l. j. ij. et. iij. C. de dona. que sub mod. et. l. fi. et quod ibi docto. C. de legat. per que iura probatur quod dominium rei, vel rerum potest dari ad tempus, post tempus huiusmodi reuersurum ad donantem, vel res de quibus disponet donãs: sic enim quandoque concedit testator legatario. dicta. l. fi. iuncta glo. super verbo, remeantibus. C. de lega. Sic etiam concedit vxor viro dotem, apud eum duraturam cõstante matrimonio, et que post tempus incertum ipso iure reuertitur ad ipsam, vel heredes eius. l. in rebus. C. de iur. dot. et quod no. Bal. et doc. in. l. dotis. C. solut. matri. sic etiam venditor emptori, cum cõcedit sub pacto adiectionis in diẽ, aut legis cõmissorie. l. cõmissorie. C. de pac. inter empt. et vẽdi. l. si quis hac. et. l. si ager. et quod ibi glo. C. de reiuendi. Sic etiam concedit ecclesia emphiteusim, donec canõ soluatur, vel vsque ad certam generationem: qua finita, aut solutione canonis omissa, finitur emphiteusis ipso iure. authen. de non alienã. aut per mutã. §. emphyteusis. Cũ igitur dictus Nobilis Raymundus ab humanis decesserit, et deinde omnes filij, et filiorum liberi, cognominis tamen Balbencorum, itaque nullus de eis hodie superest dicti cognominis, reuerse sunt hereditas, et bona predicta, ad eos ad quos idem Nobilis Fulquetus illas voluit reuerti. Nec obstat quod adhuc supersint Nobiles Petrus et Monctus Rascassij filij quondam nobilium Mariete et Alaete Balbesse: que videlicet per lineã masculinam descenderunt a predicto Raymundo. Quoniam respondeo quod licet dicti Petrus et Monetus sint de liberis dicti quondam Raymundi. l. liberorum. ff. de verborum signific. non tamen sunt de eius agnatis: quos considerarũt et attẽderunt prefati nobiles Fulquetus et Raymundus: pro eo quia predicta fuerunt donata seu concessa dicto Raymundo et eius liberis de cognomine Balbenquorum.

¶ Rub. De pred. et al. reb. mino. ¶ Epito. ¶ Cõsi. cclxxix.

¶ Summatur vt in sexto notabili. V. F.

1 ¶ Pupillares res quomodo et quando vendi possunt. et nume. 5.
2 Alienatio bonorum pupillarium requirit non solum causam exprimi, sed etiam probari.
3 Presumptio quod solenniter iudex processerit an et quando locum habeat.
4 Iudicis preceps decretum suspectum.
6 Minores res eorum nulliter alienatas vẽdicari possunt: quin et pro eis condictione indebiti agere, et intentare officium iudicis.
7 Dominium difficilis est probationis: ideo melius est intentare officium iudicis, quam rei vendicationem.
8 Exceptio dominij non obstat agenti ex cap. reintegranda. iij. questio. j.
9 Prescriptio contra impuberes cuius temporis currat.



Venditio Quã fecisse legitur nobilis vir Raynerius de Voro tutor et tutorio nomine nobiliũ Desiderij et Alziarie de Petra, filiorum et heredum nobilium Vincentij de Petra, et Verane coniugũ de condominio et iurisdictione loci de Saudissardo Sistaricẽsis diocesis, ad ipsos nobiles Desiderium et Alziariam tunc pupillos, pro medietate pertinẽtibus nobili Dominico Simeonis do. de Pediosino, pretio quingẽtorum florenorũ, fuit et est nulla:
1 primo eo quia in vendendis rebus pupillorum, neque tutori, neque pretori permissum est liberum arbitrium illas distribuendi. sed ita demum valet alienatio, si vrgeat es alienum et de hoc constet iudici. l. magis puto. §. si es. et. §. in primis. ff. de rebus eorum. quod etiam voluit Bald. consil. xlvij. exord. Ad intelligentiam quesitorũ in prima parte. Pro quo facit quod not. Bart. Bald. Angel. Iacob. Rebuf. et Ioan. de Plat. in. l. j. C. de pred. curia. lib. x. vbi voluit, quod in venditionibus non simpliciter et absolute permissis, in quibus requiruntur solẽnitates, et decreti interpositio: vt in alienationibus rei minoris. l. j. l. magis puto. §. si es. §. in primis. et. §. ne passim. ff. de reb. eor. et in rebus ecclesie. l. iubemus. et aut. hoc ius porrectũ. C. de sacrosan. eccl. et in rebus curialium. d. l. j. C. de pred. curial. lib. x. debent cause alienationis sigillatim, et in specie exprimi. d. l. j. ibi, nõ autem sufficit in genere, sicut nec sufficit in aditiõe hrditatis. l. si quis mihi bona. §. vtrum generaliter. ff. de acquiren. hered. et in excusationibus tuto. l. scire. §. scire. ff. de excus. tuto. Item etiam debent solẽniter probari cause huiusmodi. d. l. j. dum in ea dicitur probauerit. alias decretum interpositum presumitur surreptitium, et sic nõ valet ipso iure. l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat ei. et. l. cum vero. §. subuentũ. ff. de fideicommis. liber. et. d. l. j. §. si es alienum. ff. de reb. eor. Et super his causis debet etiam iudex solenniter inquirere. d. l. magis. §. ne passim. Quo fit, vt cum premissa non fuerunt obseruata in dicta pretensa venditione, fuerit et sit venditio huiusmodi nulla, et inefficax. Quod autem illa seruata nõ fuerint, patet in primis, quia quamuis dictus quondam nobilis Raynerius tempore impetrate licentie, seu obtẽti pretensi decreti a domino Nicolao Emenchaudi, asserto iudice curie regie ciuitatis Sistarij, eidẽ opposuerit, et dixerit dictos nobiles Desiderium et Alziariam tunc pupillos, esse diuersis creditoribus obnoxios et obligatos et maxime nobilibus Raymun. de mõte Albano dño sancti Andree en Beauchaire in summa triginta scutorum auri, ac Dalmatio de Prato habitatori loci Castriarnaudi in summa trecentorum florenorum auri, necnon etiam alijs diuersis creditoribus: ipse tamen non expressit, nec declarauit, qui essent illi alij diuersi creditores, nec in quibus summis, seu rebus eisdem tenerentur. non etiam declarauit, vel expressit ex quibus causis tenerentur prefatis nobili Raymundo de monte Albano, et Dalmatio de Prato. Insuper nec fuit de debitis huiusmodi fides facta dicto pretẽso iudici: fuit ergo decretũ nullũ. Tum propter nõ factã debitã
2 causarũ expressionẽ, tum etiam propter nõ verificatas causas expressas: que etiã si vere fuissent, nõ impedissent nullitatẽ dicti pretẽsi decreti. vt voluit Spe. tit. de proc. §. j. vers. sed quid si solũ. Pro quo allegat. l. cum hi. §. pretor. ff. de trãs. l. in testamento. ff. de testament. tut. et. l. quis. ff. de reb. cor. quem sequitur Spec. consi. xcj. exord. Super eo quo queri-
3 tur vtrũ viso statuto, etc. Nec obstat etiam si forte opponatur de eo quod not. Spec. tit. de empt. et vend. §. nunc dicendum. versic. et breuiter scias, etc. et versic. hoc quoque. vbi voluit, quod quando in actu apponitur decretum iudicis, omnia presumuntur

sumuntur solenniter acta: & hoc dictum approbat Bald in d.l.cum hi.§.pretor.& in.l.non aliter.ff.de adopt.l.fin.C.de prediis minor.& l.quecunque.§.fi.ff.de publ.in addit. Spec. ti.de appel.& in.c.sicut.de re iud. Quoniam, vt dicit Fran. de Are.consil.lxix.exord. Viso puncto, & cosultatione, &c. illa doctrina Specul.et Bald. scilicet quod ex decreto, & authoritate iudicis omnia presumantur solenniter acta, non videtur vera: quia solennitas extrinseca cuiusmodi videntur esse specifica expressio cause, seu causarum, & inquisitio veritatis earundem, non presumitur interuenisse, nisi probetur.d.l.quecunque.in fi.ff.de publi.vel etiam potest responderi cum Pau.de Castro in.d.consil.xci.circa princ. post Spec.tit.de empt.& vend.§.nunc dicendum. versicu. breuiter scias,&c. in fi.vbi querit quid si iudex interposuit decretum sine cause cognitione, &c. & remittit ad nota. per eundem titu.de procurat.§.j.versicu.sed quid si solum:& sic innuit Spec. quod ea que in precedentibus dixerat, habeant locum, quando apparet de cause cognitione, vt quia perquisiuit,& postea decretum interposuit, vt tunc ex iusta causa videatur interposuisse:secus si nullo modo perquisiuit, sed fidem abibuit tutori, asserenti causam iustam subesse: quod facere non debuit.d.l.magis puto.§.in primis. in regulariter enim prohibitis certo casu permissis, non statur verbo dicentis casum permissum subesse.l.qui testamentum.ff.de probat.l.cum quis decedens.§.Titia.ff.de leg.iij.& quod not.Bald.& doc.in.d.l.j.C.de pred.curial.lib.x.Old.cons. cclxxvi.exord. Idem episcopus cuius mese episcopales reditus,&c.& do.Iason May.in prelu.feudorum.& ita declarat ipse Specu.in.d.§.j.versic.sed quid si solum.dicens, quod etiam si vera subsistebat causa, si tamen iudex de ea non inquisiuit, non valet interpositio decreti, tanquam interpositi sine cause cognitione.& hoc videtur expresse probari in.d.l. cum ij.§.pretor.ff.de transact.& in allegata.l.magis puto.§. ne passim.§.in primis.§.non tamen.&.§.si res.ff.de reb.eor. Que omnia optime adaptantur ad hunc casum, in quo vt iam dixi,& apparet ex tenore instrumenti dicte pretese venditionis, prefatus dominus iudex nihil omnino inquisiuit de veritate dictorum pretesorum debitorum. Cum etiam licet fuerit sibi expressum de multis & diuersis creditoribus:
4 non tamen fuerunt nominati nisi duo. Addo † quod cum statim & illico facta dicta expositione per prefatum tutorem, ipse iudex decretum interposuit, aut licentiam cocesserit, no est verisimile quod debita & opportuna cause cognitio interuenerit.per id quod not.Lu.cons.clxxx.exor.Videtur prima fronte dicendum,&c.pro quo allegat no.per Bal.in.l. prolatam.ad fin.C.de sentent.& interloquu.omn.iud. Preterea
5 non † solum sunt predicta necessaria ad hoc, vt valeat venditio rerum minorum, alias prohibita, sed etiam est necessaria illarum subhastatio, seu incatus.l.& si fine.in prin.ff.de mino. quod etiam voluit Spec.tit.de empt.& vend.§.nunc dicendum.vers.hoc quoque.Bar.in.l.alio.vers.deinde quero, quia dicitur in verbis cum bannimento, ff.de alimen.& cib. legat. Ange.in authent. de ali.& emphyteu.§.hoc quoque.collat. ix.& Bald.in.d.consi.xlviij.in prima parte. vbi etiam dicit istam opinionem esse communem, a qua propterea non est in iudicando, vel consulendo recedendum: per id quod not. Ostien.Ioan.An.Panor.& alij.in.c.j. de constitutionib. Et forte posset allegari quod dictum pretesum decretum non valuerit, etiam propter aliam causam, scilicet quia no fuit interpositum per iudicem originis, vel domicilij dictorum nobilium Desiderij & Alziarie, ad quem magis pertinebat tuitio seu defensio patrimonij eorundem, quam ad iudicem Sistarici tunc alterius monarchie: per id quod not. multi doc. in.c.in venditionibus.xvij.q.iiij.& c. pastoralis. de priuileg. Alber.in.d.l.si predium. quorum aliquos refert Laurent. de Rodulp.in repet.c.sine exceptioe.q.xxij.& xij.q.ij. Pro quo dicto facit.l.iurisperitos.§.j.ff.de excu.tut.sup quo tamen non insisto, cum alie cause, de quibus supra, sufficiant.
6 Ex quibus infertur dictos nobiles Desiderium & Alziariam, posse vendicare bona predicta: quia impediente lege non fuit eorum dominium translatum in emptorem.d.l. si predium.C.de pred.minor. Et puto, quod non solum competat dictis nobilibus Desiderio et Alziarie rei vnedicatio seu facultas vendicandi res predictas, sed etiam competit eis tanquam spoliatis, condictio indebiti, per quam possunt recuperare possessionem predictorum bonorum: qua spoliati extiterunt in vim dicti contractus inualidi.l. indebiti.§.sed si nummi.& quod ibi Bart.& doct.ff. de cond. indeb. Possunt etiam intentare officium iudicis, petendo declarari dictam pretensam venditionem fore nullam: & se non teneri ad eius obseruantiam, narrando factum & causas nullitatis.per id quod voluit Paulus de Cast.consi. cclxv.ex ord. Si non intercessisset iuramentum,&c.versi.super secundo vero dubio.quod etiam voluit Alexander de Imo.consil.xcij.exord.perspectis his que in themate narrata sunt,&c.vers.nec obstat si diceretur, quod imo remedium, &c.post Ant.de But.in.c.sepe. de restitut.spol.& Panor. in.c.accedens. vt lit. non contest. Etiam competit eisdem nobilibus Desiderio & Alziarie beneficium canonis, reintegranda.iij.q.j. quod non solum datur personis ecclesiasticis pro recuperanda possessione rerum ecclesiasticarum, a qua ipsi seu ecclesie ceciderunt, sed etiam datur laicis, qui sine iusta causa, aut suo facto a possessione ceciderunt. Pro quo allegasse sufficiat quod no.Inno.in.c.sepe.& quod ibi Io. And.& Ant.de But.de restit.spol.Bart.in.l.si coloni.C. de agricol.& censit.lib.xj.Roma.Ioan.de Imo.Alexand. de Imo.Fran.de Are.& moderni comuniter in.l.rem que nobis.ff.de acquiren.posses. Alexand. de Imola consil.lj. ex ord.Viso & discusso processu,&c.in primo vol.consil.vj. in.iij.vol.& in multis alijs locis.& dicit idem Alexan in.d. l.rem que nobis.quod ita seruatur in practica & seruari vidit. Et datur hoc beneficium non solum possidenti sine titulo, sed etiam possidenti cum titulo, & bona fide. Pro quo allegasse sufficiat not.per Inn.in.d.c.sepe. quem sequuntur Ioan.Cald.Ant.de But.& Panor.& Ioan. de Imo.in.c. cum ad sedem.quem ibi sequitur Panor.de restitu. spol.& Panor.in.c. si diligenti.de prescript.& pro hac parte sepe consuluit Alexand de Imo.vt patet consil.cxvij.in.ij.vol. & in.d.consil.lj.in primo vol.& consil.vj.in.iij.volu.consilio xcj.exord.In hac causa & lite.& consil.xcij.exord.Viso & opportune discusso,&c.in.v.volu.& Ang.Aret.in.§.quadrupli.versicu. & predicta procedunt, quando possessio fundi mei deuenit ad te cum vitio spoliationis.sed quid si sine vitio,&c.ibi, sed reuerendissimus in Christo pater dominus Nicolaus,&c.instit.de act.& alij in alijs locis. Verum quamuis prefatis nobilibus Desiderio & Alziarie competant rei vendicatio & alia remedia supra expressa: quia tamen in rei
7 vendicatione opus est probare dominium, quod † est dificillis probationis, iuxta not.in.l.ita vt si fur.ff.comod.melius est & vtilius, quod vel imploret iudicis officium, vel quod intetet beneficium dicti canonis, reintegrand.in quibus remedijs loge facilius poterit probari intetio predictorum nobilium, hoc est possessio, quam habuerunt,& quod ab illa ceciderunt in vim dicti contractus inualidi quanuis illa peruenit ad predictum emptorem, penes quem nunc ex istis aut penes alium ab eo cam habetem. Nec obstabit prefatis nobilibus exceptio prescriptionis si forte de ea opponatur. tum quia dictus nobilis emptor fuit malefidei, vtpote qui cotra iura mercatus est.l.quecadmodum. cum suis similib. C. de agricol. & censit.lib.xj.tum
8 † quia agenti condictione ex dicto canone, reintegranda, non obstat exceptio dominij: per id quod voluit Inn. Io. Andr.& docto.in.c.post electionem.de conces.preben. Antho.de Butri.& Panor.in dicto.c.sepe. vbi etiam hoc sentit Inno.hoc etiam sentit Barto.in.d.l.si coloni.& Alexan. de Imol.in.l.naturaliter.§.nihil commune.in prima lectura.vbi etiam hoc sentit Ioan.de Imol.ff.de acqui posses.& Alexan.de Imol.consilio.vj.in tertio volu. quod si ita est
9 non ergo opponi poterit de prescriptione: tum † & quia cum tepore facte dicte pretense venditionis prefati nobiles Desiderius & Alziaria essent impuberes, non potuit contra eos currere prescriptio minor tricennali. l. fina. & quod ibi docto.C.in quibus causis in integrum restitu. non est necessaria.

¶ Rub. De naturalib.lib. ¶ Epitome. ¶ Consil.ccxxx.

¶ Spurie filie & alende & dotande sunt a parentibus de equitate canonica. V. F.



Viso publico instrumento testameti honeste quondam mulieris Rostagne Fornerie vxoris Ioannis Aliani alias Beaulaigne ville Tarasconis: in quo inter cetera heredes vniuersales instituit Remigium, Gaucherium, & Antonetum Aliani fratres suos,& dicti Ioannis Aliani alias Beaulaigne filios naturales & legitimos, equis partibus seu portionibus: quos ad inuicem substituit, ita & taliter quod si cotingeret vnum aut alium eorundem quandocunque decedere absque prole legitima a suo vel suis corpore seu corporibus legitime pro-

creata, pars, portio, seu bona illius, aut illorũ sic decedẽtis, vel decedẽtiũ, ad superstitẽ seu superstites eorundẽ peruenerit pleno successiõis & substitutionis iure: & sic de vno ad aliũ. Viso insup casu mihi exhibito parte honesti iuuenis Petri Bargis, cum dubijs ex casu huiusmodi opportune elicitis, dico & respõdeo breuiter & succincte, quod cũ substitutio, de qua supra fuerit breuiloca, seu reciproca mixta cõpẽdiose, vt colligitur ex tenore illius, iunctis his que notant doct. in l. qui plures. & l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. docto. maxime moderni, in l. in testamento. C. de testa. mil. & l. ij. C. de impuber. & alijs substitut. Et que post aditionem hereditatis factam per dictos heredes, valere nõ potuit, nisi iure fideicõmissi, seu fideicommissarie substitutionis, non autem iure pupillaris: quia cum testatrix non pater, sed mater in medium existeret, & sic non haberet eos in potestate, non potuit eos pupillariter substituere. l. ij. in princ. cũ suis similibus. ff. de vulg. & pupil. Non etiam iure vulgaris substitutionis, quia illa expirauit per aditionẽ hereditatis. l. post aditam. C. de de impub. & alijs substitu. que si ita se habeant, primo quia sic se habent, dicta substitutio expirauit: non solũ illa que facta est prefatis Gaucherio, & Remigio primo vita functis superstitibus liberis, sed etiam illa que facta est predicto Antoneto vltimo loco, & sine liberis naturalibus & legitimis vita functo. Et quidẽ expirauit et facta est caduca huiusmodi substitutio facta ipsi Antoneto de prefatis Gaucherio & Remigio: pro eo quia ipsi ab humanis decesserunt viuente eodẽ Antoneto. Nec potuerũt ipsi Gaucherius & Remigius, aut alterius eorundem substitutionem de eis factam prefato Antoneto, aut fideicommissum eisdem relictum trãsmittere ad suam posteritatem, seu liberos eorundem. l. heredes mei. §. cum ita. & quod ibi Alexan. de Imo. super verbo, suscepisset. ff. ad Trebel. quod etiam voluit glos. & doctor. in l. vnica. C. de his qui ante apert. tab. decess. Ioan. de Imo. & Alexan. de Imo in l. cum ex filio. in prin. ff. de vul. & pup. Paul. de Castro consil. cccliij. exord. Visis omnibus punctis mihi traditis. versic. licet aliquis, & qui sunt isti substituti. & Oldra. consi. cxxxj. exord. Quidam habens tres filios, &c. vbi. vt dicit Old. quod si pẽdente cõditione morietur substitutus per fideicommissum huiusmodi, siue loquamur de vniuersali, siue de singulari fideicommisso. pro quo alegat. l. si in personam. C. de fideicõmissis. l. j. §. fin. autem sub cõditione. C. de cadu. tollen. l. miles. §. j. l. vnũ ex familia. §. rogo. in fi. & l. cum pater. §. hereditatem. ff. de leg. ij. l. qui plures. ff. de vulg. & pupil. & not. in d. l. vnica. C. de his qui ante apertas tab. Nec facit pro liberis prefati Remigij, quod in d. substitutione dictum fuit quod pars & portio seu bona illius, seu illorum sic decedentis, vel decedẽtium, ad superstitem, seu superstites eorundem perueniat: quasi liberi eiusdem Remigij sint superstites, seu de superstitibus predictorum heredum, aut eorum alterius. Quoniam respondeo, quod si ad verba substitutionis opportune attendatur, verba superstitem, & superstites referuntur ad illum, seu illos, qui ex dictis tribus heredibus, scilicet Gaucherio, Remigio & Antoneto, superesset, aut superessent, vno vel duobus ab humanis decedentibus. Et hoc clare colligitur ex verbis dicte substitutiõis, vbi dictis Gaucherio, Remigio, & Antoneto primo heredibus institutis, dicta Rostagna testatrix ipsos inuicem substituit. Et consequenter extendendo, & exponendo dictam substitutionem subiunxit iste verba, ita & taliter ordinando, quod si contingeret vnum aut alium eorundem quandocunque decedere absque prole legitima a suo, vel a suis corpore, seu corporibus legitime procreata: pars, portio, seu bona illius, seu illorũ sic decedentis, vel decedẽtium ad superstitem, seu superstites eorundem perueniet. Vbi aduertendum est, quod dicit ad superstitem, seu superstites eorundem, hoc est ad illum, seu illos qui ex dictis Gaucherio, Remigio, & Antoneto superesset aut superessent. Et deinde subiunxit sic de vno ad alium: per que apparet quod substitutio huiusmodi, que, vt dixi, fuit reciproca, seu breuiloca admixta compendiose, facta est dũtaxat inter dictos tres filios, & ijs inuicẽ & de illorum superstite, seu superstitibus vno aut duobus decedentibus sine prole, &c. Non autem facta de suis, hoc est de liberis predictorum heredum. Et ita non possunt cõtendere se esse substitutos, vel alias inuitatos ad bona dicte quondam Rostagne testatricis. Ex quibus infero quod nõ obstãte dicta substitutione potuit prefatus Antonetus nouissime, seu vltimo loco vita functus testari, & disponere de bonis suis, & illis instituere dictum Petrum Bargis ei9 generum, capacem hereditatis, & heredem institui non prohibitum: quia quilibet est moderator & arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mand. l. dudum. C. de contrahen. emp. & vend. l. Polla. C. de ijs quib. vt indi. &c. de his. ad fi. de stipulat. Et maxime est quilibet moderator & arbitrator rei sue in disponendo de ea testamentarie, aut alias per vltimam voluntatem. l. j. C. de sacrosanct. eccles. authen. de nuptijs. §. disponat. &c. vltima voluntas. xiij. q. ij. Et sic puto, quod nisi aliud obstet ad impugnationẽ testamẽti cõditi per Antonetum & in quo heredem vniuersalem instituit dictum Petrum, illud valebit. Ceterum quoad dotem, quam pro vxore eiusdem Petri constituit & assignasse dicitur idem Antonetus, dico quod etiam supposito quod dicta vxor fuerit filia spuria eiusdem Antoneti, hoc est concepta ex damnato coitu, potuit nihilominus, & debuit de equitate canonica per dictum Antonetũ ali, seu nutriri. c. cum haberet. circa fin. & quod ibi doct. de eo qui duxit in matr. quam pol. per adulterium. & non solum potuit & debuit alimentari: sed etiam fuit per ipsum Antonetum patrem dotãda, saltem dote competẽti, ne cogeretur maritari, pro eo quia pauper est, sine dote, & non reperiret maritum: per id quod voluit Bart. & alij in authen. ex complexu. C. de incest. nupt. & in l. memini. §. duobus. in. iij. q. versic. & istud est vtile scire propter patres qui dotant filias spurias. vbi etiam hoc sequitur Ioan. de Imol. ff. de leg. ij. & Bart. in l. si. ff. de his qui. vt indig. Panor. do. Prepos. Alexand. in d. c. cum haberet. Bartol. & Raph. Fulg. in l. fina. §. si a socero. ff. de his que in fraud. cred. & do. Ioan. Baptista in repet. l. si qua illustris. versic. idem dicit in dote. C. ad Orficia. Et vbi dos fuisset excessiua, deberet nihilominus remanere penes maritum, quandiu durabit matrimonium: secundum Bart. qui hoc not. in d. l. fin. §. si a socero. ff. de his que in fraud. cred. & hoc ea ratione, quia quãuis mulier pretendat in dote causam lucratiuam, maritus tamen pretẽdit causam, seu titulum onerosum. d. §. si a socero. quod etiã voluit Bart. in d. l. memini. in. iij. q. Oldr. cõsil. clj. exor. Si quis verba denuntiatiõis, &c. & consil. ccxlv. exord. Quidam paterfamilias habebat filiam. versic. secũda ratio hoc idem probans, &c. & Salic. in l. cum quidam. C. de iure dot. tenetur enim supportare onera matrimonij, que multa sunt. l. pro omnibus. iuncta gl. C. de iure dot. Et supposito quod id, quod excederet congruentem dotẽ possit alias auferri, & dari vel personis, de quibus. l. j. C. de secund. nupt. vel magis illis, de quibus in. l. j. C. de natural. liber. hoc tamẽ in hoc casu fieri non posset: tum quia filij & nepotes dicti prefati Remigij non sunt de personis nominatis in predictis iuribus: vt videri potest: tum & quia dictus Petrus est heres dicti quondam Antoneti, qui propterea deberet preferri, etiam si dicti filij & nepotes essent de mentionatis in predictis iuribus. pro quo videri poterit Salic. in d. l. j. C. de natural. liber. & quod not. in d. l. j. C. de secund. nupt. & ita videtur pro nunc de iure respondendum, sub correctione cuiuslibet melius sentiẽtis, & salua visione testium prefati Antoneti: quod placeat videre vna cum instrumento constitutionis dotis de qua supra.

¶ Rubri. De subdi. vasallor. ¶ Epito. ¶ Consil. ccxxxi.

¶ Vassallus subditos suos inuitos in calcandis eorum granis cogere non potest eius iumentis vti: nec in eorum preiudicium pascua municipij extraneis animalibus permittere. V. F.

1 ☞ Dominus rei sue quilibet est etiam vsque ad abusum.
2 Blada detricare sua quilibet an & quando possit vt vult.
3 Congregationi municipum omnes vocandi, & due partes de tribus presentes esse debent.
4 Preceptum per comparitionem partis in vim simplicis citationis an & quando resoluatur.
5 Pascenda extraneorum animalia in territorio suo in preiudiciũ subditorum suorum immittere vasallus an & quando possit: & cuius illa sint. num. 7.
6 Aquilie legis actio non datur nisi domino.



Viso Casu mihi exhibito parte vniuersitatis & hominũ loci Castri noui, prope Grassam & dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico & respondeo breuiter & succincte ad duo, ex ijs de quibus pro nunc sum requisitus. Et primo ad primum quod sit de

fit de calcatione bladorum vniuersitatis, seu hominum di
1 cti loci. Pro † cuius solutiõe premitto q regulariter qui-
libet est arbiter ⁊ moderator rei sue. l. in re mãdata. C. mã-
dati. l. dudum. C. de contrahẽ. emptio. l. polla. C. de his qui.
vt indig. ⁊ c. de his. ad fi. de sepul. quod etiam voluit Ostiẽ.
in summa. titu. de constitu. §. quando constitutio. versic. si
tangit ius meum, ⁊c. ⁊ est ad eo quilibet arbiter ⁊ modera
tor rei sue, vt possit etiam ea abuti. l. sed si lege. §. consu-
luit. ff. de peti. heredi. ⁊ Jacob. Rebuf. in. l. j. C. de fundis
2 patrimonialibus. lib. xj. Quo fit † vt possit vniuersitas,
seu homines dicti loci Castri noui pro libito eorum volũ-
tatis calcare blada sua scz vel cum flagello, vel cum suis
animalibus: nec tenẽtur illa calcare, aut calcari facere cum
animalibus dominorum dicti loci, nisi reperiantur vel ex
conuentione, vel ex consuetudine, aut alias astricti ad illa
calcandum aut calcari faciendum cum animalibus eorun-
dem dominorum: ad quod tamen non sufficit quedam pre-
tensa ordinatio, quam anno domini. M. cccl. ⁊ die. xxvj.
mensis Nouembris fecisse, seu tulisse pretendũtur, nobilis
Paulus de Villanoua dominus Vencre, ⁊ do. Guiliel.
Augerij Graccusis ecclesie clericus beneficiatus, vocata
vniuersitate hominũ dicti Castri, seu maiori parte illius,
⁊ de consensu vt pretenditur, tam nobilis Raymundi de
Grossa, tunc pretensi domini eiusdem loci, quam nonnul-
lorum ⁊ plurium particularium inibi nominatorum. Tũ
3 † quia supposito q blada dicti loci fuissent, ⁊ essent pluriũ
vt collegij, seu vniuersitatis, prout tñ non sunt, sed sunt
plurium vt singulorum, debebant omnes vocari ante fa-
ctam dictam ordinationem: quia pro expediẽdis negotijs
vniuersitatis, omnes sunt vocandi: ⁊ opus est, q ex his o-
mnibus compareant, ⁊ intersint due partes: ⁊ tunc quod
facit maior pars, valet regulariter, per id quod habetur in
l. nominationum. ⁊ quod ibi docto. C. de decurio. lib. x. ⁊ l.
quod maior. ⁊ quod ibi Barto. ff. ad municipa. In instru-
mento vero. seu copia asserti instrumenti dicte ordinatio-
nis nõ dicitur, q omnes fuerint vocati: nec quod due par-
tes interfuerint, vt ex tenore illius patet: sed dicitur q vo
cata vniuersitate, seu maiore parte illius ⁊c. Tum ⁊ quia
vt iam dixi, grana dicti loci non erant, vel sunt plurium
dicte vniuersitatis: sed erant vel sunt plurium vt singulo-
rum. Quo fit, vt tunc presentes etiam si constituissent ma-
iorem partem nihil facere potuerunt in preiudicium ab-
sentium. l. per fundum. ff. de seruitu. rustico. predio. ⁊ quod
not. Ostien. ⁊ doctores in. c. cum omnis. de constitu. Si er
go aliud postea non interuenisset, illi soli qui interfuerũt
illi ordinationi, ⁊ illi consenserunt, fuerunt, ⁊ essent astricti
ad illius obseruantiam, non autem alij: nec eis obstaret ho
magium prestitum anno domini. M. ccc. cum promissione,
de soluendo integraliter omnia seruitia, iura, ⁊ seruitutes:
quia quoad illos, qui dicte ordinationi non interfuerant,
neq consenserant, insuper nec erant heredes illorum, qui
interfuerant, aut consenserant: nec alterius eorundem: o-
nus calcandi, seu calcari faciendi, per animalia domini di-
cti loci in eos nõ poterat transferri nec seruitium, ius, aut
seruitus per eos dicto domino debita. Si vero post la-
tam ordinationem, non solum illi qui ⁊ inter fuerunt ⁊ cõ-
senserunt, sed etiam alij in obseruantiam illius sua blada
decalcassent, aut decalcari fecissent, iuxta formam dicte pre
tense ordinationis: potuit etiam contra illos dominos,
vel dominis dicti loci ius acquiri, saltem per longissimum
tempus: ⁊ hoc vel in vim prescriptionis, vel in vim consue
tudinis, si tamen ⁊ quatenus fuissent dicti domini per tẽ-
pus in pacifica ⁊ quieta possessione eosdẽ homines cogẽdi,
aut cogi faciendi ad calcandum, ⁊c. ⁊ pro calcatura exigẽdi
ab eis certam mercedem. Veruntamen quia reperio q re-
colẽde memorie illustrissim⁹ do. Carolus de Andegauia
per literas suas mãdauit tũc dominus loci predicti Castri
noui inhiberi ne homines predictos in calcandis eorũ bla
dis cum eorũ proprijs animalibus, siue equabus, siue bo-
bus, aut alio ingenio detricandis cum eorum manibus, et
pedibus turbare, seu prohibere haberẽt per quempiã: qui-
nimo eis ita facere permitterent, ⁊ quilibet eorum permit-
teret cum clausula iustificatoria, nisi causam ad quam pro-
pterea, ⁊c. quas magnificus dominus Aymarus de Pi-
ctauia magnus tũc Prouincie Senescallus, mãdauit ⁊ fe
cit exequutioni demandari: quodq licet aduersus literas
huiusmodi, ⁊ illarum exequutionem se opposuerit nobilis
⁊ generosus vir do. Joãnes Lascaris ex Comitibus Vin-
tuli alter ex dominis eiusdem loci, ipse tamẽ non fuit op-
positionem huiusmodi prosequutus, nec comparuit in termi
no. Existimo enim debuisse, ⁊ debere parere precepto: quia
4 † licet per comparitionem eius, si comparuisset, fuisset pre-
ceptum resolutum in vim simplicis citationis, vt sentit gl.
⁊ doct. magis communiter in. l. de pupillo. §. meminisse. ff.
de no. oper. nunt. glos. ⁊ doctor. in. c. ex parte. el. j. de verb.
signi. But. in. l. actionem. §. fin. C. de transact. Bald. C. cõ-
minat. vel epistol. super rub. versic. quid de eo quod quoti-
die fit. ⁊ in. l. j. versi. quero de eo quod iudices faciunt quo-
tidie. Panor. in. c. j. versi. secundo ad idem oppono de cau.
pos. ⁊ propriet. ⁊ Ant. Corset. in suis singularibus. in sing.
no. practicam hodiernam, ⁊c. Sed quia comparere non cu
rauit, remansit preceptum firmũ: vt dicit Bal. in. d. vers.
quid de eo quod quotidie fit, ⁊c. ⁊ idem voluit. Salic. in. d.
l. j. Panor. in. d. c. j. ⁊ in. c. ex parte. superius alleg. ⁊ Ant.
Corset. in. d. singulari. quoniam etiam dicunt nõ esse impu-
tandũ iudici: quia preceptum fuit iustificatum. pro quo al-
legant not. in. l. ea quidem. C. si mancip. ita fue. alie. ⁊ in. d. l.
de pupillo. §. meminisse. quod etiã voluit Alber. in. l. quo-
ties. in prin. ff. de in diẽ adiec. vbi dicit q si post terminum
compareat sic iussus, ⁊ dicat preceptum nullum, non est au
diendus: quia iudex videtur duo mandasse, scilicet q com-
pareret ad diem, ⁊ si non compareret ad diem, non faceret
id quod eũ facere prohibebat: ⁊ hinc forte dicit Panor.
in. d. c. j. versic. secundo oppono q si non compareat, vide-
tur preceptum factum post cõtumaciam. Ex quibus infe-
ro q stante precepto, seu inhibitione de qua in dictis lite-
ris non potuit, nec potest dictus nobilis Joannes Lasca-
ris turbare dictos homines in premissis, nec eos impe-
dire, quominus aut flagellent, aut calcari faciãt dicta eorũ
blada prout voluerint: ⁊ q in secus faciendo incurrit pe-
nas sibi impositas: ⁊ semper poterit repelli, saltem donec
eo admisso per curiã ad purgationem contumacie si ⁊ qua-
tenus ad illam admitti debeat, ⁊ donec refusis expensis.
5 Et per premissa etiam patet responsio ad id quod queritur
de immissione animalium extraneorum, an videlicet dicti
domini illa immittere possunt causa depascendi in dicto
territorio: supposito q herbagia territorij huiusmodi sint
eisdẽ hominibus pro nutrimento suorum animalium ne-
cessaria: quodq (vt audio) fere omnia predia in quibus pro
depascendo immittuntur animalia predicta, sint dictorum
particularium. Dico enim q ipsi hoc facere non possunt.
⁊ quidem non dictus nobilis Lascaris, cum alias fuerint
contra eum litere inhibitorie per clausulam, nisi causa
iustificata contra eum demandata sit exequutioni, quum
comparere nõ curauit: ⁊ sic remansit preceptum, seu inhibi
tio firma, iuxta ea que p̄dixi. Preterea nec ipse, nec qui-
dã alij videntur ea posse immitere, aut dictum territorium
apascairare extraneis, inuitis ipsis hominibus dicti loci
Castri noui: quia nemo potest animalia sua depascere in
solo, seu predio meo me inuito. vt no. glo. in. l. pratum. ff. de
verbor. significa. cuius illa redditur ratio, quia quod ex
solo, seu fundo meo nascitur, meum est: ergo ⁊ herba prati,
vel alterius predij mei, est mea. l. solum. §. j. ff. de reiuendi.
Preterea quicquid nascitur in p̄dio alicuius, ex quo in eo
radices immiserit, suum est, quia predij est. l. qua ratione,
⁊ l. adeo. §. fina. ff. de acqui. rerum domi. §. qua ratione. §. si
Titius. ⁊. §. ex diuerso. institu. de rerum diui. ⁊. l. fructus.
6 C. de rei vend. preterea † actio legis Aquilie nõ datur, nisi
domino. l. item mela. §. legis. ff. ad leg. Aquil. ⁊ l. j. §. si post.
cum suis simili. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
Sed pro herba rei mee competit mihi actio legis Aquil.
l. si seruis seruum. §. si oliuam. ⁊ alia actio, si ad illum vsum
parata est, vel officium iudicis, prout immissa sunt pecora
vel alia animalia. l. fi. C. ad leg. Aquil. l. qui seruandarum.
§. fi. ff. de prescrip. ⁊ l. si quis occidit. §. si quis alienum, cum
suis similib. ff. ad leg. Aquil. ⁊ quod not. Specu. tit. de in-
iur. ⁊ damno dato. §. sequitur. versic. porro si oues, ⁊c. cum
tribus versicu. sequentib. Si igitur herba predij mei mea
est, nullius potest depascere, seu locare, vendere, vel arren-
dare herbam prediorum meorum me inuito. Pro quo sunt
boni text. in. l. ij. ⁊. iij. C. de pascu. publi. lib. xj. ⁊ est bona gl.
in. l. j. eod. titu. que exponens verbum rei priuate, dicit scz
principis: quia saltu priuati hominis non intromittit se
ordo, sed domino ipsius rei committitur. l. nemo. C. de iu-
de. Preterea si pro comitibus ⁊ baronibus sunt pascua
statuenda, in quibus sua animalia depascant, sine lesione
subditorum, vt post Pal. voluit Jacob. Rebuf. in dicta
l. ij. Pro quo allegat. l. vnic. C. de saligam. lib. xij. quod etiã
post Andre. de Baru. voluit Joan. de Pla. in. d. l. ij. quo-
modo de iure sustineri possit, quod vel ipsi domi. comites,

& Barones, vel alij debeant, aut possint pascua, seu herbas prediorum suorum subditorum, & cum eorum grandi lesione, vẽdere, locare, vel arrendare, seu apascairare extraneis: profecto non video saltem & maxime eo casu, quo pascua huiusmodi sunt necessaria subditis pro nutrimento suorum animalium. Pro premissis facit, quia † pascua loci, seu castri pertinent quoad vsum & vtilitatem ad vniuersitatem & incolas eiusdem loci. per id quod not. glos. in. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. & Alber. in. l. imperatores. ff. de seruit. rustic. pred. & l. testatrix. §. j. ff. si seruit. vend. vbi not. dicit, ꝙ pro modo, seu mẽsura possessionum, quilibet de illa vniuersitate debet vti pascuis: ne ibi habẽs modicas possessiões in iniuriam & damnum aliorum plures habentium magnam bestiarum imminẽtem quantitatem, alios impediat in pascuis. Quid vltra? cum in appascairatione pascuorum, seu pasturgiagiorũ facienda extraneis vertatur in magnũ interesse subditorum, non debet illa fieri eis inuitis. l. in concedendo. ff. de aqua pluuia. & quod voluit Ol. cons. xxx. exor. Factũ tale est, qued ã certe & nominate persone, &c. ad fi. Porro vbi domini dicti loci possent pretendere ꝙ de consuetudine, que vt dicit Petr. Anti. in suo tract. muner. versic. exoritur ex his alia questio, &c. potius dicẽda est corruptela: ꝙ possunt appaiscairare dictum territorium, vel concedere licentiam extraneis, vt eorum animalia inibi immittãt, & depascant: ista tamen pretensa consuetudo cessaret, & cessare deberet, quando pascua essent necessaria pro animalibus subditorũ: & sic non sufficerẽt tã animalibus huiusmodi, ꝙ animalibus extraneorum hominum: quia tunc essent ipsi subditi preferendi postꝙ (vt predixi) fere omnia predia sunt ipsorum subditorum. arg. c. suggestum. de deci. c. quid per nouale. §. fin. de verb. sig. & l. preses. C. de seruit. & quod not. Ostien. Joan. And. in nouel. Ant. de But. Panor. & doc. in. c. dilecti. de arbit. & Paul. de Cast. in. l. vẽditor. §. si constat. ff. commu. pred. Cum ergo vt supponitur in casu, dicta pascua sint necessaria pro nutrimẽto animalium hominum dicti loci, non debent ipsi domini, etiam pretextu cuiusuis consuetudinis, seu possessionis, aut quasi, que etiã vt audio, nõ sunt pacifica, appascairare dictum territoriũ, seu dare licẽtiam extraneis inibi sua animalia immittendi, & depascendi inuitis predictis hominibus. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubric. De pact. inter empt. & vend. ¶ Consi. ccxxxij.
¶ Epitome.

¶ Emptor prefixum venditori tempus ad redimendum non tenetur prorogare, sed si pignori datio potius fuerit, quam vẽditio, venditor pretio restituto rem suam recuperabit. V. F.

1 ¶ Pretium vile quando dicatur.
2 Paupertas facit vt parua quantitas dicatur magna.
3 Fructus predij venditi aliquando in sortem imputantur, quando scilicet venditio fuit potius contractus pignoratitius, vel vsurarius.



Onitur In facto, ꝙ dudum prob⁹ quondam vir Claudius de Manassio & Catherina eius vxor, vendiderunt venerabili viro, domino Bartholomeo de Cruce presbytero, vt priuate persone, quẽdam pratum, & nemus sita, &c. suisqꝫ confrontationibus confrontata, pretio octo librarum, que tunc valebant sexdecim libras, & vltra, vel circa, quodqꝫ tempore venditionis huiusmodi, & in ea idem, domi. Bartholomeus dedit, & concessit prefatis venditoribus gratiam & facultatem redimendi pratum & nemus huiusmodi infra tres annos tunc proxime futuros: cum conditionibus in talibus necessarijs, & apponi consuetis, videlicet ꝙ dum & quãdo ipsi coniuges infra tempus huiusmodi eidem domi. emptori darent, & soluerent dictam summam cum anfractibus, ipse emptor teneretur pratũ & nemus predicta eisdem reuendere. Quesitum est, an non obstante lapsu dictorum trium annorum possint & valeant probi viri Antonius & Joannes de Manassio filij & heredes dictorum venditorum petere cum effectu ab herede dicti domini emptoris, vt pratum & nemus predicta eis reuẽdat, & ad hoc faciẽdum eum cogere, aut cogi petere. Ad quod respondeo breuiter & succincte, ꝙ si pratum & nemus huiusmodi fuissent vendita pretio iusto, non potuisset prefatus domi. emptor, nec posset eius heres post lapsum terminum cogi ad reuenderdum. l. si fundum. & quod ibi docto. C. de pact. inter empto. & vendito. quod etiam voluit Archid. in. c. pleriqꝫ. xiiij. questio. iij. & Cano. in. c. ad nostrã de emptione & vẽditio. Sed quia pretium nõ fuit iustum, sed satis modicum seu vile, vt supponitur in casu, restat difficultas vtrum ex pretij vilitate, seu modicitate, & pacto de retrouendendo, presumi debeat contractus dicte pretẽse venditionis fuisse simulatus, & factus in fraudem vsurarum, & re vera pignoratitius. Super quo sunt opiniones, veruntamen communis opinio est ꝙ sic, quam tenuit gloss. in. c. conquestus. de vsu. vbi etiam domi. Joan. de Ana. illam etiam sentit gloss. in dicto. c. ad nostram. vbi Panor. Archid. in. d. c. pleriqꝫ. Joan. de Jmol. & Anton. de Butri. in. c. illo vos. de pignor. Panor. consilio. lxxvj. exordien. Tria succincte videnda sunt. Albe. & Paul. de Cast. in. l. emptio. C. plus vale. quod agit. Ambrosius de Vina. in repeti. dicti. c. ad nostram. vbi etiam affirmat ꝙ hec est opinio communis, pro qua etiam consuluit Paul. de Castr. consilio. cclxxx. exord. viso processu, &c. Joan. de Ana. consilio. lviij. exord. Visis instrumentis, &c. Rapha. Fulgo. consilio. cxxxiij. quod incipit in questione versa coram domino capitaneo, &c. Andre. Barba. consi. lj. exord. Scripsit sapientie fons Salomon, &c. in prima parte, & Alexan. de Jmol. consilio. xliij. exordien. Circa presentis consilij materiam. in tertio volumi. Stat igitur hec conclusio, ꝙ ex pretij vilitate, & pacto de retrouendendo presumitur quod contractus sonans in emptionem, & venditionem, non sit contractus huiusmodi, sed potius pignoratitius, & in fraudem vsurarum simulatus. Sed

1 † adhuc remanet alia difficultas, quando dicatur fuisse pretium vile, vel modicum: super quo etiã sunt multe opiniones, quas plene recitat Bartho. Veron. in suo libello, de contractibus emptionum, & venditionum. §. verũ. quia in isto libello nostro sepissime habita est mentio de paruitate pretij: vbi refert sex opiniones. prima fuit quorũdam dicentium, ꝙ opus sit, ꝙ sit deceptio vltra dimidiam iusti pretij, hoc est ꝙ res fuerit vendita pretio non ascendente vsqꝫ ad dimidiam iusti pretij. secunda ꝙ sit deceptio in dimidia iusti pretij, vt verbi gratia, res valebat sexdecim libris, & vendita est pro octo. tertia fuit, ꝙ opus sit, ꝙ fuerit deceptio in sexta parte, & ꝙ hoc sufficiat. quarta, ꝙ fuerit deceptio i tertia parte. quinta ꝙ fuerit deceptio in quarta. sexta & vltima, ꝙ hoc debeat relinqui arbitrio iudicis. Et hec vltima opinio colligitur ex his que habentur per glos. in. §. pretium. super verbo, diffinierit. instit. de contrahen. emp. & ven. que vult, ꝙ qñ dicatur pretiũ iustũ, vel iniustũ, statur arbitrio iudicis, qui iudex arbitrabitur secundum

2 qualitatem cause, personarum, & rei debite: quia † in paupere parua quantitas dicitur magna. l. illicitas. §. ne tenuis. cum glos. ff. de offic. presid. facit quod not. glos. in aut. preterea. C. vnde vir & vxor. & Bart. in. l. si cõstante. in prin. ff. sol. mat. Et hanc opinionem per multas rationes, quas inducit, & quas nõ repeto causa breuitatis, sequitur Barthol. Veron. & hanc puto sequẽdam: quia etiam non dubito, sed habeo pro certissimo, ꝙ si deceptio fuisset vltra dimidiam pretij, vel in dimidia deberet presumi contractus pignoratitius, & sic simulatus: quinimo & forte si esset in tertia parte iusti pretij, per iura que allegat Barth. Vero. vbi supra. Et pro hac presumptione multũ facit, ꝙ dictus dominus emptor voluerit in casum redemptionis habere non solum dictas octo libras, sed etiam anfractus seu remptiones, id est vt puto expensam instrumẽti emptiõis, & forte laudimiorum, vel alias, que alias solent sustineri, et solui per emptores. ex hoc enim insurgi presumptio, ꝙ idem do. Bartholomeus emere non intẽderet, sed potius in pignus recipere pratum & nemus predicta. c. illos vos. de pig. & quod not. Barthol. Vero. in dicto eius libello. §. quarta presumptio. & §. sexta presumptio. Ex quibus † in-

3 fertur, ꝙ dominium prati & nemoris predictorum, vtpote non venditorum, sed potius pignori traditorum remansit penes dictos venditores: Et consequenter prefatos eorum heredes: ꝙqꝫ fructus percepti debuerint & debeant computari in sortem. l. j. & ij. C. de pignor. actio. & c. ij. cum suis simili. de vsu. quanuis pro bono pacis potius consulam ꝙ dicti Antonius & Joannes pretium datum offerant, & illud soluant heredi dicti domini Bartholomei, si illud recipere voluerit. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis

Rub

¶ Rubrica, De iure emphyteut. ¶ Consilium. ccxxxiij.
¶ Epitome.

¶ Directus dominus ius suum inscio emphyteuta in alium transferre potest: nisi rescripto principis impediatur. U. F.

1 ¶ Emphyteuta & dominus directus an uterque sine altero irrequisito ius suum alienare queant.
2 Concessa ad tempus, ad tempus videntur prohibita.
3 Euictio scienti litem venditori an intimanda.

1 Illud † Certum est, & indubitatum, quod licet irrequisito domino directo, vel non precedente intimatione sibi facta, non possit eius emphyteuta alienare ius suum emphyteuticum, aut meliorationes: & si aliter faciat, cadit a iure suo. l. fin. C. de iur. emphyt. & c. potuit. de loca. Dominus tamen directus potest irrequisito emphyteuta, & nulla precedente intimatione eidem facta, vendere, & alias alienare eius proprietatem, seu dominium directum: pro eo quia vnusquisque est de iure communi, nisi reperiatur prohibitus, moderator & arbiter rei sue. l. nemo exterus. C. de Jude. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. et vendi. l. polla. C. de ijs quib. vt indig. c. de ijs. ad fin. de sepul. Unde cum dominus directus non sit specialiter prohibitus, potest vendere cui placet: nec tenetur emphyteute venditionem, seu alienationem per se faciendam denuntiare, vel alias intimare: cum nihil ab eodem teneat. quod etiam voluit Specul. tit. de emphyt. §. nunc aliqua. versi. xciij. Salic. in d. l. fi. C. de iur. emphy. Jo. de Jmo. in d. c. potuit. Paul. de Cast. in. l. sed si hac. §. paternum. ff. de in ius vocan. & do. Jas. May. in dicta. l. fin. versi. iuxta istum text. occurrit necessaria questio: vbi plene. Quo fit vt nobilis & honesta quondam mulier domina Bitrona Uenascij, domina directa domus de qua in actis seu processu cause cepte, & pendentis indecisse, per & inter reuerend. patrem dominum Decanum, & venerabile capitulum collegiate ecclesie sancti Petri Auenionis ex vna parte, et prouidum virum Claudium Molardi, potuerit de iure communi vendere dictis dominis Decano & capitulo: & in eos transferre dominium directum dicte domus, & censum annuum viginti quinque solidorum, pro tribus partibus, seu quartonis dominij directi, & census huiusmodi nulla prius facta, seu precedente intimatione, per iura et authoritates de quibus supra. Et ita potuerunt, & possunt ipsi do. Decanus & capitulum in vim emptionis per eos facte, accessionis iurium & actionum per dictam nobilem Bitronam sibi factarum, agere & experiri, contra dictum Claudium, & petere domum & censum predictos sibi pro dictis tribus partibus recognosci, & alias vt in libello parte ipsorum oblato continetur. Et quamuis dictus Molardi exposuerit de quodam pretenso indulto apostolico, concesso vti pretenditur per recolende memorie dominum Martinum papam quintum, ciuitati, ciuibus & incolis Auenionen. & deinde confirmato per recolende memorie dominum Nicolaum, papam quintum, per quod pretendit se potuisse, & posse dominium, & censum retinere eo pretio, quo eisdem do. Decano & capitulo venditi extiterunt. hoc tamen pretensum priuilegium eidem Molardi non suffragatur, ea videlicet ratione, quia licet venditio, de qua supra, eidem Molardi, fuerit legitime intimata, ipse tamen infra tempus, de quo in dicto indulto, pretium dictorum dominij directi, & census non soluit: quinimo nec illud presentauit, vel obtulit, seu etiam eius animum declarauit: prout clare colligitur, & apparet ex actis cause huius: fuit enim venditio huiusmodi facta, anno dom. M. cccc xcv. & die octaua mensis Junij: & eidem Claudio, per venerabilem virum dominum Poncetum Beguini, Canonicum, & procuratorem dicte collegiate ecclesie sancti Petri, intimata, anno predicto, & die. xix. mensis Augusti. Dictus vero Molardi, non reueritur eius animum declarasse ante diem tertium mensis Octobris, anni prementionati: & ita non seruauit formam dicti pretensi indulti, sed put fuit sibi re-
2 sponsum; tarde venit: concessa † enim ad tempus videntur post tempus prohibita. Pro quo solet allegari. l. statuliberum. §. Stichum. ff. de leg. ij. l. pater. §. quesitum. ff. de leg. iij. & l. si ita quis. ff. de vulg. & pup. facit etiam, qua causante negligentia d. Claudij Molardi, verba d. indulti cessant in hoc casu: pro eo quia non fuit facta solutio, vel saltem legitima pretij oblatio infra mensem a tempore dicte intimationis connumeratum. Ergo etiam cessat dispositio eiusdem indulti. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. quarta. §. toties. ff. de damno infect. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quotid. & esti. l. ita autem. ff. de administ. tuto. & c. indemnitatibus. cum suis simili. de electio. in. vj. & quod ponit Pau. de Cast. consi. xj. & Rom. consil. cccc xlij. & consil. cccc lxij. & Alex. de Jmo. consil. xvij. in primo volu. & alij in alijs locis. Forte vero respondebitur, quod hec procederent, si intimatio de qua supra, non per dictum dom. canonicum pro & nomine dictorum do. Decani, & Capituli emptorum, sed per ipsam nobilem Bitronam venditricem facta extitisset iuxta formam, & tenorem bulle, sed cum illa per dictam venditricem facta non fuerit, sed per prefatum dom. canonicum, & quorum supra nominibus, non videtur eidem Molardi tempus mensis cucurrisse: sed hoc non obstat. Tum quia cum intimatio, vt predixi, facta fuerit ipsi Claudio Molardi, per quam fuit idem Claudius opportune, & sufficienter certificatus de dicta venditione, & hoc per dictum dom. canonicum, & procuratorem, &c. & sub presentia notarij, qui de ea notam receperat, non fuit opus vlteriore intimatione, seu denuntiatione predicte venditionis notificatorie. l. j. ad fi. ff. de actio. empt. regula, eum qui certus. cum suis simili. de regu. iuris in. vj. & argumen. eorum quod not. glo. Cyn. & Joan. Fab. in. l. emptor. C. de euictio. Dyn. in dicta regula, eum qui. Pau. de Liaza. in c. fi. de emptio. & vendi. Joan. de Jmo. in. l. ij. §. voluntatem. ff. solu. matrim. in. l. non solum. §. morte. versicu. item circa incitatoriam. ff. de ope. no. nuntia. & in dicto. c. fi. quatenus
3 volunt, & sentiunt glo. & docto. prefati, quod licet † emptor, per tertium conuentus debeat suo venditori intimare controuersiam sibi motam, alias re ab eo euicta, agere non potest pro euictione. dicta. l. emptor. l. si cum questio. l. empti. & l. si parentes. C. de euictio. & dicto. c. fi. de emptio. & vendi. Tamen vbi venditor scit litem, seu controuersiam huiusmodi fuisse emptori motam, non est opus alia intimatione sibi facienda per emptorem. Et quamuis Specu. tit. de emptio. & vendi. §. fin. versicu. & not. quod emptor. & ibi plenius Joan. And. & Bart. in. l. denuntiasse. circa principium. ff. de adulte. & in d. l. non solum. §. morte. versicu. ex predictis satis patet. vbi etiam quidam alij. ff. de ope. no. nuntia. & in dicta. l. ij. §. voluntatem, videantur aliter sensisse, scilicet quod etiam scienti controuersiam esse motam, teneatur, & debeat emptor ad fines agendi de euictione post rem euictam denuntiare controuersiam huiusmodi suo venditori, non tamen videtur ab opinione glo. fore in iudicando, vel consulendo discedendum: cum non solum habeat famosum doctorem sequacem, sed famosos, & magne authoritatis: iuxta doctrinam quam ponit Jaco. Butr. in. l. vni. C. quando pro sua iurisdi. iudi. dare dari ve pos. quem sequitur Joan. de Jmo. in. c. cum contingat. de iureiuran. Bald. in. l. hereditas. C. de po. multas remissiones ponit dom. Feli. in. c. j. versi. secundo limita, nisi contra communem opinionem sit authoritas glo. de constitu. Tum & quia supposito, quod doctrina Spec. Joan. And. Bart. & sequatium, esset non solum communior, sed etiam de iure verior, illa tamen, non obesset prefatis do. Decano, & Capitulo. Pro eo quia isti principaliter se fundant in hoc, quod non sufficit emptori denuntiare suo venditori controuersiam fuisse sibi motam super re vendita, sed etiam opus est, quod eundem incitet, & requirat de eum defendendo, & liti assistendo: propter quod non est mirum secundum eos, si sola scientia venditoris non sufficiat: quia per eam non censetur idem venditor incitatus, vel requisitus per emptorem, de eum defendendo, qui forte de hoc non curat, pretendens se sufficere ad defensionem: & si attendantur verba Joannis Andree in dicta addit. & Bartol. in dicta. l. denuntiasse. circa principium, & aliorum hanc partem tenentium, ipsi plane fatentur, quod eo casu in quo non denuntiatio, sed scientia, est de substantia, sola scientia sufficit, etiam si habita fuerit aliunde quam ab illo, qui alias tenebatur denuntiare. Nec est opus vlteriori, vel alia denuntiatione. dicta regula eum qui certus, & allegata. l. j. §. fin. ff. de actio. empti. Et ita etiam loquitur Dyn. in dicta regula, eum qui, vbi etiam Phil. de Franc. & Cyn. in d. l. emptor. Cum igitur in casu, de quo

queritur num denuntiatio, seu intimatio venditionis, sed scientia ipsius venditionis sit de substantia. Quod in dubio potius presumitur: vt voluit Dyn. in dicta regula, cũ qui. vbi etiam Philip. de Fran. Joan. Andr. in dicta additio. Cyn. in. d. l. emptor. & Bart. in allegata. l. denũtiasse, circa princi. & tam ipse, ꝙ alij in multis alijs locis, moti ea ratione, quia denũtiationes fieri solent ad hoc solum, vt certificetur is, qui incertus erat. l. item veniunt. §. petitam. ff. de petit. heredit. & l. aut qui aliter. §. si forte. ff. quod vi aut clam. Debuit sufficere, & suffecit eidem Claudio Molardi denuntiatio, seu intimatio superius mentionata, & sibi facta vt predixi etiam sub presentia notarij, qui dicte venditionis notam receperat: tum etiam quia cum dicta nobilis Bitrona cesserit eisdem do. Decano, & capitu. ecclesie predicte, omnia vniuersa, & singula iura sua: quinimo & eos suos procuratores cõstituerit, non sunt isti sensendi tanquam omnino extranei a dicta nobili vẽditrice: cum possent, & possint intentare, nõ solum iura vtilia, sed etiam haberent & habeãt experientiam directarum actionum: per id quod habetur in. d. l. emptor. & quod ibi gloss. & docto. C. de heredi. vel actio. vendi. Que etiam dixerim, &c.

¶ Rub. De liber. prete. vel exhere. ¶ Cõsilium. ccxxxiiij.

¶ Epitome.

¶ Exheredatio sub hac cõditione, Si filius qui Titie locauit operas, ab ea non discedat, vt mihi nunc infirmo ministret, exheres esto: non valet. V. F.

1 ¶ Conditionalis institutio vel exheredatio, an & quomodo valeant.

2 Possumus id quod honeste possumus, non alias.



Viso Testamento quod anno Domi. M. cccc ci. & die. vij. Februarij, fecisse dicitur prouidus vir, Joannes Pilosij: & in quo post certa legata, tam pia, ꝙ etiam relicta alijs eius filijs, & filiabus, heredes vniuersales instituit probos viros Antonium seniorem, & Antonium iuniorem, & Petrum Pilosij, eius filios naturales & legitimos, cum certa conditione, & priuatione seu exheredatione, de qua ibi, Quo ad dictum Antonium seniorem si non relinqueret seruitium cuiusdam Gueyraude & eidem testatori in eius infirmitate qua tunc detinebatur, seruiret, & alias prout ibi.

1 Dico & respondeo in primis non solum prefatos Antonium iuniorem, & Petrum fuisse pure heredes vniuersales institutos, sed etiam prefatum Antonium seniorem. Quo fit vt non sit opus nos ingredi materiam. l. si pater. C. de institut. & substitut. & l. suus quoque. ff. de heredibus instituen. Et sic exheredatio, que non fuit pura, sed conditionalis, facta scilicet, sub illa conditione, si non relinqueret, &c. non valuerit. l. & si pepercerit. §. pure. & quod ibi gloss. ff. de liberis & posthum. Et supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ dictus Antonius Senior censeri posset heres institutus sub contraria conditione, scilicet, si seruitium dicte Gueyrande relinqueret, & seruiret patri, &c. & deinde exheredatus, si non relinqueret, &c. Quo casu videtur valere testamentum, ac etiam institutio, & exheredatio huiusmodi: per ea que not. scribentes in dicta. l. si pater. & allegata. l. suus quoque. Adhuc dico, ꝙ non valuisset, nec valeret predicta exheredatio: pro eo, quia nulla ex causis ingratitudinis, ex quibus seu propter quas possunt parentes liberos exheredare: & que ponuntur in authen. vt cum de appellatione cognoscitur. §. causas. colla. viij. & per glos. in cap. quintaualliis. de iureiuran. fuerit in dicto testamento apposita, seu inserta. Quod tamen ad validitatem exheredationis huiusmodi fieri oportuit. dict. authen. vt cum de appellat. cogno. §. aliud quoqꝫ capitulum. & transumptiue in authen. non licet. C. de liber. preteritis, vel exhereda. Nisi forte dicatur, ꝙ vt voluit Paul. de Castr. in dicta. l. si pater. C. de institu. & substit. ꝙ in casu illius. l. non videatur ꝙ hodie sit necessaria expressio cause exheredationis: sed contrarium voluit ibi Cyn. in vltima questione. Bald. in. vi. Salic. in. ix. oppo. & post eos Alex. de Imol. versic. istud tamen quod hic dicitur de exheredatione, est hodie correctum: & quia hec est communior opinio, non est ab illa in consulendo, vel iudicando discedendum. lege. j. versic. & sane crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. c. nouimus. de verbo. signifi. ibi, opinio a pluribus approbata. vbi etiam Anto. de Butr. in. c. de inducijs. ibi, in quo plurimi concordant. iij. q. iii. & quod not. Ostien. Joan. Andr. & omnes scribentes in. c. j. de constit. Sed forte dicetur ꝙ non solũ potest filius exheredari propter alteram ex dictis quatuordecim causis, de quibus in dicto versi. causas, sed etiam propter aliam grauiorem, vel eque grauem, vt voluit Gulielmus, & multi post eum in d. auth. non licet. C. de liber. preter. pro qua opinione consuluit Alex. de Imol. consil. cciij. exord. Super themate & dubijs. versi. quinimo dato, ꝙ cause expresse, &c. Sed istud non obstat: quia supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ hec opinio sit verior, cuius contrarium tenuit Marti. Silima. & pro cuius opinione faciũt multa allegata tam per Alex. de Imo. ꝙ dom. Jaso. in. d. authen. non licet. tamen hoc non videtur nocere predicto Antonio: quia causa exheredationis, per eum expressa, non est grauior causis de quibus in dicto versi. causas. sed nec eque grauis: ex eo qđ habetur in. l. si quis a liberis. §. deniqꝫ. ff. de libe. agnoscen. & in. l. cum oportet. in prin. & quod ibi Philip. de Fran. C. de bon. que libe. per que apparet filium non teneri operari patri. Forte vero vlterius opponitur, ꝙ licet predicta, que dicta sunt de insertione cause ingratitudinis, in exheredatione facta in euentum contrarie conditionis, procedant in institutione facta sub conditione casuali, vel mixta: non tamen procedunt in institutione facta sub conditione potestatiua: quia non videtur esse opus, ꝙ si filius in patris potestate existens, instituatur sub conditione potestatiua, & in defectum conditionis huiusmodi exheredetur, opus sit adijcere causam ingratitudinis per id qđ habetur in. l. si libertus sub conditione. §. si libertinus. versi. existimo autem, &c. ff. de bon. que liber. per quem text. plus probatur, ꝙ quando filius suus heres instituitur sub conditione potestatiua, non est opus, ꝙ ipse exheredetur in euentum contrarie conditionis: quod etiam voluit Joan. de Imol. in. l. si, ff. de condit. institu. de quo etiam ibi aliquid ponit Bar. & Cyn. in. d. l. si pater. C. de institu. & substit. est enim quod filio imputetur, qui non impleuit cõditionem, ex quo erat potestatiua. Pro quo facit. d. l. suus quoque. §. puto. ff. de heredi. institu. Sed hec non videtur obstare: quia conditio sub qua pretenditur dictus Anto. heres institutus, non fuit potestatiua, sed magis casualis, aut mixta, pro eo qꝛ locus, in quo filius residebat, distabat vltra milliare, & poterũt multa cõtingere propter que potuisset impediri: per id quod no. Jo. de Imo. in. d. l. si filius. versi. itẽ not. hec cõditio, si Alexandriã. Preterea supponitur, ꝙ dictus do. Ant. locauerat operas suas illi Gueyraude sue cognate: & sic tenebatur illi seruire ad, & per tempus: quia ad hoc se potuit obligare. l. tam ex contractibus. cum suis simili. ff. de iudi. presertim cum, vt dixi, nõ teneretur operari patri. d. l. si quis a liberis. §. deniqꝫ. Et ita non videtur potuisse inuita dicta Gueyrauda ab ea discedere, & venire ad domũ paternam pro seruiendo, &c. l. sicut. cum suis simili. C. de

2 actio. & obliga. Adducitur ꝙ id possumus quod honeste possumus. l. nepos proculo. prope fi. ff. de verbo. significat. sed non videtur honestum fallere fidem. Preterea dictus testator decessit infra paucissimos dies a tempore testamenti, vt sic etiam videatur dici posse prefatus Antonius per casum impeditus: quod saltem procederet, si testator tempore testamenti verisimiliter presumeretur non esse moriturus infra tam breue tempus: per id quod not. Cyn. in. d. l. si pater. versi. quarto quero. Et sic videretur ꝙ nõ obstante dicta exheredatione possit dictus Antonius habere hereditariam portionem. Et saltẽ nulla est difficultas, quin debeat habere legitimam: quia quo ad illam debuit, & debet reijci omne grauamen, etiam si consistat in conditione potestatiua. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. Et hec est communis opinio, secundum Joan. de Imo. in. d. l. si filius. versi. sed aduerte, quia vterqꝫ passus videtur dubius, &c. Et vt dixi prefato Antonio, & Antonio iuniori cum hec venissent ipsi benefacient si conueniant, & componant materiã: ne forte deterius contingat, si appareret testamentum nullum: vel etiam propter expensas. Que dixerim, &c.

¶ Rub. De procurator. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccxxxv.

¶ Procurator, cui alienandi libera facultas concessa est, partim alienare eandem rem, partim permutare potest, & dominium transferre. V. F.

Potest

1 ☞ Potest quis per se quod per alium potest, ⁊ ecōtrario.
2 Vendita res quando partim dicatur, ⁊ partim donata.
3 Procurator ad negotia quis esse potest anno etatis sue decimoseptimo.
4 Translatio dominij fit ex venditione ⁊ permutatione etiā per actus fictos.
5 Procurator quod gessit an ⁊ dominus censeatur gessisse.
6 Clandestina possessio non sufficit ad vincendum in possessorio retinende: ⁊ clandestine dicitur quando est posterior.
7 Presumitur possessor vsq; ad mortem possidere.
8 Euincens contra quem agi potest, repellitur exceptione.



Ex Themate consultationis mihi exhibite parte honorabilis viri Petri Benedicti, fuerunt elicita multa dubia, quibus per ordinem respondeo breuiter ⁊ succincte. Et primo ad primum dico ⁊ re-
1 spondeo, ꝙ † cū regulariter quilibet possit facere per alium, quod facere potest per se ipsum, ⁊ econtra, quod quis potest facere per alium, potest regulariter facere per se ipsum: regula, potest quis, ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. de regul. iur. in. vj. l. j. §. vsus autem. cum suis simil. ff. de procura. potuit nobilis ⁊ honesta mulier Ludouica, relicta nobilis Raymundi de Veteribus, constituere et deputare eius procuratorem nobilem Petrum de Veteribus, non solum ad arrendandum, ⁊ titulo rende, seu firme tenendum, sed etiam ad permutandum, distrahendum, ⁊ quouis alienationis titulo alienandum omnia vniuersa ⁊ singula bona, res, ⁊ iura eiusdem nobilis Ludouice constituentis mobilia, ⁊ immobilia, necnō etiam maiores valentias bonorū huiusmodi in quascūq; personas transferendum, dandum, ⁊ donandum in magna ⁊ parua quantitate. Pro quo facit, quia quilibet est moderator, ⁊ arbiter rei sue. l. in re manda. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. ⁊ vendi. l. polla. C. de ijs quib. vt indig. ⁊ c. de ijs. ad fin. de sepult. Ex quibus infero, ꝙ nisi de alio impedimento opponeretur, potuit idem Petrus in vim dicti mandati facere permutationē de vinea dicte nobilis Ludouice, in casu seu themate predicto, ⁊ in instrumento permutationis latius mentionato. Habuit enim ipse Petrus non solum mandatum generale, ⁊ cum libera, propter illa verba posita in procuratorio, ⁊ alias faciendum, prout quilibet verus dominus de re sua propria iusto ⁊ legitimo titulo acquisita, facere potest, ⁊ debet: sed etiā habuit mandatum speciale, propter illa verba, ad permutandum, distrahendum, ⁊ quouis alio alienationis titulo alienandū. Potuit igitur permutare per ea que habentur in. l. procuratorem. ⁊ quod ibi glos. Bald. Alexan. de Imo. ⁊ docto. C. de procurat. ⁊ quod not. Bart. in. l. procurator cui generalis. ff. de procurat. ⁊ do. Fabia. de Monte, in suo tract. de emptio. ⁊ vendi. q. iij. versic. decimo sexto quero, an procurator possit vendere, ⁊c. ⁊ seq. Nec obstat, si forte opponatur, ꝙ idem Petrus nō simpliciter permutauerit dictam vineam, sed etiam vendiderit: quia, vt dicitur, in dicto instrumento, ipse partim permutauit eum, ⁊ per vineam de qua ibi: ⁊ partim vendidit pretio viginti octo florenorum. Quoniam respondeo, ꝙ, vt apparet ex instrumento procuratorie potestatis dicti Petri, ipse non solum fuit constitutus ad permutandum, sed etiā ad distrahendum, ⁊ quouis alienationis titulo alienandum. Potuit igitur non solum permutare, sed etiam vendere: quia sub appellatione distractionis, seu etiam alienationis, venit venditio. C. de distract. pigno. in rub. iunctis ijs que habentur in. l. fin. C. de reb. alie. non alie. ⁊ cap. nulli. de reb. ecclesiast. non alie. Nec est mirum, ꝙ dictus Petrus partim permutauerit, ⁊ partim vendiderit dictam vineam: quia ⁊ alias quis dicitur partim vendere, ⁊ partim donare: vt colligitur ex ijs que not. Barto. ⁊ alij scribentes in. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obliga. ⁊ in. l. ij. C. de rescind. vendit. in illa que-
2 stione qua † querunt, quid si fuerit dictum in instrumento, ꝙ si res vendita plus valeat, etiam si in duplo, ⁊c. venditor dedit, ⁊ donauit dictam maiorem valentiam. Hoc enim casu res plus valens dicitur partim vendita, ⁊ partim donata. Sed forte opponetur, ꝙ licet dictus Petrus habuerit mandatum ad permutandū, ⁊ etiam vēdendum, ⁊ sic potuerit totā vineam permutare, si voluisset, vel eam totam vendere si hoc etiā voluisset, non tamen videtur potuisse partim permutare, ⁊ partim vēdere: quia sub simplicibus non videtur contineri mixtum: per ea que not. doct. in. l. ij. in prin. ff. de verbo. oblig. Sed hoc non videtur obstare: tum quia facta fuit prouisio de quolibet ex simplicibus, non de altero tantum. Tum ⁊ quia sumus in separabilibus, non in inseparabilibus: q̄cum vinea predicta, nō sit quid indiuisibile, sed diuisibile, ⁊ fuerit partim permutata, ⁊ partim vendita, potest pars separari a parte. Tum ⁊ quia dictus Petrus habuit in mandato, vt facere posset, prout quilibet verus dominus de re sua propria, iusto, ⁊ legitimo titulo acquisita, facere potest, ⁊ debet. Ergo potuit partim vendere, ⁊ partim permutare: quia hoc facere potuisset dicta nobilis Ludouica. Et hec ratio magis placet, ꝙ precedens: cum enim verba mandati sint in hoc clara, non videtur ab illorum significatione discedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ⁊. l. non aliter. cum suis simili. ff. de lega. iij. ¶ Ad secundum dico, ⁊ respondeo ꝙ quis
3 † potest post decimum septimum annum constitui procurator ad negotia. c. qui generaliter. §. licet autem. de procura. in. vj. Et sic nō obstaret dicto Benedicti, si forte opponeretur, ꝙ dictus Petrus esset minor vigintiquinque annis, duntamen fuerit maior decem ⁊ septem. ¶ Ad tertium dico, ⁊ respondeo, ꝙ si tempore factarum permutationis ⁊ venditionis vinee, de qua in actis, dicta nobilis Ludouica erat illius domina, seu quasi, ⁊ illā possidebat, dominium seu quasi, ⁊ possessio illius fuerant translate in
4 dictum Benedicti, pro eo † quia tam permutatio, ꝙ venditio sunt contractus habiles ad translationem domini rei permutate, aut vendite, tradita scilicet, per actum verum, vel fictum possessione rei huiusmodi: per ea que habentur in. l. traditionibus. C. de pac. fit autem traditio non solum per actum verum, seu naturalem, sed etiam per actum fictum, seu artificialem, cuiusmodi est constitutum, constitutio precarij, retentio vsusfructus, de quibus per doct. in. d. l. traditionibus. in. l. licet. C. de acqui. pos. in. l. possideri. in prin. ff. eo. tit. ⁊ in. c. ij. de consue. ⁊ quod per cōstitutionem precarij transferatur possessio ciuilis, probatur in. l. ⁊ hec. §. eum qui. ff. de pre. ⁊ in. l. interdum. ⁊ quod ibi Bart. ff. de acqui. pos. ⁊ quod not. docto. in locis proxime allegatis, ⁊ Ange. Are. in. §. actionum. in materia emptionis ⁊ venditionis. institu. de actio. ⁊ Sali. in. l. creditores. versic. quero octauo, ⁊c. vbi etiam de hoc per Bart. C. de pigno. Cum igitur dictus Petrus procurator tempore factarū permutationis, ⁊ venditionis predictarum constituerit se dictā vineam tenere, ⁊ possidere precario nomine dicti Benedicti partim emptoris, ⁊ partim cōpermutatoris, ipse in eū transtulit possessionem ciuilem, ⁊ cōsequenter dominium, seu quasi dicte vinee: quia per dictā constitutionē censetur
5 ficte tradidisse. Nisi † forte dicatur ꝙ istud procederet, si cōstitutio precarij esset facta, non quidem per dictum Petrum procuratorē, ⁊ qui nec dominus nec possessor existebat, sed per dictam nobilem Ludouicam dominam, ⁊ que possidebat. Sed istud non obstat: q̄ cum, vt dixi, idē Petrus haberet mādatum speciale ad permutandum, distrahendum, ⁊ quouis alienationis titu. alienandum omnia bona mobilia, ⁊ immobilia dicte nobilis Ludouice. Et sic hanc vineā censetur ipsa nobilis Ludouica ficte vēdidisse, ⁊ permutasse, ⁊ vere consensisse vēditioni, permutationi, ⁊ traditioni dicte vinee. Pro quo videri poterit. l. si quis prohibuerit. ff. de publi. ⁊ quod per illum text. dicit Franc. de Aret. in. l. j. in fi. prin. ff. de acqui. posses. vbi voluit ꝙ licet cōtractus factus a procuratore, ficte videatur factus a domino, ⁊ non vere, pro eo q̄ aliud est vendere, vel cōtrahere, ⁊ aliud vēdēti, vel cōtrahenti cōsentire. l. si pater. §. fi. ff. de manumis. vindi. tamē ex cōsensu domini procurator alienat, seu vendit, ⁊ ita quamuis dominus vere non contrahat, vere tamen consentit, ꝙ procurator contrahat, ⁊ ideo text. in. d. l. si quis prohibuerit. simpliciter dicit, ꝙ venditio facta a procuratore habente potestatē vendendi, dicitur facta ex voluntate domini: ⁊ sic videtur ꝙ per constitutionē precarij, ⁊ alios actus alias habiles ad translationē possessionis, possit nō solum dominus, sed etiā procurator habens mandatū speciale transferre possessionē, quod etiā videntur supponere, ⁊ velle Bart. Ioan. de Imo. Alex. de Imo. ⁊ docto. in. d. l. j. ff. de acqui. pos. Quod maxime videtur procedere in hoc casu, in quo dicta nobilis Ludouica constituit procuratorem dictum Petrum non solum ad permutandum, ⁊ distrahendum, ⁊ sic ad contrahendum, sed etiam ad quouis alienationis titulo alienādum, quod non fit, nisi sequuta traditione, vel vera vel ficta. Addo ꝙ non solū per actū fictū, potest procurator habēs mandatū speciale transferre possessionē, sed etiā procurator habens

mandatum generale cum libera, secūdum Raph. ꝛ Fran. de Are. in dicta. l. j. in prin. ff. de acqui. pos. quanuis Bar. ꝛ Joan. de Jmol. ꝛ Alexan. in hoc vltimo contra sentiāt. Sed istud nō obstat, quia, vt dixi, dictus Petrus habuit mandatum speciale. Ex predictis patet dictū Benedicti, possedisse a tempore permutationis, ꝛ venditionis predictarum, ꝛ citra. Et hoc ciuiliter, postea vero per ingressuz factum ante mortem dicte domine Ludouice acquisiuit naturalem: ꝛ si antea nullo modo possedisset acquisiuisset vtranqꝫ, ꝛ sic dominium, seu quasi ꝛ possessio dicte vinee transiuerunt in dictum Benedicti ante mortem predicte Ludouice. ¶ Ad quartum dico ꝛ respondeo ꝙ siue rendarij fuerint dictam vineam ingressi, ꝛ in ea aliquid opera ti extiterint post dictas permutationem ꝛ venditionem, ante tamen ingressum factum per dictum Benedicti, siue post dictum ingressum, hoc non nocet huic Benedicti. Et primo quidem nō si ante ingressum, quia cum eo tempore possessio naturalis adhuc esset penes dictam Ludouicaz, ꝛ ipsa, ꝛ illi potuerunt eam ingredi, non etiam si post: quia cum ante hoc fuisset omnis possessio translata in dictum Benedicti, ista pretensa possessio potius fuit turba, ꝛ inquietatio possessionis dicti Benedicti, que propterea nō profuit, nec prodesse potuit dicte nobili Ludouice, ꝛ consequenter nec eius heredibus. Et quidem predicte Ludouice, quia vt apparet per predicta, ipsa antea ꝛ ex suo consensu tenere, ꝛ possidere desierat, ꝛ fuerat possessio acquisita dicto Benedicti, qui propterea vicisset eanden nobilem Ludouicam in possessorio retinende, si contra eum egisset post ingressum illorum rendariorum, vel etiam si ipsa animo vel continuandi possessionem, quod facere non poterat, quia non possidebat, vel possidendi fuisset vineam ingressa, ꝛ in ea actus pretense possessionis peregisset: quia
6 † hec pretensa possessio, vtpote posterior censeretur clandestina, que eidem non suffecisset ad vincendum in possessorio retinende, seu interdicto vti possidetis. c. licet causaz. ꝛ quod ibi docto. de probationi. ꝛ quod volunt docto. in. l. vnica. C. vti possidetis. Paul. de Cast. consil. v. verūc. secundo principaliter, ꝛc. ꝛ consil. clxxviij. exordien. Fundamentū prefati dn̄i vicarij nō est bonū, ꝛc. ¶ Ad quintum dico ꝛ respondeo, ꝙ cum idem Benedicti apprehenderit, ꝛ adeptus extiterit possessionem dicte vinee tempore vite dicte nobilis Ludouice, sibi non nocuerunt, nec nocent postea facta per dictas heredes: illa enim earum pretensa possessio est posterior possessione predicti Benedicti, ꝛ sic clandestina, ꝛ ita vitiosa, ꝛ improba: que ideo non suffragatur eisdem heredibus ad victoriam obtinendam in possessorio retinende: per ea que dixi in precedenti quesito, iuncta. l. improba. C. de acqui. posses. ¶ Ad sextum dico, ꝛ respondeo, ꝙ ꝛ dominium seu quasi, ꝛ possessio spectant ad dictum Benedicti. Que dixerim. ¶ Ad alia quesita que ponuntur extra casum, respondeo, ꝛ primo ad primum ꝙ quatenus predictus Benedic. innititur possessioni, per dictum Benedicti acquisite, vel apprehense tempore vite nobilis Ludouice per constitutionē precarij, vel alias in vim permutationis, ꝛ venditionis factarum per nobilem Petrū de Veteribus procuratorem nobilis Ludouice, debēt heredes eiusdem Ludouice admitti ad opponēdum, ꝛ docēdum de falsitate instrumenti procuratorie potestatis dicti Petri: quia si illud sit falsum, permutatio ꝛ venditio non preiudicarunt dicte nobili Ludouice: Et sic non esset possessio acquisita dicto Benedicti. Et quidem non per constitutionem precarij factam per dictum de Veteribus: quia cum sic non habuisset mandatum, illud facere non potuit. Non etiam per actus possessionis, quos postea, ꝛ vidente dicta nobili Ludouica tunc domina, ꝛ possidente, quia illi vtpote facti ea nesciente, ꝛ sic non consentiente,
7 nullum effectū peperissent: ꝛ ipsatque semel antea possederat, presumeretur possedisse vsque ad mortem, postquam heredes illius hoc allegant. per ea, que notat Barto. in. l. Celsus. ff. de vsucap. docto. in. c. cum ad sedem. de restitu. spolia. ꝛ est decisio Rote. ¶ Ad secūdum dico, ꝙ non est opus producere testamentum, nihil enim ad rem. ¶ Ad tertium dico, ꝛ respondeo, ꝙ cum heredes actrices de quibus ibi, agant, non est opus eas euocare tanquam euictionarias: sed sufficit opponere contra eas de procuratoria potestate data per dictam nobilem Ludouicam de permutatione, venditione, constitutione precarij, apprehensione possessionis realis, actualis ꝛ corporalis, ꝛ cōtinuationis illius, tam in vita, ꝙ post mortem eiusdem nobilis Ludouice, ꝛ ꝙ cum iste pretendant se esse heredes eiusdem no-
8 bilis Ludouice, ipse repelli debent: quia † quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. l. vendicantem. ff. de euictio. Quod autem supposita veritate predicti instrumenti teneantur de euictione, probatur in l. quidam ex parte. ff. de euictio. ꝛ dicta. l. si quis prohibuit. ꝛ quod ibi glos. ff. de publi. ¶ Ad quartum patet responsio, scilicet ꝙ dicte heredes tenerentur de euictione. Non obstat quod not. Bald. in. l. fi. §. ꝛ si prefatam. C. de iur. delib. ver. l. quanuis. ff. de pignorati. actio. quia ꝛ. l. predicta. ꝛ Bald. loquuntur in alio casu, scilicet quando ante traditam, vel apprehensam possessionem, fuisset dominus protestatus se nolle teneri de euictione. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De secundis nupt. ¶ Consilium. ccxxvj.
¶ Epitome.

¶ Vsumfructum secūdo viro Titia legauerat: post cuius viri mortem liberos, quos ex priore matrimonio habebat, instituerat heredes, ꝛ eos quos ille secundus vir, si forte aliam vxorem duceret, esset habiturus. Responsum est, excepta legitima maritum vsufructuarium esse: huius vero omnes liberos simul non plus esse habituros, ꝙ vnus ex Titia testatrice progenitus. V. F.

1 ☞ Legatum non cedit nisi adita per heredem hereditate.
2 Secundi mariti liberis an ꝛ quando plus relinqui possit quam liberis prioris matrimonij.
3 Suos, dictio, in testamento ad quos referatur: ꝛ an simul mater ꝛ sui inuitati censeantur.



Onitur In facto, ꝙ anno Domini, M. cccclxxxvij. ꝛ die xix. mensis Octobris, honesta mulier Ludouica Amblarde tunc vxor, ꝛ persona coniūcta Odoardi Pocheti, habēs duos filios naturales ꝛ legitimos, scilicet Petrum, ꝛ Durandum Bisquarelli, ex eius primo viro predefuncto, fecit, ꝛ condidit eius vltimum ꝛ nuncupatiuum testamentum, in quo legauit prefato Odoardo eius marito vsumfructum omniū, vniuersorum ꝛ singulorum bonorum suorum mobilium, ꝛ immobilium tunc presentium, ꝛ futurorum: ꝛ hoc tam diu, quandiu idem Odoardus vitam duceret in humanis, ꝛ post mortem eiusdem Odoardi heredes suos vniuersales instituit, nominauit, ꝛ esse voluit dictos Petrum, ꝛ Durandum Bisquarelli, ꝛ liberos legitimos prefati Odoardi, casu, quo vxorem duceret, ꝛ legitimos liberos ex legitimo matrimonio susciperet, equis partibus, ꝛ portionibus cum dictis Petro, ꝛ Durādo ipsius testatricis filijs naturalibus, ꝛ legitimis. Que permanens in voluntate huiusmodi, vita functa est, ꝛ ab humanis decessit superstitibus dictis marito, ꝛ filijs. Quesitum est an dictum legatum vsufructus valuerit: dubium facit: † quia tale legatum non cedit, nisi adita here-
1 ditate per heredem. l. vnic. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. l. j. §. j. ff. quando dies lega. cedat. Sed cum dicti Petrus, ꝛ Durandus fuerint heredes instituti post mortem dicti Odoardi, non videntur potuisse adire hereditatem predicte Ludouice eorū matris, nisi post mortē eiusdem Odoardi. Et sic legatum vsufructus deberi incepisset eo tempore, quo finiri debuit: ergo videtur nullū. l. Titio cū moreretur. ff. de vsufruc. Super quo dubio sunt varie opiniones, prout colligi potest ex ijs que not. Bald. in. l. id quod pauperibus. C. de episco. ꝛ cler. Bald. Sal. Alex. de Jmo. do. Jason May. ꝛ alij in. l. extraneum. C. de heredi. instit. Dyn. consil. ix. exord. in Christi nomine: questio talis est: Quidam condidit testamentum, ꝛc. Joan. Andr. in addit. Specu. titu. de pigno. §. fin. versicu. porro vsufructuarius. Angel. in. l. qui filio. in principio. ff. de heredi. instituend. Joan. de Jmol. in. l. hereditas ex die. eodem titulo. in. l. filius a patre. in principio. ff. de liberis ꝛ posthumis. Petr. de Ancha. ꝛ Joan. de Jmo. in. c. fi. de pigno. ꝛ Benedic. de Plumbi. in. l. qui duos. in princ. ff. de manumis. testam. Alexan. de Jmol. in dicta. l. filius a patre. ꝛ consi. lvj. exordien. Habita super narratis in themate opportuna consideratione. in prin. in tertio volu. ꝛ consi. clxij. exord. Circa primum

primum dubium in quo queritur an quoad dimidiã, ꝛc. in secundo volu. Et super quo dubio Dyn. Joan. Andr. Joan. de Jmol. Petr. de Anch. Benedict. de Plumbi. ꝛ Alexand. de Jmol. ꝛ aliquando Angel. videntur voluisse, ꝙ tale legatum, saltem regulariter non valeat, nec peti possit. Sed supposito ꝙ in casu predicto valuerit: pro eo quia in ipso fuerunt heredes instituti filij testatricis, qui propterea debuerunt statim mortua eadẽ testatrice ipsorum matre, habere legitimam sine aliquo onere, ꝛ dilatione temporis. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testam. ipsi filij saltem quantum ad legitimam potuerunt statim adire, quod ꝛ fecerunt, cum mortua matre petierunt maternam hereditatem. Et sic fuit confirmatum legatũ vsusfructus: quod etiam fuit de mente Joan. Andr. in dicta addit. ꝛ Alexand. de Jmol. in dicta. l. extraneum. Et hanc sententiã fuerunt sequuti egregij viri domini Georgius de Sarranis, ꝛ Stephanus Tartili, quos per eorũ laudum lego ordinasse anno Domini M. cccclxxxviij. ꝛ die secunda mensis Aprilis, ꝙ dictus Odoardus esset vsufructuarius, quandiu viueret in humanis duarũ partium, omnium ꝛ singulorum bonorum predicte Ludouice: et ꝙ idem Odoardus tũc traderet, ꝛ expediret dictis Petro, ꝛ Durando tertiam partem omnium ꝛ singulorum bonorum predictorum, ꝛ fructuum a tempore mortis predicte Ludouice citra vsqꝫ, scilicet ad tempus predicte sententie perceptorum: ꝛ hoc citra aliud preiudicium iuris vtriusqꝫ partis, ꝛ maxime si ipse Odoardus liberos haberet. Et etiam citra preiudicium substitutionis facte per quondam Guilielmum maritum secũdum predicte Ludouice. Ve-
2 rum † cum proponatur ꝙ dictus Odoardus post mortẽ predicte Ludouice aliam vxorem duxerit, ex qua suscepit tres liberos: dubitatur an isti debuerint ꝛ debeant succedere prefate quondam Ludouice, vna cum dictis Petro ꝛ Durando, susceptis ex primo matrimonio, quilibet, videlicet pro quinta parte: ꝛ sic ꝙ dicti tres liberi, filij dicti Odoardi, habere debeant tres quintas partes de bonis predicte Ludo. ꝛ Petrus ꝛ Durãdus duas quintas partes iuxta dispositionẽ testamentariã predicte Ludouice: que vt ponitur in facto heredes instituit dictos Petrum ꝛ Durandum, liberos dicti Pocheti, si quos haberet ex vxore postea per eum ducenda. Ad quod respondeo salua reuolutione, ꝛ visione librorum quos hic non habeo, ꝙ dicta quondam Ludouica non potuit plus relinquere dicto Odoardo secundo viro, ꝙ̃ vni ex liberis primi matrimonij, illi videlicet, cui minus. l. hac edictali. C. de secun. nup. Et idem dico de liberis secũdi mariti, scilicet ꝙ illis plus relinquere non potuit, ꝙ̃ vni ex liberis primi matrimonij: quod procedit nõ solum si illi liberi fuerint suscepti ex alia vxore, vt in hoc casu de quo non est dubiũ: pro quo allegasse sufficiat, ꝙ not. Paul. de Castr. in authen. vnde ꝛ si parens. C. de inoffic. testa. Sed etiam quando illi liberi essent suscepti ex secundo viro, ꝛ matre donante, vel relinquente, prout consuluerunt Francis. de Albergo. Joan. de Lignia. ꝛ Richar. de Sanc. quorum consilia ponuntur inter consilia Paul. consil. cclxvij. cclxix. ꝛ. cclxxj. Et quamuis Bald. consuluerit contrarium, ipse tamen succubuit, prout ipsemet fatetur consilio, si menti commendo, ccxxviij. exordien. Quedam domina Nicolina, ꝛc. in quarta parte. Propter quod videtur ꝙ dicta Ludouica non potuerit plus relinquere dictis Odoardo ꝛ tribus liberis, ꝙ̃ vni ex dictis Petro ꝛ Durando, ꝛ sic ꝙ pars relicta dictis tribus liberis incluso vsufructu bessis, seu duarum partium relicto patri, seu valore eius, quem recepit, deberet reduci ad quintam partem: ꝛ ꝙ dicti Petrus ꝛ Durandus ha-
3 berent restantes quatuor partes. Quo vero † ad testamentariam dispositionem factam per primum virum predicte Ludouice, qui legitur in defectum posthumorũ instituisse prefatam Ludouicam, ꝛ suos est magna difficultas, an ex hoc videantur prefati Petrus ꝛ Durãdus inuitati ad hereditatẽ dicti Guil. testatoris, ꝛ an simul, vel ordine successiuo, ꝛ si ordine successiuo, an censeãtur dicte Ludo. substituti in vim vulgaris, aut fideicõmissarie substitutiõis: dubiũ facit primo id quod not. Bart. in. l. ex facto. in prin. ff. ad Trebel. qui videtur voluisse ꝙ verbum, ꝛ suos, debeat in dubio referri ad suos ipsius testatoris. ꝛ hoc quia notarius testamenti loquitur in tertia persona: vt in casu, ꝛ sic cum dictus Guilielmus instituerit Ludouicã, ꝛ suos per illud verbum, ꝛ suos, videtur instituti non sui ipsius Ludouice: cuiusmodi sunt Petrus ꝛ Durandus, sed sui dicti Guilielmi. Sed puto ꝙ mens testatoris fuerit inuitare suos ipsius Ludouice. Et obmissa recitatione opinionum, que solent referri in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. ꝛ posth. dico, ꝙ cum nec Ludouica, nec prefati Petrus ꝛ Durandus essent de descendentibus dicti Guilhelmi testatoris, ipsi ꝛ mater censentur fuisse simul inuitati, dicta videlicet Ludouica pro media parte, ꝛ dicti Petrus, ꝛ Durandus pro alia dimidia: per id quod habetur in. c. Raynutius. de testa. ꝛ quod not. moderni communiter in dicta. l. Gallus. §. quidam recte. ꝛ Alexan. de Jmol. consilio. xiij. vbi videri poterit, in quarta parte iunctis ijs que habentur in. l. interdum. in principio. ff. de heredi. instit. debuerunt igitur ꝛ debent dicti Petrus ꝛ Durandus habere dimidiam partem bonorum dicti Guilielmi, in vim institutionis de eis facte, ꝛ quatuor de quinque partibus alterius dimidie partis, ꝛ omnium aliorum bonorum predicte Ludouice. Que dixerim sub correctione, ꝛc. Et salua reuolutione librorum, quos hic non habeo.

Rubrica, De acquiren. posses. Consilium. ccxxxvij.

Epitome.

Possessionem castri apprehendens iurisdictionis ꝛ districtus eiusdem quasi possessionem apprehendere videtur. V. F.

1 Possidere communem rem quomodo quis dicatur, ꝛ presumatur.
2 Communem hereditatẽ vnus ex fratribus administrans, suo ꝛ aliorum nomine fratrum possidet.
3 Tutor pupilli personam an representet.
4 Castrum quid significet seu importet: ꝛ possessione eius apprehensa quid apprehendatur.
5 Jurisdictio ꝛ dominium in castro quomodo diuerse res sint.

1 Non † Solum possidere censendus est ille, qui rem sibi ꝛ alijs condominis communem possidet, sed etiam ipsi condomini quorum nominibus ille etiam possidet. c. cum venissent. de restitu. spolia. c. si diligẽt. de prescrip. ꝛ. l. quod meo. in prin. ꝛ quod vtrobiqꝫ per scribentes. ff. de acqui. posses. Et non solum censentur prefati condomini possidere eo casu, quo certi sumus vel apparet, ꝙ ille qui rem communem possidet, illam possidet suo, ꝛ condominorum, seu sociorum nominibus, sed etiam vbi hoc non apparet: quia iuris presumptione presumitur possidere nomine suo, ꝛ condominorum, seu sociorum. arg. l. merito. ff. pro soc. quod per illã. l. etiam voluerunt Oldra. Jaco. de Aret. Bart. Bald. Jo. de Jmo. ꝛ Alex. de Jmo. ꝛ moderni. in. l. cõmunis seruus. in princip. super verbo, omnium. ff. de acqui. posses. Dicit enim ibi text. communis seruus etiam si ab vno ex dominis, omnium nomine possideatur, ab omnibus possideri intelligitur vbi docto. prefati, super verbo omnium. addunt, seu subaudiunt, quod in dubio presumitur. Pro quo omnes allegant in argumentum dictam. l. merito. q̃, vt ibi dicitur, non est presumendum in dubio ꝙ quis voluerit occupare alienum, ꝛ sic delinquere. Et idem voluit Franc. de Cur. consi. lxxvj. exordien. Super motiuis redditis, in fauorem communitatis Montisbaracij. versicu. quarta resultat ex premissis cõclusio, ꝛc. vbi etiam allegat ꝛ refert Ang. hoc voluisse in. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habean. ꝛ ex. d. l. communis seruus. iuncta subauditione predicta, ꝛ. l. qui iure. ff. de acqui. pos. decidit Bart. ꝛ
2 post eum alij docto. in. d. l. communis seruus, † ꝙ si plures sint heredes, qui habeant bona communia pro indiuiso, ꝛ vnus solus administrat, ꝛ fructus percipit, dicũtur etiam alij possidere, per predicta: quia iste videtur gessisse iure familiaritatis, ꝛ communi nomine. Supposito igitur citra preiudicium veritatis, ꝙ nobilis ꝛ generosa mulier Ludouica de Agonto, pretensa mater, ꝛ tutrix nobilis Ludouici de Montealbano, filij quondam naturalis ꝛ legitimi nobilis ꝛ potẽtis viri Raymundi de Montealbano, domini sancti Andree, en Beauchane, sola cum dicto eius filio mansisset in dicto castro, ꝛ sola tenuisset dictum castrum, ꝛ alia castra, ꝛ bona dicti quondam do. sancti Andree, ac fructus, ꝛ reuenutas illorum percepisset, seu capi, ꝛ recolligi fecisset: tamen iuris presumptione censetur, ꝛ censeri debet hec omnia fecisse nomine omnium

condominorum, seu sociorum. Et sic non solum nomine predicti Ludouici, & pro eo, sed etiã nomine nobilis, & generose domi. Ysabelle de Montealbano do. sezariste, & alterius eiusdem Ludouici sororum etiam quondam filiarum naturalium & legitimarum dicti quondam domini sancti Andree, quem vtpote illius quondam vxor, & nunc relicta, nõ ignorauit pro tempore, nec ignorat ipsa nobilis Ludouica, fuisse dominum predictorum castrorum, ac iurisdictionis, & territoriorum eorundem, eumq; hec omnia tenuisse, & possedisse tempore vite & mortis, vt & tanq̃ sua, & post hec ab humanis intestatum decessisse superstitibus dictis eius filio, & filiabus naturalibus, & legitimis, que propterea equis partibus eidem successerunt, & succedere debuerunt. auth. de hered. abintest. §. j. colla. ix. & transumptiue in authen. in successione. C. de legi. libe. Ne ergo ipsa nobilis Ludouica premissorum nõ ignara, censeatur voluisse occupare alienum, & delinquere, contra. d. l. merito.
3 ipsa, †que personam dicti nobilis Ludouici representat, per id quod not. gloss. in. l. inter tutores. ff. de administra. tuto. presumitur predicta castra, & alia possedisse, & fructus percepisse nomine omnium sociorum. Et sic non solum nomine predicti Ludouici, sed dictarum eius sororum. ¶ Preterea cum ex ĩjs que eleganter commemorauit & collegit spectabilis vir dominus Joãnes Cit, iurium professor eximius, satis patenter appareat possessionem dicti castri, seu oppidi sancti Andree, fuisse apprehensam non solum nomine predicti nobilis Ludouici, sed etiam nomine dictarum nobilium eius sororum, sequitur etiam possessionem seu quasi iurisdictionis, & territorij eiusdem castri fuisse acquisitam nomine earundem: castrum† enim est nomen
4 designans quandam vniuersitatem, que in se continet iurisdictionem, honorem, districtum, & ius patronatus. c. ex literis. vbi hoc not. Innocen. de iu. patro. Et idem voluit Bald. in. c. j. in prin. de controuer. inuestitu. Oldra. consil. cclij. exordiente, Ad questionem, qua queritur, &c. versic. & princeps concedendo, &c. & Franc. de Are. in. l. possideri. in prin. ff. de acquir. posses. Pro quo facit. l. ij. versi. castrorum territoria. C. de fun. limitro. lib. xj. Certum est etiam & notorium in hac patria Delphinali, q; castra habent territoria, & iurisdictiones, vel ab hominibus, vel de consuetudine sibi annexas. Per apprehensionem igitur, seu acquisitionem possessionis castri, videtur apprehendi, & acquiri possessio, seu quasi territorij, & iurisdictionis eiusdem castri. l. emptor. §. fi. ff. de actio. empti. l. predijs. §. balnea. & §. qui domum. ff. de leg. iij. l. j. §. cum vrbem. cum sequen. ff. de offi. prefect. vrb. & l. Laius. §. j. ff. de lega. ij. Et ita videtur decidisse Jaco. de Belloui. in quadam sua disputatione, prout referunt docto. in. d. l. possideri. Et quanuis Bart. non vsque quaque sequatur predictam determinationem, ipse tamen in dicta. l. possideri. in prin. versi. quero aliquis emit castrum, voluit q; si emerim castrum cum territorio, cui coheret iurisdictio ab eo qui habebat quasi possessionem iurisdictionis castri, & cum ipsius voluntate castrum ingrediar, acquiro omnem iurisdictionẽ. ¶ Pro quo allegat. l. si stillicidij. §. fi. ff. quemadmo. seruit. amit. vbi qui vadit per partem itineris, idest loci vbi erat constituta seruitus itineris, totum dicitur consequi, seu retinere, & sic videtur velle Bart, q; cum concurrit voluntas possidentis, sufficit q; eo sciente & patiente ingrediar. sicut in. l. iij. §. dare. ff. de vsufruc. vbi per apprehensionem rerum dotalium, quis dicitur adipisci quasi possessionẽ iuris incorporalis, vt vsusfructus. Dicit etiã Fran. de Are. in. d. l. possideri. in prin. versi. extra glo. inducitur hic text. ad questionẽ, &c. ibi capiendo primo modo, &c. q; secundum Joan. de Jmo. in tali concessione castri venit dominium, & possessio rerum pertinentium in castro ad ipsum concedentem. quod etiam secundum ipsum Franc. de Are. sentit Barto, vbi supra, & ita etiam expresse secundum eum cõcludit Bal. in c. j. in princip. in vltima quest. de controuer. inuesti. & probatur in. cap. j. vbi etiam Bald. de capita. qui curi. vend. licet
5 † ergo iurisdictio in castro, & dominium ipsius sint due res diuerse, ambo tamen veniunt sub concessione castri, sicut sub nomine curie venit iurisdictio, & dominium rerum, quas quis habet in curia. Cum igitur dictus quondã dominus sancti Andree, tempore eius vite & mortis, haberet & possideret dictum castrum sancti Andree cum eius districtu, & iurisdictione, & ipse abintestato decesserit, et sic censeatur saltem tacita voluntate hec omnia reliquisse dictis eius filio, & filiabus. l. cõficiuntur. in princ. ibi, quoniam creditur paterfamilias sponte sua ĩjs relinquere legitimam hereditatem. ff. de iure codicillo. & l. ĩj. ibi, vel etiã intestati successionẽ contulerint. C. de bon. mater. videtur q; per apprehẽsionem possessionis dicti castri sancti Andree, fuerit etiam apprehẽsa, & acquisita possessio, seu quasi districtus, & iurisdictionis eiusdem castri. quod maxime videtur procedere in hoc casu, in quo secundum glos. in. l. in suis. ff. de libe. & posthu. & in. §. sui. institu. de hered. quali. & differ. in filios continuatur possessio rerum paternarum. Et quanuis aliqui docto. senserint contrarium, magna est tamen authoritas glos. vt colligitur ex ĩjs que not. Jaco. Butrig. in. l. vnica. C. qui pro sua iurisdi. iudic. dare dari ve pos. Bal. in. l. hereditas. C. de posi. & in. l. precibus. C. de impube. & alijs substitution. multas remissiones ponit do. Felin. in. c. j. versic. secundo limita, nisi contra communem opinionem sit authoritas glos. de constitutio. Et saltem deberet procedere, & procedit dictum glos. in possessione rerum feudalium, per id quod voluit Bald. in. l. cum antiquioribus. versic. decimo sic. C. de iure delibe. Ex quibus vna cum alias eleganter allegatis, & inductis per dictum do. Joannem, & quibusdam per me schedulatis, apparet prefatas nobiles Ysabellam & sororem fuisse & esse reintegrandas, seu restituendas in earum possessione castri iurisdictionis, & districtus predictoruz, qua priuate et spoliate extiterunt, propter repulsionem, seu non admissionem factam per dictam nobilem Ludouicam. Et econtra dictam nobilem Ludouicam, tutricem seu prefatum Ludouicum eius filium, vtpote nulla ex parte spoliatum, aut aliqua possessione, seu quasi priuatum nõ fuisse, vel esse reintegrandum. Et ita mihi videtur sub benigna supportatione huius magnifici, et eminentissimi Delphinalis parlamenti.

¶ Rub. Arbitr. tute. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccxxxviij.

¶ Tutor & alij administratores cum libera possunt compromittere in arbitratorem de iure, & de facto; quanuis sic compromittendo censeantur concedere facultatem auferendi de iure pupillorum & aliorum dominorum. V. F.

1 ☞ Donatio in mandato quantumcunq; generali nõ comprehenditur.
2 Arbitramentum quedam transactio est.
3 Restitui non debent impuberes nisi ledantur.
4 Arbitrorum & arbitratorum differentia. & nu. seq.
5 Arbitrium boni viri, non obstante renuntiatione de ea facta, an & quando imploretur.
6 Videbitur & placebit verba arbitrio boni viri temperãtur.
7 Arbitri liquidum vel illiquidum an & quando remittere possint: quia potestas reciproca est.
8 Pactum ex eo sustentatur q; lucrum vel damnum pariter ei imminet.
9 Minori ex accidenti leso an succurratur.
10 Fructus emi an & quando possint quãdiu ipse emptor est victurus.
11 Presumptio pro sententia iudicis & laudo arbitratoris militat.
12 Compromissum in aliqua parte iustum & vtile per aliam partem inutilem vitiari non debet: quia separabile est.
13 Jnseparabile quomodo quid dicatur.
14 Juramentum vim clausule, si non valet quod ago vt ago &c. operatur.
15 Presumptiones tres de instrumentis oriuntur.
16 Jnfirmitas corporis testari & contrahere non impedit.
17 Nonentis mutuum confitentis heres exceptione non numerate pecunie vti non potest.
18 Testis in instrumento supernumerarius eidem contradicens illud non impugnat.
19 Jnstrumenti reprobatio per quos testes & quomodo fieri possit. & nu. seq.
20 Testis se idoneum esse testari nequit.
21 Fit id etiam quod vix fit.
22 Presumuntur libri penes eum adhuc esse, penes quem ante fuerant.
23 Condemnatus ad tradendum an & quando precise compellatur: & quando in eum iuretur in litem.
24 Tutor contumax an & quando suo nomine proprio condemnandus.
Juramentum in litem contra tutores quando deferendum.
25 Variare in intentatione remediorũ iuris an & quando liceat,

ceat, ⁊ illa accumulare.
Contumacis mulctatio non obstante immissione ex pri-
mo decreto.
26 Citari debet pars etiã in causis summarijs visura testes
produci ⁊ iurari.
27 Testes propria manu describi in instrumento non absur-
dum.
28 Ueritatis vis ⁊ robur.
29 Judicis authoritas eludi non debet.



ETiam Si verum sit, ꝙ in manda-
to, quantuncunqꝫ generali
etiam cum libera, vel nunquam, vel non
regulariter veniat ꝙ quis possit donare.
l. contra iuris ciuilis regulas. §. fin. ⁊ l. seq.
ff. de pac. illud tamen certum est, ꝙ tutor ⁊
alij administratores cum libera possunt compromittere in
arbitratorem de iure, ⁊ de facto, quanuis sic compromit-
tendo censeantur concedere facultatem gratis auferendi
de iure pupillorum, ⁊ aliorum dominorum. l. si de meis. §.
recepisse. ff. de arbi. quia ista potestas, non censetur esse gra
tuita, cum ita possit esse vtilis ipsis pupillis, ⁊ alijs domi-
nis, sicut ⁊ damnosa. Et sic tantum possent consequi, quã-
tum ⁊ perdere, non ergo continet grauamen alicuius par-
tis. arg. l. si pater puelle. C. de inof. test. ⁊ l. de fideicõmisso.
C. de transac. Et licet Ange. videatur sensisse contrarium,
in. l. imperatores. ff. de pac. primam tamen partem ⁊ contra
Ange. tenet, licet dubitatiue loquatur, Rapha. Fulgo. in
dicta. l. imperatores. hoc etiam firmat Alex. de Jmo. in. d.
l. de fideicommisso. ⁊ in. l. transactionis. vbi etiam sentiũt
Bar. ⁊ Pau. de Ca. C. de transac. vbi etiam hoc videtur
sentire Ange. in. l. mandato generali. ff. de procura. ⁊ idem
fuit de mente Jo. de Jmo. ⁊ Alex. de Jmo. in. l. cum here-
2 ditas. ff. ad trebel. cum † enim arbitramentum sit quedam
transactio. authen. vt diffe. iud. §. j. iuncta glo. colla. ix. ⁊ tu
tor ⁊ alij legitimi administratores cum libera possint trãsi-
gere. l. preses. ⁊ quod ibi doct. C. de transac. ⁊ quod no. glo.
in. l. pactũ curatoris. C. de pac. possunt consequenter tutor
⁊ administrator huiusmodi cõpromittere in arbitratorẽ.
Pro quo facit, qr etiã hoc facere põt pupillus, vel adultus mi-
nor. xxv. ann. cũ authoritate tutoris, aut curatoris: vt not.
Bar. in. l. si minor. xxv. ann. filiofamilias. §. minores. ff. de
procurta. ⁊ quod not. Ang. Pau. de Cast. Alex. de Jmol.
⁊ do. Jason May. in. l. nam ⁊ postea. §. si minor. ff. de iure-
iur. que si ita se habeãt (imo qr ita se habẽt) potuit nobilis
vir Bernar. de Ceua tutor, ⁊ tutorio noĩe liberorũ ⁊ here
dum Joãnis de Chauerio mercatoris, habitatoris Arela
tis, cõpromittere, ⁊ cõpromittẽdo eligere arbitratores de
⁊ super lite, seu controuersia, quam contra eum tutorio no
mine dictorum liberorum mouerat, ac mouere, ⁊ prosequi
intendebat nobilis ⁊ honorabilis vir, Baptista de Põte,
ciuis Amonis maxime cum cõpromissum huiusmodi fa-
ctum fuerit sub presentia magistratus, ⁊ cũ decreto illius
precedente solenni informatione, per id quod tanꝙ indu-
3 bitatum presupponit Bal. in. d. l. preses. de transac. nec † ex
hoc debuerunt, aut debent dicti liberi impuberes in inte-
grũ restitui, nisi aliter probetur, ⁊ appareat de lesione ipso-
rum impuberum. quod etiam voluit Bart. in. d. l. si minor
vigintiquinqꝫ annis filiofamilias. §. minores. ⁊ in suo
ocnsi. exord. queritur an statutum de compromisso ⁊c. ⁊ se-
quitur Alexand. de Jmo. in. d. l. cum hereditas. Alexan.
de Jmol. ⁊ moder. in. d. l. de fideicommisso. Et licet alias
responderim quibusdam, que prima facie videbantur ob-
stare predicto compromisso, existimaui etiam nunc illis
eisdem quedam alia addendo fore respondendum, ne ma-
gnifici domini mei, quatenus dignabantur eorum magni
ficentie inspicere meas ineptias defatigentur, ⁊ vexentur
decurrendo per multitudinem schedularum. Dico igitur
ꝙ predictis, ⁊ dicto compromisso non obstat. d. l. si minor
vigintiquinqꝫ annis filiofamilias. §. minores. ff. de minor.
Quoniam respondeo ꝙ ille. §. loquitur de compromittẽte
in arbitrũ, in casu vero nostro prefati nobiles Baptista de
Ponte, ⁊ Bernardus tutor predictorum heredum com-
promiserunt etiam in arbitratores, ⁊ amicabiles com-
4 positores, inter † que multum refert pro eo quia sententie
seu laudo prolato ab arbitro, stari oportet. l. diem pro-
ferre. §. stari. ff. de arbit. ⁊ ex eo ꝙ ab illo, vel recurri vel ap-
pellari non potest, censetur apparere lesio, vt notat glos. ⁊
Bart. in. d. §. stari. secus autem est in sententia, seu laudo
arbitratoris: quia ab illa si quid immoderate laudatũ exti

terit potest recurri ad arbitrium boni viri: ⁊ ita potest quo-
dammodo ab ea appellari. iuxta ea que habẽtur in. l. socie-
tatem. §. arbitrorum. ff. pro so. l. non distinguemus. §. cum
quidam. ff. de arbit. ⁊ c. quintauallis. de iureiuran. ob quod
dicit Joan. de Jmol. ⁊ post eum Alexand. de Jmol. in. d. l.
cũ hereditas. ff. ad. Treb. ꝙ lꝫ cõpromittere in arbitrũ, cen
seatur lata culpa, nõ tamen cõpromittere in arbitratorem,
5 etiã in maiore. Preterea † nec predictis etiam obstat, ꝙ di
ctus tutor conuenerit, promiserit, ⁊ etiam iurauerit stare
laudo, ⁊ ab eo non recurrere ad arbitrium boni viri. Quo-
niam respondeo, ꝙ nihilominus potuisset idem tutor ⁊ di
cti impuberes si ⁊ quatenus latum fuisset contra eos lau-
dum iniquum, ab illo recurrere ad arbitrium boni viri, ⁊
petere illud reduci ad arbitrium huiusmodi: vt not. Jnno.
Ostien. Joan. And. ⁊ doct. in. d. c. quintauallis. Jnnoc. vi-
delicet super verbo, iuramentum. versic. nec facio vim. Ost.
vero ⁊ Joan. And. super eodem verbo. versic. nec est etiam
vis facienda. ⁊ Spec. tit. de arbit. §. j. versic. sed pone ꝙ cõ-
promittens, ⁊c. Bar. ⁊ alij in. d. §. arbitrorum. ⁊ scribentes
in. l. cum antea. C. de arbit. huius dicti illa solet ratio assi-
gnari, quia huic conuentioni, seu promissioni inest tacita
conditio, scilicet si arbitrator eque arbitratus extiterit. l. si
libertus. ff. de oper. liber. ⁊ in. d. c. quintauallis. quod etiã
voluit Joan. And. in addit. Spec. tit. de arbit. §. j. versicu.
arbitra. Et vim eandem habet renuntiatio, seu conuẽtio
de non recurrendo ad arbitrium boni viri. arg. l. quero. §.
tutor locatorem. ff. de legat. ⁊ l. quidam cum filium. ff. de
verb. oblig. not. Bart. in. d. l. societatem. §. arbitrorũ. versi.
quero vtrum possit renuntiari. vbi igitur aliter succedit,
hoc est qr arbitrator postea nõ eque, sꝫ inique pronũtiat, seu
laudat, ⁊ partem non moderate, sed immoderate grauat,
potest pars sic grauata recurrere ad arbitrium boni viri.
non est igitur per conuẽtionem, ⁊ renuntiationem huius-
modi sublatum beneficium recursus: nec a pari iudicatur
de compromisso facto in arbitratorem subiunctis conuen-
tione ⁊ renuntiatione huiusmodi, ⁊ de compromisso facto
in arbitrũ: quia in primo casu potest, vt dixi, recurri a lau-
do, si fuerit iniquũ: secus vero in secũdo. sꝫ illi stari oportet.
dicto. §. stari. supposito igitur ꝙ eo ipso quod apparet vel
minores, vel eorum legitimos administratores compro-
misisse in arbitrum, pretendi possit minores esse lesos
propter sublationem facultatis appellandi, vel recur-
rendi a laudo, si fuerit iniquum, non tamen sic possunt
pretẽdi fuisse lesi, si compromiserint in arbitratorem, etiam
subiunctis conuentione ⁊ renuntiatione predictis: quia
per eas non est sublata facultas recurrendi: forte vero op-
ponetur, ꝙ hec responsio non valeat, pro eo quia in dicto
compromisso data legitur facultas dictis arbitratoribus
dandi in parua, ⁊ magna quantitate de iure vnius partis
alteri parti: ⁊ ꝙ propterea videtur sublata facultas recur-
rendi ad arbitrium boni viri, etiam si arbitratores grauas-
sent in magna quantitate, ⁊ ꝙ ob hoc appareant lesi, ex eo
solo quia est data facultas dandi in magna quantitate.
Sed istud non obstat: tum quia non est eis simpliciter da-
ta potestas dandi de iure vnius partis alteri parti in ma-
6 gna ⁊ parua quantitate: sed † prout eis videretur, ⁊ place-
ret: que verba sonant in arbitrium boni viri. l. fideicom-
missa. §. ꝙꝙ. ff. de le. iij. ⁊ l. Thais ancilla. §. sorore. ff. de fi-
deicomis. libe. De verbo videbitur ꝙ illud importet arbi-
trium boni viri: not. Bart. ⁊ doct. in. l. si sic. ff. de leg. j. idem
Bar. in. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. ⁊ Ang. Aret. in. §. in
bonefidei. insti. de act. de verbo vero placebit, ponit Joan.
de Jm. in. l. illa institutio. versi. istud etiã verbum, placebit.
ff. de hered. instit. ⁊ de vtroqꝫ verbo ponit Pet. de Anch.
7 cons. lxxxiij. exor. Dña Azolina in suo testõ, ⁊c. bonus † aũt
vir nõ erat arbitraturus, ꝙ ipsi dare deberẽt, aut possent in
magna quantitate de iure liqdo vnius partis, nec hoc po-
terãt facere dicti arbitratores: p id qđ no. Ro. in repe. rub.
de arbi. versi. reuertendo ad propositum, ⁊c. vbi dicit esse
magnam differentiam inter verba importantia arbitrium
boni viri, ⁊ liberam volũtatem, ⁊ ita sentiunt docto. in. d.
§. arbitrorum. ⁊ in. c. quintauallis. ⁊ Dyn. in regu. scienti.
de regu. iur. in. vj. ⁊ consilio. xix. exordiente. Tholomeus
manentis ciuis Senensis, quo vero ad ius non liquidum
videntur hoc facere potuisse: quia tutor ⁊ curator hoc face
re possunt. per id quod not. glo. in dicta. l. contra iuris ciui-
lis regulas. §. fina. ⁊ quod ibi Ange. ff. de pact. ⁊ sequitur
Alexand. de Jmol. in. l. pactum curatoris. C. de pac. Tum
etiam non obstat predicta obiectio, quia illud pactum vt
supra, siue potestas de eundo, ⁊c. fuit reciproca: quia quem-

admodum pretendi potest datam fuisse potestatem dandi in magna quantitate de iure predictorum impuberum ipsi
8 nobili de Ponte, ita & econtra. Et † sic se habere poterat hoc pactum ad lucrum, & damnum, & propterea videtur valuisse. Et quod ex hoc solo dici non potuerint predicti impuberes fuisse lesi, per id quod habetur in dicta. l. in fideicommisso. & quod ibi Bald. Paul. de Cast. & Moder. C. de transac. & in allegata. l. si pater puelle. & quod ibi per doct. C. de inoffi. testa. Probatur enim in dicta. l. de fideicommisso quod valeat pactum, seu transactio facta per minorem super remissione fideicõmissi reciproci, & quod minor tanquam lesus in integrum restitui non debeat, si postea contingat fideicommissum huiusmodi, seu substitutionem sibi locum vendicare in personam ipsius: quia hanc pretensam lesionem debet minor compensare cum vtilitate, quam cõsequi poterat, & ita propter dubium euentum non reputatur transactio dãnosa quanuis sequuto hoc euentu, dãnosa videatur. Et hoc vt dixi not. ibi docto. quod etiam voluit Bald. in. l. cum Archimedorum. C. vt in posses. legat. vbi etiam dicit dictam. l. de fideicommisso, esse ad hoc singularem, quanuis concordet dicta. l. si pater puelle. & quod ibi domi. Jason May. & l. si a lege. C. de vsur. Probatur
9 igitur in dicta. l. de fideicommisso. versi. & non potest, quod † nõ succurritur minori, quando leditur ex accidenti, sed tunc demum, quando lesio resultat, ex solo contractu: pro quo facit. l. verum. §. item non restituitur. ff. de minori. & l. non videtur. C. de in integ. restitu. mino. hoc etiam voluit Oldra. consil. ccvij. exordien. Uniuersis presentes literas inspecturis. versi. preterea hoc nihil aliud est. vbi dicit, quod in persona etiam alias restituibili euentus damni restitutionem non indulget, sed inconsulta facilitas: pro quo allegat dictam. l. verum. §. sciendum. & seq. ad premissa etiam
10 facit † decisio questionis, quam ponit Oldra. in dicto cõsilio, & quam commemorat Cyn. & multi alij in dicta. l. si pater. Pau. de Cast. & domi. Jason May. multas ponens remissiones in. d. l. de fideicommisso. & Lauren. de Rodul. in repeti. c. consuluit. in secunda parte. qõ. xv. de vsu. & alij in alijs locis, de eo qui pro certo pretio emit ab ecclesia redditus fundi pro toto tempore vite sui ipsius emptoris: vbi voluit Oldra. & sequuntur docto. communiter, quod si postea contingat hunc emptorem tanto tempore viuere quod percipiat fructus ad valorem longe maiorem, quam sit pretium conuentum, non tamen tenetur in foro conscientie aliquid restituere, quasi fuerit lucrũ vsurariũ. Et hoc pro eo quod econtra idẽ emptor potuit mori primo anno, & sic pactum fuit iustum: quia se habuit ad lucrũ, & damnum. c. in ciuitate. de vsuris. Ecce quod ecclesia, que regulariter cõparatur minori, non solum nõ dicit lesa ex eo quod sic contraxit, sed nec si postea iste emptor tanto tempore vixerit, quod fructus per eum percepti ascendant ad longe maiorem valorem, quam pretium. &c. nisi forte fuisset verisimile tempore venditionis, quod emptor, erat multum victurus: vt quia forte erat iuuenis, & fructus percepturus qui ascenderent ad longe maiorem, &c. Ergo a simili licet prefatus tutor dederit facultatem predictis arbitratoribus dandi de iure dictorum impuberum, & in parua & in magna quantitate: quia tamen illam eandem facultatem dandi de iure suo etiam eis dedit dictus nobilis de Ponte, non potuerunt, nec possunt dici lesi predicti impuberes, etiam si postea casualiter euenisset, seu contigisset, quod dicti arbitratores dedissent eidem nobili Baptiste in magna quantitate de bonis dictorum impuberum, & vel maxime, vel saltem non debuerunt, vel debent dici lesi ex sola concessione predicte facultatis, hoc est si postea de eorũ pretenso iure non solũ non in magna quantitate, quinimo nec in parua fuerit aliquid ipsi nobili Baptiste per dictos arbitratores vel datũ, vel donatum prout nec est, nec fuisse factum apparuit, seu etiam quomodolibet apparebit. & vt videtur, si pretendebantur ipsi impuberes lesi per dictos arbitratores, eis incumbebat, & incumbit huius lesiõis probatio: quia dicti arbitratores pre-
11 sumuntur iuste, & ex iusta causa processisse. Et † quemadmodum presumitur pro sententia iudicis, ita & pro laudo arbitratoris. Et hoc vltimũ voluit Dyn. in. d. consil. xiij. exord. Ptholomeus manentis, &c. quem sequitur Joan. An. in addit. Spec. tit. de arbit. §. sequitur, in addit. incip. Dy. in regula, &c. pro quo allegat. l. ab ea parte. ff. de probat. & in. l. j. cum ibi not. C. de fide instrum. & iure haste fisc. lib. x. & l. sciendum. ff. de verbor. oblig. Joan. de Jmol. in. c. in presentia. de renuntiat. dicens quod ei qui dicit laudum esse nullum, vel iniquum incumbit onus probandi. l. eum qui. cum suis similib. ff. de probat. & quanuis Ant. de Butr. & Panor. in. c. quoniam contra falsam. de probat. videantur velle, quod hoc procedat eo casu, quo non pendet reclamatio, seu recursus: hoc tamẽ non noceret dicto nobili de Ponte: quia in casu de quo loquimur, non reclamauit, vel recurrit dictus tutor, sed potius post habitam deliberationem ratificauit, & approbauit laudum etiam cum iuramẽto, &c. quanuis postea non factus de Saule Paulus conatus extiterit impugnare compromissum, & laudum prementionatum. Dyn. etiam Joan. And. & Joan. de Jmola in locis predictis, loquuntur eo casu, quo pendet reclamatio. Preterea esto vt citra preiudicium veritatis premissa cessent, & quod dictus Bernardus tutor nõ potuerit, aut de iure debuerit dare facultatem dictis arbitratoribus dandi de iure dictorũ impuberum in magna quantitate, nec renuntiare recursui ad arbitrium boni viri, & consequenter quod ex eo solo, quia contrarium fecit, predicti impuberes possent censeri lesi, aut grauati, potuit tamen compromittere in nobiles viros Simonem Uillo, & Benedictum Grasii, &
12 eos, vt iã dixi, eligere in arbitratores. Ex quo infertur, † quod licet predicti impuberes, potuissent, aut possent petere se restitui aduersus predictum compromissum, quatenus in eo data est dicta facultas, & renuntiatum recursui ad arbitrium boni viri, seu verius aduersus dationem & renuntiationem huiusmodi, non tamen aduersus compromissum, nec laudum inde sequutum quatenus fuit iustum, & eque per dictos arbitratores collatũ: quia cõpromissum potuit & potest esse sine concessione huiuscemodi facultatis, & renuntiatione recursus ad arbitriũ boni viri. Et hec possunt a compromisso separari: non debuit ergo compromissum, vtpote quid vtile, nec iustum vel equum laudum per alia pretẽsa inutilia vitiari. l. j. §. Trebatius. ff. de aqua quoti. & esti. l. sancimus. C. de donat. c. dilectus. el. j. de preben. & regula, vtile: & quod ibi glos. ponens multas concordantias, de regul. iur. in. vj. vbi etiam de hoc per Dyn. & Philip. de Franc. per Cyn. in. d. l. sancimus. Bart. & doct. in. l. Grece. §. illud. ff. de fideiusso. de hoc etiam not. Angelus, Franc. de Aret. & Alex. de Jmol. & alij in. l. j. §. sed & mihi. ff. de ver. ob. qui magis cõmuniter videntur in hoc residere, quod in separabilibus non vitiatur vtile per inutile. Et si qui sint, qui in aliquo aliter dicant, aut soluant brocardicum, ex nullius tamen dicto colligitur, quod in casu nostro debuerit compromissum vitiari, propter concessionem facultatis dandi de iure, &c. & renuntiationem recursus ad arbitrium boni viri, quas concessionem & renuntiationem tanquam quedam pretensa inutilia, si tamen & quatenus talia dicenda sint, certum est posse separari a compromisso facto in arbitratores. Pro quo si placet, videatur Barto. in dicta. l. Grece. §. illud. Ange. & Alexan. de Jmo. in allegata lege. j. §. sed & si mihi. post Jaco. Butrig. in. l. pecunie feneb ris. ff. de vsuris. ponentes quatuor modos, quibus
13 aliquid dicitur inseparabile ab alio. Primo enim † dicitur inseparabile natura. d. l. j. §. item queritur. ff. de aqua quoti. & esti. Secundo ratione necessarie dependentie. l. j. & ij. ff. de pec. vbi dicitur quod si testator mihi legauerit Stichũ seruũ cum peculio pereunte Sticho vitiatur legatum peculij: quia cum testator per dictionem, cum, denotauerit, quod volebat peculiũ esse quid accessorium ipsi Sticho, merito sublato principali vitiatur accessorium. Tertio ratione voluntatis disponentis. l. pedius. ff. de arbitr. ibi enim disponentes voluerunt laudari per Stichum seruũ, & Titium liberum: quia non videntur confisi de Titio libero tantum, cum non valeat in seruo, non valet etiam in libero. Quarto ratione forme, cuius exẽplum ponitur in obligatione fideiussoria d. l. Grece. §. illud. Non igitur propter concessionem predicte facultatis, & renuntiationem recursus, vbi & quatenus pretendi possent inutiles, aut fieri non potuisse per tutorem, debuit aut debet vitiari compromissum factũ in dictos nobiles Sarotũ, & Benedictũ Grassi. ad quod bene facit. d. c. dilectus. vbi dicit Papa, nos facto legati illicito reprobato, quod est licitum approbamus. Ad premissa etiã bene facit id quod presupponũt canon. in. d. c. quintanallis. de iureiuran. Bart. & alij in. d. l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. doct. in. d. l. cum antea. C. de arbit. Dyn. in dicto consi. xiij. exordiente, Ptholomeus manẽtis. & alij in alijs locis, in questione qua querũt, vtrũ per pactũ possit tolli potestas recurrẽdi ad arbitriũ boni viri: vt verbi gratia, quod data facultas arbitratori dãdi de iure vnius partis in parua & magna & maxima quantitate, vel etiam in totũ, vel quod possit facere quicquid voluerit, dando

dando sibi liberã & plenissimam facultatem: omnes enim presupponentes compromissum valere, disputant de validitate ipsius conventionis, seu pacti, an vcz per ipsum sit sublata facultas recurrendi, si postea subsequatur vel enormis, vel enormissima lesio. Preterea iuramentum † positũ in dispositione regulariter operatur, vim clausule, si non valet ꝙ ago, vt ago, valeat vt valere potest. l. cum pater. §. filius matrem. & quod ibi Bart. & docto. ff. de leg. ij. & quod no. Bart. in. l. si quis pro eo. versi. septimo prohibetur. ff. de fideiusso. Joan. de Jmol. in sua solenni repetitione. c. cũ contingat. versi. nunc restat descendere ad sextum. de iureiuran. Cum igitur fuerit iuramentum appositum in compromisso facto per dictos nobiles de Ponte, & de Ceva, illud operatum est vim clausule, si non valet quod ago, vt ago, &c. Supposito igitur citra preiudicium veritatis, ꝙ dictus tutor non potuisset compromittere in arbitratores cum facultate dandi de iure impuberum in magna quantitate, & renuntiare recursui ad arbitrium boni viri, & sic valere non potuisset compromissum, vt factum est, hoc est cũ adiectione facultatis, debuit tamen & debet valere, vt valere potest. Et sic perinde acsi illa duo non fuissent apposita. Ex quibus infertur dictos impuberes non debuisse absolute, vel indistincte absolui adversus compromissum sed cum distinctione, scilicet quatenus in eo fuerat data facultas dandi de iure impuberum in magna quantitate, & renuntiatum recursui. Sequitur etiam dictos impuberes non debuisse absolute, seu indistincte restitui adversus laudum, sed duntaxat quatenus apparuerunt, si tamen apparuissent, prout non apparuerunt immoderate lesi, seu gravati: sequitur insuper ꝙ cum, vt superius dixi, presumendum esset pro iustitia laudi, vel saltem cum per publicũ instrumẽtum apparuerit de debito duorum millium, & quingentorum scutorum, & ita negari non potest quin laudum predictum saltem valuerit vsqꝫ ad illam summam, non debuerunt, nec de iure potuerunt dicti impuberes absolui ab impetitis: hoc est a florenis tricentis parte dicti nobilis de Ponte in prima instantia petitis. Si enim lato predicto laudo predicti impuberes, aut pro eis dictus eorum tutor ab illo recurrisset ad arbitrium boni viri, ille etiam nõ edocto de alio iure dicti nobilis de Ponte nihil aliud potuisset, nisi reducere hoc laudum ad arbitrium boni viri, & reducendo illud confirmasset vsqꝫ ad debitum, de quo fuisset facta sibi fides & quo ad residuum rescidisset. Si igitur fides facta extiterit, imo quia facta est p publicum instrumentum de debito duorum millium, & quingentorum scutorum, miror ꝙ adversus compromissum & laudum fuerunt dicti impuberes absolute, & indistincte restituti, & deinde ab impetitis absoluti. ¶ Verum quanuis prefatus tutor conatus extiterit impugnare predictum instrumentum, & confessionem de qua in eo, huiuscemodi tamen pretense impugnationes, non procedunt: prout profecto & vere & eleganter visus est mihi ostendisse spectabilis vir dominus Melchion Segnirani, iurium professor eximius. cuius motiva non transcribam, & ad que & tam predicta quam sequẽtia attendant, si placet, magnificentie dominorum meorũ, ne minus debite tale & tantum damnum incurrat dictus nobilis Baptista, vere, & profecto vere longe alius & maioris probitatis, quam sibi huculqꝫ persuaserint eorum magnificentie, forte & sine forte circũvente malis suggestionibus improborum, redeundo ad id quod dicere ceperam de dicto instrumento, & pauca addendo scriptis per dictum domi. Segnirani, dico ꝙ vt dicit Bald. consilio. xlij. exordiente, Ad evidentiam est premittẽdum. & consilio. ccxxxvij. exordien. proponitur ꝙ celebratus fuit quidam contractus, &c. in prima parte, & in quodam alio cõsilio extravaganti exordiente, A vendidit, & tradidit certas possessiones, &c. ex † instrumento oriuntur tres presumptiones, scilicet ꝙ sit verum, ꝙ sit solenne, & ꝙ sit conscriptum de mandato cõtrahẽtium. Primum probatur in. l. cum precibus. C. de proba. c. ad audientiam. de prescript. c. illud. de presump. cum multis si milib. Secundum probatur in. l. sciendum. cum sua materia. ff. de verbor. obligat. & tertium per ea que not. in authen. de tabellio. §. nos vero. alias nos autem. colla. iiij. Et supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ presumptiones huiusmodi reciperent, vel contrarias probationes, vel etiam presumptiones, nihil tamẽ videtur fuisse propositum: & probatum parte dictorum impuberum, ꝙ refragetur, seu officiat instrumento, & confessioni superius mentionatis, seu intentioni dicti nobilis Baptiste. Et primo quidem non id quod ex adverso

14 (margin, at "mis, vel enormissima lesio")

15 (margin, at "tas possessiones")

pretenditur, scilicet ꝙ dictus de Chavario, tempore facte confessionis, de qua in dicto instrumento, & antea laborabat, & laboraverat in extremis. Quoniã † certum est, ꝙ non solum sani corpore, sed etiam in infirmitate constituti, possunt contrahere, testari, & de eorum bonis disponere. Testari quidem, vt probatur in. l. senium. C. qui testa. fac. pos. & l. qui manus. ff. de testamen. Contrahere vero, vt probatur in. l. sanum. C. de transact. & l. Seia. §. fi. versic. in extremis vite constitutus. ff. de donat. causa mort. per quem text. dicit Bald. in. c. quoniam frequenter. versic. quero, &c. vt lite non contest. ꝙ contractus possunt fieri vsqꝫ ad vltimum vite spiritum. dicit etiam idem Bald. de pace Constan. §. vasalli nostri. versic. fin. ꝙ † si moriens confessus fuerit se mutuum, aut dotem recepisse, non poterit eius heres opponere exceptionem non numerate pecunie: quia moriens nõ expectat futurã numerationẽ. pro quo allegat gl. quam dicit singularem, in. l. j. C. de fal. causa adiec. leg. Supposito igitur citra preiudicium veritatis, ꝙ tempore confessionis prementionate dictus de Chavario fuisset vel multum infirmus, vel etiam in extremis constitutus, potuit nihilominus efficaciter contrahere, vel confiteri se habuisse, & recepisse de pecunijs dicti nobilis Baptiste summam predictam duorum millium & quingentorum scutorum, & alia de quibus in dicto instrumento. Et quanuis opponatur, ꝙ nec tempore cõfessionis huiusmodi, nec antea, per duos vel tres dies, idcꝫ de Chavario loquebatur articulate, seu intelligibiliter, hoc tamẽ vel maxime, vel saltem non probat, ꝙ tempore facte confessionis huiusmodi non loqueretur articulate, seu intelligibiliter. Et quidem non per depositionẽ illius Trophimi Jacobi conraterij, testis instrumentarij, ea maxime ratione: quia † quanuis idem Trophimus fuerit testis instrumentarius, ipse tamen fuit supernumerarius: cũ vltra & preter eum fuerunt, & sint quatuor testes instrumentarij: nec eius contradictio non impugnat instrumentum, secundum sententiam cõmuniter approbatã per scribentes in. l. j. §. si quis neget. ff. quemadmo. testamen. apper. in. l. in exercendis. C. de fide instrumen. & in c. cum Joannes eremita eod. tit. de quo per aliquos in. c. tertio loco. de probat. non etiam per alios testes: quia nullus ex testibus huiusmodi deponit se fuisse presentem tempore facte confessionis per dictum de Chavario. nec est aliquis qui deposuerit, aut dixerit se etiã deponere, seu dicere potuerit eundem de Chavario non sic fuisse confessum. Et ita nulli ex testibus huiusmodi concludenter, & necessario deponunt eundem de Chavario nõ fuisse confessum, & recognovisse ea de quibus in dicto instrumẽto: quod tamen erat necessarium ad impugnationem: non igitur probant, nec probare possunt de directo contrarium eius quod continetur in dicto instrumento, scilicet ꝙ dictus de Chavario non fuerit confessus, vel alias non voluerit id de quo in dicto instrumento: quia quemadmodum instrumẽtum impugnatum non iuvatur, vel defenditur, nisi vel per in eo testes descriptos, vel non descriptos, eos videlicet qui interfuerunt actui, de quo in instrumento, prout satis sentiunt doct. in locis preallegatis: ita nec impugnatur directa impugnatione, nisi per eos qui presentes extiterũt, deponentes scilicet vel nihil, vel non sic actum prout dicitur in instrumento: non etiam probant aliquid quod per indirectum faciat contra dictum instrumentum, & contenta in eo, scilicet vel absentiam contrahentium, aut alterius eorundem, seu etiam alicuius ex testibus in dicto instrumẽto descriptis: quia nec aliquis de hoc deponit. Preterea † reprobatio instrumenti fieri non potest, nisi per testes multum idoneos, & omni exceptione maiores: signanter si non sint de descriptis in instrumẽto. l. optimã. C. de cõtrahen. & committen. stipul. & quod not. Bart. & doc. in. d. §. si quis neget. & Bald. in. d. c. tertio loco. nec videtur sufficere ꝙ testes huiusmodi sint multum idonei, & omni exceptione maiores, sed opus est ꝙ de hoc articuletur, & probetur in d. l. optimam. secundum Ang. qui ita not. in. d. l. j. §. si quis neget. & sequitur Alexand. de Jmo. consil. xliij. in. iiij. vol. & Ang. Aret. in. §. item verborum. institut. de inuti. stipul. & est de mente Ang. in authen. de hered. & falcid. §. hinc nobis. coll. j. & Bar. in. d. §. si quis neget. Pro quo facit quod not. idem Bart. in. l. ad monendi. versic. venio ad tertiũ, &c. ff. de iureiuran. & quod consuluit Alexand. de Jmo. consi. lxiiij. exord. Viso themate. ad fin. in primo vol. vbi voluit, † ꝙ quando lex requirit testem idoneum, non creditur verbis ipsius testis, asserentis se idoneum, nisi aliter probetur: quia qualitas requisita, debet deduci, & probari: vt voluit

Bar.in.l.j.§.j.ff.ne quis in loco publico.⁊ in.l.Fulcinius.
§.j.ff.ex quib.caus.in possess.eatur.c.Pisanis.⁊ quod ibi
Panor.de restitut.spol.⁊ quod not.Panor.in.c.abbas.
quod met.causa.Quo fit vt cum non fuerit probatum,qui-
nimo nec articulatum testes parte dictorum heredum in
hac causa productos ad impugnationem predicti instru-
menti, esse optime opinionis,vel omni exceptiõe maiores,
illi non impugnant predictum instrumentum. inter quos
etiam,si bene attendantur eorum dicta, sunt multe cõtra-
rietates.sunt etiam multi qui nitũtur astruere negatiuam
non opportune coarctatã, vt verbi gratia, qui dicunt hunc
de Chauario non fuisse confessum peccata, ⁊c. vel stetisse
aut per triduum, vel duos dies absq̃ loquela, ⁊ sic dicen-
tibus illis non esse loquutum,qui propterea sunt de falso
suspecti.c.cũ ecclesia Sutrina. ⁊ quod ibi Panor. de cau.
posses. ⁊ proprietat. quinimo incurrunt falsum secundum
Ang.in.l.Lucius.ff.de his qui not.infa.l.testium.C.de te-
stib.⁊.l.si per alium.ff. ne quis eum. quia huiuscemodi ne-
gatiuam non coarctatam, vel non opportune coarctatam
videre non potest testis: sunt etiam Judei,sunt mulieres ⁊
alij homines simplices,qui forte,imo puto sine forte parũ
intelligebant vulgare Januensium:⁊ ideo non mirum si se-
cuta alteratione,seu infirmitate dicti de Chauario etiam
non ea,de qua articulauit dictus tutor: prefati testes,non
perfecte eundem intelligebant, qui etiam ea sola ratione,
non probãt:quia nõ actũ a sensu,sed sensum ab actu remo-
uenti:per id quod not.Bald.in.l.j.vbi etiã Alex.de Jmol.
C.de bon. pos. contra tab. Sunt etiam multi ex predictis
testibus deponentes ꝙ vix loquebatur intelligibiliter. ex
21 quo sequitur ꝙ loquebatur:quia † id fit, quod vix fit.l.vix
ex certis.ff.de iud. Preterea vbi pretendi posset testes pre-
dictos, aut eorum aliquos aliquid probasse contra predi-
ctum instrumentum,ista probatio dici non posset, nisi pre-
sumptiua: postq̃, vt predixi, nemo de tunc presentibus,
excepto illo Trophimo deposuit confessionem ⁊ alia, de
quibus in dicto instrumẽto non esse factas vel non sic esse
factas,prout inibi describitur.nemo etiam deposuit, ꝙ eo
tempore, vel partes aut eorũ altera, aut aliquis ex testibus
in dicto instrumento descriptis alibi existerent.Quo fit vt
cum non solum notarius, qui per omnes probatur fuisse,
⁊ esse bonus,legalis,⁊ fidelis notarius,⁊ sine quacunq̃ su-
spicione sinistri seu fraudis, sed etiam quatuor testes in-
strumentarij,⁊ qui presentes extiterunt confessioni ⁊ alijs
predictis potius stari debeat huic vere ⁊ naturali proba-
tioni,q̃ illi presumptiue.non enim articulatum est,ꝙ ante
tempus cõfessionis iste de Chauario fuisset mortuus, aut
prius loquelam perdidisset, aut talis fuisset effectus, qui
nullo modo potuerit verbum exprimere,siue loqui tempo-
re facte confessionis.Possent ⁊ alia multa dici pro defen-
sione dicti instrumenti, ⁊ impugnatione dictorum preten-
sorum testium. Sed quia, vt predixi, de hoc fuit alibi ple-
nissime scriptũ,ego vlterius super hoc non insisto. ¶ Ce-
terum supposito citra preiudiciũ veritatis, ꝙ eidem instru-
mento,nulla fides debuisset, aut deberet adhiberi, adhuc
dico hunc nobilem Baptistam fuisse, ⁊ fouere legitimam
causam,⁊ de eius intẽtione plenissime apparere per libros
rationum,per dictum de Chauario cum viueret,cõfectos:
⁊ parte eiusdẽ nobilis de Ponte in hac causa sepius exhi-
beri postulatos,qui si aliquando exhibiti extiterint, vide-
bunt,⁊ cognoscent qua vel probitate, vel improbitate pre-
tenderit,⁊ pretẽdat idem nobilis Baptista sibi deberi non
solum eam summam de qua in clamore parte ipsius,expo-
sito coram magnifico domino presidenti camere rationum
⁊c.vel eam de qua in dicto instrumento:sed illam ipsam de
qua pronuntiarunt, ⁊ laudarunt prefati nobiles Simon
Gusllo,⁊ Benedictus Grassi,qui visa ⁊ calculata ratione,
hoc est opportune ⁊ diligenter inspectis sub presentia pre-
sidiali expensis ⁊ receptis repererunt in eisdem ipsis libris
rationum ipsum de Chauario,⁊ consequenter eius here-
des remãsisse debitores dicti nobilis Baptiste in illa sum-
ma de qua dicti arbitratores leguntur pronuntiasse,⁊ lau-
dasse,etiam non imputatis duobus mille ⁊ quingẽtis scu-
tis,de quib⁹ in dicto instrumẽto. Et hinc fuit ꝙ dicti arbi-
tratores volẽtes prouidere prefatis impuberibus ne idẽ Ba-
ptista petere posset,⁊ eã summã de qua laudarunt ⁊ de qua
eisdem apperet per dictos libros,⁊ dicta duo mille ⁊.ccccc.
scuta adiecerũt,quamuis obscure,aut saltem nõ multũ cla-
re,ꝙ de summa duorum millium ⁊ quingentorum scuto-
rum,vel pars existeret illius summe, de qua laudum pro-
tulerunt:Et hinc puto existimasse prefatos magistros do-
minos meos dictum videlicet domi. presidentem primo,
⁊ postea domi.magistros rationales, ꝙ per libros predi-
ctos,⁊ pro pluri dato quam recepto non appareret,nisi de
summa,cui ad perficiendum, ⁊ integrandum summam de
qua in laudo,opus esset adijcere summam duorum milliũ
⁊ quingentorum scutorum,quod,vt iam dixi, nõ est ita:nõ
ergo sine causa toties requisiuit, ⁊ institit idem nobilis de
Ponte, super exhibitione predictorum librorum, ⁊ super
qua prefati magnifici domini mei,magnus presidens,⁊ ma
gistri rationales,tulerunt contra dictũ de Chauario duas
22 ordinationes,⁊ quidem sancte ⁊ iuste.Cum † enim libri pre
dicti probẽtur tam depositionibus testium in hac causa
productorum, quam etiam per inuentarium per eundem
tutorẽ confectum ⁊ denuo per eundem in hac causa exhibi
tum ⁊ productum,fuisse penes eum, illi presumuntur pe-
nes eum adhuc existere:per ea que not.glo.⁊ docto. in.l. nõ
ignorabit.C.ad exhibend. ⁊ presertim cum ratione oficij
teneretur,⁊ teneatur ad eorum custodiam.l.chirographis.
ff.de administra.tuto.Pro quo bene facit. l. si quis ex ar-
gentarijs.§.prohibet.de edend.⁊ quod ibi Alex. de Jmol.
super glo.in verbo in longinquo.versicu. in ea.ibi.Item
potest.⁊ Petrus de Ancha.consilio.cccxvij.exordien. In
causa que vertitur inter Jacobum,⁊c. quod procedit non
solum in actore,sed etiam in reo,per ea que plene no.Bar.
⁊ post eum alij scribentes in.l.in illa.vbi Alexan.de Jmol.
ponit multas remissiones.ff.de verbo.obliga. ⁊ in reo lo-
quitur expresse Petrus de Anchar.in dicto consilio. Et
cum amissio librorum huiusmodi probata non extiterit,
sancte ⁊ iuste processerunt dicti magnifici domini dũ ordi-
narunt,⁊ quidem pluries,libros predictos fore per dictum
de Leua exhibendos,⁊ quorum ordinationes non solum
transiuerunt in rem iudicatam,sed etiam facta est alia or-
dinatio,per quam dictũ est ordinationes huiusmodi suũ
debere sortiri effectum.Et deinde in exequutionem ordi-
nationũ decreti huiusmodi,fuit idem de Leua mulctatus,
⁊ quidẽ non solum semel sed iterum ⁊ iterum,vsq̃ ad sex-
centas Marchas inclusiue,nec tamen paruit,nec aliquam
non dixerim vere iustam,sed nec habentem qualemcunq̃
apparẽtiam.ad quod profecto,si non desipio, debuerunt,
⁊ debent attendere,⁊ tales ⁊ tanti viri debuerũt inquam,
non tantum contra ipsum de Leua proprio nomine, ipsi
nobili Baptiste deferre iuramentum in litem,ratione hu-
ius contumacie per iura ⁊ rationes alias allegatas in sche-
dula exordiente,Existimo si me nõ fallat memoria : ⁊ per
notabiles additiones ibi descriptas,quas non repeto, ne
pretermodũ dictos magnificos dominos meos afficiam.
Sed etiam dictas ordinationes exequi, ⁊ precise cogere
ad exhibendum dictos libros.argumento eorum que ele-
ganter not.Ange.in.l.qui restituere.ff. de reiuendic. vbi ex
illis verbis,hec sententia generalis est, dat conclusionem
23 generalem limitantẽ omnia iura mundi,scilicet † ꝙ dãna-
tus ad traditionem,vbi liberari poterat prestando inter-
esse compellatur precise, ⁊ hoc operetur virtus sententie,
⁊ sic limitatur secundum eum.l. si rem tradi. ff. de verborũ
obligatio.⁊.l.j.ff.de actio.empti.idem etiam sentit Bald.
in dicta.l.qui restituere.ibi,in ea.glo.ibi,sicut,⁊c.dicit etiã
Ang.vbi supra ꝙ in omnibus actionibus mũdi non in bo
nendei,neq̃ in arbitrarijs contra contumaciter resistentẽ sa
tisfacere sententie,⁊ contra dolo desinentem possidere post
sententiam iuratur in litem,quod dicit perpetuo menti te
24 nendum.debuit † igitur ⁊ debet iuramentũ in litem defer
ri dicto nobili Baptiste.contra ipsum tutorem, non qui-
dem vt tutorem,sed proprio nomine,⁊ hoc ratione sue cõ-
tumacie,ratione cuius venit condẽnandus etiam ad dam
na ⁊ interesse, vtra ⁊ preter summam de qua in laudo, ⁊
de qua appareret per libros,si exhiberentur,per ea que ha-
bentur,⁊ que ibi not.per scribentes.in.l.vnica. §. fina. ff. si
quis ius dicenti non optemperauerit. Debet preterea idẽ
de Leua precisse cogi ad libros exhibẽdum: quia licet post
dictas ordinationes,⁊ deinde multas inductas petitũ ex-
titerit parte dicti nobilis de Ponte iuramẽtum deferri,
⁊ sic recursum ad aliud remedium,non tamen fuit illi renũ
25 tiatum quia † non solum licet variare in huiuscemodi re-
medijs,⁊ alijs exequutiuis, sed etiam accumulare,⁊ sic plu
ra simul intentare, donec satisfactio impensa extiterit:per
id quod voluit gloss.in dicta. l. vnica. §.final.ff.si quis ius
dicend.non obtemperauerit.⁊ ibi expressius Petr. Cyn.
Bald.Alexander de Jmola.⁊ moder.Bar.in.l.consenta-
neum.C.quomodo ⁊ quan.iudex.Archid.in rub.de eo qui
mit.in posses.cau.rei seruan.in.vj.⁊ Bal.in.l.qui legati.ad
fin.C

fin. C. vt in possess. leg. qui volunt, quod licet fuerit processum ex contumacia ad immissionem ex primo decreto, tamen poterit contumax mulctari. ad premissa etiam facit quod voluit Ang. in d. l. qui restituere. qui dicit sibi non placere gl. que est super verbo, non alterius. in fi. quatenus videtur voluisse quod si contra contumacem impetro remedium personalis capture, non possum recurrere ad aliud remedium. dicit enim hanc glos. non sibi placere, nisi iniquum sustineas, quod verum dicit, quando per remedium electum est mihi plene consultum: quia satisfit, alias simplex electio vnius executiui remedij non pretendit viam aliis: pro quo allegat. l. persequutione. C. de pig. et authen. qui semel. et quod ibi Bart. C. quom. et quan. iudex. et dicit quod de hoc est tert. nota. in. l. a quo fundus. vbi etiam per Bart. ff. de damno infec. Puto quod etiam de hoc sit bonus text. in. c. dilectis. de appella. vbi licet clericus de quo ibi, fuerit incarceratus, et sic contra eum intentatum vnum remedium exequutiuum, fuit tamen etiam excommunicatus, et sic aliud remedium intentatum. Et quod in remedijs exequutiuis admittatur non solum variatio, sed etiam accumulatio, not. do. Prepo. in d. c. dilectis. vbi multos refert. et do. Jason Mayn. in. l. nulli. versic. sexto et vltimo. C. de iud. qui etiam multos allegat. imputandum est enim ei qui non satisfacit, et maxime huic: ita contumaci et inobedienti, qui in causa aliena, et in qua debuit et debet agnoscere bonam fidem: et qui habet, et habere presumitur dictos libros, et sciuit videre data et recepta, et intelligere, et ex illis colligere quis remanserit creditor: quod satis patet ex illa sua allegatione, quam pro defensione dictorum impuberum fecit tempore compromissi: dicit enim, quod non posset apparere de debito dicti nobilis Baptiste, nisi visis libris ac scripturis rationum, et illis calculatis et clausis, et donec per mercatores eligendos, et reliqua. Est ergo imputandum, quod non exhibuerit dictos libros et in causa aliena. Sed vereor, ne male dicam aliena: cogitat enim fortasse hanc istam denegationem, quam cum tanta inobedientia fecit, et facit sibi profuturam, etiam aduersus illos impuberes, et orphanos, et omni ex parte bonis suis denudatos, vel nisi aliter prouisum fuerit denudandos. ad quod etiam attendi debet. ¶ Cum autem libri predicti exhibiti extiterint, et qui, vt dixi, exhiberi debent, apparebit, authore Domino, tam ex illis, quam ex supra et alias allegatis, clarissime ostendetur, quod causam iustissimam fouerint, et defenderint dictus nobilis Baptista, et eius aduocati. Et rursum quod calumniose resisterit, et resistat dictus de Leua: quodque fundamenta sententiarum prefatorum magnificorum dominorum meorum domini presidentis camere, et magistrorum rationalium, non processerunt, nec procedunt: et quod illis non obstantibus debuerit et debeat sententia ferri pro summa, de qua in clamore, et non solum pro illa, sed etiam pro tota summa contenta in dicto laudo, si illa petita extitisset. Et primo quidem non obstat primum fundamentum absumptum per dictum do. presidentem, scilicet quod non potuerit dictus de Leua tutor in compromittendo dare facultatem dandi etc. et renuntiare recursui ad arbitrium boni viri, vt patet per ea, que superius dixi. Et supposito citra preiudicium veritatis, quod ex hoc solo dici possent dicti impuberes videri fuisse lesi, non erant tamen absolute contra compromissum restituendi, sed duntaxat quoad dictam facultatem et renuntiationem recursus: et consequenter non erant etiam restituendi aduersus laudum, nisi et quatenus fuissent per illud lesi: quod non est factum, vt dixi presumi postquam non fuit recursum, et quod etiam clarissime apparebit per libros rationum, si exhibeantur, qui exhiberi debent, et iam saltem apparuerat et apparet illos condemnari vsque ad summam duorum millium et quingentorum scutorum, de quo apparet per instrumentum confessionis. Etiam nec obstant alia fundamenta per dictum do. presidentem absumpta ad impugnationem instrumenti, et confessionis predictarum, prout plenissime scripsit, et bene ostendit prefatus do. Segurani in schedula per eum edita, exord. Joannes de Chauario, que si placet videatur. Cui et contentis in ea hoc addo quod libris exhibitis, videbunt clarissime prefati magnifici do. mei, quod dicta confessio dictorum duorum millium et quingentorum scutorum, potius cedebat in commodum dicti de Chauario, quam prefati de Ponte: pro eo quia in ea dicebatur, quod ex accommenda, et hoc bene intellexerunt dicti arbitratores, qui non solum propter eam non auxerunt summam de qua in libris declarantes illam contineri, etc. sed etiam de illa summa voluerunt quingenta scuta remanere in manibus tutoris, donec visum extitisset tempus accommende, et alia videnda: vt postea possent diuidere et partiri lucra que contigissent ex negotiatione facta ad causam dictorum duorum millium et quingentorum scutorum: ita enim apparet et per libros predictos de summa, de qua laudarunt dicti arbitratores vt fuerint dictos impuberes condemnaturi in summa de qua laudarunt, etiam non precedente dicta confessione: nec tunc ordinassent dicta quingenta scuta debere ad tempus remanere penes dictum tutorem: non igitur fuit necessarium dictum laudum fundari prout nec etiam fundatum est super dicta confessione sed super libris prout satis colligitur ex dicto laudo, fuerit igitur vel eas vel non eas. que tamen vere fuit eas nihil ad rem: nec miretur aliquis pro eo, quod cum confessio huiusmodi: secundum predicta videretur potius tendere ad incommodum, quam ad commodum dicti nobilis Baptiste, si idem Baptista eidem non contradixerit. Quoniam respondeo, quod illa facta fuit ab infirmo, et eo tempore quo vel postea poterant occultari dicti libri, prout etiam facere nititur dictus de Leua: erat enim vtilius vel vt verius dicam minus damnosum ipsi nobili Baptiste acquiescere illi confessioni, quamuis facte in sui lesionem, quatenus inibi dicebatur dictam summam duorum millium et quingentorum scutorum, quam omnino illi contradicere, vel illam oppugnare niteba〈tur〉: quia de duobus malis, etc. Quo vero ad fundamentum quod assumptum est ad impugnationem dationis insolutum: non est multum insistendum: quia nec illi dationi multum institit, aut innititur idem nobilis Baptista: nec propter illam fuit laudum pro eo promulgatum, sed propter data, que in summa, de qua in laudo excedebant: et excedunt recepta. Et si ostenderetur illa apocha, quam idem nobilis Baptista fecisse pretenditur, ex illa clare appareret, an ex datione huiusmodi ditari voluerit, seu etiam exhaurire facultates dictorum impuberum, an ve illas easdem conseruare, et tueri. Quodque ab eis habere noluerit, nisi iuxta et secundum libros dictarum rationum. Jnsuper etiam nec obstant multa et varia fundamenta assumpta per dictos magnificos dom. magistros rationales. Et primo quidem non id, quod in prin. eorum sententie premiserunt, quod ex multis tam ad processum productis, quam etiam alias, extra processum sibi exhibitis: et verbo tenus dictis et prolatis coniecturarunt etc. Pro eo quia non ex coniecturis iudicandum est, sed secundum acta et probata: et presertim non ex exhibitis extra processum, et verbo
26 tenus per alterum ex partibus dictis: quia † si etiam in causis in quibus proceditur sine strepitu et figura iudicij debeat pars citari, visura testes produci, et alias non valeant depositiones: pro eo quia parti absenti aufertur facultas defendendi contra ius naturale: vt voluit Barto. in extrauaganti ad reprimendum: super verbo, et figura iudicij: multo minus debuit credi illi de Leua, aliquid forte asserenti contra dictum nobilem Baptistam, et ipso absente. Etiam nec obstat quod specialiter opponitur contra dictam confessionem dictorum duorum millium, etc. scilicet quod illam presumat non sine suspicione falsi factam, et passatam et hoc propter consuetudinem parte dicti nobilis Ponte allegatam et probatam, que habet vt data et recepta, hoc est credita, et debita, describentur in codicibus, seu libris suarum rationum: quod tamen factum non comperitur quo ad summam predictam. Quoniam respondeo, vt iam dixi, quod re vera dictus de Chauario habuit ab eodem nobili Baptista non solum summam predictam duorum millium et quingentorum scutorum, sed longe maiorem, et tantam vt facta debita compensatione datorum, et receptorum de quibus apparet per libros suarum rationum, quod remanserit debitor in summa, de qua laudum pertulerunt dicti arbitratores. Habuit igitur summam de qua in confessione, et longe vltra, sed non in commenda, et sic in hoc vltimo errauit: quod etiam non fuit compertum in dictis libris: sed non propterea videtur conijciendum confessionem predictam non esse factam aut passatam sine suspicione falsi, et de hoc, authore domino, certificabuntur conscientie dictorum dominorum meorum, cum libri fuerint exhibiti. Ad id vero quod adijciunt pro qualitate conferente ad biennium, scilicet quod confessio facta extiterit in mortis articulo, plenissime respondit dictus domi. Segurini, supra
27 aliquid dixi. Ad aliud † quod assumitur, scilicet de insolita testium instrumentariorum subscriptione, dico et respondeo illam non esse de iure improbatam quinimo est approbata, vel permissa, ita vt fuerit opinio quorundam etiam magne authoritatis, quod non sufficeret testes describi per notarium in instrumento, sed quod opporteret ipsos subscribi eorum proprijs manibus, vt videtur voluisse gloss. in. l. generali. C. de tabularijs. lib. x. quam ita intellexit Panor. in c. j. versic.

c.j.versic.nono testes,&c. de fide instr. & de hac subscriptione habetur in authen.sed nouo iure.C. si cert.petat. de qua etiam aliquid ponit Odof.in d.l.in exercendis.C. de fide instrumen.& nemini dubium, quod licet publico instrumento duntaxat per notarium subscripto, adhibeatur regulariter plena fides, plenior tamen adhiberetur si inibi essent vel duo, vel plures testes, non solum per notarium descripti, sed etiam eorum proprijs manibus subscripti.& sic non videtur quod hec cautela debuerit assumi in malam partem:quia abundans cautela non nocet. Et quia prefatus magister Joannes Roardi non solum presumptione iuris presumendus est bonus & fidelis,& sic in dubio noluisse delinquere.l.merito.ff.pro soc. sed etiam per multos & varios testes. Et non solum per productos parte dicti nobilis Baptiste,sed etiam per alios apparet fuisse & esse bonus, ac fidelis & legalis notarius,& de quo nunquam fuit auditum sinistrum,quod doct. solent plurimum ponderare,vbi agitur de impugnatione, aut defensione publicorum instrumentorum:vt videri potest in multis alijs locis superius allegatis. Quo vero ad id quod vlterius pro fundamento seu qualitate assumitur, scilicet pretensam contrarietatem aliorum testium non instrumentariorum, tam super confessione, quam etiam super loquela,& vocis de Chauario pretensa amissione,& perditione tempore dicte confessionis examinatorum, dico & respondeo hoc fundamentum non procedere:tum quia si attendatur ad depositiones testium in hac causa productorum, nullus est preter dictum Trophimum, qui de amissione & perditione loquele,& vocis huiusmodi tempore, scilicet confessionis deposuerit. Cui,vt iam dixi,contradixerunt non solum dictus magister Roardi notarius, sed etiam quatuor testes instrumentarij longe graviores illo Trophimo proxeneta,quibus propterea est potius credendum,vt iam dictum est: nullus vero ex alijs dicit se fuisse presentem,& ita vt iam dictum est, non possunt impugnare instrumentum,aut confessionem predictam, qui non interfuerunt,contra quorum depositiones etiam faciunt multa tam per dictum do. Seguirani, quam supra allegata. Insuper etiam non videtur quod fundamentum qualecunque assumi debuerit ex pretensa existentium in camera expulsione,& porte ipsius clausura. Et primo quidem, quod cum debita reuerentia dixerim, & cum qua semper loqui intendo, quod & debeo,non legitur facta expulsio inibi existentium, quod in violentiam sonat,sed solum dictum, O mulieres domine discedant quibus hic nihil negotij est,aut quid simile. Et cum istud possit interpretari in bonam partem, & in malam, in malam scilicet vt dicti magnifici domini existimant,& in bonam,quia in hoc voluerunt releuare dictum de Chauario,ne videlicet coram plurimis se diceret debitorem, & in magna summa: quod poterat cedere in detrimentum, vel ipsius,si viueret,vel liberorum, & heredum,si, prout contigit, moreretur propter alios creditores: vel ne propter assistentiam plurium turbaretur, vel alias impediretur a recognitione veritatis:& hec interpretatio potius assumenda est, quam alia: tum quia in dubio non est presumendum quod aliquis voluerit delinquere.d.l.merito:tum & quia facienda est interpretatio,vt res potius valeat, quam pereat.l. quoties.ff.de verb.oblig.&.l.quoties.ff.de reb.dub. Quo vero ad id quod pro alio & secundo fundamento assumitur,contra dationem in solutum fuit supra responsum,quod huic dationi non institit,nec insistit dictus nobilis Baptista, & quod illa fuerit potius facta ad commodum dictorum impuberum, quam dicti nobilis Baptiste, quod etiam appareret per dictam suam apocham,si illa exhiberetur. Et si nec confessio, nec datio insolutum vllo vnquam tempore facte extitissent, adhuc remaneret debitum,de quo in laudo, prout videbunt ipsi domini,dum eum effectu fecerint libros exhiberi. Ad aliud autem quod pro tertio fundamento assumitur,scilicet quod laudum predictum presumatur latum in damnum pupillorum,pro eo quia quanuis arbitratoribus non constitisset per libros rationum dictorum nobilium de Ponte & de Chauario de commenda duorum millium & quingentorum scutorum, nisi per assertionem dicti de Ponte, ipsi tamen eosdem pupillos condemnarunt ad dictam summam: non quidem ex eo, quod eosdem in dictis libris rationum sic debitores inuenerant:sed ex eo, quia inter eosdem de Ponte, & de Leua, tutorem concordatum extiterat,dico & respondeo, quod nec hoc fundamentum obstat, quia licet per libros rationum non apparuerit dictis arbitratoribus de dicta commenda:nec illam etiam factam asserit dictus nobilis de Ponte, sed dictus de Chauario in dicta eius confessione,tamen apparuit,& per libros de summa vndecim millium tricentorum quadraginta nouem florenorum grossorum septem,& duorum denariorum:in qua dictos impuberes per dictum laudum condemnarunt. Et quod dicitur in dicto laudo,prout ipse partes de accordio restauerunt,& cambiauerunt non est trahendum ad censum, ad quem (si non fallor) hoc traxerunt dicti domini mei, scilicet quod quia dicti nobiles de Ponte, et de Leua voluntarie conuenerunt, & concordarunt in illa summa de qua in laudo dicti arbitratores sic condemnarunt: habent enim alium sensum de quo poterunt eorum magnificentie plenius, & securius informari per mercatores,& alios assuetos,in conficiendis libris rationum:puto enim quod restare & cambiare de acordio, est videre,calculare rationem accepti & dati & calculata ratione concludere quis,& inquanto remaneat debitor,& summam predictam scribere in pede rationis, & postea in alia parte libri,in qua scribitur illa summa,que ex ratione calculata apparet deberi & hoc est cambiare de accordio:dicti igitur arbitratores sub presentia dictorum nobilium de Ponte,& de Leua viderunt visitauerunt, & examinauerunt libros vtriusque partis,tam videlicet in partitis, continentibus recepta,quam in his que continebant data, & ex concordia librorum,& partitarum huiusmodi, & signanter ex libris dicti de Chauario apparuit, quod pro pluri recepto, quam dato remanebant dicti impuberes debitores in dicta summa decem millium,&c. Et hoc ad oculum videbant dicti magnifici domini libris exhibitis,& ita non ex confessione dicti de Chauario tutoris,sed quia sic apparuit ex libris,& ratione calculata,fuerunt dicti impuberes condemnati. Et per hec etiam patet responsio ad id quod subiungitur in dicta sententia,scilicet, quod quanuis dicti arbitratores repetiti,dixerint sententiam nullam,non habuisse respectum & considerationem ad confessionem,&c.sed tantum ad partitas librorum,&c.ipsorum tamen laudum & sententia vt pretendunt,aliud & totum contrarium cantat:quia non est dictum simpliciter prout ex accordio restauerunt,sed est subiunctum,& cambiauerunt,quod presupponunt visam rationem,& calculatam ex conclusione factam, in quo vel recepta excedunt data,vel econtra. Ad id vero quod vlterius adducunt dicti magnifici domini & in quo querunt si arbitratores habuissent tantum respectum ad libros & parcellas in eisdem descriptas,in quibus nulla fiebat mentio:de commenda ad quam ordinauerunt quod de dicta summa vt pretenditur commendata apud eundem tutorem remanere deberent scuta quingenta,nisi respondendo, inquiunt, dicamus prout cantat laudum ipsum:quia inter dictos de Ponte & de Leua conuentum & cambiatum fuit, dico iam fuisse supra responsum,quod confessio dicti de Chauario quatenus in ea fuit sermo de commenda,tendebat ad commodum sui ipsius,& damnum dicti nobilis de Ponte,a quo re vera non in commendam,sed tanquam institor tantum pecuniam receperat,vt recepta data excederent in summa de qua in laudo,vt apparet per libros, verum ne frustrarentur dicti impuberes in parte lucri, quam habere debuissent si & vbi apparuisset summam predictam duorum millium & quingentorum scutorum,fuisse datam in commendam, reseruarunt sibi dicti arbitratores tempus infra quod de hoc cognoscerent,& voluerunt quod interim remanerent in manibus tutoris dicta quingenta scuta ad eos fines,vt si comperiretur commendam esse factam de dictis duobus,&c. & lucrum tale vel tale processisset,satisfieret illis impuberibus de parte lucri eos concernente in dictis quingentis scutis,aut eorum parte. Et quia postea non fuit edoctum de aliqua commenda prefati arbitratores declarauerunt illa quingenta scuta debere expediri & exsolui dicto nobili de Ponte. Ad id autem quod vlterius dicunt dicti magnifici domini vnde sit,quod cum idem de Leua tutor & pretensus olim seruitor dictorum nobilium de Ponte & de Chauario,bene informatus,vt pretendunt de lesione ipsorum heredum,& veritate negotij lato laudo non recurrerit ad arbitrium boni viri,& illi non contrauenerit, sed expresso sibi prius capto termino ad deliberandum illud approbant, & homologant,& nunc mutato proposito illi contrauenien do contradixit, cur enim tam varie,inquiunt,ignoramus,respondeo, & dico etiam,eundem Baptist. hoc fortasse ignorare:vnum tamen scit quod vt iam dixi, non sit ille idem Leua factus de Saulo Paulus,sed fortasse cum tunc esset Apostolus, nunc exclamat aue Rabbi,& hec dicens nititur,vt puto non solum decipere, & defraudare iuribus suis dictum nobilem Baptistam,sed & libros per subtractionem,seu occultationem

nem dictorum librorum quorum continētiam optime cognouit, ⁊ bene vidit tempore lati laudi, ⁊ ante illud in quo remanerent debitores predicti impuberes: ⁊ ideo non recurrit a laudo: quia sciuit, ⁊ vidit illud esse equum, ⁊ iustū. ⁊ ideo postea etiam illud cum iuramento ratificauit, ⁊ hec potius debent assumi in bonam partem, ꝙ̄ in contrariam. que etiam apparebunt per libros vt toties etiam vsque ad nauseam dictum est. Et ideo illos exhibere detractat, ⁊ calumniosissime resistit, ⁊ cui debent dicti magnifici domini. Non solum pro debito iustitie, cuius ipsi solent, ⁊ esse solent optimi, ⁊ fideles cultores, sed etiā vt se seponerent ⁊ liberarent ab illo conscientie scrupulo, seu presumptione, quam se habere dicunt contra dictum nobilem de Ponte, scilicet ꝙ promissioni forsitan ad partem, ⁊ in secretis facte dicto de Cena satisfactum non extiterit. Presumūt ꝙ idem de Ponte corrumpens a de Cena corrupto, mediante promissione sibi facta obtinuerit sibi confiteri, et cū eo remansisse de accordio, ⁊ cambiasse: quod si ita aliquando, vel verbis, vel signis eisdem dixerit idem de Cena, ipse viderit. Dominus autem aliter, ⁊ aliud vidit: quod ⁊ vi-
28 debunt ipsi magnifici domini prout sperat, quia † ⁊ si veritas nonnunquam vel occultetur, vel turbetur, illa tamen preualet, vincit ⁊ conualescit in secula seculorum. c. consuetudo. distinct. viij. ad quam inuestigandam omni ingenio elaborandum est a iudice. l. is apud quem. C. de eden. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. presid. ⁊ c. iudicantem. xxx. q. v. Ceterum etiam non obstat principale fundamentum per dictos magnificos do. meos assumptum, scilicet ꝙ attenta forma dicti compromissi prefati impuberes fuerunt lesi propter concessionem illius facultatis de dando in parua ⁊ magna quantitate, ⁊c. ⁊ renuntiationem recursus, vt superius sub multis verbis fuit ostensum. Et si non fallor clare demōstratum clamorem de quo in actis potuisse exponi, non solum in vim confessionis facte per de Chauario, sed etiam in vim laudi, pro quo vt dixi, presumūtur saltem iustificati vsqꝫ ad summam de qua in confessione, ac prorsum ⁊ omnino iustificandi per libros rationum. Ex quibus omnibus concluditur iuramentum in litem fuisse, ⁊ esse dicto nobili de Ponte contra ipsum de Cena pri-
29 uato nomine deferēdum: vt † quod ferri debet, experiatur iudicis authoritatē elusam. l. prouidendum. ad finē. C. de postulan. c. constitutis. el. j. prope finem. de testib. ⁊ c. peruenit. de testib. cogen. ⁊ deinde tam sententiam ipsorum dominorum magni Presidentis, ⁊ magistrorum Rationalium, quam magnifici domini Presidentis camere, reuocandas, ⁊ sententiam pro eodem nobili Baptista, tā in principali quam expensis proferendam. Et ita mihi videtur sub benigna supportatione dictorum dominorum, qui si placet, indulgebunt, ⁊ ineptijs, ⁊ prolixitati.

¶ Rubrica, De iniurijs. ¶ Consilium. ccxxxix.

¶ Epitome.

¶ Iniuriosa verba etiam iudicialiter excipiens, iniuriarū actione tenetur, arbitrio iudicis taxanda. V. F.

1 ☞ Iniuria verbalis grauis esse potest.
Pene in expendenda grauitate maleficiorū attenduntur.
2 Iniuriosas exceptiones non probās iniuriarum tenetur.
3 Presumptiones due tollunt vnam.
4 Mine precedentes crimen quid arguant.
5 Iracundie calor an ab iniuria excuset.



NOn Cantilena seu strupha fuit quedā criminalis expositio, quam anno Do. M. ccccxcviij. ⁊ die. xxvij. mēsis Maij. fecisse legitur Dionisius Falernistam suo ipsius proprio, quam Ioannis ⁊ Bartholomei eius fratrū nominibus, coram egregio viro, domino Aymerio de Allōsiaco, pro tempore iudice loci Regalis ville, de qua postea, ⁊ de contentis in ea, fuerunt plenissime vereque certiores redditi. Ipsi supradicti Bartholomeus, aduouerunt, ratam ⁊ rata habuerunt anno predicto, dictus videlicet Dionisius, die decimaseptima mensis Augusti, Bartholomeus vero die decimaseptima mensis Septembris: id ipsum fecit prefatus Ioannes, die decima septima mensis Octobris: in illa enim non cantilena seu strupha, vt multo antea iam a me dictum fuisse videri poterit, sed omnimodo criminali ⁊ omnibus calumnijs plena, expositione proposuerunt ⁊ dixerunt eundem Ioannē Porre fuisse cum armis egressum, Petrum Falconis filium dicti Ioannis custodientem auere dictorum exponentium, ⁊ hoc anno predicto, ⁊ de mense Maij circa festum inuentionis sancte Crucis, ⁊ ꝙ eundem Ioannem Falconis tantis minis affecerat, seu verberauerat, aut deterius tractauerat, ꝙ ad post visus non extiterat, nec reperiebatur: ⁊ ꝙ potius suspicabatur ꝙ fuisset occisus: ⁊ addentes calumniam calumnie subiunxerunt, ꝙ idem Porre dictum auere per se, siue suos familiares transduxerat, quo voluerat. Insuper ⁊ ꝙ multa animalia eiusdem aueris fuerant deperdita. Ipsum igitur nobilem Porre impetunt: quinimmo inculpant, ⁊ accusant de vi publica, homicidio, seu mutilatione membri, ⁊ crimine abigeatus: que omnia sunt criminalia maleficia, ⁊ quidem non modica, sed grauia, prout non ignorat spectabilis vir dominus iudex cause huius, et quod colligitur ex penis quibus talia committentes puniuntur. Non igitur dubitandum est quin dicti Dionisius, Bartholomeus, ⁊ Ioannes dicto Porre contumeliam, seu conuitium ⁊ grauem iniuriam intulerint. Pro quo quia ad peritissimum est mihi sermo, allegasse sufficiat quod voluit Barto. in. l. item apud Labeonem. §. ait pretor. ff. de iniu. iuncto eo, quod not. Ioan. And. in. c. fin. de donat. ⁊ Alexan. de Imol. consil. cciij. ex ordien. Super themate ⁊ dubijs suprascriptis, ⁊c. in secundo volumi. Ex
1 † quorum dictis colligitur ꝙ non solum realis iniuria, sed etiam verbalis potest esse grauis: ⁊ quidem quando improperatur graue maleficium, ⁊ pro quo si commissum est, debetur magna pena: quia dicit Alexan. vbi supra proxime quod censetur esse vel graue, vel leue ex qualitate pene. l. ij. ff. de public. iudic. l. auxilium. ff. de minorib. not. glos. in. l. ad ea que non habent. ff. de regu. iur. ⁊ Bart. in. l. non solū. §. mandato. ff. de iniur. ⁊ in. l. lenta. ff. de accusat. Cum igitur dicti Dionisius, Ioannes, ⁊ Bartholomeus grauia delicta improperauerint dicto nobili Porre, quinimo cum de eis detulerint, ⁊ super eis institerint pro iustitia ministranda, palam infertur eosdem Dionisium, Ioannem, ⁊ Bartholomeum grauem iniuriā intulisse ipsi nobili Porre, postꝙ̄ non apparet de veritate huiusmodi maleficiorum. Nec suffragatur eisdem Dionisio, Ioanni, et Bartholomeo, ꝙ expositionem predictam, ⁊ consequenter improperationem predictorum criminum iudicialiter
2 fecerunt, non extra iudicium. Quoniam respondeo, † ꝙ quemadmodum non est alicui permissum vel iniuriā, vel contumeliam, aut calumniam inferre extra iudicium, ita nec sibi permissum est illam inferre iudicialiter, etiam excipiendo, vel se defendendo. Quo casu tamen videtur potius alicui hoc permitti, ꝙ̄ in agendo, seu impugnando, quasi excipiens non videatur habere animum iniuriandi, sed potius refellendi intentionem aduersarij. Non vt ille puniatur, sed ne ipse excipiens puniatur. c. cum dilectus. de ordin. cognit. sed vt dixi hoc non permittitur etiam excipiendo, quominus si non probet, teneatur actione iniuriarum. l. si non conuitij. ⁊. l. si quidem. C. de iniur. l. si tibi. C. de liber. caus. Pro hoc multa inducit Salic. in dicta. l. si non conuitij. versic. quero, quid si turpis exceptio, ⁊c. et multo plures Oldrad. consil. liij. ex ordien. Consueuit dubitari an dicens alicui verbum contumeliosum, ⁊c. qui finaliter in hoc resident ꝙ si sumus in dubio, an opponens turpem exceptionem, vel excipiendo de crimine, hoc faciat animo iniuriandi, vel causa sui iuris cōseruandi presumendum est, ꝙ hoc faciat animo iniuriandi, postꝙ̄ non probat, qꝛ qui nō probat quod opponit, etiam excipiendo calumniari videtur. l. j. C. de aduoc. diuer. iudic. c. qui non probauerit. ij. q. iij. c. cum dilectus. de calum. ⁊ c. statutum quod ibi not. glos. de electio. in. vj. Et etiam potest actione iniuriarum conueniri. d. l. si tibi. C. de liber. caus. ⁊ ista vltima presumptio tollit primam. argu. l. diuus. ff. de in integr. restitut. ⁊ cap. inter R. seniorem. de electio. Addo ꝙ pro illo contra quem opponit de crimine, aut turpi exceptione sunt due presumptiones: vna verborum que sunt de signatura nata, ⁊ contumeliosa: per que probatur animus. dicta. l. si non conuitij. alia defectus probationis.
3 Et sic † iste due presumptiones tollunt vnam authen. de consanguineis ⁊ vterin. fratribus. §. primo. collatione. vj. ⁊ cap. j. de treuga ⁊ pace. Et respondet Alber. ad quedam per se obiecta, que non refero, cum possint ibi videri. Pro premissis etiam bene facit, quod voluit Petrus de Ancharano consil. cccxxv. ex ordien. Super primo dubio

subtiliter, ⁊ ad plenū, ⁊c. vbi dicit se credere grauius puniendum illum, qui in iudicio obijcit falsa crimina, ꝙ qui extra iudiciū: quia in iudicio magis grauatur opinio eius cui obijciuntur, ⁊ efficitur infamis, de facto, vt not. glo. in c. cum dilectus. ⁊ c. super eo. de elec. Et ideo impunita esse non debet in iudicio licentia mentiendi. Et si placet videatur consilium huiusmodi, in quo profecto sunt multa elegantia dicta, facientia ad casum nostrum. Etiam si placet videatur dom. Feli. in c. cum te. versic. dicit etiam Pet. de Ancha. ibi, ⁊ omne verbum iniuriosum presumitur, ⁊c. ⁊ versi. vltimo dum ponit abbas, ⁊c. de re iudi. Cum ergo, dicti Dionisius, Joannes ⁊ Bartholomeus de dictis grauibus maleficijs eundē Porre detulerint, ⁊ calumniose finxerint, ⁊ simulauerint: ⁊ quidem per dilationes plurimas se velle illa probare: nec ipsi vnum Jota probauerint, debent ipsi condemnari, ⁊ quidem acriter, pro qualitate iniuriam passi, ipsorum iniuriantium, ⁊ grauitate iniurie. Nec ꝑest quod eos iuuet si forte opponant se habuisse causam sic presumēdi, ꝓpter quasdam pretensas minas, quas pretendunt dictū nobilem Porre antea eisdem intulisse. Tum quia si bene attendatur ad depositiones testium parte ipsorum auditorum in primo processu, ipsi, aut aliqui ex eis non deponunt concordatū de minis per eos pretensis, ⁊ allegatis, ⁊ maxime non de aliquibus minis illatis dicto Petro filio Joannis. Tum, ⁊ quia supposito citra preiudiciū veritatis, ꝙ idem Porre minas intulisset, vel dictis Dionisio, Joanni, ⁊ Bartholomeo, seu alicui ex eis aut etiam huic Petro, prout tamen nō apparet, adhuc non obesset: pro eo quia non apparet hunc nobilē Porre esse virum male conuersationis, ⁊ talem qui consueuerit, ⁊ solitus sit eius minas exequutioni demādare. Tum ⁊ hec sola ratio sufficit, quia non apparet dictum Petrum, fuisse aggressum, seu alias quomodolibet insultatum, ⁊ occisum, seu etiam in aliqua sui parte mutilatum: non etiam apparet eum alicubi aufugisse, aut aliquando non apparuisse, nec auere predictum aut partem illius fuisse alicubi transductam, aut quodcunque huiuscemodi aueris fuisse deperditum. Et sic non sumus in terminis, in quibus alibi loquuntur docto. ⁊ quos commemorat Ange. Aret. in suo tracta. malefi. super verbo, ꝙ fama publica. versic. quero quid si aliquis minatus sit alicui mortem, ⁊c. quia ibi apparebat non solum de minis, sed etiam de morte postea subsequuta. Hic autem de nihilo ex predictis quomodolibet apparuit, prout nec apparere potuit, aut potest: quia omnia fuerunt conficta per eos, ⁊ facta presumuntur, ⁊ calumniose machinata: vt sic possent nocere huic nobili, ⁊ eum exponere discrimini persone, ⁊ bonorum. Et per hec etiam patet responsio ad aliud,
5 si forte opponerent, † ꝙ calore irracundie impulsi extiterint: quia etiam si calor irracundie excusaret ab iniuria, prout non facit: pro quo videri potest Sali. ⁊ alij in dicta l. si non conuicij. circa princ. C. de iniu. ⁊ do. Feli. in c. cum te. post Panor. de re iudi. hoc tamen ijs aduersarijs non prodesset: quia de nullo prorsus apparet, propter quod debuerint quomodolibet in iracundiam excitari: non enim, vt iam dixi, apparet ille Petrus fuisse fugatus, aut auere transductum. Non igitur sunt quomodolibet ab iniuria excusandi, sed propter illam cōdemnandi, premissa moderatione, seu taxatione spectabilis viri domini iudicis cause huius. Et quanuis iniurians, ⁊ diffamans teneatur recognoscere eius defectum, ⁊ ad restitutionem bone fame, iuxta practicam quam ponunt doct. Theologi, ⁊ cano. in multis locis: quia tamen istud non fuit petitum, non puto super hoc ferendam esse sententiam, sed duntaxat super condemnatione pecuniaria post moderationem seu taxationem faciendam. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rubrica, De episcopali audient. ¶ Consilium. ccxl.

¶ Epitome.

¶ Appellatio a sententia, que alias absorbet negotium, posset tamen videri interloquutoria, non requirit solennitates quas appellatio ab interloquutoria habere debet. Vasquinus Filiolus.

1 ¶ Appellatio a sententia excōmunicationis an ⁊ quando ipsam non suspendat.

2 Excommunicationis sententia interloquutoria ne sit an diffinitiua.



Egregie Uir, ac domine, ⁊ amice singularissime vidi processum pendentē indecisum per ⁊ inter Thomassimū Masi appellantē ex vna parte, ⁊ Symonem Masi eius fratrem appellatum
1 ex alia: non dubito † quin appellatio a sententia declaratoria, cuiusmodi fuisse legitur sententia quā contra eundem Thomassimum, ⁊ in fauorem dicti Symonis legitur protulisse dn̄s officialis Aquensis, qui dictam sententiam non impedit, per id quod voluit glo. in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. super verbo, priuatos. de elec. in. vj. quam sequitur Panor. Phil. de Fran. ⁊ do. Prepo. in c. peruenit. el. j. de appella. Panor. in c. fi. de iuramen. calum. ⁊ Petr. de Ancha. consil. ccxxxv. ⁊ Joan. de Anan. in c. super his. de appella. Non est etiam dubium quin sententia predicta fuerit, ⁊ sit diuersa a sententia excommunicationis: quia per hanc excommunicatur quis, ⁊ priuatur sacramentis, ⁊ communione hominum. Per illam vero non hoc fit, sed iam ⁊ antea fuisse factum declaratur. Et hinc etiam apparet harum sententiarum diuersitas: quia licet appellatio interposita a sentētia excommunicationis, ipsam non suspendat, nec impediat, quominus ille contra quem lata extitit, publicetur, aut denuntietur excommunicatus. c. pastoralis. §. verum. de appella. Secus tñ est in appellatione interposita a dicta declaratoria: quia illa impedit publicationem, ⁊ denūtiationem excommunicationis. Et si nō obstante appellatione huiusmodi fieret publicatio seu denuntiatio, illa esset nulla. d. c. peruenit. de appel. pro quo videri poterit Phil. de Fran. in d. §. verum. versicu. sexto queritur, ⁊c. ⁊ plenius domin. Felin. in c. ij. versicu. demum etiam aduerte, ⁊c. de sponsa. post Lap. ⁊ Geminia. in c. is cui. §. sane. de senten. excommuni. in. vj. qui etiam multos inducit. Quanuis igitur sentētia excommunicationis vere non sit diffinitiua, quia negotium non diffinit, sed interloquutoria, quanuis improprie dicta: vt voluit Panor. de senten. excommuni. in rubr. Ex hoc tamen non sequeretur ꝙ sententia declaratoria de qua supra, non sit diffinitiua: quia ex separatis nō infertur. l. inter stipulantem. §. sacrā. versicu. sed hec dissimilia. ff. de verbo. oblig. ⁊ vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. Non est etiam dubium, quin in dictis casibus sententia declaratoria sit diffinitiua, aut habens vim diffinitiue, vt videri potest ex ijs, que no. doct. ⁊ signanter Archi. ⁊ Joan. And. in c. j. de homici. in. vj. Joan. de Jmol. in l. si quis maior. C. de transac. ⁊ alij in locis infinitis loquentes de sententijs prolatis, de ⁊ super incursu penarum, que ipso iure incurruntur. Sed an hec de qua est sermo, sit vel diffinitiua, vel habens vim diffinitiue, aut mera interloquutoria, magis subsisto. Uerum quia prefatus domi. Aquensis officialis fuit principaliter aditus pro obtinenda dicta declaratoria, ⁊ libello oblato parte dicti Symonis, fuit in causa processum, putarem hanc sententiā vel fuisse diffinitiuā, vel ei magis accessisse, ⁊ accedere. Pro quo audio facere quod voluit Bal. in add. Spe. ti. de sent. versi. sentētia declaratoria. el. j. dicta etiā sentētia, vel eius contraria erat impositura finem huic controuersie principaliter note pro obtinenda sententia declaratoria. Et ita videtur ꝙ dictus Thomassimus non habuerit ex necessitate obseruare ea, que obseruantur in appellationibus interpositis ab interloquutorijs, de quibus in c. cordi. de appella. in. vj. ⁊ cle. appellanti. de appella. eod. titu. Sed potuerit appellari viua voce. Ueruntamen, quanuis premissa sic se haberent, non videtur tamen ꝙ dictus Thomassimus fuerit grauatus per iudicem a quo: cōstat enim eum habuisse notitiam de contentis in monitorio, hoc est de illis tractatibus, ⁊ maxime de donatione mille florenorum, prout deponunt testes eum fuisse presentem: habuit etiam notitiam monitorij, prout confessus est. Quo fit, vt cum non reuelauerit, inciderit in censuras nec iuuat eum ꝙ dicat, ꝙ pro cōtentis in dicto monitorio, vtpote pro notorijs, ⁊ manifestis, non debuerit impetrari monitoriū generale: Quoniā respōdeo, ꝙ illa non apparebant notoria: quinimo nec manifesta: ⁊ vt apparet in processu: ipse etiam hec negauit, postꝙ fuit cōuētus: qui potius debebat illico confiteri cōtenta ⁊ allegare quod cū dictus Symon sciret se ha

se habere multos testes, non debuit recurrere ad monitorium: sed vt dixi, ipse nõ fecit hoc. Et sic vereor ne ex hoc, etiam si aliud cesset, debeat succumbere. Quo vero ad illos mille florenos donatos, an debeantur vel ne puto quod alias viso testamento nobilis Girardi Nasi, horum contendentium patrui, responderi quid mihi videretur, de quo vos existimo habere memoriam: nunc autem dico quod etiã transactio quam vidi in processu, obstat dicto Symoni: sunt enim in ea verba amplissima, per que sibi preiudicauit, nõ solum quoad ea, que specifice petebat, sed etiam quoad omnia alia, &c. Ita vt etiam censeatur transactum de hoc nomine, seu debito mille florenorum, vt peti non posset. Et sic satis frustratorie vexauit, & vexat se & fratrem ille Symon.

¶ Rub. De bon. mater. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccxlj.

¶ Pater filiam dote & legato contentam esse voluit, tam super suis, quam maternis bonis. Si dos & legata nõ eo vsque excedant legitimam, filia bona materna petet. V. F.

1 Tutor an & quando a confectione inuentarij releuari possit per testatorem, & a decreto iudicis obtinendo.
2 Satisdare testamentarius tutor non cogitur.



Ex Themate mihi transmisso parte honeste mulieris Marthe Geneuesie, filie quõdam naturalis & legitime defuncti viri magistri Jacobi Geneuesii, ciuis Tarasconensis, elicita extiterunt multa dubia: ad que breuiter & succincte respondeo, prout infra. Et primo ad primum, pro cuius faciliori solutione premitto, quod cum eidem Jacobo superfuerint duntaxat duo liberi, scilicet dicta Martha & Bertrandus Geneuesii, eius filia & filius naturales & legitimi, horum duorum legitima fuit & est triens bonorum dicti Jacobi, non dico hereditatis, sed bonorum, hoc est eorum que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa. authen. de trien. & semis. §. j. collatio. iij. & transumptiue in authen. nouissima. C. de inoffic. testamen. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. Si ergo bona dicti quondam Jacobi deducto ere alieno, & funeris impensa valebant tempore mortis & decessus dicti Jacobi patris, sex mille florenis, legitima dictorum Marthe & Bertrandi ascendebat, & ascendit ad summam duorum millium florenorum, qui sunt tertia pars sex millium, & sic legitima huius Marthe ascendit ad mille florenos, in qua non potuit grauari, quin illam habere debeat vltra bona materna. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. & l. scimus. in princip. cum suis similib. C. de inofficio. testamen. et quod habetur in authen. vt cum de appellatione cognosc. §. ceterum. collatio. viij. Est verum quod in illa legitima debet imputari, seu computari dos, pro et nomine dicte Marthe constituta per dictum Jacobum quondam patrem, honesto quondam viro Marcello Neyreti dicte Marthe quondam marito. d. l. omnimodo. cum suis similib. Videndum est igitur an dos & legata per dictum Jacobum ipsi Marthe relicta, ascendant vltra valorem mille florenorum, & in quo, seu quanto illum valorem excedunt: quia in tanto potuit dicta Martha grauari in bonis & iuribus maternis, non autem vltra, ne sic videatur eam grauasse in legitima, vel illam diminuisse. Et per hoc patet responsio ad primum quesitum. ¶ Ad secundum quesitum dico, & respondeo, quod ex premissis potest colligi illius solutio: debet enim dicta Martha aduertere ad summam dotis pro & nomine ipsius constitutam. Insuper & ad valorem legatorum sibi relictorum per patrem: & postremo ad valorem iurium maternorum, & aliorum in quibus nõ petendis grauauit eam pater. Et his bene attentis ipsa poterit cognoscere, quid sibi magis expediat, & sit vtilius an habere mille florenos, tam in dote, quam alijs bonis patris, & posse petere bona materna, & alia iura peti prohibita, & omittere legatum, vel vna cum dote predicta recipere legatum sibi factum, & nihil petere de bonis maternis peti prohibitis: respondissem specifice ad hoc quesitum, si fuissem certioratus de summa, aut valore bonorum dotalium, ac bonorum, & iurium maternorum, & aliorum peti prohibitorum. Sed quia de hoc facto non sum redditus certior, non potui magis specifice huic casue respondere.

1 ¶ Ad tertium dico, & respondeo, quod licet tutor regulariter teneatur de iure conficere inuentarium de bonis pupilli. l. tutor qui repertorium. in princ. & quod ibi Barto. & docto. ff. de administra. tuto. & l. tutor. & quod ibi docto. C. eod. titu. testator tamen potest remittere tutori confectionem inuentarij: & eum ab illa releuare. l. fin. C. arbit. tutel. quod etiam voluit Barto. in. l. nemo potest. ff. de lega. j. & Angel. Aret. in. §. actionum. in materia tutelari. versicu. octauo quid incumbat. institu. de actio. Paul. de Castr. consil. ccclij. Et quamuis, aliqui voluerint, quod ad hoc vt tutor releuetur a confectione inuentarij, non sufficiat quod testator eum releuet a confectione huiusmodi, sed opus est, quod ipse prohibeat, seu defendat, ne tutor inuentarium conficiat: secundum Marti. Silima. quem sequutus est Joan. And. in addi. Specu. titu. de tutore. §. generaliter. versicu. hoc autem notandum. & versi. fiet autem. & titu. de instrum. edi. §. fi. versic. tutor autem, &c. & idem voluit Sali. in dicta l. fi. C. arbi. tute. Joan. de Imo. & post eum Ange. Aret. in dicta. l. nemo potest. Et idem Ange. in. §. fi. versicu. videndum restat de tutore. versic. sed aduertas ad id, quod dixi. Pro quorum dicto videtur bonus text. in. d. l. fin. C. arbi. tute. Ego tamen vidi, vt plurimum seruari primam opinionem. Preterea dictus Jacobus prohibuit fieri inuentarium per officiarios spirituales, aut temporales, & non solum releuauit tutores per eum relictos a confectione inuentarij, sed etiam a decreto iudicis, seu obtentione illius. quod videtur potuisse facere: per id quod not. Barto. in. l. legitimos. in principio. ff. de legi. tuto. & do. Jason May. in. l. non est dubium. C. de legat. ¶ Ad id vero quod vlterius
2 queritur sub dicto primo quesito, de cautione prestanda, dico & respondeo, quod cum dicti tutores sint testamentarij, & sic per testatorem patrem dicti Bertrandi fuerit eorum fides & diligentia approbata, ipsi non coguntur satisdare. institu. de satisda. tuto. vel cura. in principio. versi. sed hoc non est perpetuum. ¶ Ad quartum dico, & respondeo, quod cum dicta Martha, non sit soror vtrinque coniuncta, sed solum consanguinea, dicti Bertrandi eius fratris, eidem si vel impubes, vel etiam factus pubes intestatus decederet, succederet nobilis Gabriela eius mater exclusa prefata Martha. authen. de heredi. ab intest. §. si vero cum ascendentibus. colla. ix. & transumptiue in authentica, defuncto. versi. sed si cum parentibus, &c. C. ad Tertyllianũ. ¶ Ad quintum dico, & respondeo, quod nihil reperio, in testamento dicti Jacobi testatoris, si aliud nõ superesset propter quod dici debeat nullum, vel alias inualidum.

¶ Rubr. De in ius vocan. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccxlij.

¶ Summatur vt in primo notabili. V. F.

1 Citari debet pars visura testes iurare etiam in causis summarijs: alias iudicium est nullum.
2 Enuntiatiuis verbis an credatur.
3 Citationis locus & tempus designanda, & cum commissione fienda est citatio.
4 Stylo quando credatur.
Testes non iurati nec probant nec indicium faciunt.
5 Testes ante litem contestatam non examinandi, nec post inhibitiones iudici factas.



Viso Processu cause cepte & pendentis indecise, per & inter honorabilẽ virum Bernardum de Brossano actorem ex vna parte, & probum virum Bernardum de Vinay, reum ex alia, dico, & respondeo, intentionem predicti de Brossano non fuisse, nec esse sufficienter iustificatam, & quidẽ nõ per confessionẽ dicti Bernardi de Vinay: & hoc certissimum, cum de muleta appareat. Non etiam depositionibus quorundam pretensorum testium parte predicti
1 de Brossano in causa productorum: tum quia non appareret ex actis cause huius honorabilem virum magistrum Laurentium Duces, dicti de Vinay, procuratorem in hac causa, vel eundem de Vinay fuisse citatum visurum iurare dictos testes: quod tamen fieri debuit. l. si quando. C. de testib. & c. ij. eodem titu. l. iudices. C. de fide instrumentorum. l. generaliter. §. eisdem. C. de reb. credi. Cum enim ageretur non solum de preiudicio sed etiam de grandi preiudicio dicti Bernardi, erat ipse vel dictus magister Laurentius ad hoc citandus: per predicta. & l.

nam ita diues.ff.de adoptio.l.vnoquoq.ff.de re iudica.⁊
cap.j.de caus.posses.⁊ proprie.⁊ est adeo necessaria citatio
huiusmodi, vt non solum in causis ordinariis, sed in sum-
mariis, etiam in eis, in quibus procedendum est summa-
rie, simpliciter, ⁊ de plano, ⁊ sine strepitu, ⁊ figura iudicij,
debeat procurator aut pars citari. Et si non heret aufere-
tur parti defensio, quod repugnat naturali equitati: vt vo
luit Barto. in extrauaganti, ad reprimendum super ver-
bo, ⁊ figura. versic. sed an presente parte, ⁊c. Debuit igitur
vel dictus magister Laurentius procurator, vel idem de
Vinay citari, quod factum non reperitur, nisi forte dica-
tur, ꝙ imo reperiatur paulo ante quaternium attestatio-
num testium parte dicti de Brossano in causa producto-
2 rum. Sed istud † nõ obstat: quia verba de quibus ibi, sunt
verba enũtiatiua, quibus propterea non creditur siue illa
fuerint iudicis. c. quoniam contra falsam. de probat. siue
sint verba notarij: quia notario enuntianti non creditur,
nisi de eis, seu quoad ea que interuenerunt loco, ⁊ tempore
celebrati instrumenti: vt not. Innoc. in. d. c. quoniam con-
tra falsam. ⁊ docto. in. l. j. C. de fide instru. ⁊ iur. haste fisca.
Sed tempore scripture predicte, seu etiam termini tenti, ⁊
in loco in quo tentus est, ⁊ coram spectabili viro domino
iudice non censetur fuisse facta citatio contra dictum ma
gistrum Laurentium illic tunc existentem. Si enim pre-
sens fuisset, nõ erat opus citatione: sufficiebat enim ꝙ eo
presente testes producerentur. Et si fuisset opus, dictus do
minus iudex verisimiliter monuisset eum. Addo, ꝙ nõ est
verisimile dictum magistrum Laurentium, si illic tunc ci-
tatus extitisset, contumaciter recessisse, ⁊ non respondisse
aliquid: cum prudens sit, ⁊ in talibus bene stylatus, ⁊ qui
verisimiliter dixisset se non consentire productioni, cum
fuisset a dicto do. iudice parte dicti de Vinay antea appel
latum, ⁊ forte sibi inhibitum: ⁊ sic non esset iudex, vel sal-
tem esset eius iurisdictio suspensa. Insuper ⁊ quod etiã nõ
dum fuerat lis in causa cõtestata, propter quod prepostere
⁊ inordinate nitebatur idem de Brossano producere di-
ctos testes. Quod fecisse, vel alias aliquid respondisse eun
dem magistrum Laurentiũ non legitur. Non est ergo stan
3 dum dictis verbis: eo † etiam maxime, quia non scribit,
nec designat notarius tempus ⁊ locum illius pretense ci-
tationis. quod tamen facere debuit. dicto cap. quoniam
contra falsam. Ibi loca designando, tempora, ⁊ personas.
Nec obstat, si forte dicatur, ꝙ verba notarij debeant intel-
ligi nuntium curie retulisse se citasse, ⁊c. ⁊ ꝙ relatio huius-
modi potuit fieri in termino, ⁊ tempore actus gesti, cũ for-
te diceret pars se producere testes, vel paulo ante. Quoniã
respondeo, ꝙ notarius non scripsit alterum ex seruienti-
bus dicte curie retulisse se citasse dictum magistrum Lau-
rentium: sed scripsit eum fuisse citatum per alterum ex ser-
uientibus: ⁊ si dixisset nuntium, seu seruientem retulis-
se se citasse, ⁊c. debuit scribere, quis esset ille seruiens, et
quomodo retulerit, ⁊ quando, ⁊ in quo loco citasse eũdem
magistrum Laurentium retulerit. Preterea non apparet
de aliqua commissione facta eidem pretenso seruienti de
citando, ⁊c. sine qua tamen citare non poterat, ⁊ sine qua
relatio per eum facta si qua facta appareret, prout non ap-
paret, non valeret. l. sed si hac. §. pretor. ff. de in ius vocan.
l. neminem. ⁊ quod ibi Bart. C. de exhiben. reis. quod etiã
voluit Bar. in. l. sciendum. vbi de hoc per Alex. de Imo.
versic. vtrum autem constito de relatione. ff. de verb. oblig.
Anton. de Butr. in. c. j. de iudic. Bald. in. l. cum clerici. C.
de episc. ⁊ cleric. ⁊ in. c. j. de milit. vassal. qui contumax est.
Bart. in. l. Palatinos. C. de fundis fisca. lib. xj. Angel. in
dicta. l. sciendum. ⁊ Ange. Aret. in. l. ex consensu. §. fin. ff.
de appel. Nec ijs obstat, si forte dicatur ꝙ de stylo hoc non
4 seruetur. Quoniam † respondeo, ꝙ stylo non creditur, nisi
per expressas probationes de illo appareat: ⁊ hoc quãdo
ius commune est illi contrarium: vt voluit Lap. allegat.
sua. liij. prout esset in casu, vt apparet per predicta. Ex qui-
bus omnibus infertur non apparuisse, vel apparere dictũ
magistrum Laurentium, vel prefatum Bernardum fuis-
se citatum visurum iurare testes. Illi ergo non probant,
nec faciunt indicium: per id quod not. Barto. in. l. iuri-
bus: ⁊ in. l. fin. ad fin. ff. de questio. vbi expresse voluit ꝙ te-
stes examinati parte non vocata, nõ faciunt indicium, pro
quo allegat dictam. l. si quando. ad fin. ⁊. l. si quis adulte-
rium. ff. de adulter. ⁊ idem videtur voluisse Franciscus de
Are. in. c. causam que. de testib. ⁊ consil. clxv. exordien. Si-
cut Ioannes dicit in Apocalypsi, ⁊c. ⁊ do. Felin. in. d. c. ij.
versicu. collige secundo ex isto text. ⁊c. de testib. vbi etiam
dicit Panor. esse text. de dicto Bart. in dicta. l. maritus.
Premissa etiam confirmantur per id quod not. Francisc.
de Aret. in dicto. c. causam que. versicu. tertio adde dictis
docto. ⁊c. vbi impugnat decisionem, quam ponit Bartol.
in. l. admonendi. versicu. quero quid si dicta testium sunt
recepta. ff. de iureiurand. Et dicit ꝙ contra illam videtur
esse casus clarus in. c. inter dilectos. §. porro. de fid. instru.
5 Cum † etiam non probãt testes predicti: pro eo, quia repe-
riuntur producti, ⁊ examinati, si tamen ⁊ quatenus fue-
rint producti, vel examinati ante litem contestatam, ⁊ sic
prepostere, ⁊ nulliter: per id quod habetur in. c. j. ⁊. c. acce-
dens. vt lit. non contest. ⁊ quod voluit gloss. in. l. prolatam.
C. de senten. ⁊ interlo. omnium. iudi. ⁊ sensit glo. in cle. te-
sti. super verbo, rite. de testi. Cum ⁊ quia, vt puto, dicti te-
stes fuerunt producti, ⁊ examinati, si tamen ⁊ quatenus
de ijs appareat post inhibitionem factam dicto domino
iudici per spectabilem virum dominum iudicem appella-
tionum: quod fieri non debuit. c. non solum. §. illa vero
ibi, nisi iudex appellationis. de appellat. in. vj. Non est er-
go, vt primo dixeram, probata intentio dicti de Brossano.
Quo fit, vt idẽ Bernardus de Vinay absolui debeat ab
impetitis, etiã si nihil probasset. l. qui accusare. C. de eden.
l. fi. C. de rei vendica. c. vnic. vt eccle. benefi.

¶ Rubrica, De episcop. audient. ¶ Consilium. ccxliij.

¶ Epitome.

¶ Vt in primo notabili. V. F.

1 ¶ Libelli clausula hec, Et alias iustitiam, ⁊c. refertur
ad petitorium, vbi possessorium intentatum est, ⁊ numero
sequent.
3 Capellania vacat per permutationem ⁊ per mortem va-
casse fingitur.
4 Beneficiales cause summarie, simpliciter ⁊ de plano tra-
ctande.



T Si tam venerabilis vir dom. Anto-
nius de Baraterio, ꝙ dominus An
tonius Baraterij, in libellis, parte eorum
contra se inuicem, ⁊ sic relatiue oblatis, vi-
deantur claris, ⁊ specificis verbis conclu-
sisse, ⁊ re vera concluserunt in possessorio re-
tinendae, ipsi tamen post huiuscemodi specificam conclusio
1 nem, subiunxerunt clausulam generalem, Et † alias iusti-
tiam, ⁊c. propter quod potuerunt, prout etiam fecerunt,
inducere probationes non solum super possessorio, in quo
videbantur duntaxat conclusisse, sed etiam super petito-
rio: per id quod voluit Calder. in. c. cum dilectus. de ordi.
cogni. vbi refert se ita obtinuisse in contingentia facti, ⁊
idem voluit ibi Anto. de Butr. ⁊ Panor. versic. ⁊ not. ex
predictis, ⁊c. Ange. Are. in. §. actionum. versi. possit tamen
opinio dominorum meorum seruari, si in narratione, ⁊c.
de actionibus. ⁊ Dominus Andreas Barbatias in cap.
examinata, de iudicijs: quod procul dubio potest procede-
re in hac causa, in qua partes predicte, ⁊ earũ quelibet, in
dictis earum libellis, non solum narrauerunt possessoriũ
retinende, sed etiam petitorium, hoc est vacationem Ca-
pellanie, de qua satis ample tractatur in actis: vnus vide-
licet per resignationem, ⁊ alius per mortem Rectoris, ac
institutionem, seu prouisionem de ea factam, ⁊ super his
probationes induxerunt. Quo fit, vt possit Iudex cause
huius pronuntiare, nõ solum super possessorio, sed etiam
super petitorio: ⁊ adiudicare Capellaniam potiora iura
habenti, vt expresse voluit Angel. vbi supra quod etiam
satis sentiunt Calde. Anto. de But. ⁊ Panor. in. d. c. cum
dilectus: qui volunt, vt dixi, probationes posse induci non
solum super possessorio, sed etiam super petitorio. Quod si
ita est, ergo ⁊ super petitorio poterit ferri sententia: quia
de qua re cognouit iudex, de ea quoque pronuntiare co-
gendus est. l. de qua re, cum suis simil. ff. de iudi. Et per hec
patet responsio ad primum quesitum, scilicet, ꝙ cum non
solum fuerit processum super mero possessorio, sed etiam
super petitorio, nec solum fuerit conclusum super posses-
sorio, sed etiam in petitorio propter illam clausulam ge-
neralem, ⁊ alias iustitiam, ⁊c. poterit sententia ferri non
solum in possessorio, sed etiam in petitorio. ¶ Ad secun-
dum dico, ꝙ etiam si verum esset ꝙ dicta regula Can-
cellarie, non obstaret, vel obstare posset dicto domino
de

de Baraterio, nec suffragaretur, aut suffragari posset prefato do. Baraterij, eo casu, quo hincinde, vel saltem per dictum Baraterij fuisset merum possessorium, & sine petitorio intentatum: tamen quia, vt dixi, nō solum possessoriū, sed etiam petitorium fuit narratum, & in eo per illam clausulam generalem, & alias iustitiam, &c. conclusum, dicta regula videtur obstitisse, & obstare dicto do. de Baraterio:
2 illa enim clausula, † & alias, &c. vt sepius dixi, debet referri ad petitorium ne idem repeti videatur. c. in Genesi de elec. & vt verba aliquid operentur. c. si papa. de priuileg. in. vj. l. si quando. ff. de lega. j. l. hac lege. ff. de contrahen. emptio. & vendi. l. si stipulatus. in princ. ff. de vsu. & quod not. Bald. C. de contrahen. emptio. & vendi. super rub. q. ix. & Alex. de
3 Jmol. consi. cxvij. Preterea quamuis † dicta Capellania re vera vacauerit per resignationem, etiam si facta fuerit, prout facta est ex causa permutationis. c. j. de rer. permuta. in. vj. tamen ex dispositione dicte regule fingitur vacasse per mortem, per fictionem, quam potest princeps inducere: & que pro veritate habetur, vt plene prosequitur Bart. in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. quod si ita est, imo quia ita est, fingitur ille quondam do. Claudius, Cyssanterij, qui resignauit, fuisse rector vsque ad mortem inclusiue: quia alias non censeretur vaccasse per mortem eius. ¶ Ad tertium dico, & respondeo, quod cum dicta regula loquatur indistincte de beneficio, illa videtur indistincte intelligenda. l. de pretio. cum suis simili. ff. de public. in rem actio. ¶ Ad quartum respondeo, quod in hoc forte non attenditur stylus curie Romane, vel ciuitatis Auenionensis, sed curie in qua factus est processus: eo maxime, quia
4 † sumus in causa beneficiali, in qua agitur summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij. cle. dispendiosam. de iudi. & cle. sepe. de verborum significat. nec video bonum remedium, nisi habeatur illa prouisio apostolica, quam dicitur idem domi. de Baraterio obtinuisse post resignationem dicti do. Cyssanterij, & ante institutionem factam de dicto Baraterij: quia si obtenta extitisset, non ante hanc institutionem, sed post eam illa non prodesset eidem do. de Baraterio: pro eo quia per illam fuisset ius acquisitum dicto Baraterij, cui do. Papa non censetur derogasse per prouisionem per eum postea factam iuxta mentem regule cancellarie. Et quia etiam solet dici in literis, duntamen tempore date presentium non sit alteri ius quesitum. Tota igitur spes remanet super ista apostolica prouisione. Et hoc quoad ius beneficij: quo vero ad iudicium possessorium non videtur idem Baraterij debere in eo obtinere. Preterea etiam si post resignationem beneficij factam per cōstitutum in infirmitate, si postea infra viginti dies moriatur ex infirmitate huiusmodi, id resignans, censeatur iuris fictione beneficium vaccasse per mortem ipsius resignantis, non per resignationem: iuxta mentem decime octaue regule cancellarie, exordiētis, Jtē voluit quod si quis in infirmitate, &c. regula tamen ante mortem huius resignantis ipsum beneficium in veritate vacatum etiam si resignatio fuerit facta ex causa permutationis. c. j. de rerum permutatione. in. vj. Et sic in veritate desijt resignans per resignationem habere ius in beneficio. Quo fit, vt si post resignationem huiusmodi & ante sequutam mortem fuerit beneficium alteri collatum, vel alias de eo sibi prouisum, & deinde iste cui prouisum est apprehenderit possessionem, seu quasi dicti beneficij, interim, hoc est, ante mortem postea superuenientem, videantur hec omnia valuisse, & dici posse, quod tempore intermedio iste fuerit beneficiatus, & possessor beneficij: etiam si postea superueniente morte censeatur collatio, seu prouisio nulla: & hoc per fictionem principis fingentis beneficium vacasse post mortem. Sed non videtur quod hec fictio trahi debeat in hoc casu ad factum, hoc est ad possessionem ipsam interim apprehensam per eum, cui erat prouisum, non enim dicit regula, illam esse nullam, vel ipsum cui facta est prouisio, perinde haberi ac si possessionem non apprehendisset, videtur igitur non obstante morte postea superueniente remanere verus possessor: per id quod not. glo. in. l. i. §. si vir. ff. de acquiren. posses. Et licet Bartol. Alexand. de Jmol. & aliqui docto. videantur ipsam gloss. in aliquo corrigere, ipsi tamen eam non reprehendunt quoad hunc casum, scilicet quando ex fictione facta circa factum non resultat iuris effectus, prout nec hic resultaret: potuit enim iste infirmus resignare beneficiū, vel illud habere pro derelicto, & a se abdicare possessionem illius: quemadmodum maritus donans vxori inter viuos posset alias a se abdicare possessionem rei donate, & eam perdere. Et si bene attendantur dicta Bartoli, & aliorum, illa faciunt pro ijs, que dixi, nec corrigunt gloss. in casu occurrenti. Jste igitur prouisus possedit, & possidet propter quod non licuit aduersario, qui de beneficio tanquam vacante per mortem pretenditur postea fuisse institutus, apprehendere possessionem illius sine authoritate: & hec sua pretensa possessio tanquam posterior censetur clandestina: per id quod notant doct. & habetur in. c. licet. & quod ibi nota. de probat. Bart. in quodam suo consil. exordien. Jn questione, &c. Barto. in. l. si duo. in princip. versic. si vero testes vniuscuiusque. ff. vti possid. vbi etiam alij docto. Angel. in §. quadrupli. in materia interdicti vti possidetis. institut. de actioni. doctor. in. l. vnica. C. vti possidet. & Paulus de Castr. consil. v. versi. secundo principaliter. & consi. clxxviij. exordiente, Fundamentum prefati domini vicarij. Et ita possessio ipsius aduersarij est improba, & vitiosa. l. improba. C. de acquiren. possessio. Debet igitur venerabilis vir dominus Antonius de Baraterio super possessorio per eum intentato obtinere: cum, vt apparet, ex discursu cause pendentis indecise inter eum, & do. Antonium Baraterij, ipse de Baraterio probauerit de antiquiori possessione: & non solum debet obtinere in possessorio per eum intentato, sed etiam debet ab impetitis parte dicti Baraterij super cōtrario possessorio absolui: quia cum vt dixi pretensa possessio huius Baraterij sit posterior, & sic censeatur clandestina, idem Baraterij, vtpote clam possidens, respectu possessionis dicti domini de Baraterio, non potest obtinere, sed debet succumbere: quia opus est agenti interdicto vti possidetis, seu possessorio retinende, ad hoc vt in eo vincat, quod ipse possideat quoad aduersarium, non vi non clam, non precario. l. j. §. quod ait pretor, & quod ibi docto. ff. vti possid. de quo etiam per docto. in. d. c. licet causam, de probat. & in. l. vnica. C. vti possidetis.

¶ Rubr. De procurato. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccxliiij.

¶ Procurator immunitatem concesserat, pro qua homagium receperat. Dominus acceptans homagium, immunitatem etiam approbare censetur. V. F.

1 ¶ Mandatum non presumitur.
2 Mandatum generale non importat quod quis donare possit: nisi remuneratorie. & nume. 5.
3 Presumptio est pro antiquis actis, & quod solenniter processerint.
4 Tempus longissimum vim prebet tituli.
5 Remuneratio fauorabilis adeo vt procurator, prelatus, & tutor alienare pro ea possint.
6 Acceptari censetur contractus cum omnibus clausulis.
Collatio an per vicarium fieri possit: et quid de institutione.



Viso Jnstrumento cōcessionis immunitatis, seu franchesie, quam anno Domini. M. ccclxv. & xxiij. mensis Octobris, fecisse legitur honorabilis quondam vir Nicolaus Thomassij vicarius, & generalis procurator magnifici, et potentis quondam viri Amelij de Agonto, Curbanni, & baronie Saltus. Domini, dico & respōdeo, quod contra concessionem huiusmodi videntur inter alia, prima facie duo
1 posse opponi: primum, quia forte non constat, vel apparet de vicariatu, & procuratoria potestate prefati Nicolai: Et pro quibus etiam non videtur presumi: per id quod not. Bald. in. l. ij. versicu. quero quid si dominus. C. si ex fal. instrumen. vbi voluit, quod si contra eum qui falso pro meo procuratore se gerebat, lata fuerit sententia, a qua non appellauerim, possum perpetuo dicere sententiam huiusmodi esse nullam, etiam vsque ad mille annos, ex quo de mandato non apparet. Pro quo allegat quod not. Bernardus in cap. cum in iure. de offic. deleg. & quod habetur in. l. cum ex initio. C. de fals. Et idem videtur voluisse Bald. in. l. j. C. de reb. alie. non alie. Hoc dictum Bal. refert & sequitur Alexan. de Jmo. in. l. sciendum. versi. vnum tamen sciatis pro limitatione. ff. de verb. obl. & in. l. qui in aliena. in prin. ff. de acq. he. Secūdū quod videtur posse prima facie oppo-

ni, & quia etiam supposito q idem Nicolaus fuisset vicarius, & generalis procurator dicti nobilis Amelij, non tamen videtur potuisse donare Bertrando Rodulphi, in dicto instrumento nominato dictam immunitatem:
2 pro eo quia † in mandato quantuncunque generali, etiam si est cum libera, nunquam venit, q quis possit donare. l. cōtra iuris ciuilis regulas. §. fi. & l. seq. ff. de pact. & l. filius familias. in princ. ff. de dona. Econtra pro defensione predicte concessionis non obstantibus predictis videtur facere in primis, quia concessio predicta, & in qua seu instrumento illius fit mentio expressa de vicariatu, & de generali procuratoria potestate, cum designatione instrumēti eiusdem potestatis, que est non solum antiqua, † sed antiquis-
3 sima, facta scilicet, vt predixi, anno Domini, M.ccclxv. & die. xxiij. mensis Octobris. & sic ab ea lapsi sunt & defluxerunt anni centum, & triginta septem, & vltra. Debet ergo pro ea presumi. Pro quo in primis allego Bald. consil. cclxxxix. exord. In primis videndum est an illud pactum, &c. versi. item quia inter dictas partes lis vertitur, &c. iuncto eo quod ponit idem Bald. versic. quoad secūdum punctum de instrumentis antiquis, vbi voluit Bald. de directo contrarium eius, quod dicitur voluisse in. d. l. ij. C. si ex fal. instrumen. Pro cuius vltimo dicto, hoc est, eo quod dicit in consilio, facit, quia antiquitas prestat authoritatem, & fidem maxime antiquitas tanti temporis, cuius non extat memoria adeo q non debet tale instrumentum in dubium reuocari quominus fidem faciat de vicariatu, & procuratoria potestate, in eo mentionatis. arg. c. sup quibusdā §. preterea. de verbo. signifi. & auth. vt eccle. Roma. cen. anno. ibi cum hoc tempus vite longeui hominis plerunque finis esse cognoscatur. colla. ij. ideo de impossibili non est facienda fides. Facit etiam, quia pro regula communi & vera recipitur, q licet alias solennitas extrinseca non presumatur regulariter, nisi probetur secundum glo. Bar. & omnes qui communiter ita not. in. l. sciendum. ff. de verbo. obliga. per text. in. l. quecunque. §. fin. & quod ibi doct. ff. de publi. & quod not. docto. in. c. cum in iure peritus. de offic. delega. & in multis alijs locis. Tamen ex antiquitate temporis non solum centum annorum, & vltra, prout in casu de quo queritur, sed etiam longissimi temporis triginta vel quadraginta annorum, presumitur solennitas extrinseca etiā si principaliter tractaretur de preiudicio alterius, vt est text. not. quem multi dicunt non esse alibi. in. c. peruenit. secundum vnum intellectum gloss. quem ad hoc ibi extollit Ioan. de Imo. de emptio. & vendi. & per quem limitatur. l. si filiusfamilias. C. de peti. heredi. cum ibi not. per docto. vbi recipitur q ex diuturnitate longi temporis presumitur solennitas extrinseca precessisse, & illum tex. commemorat Ang. esse singularem, in. d. l. sciendum. vbi etiam moderni post eum, & Bart. Ange. Ioan. de Imo. Roma. & moderni in. d. l. qui in aliena. versicu. quod si non adierit. & in multis alijs locis: quia premissa procedunt vbi ageretur de acquirendo, vel de modico preiudicio: secus si tractaretur principaliter de exclusione alterius: quia tunc nō sufficeret longum tempus, sed requireretur, & sufficeret saltem tempus xxx. vel. xl. annorum. per text. in dicto. c. peruenit. cum gloss. quod etiam voluit Alexand. de Imol. in dicta. l. sciendum. vbi etiam Andr. Barba. Alexand. de Imol. consil. xvij. in quarto volu. domin. Felin. in. c. sicut, versic. secundo aduerte, &c. de re iudi. Que si ita se habeāt, imo quia sic se habent, quanto fortius presumenda est solennitas extrinseca ex diuturnitate temporis, centum, & triginta septem annorum. Pro hac parte & cōtra dictum Bald. inducit, vt ita dixerim, infinita Franc. de Cur. consil. lxxvj. super motiuis redditis in fauorem cōmunitatis Montisbarucij, &c. versic. sed premissis non obstantibus. que poterunt videri. Vbi etiam multa alia, dicit Bald. in dicta. l. ij. C. si ex fal. instrumen. fuisse loquutum sine lege, &c. Et pro presumenda dicta solennitate, hoc est pro presumendis vicariatu, & procuratoria potestate, plurimū facit q vt dicunt successores dicti quondam Bertrandi, tam ipsi quam eorum predecessores, & successores dicti Bertrandi fuerunt semper vsi, & gauisi dicta immunitate, & q non reperitur, q a possessione illius dictus Bertrandus, & sui successores soluerint vintenum: a cuius solutione, prefatus Nicolaus eundem Bertrandum, & suos heredes liberauit, & sibi de non soluendo immunitatem concessit. Pro quo si placet, videbitur Francisc. de Cur. in dicto consilio, qui etiam pro hoc plurima inducit, que non transcribo propter euitandam prolixitatem. Et sic patet responsio ad primum obiectum. ¶ Ad secundum videtur posse dici, q illud non obstet. Tum quia, vt
4 predixi, tam † isti moderni successores, q eorum predecessores fuerunt in possessione, seu quasi predicte immunitatis, a tempore & per tempus de cuius initio, aut contrario non extat memoria: quod censetur habere vim tituli, seu constituti, etiā si non apparet de cōcessione: per ea que notāt gloss. & Hostien. in dicto cap. super quibusdam. §. preterea. & quod habetur in. l. si arbiter. ff. de probat. in. c. mos antiquus. distinctio. lxv. in. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotid. & estiua. in. l. j. §. vltim. ff. de aqua pluuia arcenda: & c. j. ad fin. & quod ibi glos. de prescript. in. vj. Tum & quia concessio predicta non fuit donatio simplex, sed fuit donatio ob causam: scilicet in remuneratione homagij, & sacramenti veritatis per dictum Bertrandum tunc prestiti prefato Nicolao, recipienti pro & nomine dicti nobilis Amelij. Donatio vero ob causam, & in remunerationem, non est proprie donatio. l. Attilius Regulus. et quod ibi docto. ff. de donat. & quod voluit Oldrad. consil. cxxxix. exordiente, Ad habendum aliqualem notitiam, &c. Ioan. Andr. in additio. Specu. titu. de instrum. editio. §. porro. versicu. fuit etiam alia questio de facto, duo fratres, &c. Alberic. & Salic. in. l. fin. C. de pactis, & Angel. in l. hereditarium. ff. de bon. anthorit. iudic. possiden. & consi. clxxxj. consi. cxxvj. & alij in alijs locis. Et presertim dominus Iason May. in. l. ex hoc iure. versic. secunda principa-
5 lis obligatio. & multis sequen. ff. de iustit. & iur. Esto † igitur, vt vicarius procurator, vel alius, administrator Reipublice, aut priuate, donare non possit res domini, seu administrationis illius, non propterea infertur, quin possit donare ob causam, seu remunerando: q vt dixi, donatio huiusmodi, non est proprie donatio. Pro premissis facit, quia prelatus ecclesie, qui alias prohibetur alienare res eiusdem ecclesie, potest eas alienare gratia remunerandi seruitia. cap. relatum. & cap. cum in officijs. de testa. notat Laurentius post glossam: vbi etiam Paulus de Castro, & alij in. l. iubemus nulli. in princip. C. de sacrosanct. eccles. & in. l. iusta causa. ff. de manumis. vindic. Ioan. And. in additio. Specu. tit. de reb. eccles. non alien. super rubr. Bart. in prohemio ffororum. Preterea licet tutor vel curator non possint regulariter donare res pupilli, vel minoris: hoc tamen facere possunt ex causa iusta, & vt videtur gratia remunerationis per ea que not. glos. in dicta. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fin. ff. de pact. gloss. & docto. in. c. j. de officio vicarij. in. vj. Alexan. de Imo. in. l. pactum curatoris. C. de pact. Preterea cum, vt puto, tam prefatus quondam nobilis Amelius, quam sui successores in dominio & iurisdictione loci predicti de Curbano, approbauerint, ac rata, & grata habuerint homagium, ligium, & fidelitatis sacramentum per dictum Bertrandum, dicto nobili Amelio, seu prefato Nicolao vicario recipiēti pro & nomine eiusdem Amelij prestitum. Idem etiam nobilis Amelius, & dicti domini eius successores, ratam & gratam habere debuerunt concessionem dicte immunitatis: per id quod voluit Bald. in cap. nihil. de electioni. & in dicta. l. contra
6 iuris ciuilis. §. fin. vbi voluit, q † ille cui acquiritur ius ex contractu, debet acceptare contractum, cum omnibus clausulis in eo appositis: Pro quo bene facit dictus. §. fina. & l. Caius. ff. de manumis. & text. in ratione sui, in. l. secunda. ff. de rebus eorum. Pro defensione dicte concessionis etiam facere videtur, q vicarius potest regulariter facere omnia ea, que potest & ille, cuius est vicarius: vt notant Goffred. & Vincent. in. c. petitio. de procurat. pro quo solet allegari. cap. j. distinctione nonagesima quarta. c. si Episcopus, in fine, secunda questione sexta. Et quanuis hoc fallat in collatione beneficiorū, pro eo quia est mera donatio. cap. fin. & quod ibi docto. de officio vicarij: non tamen fallit in institutione beneficiorum, quam facere potest vicarius, etiam si non habeat mandatum speciale ad instituendum, cap. ex frequentibus. & quod ibi doctores maxime Panormita. de institutio. & idem per illum text. not. glo. & doct. de confirmatione facienda per vicarium. in. d. c. fin. de offic. vicar. quod ideo tam varie esse dicunt, quia collatio continet meram liberalitatem: secus vero in institutione, seu confirmatione. Ergo a simili videtur, q licet dictus do. Nicolaus vicarius mere seu simpliciter donare non potuisset predictam immunitatē, videtur tamen potuisse illam concedere ex causa remunerationis homagij, & fidelitatis sacramenti per dictum Bertrandum prestitorum: & vt dicitur pro vtilitate, & commodo dicti nobilis

lis Amelij. et hec pars videtur mihi verior supposito maxime vt predixi, ꝙ a predicta concessione, vel a tempore de cuius initio aut contrario memoria non existat, moderni successores dicti Bertrandi ⁊ Rodulphi visi extiterint dicta immunitate: ⁊ sic non soluerunt tresenum de quo in ea. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rubri. De naturalib. libe. ¶ Epito. ¶ Consil. ccxlv.

¶ Institui potest heres nepos ex filio incestuoso presbyteri per ipsum presbyterum. V. F.

1 ☞ Spurij qui dicantur: ⁊ qui incestuosi.
2 Comitis Palatini instrumentum an ⁊ quando producendum, vt valeat per eum facta legitimatio.



Onitur In facto, ꝙ egregius quidam vir, dominus Joannes. Achardi Grassensis canonicus, cum iam presbyter existeret, suscepit Joannem filium illegitimum, ex quadam vidua, ex quo postea procreatus est nepos naturalis ⁊ legitimus, quem dictus dominus Joannes, heredem vniuersalem instituit. Quesitum est an institutio valuerit: ⁊ videtur ꝙ non, pro eo quia queadmodum non potest pater heredem instituere filium spurium, vel alias regulariter sibi relinquere, aut donare. authen. quibus modis naturales effic. sui. §. fina. colla. vij. ⁊ authen. licet patri. C. de naturalib. libe. ita nõ possit auus paternus heredem instituere nepotem naturalem ⁊ legitimum, ex huiusmodi spurio procreatum. ⁊ huius opinionis videtur fuisse Odof. in. l. fina C. de naturalib. libe. Hanc opinionem videntur ibi sequi Cyn. ⁊ Albe. illam etiam sequitur Roge. per Bart. relatus consilio. cxv. in alijs. xxxiij. exordiente. Aducius habens filium, ⁊c. Specu. titu. de succes. ab intest. §. j. versi. quid ergo, ⁊c. ⁊ verius in versi. quid si habens, ⁊c. Reyne. ⁊ Bald. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ⁊ posthu. Ange. in dicta. l. Gallus. §. quod si is. ⁊ in dicta authenti. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. fina. Hanc etiã videtur tenuisse. Panor. in repeti. c. per venerabilem. versi. quero decimoquarto, circa ea que dixi, ⁊c. qui filij sint legitimi. Etiam hanc opinionem tenuit Rofre. Beneuen. in quadam sua disputatione. eo tamen casu, quo nulla merita nepotis precessissent: quia eo casu videretur nepos institutus cõtemplatione patris. Pro hac opinione inducuntur per docto. predictos, multa ⁊ varia fundamenta, que non transcribo. Alia fuit opinio Francisc. Accur. de qua patet additio in dicta. l. fina. C. de natura. liber. qui voluit, ꝙ quamuis filius spurius heres institui non possit, ex illo tamen nepos naturalis, vel naturalis ⁊ legitimus potest per auum, hoc est per patrem spurij, heres institui: duntamen non supersit proles legitima, ⁊ hanc opinionẽ tenuit Frede. de Senis consilio. lvj. exordiente. Uidetur mihi ꝙ in priuilegio, ⁊c. ver. super certo dubio. ⁊c. illam etiam sequutus est Jaco. de Belloui. in quadã sua disputatione facta Perusij. quam inter seruit. in. l. j. C. de natu. lib. ⁊ idem voluit in dicta authen. quibus modis natura. effic. sui. §. fina. Barto. ⁊ Joan. de Jmol. Raphael. Paul. de Cast. ⁊ Alexan. de Jmol. in dicta. l. Gallus. §. quod si is. Barto. in. l. fina. C. de ijs quib. vt indig. ⁊ in dicto consilio. xxxiij. Joan. de Jmol. in. c. ij. de testa. Ange. ⁊ Sali. in dicta. l. fin. C. de naturalib. libe. Jacob. de Are. quem ibi sequitur Benedictus. de Plumbi. ⁊ Ange. in. l. libertus testamento. ff. de manumis. Pro qua opinione etiam inducuntur multa ⁊ varia fundamenta, que non refero. Sed supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ hec vltima opinio censeri posset magis communis, nihilominus tamen videretur, ꝙ
1 prefatus domi. Joannes, dictum nepotem instituere non potuerit. Pro eo qz licet dictus † Joãnes dici possit spurius: pro eo quia omnes suscepti ex reprobato, seu damnato, coitu, dicuntur spurij: vt voluit Barto. in dicta. l. fina. circa principium. ff. de ijs quib. vt indig. ⁊ sequitur Fran. de Aret. in ca. at si clerici. §. de adulterijs. versicu. pro quo ego allego casum singularem, ⁊c. extra de iudic. ⁊ Lancel. Deci. in dicto. §. quod si is. pro quo allegatur casus singularis, in. l. spurij. in principio. ff. de decur. vbi iurisconsultus, ex illo antecedente, spurij, decuriones fiunt: inferret ergo ex incẽstu, natus decurio fieri poterit, quod non inferretur, nisi etiã incestuosus esset spurius: licet (inquam) possit ipse Joannes dici, ⁊ re vera sit spurius, videtur tamen esse incestuosus: ⁊ sic contineri sub specie incestuosorum, non sub alia specie spuriorum. per id quod not. gl. in. l. ij. quam ibi sequuntur Bart. Bald. ⁊ Paul. de Cast. C. de episc. ⁊ cler. ⁊ alij inducti per spectabiles viros dominos primo scribentes. ⁊ Nicol. de Neapo. in quodam suo consilio, exord. Quidam ex quadam sorore, ⁊c. posito inter consilia Bar. ⁊ hoc etiam voluit Andr. Barb. consi. lviij. exord. Sapiẽter dicit Psalmista celebris: Prope est Dominus inuocantibus. cum. versic. modo in casu nostro est quedam incestuositas qualificata, ⁊c. in secunda parte. Ex quibus videtur concludendum predictam institutionem factam, videlicet de nepote ex isto incestuoso non valuisse. l. si quis incesti. C. de incest. ⁊ inutil. nupt. vbi etiã per illam l. hoc voluit Bald. ⁊ sequitur Alexand. de Jmola in. d. l. Gallus. §. quid si is. versic. secundo limitat. vbi etiam mandat hoc menti teneri. Fateor ꝙ do. Jason Mayn. in. d. §. quid si is. versic. secundo notabiliter limita istam, ⁊c. dicit se valde dubitare de hac limitatione, seu dicto Bal. contra quod inducit quatuor fundamẽta, que possunt ibi videri. ⁊ tandem dicit cogitandum: adijciens tamen, ꝙ magna est authoritas Bal. ⁊ Alexand. de Jmol. quando non superest contradictor, prout nec hic: mihi autem videtur, ꝙ do. Jason non aduerterit ad. d. l. si quis incesti. que etiam punit parentes incestuosos, vt non possint de bonis suis disponere, aut testari, nisi in certas personas, de quibus non videtur esse proles etiam legitima descendens ex filio incestuoso. Et per hoc videtur posse responderi ad iura allegata per do. Jason. Sed videtur ꝙ. d. l. si quis incesti. non faciat ad propositum: pro eo quia illa loquitur in eis, qui cõtraxerunt incestas nuptias, quos punit, vt ibi. ⁊ etiam inhabilitat ne possint de commbenis disponere, seu testari: nisi in personas de quibus ibi. Hoc autem non fecit, nec fecisse proponitur dictus dominus Joannes. Et sic licet dictus Joannes eius filius fuerit ⁊ sit incestuosus, ⁊ prefatus do. Joannes eius pater incestum commiserit, non tamen videtur isti incestuosi esse de illis, de quibus loquitur ille text. Quo fit vt cum pene sint molliende, ⁊ odia restringenda, per iura vulgaria non debent pene illius. l. ad hunc casum extẽdi: maxime cum, vt videtur, magis delinquant, qui incestas nuptias contrahũt, ⁊ deinde incestuose coeũt, ꝙ qui duntaxat incestuose coeunt: non reperio qui hoc tangat, excepto Nicol. de Neapo. in. d. suo consil. Quidam ex quadam sua sorore, ⁊c. vbi tamen loquitur de nepote legitimo ex filio sororis monialis: ⁊ dicit, ꝙ pene. d. l. si quis incesti. non solum sibi locum vendicant, vbi nuptie fuerũt contracte, sed etiam ⁊ multomagis vbi committitur incestus absqz nuptijs: pro quo allegat in argumẽtũ. l. si adulterium cum incestu. in princ. versic. nonnunqz enim. ff. de adult. Et probatur coitum factum sub colore matrimonij, nunqz minus puniri, ꝙ si sine colore huiusmodi processisset: quod etiam bene colligitur ex his que ita not. Bart. versic. oppono de. l. qui cõtra. ibi: sed tamen non bene declarat. allegat etiam idem Nicol. de Neap. in argumentum. l. fin. ff. de rit. nupt. vbi probatur, ꝙ palam contrahens matrimonium cum collaterali, vel cum affine, mitius punitur, ꝙ ille qui clam. ergo a simili minus delinquit, qui contra legem coit sub colore matrimonij, ꝙ ille qui sine hoc colore. Pro eo quia iste querit facere occultius, ꝙ primus, ⁊ cum det operam ⁊ causam rei ab initio illicite, presumitur in eo maior dolus, ꝙ in eo, qui contraxit matrimonium: qui licet forte factum sciuerit ius ignorauit. ⁊ ita putauit sibi licere, ꝙ nõ licebat. Sic igitur videtur, ꝙ pene. d. l. si quis incesti. habeant locum etiam in illis, qui sine colore matrimonij incestum committunt, ⁊ in prole ex illis suscepta. Hoc tamen non pro nunc fixe affirmo: pro eo quia alium non vidi, nec
2 suppetit tempus, vt videre possim. Ceterum † quoad pretensam legitimationem dicti Joannis, nihil de ea vidi: puto tamen, ꝙ illi pretenso instrumẽto legitimationis non sit fides adhibenda de facultate comitis Palatini: nisi quatenus per literas sue creationis appareret. Et idem dico de facultate reueren. do. ⁊c. qui illum dicitur creasse comitem. Pro quo solo allegasse sufficiat authen. si quis in aliquo. ⁊ quod ibi scribentes. C. de eden. ⁊ quod not. doct. in. c. cum in iure peritus. de offic. deleg. ⁊ Panor. in. c. abbate. de verb. sig. Supposito enim citra preiudicium veritatis, ꝙ Cardinali asserenti se legatum, credatur de legatione, prout voluerunt multi per. c. nobilissimus. distin. xcvij. sibi tamen asserenti habere facultatem in ijs que alias sunt principi reseruata, non creditur. l. j. ⁊ quod ibi Bart. C. de super indicto. libro decimo.

¶ Rub. De precib. impe. offer. ¶ Epit. ¶ Consi. ccxlvj.

¶ Preces recte porrigit Principi vel Viceregi ea, que prescribi fuerat contra se bona paterna vel fraterna: vt princeps prescriptionem quadraginta annorum aut vetustiorem ex mera liberalitate tollat. V. F.

1 ☞ Prescriptio contra filiam bona paterna non petentem quanto tempore impleatur: & quid de fraternis.
2 Vicerex potest quempiam releuare a prescriptione iam decursa: & quomodo.
3 Princeps que iura sine causa cuidam auferre possit, & que non.



Viso Casu mihi exhibito parte nobilis & honorabilis mulieris domine Dalphine de Fonte, filie quondam naturalis & legitime nobilis Benedicti de Fonte senioris, vna cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis: necnon etiam quibusdam scripturis dictum casum concernentibus: dico & respon-
1 deo † quod cum, vt audio, a tempore mortis dicti nobilis Benedicti senioris, preterierint sexaginta anni vel circa: a tempore vero nobilium Antonij & Jacobi, de quibus in casu dicti quondam Benedicti filiorum & ipsius nobilis Dalphine fratrum naturalium & legitimorum vtrinque coniunctorum: & abintestato sine liberis vita functorum, cucurrerint fere. xl. anni fuit dicta nobilis Dalphina que nec paterne hereditati se immiscuisse, nec fraternas hereditates adiuisse dicitur, exclusa tam a iure se immiscendi, quam a iure adeundi: per ea que no. gloss. & docto. magis communiter. in. l. licet. C. de iure deliberã. Cum etiam bona paterna fuerint post mortem patris tenta & possessa tam per ipsos quondam Antonium, & Jacobum de Fonte quandiu vixerunt, quam per Benedic. de Fonte maiorẽ eorum fratrem. Et deinde post mortem ipsorum nobiliam Antonij, & Jacobi per eundem Benedictum quandiu vixit: & deinde per eius liberos, qui etiam illa nunc tenent, & possident, fuerũt ipsa bona quo ad quotas & portiones dicte nobili Dalphine abintestato delatas, prescripta. Pro quo sufficiãt breuiter & succincte. no. per doc. in. d. l. licet. Propter que quamuis dicte paterne, & fraterne hereditates fuerint sibi pro parte virili delate: vt hoc probatur, in authen. de hered. ab int. §. j. colla. ix. & transumptiue. in authen. in successione. C. de legi. liber. institu. de heredita. que ab intest. defer. circa principium: iunctis dic. authenti. de hered. ab intestat. §. consequens. & authentic. defuncto. C. ad Tertul. Consulo quod dicta nobilis Dalphina, adeat Serenissimum Dominum nostrum Frãcorum Regem Dalphinum, pro obtinenda releuatione, tam a prescriptione dictorum iurium se immiscendi dicte paterne hereditati, & adeundi, dictas fraternas hereditates: quã prescriptionẽ bonorũ, rerum, & iuriũ dictorum quondam Nobilium Benedicti patris Antonij, & Jacobi fratrum eiusdem nobilis Dalphine, cum clausula, ex certa scientia: & non obstantia quarũcunque legum in contrarium facientium: insuper & cum clausula plenitu-
2 dinis potestatis. † Puto tamen, quod non solum aduersus prescriptionem huiusmodi possit releuare, Serenissimus Dominus noster Francorum Rex Dalphinus, sed etiã spectabilis dominus eius locum tenens seu vicerex: quia ille videtur posse id, quod princeps: per id quod no. Bart. in. l. j. §. a perfecto. ff. de lega. iij. & in. l. ij. post gl. C. de offi. eius qui vicẽ alte. gerit. & quod ponit Alexã. de Jmol. quamuis ad aliud propositum. ff. de off. eius. in rub. princeps autẽ. & signanter. serenissimus do. Francorum rex Dalphinus, qui non solum non recognoscit superiorem in regno, quinimo nec in Dalphinatu, & propterea in eo habet iura imperij, & ibi põt quicquid potest imperator in imperio: secundũ communes & vulgatas conclusiones, in varijs locis, & per multos descriptas, põt releuare a prescriptione, seu illam tollere: & vt videtur etiã sine causa & sola voluntate: per id quod no. Ang. in. l. Antiochẽsium. ff. de priuile. credi. & in. l. Lu-
3 cius. ff. de euictio. vbi dicit † quod imperator potest auferre sine causa rem acquisitam ex prescriptione, seu vsucapione: quia talis modus acquirendi fuit ab eo inductus, & ab eo põt auferri etiã sine causa: ad quod facit quod no. Bal. in. l. fin. vers. sed immediate oppono. C. sententiã rescin. nõ poss. vbi dicit quod quedã sunt iura, que quis põt acquirere etiã contra principis voluntatẽ: vt que acquiruntur de iuregentiũ, sicut dominia: & ista nõ possunt auferri sine causa, secus in his que fiunt de iure ciuili, vt iudicia, & sententie: quia in istis potentior est principis authoritas. Et ideo infert Bal. quod licet ex sententia sit translatum dominiũ, tamen valet rescriptũ principis rescribentis non obstante sentẽtia ad quod etiã facit quod voluit Panor. cõsi. lxxxiij. exord. Jllud in summa, &c. ad fi. & quod princeps possit tollere prescriptionem, voluit Odof. in. l. quoties. vbi etiã Albe. ver. querit Odofr. nunquid per rescriptum principis possit tolli prescriptio. C. de precib. imper. offe. Cum igitur princeps illam tollere possit, ergo & eius locumtenens, seu viceprinceps: nisi facultas esset limitata, vel obseruantia seu consuetudo aliter se haberet. Que dixerim, &c.

¶ Rub. Ad senatusc. Tertul. ¶ Epito. ¶ Cons. ccxlvij.

¶ Ut in primo notabili.

1 ☞ Transmissio per nepotem adhuc in aui potestate existentem ad matrem non fit: & quare.
2 Aduentitiorum bonorum filij pater vsusfructuarius est: & an sinendo filium fructus percipere censeatur illi remittere vsum fructum.



Etiam Si prouidus quondam vir magister Jacobus Pontij appothecarius habitator, cum in humanis ageret, loci Tarasconis, testari nõ potuisset: pro eo quia erat filius familias, & in patria potestate honorabilis viri Blasij Pontij eius patris naturalis, & legitimi in senio constituti, & sic non potuissent, aut possent prouidi viri Laurẽtius & Jnnocentius Pontij eius quondam fratres, & per eum pro parte substituti Petro Pontij eiusdem magistri Jacobi filio naturali & legitimo, petere in vim substitutionis huiusmodi partem bonorum, & hereditatis. dicti quõdam Jacobi. hoc tamen non prodesset: quinimo officeret, & noceret honeste mulieri Dulcete Bernarde dicti Jacobi relicte: pro eo quia cum dictus Petrus ab humanis decesserit, non adita paterna hereditate, & quam adire non potuit sine licẽtia, seu authoritate dicti eius aui paterni, & in eius potestate existebat: & sic tutorẽ, aut tutricẽ habere nõ pote-
1 rat, ipse † illam nõ transmisit, nec trãsmittere potuit ad dictam Dulcetam eius matrem, que propterea delata est dicto Blasio patri eiusdem Jacobi. Pro quo pro nunc allegasse sufficiat quod singulariter not. Joan. de Jmola in. l. ventre. versic. secundũ dubium est an talis hereditas ascendentis transmittatur ad ascendentem. ibi potes dicere, &c. ff. de acquiren. hered. & Raph. Fulg. consil. lxxxviij. exord. Visis superius allegatis. Cum enim non extarent tempore mortis dicti Petri alij descendentes ex prefato magistro Jacobo, & superesset, ac etiam superest dictus Blasius eius auus paternus, non est facta transmissio hereditatis dicti Jacobi nõ adite ad dictam Dulcetam predicti Petri matrem: ne fieret & fiat preiudicium ascendenti: hoc est patri dicti quondã Jacobi, de cuius hereditate agitur. Et hoc ne quodammodo vnum altare cooperiatur, & aliud discooperiatur contra id quod habet in auc. nisi rogati. C. ad Trebel. & in. l. fin. §. exceptis. C. qui pot. in pign. habean. & pro quo est bonus tex. in. l. ij. §. si quis ex liberis. ff. ad Tert. nec opponat aliquis, quod imo predictam hereditatem etiam non agnitam transmiserit idem Petrus ad dictam Dulcetam eius matrem: pro eo quia suus heres transmittit hereditatem ad quoscunque. per id quod not. doct. in. d. l. ventre. & l. si infanti. C. de iure deliber. Quoniam respondeo quod cum Petrus non esset in potestate dicti Jacobi eius patris, sed tam ipse, quam idem Jacobus existerent in potestate dicti Blasij, ipse Petrus non potuit esse suus heres dicti Jacobi eius patris: & sic iura loquentia de suo herede, non habent locum in hoc casu. Ceterum vbi pretendi posset dictam hereditatem fuisse, vel aditam, vel transmissam, & sic consequenter eandem Dulcetam fuisse, & esse heredem di-
2 cti quondam Jacobi, prout non potest: dictus † tamẽ Blasius fuisset, & esset vsufructuarius bonorum aduẽtitiorum per dictum Jacobum acquisitorũ. l. cum opportet. in prin. & quod ibi per doct. C. de bon. que liber. nisi forte opponat aliquis, quod imo non sit vsufructuarius: pro eo quia cum passus fuerit dictum Jacobum tenere, & possidere bona huiusmodi, & fructus percipere, ipse censeretur predictum vsumfructum remisisse. d. l. cum opportet. §. sinautem res. C. de bon. que liber. Sed hoc nõ obstat: tum quia non hoc passus

passus est, vt eidem Jacobo vel post mortem ipsius dicto Petro eius quondam filio, ⁊ nepoti, vsumfructū, vel fructus bonorum huiusmodi remitteret: sed quia propter senectutem, ⁊ lōguam distantiam, que est a loco sue habitationis, vsq; ad Tarasconem: tum ⁊ quia etiam si moram traxisset in Tarascone, ⁊ fructus predictos percipi passus fuisset, non tamen censeretur irreuocabiliter vsumfructū remisisse. Sed opus fuisset ꝙ per mortem dicti Blasij confirmata extitisset remissio: vt voluit gloss. in d. l. cum oportet. §. finautē. ⁊ Azo in summa. C. de bo. que lib. circa prin. Tum ⁊ quia patientia seu permissio huiusmodi non operatur remissionem iuris vsusfructus, sed tacitam remissionem de die in diem fructuum qui durante patiētia patris percipiuntur per filium: per id quod not. Ang. ⁊ Pau. de Cast. in d. §. finautem res. vbi etiam Philip. de Corne. ⁊ Petrus de Ancha. consi. clxxv. exord. premittendum est ꝙ matrimonium a filiafamilias, ⁊c. Propter que videtur ꝙ consulte faciet dicta Dulceta si conueniat, ⁊ componat controuersiam contra eam mouendam, de ⁊ super premissis, vel altero premissorum.

¶ Rubrica. De dona. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccxlviij.

¶ Erronea ⁊ inualida donatio est, quam non rite adoptato nomine adoptionis feci. V. F.

1 ☞ Donatio, quamuis mortis mentionem faciat, non est tamen propterea donatio causa mortis, in duobus casibus.

1 
Quamuis † Donatio in qua fit mētio mortis, presumatur in dubio eē donatio causa mortis. l. Seia. §. fin. ff. de dona. cau. mor. ⁊ l. Seia. cum gl. ff. de dote prele. no. gl. ⁊ doct. in l. fin. C. de pact. ⁊ in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obli. hoc tamen fallit in multis, ⁊ varijs casib⁹, in quibus licet facta extiterit mentio mortis, nihilominus tamen donatio censetur esse donatio inter viuos, non causa mortis: horum autem casuum vnus est, quando hoc exprimitur in ipsa donatione: vt quia inibi dicitur, ꝙ talis pone Petrus donauit donatione, que fit, ⁊ fieri dicitur inter viuos: quia quamuis postea subiungatur post mortem, tamen donatio huiusmodi est donatio inter viuos: ⁊ sic irreuocabilis: quamuis sit collata post mortem donatoris: quia eo casu sumus in claro, ꝙ donans voluerit illam esse donationē inter viuos: prout verba sonant. l. labeo. ff. de suppel. leg. ⁊ ideo Cy. in l. ij. C. de iur. do. ⁊ Bar. in l. que dotis. ff. solu. mat. dicunt ꝙ illud, ꝙ dicitur, donationem intelligi, esse causa mortis, quando in ea facta est mentio de morte, procedit in dubio: sed quando apparet ꝙ animo donandi simpliciter, seu inter viuos, tunc nō curamus an sit facta mentio mortis, vel non: quia eo casu est donatio inter viuos, ⁊ perfecta. l. perfecta. C. de dona. que sub mo. qḋ etiā voluit Oldra. cōsi. exord. Titius dedit duobus. Alb. C. de do. super rub. Secundus casus in quo donatio censetur esse donatio inter viuos, quamuis in ea fuerit facta mentio mortis, est, quando donans promisit, ⁊ iurauit seruare, ⁊ attendere donationem, ⁊ contra eam non venire. l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mor. qḋ etiā voluit Alex. de Imol. cons. lxxviij. exord. Visis quā eleganter ⁊ in facto, ⁊ in iure, ⁊c. in quarto vol. ⁊ cōsi. xiij. in primo: vbi poterit videri, propter que existimo donationē illam de qua queritur, nō fuisse donationē causa mortis, sed inter viuos, nec repugnat ꝙ actus dicatur actus inter viuos, ꝗuis sit collatus in tēpus mortis. l. vnic. C. vt ab herede, ⁊ contra heredem. l. hereditariū. ff. de bo. auth. iud. pos. l. fi. C. de contrahen. ⁊ cōmit. stip. ⁊ l. nam ⁊ sicū moriar. ⁊ qḋ ibi Guiliel. de Cug. ⁊ Bar. in vlti. oppo. ff. de cōdi. indeb. voluissem tñ habere integras scripturas dicte donationis, que videntur aliquantulum variomodo extracte seu degrossate. ¶ Ceterum quia adoptio facta de Petro Martini, non videtur valuisse: pro eo q̄ in ea nō interuenit principis aut magistratus authoritas: que tamen authoritas scz principis interuenire debuit, si ille erat sui iuris, ⁊ si erat in patria potestate alterius, requirebatur authoritas magistratus. l. ij. in prin. ⁊. §. imperio magistratus. cū suis simi. ff. de adop. videretur posse dici, ꝙ ex hoc capite, scz q̄ adoptio nō valuit ⁊ sic nō fuerit idē Petrus filius adoptiuus donantiū donatio non valuerit, tanꝗ facta ab errantibus. arg. eius qḋ habetur in l. cū hic status. §. si quis sponsam. in fi. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ quod voluit Bal. in l. eam quam, vbi etiā do. Jas. May. vers. secūdo extende. C. de fideicō. Bal. in l. nec apud. C. de heredi. instit. ⁊ Alex. de Imol. in l. si pater tuus circa prin. illo eo. tit. vellem tamen anteꝙ ego plene firmarē sententiam predictam, videre dictas scripturas plenas ⁊ integras, ⁊ nihilominus vellem videre primam notam, seu prothocolum.

¶ Rub. Ad senatusc. Tertul. ¶ Epito. ¶ Consil. ccxlix.

¶ Mater cum defuncti filij nepotibus ex fratribus in stirpes succedit. V. F.


Ponitur In facto, quod honesta mulier Romana Muratoris vita functa, ⁊ ab humanis sine liberis ⁊ intestata decessit, superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus honesta muliere Thibauda eius matre, ac Baudo, Joanne, Antonio, ⁊ Alphanta Muratororis eiusdem Romane ex Petro ipsius fratre, vtrinq; coniuncto predefuncto nepotibus, ⁊ nepte: insuper ⁊ sibi etiam superstite Dulceta ipsius Romane nepte ex Antonia Muratoris eius quondam sorore vtrinq; coniuncta, predefuncta: quesitum est cui, seu quibus hereditas dicte Romane delata extiterit, an videlicet dicte Thibaude eius quondam matri, aut prefatis eius nepotibus, ⁊ neptibus, an vealiquibus eorundem, ⁊ quibus. Ad quod respondeo breuiter ⁊ succincte, ꝙ illa delata est omnibus: dicte videlicet Thibaude matri, pro triente, seu tertia parte, ⁊ prefatis Baudo, Joanni, Antonio, ⁊ Alphante pro alia tertia parte, ⁊ dicte Dulcete pro tertia parte. authen. de hered. abintest. §. consequens collat. ix. ⁊ transumptiue in authen. defuncto. C. ad Tertul. iuncto authen. vt frat. filij. §. j. collat. ix. quod etiam voluit Matth. de Mat. in suo trac. de succes. abintest. in ij. artic. versic. quomodo assumatur ista linea dicam, ⁊c. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub. De testamentis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccl.

¶ Testamentum, cuius instrumentum sufficientem testium numerum non habet, potest probari per eosdem testes ⁊ per notarium qui illud scripsit, si septem testium numerum impleant. V. F.

1 ☞ Notarius ad supplendum postea numerum testium testis esse potest de testamento quod sumpsit.
2 Clausula codicillaris.
3 Quarta detrahitur de fideicommisso per clausulam codicillarem debito.


Quamuis Quoddam pretensum instrumentū cuiusdam asserti, vltimi, ⁊ nuncupatiui testamenti, ꝙ anno Domini M. cccc. j. ⁊ die decima mensis Septēbris, fecisse dicitur honorabilis quondam vir Baudissonus Richardi sartor, habitator inl. gnis ciuitatis Massilie, non fuerit, nec sit solenne, hoc est sufficiens ad probandum testamentum, seu testamentariam dispositionem dicti Richardi: ⁊ hoc ea ratione, quia in eo reperiuntur descripti septem testes, qui regulariter requiruntur in testamentis huiusmodi. l. ha. cōsultissima. §. per nuncupationem. cum suis similib. C. de testamen. ⁊ sine quorum descriptione vel subscriptione non probat instrumentum testamentariam dispositionem, iuxta ea que not. Bart. ⁊ doct. in l. Domitius Labeo. ff. de testa. gl. in l. hac cōsultissima. §. sed quia. super verbo, octauum. vbi etiam doct. C. qui testamen. fac. pos. tamen si venerabilis vir dominus Antonius Cabesse presbyter, ⁊ pretensus notarius, ⁊ qui dicitur de dicto asserto testamento notam recepisse, ⁊ confecisse instrumentum, ⁊ sex testes inibi per eundem descripti adhuc viuant isti omnes, hoc est notarius, ⁊ testes, poterunt produci coram iudice: ⁊ si deposuerint de testamentaria dispositione dicti Richardi, scilicet ꝙ ipse heredem vniuersalem instituerit honorabilem virum Antonium Lamberti, eius nepotem, ⁊ honestam mulierem Mariolam vxorem sui ipsius testatoris: ⁊ alias prout disposuisse dicitur idē Richardi, ⁊ se fuisse ad testamentum huiusmodi adhibitos,

seu conuocatos dictum videlicet do. Antonium Cabesse vt notarium, & ad scribendum dictam testamentariam dispositionem, & alios vt testes, probabitur predicta testamentaria dispositio, scilicet testamentum huiusmodi per dictos sex testes, & notarium: quia † quoad hoc connumeratur notarius inter testes: & potest testificari, vt vnus ex testibus: vt not. Bart. Bald. Ang. Paul. de Cast. & doct. communiter in. d. l. Domitius Labeo. ff. de testa. gl. Bald. Alexand. de Imol. Philip. de Fran. & doct. communiter in. d. l. hac consultissima. C. qui testamen. fac. pos. & Alex. Imo. consi. cliij. exor. Videtur prima cōsideratiōe dicēdum versic. nec obstat, quod tabellio, &c. in. ij. vol. eo enim, quod quis rogatur vt scribat testamentum, etiam si rogetur vel adhibeatur, vt scribat tanquam notarius, satis censetur adhibitus ad testamentum, & rogatus: & propterea potest de eo testificari, & deponere tanquam testis: vt voluit Bart. Paul. de Cast. & sentiunt doc. in. d. l. Domitius Labeo. pro quorum dicto facit. l. heredes palam. §. penul. ff. de testamen. & authen. rogati. C. de testib. Sed si aliquis ex predictis septem hominibus, hoc est, do. Cabesse, & sex testibus ab humanis decessisset, & sic non possint omnes isti deponere de dicta testamentaria dispositione, non possit probari predictum testamentum. Et quidem non per dictum instrumentum: quia illud non est solenne propter defectum numeri testium, non etiam per testes: quia sic non superesset sufficiens testium numerus, non dico quod non valeret postquam septem homines fuerunt adhibiti: sed dico quod non probaretur: & sic non deficeret ius predicte Mariole, sed probatio iuris. l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tut. verum † quia in dicto instrumento posita est illa clausula codicillaris, Si non valet, valeret, aut valebit iure testamenti, &c. dico quod quamuis predictum instrumentum non probet testamentum, probat tamen codicillum: quia quoad codicillum, in quo videlicet sufficiunt quinque testes. l. fin. cum suis simil. C. de codicillis. est solenne. per hanc autem clausulam, censentur venientes ab intestato, hoc est proximiores dicti quondam Richardi, fuisse rogati de restituēdo hereditatem heredibus institutis. Et quia (vt audio) prefatus Antonius nepos testatoris erat proximior, dico quod ipse censetur fuisse rogatus, & grauatus de restituendo hereditatem predicti testatoris heredibus institutis: & quidem pro parte dimidia efficaciter prefate Mariole per id quod habetur in. l. ex scriptura. §. his verbis. & quod ibi doctor. ff. de testamen. & quod not. glos. & doct. in authen. ex causa. super verbo, cetera. C. de libe. preter. vel exhered. Ang. cons. cuij. exor. Ista questio principaliter habet duo puncta, &c. & alij in locis plurimis, quos non refero: per dictam enim clausulam codicillarem videntur rogari veniētes abintestato, vt dent hereditatem per fideicommissum heredi scripto: quia illud operatur in hac clausula, quod operatur repetitio a venientibus abintestato. l. si iure. C. de testamentaria manumissi. l. ex testamento. C. de fideicommis. d. l. ex ea. §. ex his verbis. & quod ibi glos. ff. de testamen. l. si quis cum nullum. & l. conficiuntur. in prin. & quod ibi glos. ff. de iure codicil. Dictus igitur Antonius tanquam proximior abintestato prefati testatoris censetur fuisse per eum rogatus de restituendo eidem Mariole vxori testatoris, dimidiam partem sue hereditatis, hoc est eam, in qua heres extitit instituta: de qua tamen dimidia parte poterit dictus Antonius detrahere quartā partem. arg. §. sed quia heredes. cum suis similib. institut. de fideicommis. here. quod etiam sentiunt doct. in locis superius allegatis. Et licet dictus §. sed quia heredes. loquatur in herede instituto, & qui ex testamento succedit rogato, & grauato de restituendo hereditatem: idem tamen est, & esse debet in veniente abintestato: qui potest rogari & grauari de restituenda hereditate. §. preterea. institut. de fideicommis. hered. Et nisi ipse abintestato hereditatem adierit, non deberetur fideicommissum. per id quod voluit glos. in. l. qui filio. §. j. in verbo, codicillis. ff. de hered. instit. quam Bald. in. d. authen. ex causa. & Ioan. de Imol. in. d. l. ex ea. §. ex his verbis. reputant singularem. Paul. vero de Cast. in dicta authen. ex causa, reputat eam pro mirabili. d. glos. sequitur Alex. de Imol. in. d. auth. ex causa. versic. item intellige, quod ad hoc vt clausula codicillaris habeat effectum, &c. & do. Iason Mayn. versic. quam etiam secundo limita, quod per clausulam codicillarem, &c. & in. l. eam quam. versic. aduerte tamen in omnibus casibus supradictis. C. de fideicommis. Ex quibus omnibus concludo, quod nisi probetur, vt predixi, per dictos sex testes, & do. Cabesse dictum Richardi testatorem testatum, & heredes instituisse prefatum Antonium & Mariolam, idem Antonius si hereditatem eiusdem testatoris adire voluerit & adeat abintestato erit eius heres vnicus, & insolidum: tenebitur tamen restituere eidem Mariole illam mediam partē, in qua fuit heres instituta, per eum tamen retenta, & detracta quarta parte huius medietatis. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet dñi melius, &c.

¶ Rubric. De iudicijs. ¶ Epitome. ¶ Consi. cclj.

¶ Iudices appellationum prioribus nonnunquam deteriores, si priorem sententiam iniuste damnauerint, equo animo ferre debent iniquitatem eorum corrigi ab alio sapientiore, & priorem reformari. V. F.

1 ☞ Testibus duobus contra instrumentum potius standum est.
2 Notarium plus vel minus vel aliter scribentem, quam dictum sit, hoc errone non dolo fecisse presumendum.
3 Amicitiam testis obijciens tempus amicitie prefinire debet: scilicet iuramenti, vel testimonij lati, et amicitie probatio qualis esse debeat.
4 Innocentij authoritas inter doctores quanta.
5 Differentia inter hec verba, cum apothecbis, & hec, cum omnibus apothecbis.
6 Testificantur etiam fratres pro fratribus, & pauperes sunt testes idonei
7 Testis deponendo remouere actum a sensu an & quando debeat, quid si dicat, videri seu iudicio suo, & quid de vacillante.
8 Usus loquendi probatio temporis expressionem exigit.


Pace Et honore spectabilis viri domini primarum iudicis semper saluis, dixerim pretensa diffinitiua sententia per eum lata in causa appellationis cepta, & tunc coram eo pendente indecisa per & inter prouidos viros magistrum Claudium de Mida pellaca ntem ex vna parte, & magistrum Petrum Pomerij, seu honestam mulierem Antonetam Tholose appellatos ex alia, fuit & est iniusta, & per inaduertentiā per eum promulgata causis & rationibus alias parte dicti Pomerij, seu prefate Tholose tam corā egregio viro domino iudice Tarasconis, quam coram eodem spectabili domino iudice primarum in quatuor schedulis insertis: prima scilicet in primo processu, fo. lxvij. & hec subscripta est per spectabilem virum Dominum Stephanum Tertuli. Secunda vero fo. eiusdem processus, lxix. exordiente. Cum de reseruatione apothece, &c. Tertia fo. etiam eiusdē processus. lxxiij. Et quarta circa. xxxv. vel xxxvj. fo. secundi processus, exordiente, Perseuerando in eo quod alias dixi &c. quas repetere non expedit, & ad quas si, vt puto, placuisset aduertere prefat. domi. primarium, non renouasset vt opinor sententiā dicti domini primi iudicis multis rationibus de quibus in dicta sua sententia, que non concludunt contra alias scripta, aut sentētiam dicti domi. primi iudicis. Et quidē nō prima, in qua limitando scripta visus est eadem intelligere, & intelligit, vbi fides instrumēti depositione aliorum testium tam instrumentariorum quam aliorum non sustentaretur, prout inquit hoc in casu, quo maxime dictum instrumentum rogatum extitit per notarium fide dignum, & benefamatum, qualis est hic, qui vi-
1 ctum instrumentum sua manu & grossauit. Cū quia † etiā si notarius pretēdatur alias probus & legalis, seu etiā expertus, si tamen duo testes deponant contra instrumentū standum est illis, & non instrumento: per iura & rationes quas alias allegaui, & doctorū authoritates, qui hoc communiter tenent, nec adhibent hanc limitationem, quam adhibere visus est idem domi. Iudex. Cum & quia nō est probatū, quinimo nec propositum, quod honorabilis vir magister Victor Margoli notarius, fuerit: vel sit bonus & legalis, & pro tali notorie tētus, & reputatus. Sed hoc proposuit, & probare tentauit dictus de Mica de alio, scilicet de magistro Agaloni, vt legitur in chedula exor. Procurator pauperis Claudij, &c. arti. vij. quem certum est non recepisse notam pretense venditionis vsusfructus, sed illam recepit prefatus magister Victor Margoli: vt constat tā ex depositione ipsius, quam ex subscriptione pretensarū testimonialium literarum parte dicti de Mica in hac causa productarum: inaduertenter igitur sumptum est dictum primum

primum

primum fundamētum: quanuis nolim maledicere, nec maledicam de dicto magistro Victore, nec dicam q vel falso, vel vitiose scripserit esse venditum vsumfructum domus
2 cum toto obedimento: cum sciam † presumendū esse, & presumi debere in dubio notarium plus, aut minus, seu aliter scribentem, q̄ dictum extiterit, hoc fecisse erronee, non dolose. arg. l. quoties. §. sed si non in corpore. & quod ibi Bar. Bal. Pau. de Cast. Jo. de Imo. Alex. de Imo. & scriben. communiter. ff. de here. instit. Alexand. de Imo. in. l. iubemus. C. de testam. & in. l. si quis obrepserit. ff. de fal. & Fran. de Aret. consil. xlvij. exord. Visis & diligenter ponderatis, &c. versic pro his facit optime text. & quod ibi per Bartol. quia tamē dicti magistri Antonij & Margoli sunt duo, & disiuncti homines ex vno, vel ex his que de vno accidentaliter predicantur, non infertur ad reliquum. l. inter stipulantē. §. sacrā. ver. sed hec dissimilia. ff. de ver. ob. l. maritus. C. de do. inter vir. & vxor. & c. dilectus. de of. ord. & vulgatissima. l. Papinian⁹ exuli. ff. de minor. Etiā nec valuit aut valet aliud, & secundum pretensum fundamentum per dictum do. iudicem primarium assumptum, scilicet q magister Franciscus Sire, & Petrus Porterij fuerint mediatores, seu proxenete dicte pretēse venditionis vsusfructus. Pro quo si placet videatur in alia ex schedulis responsio facta ad hoc pretensum fundamentum: illa enim volenti bene intelligere sufficit: prout, authore Domino, si contigerit, contrarium ostendam coram supremo cōsistorio. Insuper nec etiam debuit pro fundamento assumi obiectus, qui, vt puto, factus pretenditur contra dictum magistrum Franciscum Sire, de quo videlicet in eum obijciendo di-
3 ctum est † q sit valde amicus, & familiaris prefati Pomerij: tum quia obiectio huiusmodi fuit inepta, ac inepte, & impertinenter proposita. Deducta est enim conditio huius testis, hoc est illa pretensa maxima amicitia, & familiaritas ad dictum Pomerij, que sibi inesse pretendebantur, non quidem tempore iuramenti per eum prestiti, aut lati per eum testimonij: quod tamen fieri debuit, sed tempore dati obiectus, & sic ex longo interuallo post predicta: & in quo potuit mutare conditionē, quod fieri non debuit. pro quo remisisse sufficiat ad id quod in terminis ponit Ang. consil. j. versic. & hinc attende, q ista exceptio est inepta, &c. Alexander de Imola in. l. j. §. seruis. ff. de questio. Bald. in. c. j. tit. quot testes sint necessa. ad proban. no. feu. inuest. Flor. in. l. testium. §. lege Julia. versic. ex ista glos. collige, q inspicitur conditio testis secundum tempus, &c. ff. de testi. & do. Jason Mayn. in. l. j. versic. vltimo anteq̄ venias ad gl. &c. C. de testamen. Ex quorum dictis colligitur q conditio testis inspici debeat secundum tempus iuramenti, aut lati testimonij. & q ideo obiectus contra eum datus, debet se referre ad illud tempus, non ad tempus presens, scilicet quo obijcitur: & ideo non est dicendum, seu obijciendum q est valde amicus, & familiaris, &c. quia hoc denotat presens tempus. l. cum stipulamur. & l. si a colono. ff. de verb. oblig. & l. si ita. ff. de auro & argen. leg. sed est obijciendum q fuit: alias est exceptio inepta: quia, vt dixi, conditio testis inspicitur secundum tempus, &c. d. l. j. C. de testamen. & l. si arbiter. C. de senten. & interloc. omn. iud. Nec sufficit deducere q fuit, sed opus est adijcere tempore productiōis, seu iuramēti, &c. vt voluit Ang. relatus per do. Jas. in. d. l. j. C. de testa. Quod quia factū non est, nō valet obiectus: & consequēter nec depositiōes testiū: qui etiā ad tēpus tūc presens: nō ad tēpus iuramēti, aut lati testimonij se retulerūt. Tū & quia etiam alias nō deposuerunt opportune de pretensa amicitia, que cum sensu corporeo percipi non possit, non probatur per testem, nisi rationē sui dicti reddiderit etiam non interrogatus iuxta doctrinā Inno. in. c. cum causam. de testib. quam sequuntur legiste in. l. solam. C. eod. tit. nec valet quod dicūt dicti testes se vidisse eosdem Pomerij, & Franciscum Sire ad inuicem conuersari, vel si vultis sepe conuersari. Tum & quia si est verum, prout forte verum non est, hanc causam fuisse inchoatam, non contra dictum Pomerij nomine sui ipsius, sed vt & tanquam procuratorem predicte Antonete: quid facit ad rem, q dictus Franciscus Sire, sit familiaris, vel amicus etiam grandis eiusdem Pomerij: cum ad eum cōmodum vel incommodum cause huius non spectet. Insuper etiā nec obstat aliud fundamentū sumptū de & super pretensa cōtrarietate predictorū testiū, seu alteri⁹ ex illis ad se ipsuʒ. Et quidē nō quoad primū: q nulla reperitur existens, vel apparēs cōtrarietas inter testes predictos quoad primas depositiones, nō etiā quoad secundū: quia non reperitur aliquē ex testibus huiusmodi fuisse, vel esse contrarium sibi ipsi, vt apparet ex his que alias dixi respondendo huic pretense contrarietati. Tum & quia si in duabus pretensis attestationibus alteri⁹ ex dictis testibus, possit deprehendi aliqua pretensa contrarietas, stari deberet prime attestationi iurate: vt voluit
4 † Inn. in. c. preterea. de testi. cog. cuius q̄ta sit authoritas, nemo est qui nesciat: excellit em̄ alios expositores: q fuit pater & organum veritatis: vt dicit Arch. in. c. pia. de except. in. vj. Etiam nec obstat aliud fundamentum, scilicet q instrumentum de quo in hac causa iuuetur alijs presumptionibus, & verissimilitudinibus: videlicet per reseruationes de quibus in potestate data, & concessa per dictam Tholose dicto Petro Pomerij, quoniam respondeo, q licet in literis testimonialibus dicte pretense potestatis, prefata Antoneta exceperit domū, quā tūc locatā tenebat, quidā vocat⁹ Leronergas, & in qua volebat morari Gregorium Tholose, eius nepotem, non propterea infertur q ipsa voluerit eidem auferri per dictū Pomerij predictam apothecam antea forte per eundem conductam: non etiam obest q in dictis literis dicitur, q idem Pomerij locare possit domum sitam in platea, cum botiquis, & aulā prope dictam domum, cum penore, &c. quinimo potius nocet, si verba mea attendantur: dicit enim domum cum botiquis: est ergo aliud domus, & aliud predicte apothece. Pre-
5 terea † non est dictum vniuersaliter cum omnibus apothecis, sed indefinite cum apothecis: inter que multum refert pro quo allegasse sufficiat no. per Panor. in. c. auditis. de prescrip. & quod ibi Feli. & Alexā. de Imol. consi. cx. exord. Visis acutissimis dubitationibus. &c. in primo volu. Ex quorum dictis colligūtur multe remissiones. Tum & quia si dictum esset, nihil ad rem: quia non est dictum quod ipse Pomerij illa omnia simul & semel non separatim locaret. Et quicquid sit, vt sepius alias dictum fuit, quod & nunc dico, dicta apotheca fuit reseruata vt deposuerunt duo testes, quorum depositiones iuuantur pro eo quia post factā venditionem predicti vsusfructus dictus de Mica passus est dictum Claudium nepotem tenere predictam apothecam quod verisimiliter non fecisset, si sciuisset se etiam illā conduxisse, & debere soluere pretium, &c. quia nemo presumitur velle iactare suum. l. cum de indebito. circa princip. ff. de proba. & nunq̄ decurrendum est ad presumptionem donationis, si alia superesse potest. l. si cum aurum. ff. de solu. Et hec patientia etiam multum coadiuuat depositiones dictorū Francisci Sire Porterij, & dicti Glaudij nepotis in secunda instantia productorum: & quatenus deponunt q statim post factam venditionem predicti vsusfructus, alter ex prefatis Porterij & Sire, & sub p̄sentia dicti de Mica eidem Claudio dixit q in venditione eiusdem vsusfructus fuerat predicta apotheca eidem reseruata: cui verisimiliter ipse de Mica contradixisset, nisi sciuisset ita factum extitisse: quod etiam comprobauit patientia subsequuta. Et quanuis idem de Mica obiectauerit aliquos ex predictis testibus, dictum videlicet Claudium, de consanguinitate, scilicet q nepos ex fratre existat prefate Antonete, & multum pauper, hec tamen non obstant. Et quidē
6 non primum, quia non † solum nepos ex fratre vel sorore, pro patruo, vel auunculo, amita, vel matertera, sed etiam frater pro fratre potest regulariter testificari. vt voluit glo. in. l. parentes. C. de testi. Azo in summa. eo. titu. de testib. Pro quo abreuiationis causa, si placet, videbitur Alb. de Mare. in suo tracta. de testi. in prima parte prime partis. versicu. secundo de fratre est videndum. non etiam secundum: quia paupertas non est de genere malorum, alias qd diceremus de Apostolis, & alijs multis sanctis: & vt videtur concludere Specu. titu. de test. §. j. versi. item q est pauper, &c. pauper si est bone fidei admittitur in testē: sunt qui alibi de hoc no. quos refert Albe. de Mare, in dicto suo tracta. in. v. parte. prime partis. §. itē dubitari potest quid de paupere, &c. Et supposito q huic Claudio nepoti deberet minus credi propter paupertatem, sunt tamen duo alij & ita sunt tres, qui deponunt de predictis, quorum numerus supplet defectum idoneitatis: hoc est illud quod deficit in eorum fide supplet numerus. per id quod no. Jacob. Butri. in. l. iij. post princip. & quod ibi gloss. in. §. eiusdem. ff. de testi. Joan. And. in Speculo, super verbo, numerus. ff. de testi. Joan. And. in Speculo, super verbo, numerus. titu. de notor. crimi. §. fama. in addi. incipiente, allegato supra. Joan. de Imol. in. l. qui testamento. ff. de testamen. Nicola. de Neapo. in. l. excusantur. in princip. ff. de excusa. tuto. allegando gloss. in dicto verbo, numerus, quam dicit non esse alibi. facit quod not. gloss. in. l. si quis ex argentarijs. §.

tarijs.§.j.& quod ibi Alexand. de Imola.ff. de eden.& do. Jason Mayn. in authen. si vero contingeret. C. de iudic. Quo vero ad obiectionem factam cõtra dictũ magistrum Franciscũ de maxima, scz amicitia, & grandi familiaritate respõsum est superius. Ceterum non magnifacio depositionem venerabilis viri domini Marij Agul. presbyteri, parte dicti de Mica in secũda instãtia producti, quatenus videtur deponere de vẽditione vsusfructus dicte domus simpliciter facta, & de non reseruatione apothece: tum quia cum in prima instãtia fuerint testes parte dicti Pomerij, aut prefate Antonete super cõtrario producti, examinati, & depositiones publicate, & vise per partem aduersam, non debuit hic testis super hoc produci, nec illi fides adhiberi metu subornationis testi ũ.c. fraternitatis.& quod ibi scribentes, de testib.& clemen. de testibus.& quod ibi scribentes eod.tit.& legiste in multis locis. Tum quia idẽ testis super primo artic. nititur dicere publicationem vẽditionis vsusfructus dicte domus fuisse factam simpliciter cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis:& deinde probabitur ad appellationem obedimenti: & tamen instrumentum dicte venditionis nihil dicit de iuribus & pertinẽtijs dicte do-
7 mus. Tum & quia non deponit † opportune de non reseruatione apothece, remouendo videlicet actum a sensu, sed sensum ab actu: non enim simpliciter dixit, non esse factam reseruationem, sed subiunxit saltem ꝙ audiuerit: & istud non sufficit ad probandum negatiuam, hoc est predictam apothecam fuisse reseruatam. per doctrinam quam ponit Bald. in.l.j. versic.& aduerte ꝙ quando testis deponit negatiue, &c. C. de bonor. posses. secundum tab. vbi etiam de hoc per Alexan. qui multas remissiones inducit: nec valet quod subiunxit, scilicet quod videre suo fuit facta simpliciter. per id quod voluit Bald. in.l. de quibus.ff. de legib.& post eum do. Jason. Mayn. in.l.j. versicu. eodem modo si testis dicat videri meo, &c. ff. de iustitia & iure. Tum & pro eo quia iũctis his, que idẽ testis deponit super hoc secũdo articulo, cum ijs que antea dixerat super primo, ille vacillauit, & vere vacillat. primo enim dixit publicationẽ fuisse simpliciter factã, postea vero deposuit nõ esse factã reseruationẽ apothece, saltẽ ꝙ audiuerit: & ꝙ imo suo videre facta est simpliciter: & sic nõ ꝓbat.l. qui falsa, vel varia. ff. de testi. Quo vero ad depositionem magistri Victoris Margoli, clarum est ꝙ illa non potuit, nec potest iuuare instrumentum per eum receptum & sic non apparet predictum instrumentum, vt predixi, parte dicti Pomerij, seu dicte Antonete impugnatum iuuari per depositiones testium in secunda instantia productorum. Adijcio predictis, ꝙ licet prefatus de Mica videatur facere magnam vim super eo, quod pretendit esse venditum vsumfructum domus cum toto obedimento, quasi predicta apotheca sit de huiusmodi pretenso obedimento, aut pars illius, hoc tamen sibi non prodest. Tum quia non apparet ꝙ dicta apotheca sit pars predicte domus: quinimo potius de opposito, vt predixi: nec etiam apparet quid secũdum communẽ vsum loquendi veniat appellatione obedimenti, quamuis enim aliqui ex testibus parte ipsius de Mica in secunda instãtia productis, videantur voluisse deponere de vsu loquendi & quid secundum stylum notariorum veniat appellatione
8 obedimenti, illi tamen † non probant vsum loquendi, vt pote non deponentes de tempore sufficienti. iuxta ea que no. Bart. in.l. Labeo. ff. de supel. lega. vbi si placet videbitur. Preterea si appellatione obedimenti veniunt ea de quibus testes nituntur deponere, illa verba cum penore de retro, & tina bullitoria expressa in instrumento dicte venditionis, essent superflue apposita: quod non est presumendum: cum non solum vna queqꝫ clausula posita in dispositione, sed etiam vnum quodqꝫ verbum debeat operari, si fieri potest.l. hac lege. ff. de contrahen. emp.& vend.& l. si stipulatus. in principio. ff. de vsur. quod etiam voluit Bald. C. de contrahenda emptione & vendit. super rubr. in. ix.q.& Alex. de Imol. consilio. cxvij. exord. Visis supra narratis in themate, &c. in primo volu. Roma. consilio. lxxxiij. ad fi. & alij in multis locis: postremo non puto: superuacaneo seu otiose addẽdam quod etiam, supposito ꝙ tempore scripte venditionis vsusfructus dicte domus, nihil dictum extitisset de reseruatione predicte apothece, quia tamen non solum in prefatione predicte venditionis facta est mentio: de reseruatione huiusmodi apothece, sed in tractatu & conclusione, illius fuit ipsa apotheca expresse reseruata, & sic parti ius quesitum, censenda est eadem reseruatio fuisse recensita, & ab ea non fuisse recessum.l. si tibi liberum. secundum vnum intellectum. ff. de actionib. empti.& quod not. Joan. de Imol. in.d.l. quoties.§. sed & si conditionem. ver. item secundo in quantum dictum est. ff. de heredi. institu. & in.l. Titia.§. idem respondit el.j. versi. tu potes dicere. ff. de verbo. obliga.& quod voluit Bald. in.l. item quia.§. idẽ Julianus. ff. de pact.& Fran. de Are. in.d.§. idem respondit. ver. circa primum articulum, qui quoad hoc nõ discordant a Joanne de Imol. sed pinguius loquuntur pro hac parte si bene considerentur eorum verba. Ex quibus omnibus vna cum alijs in hac causa parte dicti Pomerij, seu prefate Antonete satis plene, si non desipio, allegatis, dico sententiam dicti spectabilis domi. iudicis primarum esse reuocandam, seu in melius reformandã, & eam reformando primam sententiam confirmandam, & dictũ de Mica condemnandum in expẽsis postea subsequutis. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De bonis que liberis. ¶ Consilium. cclij.

¶ Epitome.

¶ Preses prouincie ad hoc potissimum datur vt ius reddat: non autem sine speciali mãdato alienare potest. Quãtominus igitur pater administrator alienabit bona filij. Vasquinus Filiolus.

1 ¶ Dispensatio a iuramento an vocationem partis exigat.
2 Mandatum generale donandi facultatem non tribuit.
3 Pater bona aduẽtitia filij minoris an sine decreto possit alienare: & an diuidere.
4 Rescindi quietãtie & alia prius debent, ꝙ filie repetant quõ patri remiserunt, qui possidet.
5 Compromittitur de iure in arbitros, de facto in arbitratores.

QUanuis Ex ijs que ponit Old. cõsilio. cxx. exord. Ad duplicem finem peti potest relaxari iuramentum &c. Albe. C. de vsur. super rubri. ad fin. Petrus de Ancha. consilio. xviij. exordiend. In questione que vertitur inter Nicol. Benedi. versi. quarto presupposito, &c. Paul. de Castro, consil. ccxvj. exordien. Circa primum quesitum. versicu. sed remanet dubium quid si fuit cõcessa altera par
1 te non vocata, &c. colligi † possit & colligatur, ꝙ dispensatio seu relaxatio iuramẽti, quam obtinuisse leguntur nobiles & honeste mulieres Ludouica & Honorata Rodulphe, de iure voluerit et valeat, licet obtenta extiterit parte non vocata: contrariam tamen partem tenuerunt & tenẽt multi: quos refert & sequitur Alex. de Imol. consi. cxxxiij. exordien. Visa facti narratione, &c. versicu. preterea respondeo: & aliter scilicet quod dicta habilitatio, in secundo volumine. Joan. de Imol. in cle. dispendiosam. ad fi. de iudi. domi. Feli. in.c.j. de iureiuran. Petrus de Ancha. consil. cxcix. exord. predictis subtiliter, & ad plenũ deductis, &c.& alij multi in alijs locis. de quo articulo multa dicit Vita. de Caba. in clausulis, sub rubri. an reductio ad arbi. boni viri possess. renuntia. versic. vltimo aduertendum ꝙ etiam tenendo, &c. ibi, in hac autem renuntiatione petenda debet pars, cui est iuratum, citari. Et hec secũda opinio videtur mihi magis communis. quod etiam sequutus est Barth. Vero. in cautela posita in versic. in multis contractibus, solet apponi iuramentũ de non contrauenendo. Verum quia, vt audio, penes vestram spectabilitatem est facultas concessa reuerendissimo domino legato: insuper & ea quam ipse concessit reuerendo in Christo patri domino Gracensi Episcopo, qui de iuramento seu iuramentis cum prefatis nobilibus dispensauit, seu iuramenta huiusmodi eisdem relaxauit ad fines agendi, & detegendi circumuentiones, & lesiones, &c. poterit eadem vestra spectabilitas illas videre, & deinde colligere quid tutius sit: non enim dubito quin sanctissimus dominus noster Papa possit hanc dispensationem, seu relaxationẽ, & habilitationem personarum & concedere, & alteri committere, qui hoc faciat etiam parte non vocata. ¶ Quoad castrum de Gardaua aduertat spectabilitas vestra, si melius, seu expediẽtius erit pro illo experiri contra possessorem: quia licet magnificus & spectabilis vir dominus Palamides Forbinus tempore per eum facte donationis, cessionis, & transportationis

de omni

de illo iure redimendi, seu reacheti quod habebat serenissimus do. Francorum rex vigore pacti, &c. & esset locumtenens generalis, ac gubernator comitatuum Prouincie, & Forcalquerij pro eodem serenissimo principe, non tamen videtur potuisse dare, cedere, & concedere ius huiusmodi nobili Jacobo eius fratri: nisi vltra & preter facultatẽ locumtenentie & gubernij, habuisset aliã facultatem. per id quod habetur in. l. prohibere. §. plane. & quod ibi Bart. ff. quod vi aut clam. & quod vol nit idẽ Bart. in consi. exord. Ciuitati Camerine prouincie Marchie concessa fuit, &c.
2 In † mandato enim quantumcunq; generali etiam cũ libera, nunquam venit, quis possit donare. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fi. & l. seq. ff. de pact. & l. filiusfam. in prin. ff. de donat. Puto enim domini locumtenẽtes & gubernatores assumantur, non quidem ad gerenda negotia publica, seu concernentia administrationẽ bonorum principis, sed ad reddendum ius, qui propterea non videtur posse cõcedere, aut donare iura principis, seu etiam super eis transigere: per id quod not. Cyn. Rayne. & modern. in. l. preses. C. de transactio. vbi etiam dicit Barto. potestas nõ posset liberare vnum debitorem cõmunitatis: ad quod addit concordantias Alex. de Imo. d. l. preses: quinimo plus dicit Bald. in. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fin. ad fin. ff. de iureiuran. si in creatione potestatis datur ei ampla potestas, & apponãtur verba cum libera, illa nihil operantur nisi quantum attinet ad ius reddendum, de quo dicit do. Anto. de Alexan. in. d. l. preses. hoc est verbum aureum. Propter que existimo nobilis Alziarius Ruffi pater dictarum nobilium, non debuerit castrũ predictum vendere dicto nobili Jacobo, & venditio huiusmodi, vt pote facta de re immobili dictarum nobilium, & tunc minorum viginti quinq; annis, nõ valuerit in preiudicium dictarum filiarum, quominus mortuo patre potuerint castrum predictum cum suis iuribus repetere. l. j. cum suis similib. C. de bon. mater. Nisi forte opponatur,
3 † pater idemq; vsufructuarius bonorum aduẽtitiorum filij, & legitimus administrator, potest etiã sine decreto iudicis alienare bona immobilia filij. vt voluit Azo in summa. C. tit. de bo. que lib. post medi. versi. nec puto exigatur a patre decretum. Pro quo dicto multa inducit dom. Jason in. d. l. preses. Sed Azo & docto. videntur mihi loqui in alienatione necessaria: & vt pote que fit propter solutionem eris alieni, aut legatorum, de qua in. l. fin. §. finautem es alienum. C. de bon. que libe. Sed voluntariam alienationem non videtur pater posse facere sine decreto, &c. & de illa videtur loqui Bald. in. l. generaliter. ante fin. principij. C. de secund. nupt. vbi tenet pater legitimus administrator filiorum suorum, qui habuerunt maternam hereditatem opulentam, non potest inter filios, quorum aliqui sunt pupilli, vel minores, diuidere talia bona sine decreto, & authoritate iudicis: quia talis diuisio censetur alienatio: ergo requiritur decretum iudicis. l. non solum. C. de predijs minorum. ¶ Ceterum aduertat vestra spectabilitas, si possunt iste nobiles recta via, petere sibi restitui bona, et iura materna, de quibus in libello cum dicte filie non solum quietauerint bona, & iura paterna, sed etiam cesserint, remiserint, & donauerint dicto Alziario earum patri, bona & iura materna. Et quãuis in quietatione, remissione, accessione & donatione bonorum & iuriũ huiusmodi fuerint enormissime lese, & donauerint plusq; donare putarent, videtur tamen contractus mero iure valuisse: & sic dominium, seu quasi, bonorum & iurium maternorum fuisse translatum in dictum Alziarium, penes quem erãt, & penes quem postea fuerant bona predicta, scientibus, &c. Et
4 sic † non videtur posse vendicari, nec peti alia actione, nisi prius rescissis quietantia, & alijs contractibus per dictas nobiles celebratis: prout dici solet per docto. in. l. quod tẽpore. C. de in integr. restitu. mi. & per Ang. Aret. in. §. rursus. instiut. de actio. de iudicio rescindente, & actione rescissoria. Cogitetis si erit securius deducere iura, prout factum est: & narrare circumuentiones dictarum filiarum, et enormissimas lesiones, quas tam facilitate sepius etatis, propter ignorantiam iuris, insuper bonorum ac iurium maternorum, & valoris eorundem, incurrerunt: & concludere super rescissione, & cassatione horum contractuũ. Et si videbitur poterit subordinate adijci, & peti facta rescissione & cassatione huiusmodi condemnetur aduersarius ad reddendum, & restituẽdum, &c. prout in libello. Et licet forte opponatur, quoad hanc caudã non procedat: tamẽ sine dubio, procedit quoad primã partẽ cõclusionis: et vt puto obtineri poterit a superiore, pro minuendis litibus possit super vtroq; simul procedi, ne facere oporteat plures processus. Dixit presentium lator, se fuisse requisitum parte aduersarij de compromittendo, &c. & quesiuit si possit compromitti de iure & facto, & sic in arbitrum, & arbitratorem, an ve solum de iure, & sic duntaxat in arbitrum: cui respondi fieri posse vtrunq; per partem nostram, & tutricem, attenta obscuritate: per ea que ponit Alex. de Jmol. in. l. transactionis. & l. de fideicommisso. C. de transactionib. & do. Jason May. in. l. imperatores. ff. de pact. post Bart. in. l. mandato generali. ff. de procurat. Consulo tamen non concedatur facultas arbitris, & arbitratoribus dandi, & in parua & in magna quantitate, &c. insuper & vt eligantur boni viri. Que omnia dixerim sub correctione vestre dominationis.

¶ Rub. Ad senatuscon. Trebellia. ¶ Consilium. ccliij.

¶ Epitome.

¶ Trebellianica etiam de grauamine puro detrahitur, quando filij sunt grauati. V. F.



VJso Testamento honeste quondam mulieris Catherine relicte Joãnis de Flaucio, ac matris alterius Joannis, & auie paterne Raymundi de Flaucio: dico & respondeo quanuis legiste communiter senserint, filius heres vniuersalis per patrem vel matrem institutus, & de restituendo pure grauatus, non possit detrahere nisi vnam quartã, vt videri potest in ijs que notant glos. Bart. & docto. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testa. glos. & Bart. in. l. quanquam. C. ad leg. Falc. multas, imo (vt ita dixerim) infinitas remissiones, quas non refero, ponit Andr. Barb. in. c. Rainutius, chart. xxxvj. versic. in glos. legitimam, & multis sequentibus, de testa. quam multi canoniste sunt sequuti, & signanter Petr. de Ancha. Anton. de Butr. & Panor. vt etiam refert idem Andr. Barb. canoniste tamen magis communiter sensisse videntur, filius de restituendo grauatus, siue grauamen fuerit purum, siue conditionale, possit detrahere duas quartas, scilicet legitimam, & trebellianicam. Et sic in casu de quo queritur, Joannes preteritus: & qui propter clausulam codicillarem censetur pure grauatus de restituendo maternã hereditatem Raymũdo filio suo, potuerit detrahere dictas duas quartas: scilicet legitimam ascendẽtem ad quatuor vncias, & quartam partem residui ascendentẽ ad duas vncias: que iuncte legitime faciunt semissem, seu sex vncias: prout consuluerunt egregij iurium professores domi. Symon de Valatijs primo loco. do. Stephanus Perosij secundo, Sebastianus de Ricijs tertio, & Bertrãdus Rostagni quarto locis scribẽtes. Quorum sententie adhereo attento casu de quo queritur, qui contigit in terra ecclesie temporaliter subiecta. Uerum quia audio, post mortem dicte Catherine, Joãnes filius vixit quadraginta annis, vel circa. & ipse tenuit, & possedit bona materna, nõ quidẽ vt & tanq; se gerens pro herede illius: sed vt & tanq; pater ac legitimus administrator Raymundi eius filij heredis per matrem instituti: & vt vsufructuarius bonorum huiusmodi. Consulo, domini arbitri, seu arbitratores se pro veritate intelligenda super ijs informent, & si habita informatione me de illa certiorem reddiderint, respondebo authore Domino quid sentiendum fuerit: aliter enim non potest secure responderi propter ea que habentur per text. glo. & doct. in. l. filio preterito. C. de iniust. rupt. & irrit. testa. & alibi. Que dixerim, &c.

¶ Rub. De subd. vassal. ¶ Epitome. ¶ Consiliũ. ccliiij.

¶ Uisitationes quando fiunt per vassallos in locis subditorum, debent ea ministrari & expedi, que in visitationibus predecessorum, etiã si principes vel imperatores erãt, solita sunt. V. F.

1 Dalphinus Francie in Dalphinatu princeps & monarcha.

2 Sentẽtia arbitramentalis cẽsetur esse quedam transactio.



VJso Consultationis themate mihi misse parte nobilis & Generosi viri Fulqueto de Podio, dominũ Montisbruni, & dubijs ex themate huiusmodi elicitis. Dico, & respondeo breuiter & succincte, licet super eo de quo queritur,

multa hincinde disputando dici possint, attamen quia
1 † serenissimus domin. noster Francorum rex Dalphinus non quidem vt rex: sed vt Dalphinus, est princeps, & Monarcha in sua patria Dalphinali: nullum inibi recognoscés in terris superiorem, & propterea facere valens & potens in ea quidquid potest imperator in imperio: per id quod magis communiter scribunt docto. in multis & varijs locis: scilicet Barto. in l. j. §. de qua re. ff. de postulan. in l. iij. in princ. ff. de minorib. in l. infamé. ff. de publi. iudi. in l. relegati. ff. de petit. & in l. hostes. ff. de capt. & postlimi. reuer. Joan. Andr. in c. super quibusdam. §. praeterea. de verbo. signifi. Bald. in l. exemplo. C. de proba. & in authen. hoc amplius. versicu. an filij regis. C. de fideicom. Pau. de Cast. consi. cccxxvij. exordiente, Super primo dubio videtur dicendum, q legitimatio, &c. Alex. de Imol. in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. & in consi. ij. versicu. quinimo plus reperio consuluisse Pau. de Cast. &c. in primo volu. & consil. xv. exordiente, Visis narratis in themate, &c. versicu. & satis est vt predicta procedant, &c. in quinto volu. & quod communiter not. Car. in c. cum te. de re iudi. in c. per venerabilem. qui filij sint legit. & domi. Felin. in c. que in ecclesiarum. versi. & quod dixi in principe, &c. & versi. tertius casus est in principibus, qui in suis terris, &c. de cōstitu. Joan. And. in addi. Specu. titu. de instru. edi. §. porro. in addi. exordiente, Hec subscriptio donantis, &c. multas remissiones ponit do. Prepo. in c. vnic. que sint regalia. & domi. Feli. in c. cum non liceat. de prescript. Cum sit inquam idem serenissimus dō. Dalphinus in dicta eius Dalphinali patria princeps, & in ea successerit in omne ius imperij, quod imperator pretenditur pro tempore habuisse: id ipsum operatur, & operari debet visitatio ipsius serenissimi do. nostri Dalphini ijs tēporibus facta, quod olim operabatur visitatio imperatoris, facta per predecessores nobilis & generosi viri Fulqueti de Podio: eo videlicet tempore, quo lata fuit sententia arbitramentalis inter predecessores dicti nobilis Fulqueti, & homines loci Montisbruni, & quo forte dominabatur patrie Dalphinali. Et vel maxime, vel saltem baronijs Medulionis, & Montisalbani, domi. imperator. Ad premissa facit, quia vt plene colligitur ex tenore sententie arbitramentalis, alias late pro predecessoribus dicti nobilis Fulqueti, & cōtra vniuersitatem & homines loci Montisbruni, vniuersitas seu homines huiusmodi tenebantur in casu visitationis imperatorie maiestatis, & alijs sex casibus duplicare census denariorum bladi pro subleuatione onerum domini dicti loci, & vt facilius supportaret expensam, que in casibus huiusmodi & eorum quolibet fienda erat. Et quia non solum manet hec causa quoad alios casus, sed etiam quo ad hūc de quo est questio, quia negari nō potest, quin opus sit & ipsi nobili Fulqueto, & alijs volentibus visitare serenissimum dom. nostrum Francorum regem Dalphinum, eorum supremum principem, & quoad eos regem & imperatorem, facere sumptus & expensas tam in equis emendis si eos non habent, q̄ honestis habiliamentis, seu vestimentis pro se, & familia, vt honestius, & decentius se exhibeant suo principi, & se illi offerant, cuius sunt, quoad temporalem iurisdictionem. Cum igitur maneat causa predicta, & subsit illa eadem causa, que olim suberat, debet vtrobique idem ius statui. l. illud. ff. ad leg. Aequiliam, & quia etiam licet in contractibus procedat argumentum a contrario sensu. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dota. & hoc eo casu, quo in casu contrario militat ratio contraria: tamen si est eadem, vel maior ratio, tunc sumitur argumentum a simili siue ab equipollentibus, non autem a contrario sensu, vt voluit Bald. in l. apud antiquos. C. de furt. & post eum Alexand. de Imol. in l. si extraneus. ff. de condict. ob
2 caus. sententia vero † arbitramentalis cēsetur esse quedam transactio, & sic contractus, per id quod not. gloss. in auth. vt differen. iudi. §. si vero, collat. ix. Possent & alia multa pro hac parte allegari: & inter ea, que dici solent de surrogato in locum alterius. Sed quia premissa videntur sufficere, ego vlterius non insisto: paratus cum opus extiterit plenius scribere. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De probi. seq. pecu. ¶ Epitome. ¶ Consil. cclv.

¶ Sequestratio rei in manibus digne persone existentis, & satisdationem pro ea offerentis, fieri non debet. Vasquinus Fikolus.



Sequestratio Est regulariter prohibita. l. vnic. & quod ibi glo. C. de prohibi. seque. pecu. quod etiam voluit glo. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. cogan. glo. in l. imperatores. ff. de appella. & idem voluit glo. multa iura inducens in c. ij. de sequestra. possessio. & fruct. Archi. in c. quia res. xi. q. j. & Joan. And. in addit. Specu. titu. de sequestra. posses. & fruct. super rubr. Et quamuis sequestratio sit permissa in quibusdam casibus not. per glos. & docto. in iuribus superius allegatis, hoc tamen certum est, q illa fieri impeditur, & facta tollitur per prestationem idonee cautionis, seu satisdationis iudicio sisti, de re non baratanda, & de illa restituenda absque vlla procrastinatione in casum victorie, per id quod habetur in d. l. si fideiussor. §. fi. & quod ibi gloss. & docto. ff. qui satisda. cogan. & dicto. c. ij. de sequestra. posseff. & fructu. & quod not. Joan. Andr. in d. rub. iunctis not. per Barto. in l. litibus. C. de agrico. & censi. lib. xi. vbi etiam Angel. & Joan. de Plat. & alij in alijs locis. Supposito igitur citra preiudicium veritatis, q Camale parte Gaij, & Meuij restitui petitum, & in eius possessione existebat, & existit Titius, debuisset, aut de iure potuisset sequestrari, prout nō videtur attenta persone honestate, & quia non videbatur, nec videtur de fuga suspectus, tamen cum fuerit oblata & offeratur idonea cautio seu satisdatio, debuit & debet sequestratio huiusmodi tolli & reuocari, & Camale sibi restitui, per predicta. Non obstat quod notat Joan. And. in d. rub. versic. & nota, vbi notat satisdationem possidentis non impedire sequestrationem. Quoniam respondeo, q Joan. And. loquitur in casu in quo sequestratio non est simpliciter permissa: sed etiam precepta seu iussa, scilicet in casu clemen. j. de sequestra. posses. & fructu. quod non est in casu presenti. Que omnia dixerim, &c.

¶ Rub. De verbo. signific. ¶ Epitome. ¶ Consil. cclvj.

¶ Suos qui dicit secundum subiectam materiam vel de suis ipsius loquentis, vel de suis eius de quo sermo est, intelligendus est loqui. V. F.

1 ☞ Charitatis ordo considerandus in substitutionibus.
2 Bartoli profuse laudes, ad implendas chartas scribentium consilia.
3 Suorum liberorum appellatio ad quos referatur.
4 Testatoris mens statuto patrie accommodanda: & tanto fortius dispositioni iuris.
5 Resoluitur interdum coniuncta in disiunctam, & e contrario.
6 Marito actiones circa dotem quales competant.



Cum Alias scriberem in fauorem honorabilium virorum, Petri et Laurentij Rosseti in quadam ciuili causa, mota, & tunc pendente indecisa in curia venerabilis capituli ecclesie Valentinensis, & coram nobili & egregio viro do. iudice illius, per & inter honestam mulierem Catherinam Rossete actricem ex vna parte, & dictos Petrum & Laurentium Rosseti, reos eius patruos ex alia parte: multa allegari & induxi in schedula exordien. Multa sunt que obstare videntur, &c. ipsi do. iudici ad partem data, & vt puto, reuerendissimo patri & viro egregio, domino vicario, & officiali Valentinensi, ad quem per appellationem fuit causa deuoluta etiam ad partem expedita & tradita, que si non desipio optime faciebant pro defendenda intentione dictorum Petri & Laurentij, & elidenda, aut saltem attenuanda intentione prefate Catherine. Que si placet inibi accurate videbantur, non enim expedit inibi allegata, aut descripta refricare, vel iterato scribere, nisi quatenus visum est mihi illis aliquid esse addendum. Et primo quidem inibi dixi, q verba, & suos liberos, posita in testamento honeste quondam mulieris, Bone femine vltimate relicte Stephani de Manens, deberent in dubio intelligi de suis liberis ipsius Bone femine testatricis, non de suis liberis prouidi quondam viri Joannis Rosseti, per eam heredis instituti. Et sic q Franciscus dicti Joannis filius non videbatur heres institutus per dictam Bonam feminam.

feminam. Cui dicto nihil addo. Dim preterea, ꝙ suppo-
sito citra preiudicium veritatis, ꝙ dicta verba, & suos libe
ros, debuissent, & deberent intelligi de suis liberis, ipsius
Joannis Rosseti heredis instituti, non de suis liberis di
1 cte Bone femine testatricis: quia † tamen inter Joannẽ
heredem institutum ac nepotẽ dilectissimum dicte Bone
femine testatricis, & liberos dicti Joannis erat ordo affe-
ctionis & charitatis, censendi erant ipse Joannes, & eius
liberi inuitati ad bona, & successionẽ ipsius Bone femine
testatricis, non quidem simul, sed ordine successiuo: primo
videlicet, ipse Joannes, & post eum, seu eo nolente, vel non
valente eidem bone femine testatrici succedere dicti eius
liberi. Pro quo multa induxi, & Barto. qui hoc voluit in
l. Gallus. §. quidam recte. ff. de libe. & posthu. & idem etiam
voluit Joan. de Richs in quodam suo consil. exordiente,
Quidam Joannes decessit condito testamento, &c. quod
ponitur inter consilia. Angel. post consilium. xxxvij. exor-
diens, Quidam puer in infantili etate, &c. Pau. de Castr.
consil. ccclxxj. exordiente, Uisis attestationibus receptis
inter ser Joannem, & ser Franciscum de Strasoldo, &c. in
nouis. Rapha. Cuma. in. d. l. Gallus. §. quidam recte. cir-
ca fin. & Andr. Barba. in. c. Raynutius. versicu. not. ibi,
adhciens vt Alteroca, &c. de test. vbi relatis quibusdã do-
cto. contrarium tenentibus, respondet ad. l. si mulieri. ff. de
vsufruct. accrescen. & ad dictum. c. Raynutius: que viden-
tur aduersari opinioni Barto. prout poterit ibi videri, &
subiungit ꝙ per ea que ibi dicit, videtur sustentanda opi-
nio Barto. in. d. l. Gallus. §. j. dicens etiam mirum esse, ꝙ
2 legiste non defenderint Bart. contra cano. fuit † enim do-
cto. supremus, vt dicit ibi Andr. Barba. & lucerna iuris
ciuilis, vt voluit Angel. consi. xv. & in repetitione. l. j. C. de
iudi. appellat eum preceptorem eius & sub illius vmbra di
cit semper quiescere, fuit illuminator iuris ciuilis, secun-
dum Panor. consil. iij. in primo volu. & Petr. de Anch.
in prohemio. vj. circa principium. appellat eum lumen iu-
ris. Bald. autem in. c. quoniam contra falsam, de proba. di
cit eum summum doctorem, & preceptorem suum, & in eo
solet esse substantia veritatis, sequenda in iudicando, &
consulendo, secundum Roma. consil. cccclxix. incipiente,
quoad primum, &c. & Joan. de Imol. in. c. dilecta. de appel.
refert assessores nolle recedere ab opinione Barto. Fran.
de Aret. consil. clv. exordiente, Periculosum, &c. appellat
Barto. patrem iuris ciuilis. & Panor. in. c. cum nobis. de
prescrip. refert Bartol. omnium iudicio cunctos scriben-
tes in equitate, & veritate precellere. Non immerito igitur
dicit Andre. Barba. se mirari ꝙ legiste non defenderint
Barto. aduersus canonistas: cum videretur posse defen-
di, & responderi ad text. quos ipsi allegant. Et pro hac opi
nione Barto. etiam facere videntur verba institutionis fa
3 cte per dictã Bonam feminam: in quibus licet † mentio-
nẽ fecerit de suis liberis, vel sui ipsius Bone femine vel
sui ipsius Joannis Rosseti, non tamen dicitur ibi plura-
liter ꝙ ipsa heredes vniuersales instituerit dictum Joan-
nẽ, & suos liberos, sed dicitur singulariter, ꝙ ipsa heredem
vniuersalem instituit, & fecit ipsum Joannem, & suos libe-
ros, & sic videtur ꝙ duntaxat fuerit ipse Joannes heres
vniuersalis primo loco institutus. argumen. eius quod no.
Bartol. in. l. fi. ff. ad trebel. Preterea ꝙ dicti Joannes, &
liberi essent eidẽ Bone femine non simul, sed ordine suc-
cessiuo abintestato successuri, ipsi videntur in dubio etiam
hoc ordine fuisse per testamentũ dicte Bone femine inui-
4 tati: quia † mens testatoris presumitur esse talis, qualis est
dispositio statuti sue patrie, seu etiam cõsuetudinis. Pro
quo allegasse sufficiat not. per And. Barba. in sua Joani
na. c. Raynaldus. vbi multa inducit. & consil. xliij. in pri-
ma parte. Barto. Alexan. de Imol. & alij in. l. heredes mei.
§. cum ita. ff. ad trebel. multa ponit domi. Jason in. l. vt li-
beris. C. de colla. quod si ita est in dispositione iuris muni-
cipalis, aut consuetudinis, multofortius, aut saltem non
minus idem erit in dispositione iuris communis: vt in du
bio videatur testator se velle illi conformare, & quia secun-
dum illud dictus Joannes, vtpote proximior exclusisset
dictos eius liberos in successione intestati dicte Bone fe
mine, videtur ꝙ etiam in successione testati, si & vbi potuit,
& voluit eosdem excludere, vel primo loco seu gradu succe-
dere dicte Bone femine testatrici, nisi forte dicatur ꝙ hic
nõ sumus in dubio, sed in casu certo: pro eo quia Joannes
& sui liberi fuerunt coniuncti per coniunctionem copula-
5 tiuam, &. Sed illud non obstat: quia † vt dicit Barto. dicta
coniuncta, & ex presa ipsa mente voluntatis, resoluitur
in disiunctam: sicut alias ex eadem causa disiuncta resol-
uitur in coniunctam. l. generaliter. C. de institutio. et sub-
stitutio. sub condi. fact. Supposito igitur ꝙ dicti Joan-
nes & liberi fuerint inuitati ordine successiuo, & sic Joan-
nes primo loco, seu gradu, & demum eo vel nolente, vel
non valente, prefati eius liberi: & sic per vulgarem substi-
tutionem, non potuit nec potest predicta Catherina ali-
quid petere in vim dicte pretense substitutionis: quia illa
expirauit per aditionem hereditatis factam per dictum
Joannem. l. post aditam. cum suis similib. C. de impube. &
alijs substit. Et si dicamus, prout voluit Paul. de Castr.
in dicta. l. Gallus. §. quidam recte. ꝙ dicti liberi non so-
lum censeantur fuisse inuitati in vim vulgaris, sed etiam
in vim fideicommissarie substitutionis, tunc verum esset
ꝙ quemadmodum Franciscus, Margarita, & Catherina
liberi dicti Joannis potuissent succedere in vim fideicom
missi, ita & dicti Petrus & Laurentius liberi eiusdem
Joãnis, qui tempore mortis dicti Joannis eorum patris,
& sic tempore quo substitutio locum sibi vendicauit, erant
in rerum natura. per id quod post Lamber. de Rampo. in
sua questione, exord. Quidam Meuius, &c. voluit Joan.
And. in addit. Specu. tit. de testa. in rub. versi. item Lam-
bertus de Rampo. &c. quam decisionem refert Alexan. de
Imol. consil. xiij. exordien. Uisis & perlectis, &c. in quarto
volu. Et sic quoad bona predicte Bonefemine, non vide-
tur predicta Catherina potuisse petere, nisi tertiam par-
tem eius, quod pro trebellianica detrahere potuit dictus
Joannes, prius facta imputatione fructuum per eum ex
bonis huiusmodi perceptorum. l. in fideicommissarium. in
princ. & quod ibi glo. & docto. ff. ad Trebellia. & quod not.
glos. & doct. in. l. iubemus. ad fin. C. eod. tit. & quintam par
tem residui, in quo non solum Catherina & Margarita li-
beri primi matrimonij dicti Joannis fecerunt partem di-
cto quondam Francisco, sed etiam dicti Petrus & Lau-
rentius. Dictus igitur do. iudex grauauit ipsos Petrũ,
& Laurentiũ, quoad bona huiusmodi in eo, ꝙ in vim pre-
tense institutionis adiudicauit predicte Catherine sextan
tem, seu duas vncias predictorum bonorum: & tertiã par-
tem omnium bonorum dicti quondam Joannis. & sic etiã
tertiam partem sex vnciarũ, in quibus pretenditur dictus
Joannes fuisse duntaxat institutus. ¶ Ceterum dixeram
esse aliud quod obstitit, & obstabat predicte Catherine, sci-
licet, cõstitutio & assignatio in dotẽ facta Joanno no Cha-
loysij eius viro, vna cum cessione iurium, & actionum sibi
competentium in & super bonis parte dicte Catherine in
hac causa petitis. De quibus constitutione, assignatione,
& cessione constat publico instrumento parte eiusdem Ca-
therine in hac causa producto. Cum enim constitutio, assi
gnatio, & cessio huiusmodi facte fuerint ad commodum di
cti Joãnoni. & qr scilicet, pro oneribus matrimonij suppor
tandis. l. pro oneribus. cum suis similib. C. de iure dotium,
potuerunt, vt tunc scripsi, & possunt dicti Petrus, et
Laurentius de illis opponere, & opponendo eandem Ca-
therinam repellere, etiam si non interuenerit alter ex illis
tribus casibus, de quibus in. l. iij. C. de nouatio. per iura &
rationes quas tunc allegaui, que si placet videantur. Qui-
bus non obstat responsio, quam ad tertium dubium con-
sultationis dicti domini iudicis venerabilis capituli fe-
cisse leguntur spectabiles viri domini assessores, eiusdem
do. iudicis. & in qua pretendunt, ꝙ cum per instrumentum
secunde constitutionis dotis predicte Catherine nõ appa
reat de vera, vel ficta traditione bonorum per dictam Ca-
therinam eidem Chaloysio in dotem cõstitutorum. Et sic
non fuerunt bona ipsius Catherine effecta dotalia. l. de di-
uisione. ad fin. cum suis similib. ff. solut. matri. remansit, et
remanet efficax actio apud ipsam Catherinã, & ꝙ propter-
ea potuerit agere, & experiri. Quoniam respondeo, ꝙ licet
dicta bona, pone predia vrbana, vel rustica, vel etiam bona
mobilia, si que erant, non fuerint facta dotalia, tamẽ iura
quibus petuntur, hoc est actiones ipse sunt effecte dotales
per constitutionem predictorum bonorum, & cessionẽ iu-
rium, & actionũ. Et si de hoc dubitetur, prout non est dubi
6 tãdum, illud † est certissimũ, ꝙ dicto Chaloysii, sunt acqui
site ciuiles actiones, & mandatũ exercitiũ directarum. l. no
minibus. & quod ibi glos. & doct. C. de actio. & oblig. & quod
not. doct. & maxime Salic. in. l. j. C. eod. tit. Et quamuis dicta
l. nominibus. videatur loqui de acquisitione, & cessione
actionum vtilium, personaliũ, nemini tamen dubiũ, quin
etiã actio realis, vtpote rei vendicatio, & alie huiusmodi ce
di possint. l. fi. & quod ibi doct. C. de hered. vel actio. vendi.

& quod not. glos. & Rapha. Fulgos. in. l. si fundum. ff. de fundo dota. & quod not. Salic. in. d. l. j. versic. quero vicesimo secundo. C. de actio. & obliga. & Pau. de Castr. in. l. j. C. de inoffic. donat. Quamuis igitur bona predicta non sint facta dotalia per solam dotis constitutionē, sed opus fuerit traditione. d. l. de diuisione. ff. solut. matri. & l. si fundum. iuncta glos. ff. de pact. dota. & quod habetur in. l. traditionibus. C. de pact. pretense tamen actiones vtiles pro dictis bonis repetendis, si & quatenus repeti possunt, sunt penes dictum Chaloysii, & non solum ille, sed etiam exercitium directarum, & ex causa onerosa: quia titulus dotis quoad virum, est titulus onerosus. l. ex promissione. ff. de actio. & oblig. & l. j. cum suis similib. C. de imponenda lucratiua descript. quod etiam voluit Oldra. consil. clj. exordiente, Si quis verba donationis diligenter attendat. et consil. ccxlv. exordien. Quidam paterfamilias. paulo ante medium. Potuit igitur, & potest contra eandem Catherinam per dictos Rosselli de constitutione, assignatione, & cessione predictis opponi, & per huiusmodi oppositionē debuit, & debet ipsa Catherina repelli: per ea que no. Bar. in. l. facta. §. si heres. ff. ad Treb. & quod alias plenius scripsi in dicta alia schedula. Que omnia, &c.

¶ Rubr. De vsuris. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cclvij.

¶ Usurarium non est pretij partem ex venditione nondū solutam emptori relinquere sub congrua pensione. V. F.

1 ☞ Usurarium an sit pretij partem ex venditione domus debitam emptori relinquere sub congrua pensione.
2 Iuramentum quatenus seruandum.
3 Iuramenti relaxatio an partem vocari exigat: & an post incursum periurium obtineri possit.




ETiam Si verum esset q̄ post venditionem domus olim factam per honorabilem Ambrosiū de Cassano, & honestam mulierem Marguaretā eius vxorē venerabilibus & prouidis viris domino Nicolao presbytero, Dominico & Francisco de Forgia fratribus, pretio sex centorum florenorum monete currētis: dicti dominus Nicolaus, Dominicus, & Franciscus, nō quidem pro alijs tricentis florenis, sed pro tricentis florenis penes eos restantibus ad soluendum debitum pretium sexcentorum florenorū, vendidissent, vel alias soluere cōuenissent & promisissent prefatis Ambrosio de Cassano, & Margarete coniugibus, annuam pensionem viginti quatuor florenorum monete predicte. Non propterea dici possit venditio, conuentio, seu promissa huiusmodi illicita, vel labe vsurarie prauitatis infecta. Nec deberet, aut de iure posset id, quod de et pro pensione huiusmodi fuit & est receptum in dictā summam tricentorum florenorum imputari: quia, vt audio, & de hoc authore domino articulabitur, & fiet fides, dicta domus non solum fuit per prefatos coniuges dictis do. Nicolao, Dominico, & Francisco vendita: sed etiam ab initio eisdem expedita, & tradita. Et deinde per eosdem continue possessa, & que vt etiam audio, & probabitur, poterat & potuit annis singulis communiter locari, seu arrendari
1 quinquaginta florenis, & vltra. Quo † fit vt ratione emolumenti per eosdem emptores ex possessione dicte domus percipiendi, potuerint predicti Ambrosius & Margarita emere predictam pensionem pretio dictorum tricentorum florenorum ad soluendum restantiū, vel ab eisdem emptoribus exigere promissionem de pensione huiusmodi sibi ipsis venditoribus annis singulis soluenda: quandiu dicti emptores cessarent in solutione dicte reste: quinimo et sine venditione pensionis huiusmodi, potuissent dicti cōiuges dictam summam viginti quatuor florenorum ab eisdem emptoribus annis singulis recipere, quandiu cessarunt in solutione dicte reste: nō quidem tanq̄ vsuram debitam pro dictis tricentis florenis, sed tanq̄ interesse, & in recompensam emolumēti per eosdem do. Nicolaum, Dominicum, & Franciscum ex dicta domo percepti. l. ij. C. de vsu. l. curabit. C. de actio. empt. l. Julianus. §. ex vendito. ff. eod. tit. & c. salubriter. de vsur. Quod procedit nō solum de iure ciuili, sed etiam de iure canonico, secundum gloss. que hoc no. in. l. ij. & l. curabit. superius allegatis. Idē voluit glo. in. d. l. Julianus. §. idem Papinianus. super verbo excedit. versic. sed secundū nos. & in. c. conquestus super verbo. de feudo. versic. alias etiam posset. attentari, &c. de vsur. Ostien. in summa. tit. de vsu. §. an aliquo casu. versic. septimo secundum Lauren. Cyn. in. d. l. ij. vbi etiā Bart. & Pau. de Cast. versic. in eadem glos. ibi, responsio, &c. C. de vsu. Bart. in. d. l. curabit. vbi etiam Bald. Ang. & Salicet. Bar. in. d. l. Julianus. §. idem Papinianus. vbi etiā Bald. & Bald. in. d. §. ex vendito. Albe. in. l. j. versic. predicta puto vera, quando vsure petuntur vt vsure, &c. secus autem si, &c. C. de summa Trinita. & fide catho. vbi etiam multos refert, qui possunt ibi videri: & hoc etiam satis fatetur in hoc casu, quando scilicet, quantitas promissa vel soluta non multum excedit fructus perceptos ex re tradita. Lauren. de Rodul. in suo opere de vsu. seu repetitione. c. consuluit. in secunda parte, in quarta oppositione. & Jo. de Ana. in. c. in ciuitate. & in. d. c. conquestus. de vsur. Nec opponat aliquis q̄ non ex perfidia, seu recusatione dictorum do. Nicolai, Dominici, & Francisci, sed de consensu dictorum Ambrosij de Cassano, & Margarite dilata extiterit solutio dictorum tricentorum florenorum, & q̄ propterea debeat id, quod receptū est de dicta annua pensione viginti quatuor florenorum in attenuationem, aut in solutum dictorum tricentorū florenorum imputari. Quoniā respondeo, q̄ ad hoc, vt nō tenerentur ipsi de Cassano & Margarita imputare, non requirebatur perfidia, seu contradictio, aut mora predictorum emptorum, postq̄ vt predixi, nos supponimus & ita deducetur, & probabitur q̄ isti emptores interim gauisi sunt, & gaudent commoditate dicte domus: & hoc voluit Bal. in. d. l. ij. versi. decimo queritur. quid si emptor, &c. vbi etiam Paul. de Castr. versic. quinimo dicit Bart. C. de vsur. & Joan. de Ana. in. c. conquestus. versic. querit etiam ibi Bal. quid si emptor, &c. Ex quibus infertur prefatos do. Nicolaum, Dominicum, et Franciscum male recusasse, & recusare dictam annuā pensionem, viginti quatuor florenorum per eos venditam, ac solui permissam, & iuratam, & sic exceptiones parte eorum oppositas, de iure non processisse, nec etiam procedere. Et dictos do. Nicolaum, Dominicum, & Franciscum fuisse, fore, & esse condemnandos, & cogendos ad solutionem di-
2 cte annue pensionis, & ad † obseruandum iuramentum per eosdem prestitum. quod cum sine interitu, vel detrimento salutis eterne seruari possit, seruandum est. c. cum contingat. c. si vero. de iureiuran. & c. quanuis pactum. cum suis similib. de pact. in. vj. quod procederet etiam si contractus venditionis predicte pēsionis fuisset vsurarius: prout isti do. Nicolaus, & fratres male, & contra veritatem sibi persuadent. c. debitores, & quod ibi per docto. de iureiuran. de quo etiam per multos scribentes. in. c. j. eod. tit. Forte vero opponetur, q̄ cum dictus domi. Nicolaus & fratres obtinuerint iuramentum per eos prestitum sibi relaxari, vel se habilitari ad agendum, & detegendum, &c. ipsi potuerunt, & possunt se tueri, & tuendo opponere contractum venditionis predicte pensionis fuisse illicitum, &c. Sed istud nō obstat; quoniam respondeo, q̄ illa pretensa relaxatio, seu habilitatio, quam ipsi do. Nicolaus, & fratres obtinuisse pretendunt, fuit & est nulla, ac nulliter, & surreptitie, obtenta, si & quatenus. de illius obtentione appareat, non vocatis prefatis Henrigono, & Gabriele emptoribus predicte pensionis, seu eorum authore, quod fieri non debuit prout latissime consuluit Petr. de Anchara. consil. cxcix. exordien. Predictis subtiliter & ad plenum adductis, &c. & consi. ccclxxxiij. exordien. Retento ordine dubiorum, &c. Frede. de Senis, consil. ccc. exordien. Factum tale est, debitor promisit, &c. Anton. & de But. & Joan. de Imo. in dicto c. debitores. de iureiuran. Joan. de Imo. in clemen. dispendiosam. de iudic. Alexan. de Imo. multos referens consil. cexxiij. exordien. Uisa facti narratione mihi exhibita, &c. in secundo volu. Franc. de Curt. consi. xliij. exordien. Super contingentia facti. versic. aggrediendo secundum passum, &c. Andr. Barba. consil. xxxiij. exordien. Clementissimi Dei patris, &c. in secunda parte, & domi. Felin. multos referens in. c. j. versic. contrarium latissime cōsuluit Ancharan. &c. de iureiuran. quorum motiua, rationes & iura, cum possint ibi videri, & ad peritissimum sit mihi sermo, non refero. Fateor tamen q̄ Oldra. consil. cxx. exord. Ad duplicem finem, &c. & quidam alij tenuerint contrarium. Sed quod dixi communius obseruatur. Tum etiam non valuit dicta pretensa relaxatio, seu habilitatio: pro eo quia obtenta est, si tamen et quatenus obtenta extiterit post incursum

incursum periurium: debuit enim pensio predicta solui dictis Henrigoni & Gabrieli emptoribus anno Domini, M.cccclxxxviij. & die.xvi. mensis Januarij, quod cum factũ non extiterit, nec de iusta causa, quare hoc factum non fuerit, & sic eosdem do. Nicolaum & fratres excusans a periurio, non potuit anno proxime dicto, & die.xix. mensis Julij dicta pretensa relaxatio, seu habilitatio obtineri, vt voluit Frede. in d. consil. ccc. in fin. allegans Joan. Andr. in dicto. c. debitores. super gloss. penult. in fin. & rationem. c. quia frustra. de vsur. & idem consuluit Petr. de Ancha. in dicto consil. cxcix. quod etiam voluit. Alexan. de Jmol. in dicto consil. cxxxiij. Joan. de Jmol. in. d. c. debitores. vbi reprehendit Anto. de Butr. idem etiam tenuit Laurent. de Rodul. in repeti. c. consuluit. q. cxxiij. & domi. Felin. in dicto. c. j. versic. septimo quero aliquis incurrit periurium, &c. vbi etiam dicit istam opinionem esse communem, & ꝙ secundum eam vidit sepe iudicari: & maxime procedit quod predixi, quia dicta pretensa relaxatio, seu habilitatio obtenta est tacito de lapsu termini solutionis predicte pensionis: & sic de incursu periurij: per id quod post Inno. alibi voluit domi. Felin. in. c. j. in dicto. versic. septimo quero. Nec opponat aliquis ꝙ libellus parte dictorum Henrigoni & Gabrielis in hac causa productus, & in quo concluserunt se reintegrari in possessione, seu quasi, percipiendi & exigendi predictam pensionem, de iure non procedat: cum propositum non extiterit, & consequenter nec probatum, eos fuisse in possessione, seu quasi eam percipiendi. Quoniam respondeo, ꝙ non solum fuit conclusum in possessorio reintegrande, seu recuperande possessionis, seu quasi, sed etiam in petitorio: vt apparet ex verbis expressis in cõclusione dicti libelli. Quo fit, vt cum opportune fuerit in libello predicto narrata, proposita, & deducta materia petitorij predicte pensionis, processerit & procedat dictus libellus. Preterea supposito, ꝙ dicti Henrigonis, & Gabriel expresse cõclusissent in possessorio recuperande, nec expressim conclusissent etiam in petitorio: quia tamen vt predixi, fuit per eos opportune proposita, & deducta etiam materia petitorij, & ex qua in illo potuit expresse concludi, satis censetur etiam in illo fuisse conclusum propter subiunctionem illius clausule generalis, & iustitiam ministrari, omnibus melioribus, &c.

¶ Rubrica, De pact. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cclviij.

¶ Pactum de nihil amplius petendo a tutore per adultas legitime factum seruandum est, presertim si de illarum lesione non appareat: in quo etiam tutoris heres comprehenditur. V. F.

1 ¶ Puelle adulte quando dicantur.
2 Doli capax nono anno, cum dimidio, Impubes dicitur.
3 Juramentum an & quando minori auferat beneficium restitutionis in integrum.
4 Renuntiare iuri quod quis ignorat sibi competere an & quando ille censeatur.
5 Lesio an contrauentioni proprij facti viam aperiat.
6 Stipulatio facti negatiue concepta an & quando transeat ad heredem: & quando non, scilicet adiecta taxatiua.
7 Parentes liberos vt seipsos diligunt.



Ex Quodam pretenso publico instrumento parte honestarum mulierum Ludouice, & Magdalene Daune oblato & producto contra honorabilem virum Joannem Margoli filium, & heredem honorabilis quondam viri magistri Petri Margoli, regij secretarij. Coram magnifico viro domino Presidente curie camere rationum ciuitatis Aquensis, continente decretum tutelaris administrationis, & regiminis personarum, & bonorum earundem Ludouice, & Magdalene concesse dicto magistro Margoli, & ex duobus publicis instrumentis matrimoniorum, dictarum
1 Ludouice, & Magdalene, constat & legitime apparet, † ꝙ tempore matrimoniorum huiusmodi, per verba de futuro contractorum, prefate Ludouica, & Magdalena erant maiores duodecim annis, & sic non impuberes, sed adulte. l. fin. C. quan. tuto. vel cura. esse desier. & institu. quib. mod. tute. fin. Quo fit, vt conuentio, seu pactum quod dicitur contractorum matrimoniorum huiusmodi dicto magistro Petro Margoli, fecisse dicuntur prefate Ludouica & Magdalena, & per quod fuit per & inter partes predictas solenni & valida stipulatione interueniente conuentum, ꝙ nulla ex dictis Ludouica, & Magdalena, aut earum aliqua possent, seu valerent eundem Margoli compellere, aut compelli facere ad soluendum reliqua, si que eisdem deberentur, preterquam per curiam regiam ordinariam loci Tarasconis, non potuerit cum effectu impugnari tanquam pactum cum existentibus in pupillari etate: que re vera non pupille, vt iam dixi, sed adulte existebant. Et sic non videtur procedere primum fundamentum sententie seu ordinationis contra eos prolate per dictum magnificum domi. presidentem, & deinde confirmate per magnificos dominos magnum presidentem, & magistros rationales. Et si dicerem conuentionem seu pactum huiusmodi non potuisse impugnari ex dicto fundamento, etiam † si predicte Ludouica, & Magdalena fuissent
2 impuberes, duntamen doli capaces, & sic excessissent nonum annum cum dimidio, per id quod not. glo. in. §. pupillus. institu. de inutil. stipula. non forte male dicerem nec sine magnis huius dicti defensoribus. Pro quo allegasse sufficiat id quod voluit Barto. & Salic. in authent. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Bart. & Alexan. de Jmo. in. l. qui iurasse. in principio. ff. de iureiur. Ostien. & Joan. And. in. c. cum contingat. de iureiuran. vbi etiam de hoc late per Joan. de Jmol. in sua solenni repeti. in tertio membro. versicu. iuxta predicta potest queri, & Archi. in. d. c. quamuis pactum. quorum fundamenta vtpote non necessaria in hoc casu repetere omitto. Et cum dicte Ludouica, & Magdalena tempore dicti pacti essent, vt iam dixi, adulte, & † iurauerint obseruare pactum huiusmodi, &
3 contra non venire vt colligitur ex generali promissione de qua in dictis instrumentis, non videntur posse contrauenire etiam ex capite beneficij restitutionis in integrum: quia cum iuramentum representet minorem contrahentem, vel distrahentem pro maiore, aufert sibi beneficium restitutionis in integrum. authen. sacramenta puberum. & quod ibi gloss. & docto. C. si aduer. vendi. quod etiam not. cano. in. c. penult. de emptio. & vendi. & multi scribentes in l. ij. C. de rescinden. vendi. Et procedit hoc non solum eo casu, quo minor contrahens, vel distrahens, & iurans, fuit certioratus de beneficio restitutionis in integrum, sed etiam eo casu, quo non fuit certioratus de beneficio huiusmodi, vt voluit Barto. in dicta authent. sacramenta puberum. vbi etiam refert se ita consuluisse, & ꝙ ita obseruatur. Pro quo allegat multa, que quia possunt ibi videri non refero. Et idem tenent ibi Ang. & Sal. vbi etiam Paul. de Castr. idem voluit Archid. in capit. ij. de pact. in. vj. qui pro fundamento dicit, ꝙ licet simplex renunciatio non teneat, nisi precedat certioratio, tamen quando quis renuntiat cum iuramento, propter iuramentum sibi preiudicat, pro eo quia presumitur saltem implicite, vel in genere cogitasse de quocunque remedio sibi competente, & istud videtur sufficere. l. iure militari. ff. de testa. milit. Idẽ tenet Bart. in. l. sciendum. vbi etiam Ang. in repetitione. & Rapha. & Roma. ff. de verb. oblig. Bart. & Ange. in. d. l. ij. C. de rescind. vendit. Bart. Salic. Fulg. Pau. de Cast. & Alexan. de Jmo. in. l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de iureiuran. & alij in alijs locis. Et hec videtur esse opinio magis communis. Fateor ꝙ contrarium tenuit Dyn. consil. v. exordien. Questio talis est, quidã D. Sanfridus minor viginti annis, &c. qui pro hac sua opinione inducit motiua commemorata per docto. in. d. auth. sacramenta puberum. & maxime per Alber. & per Cyn. in. d. l. ij. Et hanc opinionem fuerunt multi doct. & quidem magne authoritatis sequuti. Sed vt dixi, prima videtur communior, a qua propterea non videtur recedendum in iudicando, aut consulendo per doctrinam, quam ponit Ostien. & post eum alij scribentes in capitulo primo, de constitut. Forte vero opponetur, ꝙ dicte Ludouica, & Magdalena non solum ignorauerunt sibi competere beneficium restitutionis in integrum, & sic ius, sed etiam factum, scilicet dictum magistrum Petrum Margoli se in forma de qua in instrumento supra primo loco mentionato, & sua pro compotorum redditione, & reliquorum consignatione, & restitutione, submisisse in forma dicte curie camere, & ꝙ propterea non videantur huic obligationi, seu submissioni

4 renuntiasse: pro eo quia† iuri quod quis ignorat sibi competere, nunq̃ intelligitur quis renũtiare. l. mater decedẽs. cum vulgaribus. ff. de inoff. testa. Pro quo facit quod voluit Bart. in. l. Aurelio. §. Gayus. versi. pro declaratione huius passus. ff. de liber. legat. vbi voluit ꝙ clausula generalis non refertur ad causas, quas quis ignorabat: quia nõ videtur per eum de eis cogitatum. l. cum Aquiliana. ff. de transac. Et quia ignorans non donat. l. nec ignorans. C. de dona. Sed quanuis ista videatur mihi esse fortis oppositio, quia tamen in dicto pacto dictũ est, non obstantibus quibuscunque obligationibus, quibus dicte Ludouica, & Magdalena renuntiarunt, predicta oppositio non videtur obstare: pro eo quia dicte Ludouica & Magdalena cogitarunt, aut cogitasse censentur dictas submissiones, attentis tam verbis predictis, q̃ etiam renũtiationibus per eas factis, in quibus renuntiarunt multis & varijs exceptionibus, defensionibus, & iuribus: & deinde subiuncta est clausula generalis, per quam videntur renuntiasse omni auxilio iuris. per id quod not. Bart. in auth. matri & auie. C. quan. mu. tut. offi. fun. potest. Preterea supposito,
5 ꝙ ex† capite enormissime vel etiam enormis lesionis potuissent dicte Ludouica, & Magdalena contrauenire pactioni non obstante iuramento: &c. per ea que no. gl. & doc. in. d. l. ij. C. de rescin. vendi. & in. d. c. penul. de emptio. & vendi. hoc tamen non videtur eis prodesse in hoc casu: quia nõ est probata, quinimo nec deducta enormissima, vel enormis lesio, vt apparet ex inspectione processus cause huius. Addo, ꝙ vbi essemus in casu, in quo deberent dicte Ludouica, & Magdalena in integrum restitui, etiam non edocto de enormissima, aut enormi lesione: prout non videtur, opus erat petere, & ex causa legitima obtinere dispensationem iuramenti, contra quã venire non poterant, nec de iure debebant, nisi prius eo relaxato, vel saltem eis habilitatis ad delegendum lesionem. Pro quo gratia breuitatis allegasse sufficiat no. per Alex. de Imo. cõsi. ccxxiij. exord. Visa facti narratione, &c. in secundo volu. qui multos refert, qui poterunt videri. Nec videtur dicto Joanni Margoli obstitisse, vel obstare ꝙ in pacto predicto solum facta extiterit mentio de dicto quondam magistro Petro, non de eius herede, seu heredibus: & ꝙ propterea pactum fuerit personale, non reale: & quod ideo de illo opponere non potuerit dictus Joannes. Quoniam respondeo ꝙ primo videtur fuisse reale, & de illo potuisse opponere dictum Joannem postquam pactum huiusmodi fuisset, & esset alias vt videtur inutile. Quo casu stipulatio facti negatiue concepta, transit ad heredem. l. si ita stipuler. ff. de verbo. obliga. & arg. l. quoties. ff. de rer. diuis. quod etiam post Pet. voluerunt Cyn. & Alber. in. l. veteris. C. de contra. & committen. stipula. Quinimo plus dicit Barto. in. l. si sic. el. ij. ff. de verb. oblig. post recitationem opinionum Pet. Cyn. & quorundam aliorum, ꝙ etiam eo casu, quo in stipulatione facti seu pacto negatiue conceptis, adncitur persona verbo exequutiuo, nihilominus stipulatio, seu pactum huiusmodi sunt in dubio reales nisi persona verbo adiecta esset persona tertij nõ alterius ex contrahentibus: vel esset persona que heredem habere non posset: vt seruus, vel filiusfamilias, secũdum tempora ffiorum. Pro quo allegat Bart. l. iurisgentium. §. pactorum. secundo responso. ff. de pact. & l. stipulatio ista habere licere in princi. ff. de verbo. obliga. facit. l. nõ solum. §. si liberationis. ff. de liber. lega. & dicit Bart. vbi supra, ꝙ hoc fallit, quando esset in conuentione apposita aliqua dictio taxatiua, vt puta promitto non petere a te solo, vel a te tantum. d. l. non solum. §. tale. & ita dicit Bart. se intelligere. l. qui in futurum. ff. de pac. scilicet, quia subauditur tantum. secũdum Frã. Accur. & Jaco. de Belloui. Et cum hac opinione Bar, secundum Joan. de Imo. in. d. l. si sic. transit Ange. & appertius Pau. de Cast. cum hac opinione: post multa etiã effectualiter transit in. d. l. si sic. versic. tertia cõclusio. Fran. de Are. dicit enim, ꝙ ex tacita mente contrahentium indubio pactum videtur esse reale. omnimodo non apponatur dictio taxatiua. quanuis sit conceptum personaliter, vt sic transeat ad heredem, vel ad eum, ad quem transire paciscentis interest. Pro quo dicto allegat iura allegata per Barto. & maxime in. d. l. iurisgentium. §. pactorum. l. & heredi. §. fin. cum. l. seq. ff. de pact. & in. l. pactum. ff. de proba. & est secundum Are. istud pactum reale in dubio. respectu istarum personarum, magis ex mente tacita contrahentium, q̃ ex proprietate sermonis: vt singulariter dicit text. in. d. l. si pactum. & in dicto. §. pactorum. Ideo enim cõuẽtio negatiua de non petendo, transit in heredem: quia plerunq̃ solemus prouidere heredibus, sicut nobis, & maxime heredi
6 bus† liberis, quos parentes, si non plus, non tamen minus q̃ se diligunt. l. isti quidem. ff. quod met. caus. Fateor ꝙ Jaco. Butrig. & Guil. relati per Bart. & Joan. de Imo. in. d. l. si sic. distinxerunt an persona in pacto, seu stipulatione adijciatur verbo obligatiuo, & nõ exequutiuo, & tunc sit pactio seu stipulatio realis. d. l. iurisgentium. §. pactorum. in secundo responso, an ve adijciatur verbo exequutiuo, & tunc pactio, seu stipulatio censeatur personalis: et sic intelligunt iura allegata per Petr. Et q̃uis Joan. de Imol. in. d. l. si sic, dixerit videri, ꝙ de iure defensari possit opinio Jacob. Butr. subiunxit, ꝙ opinio Bart. forte propter eius authoritatẽ seruaretur in practica: sciebat enim ꝙ huius viri fere omnium, qui post eum scripserunt, testimonio magna esset authoritas. Non immerito igitur dicit Joan. de Imol. vbi supra, ꝙ forte opinio Bart. seruaretur in practica. Pro qua facit quod not. glos. in. d. l. si sic. super verbo, capit. & in. l. si ita stipuler. ff. de verb. obliga. Ex quibus infertur ꝙ licet in pacto de quo supra, fuerit duntaxat apposita persona dicti magistri Petri, & adiecta verbo exequutiuo, fuerit nihilominus pactum reale, vt sic non solum debuerit prodesse eidem Petro, sed etiã dicto Joanni eius filio, & heredi.

¶ Rub. De serui. & aqua. ¶ Epitome. ¶ Consil. cclix.

¶ Summatur vt in tertio notabili. V. F.

1 ☞ Testes qui de immemoriali tempore deponere habeant quomodo examinandi, remissiue.
2 Testes diuersi de diuerso tempore deponentes circa cocturam panis in certo furno, nec de vnius quidem anni coctura fidem faciunt.
3 Furnum edificare in suo nemo prohibetur, nisi pacta, vel acquiescentia ad inhibitiones cum cursu longi temporis aliter suadeant, & in eo panes suos & aliorum coquere, vel ad alios furnos ad eos effectus accedere: sicut dominus furni potest accedentes arcere. & nu. 9.
4 Seruitus in libero homine non cadit.
5 Prothocoli perfectio tria requirit.
6 Notarij signũ in principio prothocoli, an sufficiat pro sequentibus notis.
7 Presumptio non est Titium, quanuis dicatur, fuisse consiliarium alicuius municipij.
8 Procurator plurium vt singulorum, vel plurium vt vniuersorum diuersimode gerere potest.
10 Scriptura ex archiuis extracta si dicatur an probet.
11 Probatio non elicitur ex assertione aliarum rerum in instrumento mentionatarum, q̃ que in eo geruntur.
12 Presumptio ꝙ ius aliquod metu extortum sit quando locum habeat.



On Est probatum, ꝙ reuerendus in Christo pater, do. episcopus, vniuersitas ecclesie Tricastrine, & heredes nobilis Gabrielis de Vernesio, aut eorum predecessores habuerint furnũ in ciuitate Tricastrini a tempore, & per tempus de cuius initio aut contrario hominum memoria nõ existat. Et quidẽ non per instrumẽta: hoc certissimũ. Non etiam per testes, quia nullus ex testibus parte eorum in hac causa productus deposuit, nec deponere potuit eosdem do. capitulum & consortes, vel eorum predecessores habuisse furnũ in dicta ciuitate, a tempore, & per tempus de quo supra: cum etiã nemo sit, nec se esse dicat illius eta-
1 tis, qui de hoc deponere potuerit. Nec† fuerant testes huiusmodi examinati iuxta theoricam, quam post Ostien. in cap. quid per nouale. de verbo. signifi. & post Innoc. in. c. veniens. eod. tit. ponit glo. in. c. j. in glos. fin. versi. sed quomodo probabitur de prescript. in. vj. Specul. & Jo. Andr. in addi. Specul. tit. de probat. §. j. versic. vltimo queritur. Bart. in. l. ij. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & doct. in l. si arbiter. ff. de prob. quod si ita est, imo & quia sine dubio ita est, non est probatũ, quinimo nec probari potuit, ꝙ ciues, incole, & habitatores predicte ciuitatis, eorum panes decoxerint in dicto furno, a tẽpore & per tẽpus de cuius initio, vel cõtrario hominũ memoria nõ existat. Nullus enim ex testibus huiusmodi deposuit se vidisse ciues, incolas & habi

⁊ habitatores huiusmodi per tantum tempus decoxisse.
Et sic non probant: quinimo nec probant, ꝙ per tempus
multo ⁊ longe minus tempore mentionato, hoc factum ex-
titerit: quia testes predicti, vel omnes, vel fere omnes de-
2 ponentes super hoc, dicunt, † ⁊ deponunt se hoc fieri vidis-
se: aliqui videlicet a decem annis citra, aliqui a triginta,
aliqui a toto tempore sue memorie: ⁊ alij ab alio, ⁊ alijs tem-
poribus: prout legitur in eorum depositionibus, qui pro-
pterea non probant etiam de coctura vnius anni. l. j. §. qd̄
autem. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. ⁊ quod per illum text. voluit
Barto. in. l. Celsus, versi. circa huiusmodi probationem.
ff. de vsucap. ⁊ idem no. Hostien. Jo. And. in nouel. ⁊ do-
cto. in. c. licet causam. super verbo, ⁊ citra. de proba. ⁊ Bal.
in. l. indicia. C. de rei vendica. ⁊ in. l. falsus. C. de furt. Pre-
terea supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ dicti do-
mi. Episcopus, ecclesie, vniuersitas, ⁊ heredes aut eorum
predecessores soli, vel dūtaxat habuissent furnum seu fur-
nos in dicta ciuitate. Quodq; probatum extitisset, ꝙ in
furno, seu furnis huiusmodi omnes ciues, incole, ⁊ habi-
tatores predicti, suos panes decoxissent a tempore, ⁊ per tē-
pus de cuius contrario non est memoria. Quodq; pro de-
coctione suorum huiusmodi panum emolumentum presti-
tissent, potuissent nihilominꝰ ⁊ ipsi, aut aliqui ex eis: ⁊ vni-
uersitas Tricastrina sibi facere ⁊ construere furnos: ⁊ in
illis tam suos, q̄ aliorum huiusmodi predicte ciuitates
panes decoquere, ⁊ recipere emolumentum, quod inde per-
cipitur, si aliud non refragetur, vel obstet: prout nec obstat
vniuersitati, vel hominibus eiusdem ciuitatis. Cuius di-
cti alibi plerisq; in locis per me rationes ⁊ iura assignan-
tur, que propterea non repeto: quia ibi satis videri possunt.
3 Esto † igitur citra preiudicium veritatis, vt dicti domi.
Episcopus, ecclesie, vniuersitas, ⁊ heredes, aut eorum pre-
decessores soli, ⁊ duntaxat habuerint ab antiquissimis tē-
poribus, ⁊ citra, furnum, vel furnos in dicta ciuitate, non
propterea, vt predixi, debuerant, aut debent vniuersitas,
⁊ homines predicti impediri, quominus furnos in eadem
faciant, ⁊ habeāt, aut cogi ad demoliendum, ⁊ destruendū
per eos iam factos, ⁊ constructos: nisi interuenisset alterū
ex duobus, hoc est vel pactum, vel inhibitio, cui paritum
extitisset: ⁊ postea cucurrisset tempus sufficiens ad prescri-
ptionem huiuscemodi seruitutis: quorum mentem proba-
tum est interuenisse in casu de quo agitur. Dico insuper
ꝙ etiam supposito citra preiudicium veritatis ꝙ homines
predicte ciuitatis ab antiquissimis temporibus, scilicet de
quorum initio aut contrario nō esset hominum memoria,
⁊ citra: suos panes decoxissent in furno, vel furnis dicto-
rum domi. epi vniuersitatis, ecclesie, ⁊ heredum, ⁊ suorum
predecessorum, possent nihilominus, ⁊ possunt nunc acce-
dere ad alios furnos, pro decoquendis eorum panibus, vt
post Petrum voluit Bald. in. d. l. j. versi. ⁊ ex predictis in-
fert Petr. ⁊c. C. de seruitu. ⁊ aqua. talis enim itio, seu ac-
cessus fuit per modum eiusdem facultatis, ⁊ cuius prete-
xtu pretendere non possunt dicti domi. Episcopus, eccle-
sie, vniuersitas, ⁊ heredes, se vel eorum predecessores ade-
4 ptos extitisse quasi possessionē alicuius iuris, ⁊ quia † etiā
seruitus nō cadit in libero homine, nec eius quasi posses-
sio: nec obligatio personalis inducitur per prescriptionē. l.
obligationum. §. placet. ff. de actio. ⁊ obliga. hec Bald. vbi
supra. idem voluit Albe. C. que sit longa cōsue. versi. quid
ergo si longissimo tempore totus populus venit ad masi-
nandum ad molendinum, ⁊c. Joā. Fab. in. §. eque. versi. sed
quis erit modus probandi. ibi, ⁊ ideo credo ꝙ si in vna vil-
la fuisset furnus, ad quem populus loci per centum annos
⁊c. instit. de act. ⁊ Ambro. de Viua. in repeti. l. de quibus.
versi. idem dico ego. si omnes de populo veniant ad molen-
dum, ⁊c. ff. de legi. vbi allegat no. per Alber. vbi supra per
Innocen. Ostien. Jo. And. ⁊ Antonium de Butr. in. d. c.
significante. male ergo ac sine iuris fulcimento ⁊ contra li-
bertatem competentem vniuersitati, ⁊ hominibus predi-
ctis supplicauerunt prefati do. Episcopus, ecclesie, vniuer-
sitas, ⁊ heredes, quatenus petierunt mandari destrui fur-
num dicte vniuersitatis, ac inhiberi ciuibus ⁊ incolis pre-
dicte ciuitatis, ne panes suos alibi, q̄ in pretenso furno
ipsorum dominorum supplicantium panem suum deco-
quant sub pretenso salario, ⁊ mercede consuetis: ⁊ ne aliud
furnum edificēt: cum vt dixi vniuersitas ⁊ homines prefa-
ti vtrunq; facere potuerint, ⁊ possint per predicta. ¶ Qui-
bus non obstant quedam pretensa producta parte dictorū
dom. Episcopi, ⁊ consortum, Et primo quidem (vt ab an-
tiquioribus incipiam) quoddam pretensum instrumentū
cuiusdam asserte vēditionis, quam fecisse pretenditur an-
no incarnationis dominice M. ccxix. quinto Calend. No-
uembris, quidam Guilielmus Reynoardi bone memorie
reuerendo in Christo patri domi. Guilielmo tunc pretēso
Tricastrino Episcopo, de toto eo, quod habebat, ⁊ habere
debebat in fornagio furnorū predicte ciuitatis: q2 cū nō ap-
paruerit, nec appareat eiusdem pretensum venditorem
aliquod ius habuisse in dicto fornagio, non censetur, nec
censeri debet fuisse ipsi do. Episcopo aut episcopatui ius
aliquod acquisitum. l. quod si in venditione. cum tribus. ll.
sequen. ff. de hered. vel act. vend. ⁊ arg. l. locus. ⁊ quod ibi
per Ang. Fran. de Aret. Joan. Alexand. de Jmola, ⁊ doc.
ff. de acquiren. posses. ⁊ quod ibi not. Dyn. Bart. ⁊ doc. in
l. si sic. ff. de leg. j. ⁊ Oldrad. consil. clxiiij. exord. Viso priui-
legio inclyti Regis Ludouici quondam Francorum, ⁊c.
quatenus volunt, ꝙ si vendam, vel alias concedam tibi
quidquid iuris habeo in fundo, vel re aliqua, huiuscemodi
venditio, seu concessio est inutilis ⁊ nihil iuris tibi tribuit
nisi probes quale ius habuerim ego concedens. Cum igi-
tur probatum non extiterit, quinimo nec deductū dictum
quondam Guilielmum pretensum vēditorem ius habere,
nihil facit pro dicto do. episcopo illa pretensa venditio.
Preterea etiam nec obstant alia duo pretensa instrumen-
ta factarum impignorationum primum facte impignora-
tionis anno Dominice incarnationis M. ccxxiij. xj. cal.
mensis Nouemb. per quendam Pontium, vel Petrum
de sancto Paulo, ⁊ aliud facte pignorationis anno incar-
nationis Dominice M. ccxxv. pridie nonas Maij. Et
quidem non primum: quia si copia illius quam habeo non
est defectuosa, non bene apparet, nec colligitur ex instru-
mēto huiusmodi quid idem Pontius, seu Petrus pigno-
ri dederit quoad dictum furnagium. Non etiam primum,
⁊ secundum: quia etiam si appareret, ꝙ illi furnagium rece-
perunt ex furnis, vel etiam, ꝙ postea ⁊ ipsi do. quondam
Guilielmus ⁊ pretensi successores in episcopatu Trica-
strinensi furnagium recepissent, ex hoc tamen non inferre-
tur, nec infertur, vt iam dixi, ꝙ dicti ciues, incole, ⁊ habi-
tatores deberent, aut debeant cogi decoquere eorum pa-
nes in furno, vel furnis illorum pretensorum impignoran-
tium, vel ipsius quondam do. Guilielmi, ⁊ successorum in
episcopatu: nec ꝙ ipsi impediri debeāt quominus furnum
⁊ furnos faciant, ⁊ habeant: quia hec sunt separata, ⁊ mul-
tum distincta, ⁊ sic ex vno non infertur ad reliquum. l. inter
stipulantem. §. sacram. versic. sed hec dissimilia. ff. de verb.
oblig. l. si maritus. el. j. C. de donat. inter vir. ⁊ vxor. ⁊ vul-
gata. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. Fateor enim, ꝙ si
⁊ quando ciues, incole, ⁊ habitatores predicti coquunt,
aut pro tempore coxerunt, seu etiam imposterum coquent,
ipsi debuerunt, debent, ⁊ debebunt soluere furnagium, seu
emolumentum furni: ⁊ tale pretensum furnagiū, seu emo-
lumentum, quod fortasse percipiebant ex furnis suis, im-
pignorauerunt dicti Pontius ⁊ Guilielmus de sancto
Paulo. Sed propterea non sequitur, ꝙ illi, a quibus for-
nagium huiusmodi recipiebant tenerētur in illorum fur-
nis panes suos decoquere: vt apparet per ea que superius
allegaui, ⁊ induxi. Et eodem modo responderi potest ad
instrumentum cuiusdam pretense venditionis annue pen-
sionis quatuordecim florenorum facte, vt pretēditur, anno
Domini. M. cccclxj. ⁊ die secunda mensis Junij per ma-
gnificum, ⁊ potentem quondam virum domi. Girardum
Aymari dominum Greynhani, qui anno ⁊ die predictis
vendidisse pretenditur dicte vniuersitati ⁊ ecclesie dictam
annuam pensionem: ⁊ hoc in ⁊ super omnibus, vniuersis, ⁊
singulis bonis suis, ⁊c. ⁊ specialiter super pretensis forna-
gijs locorū de Clausayes de Mōte securo ⁊ sancti Pau-
li: q2 ex hoc non infertur, ꝙ propterea ipsa vniuersitas va-
leat, aut possit cogere dictos ciues, incolas, ⁊ habitatores
coquere in dicto furno, aut furnis ipsorum supplicātium:
vel impedire quominus furnum ⁊ furnos faciant, ⁊ ha-
beant: emit enim predicta vniuersitas quoad hec iactum
retis, ⁊ ideo poterit percipere, si quid obuenerit: sed non co-
gere omnes liberos contra libertatem a iure sibi cōcessam:
que omnia licent, nisi que apparent de eo prohibita. l. ab ea
parte. ff. de probat. l. j. §. j. ff. de testi. ⁊ l. necnon. §. quod eis.
cum suis similib. ⁊ quod ibi glos. super verbo, non prohi-
beant. ff. ex quib. caus. maior. Etiam nec eisdem ciuibus,
incolis ⁊ habitatoribus refragatur, vel obstat quedā pre-
tensa membrana reperta, vt pretenditur, in quodam ma-
gno asserto prothocolo defuncti magistri Hugonis Ro-
dulphi, continens, vt pretenditur, quasdam appuinctamē-

tum & ordinationem factas, vt dicitur, anno Domini M. cccc.xxxix. & die.xxv. mensis Nouembris. Tum quia dicta pretensa membrana non legitur subscripta per aliquem no
5 tarium, & sic non probat, quia non est perfecta: ad perfectionē enim prothocoli, seu abbreuiature, requirūtur tria, scilicet locus, tēpus, & testes: perfectio cōtractus siue actus de quo cōscitur, & perfectio cum subscriptiōe, & signo notarij: vt voluit Bald. in. l. contractus. versic. sed quero hic quando dicatur esse conclusum in contractu. C. de fide instru. vbi etiam quoad signum, vel subscriptionem tabellionis, idem voluit Albe. versi. & quia hic de prothocolis. ibi si autem in imbreuiatura defecerit aliquid de solennitatibus instrumentorum, puta signum, &c. & in hoc concordant Jaco. de Are. & Guil. de Suza. relati per Albe. & idem voluit Ange. in cōsilijs, prout refert do. Feli. in. c. cum P. ta
6 bellio. versi. quinto queritur. de fide instru. Nec† opponat aliquis quod subscriptio & signum notarij facte in princip. prothocoli, vel in precedentibus notis censeātur repetite in sequentibus: per id quod no. Bald. & Sali. in. l. eo quod a multis. C. si cert. peta. Alexan. do. Jas. May. & alij moderni. in. l. si quis ex argētarijs. §. si initium. ff. de edend. Quoniam respondeo ꝙ hic non constat dictum Hugonē Rodulphi esse subscriptum, vel subsignatum, in princip. dicti pretensi prothocoli, aut aliquibus, seu etiam aliqua ex notis precedentibus dictam assertam membranā, quinimo nec in aliqua ex sequentibus: quod tamen non sufficeret: per id quod not. Alexan. de Jmol. & post eum do. Jas. in dicto. §. si initium, & idem Alex. in. d. l. patris & filij. non ergo obstant dicte pretense appunctamentum, & ordinatio vt pote non probate, & tam ratione predicta, ꝙ etiam pro eo ꝙ licet domi. commissarius retulerit dictam membranam fuisse repertam in quodam pretenso magno prothocolo dicti magistri Hugonis, non tamen retulit illam vel fuisse vel apparere scriptam manu illius, & que non presumitur scripta manu ipsius: ea maxime ratione, quia idē Rodulphi est de nominatis in dictis appunctuamento, & ordinatione. Tum etiam non obstat quia non constat ꝙ inibi nominati, scilicet Petrus Beuerie, & Joan. Reboli essent tēpore illarum pretensarum appunctuamēti & ordinationis procuratores predicte vniuersitatis, seu etiā, ꝙ Hugo Rodulphi, Joannes Fomerij, Jaco. Lothelerij, Gui. Fabri, Joan. Barreli. & Bertrandus Odoli, essent illius consilia
7 rij. Nec† tales fuisse presumuntur: per id quod not. Bald. in. l. ij. C. si ex falsis instrumentis. & in. l. j. C. de reb. alie. non alie. & sequitur Alexā. de Jmol. in. l. sciendum. verū vnum tamen sciatis. ff. de verbo. obli. & in. l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hered. qui volunt, ꝙ nunꝙ presumatur pro solennitate mandati, seu pro mandato. Tum, & quia non apparet quorum pretendantur fuisse procuratores dicti Petrus Beuerie, & Joan. Reboli, an videlicet vniuersitatis, aut singulorum hominum. inter que refert. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. cum suis si. ff. de in ius voca. Et supposito ꝙ ipsi alij predicti probarētur fuisse procuratores, & consiliarij predicti vniuersitatis, nihil tamen agere poterant in preiudicium singulorum, vel super iuribus singu
8 lorum: quia† quemadmodum aliud est rem esse communē plurium vt singulorum, aut plurium vt vniuersorum, vt notant Domini Canoniste, in capitu. cum omnis. de constitutio. ita aliud est esse procuratorem vniuersitatis, & sic plurium, vt vniuersorum: & aliud est esse procuratorem plurium, vt singulorum: quia primus nihil potest quoad iura plurium, vt singulorum, etiam si haberet mandatum cum libera. Tum quia supposito, ꝙ omnia premissa cessarent, que tamē non cessant, adhuc non obstaret: pro eo quia huiusmodi pretense ordinatio & appunctamētum non tendebant, nec tendunt ad obligandum ciues, incolas, & habitatores predicte ciuitatis ad ex tunc & in posterū coquendū dictos eorum panes in furno, seu furnis superius mentionatis, seu etiam ad eos, vel dictam eorum vniuersitatem quomodolibet impediendum, quominus facere, & habere possent furnum, & furnos in dicta ciuitate, sed tendebāt ad modificationem faciēde solutionis pro panis decoctione, & ad restrictionem quorundam excessuum, qui tunc fiebāt per quosdam furnerios, que sunt multum separata, & distincta. Quo fit vt ex vno non recte inferatur ad reliquum. d. l. inter stipulantem. §. sacram. versic. sed hec dissimilia. ff. de verborum oblig. & dicta vulgata. l. Papinianus exuli.
9 ¶ Addo† ꝙ quemadmodum illi, qui per tempora longissima accesserunt ad furnum, aut molendinum alterius, & inibi per tempora huiusmodi suos panes decoxerunt, & bladum moluerunt: possunt post hec si aliud, vt predixi, nō obsistat relictis furno, & molēdino huiusmodi, ad alios accedere: & inibi panes coquere: & sua blada molere, ita etiā potest dominus furni, & molendini post dicta tempora denegare decoctionem, & multuram, & dicere illis, ꝙ vadant ad alium furnum, & molendinum, vel alias sibi prouideāt: vt voluit Alber. C. que sit longa consue. in rub. & Bald. in d. §. prediorū. versic. itē pone. inst. de seruit. Et hoc nisi post factā prohibitionē per do. furni, vel molendini prohibiti per dominum ad eos accessissent: & ibi panes decoxissent & moluissent bladum per tempus longissimum sufficiens ad prescriptionem: quia post illam completam non posset dominus furni, & molendini illos impedire, quominus, eo etiam inuito, eorum panes decoquerent, & bladum molerēt in furno, & molendino huiusmodi: prout colligitur ex his que not. Alber. & Bald. in locis proxime allegatis: & hoc ratione quesite seruitutis. Et ꝙuis possent isti inuito domino furni & molendini in eis panem coquere, & bladum molere possent, possent tamen etiam eo inuito relictis furno & molendino huiusmodi, ad alios accedere. Et hoc pro eo quia non fuit contra eos quesita seruitus, nec derogatum libertati de iure eis competenti. Supposito igitur ꝙ ex appunctamento, & ordinatione superius mentionatis, colligi posset dictos pretensos procuratores, & consiliarios voluisse adstringere, vel furnerios vel dominos furnorum ad decoquendum eorum panes, iuxta moderationem de qua ibi, non tamen ex hoc infertur ꝙ illi obligauerint vel obligare voluerint ciues & alios predictos ad inibi decoquendum panes, & non faciendum furnos, si & quando eis
10 dem expedire videretur. Preterea† nec etiā obstat quedam alia scriptura parte dictorum do. Episcopi, & consortum in hac causa producta, & que, vt ex aduerso pretenditur, cōtinet quedam pretensa aduisamenta olim facta, vt asseritur per eos, de quibus ibi. Tum quia dicta scriptura nihil probat, vt pote priuata scriptura, vel que non apparet manu publica scripta. vel alias authentica, carens anno, mēse, & die: & que etiam ex sola omissione signi, & subscriptiōis notarij, vt supra dixi, in simili non probaret. Cui nō obstat ꝙ illa, vt pretenditur, extracta extiterit ex quadam archa existēte in crota in actis extractionis scripturarum latius mentionata: & in qua pretenduntur consistere archiua Capituli, & vniuersitatis Tricastrine ecclesie: & ꝙ propterea illa probet. l. moris. §. solet. ff. de penis. & authent. quibus mod. natural. effic. sui. §. illud autem: & authen. de his qui ingrediuntur ad appel. §. illud & transumptiue in authen. ad hoc. de fide instrumen. Quoniam respōdeo, ꝙ imo non probat. Tum quia non apparet ꝙ scriptura huiusmodi fuerit extracta a publico archiuo, illo videlicet cui preest officialis publicus: quod tamen requirit dicta authen. ad hec. iunctis ibi not. per glo. & doct. nō etiam apparet, ꝙ illa posita extiterit inter authenticas scripturas, & vbi non essent alie non authentice, aut ꝙ ex consuetudine faciat fidem de quibus tamen videretur oportere constare, ad hoc vt faceret fidem: vt post Nicol. de Matha. voluit Joannes And. in addit. Spec. tit. de instru. edit. §. nunc dicendum. in magna addit. versic. quintum supplementum. Bald. C. de fide instrumen. in rub. & Joan. de Jmol. in. c. j. de procu. & do. Felin. in. c. ad audientiam. versic. prima conclusio. de prescrip. Tum & quia quod dicitur scripturam extractam ex publico archiuo facere fidem, intelligitur ꝙ illa faciat in territorio ciuitatis archiui, vel inter subditos, non extra vt etiam voluit Joan. And. in dicto versicu. quantum ad supplementū, &c. Bal. in dicta rubri. vbi supra Alex. de Jmol. in authen. si quis in aliquo. versicu. sexto fallit ibi quod intellige tantummodo, &c. vbi etiam domi. Jason. versicu. intellige tamen, &c. C. de eden. Alex. de Jmol. consilio. cxxxviij. exordiente, opportune considerationes que in themate, &c. in primo volumine: & do. Felin. in dicto. c. ad audiētiam. ver. secūda cōclusio. &c. Nō igitur videt faceret fidem predicta scriptura eo etiam signante, quia, vt iam dixi, non apparet eam fuisse extractam ex articulo, seu loco, in quo duntaxat poni, & custodiri consueuerunt scripture authentice, quod tamen est multum considerandum per id quod not. Panor. in. c. cum causam. vbi etiam Fran. de Are. de proba. pro quo optime facit illud. de presump. vbi ex signo equiuoco annulli non inducitur probatio certa. & sic quando in archiuo reperiuntur scripture authentice, & non authētice, tunc archiuius & publica custodia illi deputata non sunt signa vniuoca, sed equiuoca non inferentia ꝙ scriptura videatur authentica: quod etiam voluit do. Feli. in

Felt. in. c. ad audientiam versi. quinta cōclusio. de prescrip. nec dicat aliquis, ꝙ probatio huius affirmatiue, scilicet, ꝙ in dicto pretenso archiuo, sint etiam scripture non authentice: quoniam respondeo ꝙ imo parti aduerse incūbit probatio negatiua: scilicet ꝙ non sunt nisi scripture authētice: quia ista negatiua est fundamentum intentionis dicte partis, ergo, ⁊c. Pro quo allegasse sufficiat nota. per Barto. ⁊ quod ibi plene per Alex. de Imo. in. l. hoc iure. ff. de verbo. oblig. Tum etiam non obstat dicta scriptura, pro eo quia non ibi exprimitur qui fuerint illi pretensi consules, ⁊ cōsiliarij iam dicte vniuersitatis, qui fecisse pretendūtur dicta asserta aduisamenta. Tum ⁊ quia si illi inibi exprimerentur, quia tamen non apparet illos fuisse tales, nec tales fuisse presumuntur, adhuc non obesset. per id quod nota. Bal. ⁊ Alexan. de Imol. in locis superius allegatis. Tū ⁊ quia si constaret eos fuisse consules, ⁊ consiliarios, quia tamen illa pretensa aduisamenta potius concernebant iura plurium vt singulorum, quam vniuersitatis, vel pluriū vt vniuersorum: non potuissent ipsi pretensi consiliarij in preiudicium predictorum ciuium incolarū, ⁊ habitatorū, facere dicta pretensa aduisamenta, per ea que superius dixi in sim tū ⁊ q: vbi premissa cessarēt, adhuc non cessant, nō obessent dicta aduisamēta: pro eo quia illa nō tenebant ad auferendum vniuersitati, ciuibus, ⁊c. liberam facultatem construendi furnos, ⁊ eorum panes decoquēdi vbi vellēt. Preterea etiam nec obstant instrumenta quarundam pretense institutionis furneriorum, ⁊ conuentionis factarum per domi. tunc Episcopum cum ipsis furnerijs anno scilicet, vt pretenditur, domi. M. cccclxiij. Et quidem non instrumentum dicte institutionis. Et primo non quatenus concernit ipsam institutionem furneriorum. Tum quia illa est res inter alios acta. c. penulti. de re iudica. ⁊ c. inter dilectos. §. porro. cum infinitis simi. de fide instrumento. Tum ⁊ quia ex huiuscemodi pretensa institutione, vtpote eo quod est quid separatum, ⁊ disiunctum, non bene infertur ad hoc, vt ciues cogi debeant coquere in dicto furno vel impediri quominus furnum faciant. dicta. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obli. Etiam nec obstāt ea que ponuntur in illa magna cantilena, de qua in eo, ⁊ maxime quatenus ibi asserit, ꝙ omnes ciues dicte ciuitatis, ac territorij, ⁊ mandamenti teneantur suum panem decoquere
11 in dicto furno: quia † huic assertioni, siue fuerit reuerendi domini Episcopi pro tempore, siue notarij qui instrumentum huiusmodi confecisse dicitur, non est standum, etiam si instrumentum, seu litere essent antiquissime, etiam plures per id quod singulariter tradit Specu. titu. de emphy. §. nunc aliqua. versicu. lvij. ⁊. lviij. vbi vult expresse quod nedum vna charta antiqua concessionis in emphyteusim, sed nec plures probant ecclesiam esse dominam rei concesse in emphyteusim. dicto capitu. inter dilectos. ad finem: ⁊ tamen concēdens in emphyteusim videtur asserere se esse dominum cum vtile dominium alteri cōcedat. Et hoc, vt alia instrumenta non probant, voluit etiam Franciscus de Aretio. in dicto capitu. cum causam. versicu. primo casu. ibi, ⁊ ex hoc infertur quod pluribus instrumentis, ⁊c. quanto magis non probat predictum instrumentum, nec alia cum non sint de antiquo, sed fuerint omnia confecta ab annis quinquaginta non ergo probant cōtra alios: per ea que ponunt omnes scribentes in. l. cum aliquis. C. de iu
12 re deliberan. ⁊ idem dico si fuerint verba notarij: quia † nō creditur notario, nisi de ijs que fieri potuerant tempore recepti instrumenti, ⁊ de ijs, de quibus pōt fieri instrumentū cuiusmodi non est hoc, quod omnes ciues, ⁊c. tenerentur panes decoquere. Fateor enim quod si sub presentia notarij omnes fuissent hoc confessi, ipse potuisset scribere confessionem huiusmodi, scilicet quod omnes fuerunt confessi. Sed non potuit. nec debuit cum iuris effectu scribere eis absentibus, quod omnes tenerentur hoc facere. Et sic ista verba nihil probant, nisi forte quod Episcopus hoc asseruit, sed vt dixi illi sue assertioni non creditur. Etiam nec obstat instrumentum dicte conuentionis, vtpote res inter alios acta. Et quia ibi non agebatur de obligando ciues ad coquendum in dicto furno, vel impediendum quominus ipsi furnum facerent, ⁊ haberent, sed ad obligandum furnerios ad coquendum panes dom. Episcopi pro anno, ⁊ sub mercede de qua ibi: ex qua conuentione, vtpote separata, ⁊ diuersa non infertur ad predicta dicta. l. inter stipulantem. §. sacram. versicul. sed hec dissimilia. Postremo non obstant instrumenta quarundā pretensarum licentiarum, olim, vt pretenditur, concessarum, vel de faciendo alios furnos, vel de coquendo in alijs furnis, ⁊ promissionum factarum de soluendo furnagium ipsi
12 do. Episcopo, ⁊ parerijs, pro eo † quia cū, vt superius dixi, illi non tenerentur decoquere in dicto furno, sed essent, et de iure esse presumerentur in libertate furnos faciendi, ⁊ in illis, vel etiam alijs panes eorum pro nutu decoquendi, huiusmodi licentie ⁊ promissiones, vtpote quid insolutū presumuntur per metū extorte. per id quod no. Io. An. in. d. c. j. de prescript. in. vj. in nouel. Bal. in. c. j. in versic. pactiones. de pace Constan. Alua. in. c. j. qual. vassal. iura. debe. fide. Alexan. de Imola in. l. j. §. que onerande. ff. quar. rer. actio non da. Fran. de Aret. consil. xiij. versicu. sicut enim prestatio seruitiorum insolitorum. ⁊ consil. xxiij. exordien. Quatuor dubia, ⁊c. versi. in contrarium vltra allegata per dominos cōsulētes videntur facere, ⁊c. ⁊ pro presumptiōe dicte meticulose extortiōis facit: q: vel oēs, vel fere omnes fuerunt inquestati, ⁊ in causam criminalem tracti instante procuratore fiscali, anteꝙ pretensam licentam petrent, seu magis petere cogerētur, ⁊ anteꝙ obtinerētur dicte promissiones de soluendo furnagiū ipsi domino Episcopo ⁊ parerijs: preterea vbi dicte pretēse licentie ⁊ promissiōes dici possent valuisse, vt non videntur, ille tamen non possent preiudicare vniuersitati nec alijs ciuibus. C. res inter ali. act. in rubro ⁊ nigro per totum. c. pen. de re iudic. ⁊ c. inter dilectos. §. porro. superius allegatis. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub. De episcop. audien. ¶ Epitome. ¶ Consi. cclx.

¶ Curatus, qui cure onera sustinet, non est per priorem impediendus quo minus solitas decimas percipiat. A. F.

1 ☞ Decime prediales ⁊ personales non prioratui, sed ecclesie parochiali debentur.
2 Erronea responsio reuocari potest.
3 Responsio articulis facta ad quid referri debeat.
4 Congrua portio curato semel assignata minui non debet.

1 Ecime † Prediales, pro quibus agere visus est, ⁊ quas sibi adiudicari petijt venerabilis, ⁊ religiosus vir frater Antonius Chapassij, pretensus commendatarius prioratus Alticampi, contra ⁊ aduersus venerabilem virum dominum Iacobum Borrelli curatum, seu vicarium perpetuum ecclesie parochialis loci predicti Alticampi debentur de iure communi, non quidem ipsi prioratui, sed dicte ecclesie parochiali. c. fi. de parochijs. c. quoniam. c. cum cōtingat. de deci. c. si laicus. xvj. q. j. ⁊. xiij. q. j. §. j. ⁊ qō not. Ost. in summa tit. de deci. §. cui danda sit. versicu. prediales, ⁊c. Panor. in. c. conquerente. de offic. ord. ⁊ in. d. c. cum contingat. cum igitur ecclesia sancti Ioannis Alticampi, cuius est curatus, seu vicarius perpetuus, prefatus dominus Borrelli, sit ecclesia parochialis, eidem ecclesie debentur decime prediales, hoc est fructuum excrescētium infra terminos, ⁊ limites eiusdem parochie: ⁊ idem dicendum est de personalibus debitis, videlicet per parochianos illius ecclesie, ⁊ eos, qui inibi diuina audiunt, ⁊ ecclesiastica sacramēta recipiūt. c. questi. xvj. q. j. ⁊. xiij. q. j. §. j. Male igitur petijt decimas predictas prioratui predicto, seu sibi adiudicari dictus dominus Chapasij. Quibus non obstat id quod pretendit idem do. Chapasij, scilicet ꝙ cura animarum in dicta parochia ipsi prioratui immineat. Quoniam probatum est contrarium, scilicet ꝙ imo immineat ecclesie, cuius est curatus perpetuus idem dō. Borrelli: ⁊ ꝙ illa est ecclesia parochialis. Et sic dicto do. Borrelli non obstat responsio quam fecisse pretenditur vel ipse, vel dominus eius procurator respondendo secunde positioni libelli partis aduerse: quam puto esse reuocatam, ⁊ si non est reuocata
2 potest tanꝗ erronea reuocari. † l. error. ⁊ quod ibi gl. ⁊ doc. communiter. C. de iuris ⁊ facti ignor. ⁊ quod not. glos. in. l. fin. C. de erro. aduoc. Ex quibus infertur eundē dominum Borrelli, ⁊ dictam eius parochialem ecclesiam debuisse, ⁊ debere ab impetitis absolui ea etiā maxime ratione, q: licet ipse dominus Chapasij pretenderit, ⁊ pretēdat dictas decimas predicto prioratui tam de iure communi ratione dicte pretēse cure, quā de vsu more, consuetudine, ⁊ obseruantia legitime prescriptis, spectasse ⁊ pertinuisse, ac spectare ⁊ pertinere, ipse tamen neutrum ex ijs probat, ⁊ quidem nō de iure communi, ⁊ ratione cure: quia non est probatum ꝙ dicto suo prioratui immineat cura animarum, seu ꝙ ec-

clesia illius sit ecclesia parochialis dicti loci Alticãpi, sed potius oppositum, scilicet ꝙ ecclesia cuius curatus, seu vicarius exitit dictus do. Borrelli, est ecclesia parochialis: non etiam probatum est, ꝙ vel de more, ⁊ obseruantia, vel de consuetudine dicte decime ad predictum prioratum pertineãt, sed potius oppositum, quatenus probatum est dictam ecclesiam parochialem, ⁊ vicarios illius fuisse, ⁊ esse in possessione, seu quasi percipiendi dictas decimas, ⁊ maxime pro dimidia parte, non ergo debet ipse do. prior obtinere, etiam si probaret aliam causam, ex qua possit idẽ do. Chapasij pretendere decimas prementionatas pertinere dicto eius pretenso prioratui: per id quod not. Inno. in c. cum contingat. vbi etiam Anto. de Butri. de offic. deleg. Inno. in c. ceterum. de iudi. ⁊ in c. j. de litis contesta. Bart. in l. j. in prin. versi. venio ad causam. ff. de eden. Alexan. de Imo. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogo. ff. de ver. ob. Pau. de Cast. cõsi. xlviij. ⁊ 2s. ccvj. nisi forte dicatur, ꝙ imo obtinere debeat ex capite transactionis, de qua in dicto pretẽso libello, vel ex capite annexionis, seu pretense vnionis dicte parochialis ecclesie, allegate in dicto secundo articulo dicti asserti libelli, sed hoc fieri non debet. Et quidem nõ ex capite transactionis, quia de illa non apparet, ergo ⁊c. l. qui accusare. C. de rei vendi. ⁊ c. vnic. cum suis simi. vt eccle. benefi. non etiam ex capite dicte pretense annexionis, seu vnionis, quia de illa non apparet: nisi forte dicatur, ꝙ imo de ea constet per responsionem factam ad dictum secũdum articulum. Sed istud nõ videtur obstare: pro eo quia
3 † responsio debet referri ad id, quod principaliter deducitur in articulo, seu positione, non ad id quod incidenter. arg. l. si cui serui. §. si a filio, ⁊ quod ibi Barto. ⁊ Bal. ff. de lega. primo. ⁊ quod not. Specu. titu. de positio. §. sequitur. versi. xj. Anto. de Butr. in c. j. de plus peti. quatenus volunt, ꝙ in delictis respondens positionibus, ⁊ confitens, non intelligatur fateri qualitates. Et sic non sumus in casu cap. extirpande. §. quia vero. de preben. nec etiam sumus in casu c. de monachis. de preben. c. j. eo. titu. in. vj. ⁊ cle. vt constitutio. de iure patrona. quia prout ex inspectione processus cause huius aperte colligitur, non apparet, ꝙ dicta parochialis ecclesia quoad bona temporalia, seu etiã spiritualia eiusdẽ, spectet eidem prioratui, altero ex modis de quibus per scribentes, in dicto. c. de monachis, ⁊ per aliquos in c. j. de preben. in. vj. ⁊ ita, non videtur, ꝙ simus in casu in quo dictus domi. prior possit iuridice pretendere ipsum dom. Borrelli debere esse contentum portione fructuũ, ⁊c. Preterea supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ non essemus in altero ex casibus seu modis superius mentiona-
4 tis, ⁊ ꝙ de illis appareret, quia certa non portio fuit semel dicte parochiali ecclesie, ⁊ domino pro tunc curato, seu vicario illius pro tunc domi. priorem asserta, ⁊ hec cum authoritate, cõsilio, ⁊ cõsensu reuerend. in Christo patris domini Valentine ꝗ̃ Episcopi diocesani, seu domini eius vicarij: insuper ⁊ domini prioris prioratus sancti Marcelli, a quo dependere dicitur, ⁊ dependet dictus prioratus loci predicti Alticampi, non debuit, nec debet portio sic semel assignata, diminui aut defalcari: per textum capitu. auaritie. de prebend. per quem hoc voluit Archidiaco. ⁊ post eum Joannes Andr. in nouel. Petrus de Ancha. ⁊ Phili. de Fran. in dicto. c. j. de preben. in. vj. eo signanter, ⁊ maxime, quia licet dictus pretensus do. prior pretẽdat assignationem predictam fuisse, ⁊ esse excessiuam, ac suffecisse, ⁊ sufficere dom. curato, seu vicario predicte parochialis ecclesie habere alia emolumenta, etiam si de decimis nihil perciperet, ipse tamen hoc non probat: quinimo potius probatur contrarium, etiam per testes parte dicti prioris in hac causa productos: nec multum facit illud pretensum arrendamentum factum per dictum do. Borrelli: quia ex hoc non probatur valor fructuum ⁊ emolumentorum, ⁊c. Addo esse aduertendum ad onera, que preter ⁊ vltra victum ⁊ vestitum curati, seu vicarij dicte parochialis ecclesie, ac victum, vestitum, ⁊ salarium clerici per eundem tenendi incũbunt sibi alia, ⁊ multiplicia onera: sc3 onus cathedratici, ⁊ sic solutionis duorum solidorum procurationis moderati auxilij, hospitalitatis, reparationis ecclesie, ⁊ subuentionis non solum pauperum, sed etiam seruitorũ: de quibus scribunt docto. in c. conquerente. de offi. ordi. ⁊ in d. c. j. de preben. in. vj. ad quorum dicta euitande prolixitatis causa, ⁊ quia ad peritissimũ est mihi sermo, remisisse sufficiat: qui si omnia considerabit, imo q2 indubitãter cõsiderabit, cõperiet predictã assignationẽ nõ fuisse excessiuã. Cui in nullo refragantur, neq3 obstant proposita ⁊ deducta parte dicti do. Chapasij, in quibusdam articulis ex oriẽtibus, Ut vobis clarissimo patri, ⁊c. quatenus inibi pretenditur dictam assignationem non valuisse: pro eo quia per eam, vtpote non precedente legitimo tractatu, ⁊ alijs de iure requisitis in alienationibus rerũ ecclesiasticarum, fieri non potuit dicta assignatio. c. dudum. de reb. eccl. non alien. in. vj. ⁊ alijs iuribus inibi allegatis. Tum quia non apparet, ꝙ decime, de quibus supra, vllo vnꝗ̃ tempore spectauerint, aut pertinuerint predicto prioratui, aut predecessoribus dicti do. Chapasij: quinimo potius de contrario. Tum ⁊ quia iura parte ipsius do. Chapasij allegata in dictis articulis loquuntur ⁊ procedunt in alienatione rerum ecclesiasticarum fieri prohibita: secus in ea, de qua est hic sermo: que non solum non est prohibita, seu etiam permissa, sed est iussa, ⁊ fieri precepta. d. c. de monachis. ⁊ alijs iuribus superius allegatis. Et ita sunt isti casus multum diuersi, ⁊ separati. Propter quod ex vno non recte infertur ad reliquũ. l. inter stipulantem. §. sacram. versic. sed hec dissimilia. ff. de verb. obligat. l. si maritus. la. j. C. de donat. inter vir. ⁊ vxor. ⁊ vulgata. l. Papinianus exuli. cum suis simillib. ff. de minor. Ex quibus concludo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, dictum dominum Borrelli fore, ⁊ esse ab impetitis, cum expensarum reportatione absoluendũ. Et ita mihi videtur.

¶ Rubrica, De pactis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cclxj.

¶ Summatur vt in primo notabili.

1 ¶ Hereditas seu vniuersalis successio pacto vel dispositione inter viuos relinqui nõ potest; nec etiam pro quota. Sed conuentio hec valere poterit vt donatio.
2 Successoris verbum quid importet.
3 Donatarius omnium bonorum in illis actiue non passiue succedit: ⁊ que appellatione omnium bonorum non veniant, remissiue.
4 Conuentio de succedendo an ⁊ quando potius donatio sit inter viuos, ꝙ̃ pactum.
5 Donatio omnium bonorum an valeat.
6 Uotum captande mortis an ⁊ quando in consideratione habendum.
7 Repelli an possit agens ex pacto quod non seruat.
8 Filie mortue viuente patre nunꝗ̃ dos fuisse videtur.
9 Ingratitudine an ⁊ quando reuocentur donationes.
10 Legitima patris, qui solus ex ascendentibus superest, est triens in bonis filij.



Iso Cõsultatiõis themate mihi trãsmisso parte nobilis ⁊ generosi viri, Antonij de Balneolis: ⁊ dubijs que ex themate huiusmodi eliciũtur. Dico ⁊ respõdeo prout infra. Pro quorum tamen ⁊ maxime pro faciliori solutione, premit-
1 to esse certum ⁊ indubitatum, ꝙ per † pactum ⁊ sic per dispositionem inter viuos factam, dari non potest, aut relinqui vniuersalis successio, seu hereditas. l. ex eo. C. de inutil. stipul. l. hereditas. C. de pac. conuen. super dot. l. licet. C. de pactis. ⁊ alijs iuribus ⁊ rationibus plenius allegatis per Alexand. de Imol. consil. xxviij. ex ord. Ponderatis verbis instrumenti conuentionum initarum, ⁊c. in tertio vol. commemorato per do. Jason. in d. l. licet. quas quia plene prosequutus est egregius vir dominus Hugolinus de Rufo. legũ doctor primo scribens, vlterius nõ prosequor. Adijciens, ꝙ non solũ non potest dari, vel relinqui in contractu hereditas vel successio vniuersalis alicuius, ⁊ insolidum, sed nec etiam pro quota, vt puta dimidia, vel alia. l. pactum quod dotali. C. de pact. quod per illam. l. ⁊ per allegatam. l. hereditas. C. de pact. conuen. voluit Alexand. de Imol. in l. fin. versic. ⁊ vtrum pactum, per quod promittitur hereditas. ff. de pact. ⁊ idem voluit Pet. de Ancher. ⁊ post eum Joan. de Imola extra de testament. super rubr. ⁊ Alexand. de Imola in d. l. stipulatio hoc modo concepta. versic. demum quesiuit Bart. si quis. ⁊c. vbi etiam tetigit an idem sit in donatione, vel promissione partis hereditatis, dicentis ꝙ quemadmodum non valet promissio, seu pactum in tota hereditate, sic nec etiam valet in quota hereditatis. per. d. l. stipulatio hoc modo concepta. ⁊ quia per talem promissionem videtur sic paciscens velle facere sibi heredem in dimidia hereditatis, ꝙ per pactum, vt pote de iure improbatũ, fieri non potest. d. l. hereditas. quod etiam voluit

voluit Ioã. Fab. in d. l. fin. quãuis ibi contrarium senserint Cyn. Albe. & Bal. moti ea ratione, quia cum sic paciscens possit disponere & testari de alia parte seu quota sibi non aufert per pactionem huiusmodi liberam testamenti factionem. Sed quod primo dixi videtur verius: pro eo quia ut dicit Oldr. consi. cxxxix. exordien. Ad habendam aliqualem notitiam, &c. in primo quesito. Albe. in dicta. l. fina. C. de pact. & Alexan. de Imol. consi. lxxxij. exordien. Visa facti narratione, &c. versicu. nec dicitur pactum de successione, &c. hereditas, seu successio deberi non potest, nisi ex testamento, vel abintestato. Et si quis dicat hoc verum esse de tota hereditate, seu successione, respondeo addendo, quod & de tota hereditate, seu successione per pactum non danda vel relinquenda dicta sunt, eadẽ & de parte seu quota sunt intelligenda. l. que de tota. ff. de reiuen. & l. qui scit. in princip. ff. de vsu. Si igitur supponeremus, quod pactum de quo in consultatione superius mentionata, fuerit pactum future successionis, nulli dubium, quin illud non valuerit, & sic quod bona in dicta consultatione latius mentionata, non pertinerent nobili Theobaldo Auberti, in vim dicti pacti, sed potius pertinerent dicto nobili Anto. de Balneolis. ¶ Sed vereor ne sustineri non possit pactum huiusmodi fuisse pactum future successionis, sed ut videtur potius fuit donatio omnium bonorum presentium, & futurorum, interque multum refert: quia pactum de succedendo, si valeret, faceret succedentem esse vniuersalem heredem, & sic succederet in iuribus actiue & passiue. l. nihil. ff. de verbo. signi. l. heres in omne. ff. de acqui. heredi. facit. l. quedam. §. nihil. ff. de eden. vbi probatur, & hoc etiam ibi colligunt docto. quod appellatione successoris comprehenditur successor vniuersalis tantũ, & non singularis, & ad hoc allegat illum text. Bal. in. l. emptorem. C. loca. & ob hoc dicit Ioan. de Imol. in. l. quod dicitur. ff. de verbo. obliga. quod si quis acceperit rem in emphyteusim pro se, & suis heredibus, & successoribus, intelligitur de heredibus vniuersalibus, qui succedunt de iure ciuili, & de successoribus vniuersalibus,
2 qui succedunt de iure pretorio. verbum† igitur successoris, dicit, seu importat successorem vniuersalem: & qui in omne ius actiue & passiue succedit, per pactum igitur future successionis hoc agitur, quãuis de facto, ut succedens in omne ius succedat, quod per contractum fieri nõ potest allegata. l. ex eo. l. pactum quod dotali. l. stipulatio hoc modo concepta, & l. cum donationis. cum multis simili. C. de transac. sed per donationem omnium bonorum etiã si fiat de presentibus & futuris, hoc non agitur ut donatarius succedat in vniuersum ius, actiue & passiue: quia illa intelliguntur bona, que supersunt deducto ere alieno. l. mulier bona. in prin. ff. de iur. dot. & l. eris alieni. C. de dona. & ita
3 † per donationem omnium bonorum presentium & futurorum, non agitur, ut donatarius succedat donatori in omnibus actiue & passiue, sed solum actiue. Preterea addo aliud, quod multa sunt, que nisi aliter appareat de mente donatoris, non veniunt in donatione omnium bonorum presentium & futurorum, de quibus in. l. obligatione generali. ff. de pigno. & per rationem illius text. quod etiam voluit Matthe. Matthe. in suis notabilibus, scilicet notabili. cxxxix. exordien. Nota vnum multum singularem, &c. & Ioan. de Imol. Roma. & Alexan. de Imo. in d. l. stipula-
4 tio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. Quod† autem conuentio de qua queritur, censeri debeat, non quidem pactum future successionis, sed donatio omnium bonorum hoc colligitur, & apparet ex verbis dicti pacti, vbi nihil dicitur de successione, nihil de hereditate paciscentium, sed de bonis, sc3 quod omnia bona nobilis Michalete de Balneolis tunc presentia, & futura, si premoreretur, spectarent, & pertinerent donatione inter viuos dicto Theobaldo Auberti superstiti: fuit igitur donatio, & inter viuos. per ea que no. docto. in dicta. l. fi. C. de pact. vel forte, non fuit proprie donatio: pro eo quia non solum donauit ipsa nobilis Michaleta dicto Theobaldo eius viro, sed etiam econtra sc3 dictus Theobaldus eidẽ Michalete: & sic fuerunt mutue & reciproce donationes, que non sunt proprie donationes, sed improprie: q3 ob causam, per id quod voluit Oldra. consi. cxxxix. exord. Ad habendam aliqualẽ notitiam, &c. Io. an. in addi. Spec. tit. de instru. edit. §. porro. moderni scribentes in. l. Attilius Regulus. ff. de donati. donati. Iason May. in dicta. l. licet. C. de pact. & in. l. si pater puelle. & Ange. qui non erat pretermittendus consilio clxxxi. exordiẽ. Visis instrumentis. ver. venio ad tertium. Supposito igitur, quod predicta conuẽtio non fuerit pactum future successionis, prout ne esse videtur, sed donatio vel
5 proprie dicta, vel ut dixi ob causam, restat dubiũ, † an illa valuerit, cum facta fuerit de omnibus bonis presentibus, & futuris super quo sunt opiniones: aliqui enim dixerunt, quod donatio omnium bonorum presentium & futurorũ non valet: moti rationibus, de quibus per scribentes in. d. l. fin. C. de pact. in. l. stipulatio hoc modo concepta. etiam superius allegata. & quas etiam ponit Ang. in d. c. consi. clxxxi. & huius opinionis fuit Pet. & Cyn. eum referendo in. d. l. fin. & ita consuluit Cyn. prout refert Ang. vbi supra: motus illa ratione solum, quia saltem per indirectum auferretur libera testamẽti factio: pro eo, quia quãuis sic donans posset testari, nullum tamen reperiret, qui vellet esse eius heres. hãc opinionem etiam sequutus est Bart. vbi etiam Bald. Fulg. & Paul. de Cast. in. d. l. fi. C. de pact. Rapha. Cuma. Ioan. de Imola, & Paul. de Cast. in. d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. Ang. in. l. j. in prin. ff. de pig. Paul. de Cast. consil. xcix. Bald. in. l. si duobus. §. idem respondit. el j. ff. pro socio. & in. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. pet. & Ioan. de Imola extra de testamen. super rub. versic. quid autem si esset dictum, promitto tibi ex causa donationis inter viuos omnia bona, &c. vbi etiam dicit istam opinionem esse communem: illam etiam fatetur communẽ Ang. in d. consil. quãuis eam non sequatur: illa igitur videtur esse tenenda in consulendo, & iudicando. l. j. vers. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. quest. & quod not. Ostien. Ioan. And. & alij scribentes. in. c. j. de constitut. vbi do. Felin. ponit multas remissiones. Sed contrariam opinionẽ tenuit Dyn. in regula, quod semel. de reg. iur. in. vj. Bal. & Ang. in. d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. Ang. in d. consi. clxxxj. & in disputatione, exor. In refulgenti palatio, &c. Richar. & Salic. eius nepos in. d. l. fin. C. de pactis. & Alexand. de Imola in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. sed, ut dixi, prima est communis, & ideo sequenda: & secundum quam videtur donatio predicta non valuisse: nisi forte quis dicat quod imo non fuerit nulla, sed valuerit: pro eo quia eidẽ Michalete non auferebatur libera testandi facultas: quinimo fuit expresse ibi reseruata: preterea, ut iam dixi, in dicta donatione non veniebant ea, de quibus in dicta. l. obligatione generali. & duabus. ll. sequentibus. Sed hec non videntur obstare. Et primo quidem non primum: quia quãuis ibi reseruetur eidem Michalete testandi facultas, illa tamen restringitur ad piam causam: hoc est, ut pro anima testari possit: & consequenter videtur actum quod de bonis donatis, vel eorum aliquibus, testari non possit in aliam causam: quia permissio vnius est prohibitio alterius: & quia etiam in contractibus procedit argumentum a contrario sensu. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dot. not. Bal. in. l. conuenticulam. C. de episco. & cler. agebatur igitur de nimia restrictione libere facultatis testandi, & non solum quoad bona ipsius Michalete, sed etiã quoad eos, in quos alias testari & potuisset, & valuisset: quod videtur esse contra naturam libere facultatis testandi. Pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in. d. l. pactum quod dotali. C. de pact. & quod not. Pet. de Anchar. & Ioan. de Imo. extra de testament. super rub. & magis ad propositum Ang. cõs. lxv. exord. Comes Robertus, &c. & Roma. consil. clxxj. exord. Pro decisione consultationis proposite, &c. & multi doct. in. l. si quis in principio testamenti. ff. de leg. iij. quatenus volunt quod non possit per hominem etiam in vna re auferri libera testandi facultas: de maiori enim ablatione libere facultatis, seu ademptione, aut restrictione agebatur in hoc casu: cum solum permitteretur ipsa Michaleta testari pro anima, & nõ in alium casum, quã in casu supra proxime mentionato. Preterea etiam agebatur, ut patet ex conceptione verborum dicte conuentionis, quod nisi primo moriens testaretur, vel legaret pro anima omnia bona presentia, & futura predicte Michalete, si primo decederet, peruenirẽt titulo donationis ad dictũ Theobaldum superstitem: pro eo quia omnia bona huiusmodi donabantur, & fuit subiunctum, saluo & retento, &c. & ita videbatur quodammodo agi, quod Theobaldus superstes eidem Michalete vniuersaliter succederet: quod, ut sepe dictum est, per pactum fieri non potest inter priuatos. d. l. licet. & quod not. doct. in. l. ille autem. ff. de heredib. instit. Preterea ad impugnationẽ illius conuẽtionis facte per dictos Theobaldum, & Michaletam, etiam facit: quia illa videbatur, & videtur improbari: quia continebat votum captande mortis alterius: cum enim quilibet eorum videret & imaginaretur se debere post mortẽ alterius firmiter possidere vni-

uersa bona concedentis, & econuerso, quilibet verisimiliter attentis moribus, qui hodie corrupti sunt, quia mundus positus est in maligno, & omnes declinauerunt, &c. expectabat, & optabat mortē alterius: verisimile etiam erat quēlibet eorum sibi mutuo, & vicissim insidiaturum in vite perniciē. & sic tam legibus, ꝙ moribus videtur reprobata hec & consimiles pactiones. dicta. l. fi. C. de pact. l. hereditas. C. de pac. conuen. super dot. & c. ne captande. cum suis sim. de
6 preben. Fateor † tamen ꝙ Bart. in dicta. l. stipulatio ista. vbi etiam Alex. de Imo. post Arge. in dicto consi. clxxxi. no. ꝙ isto casu, non sit habenda cōsideratio voti captande mortis postꝙ istud fit de consensu paciscētium. Pro quo allegant dictam. l. fin. C. de pact. vbi etiam idem videtur voluisse Bar. contrarium tamen sentit Alex. de Imo. in dicto consil. xxviij. in multis locis, qui etiam multos refert, & ibi videtur respondere ad dictam. l. fin. dicens maiorem esse rationem voti captande mortis in casu de quo queritur, quam in pacto facto super hereditate tertij, certo modo disponenda casu quo de iure successio ad eos deueniret: quo casu valet pactio, si in ea interuenerit consensus illius tertij. dicta. l. fi. quia in casu illius. l. pactum non inuitabat ad successionē vel ad bona illius tertij, quia ꝙ deberet succedere, erat in condictione, non in dispositione. l. ex facto etiam. ff. de heredi. instituē. & l. si quis sub condictione. ff. si quis omis. cau. testa. Sed in casu nostro erat pactum in dispositione, & per quod superstes inuitabatur ad bona predecedentis: sunt igitur casus diuersi: & sic non recte ex vno infertur, ad reliquum. dicta. l. inter stipulātem. §. sacram. versicu. sed hec dissimilia, &c. Ad id vero in quo opponebatur de dicta. l. obligatione generali, & duabus sequen. ff. de pigno. posset responderi prout respondit Alexan. de Imol. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta, ꝙ cum predicta donatio esset collata post mortem primo decedentis, videtur cessasse ratio assignata in dicta. l. obligatione generali, & sic non solum alia bona, sed etiam ea de quibus in dictis legibus venisse ex mente paciscentium in donatione omnium bonorum presentium & futurorum. Ex quibus videretur illam non valuisse. Fateor tamē & vere ꝙ iste articulus est multum difficilis, & mihi multum dubius maxime pro eo quia potuit, nisi patria potestas sibi obstitisset, saltem testari in piam causam. ¶ Ceterum quia supposita validitate,
7 vel inualiditate predicte pactionis, que litum est † an etiam propter non obseruantiam conuentorum, possit dictus Theobaldus ab intentione repelli. Dico hic esse attendendum ad duo: sez ad dotis constitutionem, factam per dictū nobilem Anto. de Balneolis, & nobilem Armandam de Deo eius vxorem, de medietate omnium bonorum suorum presentium & futurorum, &c. & ad reciprocas seu mutuas donationes superius mentionatas: quodqꝫ ꝙuis donatio facta per dictam nobilem Michaletam facta extiterit de licentia dicti nobilis Antonij eius patris, non tamē facta est per eum: aliud est enim actum seu contractum facere, aliud est actum seu contractū facienti cōsentire. l. aliud. ff. de regul. iur. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. l. filiusfamilias. §. i. ff. de procura. facit. c. vnic. ne sede vacan. in. vj. & vt dicit Oldr. consi. clxxxij. exordien. Licet de victoria cause, &c. talis consentiens non tam facit, quam facientem nō impedit. l. si pater. §. vlti. ff. de manumis. vindicta. Et hec ideo premisi, vt aduertatur an ea, que pretenduntur non obseruata, fuerint promissa patri dotem constituenti, & pro se stipulanti, an ve fuerint promissa filie aut patri pro ea stipulanti: qꝛ si patri, & pro se stipulanti, tunc videretur iuxta scripta egregiorum virorum dominorum primo scribentium, aut aliquorum ex eisdem in hac causa, ꝙ si dictus Theobaldus per se conuenta, & promissa dicto nobili Antonio non seruauerit, consequenter nec teneatur idem nobilis Antonius sibi seruare per se promissa: maxime cum putem dictum Theobaldum iurasse, & sic in non seruando iusta causa non subsistente periurium incurrisse, & a suis iuribus cecidisse. l. si quis maior. C. de transac. que secundū scribentes locum sibi vendicat non solum in transactione iurata sꝫ etiā regulariter in omni pacto iurato, facit ad premissa quia vt post Inno. alibi voluit Bal. in. l. cum proponas. la. ij. C. de pac. pactū videtur appositum pro eo, qui seruat pactum, & non pro eo qui venit cōtra pactum. d. l. cum proponas. facit. l. quero. §. inter locatorem. ff. locat. & quod not. gloss. in. l. qui fidem. ff. de transactionibus. in. l. secunda. C. de iure emphyteutico. & in dicta. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. & hec faciūt ad destructionē fundamēti assumendi per dictū Theobaldū super dote constituta que etiam si ex ingratitudine nō potuisset fortasse reuocari potuit tamen ex nō obseruantia promissorum, & quatenus concernebat preiudicium non obseruantis cuiusmodi est hic Theobaldus, qui propterea videtur repellendus a dicta dote: hec vel maxime vel saltem procedunt in dote per dictū nob. Ant. cōstituta. Cū predicta ratiōe: tum & pro eo
8 quia † cū prefata Michaleta vita functa sit, & ab humanis decesserit superstite ipso Antonio patre bona in dotem cōstituta nunꝙ videntur esse sua: pro quo allegasse sufficiat breuiter & succincte ea que not. doct. in. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testamen. in. l. illam. C. de coll. Bart. & doct. in l. post dotem. in princ. ff. sol. mat. & in. l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & alibi in multis locis tam in scribendo, ꝙ in consulendo, in illa questione, qua querunt an moriente filiafamilias in matrimonio superstitibus patre, & liberis sui ipsius filie, habeant ipsi liberi dotem maternam per patrem constitutam tanꝙ heredes matris: vel habeant eam non tanꝙ heredes, sed in vim cōsuetudinis de qua per gl. & doct. in. l. dos a patre profecta. C. sol. mat. & per doct. in. d. l. post dotem. auferentis illam auo, & eam dantis liberis, hoc est eius nepotibus ex filia predefuncta: in qua questione concludunt doct. magis communiter, ꝙ liberi ijdemqꝫ nepotes illam habeant ab auo in vim consuetudinis, non a matre & tanꝙ illius heredes: cum nunꝙ fuerit pleno iure ipsius matris: quod si ita est, nō videtur illa dimidia pars quam nobilis Antonius in dotem constituit, venisse in donatione de qua supra: quia bona illius dimidie partis nunꝙ fuerunt suꝑ ipsius Michalete. Nec opponat aliquis de paterna licentia seu consensu adhibito, & ꝙ propterea idē sit ac si pater donasset: quinimo videatur pater ipse donasse. per id quod not. Bald. in. l. ij. C. si aduers. vend. & apertius, in. l. si liqueat. C. de inoffic. donat. Quoniā respondeo, ꝙ istud procederet, si in donatione esset dictum, ꝙ bona pro ea in dotem constituta peruenirēt donatione inter viuos, ad dictum Theobaldum, si ipsa Michaleta premoreretur. Sed hoc non fuit dictum, sed ꝙ omnia bona sui ipsius Michalete, &c. Preterea vertamus mātellum, & dicamus hunc nobilem Antonium censeri donasse: vt voluit Bald. & idem dicamus de dicta nobili Armāda eius coniuge. Poterit ergo dictus nobilis Antonius tā suo, ꝙ hereditario nomine dicte nobilis Armande eius vxoris heres per medium predicte Michalete, opponere non solum de non obseruantia promissorum dicte Michelete,
9 sed etiam sibi & dicte Armande poterit † etiam idem nobilis Antonius opponere de ingratitudinibus aduersus eum commissis, & ex illarum capite, que graues imo grauissime fuerunt, si tamen tales sint, vt audio, reuocare donationem predictam, quatenus pretendi posset illā valuisse, & in ea venisse etiam dotem per eum constitutam: nisi forte aduersus ea que dixi de ingratitudinibus, dicatur, ꝙ cū donationes superius mentionate non fuerint proprie donationes, sed ob causam, & earum vna remuneratoria alterius, & econtra, iuxta doctrinam, quam ponit Alexander de Imola in dicto consil. clxxxi. versic. venio ad tertium, &c. non potuerit donatio, de qua supra, reuocari propter ingratitudinem. l. si pater. §. fin. vbi glos. singularis. ff. de do. & quod not. Ang. in. l. si vnꝙ. C. de reuocan. donat. & expressius Alexand. de Imola consil. ccxviij. exord. Nec arguēdi sumus. &c. versi. reliquum est vt ad allegata in contrarium respondeatur. ibi quia respondeo primo, &c. in secūdo vol. & consil. lxxviij. in quarto vol. Sed istud videtur procedere vbi donatio esset facta propter precedentia benemerita, & que consequutus esset donans: quod nō est hic: nihil enim consequuta est dicta quondam Michaleta, seu dicti eius parētes ex illa donatione, quam sibi fecisse dicitur dictus Theobaldus: nec ex ea aliquid consequuturus est ipse nobilis Antonius, ita vt dici possit, ꝙ idem Theobaldus revera lucraretur id quod sibi donatū est, si valeret donatio vel non posset reuocari propter ingratitudinem. Et supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ dicta oppositio vigeret prout non videtur, superest ratio sumpta ex non obseruātia conuentorum: & hec sola sufficeret per predicta, & per ea que plenius dixit egregius vir do. Alzarius Raynaudi primo scribens. ¶ Ad id vero quod vlterius queritur, scilicet an dictus nobilis Antonius sit vsufructuarius tam bonorum donatorum, ꝙ reseruatorum: dico ꝙ responsio potest colligi ex predictis: scilicet, ꝙ nō sit vsufructuarius
10 sed magis proprietarius pleno iure. Ad id † vero de quo queritur, scilicet quanta sit legitima patris, filij. aut filie, si solus ex parentibus, seu ascendentibus filij, seu filie huiusmodi

iusmodi supersit. Dico & respondeo, Quis non intelligam ad quod propositũ hoc queratur, ꝙ legitima est triẽs, quia quemadmodũ aucta est legitima liberorum, ita & legitima parentum, vt not. glos. Cyn. Bald. & docto. cõmuniter in authen. nouissima. C. de inoffic. testa. Et idẽ videtur tenere glo. in. l. Papinianus. §. j. ff. si quis a paren. fuer. manumis. glo. in. l. si a milite. §. patri. vbi Bart. & Ange. ff. de testam. milit. & hoc videtur probari in auth. de trien. & semis. §. hoc obseruando. vbi dicitur, ꝙ omnibus quibus olim quarta debebatur, factum est augmẽtum vsq; ad tertiam. Et ita etiam tenet ibi glo. & Archi. Joan. And. & doct. cõmuniter. in. c. si pater. de testa. in. vj. & doct. in. c. Raynuti⁹. de testa. & hoc est sine dubio. Que dixerim, &c.

¶ Rubrica, De ijs quib. vt indig. ¶ Consilium. cclxij.
¶ Epitome.

¶ Sicut vxor hereditate viri indigna est, que viro inscio de hereditate eius adhuc viuentis paciscitur cum sorore viri: ita & filij qui inscio & viuente patre bona eius iam diuidunt. Ab his igitur hereditates sunt auferende, & fisco applicande. A. F.



Viso Instrumento quarundã conuentionum, seu pactionum, olim celebratarum per & inter honestas mulieres Barrassiam de Montilijs, & Bitronam de Ponteues, sororem, & vxorem nobilis viri Joannis de Ponteues de & super successione, seu bonis eiusdem nobilis Joannis tunc viuentis, & vt puto inscij, & ignorantis certo modo inter eas disponendi, dico & respondeo ꝙ conuentiones huiusmodi sint illicite, improbate, & damnate. Et propterea nullum commodum seu vtilitatem eisdem attulerunt, aut afferre potuerunt, quinimo damnum: quia bona, & hereditas huiusmodi auferenda sunt dicte Bitrone, que eidem nobili Joanni successisse dicitur, tanꝙ indigne & applicanda fisco: per id quod habetur in. l. fin. C. de pact. l. ij. §. fin. ff. de his quib. vt indig. & l. quidã. §. j. ff. de don. quod etiã voluit glos. Odofre. Cyn. Alber. Paul. de Castr. & alij scribentes in dicta. l. fin. C. de pact. Et per hoc dicit ibi Paul. de Cast. ꝙ caueant filij, qui viuente patre diuidunt bona patris, cõferendo talem diuisionem post mortem patris. Nã mortuo patre illa bona poterunt filijs per fiscum auferri: & dicit ita sentire Bart. in. l. cum dominus. §. fin. ff. de pecul. legat. Hoc etiam voluit domin. Jason Mayn. in. d. l. fin. versic. tertio limita istam legem.

¶ Rub. De pact. int. empto. ¶ Epito. ¶ Consil. cclxiij.

¶ Ut in primo collectaneo.

1 ¶ Cedere alteri gratiam seu ius redimendi prediũ possum, quamuis iurauerim id non facere, si pars consentiat.
2 Tempus declarande voluntatis an & quando preueniri possit.
3 Actus temporalis quare interdum impugnatur.
4 Fictionem inducere in potestate hominis non est.



Visis Duobus instrumẽtis sumptis, & receptis vno, videlicet, anno incarnationis dominice M. D. & die vltima mensis Februarij, continente cõcessionẽ gratie redemptiue, & facultatis reachetandi, ea de quibus ibi, factã per Claudium Jolevi probo viro Antonio Champerij, alias Parise, cũ pactis, conuentionibus, & reseruationibus, de quibus ibi. Et alio instrumento sumpto & recepto anno incarnationis Dominice M. cccccj. & die. xxviij. mensis Decembris. Continente venditionem factam per dictum Antonium prouido viro Petro Bargiliati filio quondam naturali & legitimo Francisci Bargiliati, ementi & acquirenti vice, nomine & ad opus sui, & Joannis Bargiliati eius fratris, de plurisualentia & reacheto quod & quã habebat idem venditor in & super petia prati in instrumento huiusmodi latius mentionata, & expressa. Dico & respondeo breuiter & succincte huiuscemodi vltimam venditionem factam per dictum Antonium, & emptionem factam per dictum Petrum Bargiliati, suo & dicti Joannis eius fratris nominibus valuisse, & valere: & ꝙ in vim illius, potuit, & potest dictus Claudius Jolevi conueniri, & compelli ad reuendendum eisdem Bargiliati petiã dicti prati: maxime pro eo, quia, vt audio dictus Claudius Jolevi denuntiatus, seu requisitus per dictum Antonium, an gratiam seu reachetum huiusmodi redimere vellet, non solum respondit se nolle redimere, sed etiam eidem Antonio dixit, & respondit ꝙ gratiam, seu reachetum huiusmodi venderet cuicunque vellet. Potuit
1 ergo idem Antonius gratiam & reachetum huiusmodi alteri vendere, & cedere iura sua, per id quod habetur in l. qui Rome. §. coheredes. ff. de verbor. obligat. Nec fuit opus ꝙ post denuntiationem, seu requisitionem huiusmodi idem Antonius expectaret duos mẽses, priusquam alteri venderet, & infra quos deliberaret dictus Claudius Jolevi, an vellet redimere, &c. quia vbicunque datur alicui terminus ad declarandam voluntatem suam, si ille ante terminum declaret, tũc cessat prefixio termini: nec est vltra expectandus, vt not. cano. maxime Joan. de Jmo. & Pa-
2 nor. in. c. potuit. in secundo not. de loca. vbi † volunt, ꝙ licet dominus directus requisitus per emphyteutam de emendo eius emponemata, seu meliorationes, aut dominium vtile emphyteute, habeat duos menses ad declarandum eius voluntatem, si tamen ipse voluntatem huiusmodi declaret ante lapsum duorum mensium, non est terminus huiusmodi expectandus, sed facta declaratione poterit emphyteuta alteri vendere ius suum: pro quo facit. c. ab eo. & quod ibi scribentes. de appellat. in. vj. & quod not. Anto. de But. in. c. ab excommunicato. de rescrip. & quia cessante causa termini, debet cessare ipse terminus, ad quod facit. l. fi. ff. ad. leg. falc. que omnia etiam voluit domi. Jason Mayn. in. l. fi. C. de iur. emphyt. Et sic non videntur obstare predictis ea, que de denuntiato, seu requisito, si velit emere, expectando, per duos menses not. Bart. & doct. magis communiter in dicta. l. qui Rome. §. coheredes, & hoc maxime procedit, cum, vt dixi, idem Claudius nõ solum dixerit, & responderit prefato Antonio se nolle redimere, &c. sed etiam eidem dixerit, & impertitus extiterit licentiam vendendi cuicunque vellet: per que censetur renuntiasse pacto, & reseruationi de quibus in dicto primo instrumento, & sic sibi preiudicasse, ita vt nunc nõ possit de pacto, & reseruatione huiusmodi opponere, arg. eorum que habentur in. l. queritur. §. si venditor. ff. de edili. edicto. & quod habetur in. c. ꝙ periculosum. & quod ibi gloss. vij. q. j. Cui non obstat si forte opponatur ex aduerso, ꝙ dictus Antonius iurauerit non vendere alteri, &c. Quoniam re-
3 spondeo, † ꝙ actus temporalis, cuiusmodi est contractus factus post, & contra iuramentum, non ex eo impugnatur, quia fit contra iuramentum. Pro quo gratia breuitatis allegasse sufficiat not. per Jnnoc. & alios docto. & maxime Joan. de Jmol. in. c. dilecto de preben. & Alexan. de Jmo. consil. xvj. exord. Ponderatis narratis in themate, &c. in tertio volu. qui bene respondent ad glos. c. licet mulieres, super verbo, compellendos. versi. quid dices si mulier iurauit. de iureiuran. in. vj. Etiam nec obstat si forte opponatur, dictum Claudium voluisse, ꝙ concessio reacheti & facultatis predictarum habetur pro non facta in eum casum in quem predictus Antonius alteri vendidisset, &c. seu contrauenisset reseruationi facte per ipsum Claudium. Quoniam respondeo, ꝙ reseruare hoc, scilicet ꝙ contractus habeatur pro non facto, vel pro nullo, est fingere: sed non est
4 † in potestate hominis inducere fictionem. l. et si forte. ff. de castren. pecul. & l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. j. & quod voluit Barto. in. l. si is qui. versic. item dubitatur. ff. de vsucap. & Francisc. de Aret. in. l. qui absenti. §. si quis. versicu. sed ista cautela reprehenditur. ff. de acquir. posses. & consi. xvij. exordiente, Consideratis diligentissime & mature, &c. versicu. preterea nulla potest, &c. Ex predictis clarissime infertur & apparet non posse opponi per prefatum Claudium oportuisse eum saltem bis denuntiari & requiri. d. l. qui Rome. §. coheredes. Quoniam respondeo, ꝙ imo non oportuit. Tum quia respondit se nolle emere. Tum & qr sufficit vnica interpellatio seu requisitio, per id quod notat Bart. in. d. l. qui Rome. §. Seia. & Alexan. de Jmol. in. d. §. coheredis, in prin. & plenius in. l. de pupil. §. si quis ipsi pretori. ff. de ope. no. nuntia. qui pro hoc multa inducunt, que non transcribo. Ualuit igitur predicta venditio facta de dicta plurisualentia & reacheto predicto supradictis de dicto Petro Bargiliati ementi & acquirenti tã suo ꝙ dicti Joannis eius fratris nominibus, non obstante pacto seu reseruatione superius mentionata. Pro cuius validitate etiam scripsit & induxit aliud fundamentum egregius vir dominus Stephanus Oliuerij iurium doctor, quod non repeto. Que dixerim, &c.

¶ Rubri. De do. cau. non numer. ¶ Consilium. cclxiij.
¶ Epitome.

¶ Dotis cautio, quam solutam esse multo ante maritus confessus est, si de solutione aliter non constiterit, nec creditoribus, nec alijs nocere debet. V. F.

1 ¶ Recognitio dotis iam vt asseritur multo ante habite an valeat numeratione non interueniente.
2 Dotis recepte confessio an et quando animo donãdi presumatur facta. et nume. 4.
3 Exceptio dotis caute non numerate per ignorantem quomodo et quando opponenda.
5 Inuentarium multa requirit vt valeat.



Viso Memoriali mihi trãsmisso parte nobilium et honorabilium virorum Petri de Chalderaco, Ludouici de la Vernade, et Gilberti de Mauzeleto, et supposita veritate eorum, que inibi dicũtur, quoad recognitionẽ, quam post
1 † matrimoniũ contractum, per et inter nobiles Goninum Juliani ex vna parte, et Francesiam de Alzono ex alia, et constante matrimonio huiusmodi fecisse dicitur idẽ Goninus, et per quod confessus fuit, et recognouit anno Dñi M.cccclxij. et die. xv. mensis Octobris, se antea per quatuordecim annos habuisse, et recepisse a nobili Pontio de Alzono patre predicte Francesie eius vxoris, et in diminutionem dotis per ipsum Pontiũ, et pro dicta Francesia constitute summam quingentarum librarum. Dico et respondeo ꝙ, licet vera numeratio, seu receptio dictarũ quingentarum librarum, si de illa appareret, potuisset, et posset prefatis nobilibus de Chalderaco, et alijs preiudicare, de quo non est dubium. Dicta tamen confessio, seu recognitio non videtur eidem de Chalderaco, et alijs preiudicare. l. fin. et quod ibi glos. super verbo, date. C. qui potio. in pignore habean. talis enim confessio facta constante matrimonio presumitur facta in fraudem priorum creditorum. Et ideo non videtur ꝙ nobilis Catherina pretensa filia et heres predicte Francesie, vti possit contra eos priuilegio potioritatis: quia nec illo vti possit eadem Francesia, si viueret: per id quod voluit Bart. quem ibi communiter sequuntur omnes moderni, in. l. si constante. in princ. versic. aduerte tamen. ff. solut. matri. idem tenet Bart. vbi etiam Cyn. et Salic. in auth. sed iam necesse. C. de donatio. ante nupt. Ange. Aret. in. §. fuerat. versic. venio ad secundum, an dicta confessio de dote recepta, etc. institut. de actio. et Joan. Campe. in suo tract. de dote. in prima parte. q. liij. in princip. Pro quorum dicto bene facit quod voluit glo. in l. per diuersas. et quod ibi Bar. et alij. C. manda. vbi voluit Bart. post glos. ꝙ in materia cessionis, non sufficit confessio pretij, si in instrumento cessionis cedens cõfiteatur esse sibi solutum. Nisi re vera et actualiter probetur solutum. et sic requiritur numeratio realis. Alias enim presumitur cessio simulata, quando pretiũ pro quo facta est cessio, non apparet in veritate solutum: de quo etiam per Bald. in. l. Deo nobis. C. de episco. et cleric. in. l. j. C. ne lice. potentio. et in dicta. l. per diuersas. et. l. ab Anastasio. C. manda. premissa voluit domi. Jason May. in dicto. §. fuerat. in questione per eum formata. versicul. ista conclusio clarissime procedit, quando dos actualiter, et realiter fuit data. et dicit ibi Jason se tenere cum dicta glos. allegata in. d. l. fi. C. qui potio. in pigno. habe. ꝙ priuilegium prelationis quod habet mulier in dote vera, non competit in dote confessata. Premissa sine dubio procedũt si teneamus et dicamus,
2 ꝙ † cõfessio dotis recepte presumatur in dubio facta, animo donandi. Quod tenuerunt multi, vt videtur voluisse Bart. in. l. si diuortio. ff. de verbo. obligat. l. Papinianus. ff. de donat. inter vir. et vxo. l. ij. §. creditum. vbi etiã Bal. ff. si cert. peta. Bart. in. l. cum quis. §. Titia. ff. de legat. ij. Bald. in. l. j. C. de donat. ante nupt. et hanc opinionem tenet Alexan. de Jmol. consil. xlv. exordiente, Habita super ijs, de quibus dubitari contingit, etc. in primo volu. quia tunc talis confessio non solum censeretur facta in fraudẽ priorum creditorũ, sed etiam videretur esse simulata: quia tunc fieret simulatio de vno contractu ad aliũ: seu de vna dispositione ad aliã: quo casu, id quod simulate cõcipitur, nõ nocet creditoribus etiam futuris, vt in rubro, et nigro. C. plus valere quod agitur. et. l. j. §. si vir. ff. de acquir. pos. et hoc est quod voluit Ang. Aret. in. d. §. fuerat. versi. veniamus ad secundũ. ibi aduertas tamẽ quod Bal. in rubr. etc. et idẽ voluit de insti. excep. in prin. nigri. versi. et predicta procedunt. et Joan. Campe. in dicto suo tract. qõ. liij. qui tamen limitat hoc dictum, vt ibi super quo non insisto: quia non vidi instrumentum recognitionis, et nescio si ibi fit iuramentum, et quomodo prestitum, vbi vero supponeremus, ꝙ confessio dotis recepte presumatur in dubio fuisse facta, non quidem animo donandi, sed sub spe future numerationis, quod etiam tenuerũt multi: prout videri potest: per ea que scribunt doct. in. d. l. si diuortio. quam opinionẽ videtur tenuisse Barto. in. d. l. fi. C. qui potio. in pigno. habean. Roma. et Alexan. de Jmo. in. d. l. si diuortio. Dyn. in consi. incipiente, queritur vtrum instrumentum dotis, etc. Sal. in. l. quod de suo. C. de dona. ante nup. Angel. consi. v. exord. Andreas Joannis, et alij in alijs locis et Joan. de Jmo. in. c. ex literis. de pigno. tunc nulli dubium quin infra tempus, seu tempora opponende exceptionis dotis caute non numerate, de quibus in. l. fi. et auth. inibi posita. C. de do. cau. non nume. possent dicti de Chalderaco, et alij opponere de dote cauta nõ numerata: per id quod habetur in. l. penul. C. de non numera. pecu. et quod voluit Joan. de Jmo. in. d. c. ex literis. et Bart. in. d. l. fi. C. qui potio. in pigno. habe. Jason in. d. §. fuerat. Sed si tempora huiusmodi lapsa extitissent, tunc esset maior difficultas quia tũc videretur eis obstare exceptio prescriptionis. Sed tamen hoc non obstante dico, ꝙ isti habent remedium: quia cum ignorarent, et ignorasse presumuntur dictam recogni-
3 tionem. l. fi. ff. pro suo. ipsi † ex capite iuste ignorantie possunt petere se restitui in integrũ aduersus dictam prescriptionem, vt restituti opponere valeant exceptionem dotis caute non numerate, et hoc ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur. l. in contractibus. in princ. et quod ibi glo. in verbo, peritioris. C. de non nume. pecu. vt no. gl. in. l. sicut. et quod ibi Bart. et alij. C. de prescrip. triginta, vel quadra. anno. iuncto eo quod voluit Bart. in. l. j. §. si quis autem. ff. de itinere actuqꝫ priua. multas remissiones ponit Alex. de Jmo. consi. lxxj. exord. Videretur prima cõsideratione dicendum, in primo volu. et consi. xiij. in. ij. et do. Jason May. in. d. §. fuerat. Si vero dictus Goninus tẽpore facte recognitionis renuntiasset exceptioni dotis caute non numerate, tunc certum esset ꝙ renuntiatio huiusmodi non nocuisset creditoribus. Pro quo videri poterit Joan. de Jmo. in. d. c. ex literis. et Jason in. §. fuerat. qui
4 plene prosequitur: tunc † enim censeretur sine dubio predicta recognitio facta non sub spe future numerationis, sed animo donandi, vt voluit Franc. de Aret. in. d. l. si diuortio. vbi etiam hoc voluit Alexand. de Jmol. versic. vbi autem esset renuntiatũ exceptioni, etc. Et idem voluit Fran. de Aret. consil. lxxxvj. exordien. Diligenter consideratis que in puncto deducuntur. Ex quibus omnibus videtur salua visione instrumenti predicte recognitionis, ꝙ illa nõ nocuerit dictis Chalderaco, et alijs, qui certa bona emisse dicuntur, et emerunt a prefato Gonino ante recognitionem, seu confessionem dicte dotis: quia si non nocet prioribus creditoribus quominus preferantur huic Catherine, qui etiam preferrentur dicte quondam Francesie si viueret, multofortius, vel non minus debent ipsi preferri eidem Catherine, vt eam agentem forte actione hypothecaria contra eos repellant, pro eo quia nõ cõstat dotem
5 fuisse solutam. ¶ Quo vero ad inuentarium † quod fecisse dicitur dicta Catherina, an illud valuerit, vel non, respondeo, ꝙ ad validitatem illius multa requiruntur: et si menti cõmendo do. Jason May. enumerat nouẽ. in. l. fi. in princ. que possunt ibi videri: et inter alia requiritur, ꝙ creditores hereditarij citentur ad videndum illud fieri certo die, loco, et tempore. d. l. fi. in verbo, ceterorũ. iuncta glo. super eo: quã doct. multũ no. requiruntur etiã duo testes: et si creditores et legatarij essent absentes, tunc loco illorum adhiberi deberent tres alij testes bone opinionis, et fame, et qui testes recognoscant heredem verum, que ꝙuis, vt dixi, de iure requirantur, possunt nihilominus solennitates huiusmodi, vel ex statuto, vel ex consuetudine minui. vt voluit Ang. in. l. j. §. hec stipulatio. versi. de quinto conclude. ff. ad leg. falci. Pro quo allegat Specu. titu. de instru. edi. §. dicto. versi. quid si heres fecit scribi. ad fin. ibi, Si igitur premissa nõ seruentur, etc. Pro quo facit qõ not. Bald. in. l. j. vers. sed hic quero. C. ad Velley. et idẽ voluit magister Rolandi in summa sue artis notarie, sub rub. inuentarium ab herede cõfectũ, et vt videtur voluisse Pau. de Cast. in. d. l. fi. §. cũ igitur. referẽs Ro. ꝙ sufficit in inuẽtarij cõfectione seruari cõsuetudinẽ loci, et idẽ voluit ibi, vers. sed licet premissa dicta, domi. Jason May. ideo videndum est si in dicto inuen-

inuentario fuerit seruata consuetudo illius loci, vel nõ, & secundum hoc poterit intelligi an valuerit, vel non valuerit. Que dixerim, &c.

¶ Rubrica, Arbi. tut. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cclxv.

¶ Tutor, qui compromiserat, si laudum alias nullum nõ seruat, penam in eo adiectam non incurrit, quamuis laudum emologarit. Si igitur in hunc precise litere decrete fuerint, reuocari debent. V. F.

1 ☞ Penam in compromisso appositam an stipulari oporteat, vt peti possit.
2 Tutor quod gerit tutorio nomine gerere intelligitur.
3 Compromissum a tutore nomine pupilli factũ an & quando valeat.
4 Transigere & compromittere equiparantur.
5 Laudum seu sententia arbitramentalis statim post factũ compromissum lata an propterea sint nulla.
6 Laudum emologatum si in vim laudi non valeat, an in vim pacti valere debeat.
7 Pena in compromisso apposita non intelligitur repetita in emologatione.
8 Statutum quomodo loquatur de exceptionibus concessionem precisarum literarum impedientibus. & numero sequent.
9 Iudex actorem quando repellere debeat etiam si reus non opponat.
10 Notarius iudex est chartularius.
11 Impugnans excessum exequutionis sententie non continuo ipsam sententiam impugnare censetur.



Viso Processu cause cepte & pendentis indecise per, & inter honestas mulieres Jaumetũ, ac Jaumetam & Marthã Collete actrices ex vna parte, & probum virum Georgium Dondelli tutorẽ testamẽtarium Michaelis Colleti reum & defensorem ex alia parte, dico & respõdeo, q multa sunt que efficaciter persuadent eundem Georgium Dondelli debuisse, & debere absolui ab impetitis parte dictarũ Jaumete, Jaumete, & Marthe. Pro quorũ faciliori demonstratione premitto, q compromissum de quo in hac causa, factum fuit non quidem inter dictas Jaumetam, Jaumetam, & Martham, sed per & inter pretensos maritos dictarum Jaumete, & Jaumete, & tã ipsarum, quam dicte Marthe nominibus ex vna parte, & dictum Georgium ex alia, prout appertissime colligitur ex tenore instrumenti dicti pretensi compromissi parte dictarum Jaumete, Jaumete, & Marthe in hac causa producti. Quo fit, vt supposito citra preiudiciũ veritatis, q prefatus Georgius potuisset, & etiam posset dici, prout nõ potest contrauenisse laudo, seu sentẽtie arbitramentali quã tulisse dicuntur quidam probi in instrumento huiusmodi latius mẽtionati, anno Do-
1 mini, M.cccccxix. & die. iij. mensis Aprilis. non † possent tamen dicte Jaumeta, Jaumeta, & Martha cum effectu experiri pro pena, seu medietate pene, quam propter pretensam non obseruantiã laudi incurrisse dicitur, q̃uis minus iuridice, dictus Georgius Dondelli. Et hoc, pro eo q̃ nulla legitur fuisse interposita stipulatio pene hui⁹: aut si que interposita extiterit, illa fuit interposita per dictos pretensos maritos dictarũ Jaumete, & Jaumete, qui tamẽ per stipulationẽ ipsis Jaumete, Jaumete, & Marthe acquirere nõ potuerũt: per regulã que ponitur in. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. ff. de verbo. oblig. Pro quo facit qd voluit Spec. tit. de arbi. §. sequitur. vers. quid ergo. & versi. quid si stipuletur. qui post Placen. voluit, q etiã arbitrator non possit stipulari penã eo casu, quo eius sententie nõ parebitur. Pro quo allegat. d. l. stipulatio ista. §. alteri. nõ enim reperitur hunc casum esse exceptuatum a communi regula data in. d. §. alteri. quamuis aliud reperiatur in iudicio decisum: scilicet, q ipse possit alteri stipulari. l. ij. ff. rem pupi. sal. for. l. i. §. exigere. ff. de magistra. conuenien. l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. l. si quis vxori. §. si seruum ff. de fur. Si ergo penam huiusmodi non videtur posse stipulari, etiam arbitrator qui saltem ex commissione partium habet notionem in causa, multominus hoc potuisse videntur dicti pretensi mariti pro dictis assertis eorum vxoribus, & Martha, agunt igitur huiusmodi mulieres sine actione: & hoc apparet ex productis in hac causa parte earundem mulierum. Quo fit, vt debuerint, & debeant ex officio iudicis etiam parte non opponente repelli non obstante pretenso statuto Dalphinali, sub rubr. de compulsorijs concedendis. per id quod not. glos. & doct. in. l. vbi pactum. C. de transac. & quod plenius infra dicetur. Secundo premitto, q quamuis compromissum de quo supra factum extiterit per & inter dictos pretẽsos maritos prefatarũ Jaumete, & Jaumete ex vna par-
2 te, & dictum Georgium ex alia: idem † tamen Georgius nõ compromisit suo ipsius nomine, sed vt tutor, & tutorio nomine prefati Michaelis. Et hoc etiã clarissime apparet ex tenore instrumenti predicti compromissi: & tam ex petitione, q contra eam, tunc fecisse leguntur dicti pretẽsi mariti, pro et nomine dictarũ Jaumete, Jaumete, & Marthe, ac respõsionis seu exceptionis, & recõuentionis, quas tunc etiam aduersus eos fecisse legitur idem Georgius, q ex obligatione & hypothecatione facta per dictum Georgium: qui pro obseruatione pretensorum per eum conuentorum & promissorum non se ipsum, & bona sua, sed bona prefati Michaelis eius pupilli submisit, & obligauit: & vbi hoc non sic clare appareret, quia ipse Georgius erat & est tutor prefati Michaelis, & tãquam tutor conueniebatur, presumendum est q omnia per eum gesta, ac conuenta, et promissa, acta extiterunt per eum, vt tutorem, & tutorio nomine predicti Michaelis. l. sciẽdum. §. tutores. & quod ibi Angel. ff. qui satisda. cogan. multas remissiones faciẽtes ad hoc. not. doct. in. l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nuntia. in l. post dotem. ff. solut. matri. & in. l. qui in aliena. §. si forte. ff. de acqui. heredit. Quo fit, vt pena huiusmodi quatenus possit pretendi commissa, peti non possit a prefato Georgio nomine proprio suiipsius: quia non apparet q ipse penam huiusmodi suo ipsius nomine promiserit. Et ita non est exhibitum instrumentũ obligationis, vel promissionis dicti Georgij Dondelli: per quod videlicet, appareat eũ suo ipsius nomine cõuenisse, & promisisse dictam penam: quod si ita est, imo quia proculdubio ita est, nõ potuit, nec potest pena predicta, aut pars illius ab eo peti. Quatenus igitur hec pena, vel eius pars pretenderetur ab eo, et nomine sui ipsius petita, nõ tutorio nomine predicti Michaelis, debet ipse ob rem non probatam ab impetitis absolui. vulgata. l. qui accusare. C. de eden. l. fin. C. de rei vendicat. & l. negantes. cum multis similib. C. de actio. & obligatio. Nec huic dicto obstat dictum pretensum Dalphinale statutum: quia illud loquitur de instrumento obligationis, seu submissionis, & de exceptionibus per obligatũ, vel submissum non opponendis: illis, videlicet exceptis, de quibus in eo. Cuiusmodi vt predixi non fuit, nec est idẽ Georgius, quia non est obligatus, aut submissus nomine proprio suiipsius, & sic statutum predictũ in nullo sibi refragatur, sine obstat: pro quo allegasse sufficiat nota. per Joan. de Jmol. in. l. fin. versic. aduerte tamen, quia inquantum dixi. ff. a quibus appella. non licet. & in Clemen. j. de re iudic. & quod not. do. Jason in. l. j. C. communia de leg. qui multas remissiones ponit in. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Premitto preterea, & tertio q quia predictum cõpromissum factum est per dictos pretensos maritos, & prefatum Georgium, non quidem, vt iam dixi, suo ipsius nomine, sed tutorio nomine predicti Michaelis, & non solum de bonis mobilibus, sed etiam de immobilibus, & que pro dimidia eorum parte pretendebat idem Georgius ad prefatum Michaelem eius pupillum pertinere, illud non videtur valuisse: vtpote quod fieri non potuit per eundem Georgium. per id quod voluit glo. in. l. tutores. & l. imperatores. ff. de pact. quos sequitur Ange. in. d. l. imperatores. & ratio est secundum eum, quia compromittens videtur dare licentiam arbitratori de auferẽdo de iure vnius, & dare alteri: quod nec tutor, nec similes administratores posse videntur facere. Et hoc vel maxime, vel saltem debet procedere in hoc casu, in quo nõ interuenit authoritas iudicis. Quam tamẽ ad validitatem predicti cõpromissi interuenire oportuit. Quod fuit de mẽte Baldi in. l. preses. C. de transactio. & hoc appertius voluit Signoro. de Homode. cõsi. lxxi. ero. Factũ sic se habet, do. episcopus Nouarieñ. pretẽdit se habere ius succedẽdi, &c. vbi expresse voluit, q omnia iura dicẽtia super non liquido posse transactionẽ fieri per prelatos, & tutores, habentes liberam administrationẽ, debet modificari, & intelligi q transactio huiusmodi fiat cũ decreto superioris. Pro quo allegat gl. in. l. non solum. C. de predi. minor. & quod not. in. l. fin. C. de transact. & per Joan. And. in. c. ij. eod. tit. idẽ etiam voluit Lanfran. de Oriano in suo tract. de arbitr. in tertia parte.

vbi etiam dicit hoc esse verum, siue res immobilis, super
qua fit transactio, vel compromissum sit penes minorem, a
quo petitur, siue apud aduersarium a quo per minorem re-
petitur: vt voluit glos. in. d. l. non solum. Et quanuis illa
glo. loquatur in transactione, idẽ tamen est in cõpromisso:
4 quia † cõpromittere, ꝛ transigere equiparantur: q2 qui nõ
possunt transiger e, nonpossunt cõpromittere: ꝛ modus
qui requiritur in vno, requitur ꝛ in alio. vt no. Ostien. in
summa. titu. de arbitr. §. de qua re. Bart. in. l. pupillo. ff. de
tuto. ꝛ curat. dat. ab his, ꝛ quod not. Inno. in. c. exposita.
de arbit. ꝛ Lanfran. vbi supra. ad quod facit quod no. glo.
in auth. vt diffe. iudi. §. quia vero. vbi voluit, ꝙ compro-
missum factum in arbitratorem, dicatur quedam amicabi
lis transactio. quam sequuntur Bart. ꝛ alij in auth. si ve-
ro. C. de iudi. ꝛ tam Bart. ꝗ alij in alijs multis locis. De-
fectu igitur decreti non videtur valuisse predictum cõpro-
5 missum. Et supposito † ꝙ illud valuisset: nihilominus ta-
mẽ laudũ seu arbitramentalis sententia fuit nulla: pro eo
quia laudum huiusmodi legitur, ꝛ apparet promulgatum
non solum anno ꝛ die quibus factum est cõpromissum an-
tedictum, sed etiam post incontinenti quod ex illo colligi-
tur, quia in eodem loco sub presentia eorundem notarij, ꝛ
testium. arg. eorum que voluit Bald. in. l. petens. C. de pa-
ctis. ꝛ Alex. de Imol. consil. x. in primo volu. Fuit ergo, ꝛ
est laudũ predictum nullum: pro eo quia latũ non precedẽ-
te cause cognitione. per id quod voluit Bald. in. c. j. versic.
ꝛ quia quidam arbitrator laudauit ex abrupto. de inuestit.
in mari fact. ꝛ Panor. in. c. quintauallis. versic. sed ad pre-
dicta, adde limitationem, ꝛc. de iureiur. vbi dicit, ꝙ si ar-
bitrator processit ex abrupto parte non audita, nec requi-
sita, laudum est nullum, ꝛ ita fuit alias de facto allegatum,
ꝛ etiam pronuntiatum. prout refert Bald. vbi supra. ad
quod facit. l. quod si nolit. §. si quis ita. ff. de edilit. edict. et
quod not. Inno. ꝛ Joan. And. in. c. ex ratione. de appella.
pro quo facit quia bonus vir debet audire partes: cum ea-
rum assertione causarum merita pendantur. l. fin. C. si per
vim vel alio modo. Hoc etiam alicubi voluerunt Iacob.
Butr. ꝛ Bald. relati per Iaso. eos sequentem. in. l. ij. versi.
adde aliud, quod si sit factum compromissum cum ampla,
ꝛ plenissima potestate. C. de eden. Ad premissa facit, quod
not. Bart. in. l. prolatam. prope fin. C. de senten. ꝛ interlo.
omnium iudic. ꝛ alij doct. in locis relatis per Alexand. de
Imo. in. d. l. ij. C. de edend. vbi not. ꝙ sententia lata infra
tam breue tempus, quod verissimiliter iudex non potuit
videre acta, est ipso iure nulla: quia ex hac breuitate tem-
poris presumimus ꝙ sit lata sine cause cognitione. Fuit
igitur predictum laudum nullum. Quo fit vt nec dictus
Georgius, nec Michael eius pupillus tenerẽtur ad eius
obseruantiam, nec consequenter ad pene solutionem: quia
si laudũ non valuit, pena peti non potuit. Forte vero op-
6 ponetur ꝙ † dictum laudum fuerit ratificatum, ꝛ homolo
gatum etiam per dictum Georgium: ꝛ sic de illius nullita
te opponi non potest: quia esto, ꝙ non valeret in vim lau-
di, valeret tamen in vim pacti. argu. eius quod not. glo. in
l. ij. C. communia vtriusqꝫ iudi. Sed hoc nõ obstat: quia
supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ dicta homologa-
tio fieri potuisset per prefatum Georgium, vt nõ potuit,
non propterea peti possit pena: quia pena † apposita in
7 compromisso non intelligitur repetita in homologatione.
l. per retentionem. C. de vsu. ꝛ quod voluit Bald. in. l. pe-
nultima. §. vxor. ff. solut. matrim. ꝛ quod eleganter voluit
Roman. consi. clv. exordiẽ. Premissum laudum in duo-
bus nullum fuit. Ex quibus apparet, ꝙ nulliter, ꝛ sine
actione egerunt, ꝛ agunt predicte mulieres contra dictum
Georgium, ꝛ hoc siue se agere pretẽdant proprio eius no-
mine, siue eum se conuenire dicant tutorio nomine predi-
8 cti Michaelis. Sed opponetur mihi, ꝙ † opponere de
predictis, non est opponere alterum de exceptionibus ad-
missibilibus ad impediendum concessionem precisarum.
Cui oppositioni respondeo hic esse aduertendum ad verba
statuti, an videlicet illa sibi locum vendicẽt in hoc casu:
quia si verba cessarent, hoc est sibi locum nõ vendicarent,
cessaret consequenter ꝛ dispositio ipsius statuti. l. hos ac-
cusare. §. omnibus. ff. de accusat. l. iiij. §. toties. ff. de damn.
infect. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. ꝛ estiua. l. si seruum
quis. §. non dicit. ff. de acquir. hered. ꝛ. l. ita autem. ff. de
administrat. tuto. quod etiam voluit Paul. de Cast. con-
silio. iiij, ꝛ consil. xj. Roman. consil. cxcix. exordien. Pre-
sens statuti particula, ꝛc. in princ. consil. ccccxlij. exordien.
Ut decisionem accipiat presens consultatio, ꝛc. ꝛ consilio
ccccl xij. exordiente, Quo ad propositam consultationem. ꝛ
Andre. Barba. consilio. xxj. in secunda parte. Et si memo
ria non me fallat, statutum predictum non loquitur sim-
pliciter de exceptionibus non admittendis quibusdam
exceptis contra publicum instrumentum. Sed loquitur
de publico instrumento publicationis, vel submissionis.
ꝛ sic si bene ponderentur verba statuti huiusmodi, clare
cognoscetur, ꝙ illud non loquitur in terminis in quibus
loquitur Bart. ꝛ alij in. l. j. §. j. ff. quod vi aut clam. Ioan.
de Imol. Ange. Aret. ꝛ alij scribentes. in. l. fin. ff. a quibus
appella. non licet. Canonist. in cap. ex parte. el. ij. de officio
deleg. Salic. ꝛ alij multi in. l. ita nobis puber. C. de adulte.
Bald. in. l. ij. C. de exequu. rei iudic. ꝛ in. l. si non sortem. ff.
de condi. indebi. quia illi vt plurimum loquuntur simpli-
citer, vel in publico instrumento, vel in instrumento gua-
rentigionato, aut confessionato. Statutum autem predi-
ctum loquitur in instrumento obligationis, seu submis-
sionis. Non ergo sufficit ꝙ sit publicum instrumẽtum, sed
opus est, ꝙ sit instrumẽtum obligationis, ꝛ per quod ap-
pareat eum contra quem precise peti cõceduntur esse vali-
de obligatum: alias si non est valide obligatus, sed nulla
sit obligatio, poterit per eum de hoc opponi. l. iiij. §. con-
demnatum. ff. de re iudic. Pro quo optime facit quod vo-
luit glos. in Clemen. vnica. de sequestra. posses. ꝛ fructuũ. ꝛ
post eam Panorm. in. d. c. ex parte. que dicit, ꝙ si caueatur
statuto, ꝙ nulla exceptio nullitatis admittatur cõtra sen-
tentiam, poterit nihilominus admitti exceptio, ꝙ senten
tia lata fuerit a non suo iudice: quia sic esset nulla, ꝛ con-
sequenter non sententia. Pro hoc etiam facit doctrina
quam ponit Barto. in dicta. l. j. §. j. ff. quod vi aut clam. et
sequuntur doctor. in locis superius allegatis. qui omnes
volunt, ꝙ stãte statuto, vt nulla exceptio, vel quadam, vel
quibusdam exceptis, admittatur contra publicum instru-
mentum, poterant nihilominus opponi exceptiones, per
quas detegitur hoc pretensum publicum instrumentum
non esse instrumentũ: vt verbi gratia, ꝙ ille, qui illud re-
cepisse dicitur non esset notarius, vel ꝙ ibi nõ sint alij do-
mini, vel aliud per quod detegatur instrumenti nullitas:
ergo a simili in casu nostro, hoc est aduersus statutũ ex ad-
uerso allegatum admitti debent omnes exceptiones, per
quas detegitur instrumentũ non cõtinere obligationem,
vel eum qui conuenitur, non esse obligatũ, vel submissum:
quod si ita est, imo quia ita est, debuerũt profecto admitti,
ꝛ recipi defensionales articuli parte dicti Georgij tutoris
in hac causa producti, in quibus deducitur nullitas com-
9 promissi, ꝛ laudi predictorũ. Quinimo dico plus, ꝙ † etiã
nõ opposita nullitate huiusmodi debuit egregius vir do-
minus iudex dictas actiones repellere postꝗ̃ ex inspectio-
ne instrumenti dictorum pretensorum compromissi ꝛ lau-
di apparet, ꝛ apparebat compromissum ꝛ laudum esse nul
la, ꝛ consequenter ꝙ idem Georgius tutorio nomine pre-
dicto, vel alias non teneretur ad solutionẽ dicte pene: quia
quoties instrumentũ in se habet innatam defensionẽ reo,
non est opus, vt per eum opponatur exceptio: quia iudex
ex suo officio supplet, ꝛ repellere debet agentem. l. si vnus.
§. pactus ne peteret. ꝛ quod ibi glos. ꝛ Barto. ff. de pact. et
quod not. gloss. in dicta. l. vbi pactum. C. de transact. ꝛ suf-
ficit hoc deducere ad mentem iudicis, etiam in allegatio-
nibus: quanuis non appareat oppositũ in actis. no. Bart.
in. l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verbo. obliga. Et pro hoc
bene facit, quod voluit Bald. in dicta. l. si nõ sortem. §. j. ꝙ
stante statuto, vt contra publicum instrumentũ nulla ex-
ceptio, quibusdam exceptis admittatur, debet hoc limita-
ri, vt non procedat eo casu, quo exceptio nascitur ex ipso
instrumẽto: vt puta quia non continet causam obligatio-
nis. ꝛ ideo non valet. in. l. ij. §. circa. ꝛ quod ibi no. glo. ff. de
doli except. Cui non obstat si forte opponatur de eo, quod
voluit idem Bald. in. d. l. ij. C. de exequut. rei iudic. Quo-
niam respondeo, ꝙ Bald. in. d. l. si non sortem. §. j. loqui-
tur in statuto disponente de exceptionibus non admit-
tendis contra publicum instrumentum: non dico guaren-
tigionatum, sed in. d. l. ij. loquitur in statuto disponente
ꝙ contra publicum instrumentum guarentigionatum
multa, ꝛc. inter que multum refert: quia instrumentum
guarentigionatum continet confessionem partis, factam
coram notario habente iurisdictionem volũtariam, ꝛ pre-
ceptum parti factum per eundem notarium. Et ita dici-
tur instrumentum huiusmodi quodammodo factum in
10 iudicio, ꝛ coram notario, † qui est iudex chartularius: ꝛ ha-
bet iurisdictionem voluntariã ordinariã, vt not. glo. in. l. j.
ff. de

ff. de iudi. & in. l. j. C. ubi & apud quos. perinde ergo habetur confessio de qua in instrumento huiusmodi, ac si illa facta esset in iudicio: quam certum est valere etiam sine causa. l. j. in fin. & quod ibi glos. & Flor. ff. de interroga. actio. & l. certum. §. fi. Et ita concordat dicta Bald. in locis predictis, Joan. de Imo. & Angel. Are. ff. a qui. appel. nō licet. Cum ergo instrumentum dictorū compromissi, & laudi nō sit instrumētum guarentigionatum, nihil facit ad hunc casum dictum Bald. in. d. l. ij. C. de exequu. rei iudi. Preterea ꝙ exceptio predicta, & alie multe possunt opponi nō obstante statuto predicto, etiā patet ex eo: q: dictum pretensum instrumentum non est liquidū, non enim apparet ꝙ dictus Georgius tutorio nomine predicto promiserit soluere quinquaginta francos, & ꝙ se pro illorū solutione quo supra nomine, vel alias pure obligauerit: nec hoc legitur in dicto instrumento, sed dicitur ibi, ꝙ ipse & alij compromittentes promiserunt tenere, & seruare laudū, & in nullo contrauenire, ad arbitrium boni viri non recurrere, sed sententiam arbitramentalem, & laudum postea promulgandum laudare, & approbare, & hoc sub pena, &c. opus est ergo ꝙ pro victoria obtinenda dicte aduersarie purificent, & liquident predictum instrumentum: & liquidando ostendant, laudum esse latum, quod scilicet, validum sit non nullum: quia sic non esset laudum. d. l. iiij. §. cōdemn. tum. opus est etiam ꝙ ostendant hunc Georgium cōtrauenisse: quod tamen non sufficeret, & quemadmodum dicte actrices potuerunt audiri super dicta liquidatione, ita & aduersus liquidationem debuit, & debet idem Georgius admitti: quia esto, ꝙ dictum statutum prohibeat multas admitti exceptiones, quibusdam exceptis, aduersus instrumētum obligationis, &c. non tamen dicit ꝙ non possit opponi de non liquidatione. ergo, &c. d. l. si quis seruum. §. non dicit pretor. ff. de acqui. heredi. Cum enim quo ad hoc cessent verba predicti statuti, cessare debet & dispositio. Potest igitur idem Georgius opponere penam predictam non esse debitam: tum propter nullitatem compromissi, tum & propter nullitatem laudi. Pro eo, quia ex hijs appareat penā non debitam. ergo debitum pene liquidari non potest. l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat ei. quod etiam voluit Bal. in. d. l. ij. versic. modo quero de alia. q. C. de exequu. rei iudi. que etiam effectualiter fuit sententia Bart. in. l. proinde. §. notandum. ff. ad leg. Aqui. & in. l. j. in fi. ff. de lega. ij. & in. l. j. C. de sentent. que sine cer. quanti. Et hanc determinationem sequuntur Joan. de Imo. & Ange. Are. in. d. l. fi. ff. a quib. appella. non licet. Postremo addo, & hoc solum & vnicum sufficeret pro victoria obtinēda per dictum Georgium, ꝙ ipse nō probatur contrauenisse dicto pretenso laudo: quinimo legitur illi acquieuisse, & illud statim quamuis parum prudenter, homologasse nec apparet ꝙ recusauerit facere diuisionem, seu bona diuidere cum dictis actricibus, licet enim pretendatur fuisse cessatum in dicta diuisione, vel eā esse dilatam, ex hoc tamen non infertur predictum Georgium recusasse facere diuisionē, aliud est enim cessare, aliud est denegare. Pro quo allegasse sufficiat not. per Innoc. Ostien. & Joann. Andr. in. c. querelam super verbo, subtractam de elec. & in. c. significauit. de censi. nec est in hoc penali & oneroso iudicio credendum assertioni facte a prefatis actricibus in supplicatione parte earum oblata magnifico Dalphinali parlamēto. Quibus addo, ꝙ si aliquādo apparebit, prout non creditur apparitūrum, ꝙ dictus Georgius recusauerit procedere ad diuisionē, ostendetur, prout fuit in casu propositum, hoc fuisse factum non ad impugnandum laudum, sed propter excessum, qui fiebat
ii in exequutione laudi, inter que multum refert: quia illud certum est, ꝙ post latam contra me sententiā, que transiuit in rem iudicatam, possum opponere, ꝙ iudex in exequendo excedit: quia sic non impugno sentētiam, sed me tueor aduersus excessum quod mihi licet. l. ab exequutione. & quod ibi scribentes. C. quo. appella. non recipi. & l. ab exequutore. ff. de appellat. Et hinc dicunt docto. in. l. rei iudicate. ff. solut. matri. & in. c. de cetero. de re iudi. ꝙ exceptiones peremptorie, que non impugnant sententiam, admittuntur ad impediendum illius exequutionem. Ex quibus apparet dominum iudicem Montilij ademary male & contra iustitiam processisse, tam in repellēdo predictos articulos, ꝙ in concedendo literas precisas cōtra dictum Georgiū, & propterea hec fuisse & esse reformanda, per spectabilem virum do. iudicem appellationum. Et ita mihi videtur.

¶ Rub. De actionib. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cclxvi.

¶ Que se Titij heredem non probat, quinimo nec Titiū esse mortuum, vt heres Titij frustra agit, frustra intimationes effundit: nam contemni possunt. V. F.

i ☞ Viuere quilibet presumitur, & quandiu.



Primario Et petitio quas fecisse dicitur pronotatus vir Petrus Franconis, pretensus maritus, & persona coniuncta cuiusdam Margarite asserte neptis & heredis Bisnardi Sabbaterij facte honorabili viro magistro Mundino Raynaudi Barberio loci Salonis, & cōtra eum, singula singulis opportune referendo, fuerunt & sunt nulle, inefficaces, & de iure irrite, & alias tales que nullum pepererūt nec pariunt effectum: & quas (nisi aliter de expositis parte dicte Margarete certificetur dictus Mundinus) potest idem Mundinus iure vel fauente & ita disponente, vel permittente contemnere. Tum quia non apparet dictum Bisnardum Sabbaterij ab humanis decessisse: nec hoc presumatur, quinimo potius cōtrarium, per
i id quod not. glo. & post eam Ang. & Joan. de Imo. & Roma. in. l. sed & si de sua. ff. de acqui. heredi. & multi docto. in l. si emancipati. C. de collat. quatenus volunt, quemlibet presumi viuere centum annis. Tum & quia si appareret dictum Bisnardum Sabbaterij ab humanis decessisse, non tamen apparet eandem Margaritam esse eius heredem vniuersalem, & vnicam: de quo tamen apparere oporteret, pro eo quia, qui se dicit talem, & admitti petit vt talem, debet se probare esse talē. l. non ignorat. C. qui accusa. nō pos. quilibet enim probare tenetur id, quod est causa, & fundamentum sue intentionis. l. qui accusare. cum infinitis similibus. C. de eden. Tum (& hec ratio sufficeret) quia dictus Franconis non intimauit, nec petijt iuxta, & secundum formam transactionis per eum allegate: debebat enim dicere, & offerre dictam Margaritam, seu se procuratorio & coniunctorio nomine eiusdem Margarite velle dare, soluere, & expedire ipsi Magistro Mundino summam, que restabit ad soluendum post lapsum anni huius, de summa in dicta transactione plenius mentionata, & petere ꝙ infra annum predictum, seu verius hinc ad annum idem magister Mundinus domum in dicta transactione latius mentionatam euacuaret, ꝙ cum non fecerit, potuerunt, & possunt intimatio & requisitio huiusmodi, vtpote inutiles, contemni: quia non sunt facte secundum formā dicte pretense transactionis. Pro quo allegasse sufficiat. l. qui Rome. §. coheredes, verū aut emerent aut venderent. & quod ibi Bart. Ang. Joan. de Imo. & Alex. de Imo. ff. de verb. oblig. Pro quo facit quod in simili dicitur, scilicet ꝙ non procedit petitio illius qui vnum precise petit, quum duo alternatiue promissa essent. l. vbi autem. §. qui illud, cum suis simil. ff. de verbo. oblig. Que dixerim, &c.

¶ Rubrica, De accus. ¶ Epitome. ¶ Consil. cclxvij.

¶ Accusatores agant in propria, se subscribāt, de calumnia iurent, de persequenda lite fideiubeant: aut ab accusatione eorum procurator repellatur. V. F.



Etiam Si accusatio quā suscitare, & prosequi nititur egregius vir do. Jacobus Robardi pretensus procurator, & procuratorio nomine reuerendi patris do. Joānis Ortega de Bonael decretorū doctoris, Contra & aduersus reuerēdū patrem do. Guilielmū Parade Archidiaconum sancte Arelaten. ecclesie, esset, vel dici posset mera causa ciuilis: & ꝙ propterea posset, si fuisset legitime instituta, prosequi, seu tractari per procuratorē legitime cōstitutū, prout non est, sed est causa mixta: nō tamē potuisset, nec posset dictus do. Joannes accusare, aut inscribere ad penā talionis, per procuratorē, sed debet ipse per seipsum proponere, seu offerre accusationē, & in illa se subscribere ad penā talionis. Tum ex dispositione iuris cōmunis, & secundū cōmunem doc. opinionē: tum & maxime propter formā quarundā pretensarū literarū apostolicarū, per prefatū do. Joannē, vt dicitur, impetratarū, per quas, ita demū pretēditur permitti eidē do. Joāni inquietare prefatū do. Jacobum, si idē do. Joānes eundē do. Guil. super p eū expositis accusare, esse in forma iuris inscribere voluerit. Quo fit, vt cum condi-

tio debeat in forma specifica, & illi persone, vel per illam personam, cui aut per quam implenda est, debet adimpleri prout iura volunt, & docto. non potuit, nec potest idem do. Ioannes per procuratorem accusare prefatum do. Guilielmum, nec per procuratorem se potest inscribere ad penam incurrendam, si defecerit a probatione propositorum, sed debent accusatio & inscriptio huiusmodi per eum fieri: quia facultas hec faciendi non egreditur personam. Preterea accusans debet iurare de calumnia: per id quod not. glo. & doct. in. l. ij. C. de fid. instru. & Bart. in. l. is qui reus. versicu. sed quero quomodo. ff. de public. iudi. debet etiam fideiubere de prosequenda accusatione vsque ad finem. authen. generaliter. C. de episco. & cleri. & l. ij. & quod ibi glo. & Sali. C. qui accusa. non pos. Cum igitur nec premissa, nec aliquod eorundem, facta extiterint, aut facta appareant per dictum dom. Ioannem, non fuit, nec est idem do. Iacobus Robardi eius pretensus procurator, & procuratorio nomine eiusdem admittendus, seu recipiendus ad prosequutionem dicte pretense accusationis, sed potius ab ea reiiciendus, & repellendus, quod etiam fieri petit prefatus domin. Guilielmus Archidiaconus, seu dictus eius legitimus procurator & procuratorio nomine eiusdem. Et alias in, & super premissis, &c.

¶ Rubr. Pro socio. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cclxviij.

¶ Sepe repetitum est, socios non continuo eos esse qui simul habitant in bonis communibus: sed qui animo contrahende societatis illa communicant. V. F.

1 ☞ Societas morte alterius ex sociis extinguitur.
2 Societas capita respicit eorum qui operas ponunt.
Patruus qui etiam sub pretextu societatis, cum nulla esset, nepotum & ipsius communia bona administrauit, rationem reddere tenetur.



PRo faciliore responsione facienda ad dubium elicitum ex themate consultationis mihi exhibite parte honorabilium virorum Sebastiani, & Ioannis Restauraudi fratrum, filiorum quondam naturalium, & legitimorum Georgij Restauraudi: premitto, quod licet ex iis que presupponuntur, quinimo deducuntur in themate consultationis huiusmodi colligatur societatem fuisse tacite, & ex actibus socialibus dudum contractam, per & inter dictum quondam Georgium, & Antonium Restauraudi eius fratrem, & pa-
1 truum dictorum Sebastiani & Ioannis, illa tamen morte dicti quondam Georgij alterius ex sociis finita est, & extincta. l. socium qui in eo. §. fi. l. actione. §. morte. ff. pro socio. & l. tandiu. C. eod. titu. Ex quo infertur quod ratione societatis olim tacite contracte, per & inter dictos Georgium & Antonium, pretendere non potest idem Antonius se partem aut ius habere in apotheca, seu mercantiis postea acquisitis per dictos Sebastianum, & Ioannem eius nepotes. Premitto insuper quod licet post mortem patris, fratres duo, vel plures vel etiam patruus, & nepotes remaneant in communione, & bona paterna vel ipsius patrui, & patris nepotum defuncti communiter, & pro indiuiso possideant, si tamen aliud non interueniat, non propterea censentur contraxisse societatem, nisi forte societatem, que vocatur societas vite, aut communis victus: de qua loquitur Bald. & moderni post eum. C. de collat. & in. c. si duo fratres, in communi casa de duo. fra. de nouo benefi. inuesti. vel si quam aliam societatem contraxerint, illa intelligenda est contracta quoad bona, que communiter, & pro indiuiso possederunt, non quoad bona, que vel ex labore, & industria, vel alias acquisierunt: vt videlicet illi qui bona huiusmodi sic acquisierunt, teneantur vel debeant illa communicare aliis, per id quod voluit Oldra. & post eum Albe. in. l. j. C. qui testa. face. poss. Pro quo facit. l. cum duobus. §. Papinianus ait, si fratres. & §. idem respondit si inter fratres. ff. pro soc. & l. ex parte. §. filius. ff. famil. ercisc. Quamuis igitur post mortem dicti quondam Georgij eorum patris, prefati Sebastianus & Ioannes simul habitauerint & manserint ad vnum panem, & vnum vinum cum dicto Anto. eorum patruo, & bona eorum quondam patris, & dicti Ant. simul tenuerint, et possederint ipsi, & idem Antonius: quia tamen prout ponitur in facto, prefati Sebastianus & Ioannes exercuerunt, & exercent suis ipsorum nominibus duntaxat, artem mercantie, eorum periculo & fortuna, nec vnquam lucra, seu commoda ex eadem prouenta communicarunt predicto Antonio eorum patruo, ipsi censeri non debent, aut possunt se equo ad mercantiam huiusmodi, aut lucra ex ea prouenta societatem contraxisse cum dicto Antonio. d. l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. quod etiam colligitur ex his que not. communiter omnes scribentes in. l. si patruus. C. communia vtriusque iudi. Bart. in. l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de administra. tut. Petr. de Vbald. in suo tract. de societ. in tertia parte. & multi in consiliis multis, qui loquentes de societate tacite contracta, dicunt eam contrahi ex actibus socialibus, ex quibus deprehenditur mens, seu voluntas sic agentium, quod videlicet contrahere voluerint, aut contraxerint societatem, & hoc ratione communicationis lucrorum mutuo, & vicissim facte. De quo etiam Pau. de Cast. consil. clxxxv. incipien. Ex die quo iste Raphael factus maior incepit operari. Angel. consil. cviij. incipiente, Raynutius, & Antonius. & Roma. consil. cccj. exordien. Cum isti fratres lucra eis ex negotiationibus, aut vndecunque prouenientia communicauerint, &c. Cum igitur nihil ex iis que ponunt doct. ad coniecturandum societatem fuisse tacite contractam fecerint dicti Sebastianus & Ioannes quoad lucra prouenientia ex mercantia quam exercuerunt, vt quia nec eorum nominibus, & nomine patrui eam exercuerunt, nec lucra sibi communicarunt, non sunt censendi cum eo contraxisse societatem quoad mercantiam huiusmodi, & lucra. Nec obstat quod illam exercuerint in domo, seu apotheca communi, vel quod etiam vsi fuerint duabus bassiniis communibus: quia respondeo quod istud non ponderatur a doctorib. signanter vero vt sufficiens coniectura contracte societatis. Quinimo Pau. de Castr. in. d. l. j. C. qui testa. face. pos. ad fin. & post eum do. Iason Mayn. quod si duo fratres, vel duo socii habeant domum communem, et indiuisam, & vnus eorum totam domum inhabitet, ille non tenetur ad aliquam pensionem fratri, vel socio pro parte ipsius fratris, vel socij cum vtatur re communi ad vsum destinatum. l. Sabinus. ff. communi diuidun. & idem voluit Bald. & Ange. in. l. duo fratres. ff. de acquir. hered. vbi refert Bald. post Richar. Malum. ita alias in contingentia facti fuisse iudicatum. idem tenet Bald. in. c. j. §. preterea ducatus. de prohib. feud. aliena. per Freder. & Roman. consil. clxviij. exordiente, Circa primum quo queritur, an renuntiatio, &c. in vltimo dubio. Illud autem etiam est certissimum, quod vbi prefati Sebastianus & Ioannes exercuissent mercantiam eorum, & dicti Antonij nominibus, vel lucra illius sibi communicassent, aut posuissent in bursa communi, non pertinerent ad eundem Antonium mercantia & lucra huiusmodi pro media parte: sed duntaxat pro ter-
2 tia: pro eo † quia societas respicit capita eorum, qui operas ponunt in societate secundum Bart. qui hoc voluit in consilio. clxxxvj. exord. Curciarellus & Vanutius fratres, &c. & post eum Bald. in. d. l. si patruus. versi. sed pone, quod erant duo fratres. & Petr. de Vbald. in suo tracta. de societate, in quarta parte. versic. si autem vterque operatur. vers. quod facit pro rusticis simul habitantibus, &c. & alij in aliis locis, quos non refero, nec eorum motiua, quia non est necessarium, postquam, vt dixi, mercantia & lucra predicte non sunt communia, nec communicanda inter dictos Sebastianum, & Ioannem fratres, & prefatum Antonium: sed solum inter ipsos fratres, & illis solis pertinent. Preterea illud est etiam indubitatum, quod cum vt ponitur in facto, predictus Antonius gubernauerit, rexerit, & administrauerit bona, que fuerunt communia, inter eum & dictum Georgium eius quondam fratrem, & patrem dictorum Sebastiani & Ioannis, ipse tenetur reddere rationem sue administrationis, dictis eius nepotibus: & eis satisfacere de reliquis. l. ij. ibi, & sane sicut equum est ipsum actus sui rationem reddere debere. ff. de neg. gest. & quod not. Ioan. And. in addi. Specu. tit. de instrumento edi. §. nunc dicendum. versi. priuatorum. in magna addi. versic. restat tractare, &c. Et quia etiam istud non habet dubium, ego vlterius non prosequor. Que dixerim, &c.

¶ Rubric. De donat. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cclxix.

¶ Donatio, in qua magna doli & circumuentionis suspicio emicat, nulla est. V. F.

1 ☞ Rex Gallie in suo regno tantum potest, quantum Imperator in imperio.
2 Statutum Dalphinale donationes nisi certo modo fieri prohibens an locum habeat si donatio nepoti fiat vel propinquo.

Pater

3 Pater filios plus diligit, ꝙ seipsum.
4 Iuramentum ob aduersarij dolum non adstringit.
5 Donationem nepoti in donantis potestate existentis factam non valere: nec morte confirmari, cum processum nõ extitit ad aliquam traditionem.



IN Themate cõsultationis mihi transmisse parte prouidorum virorum Iacobi, ⁊ Antonij Viuẽdi fratrũ loci Rupis supra buxum, fuerunt elicita multa dubia, quibus vel saltem opportunis, respondeo breuiter, ⁊ succincte, prout infra, ⁊ primo veniendo ad primum dico, ꝙ sunt multa que videntur facere ad impugnationem donationis, de qua in dicta consultatione. Et quidem cõtra eam facit dispositio Dalphinalis statuti, editi per recolende memorie serenissimum dominum Ludouicum Dalphinum super donationibus inter viuos non faciendis, nisi obseruata solennitate de qua ibi que vt ponitur in casu, obseruata non extitit in dicta donatione, non enim facta est sub presentia alicuius magistratus, nec sub presentia trium ex proximioribus consanguineis, siue parentibus probi quondam viri Guilielmi Viuendi donatoris in dicto loco existentibus, nec fuerunt aliqui ex consanguineis, aut parentibus huiusmodi vocati, vt eidem donationi interessent: non igitur videtur valuisse: pro eo, quia statutum predictum donationes predictas, hoc est inter viuos, factas, non obseruata solennitate predicta, inualidat, ⁊ annullat quod per dictum eius statu-
1 tum facere potuit dictus quondam do. Ludouic. † vtpote neminem in superiorem recognoscens in patria Dalphinali. Et sic valens, ⁊ potens facere in illa quidquid potest imperator in imperio. per id quod no. Bar. in. l. i. §. de qua re. ff. de postulan. in. l. iij. in princ. ff. de minorib. in. l. infamẽ. ff. de public. iudi. in. l. relegati. ff. de pen. ⁊ in. l. hostes. ff. de capti. ⁊ postliminio reuer. Alex. de Imol. consil. ij. ver. quinimo plus reperio consuluisse, ⁊c. in primo volu. ⁊ consilio xv. exordien. Visis narratis in themate. ⁊c. versi. ⁊ satis est vt predicta procedant, ⁊c. in quinto volu. ⁊ Pau. de Cast. consi. ccxxvij. exordiente, super primo dubio videtur dicendum, ⁊c. Cano. in. c. que in ecclesiarum. de consti. non est autem dubium quin imperator possit in imperio annullare donationes factas contra prohibitionem legis, vel non obseruata solennitate legis, vt videmus in donationibus inter viuos factis inter virum ⁊ vxorem, inter patrem ⁊ filium in ipsius potestate existẽtem, vel per militem armate militie in cõcubinã, ⁊ in donationibus inter viuos excedentibus summam quingentorum aureorũ factis sine insinuatione, quas lex annullat, quatenus excedunt summam huiusmodi. Et quia de ijs sunt iura notissima, ea non refero: quia in re aperta vitanda est longitudo sermonis. Nec opponat aliquis ꝙ statutum predictum non habeat locum
2 in hoc casu: pro eo q: † donatio facta est nepoti, ⁊ sic vni ex propinquioribus: quo casu videtur statutum non habere locum: prout alicubi voluit Bald. sed istud non obstat: per id quod no. Bar. in. l. j. in prin. ff. de autho. tuto. ⁊ in. l. frater a fratre. ff. de condict. indebi. Bal. in. l. bonorum. C. qui admitti ad bonorum posses. poss. ⁊ in. l. si vxor. C. de condit. insert. ⁊ Ioan. de Imol. in. l. in edibus. §. quod si filius. ff. de donatio. nec obstat dictum Bal. Tum quia Bald. loquitur eo casu, quo filius, vel filia cõtrahit cum patre, ⁊ ad commodum ipsius patris. Et quia lex de patre multũ con-
3 fidit: vtpote † de eo, qui plus diligit filium, vel filiam, ꝙ seipsum. l. iti quidem. prope fi. ff. quod met. cau. non est mirum si in terminis Bal. valeat contractus factus per filiũfamilias, vel filiam cum patre, ⁊ ad commodum patris: q: non est verisimile ꝙ pater ledere velit filium vel filiam: quẽ vt dixi tantum diligit. Sed hic loquimur in casu conuerso, scilicet in contractu facto nõ ad commodum patris, seu aui, sed ad commodum filij seu nepotis. Preterea in casu Bal. factus erat contractus per filium cum patre, ⁊ sic cum propinquiore, vel saltem cum eo, qui non erat propinquior ipsi filie, sed in casu nostro non fuit facta donatio propinquiori: cum illa facta fuerit nepoti ex filio predefuncto, ⁊ tunc superessent, prout, ⁊ supersunt filij, qui eidem Guilielmo donatori attinebant in primo gradu, dictus autem nepos in secundo. l. i. §. primo gradu. ⁊. §. secundo gradu. ff. de gradi. Non igitur potest dictum Bal. adaptari huic casui: vtpote separato, ⁊ diuerso, ab illo, in quo loquitur Bald. l. inter stipulantem. §. sacram. versiculo sed hec dissimilia. ff. de verb. obliga. ⁊ vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. obstat igitur statutum predictũ dicte donationi: ⁊ miror ꝙ notarius non aduerterit ad penam priuationis tabellionatus officij de qua in dicto statuto: ⁊ sub qua pena interdicit, ⁊ prohibet statutum tabellionibus, ne de predictis donationibus, nisi seruata forma de qua in ea instrumenta recipiant. Etiam contra predictã donationem multum facit, ꝙ vt audio, dictus Guilielmus tempore facte donationis, nõ solum erat senex, quinimo decrepitus, sed etiam infirmus, ⁊ multũ egrotus, ⁊ qui a lecto, in quo iacebat, ⁊ a sua domo eleuatus, extractus, ⁊ portatus ad domum alterius, ⁊ sub colore productionis de eo fiende in testem, fauore, dicti domini loci Ruppis, ⁊ testimonij per eum ferendi. Si enim erat in testem producendus, longe honestius ⁊ decentius erat dominum commissarium venire ad domum illius decrepiti, ⁊ propter infirmitatem iacentis in grabato, ꝙ mandare illum a lecto, ⁊ domo infirmum ad se deferri: ꝙ nullus ex magnificis dominis insignis curie parlamenti, Dalphinalis facere tentasset, nec faceret. Preterea etiam multum facit, ꝙ duo aut tres viri honesti existentes in domo illius de Vitrola, in qua facta pretenditur dicta donatio fuerint ab ea expulsi, vel iussi recedere: ⁊ idem factum fuit de nuru, que cum eodẽ Guil. ⁊ iuuando eum deferri ad dictam domũ accesserat. Etiam facit, ꝙ dictus dominus loci predicti, fuerit ibi repertus, ⁊ qui fauisse dicitur parentibus illius nepotis, ⁊ ipsi nepoti: que omnia arguunt, ꝙ per machinationem, ⁊ dolum malum fuerit dictus Guilielmus ad illam domum delatus: ⁊ ibi inductus ad faciẽdã dictã donationẽ, si tamen ⁊ quatenus illã re vera fecerit. Et sic non videtur valuisse, etiam
4 si in ea interuenerit † iuramentum. arg. eius quod habetur in. c. cum contingat. ⁊ quod ibi per doctor. de iureiuran. c. quis pactum. de pact. in. vj. ⁊ in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. quatenus ex his que inibi habẽtur, ac leguntur, ⁊ notantur, colligitur, ꝙ licet cõtractus alias de iure cõmuni prohibiti, ⁊ nulli firmentur iuramẽto, vel saltem in vim illius mandentur obseruari: hoc tamen non habet verum, quando ad contractus huiusmodi faciẽdos inducitur quis per dolum, aut metum. Supposito igitur citra preiudicium veritatis, ꝙ donatio facta fuerit non obseruata solennitate statuti predicti, deberet alias valere propter iuramentum, hoc tamen non procedit in hoc casu, in quo, vt predixi, dictus Guilielmus censetur inductus per machinationem, ⁊ dolum ad sic donandũ: ⁊ forte etiam iussu ⁊ precepto dicti domini tunc presentis, ⁊ fauentis parentibus donatarij, ⁊ sibi: non ergo videtur valuisse dicta donatio. arg. dicti. c. cum contingat. ⁊ aliorum iurium
5 superius allegatorum. Faciunt etiã † ad impugnationem dicte donationis, ꝙ illa facta extiterit nepoti existenti in potestate, que propterea secundum opinionem multorum non valuit hac sola ratione. Pro quo allegasse sufficiat scripta per Paul. de Cast. consil. cv. exord. Circa bona que fuerũt domini Vberti, ⁊c. versi. dic ergo melius, ꝙ hec donatio iuramẽto nõ firmatur, ⁊c. nec etiã dici potest ꝙ donatio predicta fuerit confirmata morte predicti donatoris: cum, vt audio, processum nõ extiterit ad aliquam traditionem veram, ac fictam. l. Papinianus. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxor. Fateor, ꝙ Bal. alicubi, ⁊ sequaces tenuerint ꝙ imo donatio inter viuos facta per patrem filio in ipsius potestate existenti, firmetur iuramento: propter quod non multum innitor huic fundamẽto, nisi quatenus probetur adminiculum predictis causis, ⁊ medijs impugnatiuis dicte donationis: quia que non prosunt singula, multa iuuant. l. rationes. C. de probat. ⁊. c. cum causam. cum concordantijs ibi allegatis eod. tit. ⁊ quod. not. glos. in. l. iij. in princ. ff. de excusat. tut. Et quia audio, ꝙ notarius est iuuenis ⁊ satis ignarus, seu vt modestius loquar) in arte notoriatus nouus, ⁊ ineptus, erit bonum laborare pro instrumẽto huius donationis, vt videãtur clausule inibi apposite, ex quibus forte parabitur via ad alia, ex quibus impugnabitur non solum donatio, sed etiam instrumentum: ⁊ per hec patet responsio ad primum ⁊ secundum quesitũ. ¶ Ad tertium quesitum dico ⁊ respondeo, non posse bene respondere, nisi prius viso instrumento predicte donationis: ⁊ ideo procurandum est, vt illud habeatur. Existimo tamen, ꝙ dictus Guilielmus si ⁊ quatenus donauerit tertiam partem bonorum, ⁊c. hoc fecerit, ⁊ ad hoc faciendũ fuerit per predicta instigatus, vt sic reduceret dictum nepotẽ ad equalitatem predictorum Iacobi, ⁊ Antonij: ⁊ sic ꝙ quilibet ex eis haberet effectualiter tertiam partem bonorum eiusdẽ Guilielmi donatoris, non autẽ ꝙ iste nepos primo haberet ter-

tiam partem omnium bonorum in vim donationis, & tertiam partem totius residui in vim hereditarie substitutionis de eo facte: verum viso instrumento securius respondebo. ¶ Ad quartum dico q si probaretur matrem, vel auũ maternum dicti donatarij requisiuisse aliquos ex ijs qui illi interfuisse pretendũtur, & eis pecuniam donassent, multum faceret non solum ad impugnationem dicte donationis, que forte facta non fuit, sed etiam ad impugnationem instrumenti, cui non daretur fides. ¶ Ad quintum dico & respondeo, q mater dicti donatarij non debet ali, seu nutriri, nec vestiri de bonis dictorũ Jacob. & Antonij, postq̃ dictus Guilielmus eorum pater non sibi donauit, aut reliquit victum aut vestitum. Et idem dico de bonis dicti donatarij: nisi forte non haberet aliunde vnde se aleret, & vestiret: deberet tamen dos sibi restitui, & solui, aut id quod de ea est solutum, si tamen illa, aut aliquid de ea solutum extiterit. Per quem vero solui debeat, dico q per heredes dicti Guilielmi, si tamen eidem Guilielmo soluta extiterit. Si vero esset soluta dicto Guilielmo defuncto soli, vel sibi & patri, vellem videre instrumentum solutionis, seu recognitionis. Que dixerim, &c.

¶ Rubrica, De prohibi. sequestra. pecu. ¶ Consi. cclxx. ¶ Epitome.

¶ Sequestrum per satisdationem impeditur & tollitur. Vasquinus Filiolus.

1 Regule est tenaciter inherendum, nisi specialis alia dispositio euidens sit.

2 Sequestrum fauore pupillorum aduersus tutorem an interdum permittatur.



Cum alias scriberem pro honorabili viro Joanne de Manto: in causa quam cõtra eum mouerunt, & prosequũtur nobiles viri Joã. & Gaspar Dueti, ad causam certorum iocalium, & rerũ aliarum suarum quedam dicuntur fuisse sequestrata apud venerabilẽ conuentum Celestinorum Auinionis, donec & quousq̃ fuisset aliter ordinatũ, aut prouisum, dixi & respondi, q sequestratio est regulariter prohibita, per iura que tunc allegaui, & in hoc, cõfessione spectabilis viri domini Stephani Tortuli, legum eximij doctoris, veritatem dixi. Dixi preterea, & respondi, q licet sequestratio sit in quibusdam casibus promissa, hoc tamen certum est, q illa fieri impeditur, & facta tollitur per prestationem idonee cautionis, seu satisdationis iudicio sisti, de re non baratanda, & de illa restituenda absq̃ vlla procrastinatione, in quo etiam idem do. doctor dicit me scripsisse veritatem. Et subiunxit, q omnia iura per me pro ostensione dicti huius allegata, loquuntur in alio Martino, quam loquamur nos in casu occurente cõtra Joan. de Manto, insignem inquit furem rerum, &c. de quo miror, q vel non modestius vel saltem non verius asseruerit iura & doct. per me allegata, loqui in alio Martino, q̃ loquamur, &c. cum profecto loquãtur non in alio Martino, sed in Martino de quo loquimur, & illi adaptantur: loquuntur enim in sequestro, & sublatione illius, que regulariter fit & fieri debet p oblationẽ, & prestationẽ idonee cautionis, seu satisdatiõs

1 & hec est scdm scribentes regula † in materia sequestri, sublationis illiusque propterea tenaciter seruanda est: nisi in contrarium appareat dispositio specialis: per id quod voluit Bald. in. l. si tutor. C. de seruo pigno. dat. manumis. & post eum dom. Jason. May. in. l. fi. C. de test. Et quanuis sciam, q a regula predicta excipiuntur certi casus per docto. relati, & scripti, Martinus tamen noster non excluditur a regula, sed manet sub illa: nec huic dicto obstat quod dicit idẽ domi. doctor, scz q nulla satisdatio quãtumcunq̃ pinguis, seu sufficiens dicti Joan. de Manto malum propositũ verisimiliter mutaret, sed diutius grassandi in rebus furtiuis prestaret facultatem, vt secundum eum dicit tex. in. l. quia satisdatio. ff. de suspec. tuto. in qua redditur ratio legis precedentis. Tum quia non est verum, honore saluo dixerim, q dictus Joan. de Manto sit fur insignis, seu etiã q res, de quibus contenditur, illas videlicet quas exhibuisse dicitur furtiue, aut alias quomodolibet illicite surripuerit, vel habuerit. Sed illas habuit iusto, & legitimo titulo: nec aliud constat per eius pretensam confessionem, que scindi non potest, sed tota acceptar vel refutari.

2 Tum † & quia. d. l. quia satisdatio loquitur in tutore, & satisdationem per eum vel pro eo, prestitã quam certum est, incumbere rebus alienis & quidem aliquando vel amplissimo, vel amplo patrimonio, ex quo possent multa surripi maxime in fructibus, qui non sunt inuentorisati, & multa deteriorari, in quibus non facile prouideretur post tutelam finitam, ob quod & alia quedam sunt contra tutorem fauore pupillorum multa inducta. Propter quod loquitur ille textus in casu multum separato, & diuerso a nostro Martino, ad quem propterea non fit opportuna illatio. l. inter stipulantem. §. sacram. versicu. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligatio. & vulgata. l. Papinianus exuli. & l. si maritus. nihil igitur ex aduerso opponitur, cur non debeat sequestrum superius mentionatum prestita cautione etiãsuperius mentionata, que fuit oblata, & offertur tolli, & reuocari: & prouidendo res sequestrate, vise palpate, & ponderate huic Joanni de Mãto relaxari. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentiẽtis.

¶ Rubr. De iudicijs. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cclxxi.

¶ Nullitas processus & probationum defectus faciunt, vt ab istantia cause, vel ab impetitis reus relaxandus sit. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Uniuersitatis actus omnium vocationem exigit, & consensum duarum partium.

2 Testes sunt per iudicem examinandi, non per notarium, nisi commissione ipsius iudicis.

3 Notario asserenti commissum sibi examen testium non creditur, nisi de commissione constet.



Mandata procuratoria, que fecisse dicũtur homines, seu aliqui ex hominibus vniuersitatis loci sancti Michaelis fuerunt, & sunt multa, vtpote facta ab his qui ea facere non po-

1 tuerunt: cum enim † in parochia, seu loco sancti Michaelis, essent tempore constitutionis procuratorum de qua in eis, fuissentq̃ antea, & hodie sint homines centum & quadraginta, vel circa, domorũ capita facientes, & in constitutione, seu constitutionibus huiusmodi, & earum qualibet non interfuerint vltra triginta homines, palam est duas partes productorum centum & quadraginta hominum non fuisse presentes in dicta constitutione, seu constitutionibus antedictis. Jlle ergo non valuerũt: quia ad hoc vt valeat actus factus nomine vniuersitatis, tanq̃ factus a maiori parte illius, opus est, q omnes vocentur, & q ex vocatis actui interfint saltem due partes: tunc enim quod fit vel a maiori parte totius vniuersitatis, secundum quotam, vel secundum alios harum duarum partium videtur factum ab omnibus valetq̃, alias non. l. nulli. & l. plane. ff. quod cuiusq̃ vniuers. iũcta. l. quod maior. & quod ibi Bart. & doct. ff. ad municip. de quo etiam Ostien. in. c. ij. ff. de oper. noui nunt. Bart. & doct. in. l. nominationum. C. de decur. lib. x. Joan. de Jmol. in. c. j. vbi etiam Panor. extra de his que fi. a maio. par. cap. Panor. in. c. cũ omnis. de constitut. Sal. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacro sanc. eccles. & Alexand. de Jmola consil. j. in. iiij. vol. Cum igitur in constitutione, seu constitutionibus superius mentionatis, non solum non interuenerint due partes vniuersitatis, & hominũ dicti loci sancti Michaelis, sed nec tertia pars, ne dixerim quarta, non valuerunt, nec valent dicta asserta mandata: etiam si de illis sufficiẽter appareret, prout tamen apparere non videtur saltem de primo: quia litere testimoniales probare non videntur contenta in eis: quod si ita est, imo quia ita est, non valuit processus agitatus pro & nomine predicte vniuersitatis ex vna parte, & venerabilem & prouidos viros domi. Guilhelmum Paris presbyterum, Joannem Pauli, & Jacobum Arnaudi ex alia: & hoc defectu mãdati interuenientium pro dicta vniuersitate. Preterea certum est, q testes in causis producẽdis, recipi debent & examinari, non quidem per notarium, sed per iudicem. per id quod not. glos. in. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testamen. in. l. iubemus. C. de lib. causa. & in. l. curent magistratus. ff. de testib. & quod habetur in. l. solam. secundum primam expositionem. C. de testi. quod etiam voluit Alexand. de Jmo. & Phil. Corn. in. d. l. hac consultissima. §. si quis autem. Quod proculdubio procedit, nisi notarius hoc faceret ex commissione iudicis: tunc

tunc enim fateor, q per notarium possent & recipi, & examinari testes. arg. l. iudices. & authen. apud eloquētissimum. C. de fide instrument. & l. scire oportet. §. oportet. el. ij. cum glos. in verbo, vna. ff. de excusat. tut. & quod not. glos. in c. j. de officio deleg. de quo plenius Alexander de Imola & Philip. de Corn. in d. l. hac consultissima. §. si quis. ibi, si oportuerit, prout non oportet si placet, videbitur. Cum igitur testes parte dicte pretense vniuersitatis producti, & examinati contra dictos dom. Guiliel. Paris & Joannem Pauli, & Jacobum Arnaudi fuerint recepti & examinati, non quidem per egregium virum dominum officialē Sistericensem, seu eius locumtenentem, vel etiam aliquem in causa predicta pro tempore presidētem, sed per magistrum Verneli pretensum notarium, & scribā eiusdē, & de eius cōmissione, seu facultate nō apparuerit, nec apparet nō valuerūt nec valet receptio, & examinatio superi⁹ mētionate: ni

3 si forte † quis opponat, q imo de dicta cōmissione appareat assertione dicti magistri Gaspardi, asserētis receptionem, & examinationem huiusmodi esse sibi cōmissam. Sed hoc non valet: pro eo quia huic assertioni non est credendum per id quod no. Ostien. Joan. And. & alij communiter in c. quoniam contra falsam. de prob. Jo. And. in regula, eum quē. de reg. iur. in. vj. Bal. in. l. ad egregias. ff. de iureiuran. in. l. iurisiurandi. versi. quero vni testi. C. de testib. & in d. l. iudices. C. de fide instru. & Ang. in authen. vt spōsali. largi. versi. sed pone q notarius dicit ita examinaui tales testes ex commissione mihi facta, &c. & Franci. de Are. consi. xxxiij. ex ordiē. Consultatio premissa & causa ista, &c. versi. tertio est premittendum, q acta cause, &c. Et hec opinio communiter obseruatur a Cano. in d. c. quoniam contra falsam. vt dicit Alex. de Imol. in. l. sciendū. ff. de verb. oblig. dicti igitur pretensi testes vtpote non recepti & examinati ab eo, qui hoc facere potuit, & sic non rite, non probant intentionem dicte pretense vniuersitatis etiā si alias viderentur deponere pro contentis, in libello, & articulis contra dictos domi. Guil. Paris, Joan. Pauli, & Jaco. Arnaudi. Quo fit, vt appareat egregium virū dominum officialem Sistericensem male processisse: & propterea sententiam per eum latam fuisse, fore, & esse in melius reformādam, & reformando predictos domi. Guil. Joan. Pauli, & Jacobum Arnaudi fuisse, fore, & esse vel ab instātia cause contra eos cepte propter processus nullitatem, vel ab impetitis propter rem non probatam, absoluēdos: per iura vulgaria. Que dixerim, &c.

¶ Rub. De fideicommis. ¶ Epitome. ¶ Consil. cclxxij.

¶ Huius precipuus scop⁹ est in tertio collectaneo. V. F.

1 Heredis nomen an & quando pro liberis tantum accipiatur.

2 Disiunctiua in coniunctā quando non resoluatur: & quando coniuncta in disiunctam resoluatur.

3 Pater cui restituenda erat hereditas nō potest ius istud remittere grauato in preiudicium liberorum suorum & numero. 8.

4 Fideicommissum quod semel sortitum est effectum in patre, an & quando iterum effectum habere debeat in liberis.

5 Verba secundum personas ad quas referuntur sunt intelligenda.

6 Detractio legitime & trebellianice fit de grauamine non puro.

7 Heres viri grauati, vxor pro dote & augmento, & debita viri soluendis, nihil minuere debet de eo quod restituendu3 est: quia confuse sunt actiones.



Ubstitutio, Quam inter nobiles Jordonū & Antonium Sylui eius filios fecisse legitur nobilis & honorabilis quondam vir Claudius Sylui eorum pater, & per quam primo morienti si sine herede vel heredib⁹ a suo corpore legitime procreato seu pcreatis ab humanis decederet, substituit superstitem, fuit reciproca, vt colligitur ex ijs que notant Barto. & docto. in. l. Lucius. ff. de lega. ij. verum quia illa fuit admixta compendiose, propter illa verba, Si cōtingeret vnum ex dictis suis heredibus decedere siue mori sine herede vel heredibus, &c. illa non solū comprehendit ab initio directas substitutiones, vt verbi gratia, vulgares & pupillares: pupillares scilicet, si tempore conditi testamenti ambo erant impuberes, & in potestate dicti nobilis Claudij constituti: sed etiam propter dictā mixtionem continuit, & comprehendit fideicommissarias substitutiones: vt not. Barto. & docto. in dicta. l. Lucius. Alexan. de Imol. in. l. hereditatem. vbi ponit multas remissiones. C. de impube. & alijs substitu. & dom. Jas. May. in. l. in testamento. C. de testa. mil. Quo fit, vt quamuis dictus nobilis Anto. se immiscuerit paterne hereditati, & factus pubes ab humanis sine liberis, & sic sine herede ex suo corpore legitime pcreato decesserit, & sic expirauerint vulgaris & pupillaris substitutiones. l. post aditam. C. de impube. & alijs substitu. & l. in pupillari. cum suis similib. ff. de vulga. & pupil. fuerit locus fideicommissarie substitutioni in personā dicti nobilis Jordoni, qui eidem Antonio superfuit, postq̄ supponamus ipsum Antonium sine libe

1 ris, & sic sine herede ab humanis decessisse: quia † verbum herede vel heredibus, positum in dicta substitutione, accipitur pro libero, seu liberis. l. ex facto. §. si quis autē. ff. ad trebel. Et quia nō solum fuit prefatus nobilis Jordonus dicto Antonio eius fratri, si sine herede, &c. ab humanis decederet, sed etiam liberi sui ipsius Jordoni, propter illa verba, seu suos liberos, posita in testamento dicti nobilis Claudij testatoris, videntur substituti, non simul, sed ordine successiuo: dictus videlicet Jordanus primo, & post eum dicti eius liberi. l. cum pater. §. penult. ff. de leg. ij.

2 vbi probatur quod disiuncta posita † inter personas honoratas, inter quas cadit affectio ordinata, non resoluitur in coniunctā, sed intelligitur ordine successiuo. Et sic cum in dicta substitutione facta de dicto Jordono, & eius liberis, posita fuerit dictio, seu, que est dictio disiunctiua, seu alternatiua. l. si ita stipulatus fuerit. & l. si quis ita stipuletur. ff. de verb. obli. & l. ij. circa medium, & quod ibi doct. C. de ver. sig. cēsentur dicti Jordonus & liberi fuisse substituti & inuitati ordine successiuo: dictus videlicet Jordonus primo, tanq̄ ille ad quem pater habebat maiorē affectionem, & quidem ordinatam, quia filius: & secundo loco ad liberos eiusdem Jordoni nepotes testatoris, ad quos erat affectio secundo loco: & q sic inuitati, scilicet disiunctiue, seu alternatiue, & inter quos cadit affectio ordinata, censeantur inuitati non simul: sed ordine successiuo. tenet Bar. & omnes scribentes in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posth. & doct. in d. l. ij. C. de verb. sig. Quinimo plus dicit Bart. in d. l. Gallus. §. quidam recte. q coniuncta, positia inter personas honoratas, inter quas cadit ordinata affectio, seu charitas resoluitur in disiunctam: & q persone huiusmodi, q̄uis sic coniuncte, inuitētur ordine successiuo, non simul: quod satis videretur procedere in hoc casu. quod etiam voluit And. Barbat. in. c. Raynutius. versic. no. ibi adijciens, vt Alterocha & soboles. de testament. vbi super hoc relicta opinione Bart. & plurium scribentium, & iunctis multis rationibus, & fundamentis ad ostendendum, q Alterocha, & soboles censeri deberent inuitati non simul, sed ordine successiuo, subiūxit, & dixit opinionē Bar. videri esse sustinendam. Sed postq̄ ita res se habet, q canonistarum sententia contra Bartol. obtinuit: nō insisto super hoc fundamento: postq̄ aliunde apparet dictos Jordonum & liberos fuisse inuitatos non simul, sed ordine successiuo. Et quia, vt supponitur in casu, idē Jordonus mortuus est superstitibus nobilibus Magdalena, Dulcia, Joanna, Antoneta, & Margarita eius filiabus naturalibus & legitimis, ille nunc admitti debent in vim dicte substitutionis: & sibi restitui debent hereditas & bona dicti quondam nobilis Claudij detractis detrahendis per heredem dicti quōdam nobilis Antonij. ¶ Quibus non obstat transactio, quam cum dicta herede fecisse dicitur di

3 ctus nobilis Jordonus: quia † cum bona subiacerēt restitutioni fiende prefatis nobilibus Magdalene, Dulcie, & alijs, non potuit dictus nobilis Jordonus in earum preiudicium transigere, nec iura fideicommissi cum effectu dicte heredi remittere, quominus eo moriente superstitibus predictis eius filiabus, fuerit resoluta dicta alienatio, aut cessio, seu remissio. l. vnica. §. sed quia nostra. C. communia de leg. Et hoc dico supposito pro vero, vt audio, q dicte Magdalena, Dulcia, & alie non sunt heredes prefati quōdam Jordoni earum patris: quia tunc esset videnda transactio, & intelligēdum si ex aliquo, & ex quo capite possit impugnari. Forte vero † opponetur q cū substitutio locū sibi

4 vendicauerit in personam dicti quondam Jordoni, qui etiam fideicommissum non repudiauit, sed acceptauit, & illud sibi restitui petijt, non potest amplius habere locum

in personam dictarũ eius filiarum, quasi sufficiat ꝙ fidei-commissum huiusmodi locum sibi semel vẽdicauerit. per id quod voluit Raph. Cuman. in. l. cum ita legatur. §. cum in fideicommisso. ⁊. l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. qui loquens de legato, seu relicto familie, ad quod admittuntur propinquiores, dicit sufficere ꝙ semel habuerit locum: ⁊ sic ꝙ deficientibus primis in quibus habuit locum, non debeatur alijs sequentibus. Sed istud non videtur obstare. argum. eius quod habetur in. d. l. peto. §. fratre. versic. nec tamen: ideo sequentium causa propter superiores ledi debet. ⁊ hoc expresse voluit And. Barb. in. d. c. Raynutius. ⁊ loco superius allegato. qui defendens opinionem Bart. in. d. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ⁊ posthu. ⁊ volens ꝙ in dicto. c. Raynutius, Alterocha ⁊ eius soboles censeantur inuitate non simul, sed ordine successiuo: dicit ꝙ sententia de qua ibi, ⁊ in qua iudex cõdemnauit illum tutorem ad restitutionem faciendam Alteroche, ⁊ filio, intelligenda est secundum ordinẽ charitatis: vt videlicet restitutio fiat Alteroche, ⁊ postea adueniente eius morte, fiat illi filio, hoc est soboli: ⁊ per consequens intelligantur verba illius
5 sententie ordine successiuo: verba † enim intelligenda sunt secundum personas, ad quas referuntur. l. ex militari. ff. de testamen. mili. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu ⁊ habita. l. si qs exheredato. §. irritũ. ff. de iniu. rup. ⁊ irri. test. ⁊ qđ no. Bal. in. l. annalibus. C. de leg. l. liberti. C. de op. li. ⁊. l. quoties. C. de hered. inst. ⁊ in. d. l. ex militari. ⁊ Bal. in. l. j. in prin. ff. ad leg. falci. Preterea ꝙ dicte nobiles Magdalena, Dulcia, ⁊ alie, non ideo repelli debeant a dicto fideicommisso, quia Jordanus illud semel agnouit, ac sibi restitui petijt, ⁊ postea transegit: facit quod habetur in simili in. l. fi. in versicu. ⁊ hoc videlicet gradatim fieri, ⁊c. ⁊ quod ibi Bald. Ange. ⁊ alij scribentes. C. de verbo. signifi. vbi probatur, ꝙ ad relictum familie admittuntur gradatim illi de familia: primi vꝫ primo loco, ⁊ deinde alij, de gradu in gradum: quod hic dicitur hꝫ locum, proculdubio in inuitatis per nomẽ collectiuum: ⁊ dicit ibi Ange. de rustico, qui filio morienti substituit proximum domus, hoc est stipitem agnationis, ꝙ non omnes de agnatione, vocantur, sed gradatim secundum ordinem charitatis: vnde primo vocantur descendentes, ⁊ proximiores: secundo ascendẽtes, ⁊ proximiores, tertio collaterales ⁊ similiter coniunctiores, quod non fieret, si semel admissis primis, ceteri excluderentur primis morientibus. Pro premissis etiam facit quod voluit Petr. de Ancha. consi. xxvi. exordien. non seruato ordine dubiorum, ⁊c. versi. postꝙ igitur propter dictam repudiationem ⁊c. qui loquens de substitutione facta per patrem suis liberis, de duobus antiquioribus sue domus, intelligitur facta non solum de duobus primis antiquis, sed ꝙ deficientibus illis, vel repudiantibus, veniant, ⁊ admittantur perpetuo alij duo antiqui, qui erunt pro tempore, ⁊ sic secundum eum admissio duorum primorum non impedit quominus decedentibus illis, alij tunc antiquiores admittantur. ⁊ ita etiam videtur Pet. de Ancha. intelligere dictã l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. ⁊. l. peto. §. fratre. scilicet, ꝙ quamuis primi fuerint admissi ad relictum, non tamen repellũtur sequentes illis deficientibus. Pro quo est bonus text. in dicto. §. fratre. versicu. nec tamen ideo sequentium causa propter superiores imposterum ledi debet, ⁊c. Propterque videtur, quod dictũ Cuma. superius allegatum, non sit de mente scribentium. Concludendo igitur dico, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ꝙ dicte nobiles Magdalena Lucia, ⁊ alie admitti debeant ad fideicommissum. ¶ Ad secundum quesitum
6 dico ⁊ respondeo, quod † cum grauamen fuerit non purum, sed conditionale, heres dicti nobilis Anto. potest detrahere duas quartas: scilicet legitimam, que ascendit ad duas vncias, cũ dicto quondã nobili Claudio testatori nõ superfuerint nisi duo filij, ⁊ trebellianicam, que est quarta pars residui, ⁊ sic vna vncia. per id quod not. gloss. Barto. ⁊ doctores. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. gloss. ⁊ Barto. in. l. quanquam. C. ad legem falcidiam. Baldus in. l. filium quem. C. familie erciscunde. dominus Jason May. in authentica res que. C. communia de legatis. iuncto eo quod habetur in authentica de trien. ⁊ semisse. §. primo. collatione tertia. detrahet igitur dicta heres dimidiam partem illius dimidie partis, in qua fuit heres institutus prefatus quõdam Antonius. ¶ Ad tertium quesitum dico ⁊ respondeo, quod cum nobilis Dalphina relicta dicti quondam nobilis Antonij eidem iure hereditario vniuersaliter, ⁊ insolidum successerit, debitum augmenti per eundem sibi facti, seu promissi, ⁊ dos, seu id quod de ea receperat, sunt confusa: ⁊ sic de his nihil petere potest ipsa Dalphina. l. debitori tuo. cum multis similib. C. de pact. Et si essent alia debita, non quidem ipsi Dalphine, sed alijs creditoribus, duntamẽ illa essent contracta non per dictum nobilem Claudium primum testatorem, sed per dictum Antonium, ipsa Dalphina teneretur ad illorum solutionem, ⁊ insolidum: quia ipsa est heres insolidum predicti Antonij, non autẽ dicte nobiles Magdalena Dulcia, ⁊ alie: quia per fideicommissum de quo supra, non succedunt dicto Antonio earum patruo, sed prefato Claudio earum auo materno. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. ⁊ pupil. Et idem dico de funeralibus, ⁊ creditis, ꝙ dicta nobilis Dalphina tenetur ad solutionem faciendam, non dicte Magdalena, Dulcia, ⁊ alie. Et sic propter augmentum, ac id quod de dote receptum est, ⁊ alia predicta nihil debet diminui de medietate restituẽda eisdem Magdalene, Dulcie, ⁊ alijs. ¶ Ad quartum dico
7 † ⁊ respondeo, ꝙ cũ vt supponitur, dicte nobiles Magdalena, ⁊ Dulcia non sint heredes dicti Jordoni earũ quondam patris, non potest eis opponi de dicta transactione: non enim petunt dictum fideicommissum ex persona patris, sed ex propria persona earundem, que fuerunt principaliter, ⁊ expresse substitute, sicut dictus Jordonus: ꝙuis ordine successiuo, vt predixi: qui propterea ꝙdiu vixit eisdem obstitit: sed eius mors aperuit eis viam, ⁊ sustulit obstaculum: pro quo allegasse sufficiat. d. l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. nec habẽt dicte Magdalena, Dulcia, ⁊ alie hoc fideicõmissum a dicto Jordono quondã patre, sed a Claudio auo paterno: ⁊ est simile ei quod dicitur de principe concedente feudum Titio, ⁊ liberis suis: quo casu mortuo Titio vocantur liberi ex eorum propria persona, non Titij patris: ⁊ hinc est ꝙ pater, etiam si vellet, non posset eos priuare dicto feudo: quia non habent ab eo, sed a principe postꝙ fuerũt expresse nominati in concessione. per id quod not. Bart. in. l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. non ergo in casu nostro potuit dictus Jordonus in dicto fideicommisso preiudicare dictis eius filiabus, quibus, vt sepe dictum est, fuit ordine successiuo, hoc est post patrem relictum. Et ita mihi videtur.

¶ Rub. De pact. inter empt. ¶ Epito. ¶ Cons. cclxxiij.

¶ Summatur, vt in tertio notabili: ne actum agamus. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Genitiuus dominium denotat.
2 Actore probante reus condemnandus.
3 Pignora legis commissorie pactum nõ admittunt, etiam cum iuramento: ⁊ hoc est odio creditoris inductum: ⁊ huic iuri renuntiari non potest.
4 Heres potest interdum quod testator non potuit, qui in pacto legis commissorie iurauerat.
5 Venditio vbi non valet, euictio non prestatur.
6 Malam fidem habere censetur qui contra legem mercatur.
7 Legis commissorie pactum cur improbatum.
8 Pactum legis commissorie fieri posset in alijs creditis, sicut in mutuo, si permitteretur.
9 Interuallum inter venditionem factum post mutuum tollit suspicionem pacti legis commissorie.
10 Fructus pignorum an ⁊ quando restituendi.



Ex Processu cause cepte, ⁊ pendentis indecise per, ⁊ inter prouidum virum Antonium Beyssierij actorem ex vna parte, ⁊ Michaelem Clementis, reum ex alia, apparuit, ⁊ apparet intentionem predicti Antonij fuisse, ⁊ esse sufficienter, ⁊ legitime fundatam, tam per probationes parte ipsius Antonij in hac causa factas, ꝙ etiam per confessionem dicti Michaelis Rei. Et primo quidẽ per probationes actoris factas per instrumentum, ⁊ testes: per instrumẽtum quidem venditionis facte per Jacobum Clementis Antonio Beyssierij patri Francisci Beyssierij in actis nominati, ⁊ auo paterno predicti Antonij in hac causa actoris, insertum folio. xxiiij. per quod apparet de venditione prati in actis cause huius latius mentionati. Per testes vero probauit idem Antonius prefatum Franciscum eius patrem, tenuisse, ⁊ possedisse dictum pratum, vt ⁊ tanꝙ suum proprium. Per confessionem autem dicti Clementis rei factam

factam in tertio articulo propositorum exceptionalium in processu cause huius parte dicti Michaelis productorum, probatur pratum predictum fuisse dicti Francisci Beysse rij: deduxit enim, et proposuit in pdicto articulo, q dictus Franciscus anno et mense inibi expressis, védidit, et tradidit predicto Michaeli quoddam ipsius Francisci venditoris pratum inibi mentionatum: et quod pretendit esse pratum parte prefati Antonij in hac causa petitum, et hoc est verum, scilicet q pratum petitum, et pratum quod pretenditur venditum sint vnum, et idem pratum. Ponit et fatetur ipse Clementis q istud fuerit dicti Franci. venditoris:
1 et sic q sibi pertinuerit iure dominij: quia genitiuus† dominium denotat. l. seruum Titij. ff. manda. l. si heredi seruus. ff. de leg. j. et l. seruus communis Meuij et castrensis peculij. ff. de stipula. seruo. et quod no. Bar. et docto. ff. de noui ope. nuntia. Probauit igitur dictus Anto. alterum ex extremis rei védicationis, et publiciane, scz dominiũ seu quasi dominiũ dicti prati: probauit etiã dictũ Clementis possedisse, et possidere pratum predictum. Et hoc tam per propriam confessionem, et assertionem eiusdem Clementis, q etiam per testes. Quo fit, vt obtinere debuerit, et debeat in
2 hac causa: quia quemadmodum † actore non probante, venit reus absoluendus, etiam si nihil prestiterit. l. qui accusare. C. de edend. Ita et actore eius intentionem sufficienter probante, venit ipse reus condemnandus. l. negantes. versi. conuictos autem. C. de actio. et obliga. et c. ij. cum suis simi. de proba. Quibus non obstat quedam asserta venditio, quam dictus quondam Franciscus eidem Michaeli fecisse pretenditur anno domini M.cccclxxiij. et die tertia mé
3 sis Martij: pro eo quia illa non valuit, vt pote † facta in vim pacti legis commissorie, aut saltem ei similis: quod pactum reprobatum est in pignoribus. l. j. et fina. C. de pac. pigno. c. significante. et quod ibi docto. de pigno. not. Bar. et alij in. l. quamuis. alias incipit Calipodius. ff. de solutio. Bal. in dicta. l. fi. C. de pac. pigno. et Barto. in. l. creditores. versi. vlterius iuxta predicta quero. Et est pactum huiusmodi adeo de iure reprobatum, vt etiam nõ firmetur iuramento pretensi venditoris: secundum cõmunem opi. doct. scribentium, quam tenuit Barto. in. l. si quis pro eo. versi. quarto dixi. vbi etiam Angel. ff. de fideiussor. et secundum Batol. illa fuit de mente Inno. in. d. ca. significante. quod etiam ibi affirmauit Jo. de Imo. versi. sed aduerte in quantũ dixi, etc. Hanc opinionem etiam tenuit Joan. and. in addi. Specu. titu. de conclusione, et renuntiatione. §. j. versic. Et quia dic, etc. in additione exordiente, Ex quo autem, etc. secundum Bal. ita referentem, in dicta. l. j. C. de pact. pig. et quãuis idem Bal. videatur inibi tenere contrarium, ipse tamen videtur tenuisse primam partẽ. ff. de iureiu. and. in rub. versi. idem dicunt, etc. ibi, aut odio speciali: vbi dicit, q quando lex prohibet contractum odio speciali, tunc nõ valet iuramentum: et ibi ponit exemplum de Macedoniano: est autem certum, q pactum legis commissorie est reprobatum odio creditoris. vt satis colligitur ex dicta. l. fin. C. de pac. pigno. quod etiã voluit Bar. in. d. l. si quis pro eo. vers. quarto dixi. vbi etiam Ang. et Jo. de Imol. in. d. c. significãte. in multis locis. vbi etiam hoc voluit Pet. de Ancha. et Sali. in. d. l. j. C. de pac. pig. idem Albe. illo tit. super rub. et Odofre. in. l. fin. illo eodem titu. fuit ergo de mente Bal. in dicta rub. de iureiuran. versi. quedam dicunt, etc. q iuramentum non valeret, hoc est q contractum seu pactum nõ firmaret, et per predicta colligitur idẽ fuisse de mẽte Pau. de Cast. in. d. l. si quis pro eo. et idẽ tenuit Joã. Fabri. in. d. l. fi. C. de pac. pigno. et hinc est, q beneficio iuris improbãtis dictum pactum, renuntiari non potest, vt voluit Odofre. in. d. l. fi. in fi. pro quo allegat. l. quos prohibere. ff. de postu. et idem tenuit Anto. de Butri. et post eum Jo. de Imol. in dicto. c. significante. versi. an autem posset renuntiari. Pro quo allegat, quia hoc pactum videtur improbatum a iure principaliter odio creditoris: quamuis secundario hoc tendat in fauorem debitoris; non potest igitur idem debitor renuntiare beneficio huiusmodi: per id quod legitur et not. in. l. cum et si. ff. ad municipa. et c. si diligenti. de foro cõpet. et procedit hoc etiam si renuntians iurasset. l. non dubium. C. de legib. et. l. si quis inquilinos. §. fina. ff. de lega. j. et dicit Alberic. in dicta rubric. C. de pact. pigno. q hoc procedit de iure ciuili. Dicit etiam q Cyn. et docto. communiter tenent, q renuntiatio non teneat: quia odio creditoris, et fauore rei publice inductum est, ne pactum valeat: quia si valeret, debitores semp cogerentur p creditores renuntiare dicto beneficio. Et hoc vel maxime, vel saltez videtur pro-

cedere eo casu, quo debitor sic paciscens, et renuntiãs ignorat pactum non valere: vt not. Joan. And. in addit. Spec. tit. de renũtiatione. §. j. versic. et quia, etc. post Pile. q. lvj. Et ex predictis infertur, q licet véditor, qui videlicet vendidit in vim pacti legis commissorie, teneatur obseruare iuramentum, et sic contrauenire non possit, nisi prius obtenta absolutione a iuraměto, que concedi debet sm Bart. Ang. et doctores in. d. l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. et docto.
4 in. d. c. significãte. quia † tamen, vt predixi, pactum non firmatur iuramento, potest heres venditoris contrauenire: vtpote, qui non reperitur astrictus: non enim in vim contractus: quia, vt dixi, ille remanet nullus, tanq a lege improbatus: et sic dici nõ potest, q vires illius transeát contra heredem venditoris: non etiam in vim iuramenti, quia iuramentum quoad vinculum periurij est personale. Et sic non transit in heredem periculum periurij. c. veritatis. et quod ibi Innoc. et doct. de iureiuran. et quod not. Bald. in auth. sacraměta puberũ. C. si aduer. vend. Et pro premissis videatur, si placet, quod not. Christophor. Porc. instit. de hered. qual. et differen. versi. sed dicit aliquis, etc. et post eum do. Jason May. in. d. authen. sacramenta puberum. vers. et si dicas que vtilitas est an iura dicant, etc. Et ita dicta pretensa venditio in nullo suffragatur prefato Michaeli,
5 qui † propterea nec etiã de euictiõe opponere potest, quia quem de euictione teneat actio, eundẽ agẽtem repellat exceptio. l. vendicantem. ff. de euict. quia non est verum, vt apparet ex predictis, q si pratum predictum esset per alium euictum, dictus Antonius teneretur de euictione: quia venditio non valuit: male etiã opponitur de prescriptione:
6 quia cum dictus Clemẽtis cõtra legem † mercatus sit et sic presumptione fuerit, et sit male fidei. l. quemadmodum. et quod ibi doct. C. de agric. et censi. lib. xj. ipse prescribere non potuit, vel maxime, vel saltez in tempore de quo opposuit, d. l. quemadmodum. et quod ibi gl. Joan. de Plat. et doct. et tenetur de fructibus per eum perceptis. l. j. in fi. C. de fide instrumen. et iure has. fisc. lib. x. Forte vero opponetur, q in dicta venditione nõ interuenerit pactum legis cõmissorie: pro eo quia dictum pratum non fuit specialiter obligatum pro solutione viginti et septem florenorum; sed generaliter. Sed istud non obstát: tum quia regulariter idẽ operatur generalis hypotheca quod specialis: vt not glos. in l. qui generaliter. ff. qui pot. in pig. habean. et l. si is qui. ff. de iure fis. facit regula, que ponitur in. l. si duo. ff. de adminst. tutor. Tum quia, vt dicit Pet. relatus per Cyn. et doctor.
7 in. d. l. fin. C. de pact. pig. ratio † prohibitionis pacti legis commissorie in pignoribus fuit, pro eo, quia debitor omne pactum iniret, seu faceret cum creditore, vt haberet pecuniam. Et ideo cum postea non satisfaceret, perderet dominium quodammodo, sine eius consensu: refert etiam Cyn. vbi supra, aliam rationem prohibitionis reddi per Odofr. scilicet quia si tale pactum valeret, nunq sine pacto huiusmodi creditores crederent pecuniam sub pignore: quod esset contra bonos mores. Et has duas rationes etiã refert Albe. in. d. l. j. et Panor. in. d. c. significante. que rationes ita videntur procedere eo casu, quo pro solutione debiti obligãtur expresse, et generaliter omnia bona, et in casum in quem non fiet debiti solutio in termino prefixo, aliquid de bonis huiusmodi, et pro illo debito vẽditur quemadmodum procedũt eo casu, quo illud idem quod venditur, fuit specialiter obligatũ. Ergo idem ius vtrobiq statui debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Et supposito q prima ratio, non omnino posset adaptari huic casui, saltem secunda optime adaptatur: et videtur proculdubio sibi locum vendicare, scilicet q si pactum huiusmodi valeret, nemo credere vellet sine generali hypotheca bonorum debitoris, et venditione alicuius, aut aliquarum rerum in defectum solutionis, in qua posset debitor multum ledi. non ergo debet valere isto casu: quia quelibet dictarum rationum videtur sufficere ad impugnationem pacti legis commissorie in pignoribus: et sic venditionis, de qua supra. Et ita sufficiet, q vna ex rationibus predictis sibi locum vendicet in hoc casu: per id quod legitur et notatur in. l. liberorum. §. notantur. ff. de his qui not. infamia. quod etiam voluit Jo. de Imola in. c. j. versic. sed certe ista solutio, etc. ne sed. vacan. et in cle. dispendiosam. super verbo, Deci. de iudic. et in. l. si vero. §. de viro. ff. soluto matr. Panor. in. c. intellecto. de iureiur. et Alexand. de Imola in. l. possideri. §. ex contrario. ff. de acquiren. possess. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis et postb. et in. l. j. C. de edendo. Preterea si venditio huiusmodi, vel pactum legis cõmissorie valeret eo casu quo non

procederet hypotheca specialis, sed gñalis, esset facillimũ illudere iura dānantia istud pactum: quod non videtur tollerandum: quia malitijs hominum obuiandum est. l. in fundo. versi. neq3 malicijs. cum suis si. ff. de rei vend. Forte vero opponetur, q̄ dicti viginti septem floreni nō fuerūt mutuati, sed debebātur ex causa venditionis, ⁊c. ⁊ q̄ propterea dici non possit, q̄ in dicto casu fuerit pactū legis cōmissorie: cū illud solū fieri videatur in mutuo: sed istud nō obstat: tum q2 possibile est, q̄ in casu nostro fuerit facta fraus de contractu ad contractum, ⁊ quanuis dicti viginti septem floreni deberentur ex mutuo, fuerit tamen dictus Franciscus instigāte prefato Michaele, cōfessus illos debere ex causa venditionis: vt sic forte non posset impugna
8 ri predicta venditio: tum ⁊ quia dictum pactum † legis commissorie non solum fit in mutuo, sed etiam in alijs creditis: vt probatur in dicta. l. quāuis. alias Calipodius. ff. de solu. ⁊ in. l. ij. C. de pac. pign. Et ita non obstat predicta
9 oppositio. Etiam nec obstat, quod † ex aduerso opponitur in quibusdam iurium allegationibus in hac causa parte dicti Michaelis productis: scilicet q̄ cum pretensum debitum viginti septem florenorum ex interuallo precesserit predictam venditionem, ⁊ sic venditio huiusmodi facta nō fuerit a principio debiti, illa valuit. d. l. ij. ⁊ quod ibi Bar. C. de pact. pigno. quoniam respondeo, q̄ non apparet dictum pretensum debitum precessisse: quinimo potius contrarium: scilicet q̄ toto tempore quo pretenditur fuisse venditas annonam, ac oleum, ⁊ mutuum receptum de quibus ibi, ⁊ pro quorum annone, ac olei mutuo fuit ipse Francis. confessus debere summam, ⁊c. fuerit facta venditio dicti prati ⁊ sic non ex interuallo, sed ab initio debiti: preterea presupposito citra preiudicium veritatis, q̄ predictum debitum precessisset dictam pretensam vēditionem prati, seu pactum, illa tamen non precessit pignus, seu hypotheca facta de prato, ⁊ alijs bonis dicti Frācisci, sed facte sunt eodem contextu: ⁊ ita non obstant not. per Barto. ⁊ alios in dicta. l. quanuis. Salicetum ⁊ alios in dicta. l. finali. C. de pactis. pigno. ⁊ canonistas, in dicto capitu. significante. quatenus volunt, q̄ pactum de vendendo, vel dando in solutum, seu pactum venditionis, aut dationis in solutũ pro pretio debito factum ex interuallo contracti debiti valeat. Quoniam hoc debet intelligi quando factum est ex interuallo contracti debiti, ⁊ pignoris pro debito: prout etiā colligitur ex not. per Barto. ⁊ alios in dictis iuribus, si bene palpentur eorum verba. ⁊ per Bald. in cap. j. in princip. versicu. pone quod pactum legis commissorie non est appositum in ipso contractu pigno. de feudo dato in vicem legis commissorie: sentiunt enim doc. quod interuallum huiusmodi debeat esse nō tantum inter debitum, ⁊ pactum legis cōmissorie, sed inter contractum pignoris seu hypothece, ⁊ pactum legis commissorie: quod non apparet fuisse in casu nostro. Non enim est ostensum, quod ex interuallo ante dictam venditionem factam in vim pacti legis commissorie, fuerint bona predicta obligata, seu hypothecata, quinimo, q̄ plus est, si veram dicimus, non apparet quod dictus Fraciscus fuerit debitor ex interuallo ante dictam venditionem. Et supposito quod dictus Antonius non obtulisset dictos viginti septem florenos, prout obtulit q2
10 tamen fructus † per eundem Clementis ex dicto prato percepti, debent imputari in sortem. l. j. ⁊. ij. C. de de pign. act. ⁊. l. iij. de partu pigno. deberet ipse Clementis condemnari ad restitutionem dicti prati: nec obstat, quod non sit probata fructuum quantitas, seu valor: quia cum constet pratū debere restitui ⁊ illud fuisse possessum per dictū Clementis, ⁊ sic fructus perceptos, potest iudex se informare de quantitate, seu valore fructuum: per id quod voluit Barto. ⁊ Ang. in. l. si quod ex Pamphila. in fine. ff. de lega. tertio. ⁊ voluit Bart. in. l. prima. in fine. C. de sentē. que pro eo quod interest. ⁊ Ange. Are. in. §. si quis agens. insti tu. de actio. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De donatione ante nuptias. ¶ Consi. cclxxiiij.

¶ Epitome.

¶ Donata etiam a consanguineis viri sponse vel puerpere mulieris sunt de consuetudine magis quam de iure. Vasquinus Filiolus.



Etiam Si verum esset, q̄ opinio Bart. quam ipse posuit in l. sed ⁊ si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. ⁊ pupil. scilicet q̄ donata sponse tempore nuptiarum a cōsanguineis viri, seu spōsi, censerentur, ⁊ censeri deberēt donata esse viro, ⁊ esse sibi acquisita, cuius tamen contrarium voluit multis rationibus Ang. ⁊ sequitur Raph. Cuma. ⁊ Ful. in. d. l. sed ⁊ si plures. §. arrogato. ⁊ Ang. in. l. vt liberis. C. de collat. illud tamē non refragaretur, aut noceret honeste mulieri Catherine Jauberte, relicte probi quondam viri Joānis Alani: nec suffragaretur heredibus eiusdē quondam Joannis: pro eo quia non apparet, nec apparebit, q̄ paropsides, disci, seu plati, hydria, ⁊ alia vasa stagni dudū donata eidem Catherine, aliqua, videlicet tempore eius nuptiarum, ⁊ alia per eius compatres tempore puerperiorum fuerint sibi donata a consanguineis dicti eius quondam viri, ⁊ ita non sumus in casu, in quo loquitur Barto. ⁊ sequaces, sed in casu diuerso: ex quo propterea non infertur ad casum presentem. l. inter stipulantem. §. sacram. vers. sed hec dissimilia. ff. de ver. obl. ⁊ vulgata. l. Papinianus. ff. de minorib. Preterea Joan. de Jmola in. d. l. sed ⁊ si plures. §. in arrogato. limitans opinionem seu dictum Bart. dicit illam ita demum procedere, quando constaret maritum non velle, q̄ vxor habeat ea que sibi donata sunt per consanguineos viri: et sic donationem de eis factam reuocet: alias vero, vt alie donationes inter virum ⁊ vxorem morte confirmantur. l. penult. C. de dona. inter vir. ⁊ vxor. ⁊. l. hac edictali. circa prin. C. de secund. nupt. Preterea certum est, q̄ de consuetudine generali in hac patria obseruata, ⁊ que seruatur, donata sponse etiam si donētur a cōsanguineis viri, acquirētur ipsi sponse: ⁊ idem de donatis mulieri in puerperio: que consuetudo tenet, ⁊ valet. per id quod not. Bald. in. l. cum ante. C. de donat. ante nupt. pro quo allegat. l. cum plures. cum similibus. ff. de tute. ⁊ ratio distrahen. ⁊ hoc sequitur Alexand. de Jmo. in. d. l. sed ⁊ si plures. §. in arrogato. male ergo ⁊ de facto fuerunt predicta donaria eidem Catherine oblata, ⁊ penes tertium sequestrata. Et deterius pro trāsportatione bonorū huiusmodi predicta Catherina in causam inquisitionalē, quasi furtum commisisset instigante eius socru: ⁊ ad instantiam procuratoris fiscalis tracta, ⁊ deinde multiplicata, molestata, ⁊ vexata.

¶ Rub. De codicillis. ¶ Epitome. ¶ Consili. cclxxv.

Substitutio pupillaris codicillis reuocari potest, presertim in fauorē venientium ab intestato vel propinquo rum: sed tantum valet iure fideicōmissi. V. F.

1 ¶ Conditio si sine liberis, deficit liberis superexistentibus: quanuis nepotes sine alijs decedant.
2 Substitutio pupillaris de extraneis facta in testamento an in codicillis reuocari possit.
3 Uxor ad bona viri post quos vocetur.
4 Substitutio verbum commune est.
5 Presumitur nemo eligere viam, per quam eius iudicium impugnatur.
6 Fideicommissarius propria authoritate apprehendens possessionem bonorum hereditariorum quomodo appellatur.
7 Vidua infra annum luctus ad quid ideo puniatur.



Uisis Jnstrumento testamenti dudum conditi per prouidum quondam Laurentium Alamandi, ⁊ copiis testamēti ⁊ duorum codicillorum factorum, ⁊ conditorum per probum quondam virum Joannem Alamandi, filium predicti Laurentij, vna cum themate consultationis mihi exhibitis, ⁊ que sitis, seu dubijs ex themate huiusmodi elicitis. Dico ⁊ respondeo breuiter, ⁊ succincte prout infra. Et primo ad
1 primum respondeo, q̄ † cum dictus Joannes non decesserit ab humanis sine liberis naturalibus, ⁊ legitimis: pro eo quia eidē superfuit Cyprianus eius filius naturalis, ⁊ legitimus, ⁊ sic non decessit sine herede. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebellianum. deficit conditio, sub qua prout dī viri Stephanus, Jacobus, ⁊ Bartholomeus Alamādi ipsius Joannis fratres fuerant eidē substituti: ⁊ sic expirauit substitutio, nec est curandum: hoc est pro eis nō facit, q̄ vi

quod dictus Cyprianus post mortem dicti Joannis eius patris sine liberis decesserit. l. cum vxori vsusfructus. C. quan. dies lega. ced. l. si quis heredem. C. de instit. et substitu. sub condic. fact. l. heredibus. in princip. ff. ad Trebel. et argu. a contrario sensu dicte. l. ex facto. §. si quis autem susceperit. ff. ad Trebel. quod etiam per dicta iura voluit Oldradus consil. xxi. exordiente, Thema tale est, testator habebat fratrem vnum, etc. Joan. And. in addit. Specu. tit. de testam. §. in primis. in addit. exordien. Huic questioni accedit. versiculo, quinta questio, etc. et Paul. de Cast. consilio. cxlvi. exordien. Super secundo puncto pro declaratione, etc. Et sic nihil possunt petere prefati Stephanus, Jacobus, et Bartholomeus Alamandi in vim paterne substitutionis. ¶ Ad secundum dico, et respondeo, quod in hoc sunt opiniones. Bart. in. l. militis codicillis. in princip. ff. de testamen. milit. quem sequuntur Fulgos. Paul. de Cast. et Alex. de Jmol. in. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testam. Franc. de Aret. in authen. hoc inter liberos. C. eod. titu. et in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. et pupil. et Raph. Cumanus post Bart. in. l. ij. ff. de iniust. rupt. et irri. testa. et in
2 dicta. l. militis codicillis: volunt, quod † substitutio pupillaris facta de extraneis in testamento precedente possit reuocari in codicillis qui postea fiunt, et ibi institui venientes ab intestato: pro qua opinione, inducuntur per eos multa fundamenta: et tenendo hanc opinionem, videretur valere reuocatio pupillaris substitutionis facte in testamento, de dictis Stephano, Jacobo, et Bartholomeo, et substitutio facta de Antoneta matre predicti Cypriani, que alias erat ab intestato sibi successura: sed contra hanc opinionem tenuerunt Bald. et Angel. in dicta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. Bal. et Sali. in. l. filij. C. famil. erciscu. Ang. et Jmol. in. l. j. ff. de iniusto rupt. et irrit. testa. Bald. Angel. et Sali. in multis alijs locis, allegatis per Alex. de Jmol. in dicta. l. hac consultissima. §. si quis autem. et Rom. consi. clxxix. exordiente, Amplissime doctor, etc. qui pro hac opinione multa inducunt, et inter alia. l. hereditas. C. de codic. et §. codicillis. instit. eo. tit. per que iura probatur, quod hereditas directo dari vel adimi non potest in codicillis. Inducunt et alia iura, et respondent motiuis Bart. et aliorum tenentium, dictam opinionem: et quia hincinde sunt doctores multi, et multum famosi, negari non potest quin hec questio sit multum dubia: quia doctorum opiniones faciunt rem ambiguam: vt voluit Barto. in. l. qui Rome. §. duo fratres. in. vi. oppositio. ff. de verb. obliga. per not. in. l. et ideo. ff. de legi. et Alexan. de Jmol. consil. ccxxiiij. exordien. Uisa facti narratione, etc. Sed forte dici potest, quod dicta. l. hac consultissima. §. si quis autem. in quo principaliter se fundat Bart. in. d. l. militis codicillis. in prin. ff. de testamen. milit. non facit pro dicta Antoneta, pro eo quia ille. §. loquitur de illis, qui alias abintestato succedere poterant testatori tanquam proximiores: cuiusmodi non est † vxor: que
3 duntaxat vocatur eo casu, quo deficiunt descendentes, ascendentes, et collaterales vsque ad certum gradum. l. vnic. C. vnde vir et vxor. Etiam Bart. in. d. l. militis codicillis, loquitur in sororibus impuberis, et vt puto testatoris substituentis filiabus. et Jo. de Jmo. in. c. Raynutius. versic. quid autem si in testamento, etc. de testa. querens an in testamento minus solenni, possit pater pupillariter substituere filio impuberi: dicit quod sic si substitutus sit de liberis testatoris: quia inter eos valet testamentum minus solenne. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto: secus autem si substitutus esset extraneus. per id quod habetur in dicto. §. ex imperfecto. Preterea cum dictus Joannes Alamandi illam suam vltimam dispositionem, in qua reuocauit substitutionem factam de predictis Stephano, Jacobo, et Joanne, et dicto Cypriano substituit predictam Antonetam, et quondam sui ipsius Joannis neptem ex Clemente Alamandi, eius quondam fratre predefuncto, vsus fuerit ver-
4 bo, † substituo, quod est commune. l. iam hoc iure. §. sed si alter: et quod ibi docto. ff. de vulga. et pupil. quod etiam voluit glos. in. l. precibus. C. de impube. et alijs substitutionibus. Joannes Andreas in cap. si pater. de testamentis in vi. in nouel. Barto. in. l. Centurio. circa fin. vbi etiam alij doctores. ff. de vulg. et pupil. idem Joannes censendus est voluisse substituere, et substituisse, non quidem directo et pupillariter, sed per fideicommissum: per id quod not. Barto. et Pau. de Cast. in. l. Sceuola. ff. ad trebel. quatenus inibi reprehendunt Jaco. de Are. volentem, quod substitutio, de qua loquitur. d. l. Sceuola. facta fuerit per verbum commune, substituo, et ideo trahitur ad fideicommissum. l. cum quis. §. Seia. ff. de leg. iij. et dicunt glo. ducente, quod imo facta fuit per verbum directum, esse veram, et quod ibi est text. pro ea: ponit enim illa lex quod substitutio de qua ibi, de rigore iuris non valeret, quia directa: sed ex benignitate iuris trahitur ad fideicommissum. Sed secundum Jaco. de Are. esset de rigore iuris. l. ex facto. in prin. ff. ad trebel. l. filiusfamilias. §. vt quis. ff. de leg. j. Ecce ergo quod secundum mentem Bart. et Pau. de Cast. substitutio facta pupillo in codicillis per verbum commune, de rigore iuris trahitur ad fideicommissum dicta ergo substitutio censetur fideicommissaria, non
5 pupillaris. Pro quo facit, quia † non est censendus dictus Joannes in dubio viam elegisse, per quam eius iudicium impugnaretur. l. iij. versi. nec credendus est, etc. ff. de testam. mili. Sic igitur censendi sunt dicti Stephanus, Jacobus, et Bartholomeus fuisse in dictis codicillis rogati de restituendo pupillarem hereditatem dictis vxori et nepti, per ea que scribunt docto. in. d. l. Sceuola. et in. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. et pupil. de quo multa in. d. l. hac consultissima. §. si quis autem. et in. d. l. militis codicillis. detrahent tamen predicti Stephanus, Jacobus, et Bartholomeus de dicto fideicommisso quartam trebellianicam, que detrahi solet per heredes grauatos de restituenda heredita-
6 te. Uerum † quia, vt audio, predicta Antoneta fideicommissaria, sua authoritate apprehendit possessionem bonorum hereditariorum, consulo predictis Stephano, et fratribus, quod ipsi implorent et intentent beneficium. l. fin. C. de edict. diui Adri. tol. quod datur etiam substitutis pupillariter post mortem pupillorum. not. glo. et docto. in. d. l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. et Angel. Are. in. §. quadrupli. in materia. d. l. fi. et paulo post libellum quem format super remedio. d. l. versic. quid in substituto pupillariter. institu. de actio. Nec erit predicta Antoneta legitima contradictrix ad impediendum missionem in possessionem, postquam nondum facta est sibi verbalis restitutio, per ea que scribunt doct. in. d. l. fi. et in. l. filiam fratribus. ff. ad trebel. Et si post missionem in possessionem, quam obtinere debent dicti Stephanus, Jacobus, et Bartholomeus, prefata Antoneta petat sibi tanquam substitute restitui hereditatem prefati quondam Joannis, aut hereditates dictorum Joannis, et Cypriani, ipsi detrahent trebellianicam. ¶ Ad tertium videtur prima facie dicendum, quod dicta Antone-
7 ta † tanquam ingrata priuari debeat bonis, et iuribus sibi relictis per dictum quondam Joannem: pro eo quia contrahendo infra annum videtur se reddidisse ingratam, et offendisse animam mariti defuncti, eque tristatur per transitum ad secunda vota: et maxime, quando fit infra annum luctus. authent. de non eligendo secundo nubente. §. gregoriana. versic. prosperimus. et §. cum igitur. et authent. de nup. §. soluto. §. si autem tutelam. et §. quod vero. versi. nos igitur. colla. iiij. quos text. ad hoc allegat Angel. in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebel. subijciens non esse verisimile testatorem cogitasse de transitu ad secundas nuptias, per quas, vt dixi, videtur sibi inferri iniuria, que solet esse ademptionis legatorum, et fideicommissorum. l. iij. in fin. ff. de adimen. lega. Et hoc scilicet, quod maritus relinquens vxori non sentiret verisimiliter de transitu ad secunda vota, et quod de consuetudine priuetur relicto mulier sic transiens, tenuit Oldra. relatus per Joan. de Jmol. in d. §. cum proponeretur. Facit quod not. Bald. in. l. j. in. v. notab. C. de rapt. virgi. et in. l. fin. C. de indic. vidui. tollen. Angel. in. d. §. soluto. et §. cum igitur. superius allegatis. Et quod mulier per virum heres instituta, nubens infra annum debeat tanquam ingrata, et offendens animam viri priuari hereditate, tenuit Bald. consilio suo, incipiente in Christi nomine amen, proponitur in facto, etc. et Angel. consilio suo, exordiente, Maritus veniens ad mortem: quos refert et sequitur Alexan. de Jmol. in. l. j. C. de secun. nupt. Et quamuis fatear me non reperisse, nec legisse consilia huiusmodi, quia tamen Alexan. fuit verus recitator, credendum est quod ipse illa viderit, et quod ita consuluerunt Bald. et Angel. veruntamen quia hodie per dictum Apostoli mortuo viro mulier soluta est a lege viri, et nubere potest in Christo. c. penult. et fi. de secund. nupt. non videtur mulier nubens infra annum luctus, incurrere penas legales, de quibus in. d. l. j. et authent. inibi posita. C. de secund. nupt. quod etiam voluit glo. et docto. magis communiter in. d. l. j. C. de secund. nupt. qui notant quod pene introducte in odium mulieris secundo nubentis sunt hodie abolite: non autem ille que sunt inducte in fauorem liberorum prioris matrimonij, de quibus in. l. femine. l. hac edictali. l.

generaliter, ⁊ multis aliis iuribus. C. de secund. nupt. Et sic non audeo consulere vel firmare quod propter dictum transitum prefata Antoneta priuari debeat bonis ⁊ iuribus predictis. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rubr. De impuber. ⁊ al. substit. ¶ Consilium. cclxxvj.
¶ Epitome.

¶ Substitutio compendiosa per verbum commune adiectum certe rei vel quantitati facta, etiam directam pupillarem complectitur, quando de pupillari expresse testator dixit. V. F.

1 ☞ Substituo verbum commune est.
2 Hereditates patris ⁊ filii diuerse sunt.
3 Substitutio pupillaris verbis directis facta, trahitur ad vniuersum patrimonium.
4 Legitima per pupillarem substitutionem tollitur.



Ponitur In facto quod dudum anno, scilicet Domini millesimo. cccc.xcix. ⁊ de mense Januarii, honorabilis vir Bernardus Plantauit, habens duas filias impuberes naturales et legitimas, scilicet Agnetē ex prima eius vxore, ⁊ Francesiam ex honesta muliere domina Margarita eius secunda vxore: fecit ⁊ condidit eius vltimum et nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera heredes vniuersales instituit, ⁊ ore suo proprio nominauit dictas Agnetam ⁊ Frācesiam filias suas equis portionibus: instituit etiam certo modo posthumum masculum aut posthumam feminam, si quem aut quam dicta domina Margarita in vtero tunc deferret. Et quia nec posthumū, nec posthumā, tunc vel postea habuit, non aliter exprimo huiuscemodi institutionem. Et si contingeret prefatā Francesiam decedere siue mori in pupillari etate, aut alias quandocunque sine libero, vel liberis ex suo corpore de legitimo matrimonio procreato seu procreatis: eidē Francesie substituit dictos Agnetem ⁊ posthumum, seu posthumam si essent in humanis, seu alterum eorundem. Et si contingeret ipsam Agnetem decedere siue mori in pupillari etate, aut alias quandocunque sine libero vel liberis ex suo corpore de legitimo matrimonio procreato, seu procreatis: eidē Agneti sic decedenti in quarta parte dictorum bonorum, seu ipsius testatoris, Francesiam predictam substituit, ⁊ in alia quarta parte posthumum seu posthumam. In alia vero quarta parte eidem Agneti substituit heredē domus paterne, ex qua exiuit idem testator. Et in alia quarta parte substituit pauperes Domini nostri Jesu Christi, quam partem voluit eisdem distribui, illis videlicet quibus videretur. Hec pars distribuenda exequutoribus ⁊ tutoribus in dicto testamento descriptis: si qui essent ad voluntatem propinquorum ⁊ parentum eiusdem testatoris substituit preterea in quarta parte huiusmodi prefatam dominam Margaritam vxorem suam, ⁊ Antoniū Plantauit eius nepotem ⁊ quemlibet ipsorum in centum libris turonens. Si vero contingeret quod nullus esset posthumus seu posthuma deueniens ad substitutionem de qua supra: ipse equis partibus substituit alios tres substitutos, videlicet Francesiam domum paternam, seu heredem illius pauperes Christi, ⁊ dictos do. Margaritam ⁊ Antonium. Et si dictam Francesiam, ⁊ posthumum seu posthumam, aut ipsorum alterum modo quo supra decedere aut mori contingeret, non superuiuentibus, siue superuiuēte dictis Agnete seu posthumo vel posthuma, substituit domum paternam seu heredem illius in medietate predictorum bonorū, ⁊ in alia medietate pauperes Domini nostri Jesu Christi. Tutores vero dictarum Agnetis ⁊ Francesie filiarum ⁊ heredum suarum ad regendum ⁊ gubernandum earum personas ⁊ bona, esse voluit ⁊ nominauit Joānem Dombelli, ville de Montegnaco, ⁊ dictum Antonium Plantauit eius nepotem. Qui testator permanens in voluntate huiusmodi vita functus est, ⁊ ab humanis decessit, superstitibus, ⁊ sibi superuiuentibus prefatis Agnete ⁊ Francesia heredibus, ⁊ domina Margarita vxore, que vt dixi, nec posthumum, nec posthumam post testamētum predictum peperit. Mortuo autem ⁊ vita functo predicto testatore, dicte Agnes ⁊ Francesia ministerio dictorum suorum tutorum, bonis ⁊ hereditati eiusdem se immiscuerunt, ⁊ pro ipsius heredibus vniuersalibus se gesserunt: postque prefata do. Agnes adhuc impubes, vita functa est, ⁊ ab humanis decessit, superstitibus prefatis domina Margarita matre, Frācesia sorore, Antonio Plantauit, ⁊, vt creditur, Joanne ipsius Antonii patre, ⁊ herede domus predicti testatoris. Queritur est an substitutio facta dicte Agneti de predictis Francesia, ⁊ aliis valuerit aut valere potuerit iure pupillaris substitutionis. Secundo quesitum est, an si contingeret predictam Francesiam ab humanis decedere superstitibus predictis ibi substitutis, aut aliquibus ex eisdem, possent illi eidem Francesie succedere in vim pupillaris substitutionis. ¶ Ad que dubia respondeo breuiter ⁊ succincte. Et primo ad primum, pro

1 cuius solutione premitto quod † verbum substituo, est verbū commune. l. iam hoc iure. §. sed si alter. ff. de vulgari ⁊ pupilla. quod etiam voluit Joan. And. in. cap. si pater. in nouel. de testamen. in. vj. Bart. in. l. Centurio. ff. de vulga. et pupil. ⁊ docto. in. d. l. iam hoc iure. ⁊ Oldrad. consilio. cvij. exordien. Circa ius municipale. versi. circa secundam questionem ex themate elicitam, ⁊c. ⁊ alii in aliis locis. Secundo premitto quod substitutio compendiosa facta per verbum commune in re certa, aut quantitate seu portione non trahitur ad directam substitutionem: vt voluit Barto. in. l. Centurio. versicu. quero quid si substitutio compendiosa fuit in re certa per verbum commune, ⁊c. ⁊ versicu. quero vlterius quid sit hec substitutio, ⁊c. ff. de vulg. ⁊ pupil. vbi etiam alii ⁊ signanter Joan. de Jmol. versic. item adde in quantum tangit an substitutio facta per verbum commune in certa re ⁊c. Roma. consil. lviij. exordien. Visis narratis in puncto, ⁊c. quo ad primum, quo queritur, ⁊c. Alexā. de Jmol. in multis eius consiliis, ⁊ presertim consil. ix. consilio. xxv. exordien. Circa primum dubium, ⁊c. ⁊ consi. xlv. exordien. Habita super iis de quibus dubitarit cōtingit, ⁊c. versic. circa tertium, in primo volu. ⁊ Franc. de Aretio consil. clv. exordien. Periculosum est vt Hieronymus ait in explanatione, ⁊c. Substitutio vero de qua queritur: vt patet ex verbis fuit compendiosa facta per verbum commune, substituo, ⁊ in re certa seu in portione, quia scilicet non in bonis seu in hereditate dicte Agnetis, sed in bonis predicti testatoris, vt patet ex tenore illius. Heredi-
2 tas enim † patris, ⁊ hereditas filii sunt diuerse hereditates: vt declarat Barto. ⁊ alii in. l. patris ⁊ filii. ff. de vulg. ⁊ pupillari. ⁊ Francis. de Aret. in dicto consilio. Testator ergo relinquendo aliquibus hereditatem suam, ⁊ non totū patrimonium pupilli, non potest dici eos substituisse in aliqua vniuersitate: sed in re certa ex quo non reliquit eis etiam alia bona pupilli. l. cum filius. §. Lucio. ⁊ quod ibi Bart. ff. de lega. ij. ⁊ l. cogi. §. sed si miles. ⁊ quod ibi Barto. ad trebel. in quibus patet, quod quando testator legat aliqua vel mandat restitui hereditatem cuiusdam tertii que ad se peruenerat, non dicitur relinquere fideicommissum vniuersale, sed particulare. Quāuis igitur prefatus Bernardus videatur substituendo dicte Agneti eius filie, per quotas distribuisse totum patrimonium, quia tamen in distributione quotarum huiusmodi se retulit, nō quidem ad totum patrimonium eiusdem Agnetis, sed ad patrimonium, seu ad illa bona in quibus eam heredem instituit, cēsetur ipse eidē Agneti substituisse in re certa per predicta: ad que bene facit quod voluit Salic. in. l. precibus. C. de impube. ⁊ aliis substit. vbi dicit quod si testator instituto filio impubere substituit per hec verba: quandocunque filius meus decesserit, per commissarios meos bona mea distribuantur in pauperes Christi: talis substitutio nunquam erit pupillaris: quia testator se restrinxit ad bona sui ipsius, ⁊ nihil disposuit de bonis pupilli. Quo fit, vt non videatur voluisse substituere pupillariter: quia per pupillarem succeditur in bonis pupilli. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ institu. de pupil. substitu. sed per fideicommissum succeditur testatori. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. Et idem voluit Alexan. de Jmol. dicto consilio. xlv. versicu. fortificantur predicta, ⁊c. Cum igitur idem Bernardus substituendo dicte Agneti se retulerit ad bona sui ipsius, propter illa verba dictorum bonorum suorum: ipse non videtur voluisse eidem Agneti substituere pupillariter, sed magis per fideicommissum. Quod si ita est, videtur quod ex persona sua potuerint detrahi due quarte, scilicet legitima que non venit in fideicommisso. d. l. coheredi. §. cum filie. ⁊ trebellianica, iuxta doctrinam quam ponit gloss. Barto. ⁊ docto. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testamen. gloss. ⁊ Barto. in. l. quod. C. ad legem falcid. Bald. in. l. filium quem. C. famil. ercisc.

ercíscun. multas remissiones ponit domi. Iason Mayn. in dicto. §. cum filie. & auth. res que. C. communia de lega. Pro quo sunt boni text. in. c. Raynutius, & in. c. Raynaldus. de test. Sed his nō obstātibus, puto, sub correctiōe cuiuslibet domini melius sentientis, q substitutio predicta fuerit pupillaris, pro eo quia quamuis facta fuerit per verbum commune substituo. ibi tamen expressa est pupillaris etas quo casu manifesta est intentio testatoris secundum omnes, q verbum commune accipitur pro directo secundum glo. & docto. in dicta. l. precibus. & in allegata. l. centurio: quod etiam sensit Barto. in. l. si ita. §. qui filio. ff. de bonor. posses. secundum tabulas. in dicta. l. precibus. versicu. Item queritur, nunquid Philip. de Franco. in. c. si pater. versicu. queritur si substitutio compendiosa fiat tantum in
3 re certa, &c. de testa. in vi. Sed† certum est, q substitutio pupillaris, facta in re certa, per verbum directum, valet, & trahitur ad vniuersum patrimonium. dicta. l. coheredi. §. fin. & quod ibi doct. & Ange. in. l. ij. ff. de vulg. & pupilla. Dicta igitur Francesia, & alij predicte Agneti substituti sibi pupillariter successerunt in vniuerso patrimonio: & ita ex persona dicte Agnetis non potuerunt alique quarte detrahi per dictam Francesiam, eius sororem consanguineam. ¶ Ad secundum quesitum dico & respondeo q licet prima facie videatur posse dici, q compendiosa substitutio facta predicte Francesie per verbum commune substituo, & in re certa non possit trahi ad directam, & sic ad pupillarem: vt superius arguendo dictum fuit in prima questione: quia tamen in substitutione huiusmodi etiam fuit expressa pupillaris etas: puto per ea que superius dixi, q si contingeret eandem Francesiam ab humanis decedere in pupillari etate superstitibus sibi substitutis, aut eorum aliquo, ille vel illi eidem succedere possent in vim pupillaris substitutionis, & sic in toto eius patrimonio. d. l. sed &
4 si plures. §. ad substitutos. Et† non solum excluderetur predicta Catherina eius mater ab vniuersali eius successione, sed etiam a legitima, qua priuaretur per pupillarem substitutionē. d. l. precibus. C. de impub. & allegata. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. & d. cap. si pater, vbi text. & quod ibi glo. & docto. de quo etiam Bart. in. l. ij. versi. Tertius effectus. ff. de vulga. & pupil. & Ioan. de Imol. in. d. c. Raynutius. versi. circa tertium videlicet quia pupillaris, &c. Nihil igitur haberet ipsa Catherina mater de bonis vndecunque eidem Francesie acquisitis. Que dixerim, &c.

¶ Rubri. De iudicijs. ¶ Epitome. ¶ Consil. cclxxvij.

¶ Sententia lata super processu in quo mandatum non reperitur, & inter alias personas, q sint ille que sententia hac se iuuare pretendunt, est nulla: & non iuuat. V. F.



Quanuis Quedam asserta sententia que pretēditur fuisse lata anno Domini. M. cccciiij. & die sexta mensis Iunij, pro et in fauorem nobilis Hugonis de Regio pretēsi patris, & legitimi administratoris nobilis Guilielmi de Regio asserti tunc mariti nobilis Catherine de Fossis, q & aduersus vniuersitatē hominū loci de Borna videatur prima facie aliquantulum suffragari, intentioni nobilis, & generosi viri moderni domini eiusdem loci de Borna, & obstare intentioni vniuersitatis hominū dicti loci: tria tamen sunt que videntur eidem domino obstare, & suffragari intētioni predicte vniuersitatis. Primū, q ex tenore dicte pretense sententie, non satis clare, & concludenter, colligitur & apparet q dicta nobilis Catherina nupta extiterit post mortem nobilis, & generosi quondam viri Rossolini de Fossis eius pretensi patris. Nec q illa maritata extiterit per alium nobilem Rossolinū eius assertū fratrem. Dicitur enim ad hoc huius cause propositum, q dicta nobilis Catherina erat filia dicti nobilis Rossolini domini de Borna, & q ipsa contraxit matrimonium, ac legitime, & honeste se maritauit cum Guilielmo de Regio, ex quibus verbis nō colligitur eundem nobilem Rossolinū patrē fuisse antea mortuū, sed potius cōtrariū, pro eo q nō dicitur filia quondā: dicitur insuper in dicta asserta sentētia seu in libello inibi inserto q iuxta ordinationē paternā, & amicorū volūtatē Rossolin9 frater, predicte Catherine, & tūc dominus de Borna cōstituerat, & assignauerat, in dotē & pro dote ipsius Catherine. lx. libras inibi mētionatas. Sed ex hoc non infertur q tēpore matrimonij predicte Catherine mortuus esset dictus nobilis Rossolinus pater: q licet dos nō possit esse sine matrimonio, matrimoniū tamē potest esse sine dote. Nam igitur ex cōstitutione & assignatiōe predicta facta de dictis. lx. libris. per dictū Rossolinum assertū fratrē infertur concludēter q ante cōstitutionē & assignationem huiusmodi etiā viuente dicto nobili Rossolino patre, fuerit matrimoniū contractū inter ipsos nobiles Guilielmū, & Catherinā: q nō probat hoc esse qd ab hoc cōtingit abesse. l. neq3 natales. l. ad probationē. C. de proba. l. nō hoc. C. vnde cogna. & c. cū cōtingat. cū suis simi. de offi. dele. Secundū, q nō apparet quēdam magistrum Petrū Grassi notariū, fuisse procuratorem predicte vniuersitatis, nec pro illius mādato presumatur, aut presumi debet, etiā si a tēpore dicte pretēse sentētie lapsi essent anni ducēti, & vltra, per id qd, si memoria nō me fallat, ponit Bald. in. l. ij. C. si ex fal. instru. & post eum Alex. de Imo. in. l. sciendum. ff. de verbo. obliga. & in. l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hered. Non igitur videtur dicta pretensa sentētia valuisse, etiam si de illa appareret, sed potuit & potest cōtra eā de nullitate opponi ex defectu mādati dicti Grassi per id qd no. Bar. & doc. in. l. iiij. §. condēnatum. ff. de re iudi. & Inno. in. c. cū in iure peritus. de offi. deleg. Tertium q dicta pretēsa sentētia non fuit lata pro dicto moderno domino de Borna nec pro aliquo cui ipse vel vniuersaliter, vel particulariter successerit. Et sic dici nō potest lata inter easdē personas: quo fit, vt se non possit iuuare sentētia huiusmodi idē dominus, maximē ad fines agēdi cum ad hoc vt reus qui est fauorabilior. l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. se iuuet aliqua sententia, & de ea opponere possit, opus est q illa lata extiterit inter easdem personas, vere vel ficte. l. si quis cū totum. §. & generaliter. & l. & an eadē. circa prin. ff. de excep. rei iudi. Et ita nō videtur q ex dicta sentētia possit dictus Modernus dñs, sibi assumere magnū fundamentū contra dictā vniuersitatē de cuius etiā iniquitate apparet ex narratis in pretenso libello, & ex instrumēto illius pretēse trāsactionis super qua se fundat ipse dominus, que loquitur de cōtributione faciēda, quādo dominus dicti loci maritat filiam aut filias, non quando frater sororē, prout alias scripsi. Que dixerim, &c.

¶ Rubri. De appellat. ¶ Epitome. ¶ Consil. cclxxviij.

¶ Appellatione semel deserta, & restitutiōe habita, si appellans iterum negligens fuerit in prosequendo, amplius audiri non debet. V. F.

1 ¶ Appellatio quando deserta dicatur: & iterum per negligentiam & lapsum primi fatalis.
2 Mora vltima nocet: & an et quando fatale secundum non concedendum.
3 Appellanti secundus annus quando indulgeatur de iure ad persequendum appellationem.
4 Articuli non probati vel repulsi, an & quando in aliquo releuent.
5 Iudex an & quando exceptionem admittere non debeat.



Sententia Quam pro reuerend. patre, & omnibus religiosis viris dominis priore & conuentu fratrū Celestinorum Pontisforgie, & in iuridicū fauorē eorundē, tulisse dicitur reuerendus pater, dominus abbas S. Saluatoris in ea parte commissarius, & iudex reputatus per reuerendum in Christo patrem dñm, &c. Contra & aduersus prouidos viros Guilielmum, & Desideriū Guiardi, patruū & nepotē, que lata legitur anno Dñi M. ccccxcix. & die. x. mensis Maij: a qua fuit eadem die parte dictorum Guiardorum illico, & viua voce apud acta appellatum, & apostoli petiti & reuerentiales obtenti, cum prefixione termini ad se presentandum, infra quem tamen non apparet eosdem se presentasse, seu appellationem introduxisse, aut
1 releuasse coram superiore: propter† quod videtur dicta appellatio fuisse deserta. cap. personas. cum suis similib. de appellat. Et supposito citra preiudicium veritatis, q de huiuscemodi desertione, & contra eam fuisset legitime dispensatum, vel ipsi Guiardi aduersus desertionem huiusmodi efficaciter releuati, fuisset & esset nihilominus appellatio parte eorum interiecta, propter subsequutam eorum negligentiam, durante primo fatali deserta, signanter vero & maxime propter negligentiam commissam ab anno Domini M. D. & die decima sexta mensis Mar-

tij vsque ad diem .xj. mensis Maij, que fuit prima, vel secunda dies post finitum primum fatale: quo tempore intermedio, nihil prorsus reperitur parte dictorum Guiardorum fuisse in dicta causa actitatum, seu actum. Quo fit, vt cum tempus huiusmodi fuerit iuris presumptione sufficiens non solum ad faciendum id, quod de causa huiusmodi agendum restabat vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue, sed etiam ad incohandum processum, si antea incohatus non extitisset, mediandumque, ⁊ finiendum, fuerit appellatio antedicta deserta, nec postea habuerint, aut habere debuerint, ipsi Guiardi secundum fatale, etiam stante tempus huiuscemodi negligentie fuissent dicti Guiardi, prout non fuerunt impediti, quia sequens negligentia confundit effectum precedentis impedimenti: prout dici solet, ꝙ † vltima mora nocet.
2 per ea que habentur in .l. mora. in princip. ⁊ in .l. sed si interpellatus. ff. de vsur. l. si seruum. ff. de verbo. oblig. ⁊ .l. illud. cum suis similib. ff. de pericu. ⁊ commo. rei vendi. Jura enim propterea dederunt longum tẽpus ad persequendum appellationem, vt si aliquo tempore interuenerit impedimentum posset illud alio tempore emendari seu cõpensari. Et hec fuit opinio Anton. de Butr. ⁊ Panorm. in cap. ex ratione. de appellation. ⁊ in hac parte concordat Bald. in auth. ei qui. circa. fi. C. de tempo. appella. ⁊ Jaco. de Belloui. in authen. de hijs qui ingredi. ad appellan. §. i. u. ⁊ .iij. Pro qua opinione facit ratio, quia secundus annus
3 † indulgetur a iure ex iusta, ⁊ necessaria causa. dicta auth. ei qui. ⁊ cap. cum sit Romana. de appellat. Sed cessat causa iusta, ⁊ necessaria, quando post impedimentum potuisset appellans causam expedisse si fuisset diligens: nõ enim tunc facit summa ope, prout requirit text. in .l. fin. §. illud. C. de tempori. appella. vbi ponderandum est illum verbũ, summa ope. per ea que notan. extra, de summa Trinita. in rubr. Et hanc opinionem etiam tenuit Joan. de Jmo. in dicto cap. ex ratione. versicu. item potest inferri ad questionem quam tradit Joan. Andr. ⁊c. ibi, ⁊ per hoc videtur inclinare ꝙ, ⁊c. idem voluit ibi Philip. de Fran. versiculo, aliquãdo ⁊ tertio appellans fuit impeditus in principio anni, ⁊c. ⁊ do. Prepositus, versic. quandoqꝫ ⁊ tertio causa fuit a principio, ⁊c. ibi, domi. Anto. Panor. Jmol. ⁊ nouissimi, vbi refert non solum Antonium de Butri. Panor. ⁊ Joan. de Jmola, tenere hanc opinionem, sed etiam nouissimos: ⁊ hec opinio videtur hodie magis communis: ⁊ ideo sequenda in iudicando, ⁊ consulendo. l. j. versiculo, crebrior apud veteres opinio. ff. de officio questo. ⁊ iuxta doctrinam Ostien. Joan. Andr. ⁊ aliorum scribentium in cap. j. de constit. ¶ Premissis vero non obstat, ꝙ post desertionem predicte appellationis fuerint partes predicte, seu earum procuratores causam ipsius pretense appellationis coram egregio viro, do. Honorato Veysoni iudice a quo, prosequuti: per id quod habetur in Clem. si appellationem. ⁊ quod ibi docto. de appellat. ⁊ ꝙ ante illam voluerat Ostien. in. d. c. ex ratione. de appella. Etiam nec obstiterunt, seu obstant prefatis do. Priori, ⁊ cõuentui, quidam pretensi articuli exordientes, Ut vobis egregio viro, ⁊c. parte dictorum Guiardorũ, coram eodem domino Veysoni producti, ⁊ inserti fol. clxviij. Tum quia de contrario eorum que inibi proponuntur apparet per acta cause, ⁊ signanter de negligentia superius mentionata. Tum ⁊ quia supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ
4 de contrario non appareret, quia † tamen illi non fuerunt probati, ⁊ signanter quoad illam diligẽtiam de qua in eis, illi non releuãt dictos guiardos: quemadmodum nec releuarent, si appellatum extitisset, vel a tacita, vel ab expressa illorum repulsione: nisi probetur eorum veritas: per id quod habetur in cap. ex parte ade. de testi. ⁊ cap. interposita. ⁊ quod ibi per docto. de appellat. pro quo facit dictum Jnnocen. quem sequuntur docto. in cap. post electionem.
5 de concessione preben. Dicit † enim ꝙ licet prima facie exceptio appareat rationabilis, ⁊ legitima, tamen quando iudex vehementer suspicatur, ꝙ non sit vera, potest iudex ipse: huiusmodi exceptione non admissa, sententiam proferre: nec debet iudex timere appellationem: quia non propter hoc, ꝙ exceptionem prima facie legitimã non admisit, cassabitur sententia: nisi in causa appellationis probetur de veritate ipsius exceptionis. Quod si ita facere possit iudex eo casu, quo vehementer suspicatur, ⁊c. multofortius, aut saltem non minus hoc facere potuit do. Veysoni ⁊ tacite, ⁊ expresse cum sibi appareret de contrario inibi propositorum ⁊ per acta cause appellationis, ad que dicti Guiardi se referebant in dictis eorum articulis, ⁊ per que pretendebant apparere de eorũ diligentia. Concludo igitur predictam appellationem fuisse desertam, ⁊ propterea eundem do. Veysoni bene ⁊ iuste processisse, ⁊ parte dictorum Guiardorum male ⁊ sine grauamine fuisse appellatum. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ⁊ maxime reuerendissi. patris, ⁊ viri egregij domini Decani sancti Petri Auenionis cõmissarij, ⁊ iudicis cause huius.

¶ Rubrica, De seruitu. ⁊ aqua. ¶ Consilium. cclxxix.

¶ Epitome.

¶ Molendina, furnos, tabernas ⁊ similia cuilibet in suo habere licet: sed plerisque reuerendis dominis Episcopis ⁊ Abbatibus solis certo tempore certisqꝫ locis vina sua vendere licet de consuetudine, aut alio modo (quoniam scilicet, ipsi aquam solam potare forte statuerunt) ne vinum vastetur. Quod tamen sine inuidia honorificentissime eorum dignitatis honesto nunc tribuatur ioco. Vasquinus Filiolus.

1 ¶ Tabernam habere ⁊ vinum vendere an cuilibet liceat. ⁊ de furno ⁊ molendino. ⁊. 5.
2 Jnhibitio cum partis acquiescentia quantum iuris inhibenti tribuat.
3 Seruitutes negatorie incipiunt acquiri a tempore prohibitionis ⁊ acquiescentie, non ante.
4 Carnes vt certo tantũ loco scindantur ⁊ vendantur quomodo acquiri possit.
6 Acquiri ius potest facilius ⁊ breuius consuetudine, q̃ prescriptione: ideo consuetudo potius deducenda.



Jsis Cõsultationis themate, ⁊ alijs scripturis mihi transmissis parte reuerendi in Christo patris, ⁊ do. do. Joannis Andree Gracensis episcopi dignissimi, vna cum dubijs ex themate huiusmodi opportune elicitis: videtur prima facie, ꝙ licet tã idẽ reuerendus dominus, vt ⁊ tanquã abbas, seu commendatarius venerabilis Cenobij sacre insule Lionensis, ⁊ nomine eiusdem abbatie q̃ sui predecessores ⁊ predicti venerabilis cenobij olim abbates habuerunt, ⁊ tenuerunt, seu teneri ⁊ excerceri fecerunt tabernam in loco de Lauoys annis singulis a septuagesima vsque ad festum Pasche. Quodqꝫ licet incole, habitatores, aut alij etiam extranei, ⁊ forenses inibi non emerint vinum ad grossum aut minutum, nisi a prefatis reuerẽdo do. commendatario, ⁊ dictis suis predecessoribus: ⁊ sic nullus inibi tabernã habuerit aut tenuerit a dicto festo septuagesime vsque ad Pascha exceptis prefatis reuerendo domi. commendatario, ⁊ predecessoribus, vel qui ab eis causam, ⁊ titulum habuerunt. Et ita obseruatum extiterit a centum annis citra, ⁊ alias a tanto tempore, ⁊ per tantum tempus, ꝙ de contrario, vel initio hominum memoria nõ existat, possint nihilominus ⁊ vniuersitas ⁊ homines dicti loci de Lauoys, tabernam, ⁊ tabernas habere, ⁊ tenere, ⁊ inibi vinum vendere, ⁊ a vendentibus emere, exemplo ⁊ argumento eorum que dici solent in materia furnorum, ⁊ molendinorum, in qua dici solet, ꝙ quanuis aliquis ab antiquissimis temporibus, ⁊ citra, habuerit furnos, vel molendina in aliqua ciuitate, seu villa, vel oppido, ad quos, pro eorum panibus decoquendis, ⁊ bladis molendis, etiam ab antiquissimis temporibus, ⁊ citra, accesserunt vniuersitas, ⁊ homines locorum huiusmodi: possunt tamen vniuersitas ⁊ homines aut aliqui ex eis, si voluerint facere furnos, ⁊ molendina, ⁊ in illis tã panes suos, ⁊ sua blada q̃ etiam aliorum hominum decoquere, ⁊ molere ⁊ percipere emolumentum, quod inde percipitur. Cuius dicti illa assignatur ratio, quia cuicunque licitum est edificare in suo, etiam vsque ad celum: etiam supposito ꝙ alteri noceat, duntamen principaliter hoc non faciat, vt alteri noceat, sed vt sibi prosit. l. fluminum. §. fi. cum duabus. ll. sequentibus. l. si in meo. ff. de aqua pluui. arcen. l. fi. ⁊ quod ibi Ange. ff. de vsucap. l. altius. ⁊ .l. ⁊ si in edibus. C. de seruitu. ⁊ aqua. l. fi. ff. de seruitu. l. fin. §. penult. ff. quod vi aut clam. ⁊ c. significante. ⁊ quod ibi Ostien. Joann. Andr. in nouel. Panor. ⁊ docto. de appel. ⁊ Barthol. Vero. in suo tractat. de seruitu. sub rubrica, de furn. ⁊ Petr. Jacob. in
1 suis libel. sub rubrica, libel. super fur. Ergo † a simili videtur esse in casu nostro, scilicet ꝙ quanuis prefati reuerendus do. commendatarius, ⁊ predecessores aut pro tempore per

re per eos deputati, habuerint, et tenuerint tabernam in dicto loco de Chauoys annis singulis a dicto festo septuagesime, usque ad festum Pasche: et hoc ab antiquissimis temporibus, et citra. Et quamuis nullus alius durante tempore predicto inibi tabernam habuerit, vel vinũ ab alio emerit, possit nihilominus vniuersitas, vel homines dicti loci nũc tabernã habere, duntamen in suo hoc faciãt, quia habere, aut tenere tabernam, et vinũ in ea vendere, et emere, videtur esse in facultate hominũ queadmodũ habere, et tenere furnũ et molendinũ et inibi suos, et aliorũ panes decoquere, et blada molere, aut pro panibus decoquẽdis, et bladis molẽdis accedere ad hunc furnũ, vel istud molendinũ.

¶ Sed istis nõ obstãtibus, que vere nõ obstant in casu, de quo queritur, sententiam contrariam puto esse veriorem, supposita veritate thematis consultationis superius mentionate, scilicet, quod prefati reuerend. do. commendatarius, et domini predecessores vel habentes ab eis causam et pro eis, non solum habuerint, et tenuerint tabernam annis singulis, et tẽpore predicto ab antiquissimis temporibus, sed
2 etiã † fuerunt in possessione prohibendi, et inhibendi alijs, ne inibi dicto tempore tabernam tenerent, aut vinum venderent: et quorum inhibitionibus paritum fuit, et obeditũ. Per tales enim inhibitiones, imo et per inhibitionem cui paritum est, acquisita fuit possessio, seu quasi iuris prohibendi alijs, et impediendi eos, ne a tempore septuagesime usque ad Pascha tabernam tenerent, vel haberent in dicto loco de Cauoys, et ne inibi vinum emerent, nisi a domino abbate, qui esset pro tempore, vel a deputatis: per id quod not. gloss. et docto. in. l. qui luminibus. ff. de seruit. vrbano. predio. et. l. j. C. de seruitu. et aqua. et quod not. Bal. in. l. item lapilli. versic. tertio quero, etc. ff. de rerũ diui. Barth. Veronens. in dicta rub. de furno. doct. in. d. c. significãte. et Bal. in. §. prediorum. versi. deinde quero quomodo quis. instit. de seruit. et in dicta. l. j. versic. tertio opponitur. C. de serui-
3 tutibus. vbi referens Petr. dicit, quod seruitutum † quedam sunt negatiue, vt seruitus ne altius edifices, et similes, et in ijs dicit non acquiri possessionem, nisi vicinus volens vti libertate, fuerit prohibitus ne vteretur, et ipse sic prohibitus obtemperauerit huic prohibitioni: et ex hoc tẽpore incipit prescribere seruitutem: non ante. d. l. j. C. de seruitu. et aqua. et. l. fina. ff. quemadmod. seruit. amitta. et quod notãt Petr. et Jaco. sub dicta rub. de furno. versicu. sed dico quod si in dicto castro nõ fuit aliquis furnus, nisi furnus, etc. et hoc etiam voluit Joan. de Imol. in dicto. c. significante. versi. itẽ aduerte, quia posset intelligi tex. quod episcopus, etc. Si ergo prefatus reuerendissi. do. commendatarius fuerit tam per se, quam per suos predecessores olim abbates dicti venerabilis cenobij, et dicte abbatie, in possessione prohibendi, etc. nulli dubium quin ipse foueat bonã et iustam causam: per iura et rationes opportune allegatas per egregium virum Dominum primo allegantem. Non enim est hoc ius quid imprescriptibile, seu etiam tale, quod non possit per consuetudinem acquiri: quia imo potest vel prescribi, aut
4 per consuetudinem acquiri: sicut dicitur de † iure scindendi canones in certo suo loco, et prohibendi alijs ne carnes scindant. De quo est sermo in dicto. c. significante. vbi doctores notant, quod pacto, vel consuetudine potest induci, ne victualia vendantur, nisi in vno loco ad commodum illius, cuius est locus: et eadem ratione hoc induci potest per priuilegium super hoc concessum per habentem potestatẽ. Pro quo facit, quod habetur in. c. super quibusdã. §. preterea. de verbo. signifi. Ad allegata in contrarium respon-
5 deo vnico verbo, † quod illa procedunt, nisi ille qui ab antiquissimis temporibus, et citra habuit furnum, aut molendinum probet sibi deberi hanc seruitutem, scilicet, quod nullus alius possit inibi habere furnum, aut molẽdinum, seu quod omnes homines illius loci, teneantur, et debeant suos panes in dicto furno decoquere, et in molendino blada molere. Et hoc ex pacto habito cum predecessoribus, vel quia alias cum vniuersitas, vel homines vellent facere furnos, aut molendina, fuit eis inhibitum per habentem furnum, aut molendinum, et ipsi inhibiti, acquieuerunt inhibitioni: et postea completa est prescriptio: quia isto casu non possunt alij inibi habere molendinum, seu furnum. Et ita sentiunt docto. in dicto capi. significãte. l. j. et. ij. C. de seruitu. et aqua. et in locis supra circa princi. allegatis. et vt dicunt Ostiens. et Joã. And. in dicto cap. significãte: ita potest intelligi lex, et in prouinciali. et. l. si manifest. C. de seruitu. et aqua. argu. l. j. C. que sit longa. consuetu. Et huic casui similis est noster. Verum quia vniuersitas, et homines loci de Cauoys per actus, duos fecisse dicuntur, inquietarunt, et turbarũt dictum reuerendissimum do. Episcopum, in dicta sua possessione, seu quasi laudo quod ipse insistat super possessorio retinende, et quod non immisceat petitorium. Et si contingat eũ deducere possessionẽ tanti temporis, de cuius initio, etc. bonũ erit eundẽ protestari, quod non intendat intentare petitorium, nec deducere titulum, nisi ad colorãdum possessorium, quod ideo dico, vt sic aduersarios impedire possit, ne admittantur ad deducendum, et intentãdum actionem negatoriam in hoc iudicio, melius est enim pro nunc vincere in possessorio, in quo facillime vincemus, et signanter propter illam preconizationem publice factam, anno Domini, M. cccc xciij. et die vltima mensis Januarij, et cui paritum est. Si vero post obtentam victoriam voluerint age
6 re in negataria actione, opponet † reurẽdissimus dominus de prescriptione, vel forte et melius de consuetudine, per quam et sine titulo et tempore breuiori, potuit dictum ius acquiri. iuxta doctrinam quam ponunt doct. in. l. de quibus. ff. de legi. et in. c. fi. de consue. et in. l. j. C. que sit lon. consue. Nec ei quod de breuiori tempore dixi, obstat dictum. c. super quibusdam. §. preterea. quia ille. §. loquitur in consuetudine iuri contraria, cuiusmodi non est consuetudo, de qua supra. Sed forte potius dici debet preter ius, inter quas notant docto. differentiam. Que dixerim breuiter et succincte, et sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De iur. emphyteut. ¶ Consilium. cclxxx.

¶ Epitome.

¶ Dominus directus, si predium cuius est dominus alteri recognoscat, non propterea illud facit emphyteuticum. V. F.

1 ☞ Recognitio an dominium directum probet.
2 Emphyteuta sibi naturaliter, domino autem ciuiliter possidet.


Etiam si probaretur, quod pratum latius mentionatum in actis cause cepte, et pendẽtis indecise per, et inter nobiles Pontium de Ruppesalua, et Ysabellam ex vna parte, ac venerabilem virum dominũ Blasium Bonini presbyterum, et Antonium Bonini eius fratrem ex alia tempore pretense recognitionis facte, vt pretenditur cuidam asserto predecessori dictorum nobilium Pontij et Ysabellis, spectasset et pertinuisset iure dominij, illi qui pratũ huiusmodi pretẽditur recognouisse, non tamen posset dominium directum eiusdem prati vigore dicte recognitionis translatum esse in eum, cui predictus recognoscens illud recognouisse asseritur. Pro quo allegasse sufficiat. l. traditionibus. C. de pact. et. l. cum falsam. et quod ibi Cyn. Barto. et docto. C. de iur. et facti ignorã. et quod post Zenze. not. Joan. de Imo. in clem. j. versic. quero an recognitio sola alio non apparente, faciat res feudales. de iureiuran. Pet. Jaco. si me non fallat memoria, in primo libello. versicu. decimo ponit. Pro
1 quo multa inducit Albe. in. d. l. traditionibus. Et † quamuis recognitio probet dominium directum contra recognoscentem, et eius vniuersalem successorem. vt voluerunt Petr. Jacob. et Joan. de Imola, vbi supra, et Oldra. consilio mihi. ccxx. exordiente, Quod attento processu cause vertentis inter domi. Guilielmum. etc. quod non habetur in impressis. Non tamen probat contra tertium possessorem, per id quod not. Specu. titu. de emphyt. §. nunc aliqua. versicu. quinquagesimo septimo queritur, etc. et Oldr. in dicto consilio, vbi not. quod agendo contra tertium extraneum possessorem, instrumenta cartularia, recognitiones etiam plures cartule, appoche, seu schẽdule dominium agentis non probant: nihil enim de ijs ad extraneum possessorem, quia res inter alios acta, alijs non preiudicant, seu nocent. C. res inter ali. acta. in rubro et nigro. cap. inter dilectos. §. porro. de fide instrumentorum, et capitulo penultimo, cum suis simili. de re iudic. Per illam igitur pretensam recognitionem, non probatur intentio dictorum nobilium actorum. Preterea supposito citra preiudicium veritati, si quod vel sic, vel per alia aliqua documenta probaretur dictorum actorum intentio, qua

tamen tam nobilis ⁊ honorabilis vir, Ludouicus Bayssе, ꝙ sui predecessores dictum pratum tenuerunt, ⁊ possederunt, vt ⁊ tanꝙ francum, ⁊ liberum, ⁊ pleno iure ad eosdem spectans, ⁊ hoc tempore longissimo, non potest ipse nobilis Ludouicus, seu prefati domin⁹ Blasius, ⁊ Antonius Bruini eius emphyteute inquietari: per iura plenissime allegata per egregios viros dominos primo scribentes, que refricare nec oportet, nec expedit. Nam lex male agitur. C. de prescript. xxx. annorum per quam forte pretenditur ex aduerso, dictos nobilem Ludouicum, ⁊ eius predecessores non potuisse prescribere aduersus pretẽsum
2 dominum directum, loquitur in emphyteuta, qui † licet possideat sibi naturaliter, tamen possidet domino ciuiliter, ⁊ sic non mirum si aduersus dominum nõ prescribat, vtpote medio emphyteute possidentem, ⁊ hoc quãdiu emphyteuta possessionẽ non interuertit. Sed nec dictus nobilis Ludouicus, nec sui predecessores, illi videlicet, quibus vniuersaliter successit, fuerunt emphyteute predictorum actorum, aut suorum antecessorum. Et sic nunꝙ eis ciuiliter possederunt, sed sibi ipsis. Debent igitur prefati do. Blasius, ⁊ Antonius ab impetitis, cum expensarum reportatione absolui. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub. De sacros. eccles. ¶ Epitome. ¶ Consil. cclxxxi.

¶ Collegium, quod inter septem collegia Auenionensia magnum vocatur, recte repetit quod nõ recte alienauerat: ⁊ in hoc ecclesie equiparatur. U. F.

1 ☞ Equiparantur ecclesie ⁊ alia pia loca quoad solennitatem alienationis rei immobilis.
2 Enuntiatiuis verbis instrumenti an ⁊ quando standum, circa tractatum alienationis rei ecclesiastice ⁊ circa bene merita donationis.
3 Authoritas in re ecclesie alienanda statim interponenda est, ⁊ cum cause cognitione.
4 Credi non debet verbo dicẽtis casum permissum subesse. ⁊ an si cum iuramento.
5 Communi opinioni quatenus inherendum.
6 Probari non oportet per ecclesiam ꝙ alienata res quam repetit fuerit in eius dominio, sed sufficit probare ꝙ illam possederit.



Cripseram alias ꝙ alienatio rerum ⁊ bonorum mobiliũ ecclesie est regulariter prohibita. ⁊ ꝙ nisi in ea duo interueniant, scilicet iusta causa, ⁊ canonica solennitas, illa non valet: motus iuribus ⁊ rationibus, de quibus in schedula exordien. Alienatio rerum, ⁊c. inserta in processu cepto, ⁊ pendente indeciso per ⁊ inter venerabiles ⁊ egregios viros, dominos rectorem, ⁊ collegiatos venerabilis collegij sancti Nicolai de Anneciaco ex vna parte, ⁊ nobilem virum do. Dominicũ Pauissie, ciuem Auenionensem ex alia, producta ⁊ inserta, quas non repeto. Scripseram insuper ex premissis inferendo ꝙ cum in venditione prati, de quo in actis dicti processus, nõ interuenissent dicta duo requisita, quinimo nec eorum alterũ, illa fuerat ⁊ erat nulla, vtpote facta de re immobili ecclesie, seu collegij ecclesiastici. Pro quo etiam aliqua induxi in predicta schedula, in ea si placet videnda. Quibus
1 nunc addo, † ꝙ in solennitate obseruanda in alienatione rei immobilis equiparantur ecclesie ⁊ alia pia loca. per id quod super gl. fi. no. Ostiẽ. Ant. de Butr. Joan. de Jmo. ⁊ Panor. in. c. nulli. de reb. eccl. non alie. Paul. de Castr. consil. xvj. versi. sed hic cũ testator prohibuit alienationem sciebat, vel scire debebat, ⁊c. Alexand. de Jmo. cosil. ix. exordiente, Uiso dicto themate, vna cum instrumento, ⁊c. in secundo volumine: ⁊ consilio quarto exordiente, viso processu cause vertentis, ⁊c. versi. ꝙ autem dictus contractus ⁊c. vbi etiam multos allegat, in tertio volumine. Et pro premissis faciunt multe remissiones allegate per dominũ Felinum, in. c. de quarta. de prescrip. ⁊ multa allegata per dominum Andream Barbatiãm, consilio primo, in tertia parte. per dominum Baldum, ⁊ alios, in authentica, hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. non potuit igitur pratũ predictum alienari, nisi subsistẽte iusta causa, ⁊ cum canonica solennitate, quorum tamen neutrũ probatur interuenisse, saltem quod viderim, ⁊ quidem non iusta causa, de hoc enim non est instrumentum, nec de hoc deponũt testes: cum nulli prout capere potui, appareant fuisse examinati super propositis, ⁊ deductis parte dicti nobilis Pauissie, nisi forte quis contendere voluerit, ꝙ imo de pretẽsa iusta causa appareat per instrumentũ interpositionis decreti, ⁊ authoritatis, vbi legitur dominũ tũc rectorem, ⁊ alios venditores iurasse, ⁊c. Sed vt colligitur ex infrascriptis, standum non est iuramento eorum. Non etiã interuenit canonica solennitas: Et quidem non solennis ⁊ diligens tractatus, seu discussio requisita. non enim sunt aliqui testes, qui de ea deponant, cum vt dixi, nulli, ⁊c. Nõ etiam probatur dictus pretensus tractatus per instrumen
2 tum, vt patet ex inspectione actorum dicte cause: si † que enim sint instrumenta, que de interuentu illius aliquid sonent, hoc est enuntiatiue, seu narratiue, vel assertiue, non autem dispositiue: ⁊ ideo nõ est eis quoad hoc credendum, quia enuntiata, vel narrata nõ erant talia, quibus possent prefati do. rector, ⁊ alij conuenditores, seu etiam totum venerabile collegium, renuntiare, non ergo standum est illis pretensis verbis enuntiatiuis, per id quod not. Barto. in authent. si quis in aliquo. prope fin. C. de eden. ⁊ in. l. sciendum. ff. de verbo. oblig. Antoni. de But. Joan. de Jmol. ⁊ Panor. in. c. sicut. de re iudi. vbi etiam dom. Feli. versic. si autem est solennitas extrinseca. ⁊ Antoni. de Butr. in. c. quoniam contra falsam. de probatio. ⁊ dicit domi. Feli. in d. versi. si autem. post Alexan. de Jmo. alibi, ꝙ verba narratiua posita in instrumento alienationis rei ecclesiastice, videlicet habito sepe ⁊ sepius colloquio, ac conclusione ⁊ deliberatione super infrascriptis, non probant tractatum. Et hinc est etiam secundum eum, ꝙ si aliquis donet alicui ad cuius donationis validitatem requirebantur de necessitate bene merita, non creditur instrumento donationis de meritis, nec illud probat per id quod not. Barto. in. l. si forte. per illũ tex. ff. de castren. pecu. ⁊ Oldra. consi. ccxxvi. exordiente, Quidam episcopus cuius mense episcopalis, ⁊c. versi. sed salua reuerentia, ⁊c. Et procedit hoc etiam, si super meritis esset iuratum, vt voluit Alexan. de Jmo. in l. si donatione. C. de colla. Ad premissa etiã bene facit quod voluit Petr. de Anchar. consil. cccxxxi. exord. Uisis facti narratione, copijs, ⁊c. ⁊ Pau. de Cast. consi. xci. exord. Super eo quod queritur, ⁊c. prope fin. vbi dicit, ꝙ quando agitur de alienatione rei ecclesiastice, debet fieri scriptura per se de tractatu, qui debet precedere. per ea que habentur in Specu. titu. de loca. §. sequitur. versi. ⁊ scias ꝙ de ipso tractatu, ⁊c. vbi ponitur forma. Non ergo probatũ est solennẽ tractatum, ⁊ alias de iure requisitum, precessisse dictam venditionem. Nec iuuat dictum nobilem Pauissium pre
3 tensa † interpositio authoritatis, ⁊ decreti reuerẽdi patris domini vicarij, ⁊c. Et quidem non authoritas, quia illa debet interponi ante actum, aut in ipso actu, vel statim post ipsum actum, de quorum tamẽ nullo apparet. Et quidem non, ꝙ ante actum, vel in ipso, ⁊ hoc clarissimũ, non etiã ꝙ post statim, quia quãuis dicatur in instrumento ꝙ post dictam venditionem, ac anno, mense, ⁊ die illius, prefati domini venditores ⁊ nobilis Pauissie emptor, accesserunt ad dictum domi. vicarium, non tamen ibi dicitur, ꝙ hoc statim factum extiterit: multe enim sunt hore diei. Nec etiam iuuat interpositio decreti, quia illud non fuit rite interpositum: debuit enim precedere cause cognitio, ac debita ⁊ diligens inquisitio, per id quod voluit Pau. de Cast. consi. xci. exord. Super eo quod queritur, ⁊c. ex cuius dictis apparet responsio ad dictum Spec. in ti. de emptio. ⁊ vendi. §. nunc dicendum restat. versic. ⁊ breuiter scias, ⁊c. quod tamen factũ non est: nisi forte quis dicere voluerit, ꝙ imo factum extiterit: pro eo quia de vtilitate dicti venerabilis collegij inquisitum est cum dictis dom. rectore ⁊ suis conuenditoribus. Sed istud non valet: quia non debuit cũ
4 eis inquiri, vel saltem eis credi. Pro eo † quia in regulariter prohibitis certo casu permissis, non creditur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de proba. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de lega. iij. ⁊ quod voluit Alber. in dicto consilio. ccxxvi. exordiente, Quidam episcopus, ⁊c. Joan. Andr. in addit. Specu. titu. de reb. eccle. non alie. Bald. in. l. hac edictali. C. de secundis nupt. Alexan. de Jmol. consilio. lv. exordiente, Considera tis verbis dicti statuti. ⁊ Bald. in prelud. feud. in tertia diuisione. vbi etiam domi. Jason Mayn. versicu. pro pleniori instructione presentis inuestigationis succedit alia pulchra ⁊ quotidiana questio. Cũ igitur alienatio immobilium rerũ ecclesie, hospitaliũ, ⁊ aliorũ piorũ locorũ sit regulariter prohibita, ⁊ duntaxat in certo casu, seu certis casibus permissa, quãdo scʒ alienatio huiusmodi fieret, vel ex causa

causa necessitatis, vel ex causa vtilitatis, nõ debuit credi verbo prefatorũ do. Rectoris, & conuenditorũ dicti prati, vtpote nõ habentiũ quoad venditionẽ illius liberã dispositionem, per predicta: & per id quod not. Bart. in. d. l. si forte. ff. de castren. pecul. alias enim si secus diceremus, esset prelatis & aliis viris ecclesiasticis aperta via alienãdi bona & res immobiles ecclesie: quod non est dicendum. Forte vero opponetur, ꝙ id quod dixi, procederet, nisi predicti do. Rector & conuenditores iurassent: sed cum iurauerint, debuit eis credi per id quod voluit Bald. in prelud. feud. in tertia diuisione. vers. quid ergo si prelatus cũ toto capitulo confitetur, & iurat omnia vera esse, &c. Sed istud non obstat. Tum quia Bald. loquitur eo casu, quo prelatus & totum capitulum iurant: hic autem iurauerunt duntaxat prefati do. Rector, & conuenditores, qui pauci erant habito respectu ad totam congregationem. Tum & quia dictum Bal. reprehenditur per Mart. Laud. in. c. j. in princi. qui feud. dar. pos. prout refert do. Jason May. in prelud. feud. versic. Istam decisionẽ Bal. refert & reprobat Mart. &c. per text. secundum eundem Mart. rotundũ in. l. iubemus nulli. vers. & si omnis. C. de sacrosanc. eccl. per cle. j. de reb. eccles. non alien. c. j. eod. tit. in. vj. vbi prelatus cum toto capitulo non potest alienare, nec de nouo infeudare, aut in emphyteusim cõcedere, nisi suadente necessitate vel vtilitate ecclesie. Et hanc opinionem Mart. Laud. contra Bald. approbat, & sequitur do. Jason May. vbi supra. pro qua etiam multa inducit, per que videtur efficaciter impugnare dictum Bal. non nego quin Bald. fuerit magne authoritatis & in iudiciis, & in scholis, quãdo non habet contradictorem: quia tamen nonnunꝗ, quinimo, & sepe, bonus dormitat Homerus. & multe sunt opiniones Bal. reprobate, nõ erit blasphemare, dicere ꝙ hoc casu dictum Bal. non procedat, nec sit sequendum in iudicando,
5 aut consulendo: quinimo nec † sequenda est communis opinio, si illa hoc assereret, quod asseruit Bald. si tamen reperiretur falsa, vel conuinci posset probabilibus rationibus, & argumentis, ꝙ reuerendus pater & vir egregius do. iudex cause huius existimabit. Pro quo allegasse sufficiat no. per Ost. Jo. An. in nouel. & alios in. c. j. de cõsti. multas remissiones ponit Franc. de Cur. consil. lvj. exord. Super eo, quod ab ordine nostro. versiculo, tamen non ignoramus Bart. & Bald. aliquãdo errasse. Forte vero opponetur, ꝙ prefati do. Rector, & collegiati, seu dictum venerabile coollegium ideo nõ debeat in hac causa obtinere, quia non probauit, quinimo nec proposuit pratum predictum eidem collegio spectasse, & pertinuisse iure dominii, &c. sed istud non obstat. Pro quo breuitatis causa allegasse sufficiat not. per Innoc. Joan. And. Joan. de Imol. Panor. & doctor. in. c. episcopi. de rebus eccles. non alie. & per Bal. in. d. l. iubemus. in fine principii. & in authen. hoc ius porrectum. versic. quinto est considerare possessionẽ. & Archid. in. c. & si. xij. q. ij. & quod colligitur ex forma libelli super repetitione, seu recuperatione immobilium rerum ecclesie alienatarum, quam ponit Spec. tit. de reb. eccles. non alie.
6 circa princ. Ex quorum † dictis aperte colligitur non oportere probari per ecclesiam, ꝙ res quam illicite alienatam asserit, & vt sic alienatã repetit, fuerit in dominio eiusdem ecclesie, sed sufficit probare ꝙ illam possederit, aut ꝙ fuerit in bonis eiusdem ecclesie. & quod in vim illiciti contractus peruenerit ad illum, a quo per ecclesiam repetitur: quod satis & aperte fuit in hac causa ostensum: & ita apparet tã per instrumenta, ꝙ per confessionem, & assertionem partis aduerse. Ex quibus omnibus concluditur dictum venerabile collegium fouere, & fouisse bonam causam. Et sic debere pro se sententiã reportare. Que dixerim sub correctiõe, &c. Taceo, ꝙ licet tempore venditionis prati, de quo supra, essent, fuerint, & sint notorie triginta sex domini collegiati in dicto collegio, vix tamen fuisse leguntur viginti vnus, aut viginti duo, pretense ratificationi dicte venditionis. & sic non due partes predicti collegii. Ex quo etiam & aliis cessantibus non videtur valuisse, &c. per id quod no. Bar. in. l. quod maior. ff. ad munici. Joan. de Imo. in. c. j. de his que fi. a maio. part. cap. Paul. de Cast. in dicta authen. hoc ius porrectum.

¶ Rub. De secund. nupt. ¶ Epitome. ¶ Cons. cclxxxii.

¶ Binubus secunde vxori non plus relinquat quam dedit filie, inclusis omnibus & filie datis & vxori relictis: que tamen vxor filie partem pro sua non cogetur accipere: sed de sibi relictis rebus vsqꝫ ad concurrentem summam eliget. Vas. Filio.



Viso Consultationis themate transmisse & mihi exhibite parte honeste mulieris domine Jaumete Ruffe, relicte honorabilis quondam viri Guilielmi de Illice mercatoris de Nemanso: & dubiis ex themate consultationis huiusmodi opportune elicitis dico & respõdeo breuiter & succincte prout infra. Premittens pro solutione dubiorum huiusmodi, ꝙ dicta domina Jaumeta non potest habere de bonis dicti quondam Guilielmi de Illice binubi vltra valorem ducentorum scutorum auri regiorum, & centum librarum monete turronensiũ, pro eo eo quia idem Guilielmus binubus non reperitur donasse inter viuos, aut in vltima voluntate reliquisse honeste mulieri Joanne eius filie ex primo matrimonio, nisi ducenta scuta, que pro ea, & eius nomine constituit in dotem eius viro, & centum libras, quas eidem Joan. in suo vltimo testamento iure institutionis legauit, & reliquit, ad has enim summas seu earum valorem, sunt reducenda ea omnia, que idem quondam Guilielmus, vel inter viuos donauit, vtpote tempore contracti matrimonii inter ipsum & dictam Jaumetam, vel in dicto suo testamẽto, aut codicillis, eidem Jaumete legauit. l. hac edictali. C. de secũ. nup. & authen. de nupt. §. optime: colla. iiii. debet igitur nunc videri ad quam summam, seu valorem, ascendant dicti quadringenti floreni & omnia alia dicte dñe Jaumete donata, vel legata, in quibus includuntur non solum alia, sed etiam victus & vestitus & iocalia ante matrimonium, vel post matrimonium habita & facta visione seu extimatione taxationis predictorum, debebit habere ipsa domi. Jaumeta de eis, vsqꝫ ad valorem ducentorum scutorum auri regiorum, centum librarum turronẽsium, & rauparum per ipsum quondam Guilielmum factarum, seu donatarum dicte Joanne eius filie: residuũ vero erit dicte Joãne & Grandemarii eius fratris, liberorũ eiusdem Guilielmi ex primo matrimonio. dicta. l. hac edictali. §. si autem. & dicto. §. optime. prope fin. ibi, quia vero hactenus indiscretum est quando conueniat, &c. Et per hec patet responsio ad primum quesitum, scilicet ꝙ dicta do. Jaumeta non debeat perdere legatum sibi relictum, & accipere id quod est donatũ, vel legatũ prefate Joãne eius priuigne, sed dꝫ ipsa Jaumeta habere de sibi donatis in cõtractu matrimonii, & legatis, prout ipsa exegerit vsqꝫ ad valorem ducentorum scutorum auri, quingentarum librarum turronensium, & rauparum prementionatarum, residuum vero applicabitur dicte Joãne, & Grãdemario. Patet etiam responsio ad secundum quesitum, scꝫ ꝙ dicta do. Jaumeta poterit retinere de bonis predictis vsqꝫ ad dictũ valorem, & poterit fieri electio in domo, vineis, iocalibus, & aliis sibi legatis, quatenus non excedent summam predictam ducentorum scutorum, quingentarum librarum, & pretium rauparum. Que dixerim, &c.

¶ Rubrica. De dona. ¶ Epitome. ¶ Consil. cclxxxiii.

¶ Summatur vt in decimotertio notabili. V. F.

1 ¶ Donatio an & quando donatio inter viuos sit, quamuis in ea mentio mortis fiat.
2 Absenti donari potest interueniente epistola vel nuntio & quomodo, & an nudo pacto, & an epistola vel nuntio non interuenientibus.
3 Notarii stipulatio pro absente quanti momenti sit.
4 Insinuatio donationis quingentos aureos excedentis necessaria.
5 Feudalia bona quoad successionẽ in prouincia & locis circumuicinis redacta sunt ad instar patrimonialium bonorum.
6 Transmittitur spes ad heredem creditoris pendente conditione morientis, que in vltimis voluntatibus non transmitteretur.
7 Donationi facte Titio & suis heredibus, Titius quoad heredes non filios preiudicare põt: & quid quoad heredes filios.
8 Mortis causa capionem filii quando habeant.
9 Mala fides donatoris an & quando in eius vniuersalem successorem transeat.
10 Ignorantia iustam causam restitutionis in integrum ad-

versus prescriptionem tribuit.

11 Rex Gallie prescriptionem tollere potest, ⁊ ab illa releuare etiam sine causa.

12 Retentio vsufructus in tempus mortis collata quid operetur.

13 Actio rei vendicationis quoad corporalia, vtilis vero confessoria quoad iurisdictiões ab heredibus donatarij intentantur: ⁊ publiciana locum habet quando author possessor quidem, sed non dominus rei donate extiterat.

14 Remedium.c.reintegranda.iij.q.j.optimũ, ⁊ quãdo ⁊ quibus competat.

15 Clausule apponi consuete pro appositis an habeantur in instrumentis.



Viso Instrumento donationis, quam olim fecisse legitur magnificus quondam ⁊ potens vir dominus Georgius Augerij miles, de quibusdam suis castris ⁊ bonis nobili viro Joanni Suauis procuratori magnifici ⁊ potẽtis quondam viri do. Ant. de Cassenatico vicecomitis Tallardi: ⁊ tam nomine eiusdem domini Antonij, ꝙ suorum ipsius do. Antonij stipulanti, ⁊ recipienti: ⁊ dubijs ex donatione huiusmodi, ⁊ his que post eam contigerunt opportune elicitis: dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi, prout infra. Et primo ad primum, ꝙ † licet in dicta
1 cta donatione fuerit habita mentio mortis, illa tamen non fuit donatio causa mortis, sed inter viuos: causis, iuribus, ⁊ rationibus eleganter, ⁊ veraciter inductis per spectabilem virum dominum Petrum Dalmatij iuriũ professorem egregium. Pro cuius dictis facit.l.cum maritus. §.fin.ff.de pact.dot. per quam voluit Fran.de Aret.cons. xlj.exord. Diligenter ⁊ mature pensata consultatione, ⁊c. versic.primum est, ⁊c. ꝙ cum in instrumento dicitur, Donator donauit talem rem pure, mere, irreuocabiliter, ⁊ inter viuos: licet postea dicatur in instrumento, ꝙ idem donator vult donationem huiusmodi habere effectum, ⁊ vires post mortem sui ipsius donatoris: ⁊ si ipse decedat sine liberis, ista donatio non dicitur donatio causa mortis, sed est donatio inter viuos sub conditione, ⁊ die incerta. Pro quo etiam allegat idem doctor alia que non refrico, cũ iam scripta extiterint per dictum do. primo scribentem. Etiam pro eis optime facit.l.vbi ita donatur. ⁊ quod ibi Barto. ⁊ doct.ff.de donat.causa mortis. ⁊ quod per illam.l. voluit Ang.consi.clxxxj.exordiente, Visis instrumentis. versicu. nunc descendo ad secundum, ⁊c. Pau.de Cast.consi.xcviij. exord. Notãdum est prim, ꝙ licet donator, ⁊c. ⁊ do. Jason Mayn.in.l.non omnis.ff.si cert.pet.qui per.d.l.vbi ita donatur. voluit, ꝙ licet donator dixerit se donare causa mortis, si tamen dixerit illam irreuocabilem, vel conuenerit, ⁊ promiserit eam non reuocare, illa dicitur, ⁊ est donatio inter viuos, non causa mortis: quod maxime procedit, vbi interuenerit iuramentum donatoris, vt in casu: quia per hoc apparet donatorem voluisse, ꝙ donatio esset irreuocabilis.c.q.de iureiuran.in.vj.hoc autem est contra naturam donationis causa mortis.§.j.institut.de donat.l.Seia.§.fi. ff.de donat.causa mort. ⁊ quod not.glos.in.d.l.nõ omnis. ⁊ ꝙ ratione conuentionis, seu promissionis de non reuocando, maxime cum iuramento, talis donatio censeri debeat donatio inter viuos, voluit Francis.de Aret.consil. lxxiiij.exord. Diligenter ⁊ mature ponderatis his que in puncto, ⁊c. versi.prima ratio fundatur in iuramẽto. Alex. de Jmo.consil.xiiij.in primo vol.⁊ consil.lxxviij.exordien. Visis quam eleganter ⁊ in facto, ⁊ in iure, ⁊c.in quarto vol. ⁊ do. Jason Mayn.in.d.l.non omnis. qui etiam allegat Pau.de Cas.in alijs cõsilijs, que possunt videri. ¶ Ad secundũ dico ⁊ respõdeo, ꝙ vt apparet ex verbis dicte donationis illa facta fuit dicto nobili Joanni Suauis procura
2 tori dicti quondã † magnifici do. Antonij de Cassenatico, stipulanti, ⁊ recipienti, non quidem pro se ipso, sed pro ⁊ nomine dicti domini Antonij, ⁊ suorum, per quem acquiri potuit eisdem do. Antonio, ⁊ suis: cum nulli sit dubium quin donari possit etiam absenti interueniente pro eo epistola, vel nũtio.l.etiam.l.absenti.ff.de donat.l.si donatio. l.si aliquid.⁊.l.nec ambigi.C.eod.tit. Nisi forte opponat aliquis, ꝙ licet donatio, que fit per traditionem, fieri possit inter absentes interueniẽte epistola, vel nuntio, non tamen illa que fit per pactũ: cum illã fieri oporteat stipulatiõe interueniente, per id quod not.gl. ⁊ post eã Cy.Sal. ⁊ alij in d.l.nec ambigi. ⁊ multi in.l.illud.C.de sacrosan.ecc.que stipulatio inter absentes efficaciter fieri non põt.l.j.in princ. versi.nec, absens.ff.de verbo.obliga. Sed hoc non obstat, quia predicta procedunt de iure veteri, sed de iure nouo.C. secus est: quia donatio fieri potest nudo pacto.l.si quis argentum.§.sin autem.C.de dona.quod etiam satis expresserunt gloss. ⁊ docto. in dicta.l.nec ambigi: valuit igitur donatio predicta, quamuis facta extiterit absentibus, cũ in ea interuenerit dictus nobilis Suauis, procurator, ac nuntius ad receptionem donationis huiusmodi per dictum dominum Antonium constitutus per predicta: quinimo plus voluit Roma.cons.cccxcv.exordien. Donatio patris nullo iure videtur subsistere posse, ⁊c. vbi dicit motus multis fundamentis, ꝙ eo ipso censeri debet efficax donatio facta absenti, ꝙ aliquis alteri proprio motu licet non vt nuntius assentienti donatario, volũtatem declarat donatoris, ⁊ sic sentit Romanus, ꝙ donatio fieri potest absenti, etiã nõ interueniente epistola vel nũtio. Preterea cum dictus quondam magnificus domi. Georgius retinuerit vsumfructum bonorum donatorum, ⁊ se illa tenere, ⁊ possidere constituerit precario nomine eorundem domi. Antonij, ⁊ suorum, quamuis in euentum de quo ibi, satis censeri debet bona donata tradidisse.dicta.l.si quis argentũ. §.sed si quidem.⁊.l.quisquis.C.de donatio.l.quod meo.in prin.⁊.l.interdum.cum suis simi.ff.de acqui.posses. ⁊ quod no.doc.in.l.traditionibus.C.de pact.in.l.licet.C.de acqui. posses.in.l.possideri, in prin.ff.eo.titu. ⁊ in.c.ij.de consuet. ⁊ quod dicit Bart.consi.lxxx.exordien. Martinus de Eugubio donauit, ⁊c. Adijcio ꝙ in casu nostro etiam interue
3 nit stipulatio † publici notarij, quem certum est alij posse acquirere: per iura, per dictum domi.primo allegatem inducta.quod etiã voluit Alex.de Jmo.in.l.qui Rome.§.Flauius Hermes.ibi, ideo secundũ eum videtur, ꝙ si aliquis tempore dicte donationis. ⁊ versi.non obstat etiam si contra Barto.adducatur, ⁊c.ff.de verbo.obliga.de quo dicit non videri dubitandum Oldra.consi.xxx.exordien. Factũ tale est, quedam certe ⁊ nominate persone Castri de Carũbo, ⁊c. multas remissiones ponit Alexand.de Jmol. ⁊ docto.in.l.si pupillus.ff.rem pupilli sal.fo. ⁊ plus dicit Bal. in.l.si quis in emancipatum.C.de dona. ⁊ sequitur Alexã. de Jmol.in.d.l.si pupillus. ꝙ si notarius recipiat contractum ⁊ constitutionem precarij pro me, acquirit mihi directum dominium.per.l.j.C.per quas personas nobis ac-
4 quiritur. Illud autem certum est † ꝙ huic donationi opponi non potuerit, aut possit, ꝙ illa excesserit valorem quingentorum aureorum, ⁊ ꝙ propterea non valuerit sine insinuatione, quatenus valorem huiusmodi excessit: quoniam respondeo, ꝙ illa fuit insinuata, ⁊ coram iudice loci contractus, quod fieri potuit: pro quo allegasse sufficiat not. per Barto.Joan.de Jmol. ⁊ omnes scribentes in.l.modestinus.ff.de donat.Alber.in.l.illud.C.de sacrosanct.eccle. quinimo vt videtur voluisse Joannes de Jmola, in dicta l.Modestinus.per.l.secundum diui Leonis.C.de don. ꝙ competẽs iudex insinuationis, ⁊ coram quo fieri debet, sit iudex contractus, puto igitur donationem predictam valuisse, ⁊ per eam fuisse inuitatos ad bona donata, non solũ dictum dominum Antonium, sed etiam nobiles ⁊ generosas mulieres, dominas Francesiã de Cassenatico ipsius domi.Antonij neptem ex filio predefuncto, ⁊ alias duas neptes ex domina Maria eius filia predefuncta: quia nemini dubium est, ꝙ ille veniunt appellatione suorum, ⁊ signanter ipsa domina Francesia. Pro quo, ⁊ succincte, ꝙ tempus aliter non patitur, allegasse sufficiat nota. per Jo. Reignau.in suo tractatu suitatis, vbi satis plene prosequitur, ⁊ ostendit ꝙ sui multipliciter dicũtur, de quo Pau. de Castro, consi.ccclij.exordiente, visis omnibus punctis. versiculo, Item dicit aliquis, ꝙ isti fratres Joanneti, non possunt dici sui: ⁊ Andreas Barbatias, consilio.xxiij.exordiente, Clementissimi Dei patris Domini nostri Jesu Christi presidio humiliter implorato, visis dubijs, ⁊c. ver. cum ergo dicta.l.cum acutissimi.⁊c.in secunda parte. Et istud non habet dubium, prout plenissime ostendit prefatus do. primo scribens, cui propterea adhereo. ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, ꝙ licet, vt audio, bona donata sint,
5 vel omnia, vel pro maxima eorum parte feudalia: quia † tamen in prouincia in qua existunt ⁊ locis circumuicinis bona feudalia sunt redacta quoad successionem ad instar bonorum patrimonialium seu allodialium. dictus Joannes Suauis procurator dicti dom. Antonij. censeri debet fuisse stipulatus donationem de qua supra ⁊ illã acceptasse pro suis eiusdem do. Anton. vt heredibus ipsius per id quod not.glos.

not. glos. Bart. ⁊ doct. in. l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. Bart. ⁊ doct. magis communiter in. l. Gallus. §. j. ff. de liber. ⁊ posthu. Bart. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. Bart. ⁊ doct. magis communiter in. l. quod dicitur. la. ij. ff. de verb. oblig. Quo fit vt cum viuens non habeat heredem. l. j. ff. de hered. vel act. vend. quod etiam voluit Ang. consil. clxxxiij. exord. Charissime frater ⁊ egregie legum doctor. ⁊ Ioan. de Imo. ⁊ multi alij in. d. l. Gallus. §. quidam recte. censeri debuerint inuitati prefati do. Antonius, ⁊ sui ordine successiuo: primo videlicet idē do. Antonius: ⁊ post ipsius mortē sui illi, videlicet qui ipsius heredes existerent ⁊ extiterunt. Et idem forte censeri deberet quod hic, etiam si dictus nobilis Suauis dici posset stipulatus suis, non quidem, vt heredibus eiusdem quondam do. Antonij, sed vt suis, vel vt liberis: vt colligitur ex his que magis communiter notant doct. in. d. l. si tibi decem. §. si pactus. in. l. Gallus. §. quidam recte. in. l. quod dicitur. ⁊ Barto. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. q̄uis in alio esset tunc differentia, vt infra dicetur: sed forte opponetur,
6 † q cum dictus do. Antonius ab humanis decesserit superstite prefato do. Georgio: ⁊ sic pēdente cōditione idem dominus Antonius nihil trāsmiserit ad dictas eius neptes. arg. eius quod habetur in. l. vnica. §. sin autem sub cōditione. C. de caduc. tol. ⁊ quod not. glos. ⁊ doct. in. l. vnica. C. de his qui ante apert. tabul. Sed istud non obstat: tum quia non solum fuit in donatione predicta inuitatus dictus do. Antonius, sed etiā sui illi, scilicet qui essent eius heredes: quo fit, vt q̄uis donatio predicta purificata non extiterit in vita eiusdem domini Antonij, ⁊ sic in persona ipsius effectum sortiri non potuerit: non tamen propterea excludi debuerunt, aut exclusi extiterunt sui ipsius domini Antonij, quinimo hoc factum est, vt per exclusionē illius excluderentur sui. d. l. Gallus. §. quidam recte. ⁊ quod ibi glos. ⁊ in. §. ⁊ quid si tantum. Tum ⁊ quia allegata in oppositum, procedunt in relictis in vltima voluntate, que pendente conditione non transmittuntur ad heredes Honoratorum. Secus vero est in eo quod habetur ex contractu conditionali: quia creditor moriens pendente conditione spem transmittit ad eius heredem. §. ex conditionali. insti. de verb. oblig. facit. l. vnica. C. vt ab hered. ⁊ cōtra heredes.
7 ¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo, q † verum est dictum nobilem Ioannem Suauis procuratorem, ⁊c. fuisse stipulatum dictis suis ipsius domini Antonij, non quidem vt suis, seu filijs, aut filiabus, sed vt heredibus, prout dictum est superius: tunc videretur eundē do. Antonium potuisse illis preiudicare: ex eo, quia vt sic venire nō poterant ad bona donata, nisi vt heredes ipsius do. Antonij, contra eius factum venire non potuissent. l. que a patre. C. de restitut. mil. l. venditor. C. de rebus alien. non alienan. l. ij. C. si quis in fraud. patro. ⁊ l. si creditoribus. cum suis similibus. C. de seruo pignori dato manumis. ⁊ quod notat Alexand. de Imola in terminis multum vicinis in. l. apud
8 Iulianum. §. si quis. ff. de legat. j. Sed † vbi pretendi posset dictum Suauis non fuisse stipulatum dictis suis, vt heredibus, vel non acceptasse donationem, de qua supra, pro ⁊ nomine suorum vt heredum dicti domini Antonij, sed potius vt suorum: verbi gratia filiorum vel filiarum, ⁊c. tunc dico, q super hoc sunt opiniones, vt patet ex his que not. Alexander de Imola, ponens multas remissiones in d. l. apud Iulianum. §. si quis. vbi etiam Francis. de Aret. multa ponit, ⁊ inter alia ponit vnam conclusionem, que optime facit pro dictis suis: dicit enim q quando filij succedunt ex mero beneficio concedentis: vt quia pater nihil dedit de suo pro obtinendis illis, in quibus succedunt: tunc illi veniunt ex mortis causa capione, ⁊ ex hoc sequitur, q cū nihil habeāt a patre, ius quod habent ex persona alterius non potest pater eis auferre per multa iura, ⁊ doctorum authoritates, quas inducit in. d. §. si quis. versicu. extra glossam inducitur iste textus, ⁊c. ⁊ quod dicto casu filij veniant ex mortis causa capione, voluit Bald. in. l. j. in fine. C. per quas personas nobis acquiritur. ⁊ sequitur Franciscus de Aretio in dicto. §. si quis. Cum igitur pro acquisitione iurium predicte donationis nihil dederit dictus dominus Antonius videntur ipsi sui venire ad bona donata ex mortis causa capione, ⁊ ex promissione dicti domini Antonij, seu eius procuratoris ⁊ ministri, nō ex ipsius concessione, sed dicti domi. Georgij qui non solum donauit dicto dom. Antonio, sed etiam suis. Verum quia vt audio non est certum ipsum domi. Antonium renuntiasse donationi predicte, vel alias iura donata renuntiasse vel pactum inisse cum dicto domi. donatore vel alio de non petendo, ⁊c. ⁊ si qd horū factum extiterit non tamē apparet de forma ⁊ quia etiam non occurrit pro nunc opportunitas ego vlterius non insisto: plenius authore domino, alias scripturus. tā super isto. quā sup precedenti articulo. si opus extiterit. ¶ Ad quintum dico ⁊ respondeo
9 † q vbi dici posset dictum quondam domi. Georgium donatorem fuisse male fidei possessorem. tunc videretur q eius mala fides nocere debuisset eius vniuersali successori ⁊ q illa in eum transiuisset ⁊ sic presumerentur fuisse in mala fide secundum Barto. qui hoc not. in. l. ex diuerso circa fin. principij: ver. quero quid econtra. ff. de reiuendi, pro quo allegat. l. cum heredes. ff. de diuer. ⁊ tempo. prescrip. ⁊ glo. in. l. si ego. §. partus. ff. de publi. quamuis Dynus in regula possessor malefidei de regu. iur. in. vj. dicat quod de equitate canonica mala fides defuncti, non transit in heredem habentem bonam fidem sed vt predixi Barto ⁊ glo. in dictis locis tenent q trāseat idem ⁊ q trāseat etiam de equitate canonica tenuit Anto. de Butri. Io. de Imol. ⁊ Panor. in. c. si diligenti. de prescrip. Ioan de Imol. in capiti. fi. eodem titu. Roma. ⁊ Alexand. de Imol. in. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqui. pos. ⁊ Pau. de cast. in. l. sequitur. §. heres. ⁊. l. iij. ff. de vsucapio. quod etiam videtur fuisse de mente Bald. in authenti. ad hec. versicu. sed quid dicemus. ff. de vsu. sed non videtur quod dictus domi. Georgius donator fuerit male fidei possessor, cum donatio per eum facta: esset purificanda si ⁊ cum moreretur sine liberis masculis, ⁊ sic videtur possedisse suum non alienum quandiu vixit: nisi forte dicamus suffecisse ad hoc vt prescribere non posset eius heres q idem Georgius sciuerit se donasse sub conditione de qua in casu ⁊ vsumfructum bonorum donatorum sibi reseruasse, ⁊ se in euentum conditionis predicte cōstituisse tenere ⁊ possidere bona donata precario nomine dicti domini Antonij ⁊ suorum quod forte est verius ⁊ sic q heres non prescripserit: super quo tamen pro nunc etiam nō insisto cum etiam sint alia remedia. ¶ Ad sextū
10 dico † ⁊ respondeo q ex capite ignorantie que iusta videtur competit restitutio in integrum aduersus prescriptionem predictorum bonorum ⁊ iurium competentium prefatis domi. Francesie, ⁊c. seu suis per plenissime allegata per dictum domi. primo scribentem: quod etiam voluit Alexander de Imol. consil. lxxj. exordiente. Videretur prima consideratione, ⁊c. in primo volu. ⁊ consil. xiiij. in secundo volu. Pau. de Cast. consi. clxij. circa fin. Roma. consi. ccxxviij. Panor. consi. xxxij. in secundo quesito. dom. Iason May. in repeti. l. ij. C. de iur. emphy. ⁊ in. §. fuerat. institu. de act. Io. de Imol. in. c. ex literis. de pig. ⁊ Feli. plenissime. in. c. vigilanti de pscri. Et istud non habet dubium. Pre-
11 terea † illud est etiā indubitatum q serenissimus do. noster Francorum rex vtpote non recognoscens superiorem in prouincia, ⁊ locis in quibus sita sunt bona donata potest releuare aduersus prescriptionem, ⁊ illam tollere, seu eius obstaculum, ⁊ maxime ex causa: per id quod voluit Alber. in. l. quoties. C. de precib. impera. offe. Ange. in. l. Lucius. ff. de euictio. ⁊ Bald. in. l. fi. versi. sed immediate oppono. C. senten. rescin. non pos. vbi dicit quod quedam sunt iura que quis potest acquirere etiam contra principis voluntatem: vt quia acquiruntur de iure gētium. sicut, dominia: ⁊ ista non possunt auferri sine causa secus autem in his que sunt de iure ciuili vt iudicia ⁊ sententie nam in istis potentior est authoritas principis, ⁊ ideo infert q quamuis ex sententia sit translatum dominium tamen valet rescriptum principis rescribentes non obstante sententia ⁊ ex ipso perdetur dominium: quia venit consequutiue ad sententiam ⁊ rescisso principali rescinditur accessorium. l. si ex causa. §. j. ff. de mino. Causa autem ⁊ iusta hic subest, scilicet probabilis ⁊ iuxta ignorantia ex qua etiam concedenda est vt iam dixi restitutio in integrum. ¶ Ad septimum
12 dico ⁊ respondeo q supposito † quod dictus quondam do. Georgius tempore facte donationis ⁊ mortis esset dominus ⁊ possessor bonorum donatorum: illorum dominium, ⁊ ciuilis possessio translate sunt in dictam dominam Frāncesiam, ⁊ consobrinas propter retentionem vsusfructus ⁊ constitutionem precarij collatas non post tempus mortis eiusdē domi. Georgij, sed in tempus quo eundem contingerit venire ad mortem, sine liberis masculis per id quod voluit Oldra. consi. cxxxix. exordien. Ad habendam aliqualem notitiam, versi. tertium erit quis sit effectus huius conuentionis, ⁊c. ⁊ plenius ⁊ appertius. versicu. quintum quando videatur, ⁊c. Ex cuius dictis clarissime colligitur

quod conditio non existentium liberorum masculorũ, de qua in donatione superius mentionata extitit, non solum post mortem dicti domini Georgij donatoris, sed etiam ante, scilicet cum superstitibus prefatis do. Francesie, & consobrinis ad eum statum moriẽdi deuenit, quod infallibiliter incepit certũ esse eum viuere non posse, nec in hoc erat expectãdum tempus, quod esset post mortem. Pro quo allegat l. peculium. §. Titio. ff. de leg. ij. l. ab omnibus. §. cum quidam. versic. moriente. ff. de legat. j. & quod notat glossa in. l. fin. super verbo, conuentionem. ff. quando dies lega. cedat. quinimo existentia conditionis actum morienti anticipat, quamuis vsque tunc dies protrahatur. l. vlt. ff. de condit. instit. Habuit enim predicta donatio pro conditione hoc, quod est liberos masculos non existere: mortem autem pro die. l. in illa. ff. de verb. oblig. l. pupillus. §. Titio. & l. cum tale. §. Meuie. ff. de cond. & demon. Dicta igitur conditione infallibiliter existente dudum ante mortem dicti do. Georgij retrouidetur dominium & possessio esse translata in dictas do. Francesiam & consobrinas: per iura allegata per Oldr. in dicto consilio. cxxxix. versic. tertium erat. Et idẽ voluit Alexand. de Imo. consil. lxxxij. exord. Uisa facti narratione, &c. versic. nec his, que dicta sunt, habent obstare, &c. in secundo vol. vbi etiam bene respondet ad not. per Ang. in. l. Quis. §. si conductor. ff. de acquiren. posses. dicens, quod Ang. loquitur in casu, in quo constitutio precarij, vel constitutum collatum erat post mortem constituentis: & sic eo tempore, quo eius possessio extincta erat, quod non est in casu predicto. Quia igitur per retentionem vsusfructus & constitutionem precarij ante dictas, fuissent translate possessio & dominium. d. l. quisquis. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de don. l. quod meo. in prin. ff. de acquir. posses. & l. certe. §. j. ff. de precar. & quod not. Bald. C. de contrahen. emp. & vend. in Rub. vers. decimo sexto quero, &c. Alexand. de Imola consil. xiiij. ad fin. in primo volu. & consil. xxv. exord. Uiso testamento. in tertio vol. pro quo ponit plurimas remissiones, que videri possunt. do. Iason in. l. quoties. versic. quinto principaliter limita, &c. C. de rei
13 vend. viderentur † prefate do. Francesia, & cõsobrine, si viuerẽt, aut earum heredes posse agere actione rei vendicationis quoad corporalia donata. Quo vero ad iurisdictionem vtili confessoria: iuxta id quod post Odofr. not. Bal. in. l. j. versic. queritur vtrum rei vendicatio competat pro iurisdictiõe. Si vero prefatus do. Georgius tempore mortis fuisset possessor, non tamen dominus predictorum bonorum: tunc viderentur predicti posse agere publiciana actione contra modernum possessorem, supposito quod iste titulum habeat vel a dicto do. Georgio, vel ab heredibus eius: pro eo quia cum traditio saltem ficta, primo facta extiterit prefatis do. Francesie, & consobrinis per retentionem vsusfructus, & constitutionem precarij, & eis quesita possessio per iura predicta: ipse, vel earum heredes deberent vincere in publiciana predictum possessorem. l. siue autem. §. si duobus. & quod ibi glos. & doct. ff. de publi. iuncto eo quod habetur in authent. de iureiuran. a morien. prest. & posset
14 forte attentari, quod possent † intentare etiã beneficiũ. c. reintegranda. iij. q. j. per quod prouidetur de nouo, & specifico remedio pro recuperatione possessionis, secundum doctor. magis communiter in. c. cum ad sedem. de restitut. spol. de quo multa ponit Alexand. de Imo. consil. lj. exord. Uiso & discusso processu cause vertentis, &c. in primo vol. consilio cxvij. in. ij. vol. & consil. xc. & duobus sequentibus in. v. vol. Roman. & mod. in. l. rem que nobis. ff. de acquiren. posses. Ang. Aret. in. §. qudrupli. in illa questione, quam ponit versic. & predicta procedunt quãdo possessio fundi mei deuenit ad te cum vitio possessionis: sed quid si sine vitio, &c. ibi, sed reuerendissimus in Christo pater, &c. instit. de act. Ex quorum dictis magis communiter colligitur beneficium predicti. c. competere non solum spoliatis, sed etiam illis qui sine violentia spoliationis, duntamen sine iusta causa, a possessione ceciderunt: & non solum competit inter ecclesiasticos, & pro recuperatione possessionis rerum ecclesiasticarum, sed etiam inter laicos, & pro recuperatione possessionis rerum prophanarum. Quodque non solum competit contra male fidei possessores, sed & contra bone fidei possessores, etiam si titulo possideant: & puto, quod non solum detur his, qui olim possederunt naturaliter, vel naturaliter & ciuiliter a possessione huiusmodi ceciderunt: sed etiam competit illis qui possederunt ciuiliter, & a ciuili possessione sine iusta causa ceciderunt. Et hoc, si non fallor, notat Dominicus in. d. c. reintegrãda. allegãs, vt mihi videtur, decisionẽ Rote in antiquioribus, nõ recordor, si est. cccxij. Et propter premissa existimo esse bonum, quod magnificus dominus Bernardus de Claromonte vicecomes, filius & heres vniuersalis dicte do. Francesie, qui ad omnem cautelã habet supplicare: serenissimo do. nostro Francorũ Regi & comitatuum Prouincie & Forcalquerij comiti pro obtinẽda releuatione aduersus prescrip. bonorũ donatorum, & iurium, que olim eidem do. Francesie cõptierunt pro bonis, vel ad bona huiusmodi sic supplicet, quod sub rescripto impetrando cõprehendatur, & veniat facultas intentandi petitoriũ, & possessoriũ recuperãde cõiũctim, vel separatim. ¶ Ad octauum dico, & respõdeo, quod licet per retentionem vsusfructus, & constitutionem precarij fuerit possessio predictorum bonorum translata in dictam do. Frãcesiam, &c. non tamen puto, quod dictus magnificus do. Bernard. eius heres, possit contra modernum possessorem predictorũ bonorum, intentare remedium exequtiuum: de quo breuiter Bart. in. l. iij. C. de pigno. etiam si iste possessor causam habeat, forte ab herede dicti domini Georgij, sed vt supra dixi habet alia, & bona remedia. ¶ Ad nonum dico, & respõdeo, in primis, quod nos nõ sumus in terminis: in quibus loquitur Bart. & docto. in. l. Gallus. §. idem credẽdum. ff. de libe. & posthu. Bal. in. l. ij. versi. sed quid si instrumentum. C. de rescin. vendi. & C. de fid. instru. super rubri. versi. quarto queritur, nunquid suam imbreuiaturam, &c. & cano. in. c. cũ P. tabellio. de fide instru. quatenus loquuntur de extensione dictionis, &c. abbreuiate scripte, in prothocolo: quia in instrumento donationis prementionate non reperitur dictio, &c. abbreuiate scripta, cuius extẽsio possit prodesse querenti, & sic non videtur quod stylus notarij predicti instrumẽti, sufficiat ad hoc quod heres predicti donatoris, possit con-
15 ueniri in curia de qua queritur: sed si supponeretur † quod de tempore facte donationis esset consuetum: vel assuetum etiam in instrumentis donationum, apponere clausulas, & submissiones omnium curiarum seculariũ, & ecclesiasticarum, tunc subesset difficultas, & opportuna questio, an arguẽdo ab assuetis seu consuetis apponi perinde habentur in hoc casu, ac si ille clausule legerentur apposite, & videtur quod sic: per arg. multorũ que inducit Alb. in. l. vt liberi. super verbo vt assolet. & quod ibi plenius per domi. Iaso. May. versi. item ex vltima parte. C. de colla. & in. l. certi cõdictio. §. si nummos. versi. tertio not. principaliter, et versi. cum quotidie. & duabus seq. ff. si cer. peta. & domi. Feli. in. c. ex literis. versi. septima, & vltima declaratio, &c. de fide instru. que poterunt ibi videri, & etiam quod dicit Ioã. And. in addi. Specu. titu. de instr. edi. §. instrumentum. vbi voluit, quod in simplici rogatione notarij de instrumẽto veniat consueta apponi, puta clausula de precario: declarando tamen vt ibi per eum, scilicet, quando instrumentum potuit fieri, ad dictamen sapientis, vt in casu: ad quod etiam facit quod no. Bald. C. de de reuocã. his que in fraud. credi. super rub. versi. quero fideiussor in fraudem, &c. verum non audeo pro nunc hoc firmare, authore domino alias data pleniori opportunitate super hoc plenius scripturus. Que omnia dixerim, &c.

¶ Rubri. De insti. & substi. ¶ Epito. ¶ Consi. cclxxxiij.

¶ Per hec verba, filias meas heredes instituo, & sic eas, & quãlibet earum sine liberis quãdocunque mori contigerit, fratrem meum illis substituo: non admittitur frater substitutus nisi mortuis filiabus omnibus. U. F.


Etiam Si verum sit, quod prouidus quondã vir Petrus Rosseti, eius vltimum nuncupatiuum testamentum condiderit, & in eo heredes vniuersale instituerit, honestas tunc iuuenculas, Alisiam, & Francesiam eius filias naturales, & legitimas, & illis substituerit iuxta, & secundum formam instrumenti, testamenti eiusdem quondam Petri, parte prouidi viri Martini Rosseti, ipsius Petri quondam fratris, & per ipsum dictis eius filiabus substituti, mihi exhibiti: non tamen video, quod superstite predicta Francesia potuerit, aut possit idem Martinus pretendere se in vim substitutionis de eo facte, debere succedere in ea quota, seu portione, in qua heres extitit instituta predicta Alisia, que post immistionem hereditatis dicitur sine liberis ab humanis decessisse. Quod vt clarius appareat, referam verba substitutionis descripte in dicto instrumento, & parte

⁊ parte dicti Martini in processu producto, ⁊ in duobus locis inserto, fo. scilicet. vij. ⁊ fo. xlvj. que sunt huiusmodi. Porro, si contingat dictas Alisiam, ⁊ Franceſiam eius filias, ⁊ heredes vniuersales eiusdem testatoris antedictas, ⁊ quemlibet earum quandocunque mori sine liberis naturalibus ⁊ legitimis, ex suoque proprio corpore, ⁊ de legitimo matrimonio procreatis, vno, vel pluribus, substituit ipsis Alisie, ⁊ Francesie heredibus suis vniuersalibus, supradictum Martinum Rosseti, eiusdem testatoris fratrẽ. Que si ita se habeãt, profecto non est admittẽdus dictus Martinus ad substitutionem de eo factã, quãdiu superest prefata Franceſia: pro quo allegasse sufficiat. l. penult. ⁊ quod ibi do ct. C. de impuber. ⁊ alijs substitut. ⁊ l. heredes mei. §. cum ita. ⁊ quod ibi Bar. ⁊ doc. ff. ad Trebel. Esto enim, vt vere dici possit eũdem Martinum fuisse substitutum predictis Alisie, ⁊ Francesie, ⁊ earum cuilibet: fuit tamen ⁊ est eidem substitutus, post ambarum mortem: propter illa verba, ⁊ quamlibet earum, que cum sumantur ex vniuerso ⁊c. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ⁊ §. cum ita. ff. de reb. dub. Et ita anteꝙ idem Martinus admitti possit ad substitutionem, opus est ꝙ dicte Alisia, ⁊ Francesia, ⁊ earum quelibet ab humanis, ⁊ sine liberis decesserint: ⁊ hoc ex proprietate sermonis, ⁊ verborum, quibus vsus est dictus testator. Preterea, si supponeremus eundem testatorẽ substituisse per verba sequentia: porro si contingat dictas Alisiam, ⁊ Francesiam eius filias, ⁊ heredes vniuersales eiusdem testatoris, quãdocunque mori sine liberis, ⁊c. substituit ipsis Alisie, ⁊ Francesie heredibus, dictum Martinum, adhuc viuente predicta Francesia, nõ posset dictus Martinus ad substitutionem de eo factam admitti: pro eo quia superesset, ⁊ superest persona, scilicet predicta Frãcesia, que ex presumpta voluntate testatoris excluderet substitutum. d. l. si is qui ducenta. §. si pater. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. l. generaliter. C. de institu. ⁊ substitut. ⁊ d. l. penul. C. de impuber. ⁊ alijs substitut. ⁊ quod ibi per doct. de quo etiam per Bar. in d. l. heredes mei. §. cum ita. ⁊ Joannes de Imola in. l. si pater filios impuberes. ff. de vulg. ⁊ pupil. Et per hoc limitatur. l. Lucius. ff. de vulg. ⁊ pupil. Aduertant igitur egregij viri domini aduocati dicti Martini Rosseti, sub quorum correctione hec scribo, an verba instrumenti predicti testamenti ita se habeant, prout supra retuli, an vero ex errore, seu inaduertentia aliter transcripta extiterint, ne propter inaduertentiã notarij, in suo iure opprimatur idem Martinus.

Rubrica, De probat. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cclxxxv.

¶ Confutatorium ⁊ laboris plenissimum responsum: in quo defensiones rei inutile probate faciunt, vt ipse iudicio allegatus, non a iudice absoluendus asseratur. A. F.

1 ¶ Adire hereditatem videtur heres, eo ipso ꝙ ad illam adeundam procuratorem constituit.
2 Testis vt apocham fuisse factam per talem deponere possit, opus est ꝙ deponat se fuisse presentem quando talis eam faciebat.
3 Testimonium priuigni ⁊ victrici reiectum, cum ille loco filij, hic loco parentis sit.
4 Testes contrarij non admittendi.
5 Iudiciũ cum depositione testis an ⁊ quando iungendum.
6 Filiumfamilias testari ⁊ donare posse an ⁊ quando probabile sit.



Isto Processu cause cepte, ⁊ pendentes indecise per, ⁊ inter honorabiles viros Petrum, Joannem, Claudium, Enemundum, ⁊ Yuonem Borgesij, filios quondam naturales, ⁊ legitimos Artandi Borgesij, ⁊ Antonium Bouerij tincturerium actores originarios ex vna parte, ⁊ Marinum Potarelli reum originarium ex alia parte: dico, ⁊ respondeo actores prefatos partim cõfessione prefati Potarelli, partim per publica instrumenta parte eorum producta, tam in prima, ꝙ secunda instantijs, sufficienter probasse parte eorum proposita, ⁊ deducta in eorum libello, prout plene deduxit egregius vir dominus Raymundus Andrici, iurium doctor egregius. Et quidem quatenus proposita ⁊ deducta huiusmodi concernunt predictum Antonium Bouerij, illa probata extiterunt per subscripta. Et primo quidem cõtenta in primo articulo libelli prementionati probata fuerunt per publicum instrumẽtum, insertum fol. ccxix. que etiã idem Marinus partim confessus est in respondendo eidem articulo, ꝙuis subiunxerit, ꝙ se obligauerit vt fideiussor. Contenta vero in secũdo articulo etiam probata sunt, confessione dicti Marini, qui eidem respondẽdo confessus est Mattheum de Ulino condidisse testamentum, ⁊ in eo heredes instituisse dictum Artandum Borgesij, ⁊ Joãnem Borgesij. Quodque ipsi Joannes, ⁊ Artaudus illius hereditatem adiuerint, ⁊ pro ipsius vniuersalibus heredibus se gesserint. Probatum est etiam predictum testamentum per publicum instrumentum in causa parte dictorum actorum productum, ⁊ insertum fol. ccxxviij. Contenta autẽ in quarto, probata sunt: partim cõfessione dicti Marini, partim vero per publica instrumẽta in causa producta. Et quidem mors dicti Jo. Borgesij probata est cõfessione partis: testamentũ vero eiusdem Borgesij, ⁊ quod ipse in illo heredem vniuersalem instituerit honestam mulierem Catherinam eius vxorem, probatum est per publicum instrumentum parte dicti Antonij in causa productum, ⁊ insertum. fol. ccxlvi. Et quamuis instrumẽtum huiusmodi seu nota illius non per magistrum Mattheum Dalmassij notarium, per quẽ fuit degrossatum, ⁊ signatum, sed per magistrum Christophorum Bailini receptũ extiterit, hoc tñ eidem Bouerij non officit, pro eo quia facta est fides sufficiens de commissio..e, per literas insertas. fo. ix. ⁊ inibi sufficienter recognitas. Et hoc instrumentum per dictum magistrum Dalmassij, vt dixi degrossatum: fuit habitum pro recognito. fo. xvij. Quod autem predicta Catherina adiuerit hereditatẽ dicti Joãnis Borgesij, probatũ est per acta dudum, anno scilicet domini M. ccccxciij. coram domino Joanne de Cassanis, pro tempore locumtenente spectabilis quõdam viri domini Guilielmi Ricij, tũc iudicis Auenionis. Et hoc per dominum Bertrandum Borreacij procuratorẽ, ⁊ procuratorio nomine predicte Catherine, que acta inserta sunt. fo. xcvij. seu vt verius dicam, probata est aditio huiusmodi, per publicum instrumẽtum constitutionis procuratoris facte per dictam Catherinam, anno predictorũ M. ccccxciij. ⁊ die xviij. mensis July. inserto. folio. c. ipsa
1 tenim Catherina censetur hereditatẽ dicti Joannis adiuisse, eo ipso, ꝙ ipsa ad illam adeundam procuratorem constituit: per id quod not. gloss. Barto. ⁊ docto. magis communiter. in. l. Paulus respondit. alias est. l. per procuratorem. ff. de acqui. heredi. Bald. in. l. j. in. xxx. oppo. C. qui admitti ad bono. posses. pos. ⁊ Barto. in. l. serui electione. ff. de lega. j. Contenta vero ⁊ deducta in quinto articulo, probata sunt per publicum instrumẽtum parte dicti Bouerij in hac causa productum, ⁊ insertum fo. cclij. Proposita vero in sexto probantur confessione partis. Ex quibus infertur sententiam dudum latam per egregium virum dominum tunc iudicem predicte ciuitatis, quatenus a petitis parte dicti Bouerij, fuit idẽ Potarelli absolutus, in quo tamen indulgendum est ipsi domino iudici: cum pro tempore non esset intentio eiusdem Bouerij plene fundata: sed quod tunc defuit, sufficienter suppletum est in secunda instantia: dictus vero do. iudex vt puto inaduertenter processit, quatenus dictum Marinum condemnauit ad dandum, ⁊ soluendũ prefatis Petro, Joanni, Claudio, Enemundo, ⁊ Yuoni quinque partes de sex partibus centũ florenorum, in libello predicto plenius expressorum. Et ita visus est diuidere summam huiusmodi in sex partes: cum tamen eum condemnare debuerit ad dandum illis, vtpote causam habentibus a predicto Artaudo, eorũ patre, ⁊ pro semisse vniuersali herede nobilis quondam viri Matthei de Ulino originarij creditoris: alij vero quinquaginta floreni debentur huic Antonio Bouerij, tanquam causam habẽti a dicta Catherina vniuersali, ⁊ vnica herede dicti Joannis Borgesij alterius, ⁊ pro alio semisse vniuersalis heredis dicti quondã de Ulino. Et quamuis parte dicti Potarelli fuerint excipiendo aliqua proposita, ⁊ deducta, illa tamen non refragantur, neque obstant predictis actoribus. Et primo quidẽ nõ exceptio, cuiusdẽ pretense quietãtie, de qua opposuit in quibusdam pretensis articulis exordientibus, vt vobis insertis. fol. cclxxiij. pro eo quia quietantia huiusmodi non est probata. Et quidem non per quandam assertam apochã, quã scripsisse, ⁊ subscripsisse pretenditur dictus quondam Mattheus de Ulino: quia non est probatum ꝙ apocha scripta, aut subscripta extiterit per dictũ de Ulino: nec valet quod dicitur, ꝙ cum alias huiuscemodi pretensa apocha exhibita extitisset, vel in iudicio, vel

cuidam David Borgesii, ille dixit, & respondit, quod suo videre dicta asserta apocha scripta extiterat manu dicti de Ulino: Tum quia iste est unicus, & singularis. l. iurisiurandi. cum suis simi. C. de testi. Tum quia eius pretensum dictum fuit extraiudiciale, & non iuratum: Tum quia idem David loquutus est per verbum, suo videre, vel suo iudicio: & sic non probat, etiam si alias fuisset rite in teste productus, & examinatus, secundum Bal. qui hoc no. in repeti. l. de quib⁹. ff. de legi. Ange. & Moder. in. l. sciendum. ff. de verbo. obli. Alexan. de Imol. consi. lxxiiii. exordien. Viso testamento Joannis Livaldi. versi. item iste testis in prima examinatione loquitur non per visum, &c. in primo volumi. & dom. Jason May. in. l. j. versi. eodem modo si testis dicat, videre meo. ff. de insti. & iure. Tum & quia si precise, vel absolute dixisset huiuscemodi pretensam apocham fuisse scriptam, vel subscriptam manu dicti de Ulino, adhuc non probaret: quia
2 † ad hoc ut testis probet scripturam fuisse factam manu alicuius, opus est quod deponat se fuisse presentem, & vidisse hanc scripturam per illum fieri. authen. de instru. caut. & fid. §. si quis igitur. quod etiam voluit Jacob. But. in authen. & si contractus. C. de fide instrumen. Bart. in. l. scripturas. C. qui pot. in pig. habean. Bald. in authen. sed novo iure. C. si cert. pet. Ant. de But. in. c. ii. de fide instru. de quo etiam doct. in. l. nuda. ff. de donat. & in. l. admonendi. ff. de iureiuran. & Alexand. de Imola consilio. cxxiiii. exor. Discussis hesitationibus, &c. versic. sed premissis non obstantibus, &c. ibi, quia in casibus, &c. in primo vol. & consil. lxxx. exord. Viso processu cause vertentis, &c. in. iiii. vol. non etiam probatur dicta pretensa quietantia per quosdam assertos testes parte dicti Potarelli in hac causa productos. Et quidem non per quendam Charolum Gauterii: tum quia ille probatur fuisse privignus Joannis Thibaudi, alterius ex conreis debendi obligatis dicto quondam de Ulino. Quo fit
3 † ut cum privignus sit loco filii, & vitricus loco parentis. §. affinitatis. institut. de nup. non valuerit testimonium eiusdem Charoli. arg. l. parentes. C. de testib. tum & quia idem Gauterii solet multum conversari cum dicto Potarelli: & est vir loquax, & verbosus, qui etiam solet sequi tabernas, & inibi inebriari, & conversari cum personis vilibus, que omnia detrahunt fidei testis, ut dici non possit idoneus testis: & maxime omni exceptione maior: tum & quia idem Charolus in secunda ipsius examinatione, que inseritur fol. cx. interrogatus super quarto articulo de presentibus in dicta pretensa quietantia, de qua deponere nititur, super secundo articulo dixit & respondit, quod dictus Marinus Potarelli tantum, Marcus vero Borqueti cuius depositio inseritur fol. clxxii. qui etiam nititur deponere de asserta quietantia dicit de presentia aliorum,
4 Et sic isti testes mutuo se impugnant: & † non probant, utpote sibi invicem contrarii. Pro quo allegasse sufficiat quod not. Bald. in. l. testium. versic. modo hic insurgit dubium. C. de testib. Joan. Andr. & doct. magis communiter in. c. in nostra. de testibus. Joan. And. in addit. Spec. titu. de testib. §. iam de interrogatoriis. in additione incipiente, Incaute posuit Freder. de Sen. consil. clxxii. exordiente, Domine Grisselle, &c. & Alexand. de Imola cons. xxxiii. exord. viso processu cause vertentis inter Cecum, & Nicoletum, versic. item opponitur exceptio solutionis, &c. Si enim bene attendantur depositiones horum duorum pretensorum testium, ipsi non solum sunt in depositionibus singulares, ratione predicta, scilicet, quia dictus Charolus Gauterii deposuit, quod tantum presens extiterit dictus Marinus: prefatus vero Boqueti deposuit de presentia etiam aliorum. Et quia Charolus deposuit de cancellatione libri, dictus vero Boqueti illam fieri non vidit: sed etiam sunt contrarii: pro eo quia uterque dicit de pretensa quietantia tunc scripta, & expedita, ut dicunt, quamvis falso dicto Marino. Quamvis enim confessio de recepto sit actus reiterabilis, non est tamen verisimile, quod idem de Ulino fecerit, scripserit, & expedierit dicto Marino duas quietantias de eadem summa: ubi igitur pretenderet aliquis hos testes posse reduci ad concordiam per reiterationem actus, ut sic saltem non essent contrarii, ille pretenderet rem non verisimilem: que (ut dicit Auarroys commentator, relatus per Bald. in. l. j. C. de ser. fug.) est quedam falsitatis imago, Idem voluit Bald. C. de probat. in rub. & in tractatu schima, quem posuit in rub. C. si quis ali. testa. prohibue. idem voluit And. Barb. consil. vj. in. j. parte. & consil. xviii. in. j. parte. & Alex. de Imol. consil. xxvii. exord. In casu & lite domini Bartholomei, &c. in. ii. vol. Cum igitur circa confessionem de recepto, & editionem, & expeditionem pretense apodixe, seu quietantie, isti sint contrarii: pro eo quia dictus Charolus dicit, quod solum presens extiterit dictus Marinus, & sic negaverit presentiam non solum aliorum, sed etiam huius Boqueti. Dictus vero Boqueti dixerit, non solum de presentia sui ipsius, sed etiam aliorum, patet quod isti fuerunt, & sunt contrarii: & sic unus alium impugnat, & propter talem contrarietatem & singularitatem unius testis ad alium, diminuitur de fide alterius, adeo quod non est locus delationi iuramenti: hoc enim casu minus probatur per multos, quam per unum solum testem: per id quod voluit Bald. in. l. de quibus. versic. sed nunquid si testes deponunt idem dictum, &c. ff. de legi. in. l. iurisiurandi. versic. deinde no. rationem quare testibus, &c. C. de testib. & in feudis. tit. de controver. investitu. in rubr. & Alexander de Imola in dicto cons. xxxiii. in tertio vol. Et per easdem rationes sumptas ex contrarietate impugnatur dictum & depositio dicti Marci Boqueti, contra quem etiam nonnulla probata sunt per testes parte dictorum actorum in hac causa productos, & examinatos super articulis exordientibus, Marinus Borreli, insertis. fo. lxxxiii. que detrahunt, primo plurimum detrahunt fidei dicti Boqueti, ita ut non videatur non solum non maior omni exceptione, sed nec quomodolibet idoneus aut alicuius fidei. Addo quod quamvis in secundo articulo, dicte schedule, ut vobis deductum extiterit, quod prefatus de Ulino fuerit confessus se habuisse & realiter accepisse dictos centum florenos a prefato Marino, & d. Jo. Thibaudi, & quod eis fecerit quiettantiam, dicti tamen Charol⁹ Gauterii, & Marcus Boqueti, nihil dicunt de dicto Joanne Thibaudi. Quo fit ut cum reus in exceptionibus fungatur vice actoris. l. in exceptionibus. cum suis simi. ff. de proba. quemadmodum actor deducens unam causam, & illam non probans, sed aliam non obtineat, etiam si probata esset alias legitima. l. habebat, in prin. ff. de instito. & quod no. Bar. in. l. j. in princi. C. de ede. Inn. in. c. cum contingat. de off. dele. in. c. ceterum. de iud. & in. c. j. de lit. conte. Jo. de Imo. in. l. si ita stipulatus. §. Crisogon⁹. ff. de verb. obl. quamvis non faciat hic principale fundamentum. Non etiam probatur exceptio de soluto per depositionem nobilis Spinoli Gardini, super dictis articulis, ut vobis. &c. Tum quia ille est unicus, & singularis. dict. l. iurisiurandi. Tum & quia deponit de pretensa confessione extraiudiciali dicti Joannis Borgesii, & cui non dicit interfuisse dictum Marinum, & sic non valuit. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & quod not. glo. in. c. ex parte. ubi etiam Panor. versi. secundo casu principali, &c. de confes. & glo. in. c. si cautio. de fide instru. & Barto. in. l. non solum. el. ii. §. si liberationis. ff. de libe. lega. nec dicat aliquis, quod huiuscemodi pretensa confessio saltem faciat indicium, quod coniunctum alteri ex testibus superius mentionatis, videretur hoc operari, ut saltem deferri debeat dicto Marino iuramentum suppletorium. Quoniam respondeo, quod cum † istud preten-
5 sum indicium non plene probetur, quia de eo, solum visus est deponere prefatus Spinolus, illud non probat: quia omne indicium debet probari per duos testes: ut no. gloss. ubi etiam Barto. & docto. in. l. fina. C. fami. ercis. Innoc. in. c. sicut de simonia. Ange. in. l. fin. in prin. ff. quod metus causa. & in authenti. de testamen. impefec. in prin. colla. viii. non est hoc pretensum indicium iungendum cum depositionibus dictorum pretensorum testium ad integrandum &c. per id quod ponit Bald. in. l. si quis ex argentariis. post principium. ff. de eden. Pro quo videri poterit Alexand. de Imol. consi. xi. exordiente. Sentio in dubium revocari &c. consi. xix. exordien. In iis que in themate narrata sunt, &c. in quarto volu. & do. Jason May. in repeti. dicte. l. admonendi. ff. de iureiuran. ¶ Preterea proposuit, & deduxit dictus Marinus exceptionem transactionis celebrate, & inite, ut pretendit, per & inter eum, & quendam Jacobum Mesine assertum procuratorem predictorum actorum aut aliquorum eorundem, etiam cum potestate transigendi & hoc proposuit in articulis exordientibus. Transactio, &c. insertis fol. lxxiii. Sed hec non obstat: Tum quia dicta pretensa transactio non probatur: quamvis enim Antonius Gay primus testis, & Stephanus Garnerii serviens curie temporalis Avinionis videantur de illa deponere, ipsi tamen eam non probant: pro eo quia dictus Gay videtur deponere illam fuisse celebratam, & initam in apotheca dicti Charoli Gauterii eius magistri. Prefatus vero Garnerii, videtur deponere illam esse factam in domo dicti Marini Botarelli: & sic isti non sunt contestes, sed magis singulares: quinimo videtur magis con

gis contrarij. Et sic nihil probant, per ea que superius dixi in impugnatiõe depositionũ Charoli Gauterij, & Marci Boqueti. Tum & quia dictus Jacobus transigere non poterat, pro & nomine dictorũ Borgesiorum, cum de nulla eius facultate appareat. Et supposito q ipse transigendi facultatem recepisset a dicto Bruerij: non poterat tamẽ pro vno scuto donare, vel remittere debitum quinquaginta florenorum: non quidem monete currentis, & multo de billoris, sed monete currẽtis, anno domini M.cccclxxxix. attento maxime quod debitum huiusmodi esset satis liquidum, pro quo allegasse sufficiat argumen. eorum que habentur, & nota. per scribentes, in. l. pactum curatoris. C. de pactis. & in. l. preses. C. de transactionibus. Tum & quia ex depositionibus testium non apparet q de hac lite, de qua lis pendebat, & pendet, de & super debito centum florenorum inter dictos actores, & dictũ Marinum fuerit trãsactio inita inter ipsos Mesine & Marinum, sed de lite pẽdente inter ipsum Mesine & dictum Marinum. Non ergo obstat predicta depositio: quia ex separatis non infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. versicu. sed hec dissimilia. ff. de verborum obliga. l. si maritus. el. j. C. de dona. inter virum & vxorem. & vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. Tum & quia supposito q omnium predicta cessarent, que non cessant, adhuc non videtur dicta pretensa transactio prodesse eidem Potareli: pro eo quia non est probatum, quinimo nec opportune deductum, q ipse soluerit illud pretẽsum scutum. l. cum proponas. el. ij. & quod ibi doctores. C. de pactis. & capit. peruenit. el. ij. & quod ibi doctores, de iureiuran. Ex quibus videtur nihil fuisse propositum, & efficaciter probatum, parte dicti Marini, propter quod debuerit aut debeat ab impetitis, maxime parte predicti Antonij, absolui. ¶ Forte vero vltra, & preter excipiendo opposita, parte Marini Potareli opponetur cõtra honorabilem virum Antonium Bruerij, q† testamentum Joannis Borgesij non valuerit, pro eo quia tempore testamenti per eum conditi, ipse erat filiusfamilias, prout colligitur ex tenore testamenti eiusdem, in quo legauit Joanni Borgesij, ville de Romanis genitori suo, victum & vestitum quandiu vitam duxisset in humanis. Nõ ergo videtur potuisse testari, etiam si idem Joã. genitor cõsensisset. l. qui in potestate. in prin. cũ suis sim. ff. de test. Si igitur videret testamentũ ipsius fuisse nullũ, & propterea Catherinam eius vxorem, & per eũ heredẽ institutam, nullum ius habuisse, aut habere potuisse in bonis & hereditate dicti Jo. in vim dicti testamenti: quod si ita est, ergo nec aliquod ius in eisdem habere potuit prefatus Bruerij, dicte Catherine donatarius: quia nemo plus iuris, &c. l. traditio. ff. de acqui. re. domi. c. gratia. j. q. j. & c. Daybertum. j. q. vij. Non igitur videtur predictus Bruerij potuisse agere cõtra debitorẽ, &c. Preterea etiam alia ratione non videtur valuisse donatio facta per dictam Catherinã: pro eo q tempore facte donationis huiusmodi, ipsa erat filiafamilias, vt apparet in instrumento donationis predicte, vbi dicitur, filia eiusdem Christiani. Non videtur igitur potuisse donare sine consensu patris. l. fi. §. filijs autem. C. de bon. que libe. Sed his, vt videtur, poterit respõderi, q illa non obstant, pro eo quia supposito citra preiudiciũ veritatis, q per instrumenta testamenti, & donationis predictarum, videtur probari q dict⁹ Jo. Borgesij testator fuerit filius alterius Jo. & Catherina filia, predicti Christiani. Nõ tamen necessario infertur, & concludenter, q illi essent in patria potestate dictorũ pretensorum patrum. Potuerunt enim esse naturaels filij, nõ naturales & legitimi. Et si debeant presumi fuisse naturales & legitimi, potuerunt esse emancipati: & sic non in patria potestate, quod etiam ideo presumi nõ debet, eos scʒ fuisse in patria ptãte, postq̃ hoc ex aduerso nõ proponitur: p id quod no. Bar. in. l. si adulterium cũ incestu. §. idẽ Pollioni. ff. de adulte. Bal. in. l. venia. C. de in ius vocan. Preterea cum vt apparet ex testamento honorabilis quõdã viri, Marci de Vlino, Jo. Borgesij pretensus pater alterius Joã. Borgesij testatoris, de quo supra, nõ haberet vsumfructum in bonis que fuerunt dicti quondã Matthei, obstante dispositione testamentaria eiusdẽ Matthei: in qua sic prouidere potuit. auth. excipitur. C. de bo. que lib. & in corpore vnde sumitur, videtur ipse Jo. pretensus filius potuisse de bonis huiusmodi disponere, & testari, etiã si filiusfamilias pro tẽpore extitisset, per tex. in auth. vt liceat matri & auie. in prin. colla. viij. vbi est casus, q si relinquãtur res filijsfamilias, aut donentur, cum hoc pater nullũ habeat in bonis huiusmodi vsumfructũ, filij si sunt etatis idonee, pñt disponere de huiusmodi, quomodo volunt, ergo possunt de eis testari, argumẽto. c. quia nos. in verbo, liberum disponere. de testamentis. Ex quo textu colligunt ibi scribentes, q clericus existens in patria potestate, potest de bonis aduentitijs libere testari, nulla habita licentia a patre. Pro hac parte possunt multa induci, pp̃ter que, prout alicubi refert Rom. plures famosissimi doct. alias in facti cõtingẽtia scripserũt pro hac parte apud Perusiũ, scilicet q filiusfamilias testari possit de dictis bonis. Hãc partem, & per multa motiua, sequutus est Andre. Barbat. respondens contrarijs, insuper & glos. authoritati, super quibus non insisto: postq̃ de hoc non opponitur ex aduerso. Quo vero ad Borgesios, est aduertẽdum, q donatio eis facta fuit de bonis mobilibus & immobilibus: non autem de iuribus, & sic nec de nominibus: propter quod videndum erit, si de hoc oponatur, quomodo tueri poterit eorum intentio: pro eo quia iura non videntur venire appellatione bonorum mobilium, vel immobilium, sed videntur facere tertium genus. l. quam Tuberonis sententiam. §. fi. ff. de pecul. super quo cogitabitis: cogitabo & ego, sciens q hoc dictum habet multas limitationes, quas, data opportunitate, reuoluã. Que, &c.

¶ Rub. De subd. vassal. ¶ Epitome. ¶ Consi. cclxxxvi.

¶ Municipes & incole loci de Borna ex transactione dominum filias maritantem in summa certa iuuare tenentur. Hoc ad sorores domini non extendi responsum est. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Vassalli dominis in sex casibus obedire tenentur: & qui sint illi.
2 Interpretatio contra se fundantem ex verbis contractus est fienda.
3 Nepotem filiorum appellatione interdum comprehendi.



Etiam si vniuersitas hominũ loci de Borna, teneretur in vim transactionis celebrate, seu facte anno Domini M.cc.xcvj. & die. xxiiij. mensis Decemb. per & inter tunc dominos dicti loci de Borna, & dictam vniuersitatem seu pro ea, & eius nomine per honorabiles quondã viros Petrum Bertrãdum, & Raymundum Durãdi habitatores dicti castri soluere domino dicti loci sexaginta libras, quando contingit eum maritare filiam, aut filias, non tamen teneretur summam huiusmodi eidem domino soluere, quando maritat eius sorores. Pro cuius clariori ostẽsione premitto, q licet Rofred. in tract. suo libel. sub rub. sacramentum cuiuslibet vassalli. & que continet sacra. fide. 1 dicat, q† vassalli propter feuda, que a dominis recipiunt, tenẽtur eisdẽ obedire in sex casibus, primo pro exercitu imperiali, scdo pro corredo imperiali, & in his duobus seruit vassallus pro curia: in alijs vero quatuor casibus seruit propter vtilitatẽ domini, qui sunt pro filia dñi maritanda, pro domino vel filio milite faciẽdo, pro domino capto ab inimicis redimendo, & pro terra per dominum emenda. Tamen Joan. And. in add. Spec. tit. de feud. §. quoniam. versic. & no. q vassalli comitũ, &c. dicit q quidam resistunt Rofr. dicentes dictum Rofred. legibus, vel consuetudinibus feudorũ non probari. Et potissime resistũt in tertio casu, qui est de filia maritãda, & in quarto, qui est pro domino, vel filio milte faciendo, & sexto, qui est, vt vassallus iuuare debeat dominũ pro terra emenda: quia non vident predicti resistentes, quare dixerit Rofr. q vassalli teneantur iuuare dñm pro filia maritãda, cum mater nõ teneatur dotare filiã. Et hec opinio videtur mihi cõmunior, & de iure verior, scilicet q vassalli non teneantur de iure domino in dictis casibus: quo fit, vt sequenda sit in iudicando, & consulendo. l. j. versic. crebrior apud veteres opinio. ff. de officio questoris. quod etiam voluerunt Ostiensis, Joannes Andreas, Antonius de Butrio, Panormitanus, & alij in. c. j. de constitut. quod si ita est, imo quia est ita, predicta vniuersitas loci de Borna non tenetur de iure communi ad solutionem dicte summe, sed duntaxat in vim dicte pretense transactionis, seu alterius conuentionis. Quo fit, vt cũ illa sit stricti iuris, & odiosa tanq̃ detrahens libertati, non sit amplianda, sed potius restringẽda, aut

E

saltem in suis terminis obseruanda. §. actionum. ⁊ quod ibi glos. ⁊ doctores. institut. de actioni. l. quicquid adstringende. ff. de verborum obligationibus. l. cum quidam. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ regula, odia. de regu. iur. in. vj. Cum igitur dicta pretensa transactio loquatur de solutione dictarum sexaginta librarum facienda per dictam vniuersitatem domino dicti loci, quãdo maritat eius filiã illa non est extendenda ad causam separatam, ⁊ disiunctam prout est casus occurrens, in quo petitur, ꝙ dicta vniuersitas summam predictã soluat: pro eo qꝛ dominus dicti loci maritauit sororem. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verbo. oblig. l. si maritus. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de mino. Cũ enim verba dicte transactionis vtpote loquentia de filia maritanda, ⁊ solutione fienda eo casu, quo illa per dictũ Dominũ eius patrem, maritatur, casui qui occurrit, in quo non filia per patrem dominum, sed soror per fratrem dominum maritatur, merito non debet, nec potest predicta transactio huic casui adaptari. argu. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. iiij. §. toties. ff. de damno infect. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. ⁊ l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acqui. heredi. ⁊ l. ita autem. cum simi. ff. de administra. tut. ⁊ quod voluit Roma. consi. ccccxlij. exord. Ut decisionem accipiat presens consultatio, ⁊ cons. ccccliij. exord. Quo ad propositam consultationem. Pau. de Castr. consil. iiij. ⁊ Andre. Barba. consi. xxj. in prima parte. Ad quod etiam facit, qꝺ
2 † etiam in dubio interpretatio est facienda contra eum qui se fundat ex verbis cõtractus. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. ⁊ regula, contra eum. de regu. iur. in. vj. quod etium voluit Alex. de Imo. consi. lxj. exord. Super eo quod queritur. in primo volu. ⁊ consi. cxciiij. in secundo volu. ⁊ in. l. si pascenda. c. de pac. ⁊ Andre. Barba. consi. lxiij. in prima parte. Facit etiam optime ad premissa, quod voluit Petr. Antipo. in suo diuersorio munerum. versi. suppone tamẽ sine veritatis preiudicio, ⁊ versi. consimilis questio fieri potest de filia filij, in quibus locis dicit idẽ doctor, ꝙ stante sententia, seu statuto ꝙ subditi possent talliari, ⁊ tallia seu collecta ab eis exigi, eo casu, quo filius domini efficitur miles, vel filia domini maritatur, hoc tamen fieri non potest, quando nepos ex filio domini efficitur miles, vel quando maritatur neptis ex filio domini. Pro quo allegat bona fundamenta, quod si ita est in casibus illis, multofortius in nostro: quia illud certum est, quod appellatione filij, vel filie, nunquam venit frater, vel soror. Et tamẽ certum est, ꝙ appellatione filij, ⁊ filie comprehenduntur aliquando ⁊ in multis casibus nepos, ⁊ neptis: pro quo allegasse sufficiat. l. Lucius el. ij. ff. de heredi. institu. c. filij. ⁊. l. iusta. cum sim. ff. de verbo. signifi. de quo scribunt multi in. l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. ⁊ posthu. Que omnia dixerim sub correctionẽ cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De acquirenda possessio. ¶ Consi. cclxxxvij.
¶ Epitome.

¶ Frater senior iuniorem communi castro arcere non potest: quamuis multo maiorem partem in eo se habere pretendat. Vas. Filio.

1 ☞ Presumptio est tenentem rem possidere, ⁊ filium se paterne hereditati immiscuisse.
2 Presumptio est licite potius ꝙ illicite rem possidere, vel apprehensam esse.
3 Possidet vitiose fideicommissarius qui propria authoritate possessionem bonorum arripuit: ⁊ ius fideicommissi perdit. ⁊ nu. 7.
4 Frater, qui post mortem patris bona patris administrat, communi fratrum nomine id facere censendus est. ⁊ numero. sequen.
5 Communem rem singuli de communione possidere intelliguntur.
6 Iurisdictionis castri sextam partem habens par dicitur illi qui quinqꝫ partes habet: tantum abest vt ei subijciatur, aut eius officiarijs.
7 Spoliare fratrem an dicatur qui eum accedentem ad commune castrum arcet.
8 Fideicommissarius an ⁊ quando in penam incidat si non vocato herede obtineat a iudice se immitti in possessionem.



N processu cause cepte, ⁊ pendentis indecise per, ⁊ inter nobilem Bartholomeum Martini ciuem Aquensem ex vna parte, ⁊ nobilem Joannem Martini eius fratrem ex alia, constat, ⁊ apparet nobilem virum Marconum Martini eorum quondam patrem tenuisse, ⁊ possedisse tempore eius vite, ⁊ mortis castrũ, ⁊ iurisdictionem loci Podijluperij, ⁊ ipsum ab humanis intestatũ decessisse superstitibus, ⁊ sibi superuiuentibus dictis nobilibus Joanne, ⁊ Bartholomeo eius filijs naturalibus, ⁊ legitimis: ⁊ ꝙ post ipsius mortem non solum idem nobilis Joannes, sed etiam dictus nobilis Bartholome⁹, a tẽpore mortis dicti nobilis Marconi, eorum quondam patris, steterũt ⁊ mansionem fecerunt in domo paterna, ⁊ castro predicto, ⁊ interdum in dicta ciuitate Aquẽsi, ⁊ domo paterna. Ex quibus per ordinem inferuntur sequentia. Primo quidẽ ꝙ paterna hereditas eisdem nobilibus Joanni, ⁊ Bartholomeo equis portionibus delata est. authen. de heredibus abintestato. §. j. coll. ix. ⁊ transumptiue in authen. in successione. C. de suis ⁊ legit. liber. ⁊ institut. de heredit. que ab intest. defer.
1 circa principiũ. Secundo, † ꝙ cum manens, ⁊ habitans in re, vel eam tenens presumatur in dubio illam possidere. c. pontifices. vij. questione. j. quod etiam voluit Innocent. in capitulo, olim. el. ij. de priuilegijs. Paulus de Lyaza. in capitulo, in literis. eodem titulo. Bartolus in suo tractatu de testib. Baldus in. l. prima. C. de seruis fugitiuis. Canoniste in capitulo, cum ad sedem. de restitutione spoliatorum. Baldus in disputatione exordiente, Accusatus vi turbatiua, ⁊c. glossa, Bartolus, ⁊ doctores in. l. stipulatio ista habere licere. §. hoc quoqꝫ. ff. de verborum obligat. non solum censendus est dictus nobilis Joannes, sed etiam prefatus nobilis Bartholomeus, posedisse castrum, ⁊ domos predictas. Preterea ⁊ tertio infertur, ꝙ ipsi censendi sunt in dubio tenuisse, ⁊ possedisse, ac tenere ⁊ possidere castrum, et domos predictas, vt ⁊ tanquam heredes dicti quondam eorum patris. Pro eo quia filius tenens, vel possidens bona patris post mortem illius, vel in domo habitans, presumitur se immiscuisse paterne hereditati: ⁊ sic iure hereditario posedisse. l. prima. ⁊ quod ibi Baldus, Salicetus, Paulus de Castro, ⁊ Moderni. C. de repudianda hereditate. Bartolus in. l. gerit. versiculo, circa tertium. ff. de acquirenda heredit. Et hoc procedit non solum in filio, cui delata est paterna hereditas, sed etiam in extraneo, cui defuncti hereditas esset delata: quia eo ipso ꝙ ipse inhabitat domum defuncti, ipse presumitur adiuisse, nisi probet se nõ adiuisse: vt voluit Bal. in. l. non hoc. C. vnde legitimi. ⁊ Philippus de Corneo in dicta. l. prima. C. de repudian. hereditate. Et cum, vt dixi, paterna hereditas fuerit ab intestato eisdem nobilibus Joanni, ⁊ Bartholomeo equaliter delata, ipsi censentur bona paterna, hoc est que fuerunt patris, ⁊ que ipse tempore mortis possidebat, equaliter possedisse. Cui non obstat quod parte dicti nobilis Joannis pretenditur: scilicet, ꝙ imo ipse possidet partim iure hereditario patris, ⁊ partim tanquam eidem patri substitutus per magnificum ⁊ egregium quondam virum dominum Joannem Martini, bo⁹rum contendentium auum paternum. Tum quia non apparuit, nec apparet eundem nobilem Joannem dicto eius quondam patri fuisse substititutum, ea videlicet substitutione, que locum habere potuerit post immistionem paterne hereditatis: quia illa pretensa substitutio, de qua in quodam asserto publico instrumento, parte eiusdem Joãnis in hac causa producto, continet duntaxat vulgarem substitutionem, que immistione paterne hereditatis expirauit. l. post aditam. C. de impuberum ⁊ alijs substitutionib. non fideicommissariam: prout patet ex inspectione dicti pretensi instrumenti, ⁊ iurium allegationibus parte dicti nobilis Bartholomei ad partem datis. tum et quia supposito citra preiudicium veritatis, quod probatum extitisset dictum Joannem fuisse etiam per fideicommissum dicto Marcono eius quõdam patri substitutum, non esset tamen, nec est presumendum quod ipse bona dictorum quondã do. Joãnis, ⁊ Marconi aui, ⁊ patris, aut aliquid de eisdẽ possederit iure fideicõmissi, ⁊ tanꝙ substitutus: siquidem vero, ⁊ maxime quoad illã portionẽ, seu quotã, quaꝫ pretẽderet sibi debuisse restitui per dictũ Bartholomeum
2 eius coheredẽ: quia † cũ aliquis potest rem aliquam multis iuribus apprehendere, vno scilicet iure, ⁊ licite, vt heres, cui propter

cui propterea hoc licet, vt notat Bald. in l. final. C. de edi. diui Adr. tollen. & alio iure, sed illicite: tunc censendus est velle, vt heres, & sic licite dictam rem apprehēdere, & possidere. l. duo fratres. versi. vltimo. ff. de acqui. here. sed supposito citra preiudicium veritatis, q dictus Ioā. fuerit etiam per fideicōmissum substitutus, licuit sibi propria authoritate, & iure hereditario patris apprehendere, & possidere dimidiā partē bonorū paternorū: hoc est nō solū ea que pater aliunde quesierat, sed etiam auitinorum: sed non licuit sibi propria authoritate aliquid capere iure dicte pretense substitutionis de alia dimidia parte: q nō licet regulariter fideicōmissario sua ipsius authoritate apprehendere bona per fideicommissum sibi relicta, & hinc † est, quod fideicommissarius, qui sua authoritate apprehendit possessionem bonorum subiacentium restitutioni fideicommissi, dicitur vitiose possidere, vt dicunt docto. in l. filium fratribus. ff. ad trebel. non enim transit regulariter ius fideicommissi vniuersalis in substitutū, nisi facta restitutione re, vel verbo per grauatū, vel ei⁹ heredē. l. facta. & l. restituta. in prin. ff. ad Tre. Dixi autē regulariter, ppter id qō habet, & not. in l. pen. C. ad Treb. que si ita se habēt, & imo q sic se habēt vera sunt, cēsendus est idē nobilis Io. tenuisse, & possedisse dūtaxat dimidiam partē predictorum bonorum, & nihil de alia iure fideicōmissi: quia hoc facere non potuit, nisi vitiose, & sic delinquendo, quod non presumitur eum facere voluisse. l. merito. ff. pro socio, & quod per illam. l. no. Old. Iac. de Are. Bar. & Alex. de Imo. in l. cōmunis seruus. in prin. super verbo, omnium. ff. de acqui. pos. & quod voluit Pau. de Cast. in d. l. j. C. de acqui. hered. & quod eleganter voluit Roma. consi. cclxvij. exord. Primo dici potest Chiricum predictum. ver. est igitur videndum quo titulo, &c.

4 Et q† dictus Io. vtpote maior, rexit, gubernauit, & administrauit bona dicti quondā Marconi, ipse censendus est bona huiusmodi rexisse, administrasse, gubernasse, & possedisse, non solum suo ipsius proprio nomine, sed etiam nomine dicti Bartholomei coheredis: secundum Old. Iac. de Are. Bar. Alex. de Imo. & modernos in d. l. cōmunis

5 seruus. in prin. dicit enim ibi tex. q† cōmunis seruus etiā si ab vno ex dominis omnium nomine possideatur, ab omnibus possideri intelligitur. docto. vero prefati super verbo, omnium. addunt, seu subaudiunt, q in dubio presumitur, pro quo omnes allegant dictā. l. merito. ff. pro soc. quia vt ibi dicitur, non est in dubio presumendum, q quis voluerit occupare alienum, & delinquere, quod in casu nostro fecisset dictus Io. si etiam substitutus per fideicōmissum possedisset aliquid vltra dimidiam partem, q sic possedisset, & occupasset alienū, & consequēter deliquisset: quia vt iam dixi, ius fideicōmissi non transit in fideicōmissariū, nisi facta restitutione re, vel verbo, & sic fideicōmissum non est substituti ante restitutionem, sed sibi debetur actione ex testamento, & ex dicta. l. communis seruus, iuncta subauditione de qua supra, & l. qui iure. ff. de acquirend. possessio. decidit Bart. & alij post eum in dicta. l. communis seruus. q si plures sint heredes qui habeant bona communia pro indiuiso, & vnus solus administrat, & fructus percipit, dicuntur alij possidere: per predicta: quia ipse videtur gessisse, & administrasse iure familiaritatis, & cōmuni omniū nomine: supposito igitur citra preiudici veritatis, quod dictus Ioannes solus rexisset, & administrasset dicta bona, ac etiam solus fructus illorum percepisset, debet tamē presumi, & presumitur, quod ipse hoc fecerit tam suo ipsius nomine, quam dicti Bartholomei eius fratris. Et ita censetur dictus nobilis Bartholomeus tam per se, quā per dictum nobilem Ioannem tenuisse, & possedisse castrum, & domos predictas, & non solum castrum, sed etiam iurisdictionem, & territorium dicti castri, quorum possessionem seu quasi apprehendisse censeretur, etiam si de alio non appareret: eo ipso, quod ipse Bartholomeus apprehendit possessionem dicti castri: per argumen. eorum que notat Bartolus in. l. possideri. in principio. versiculo quero aliquis emit castrum. ff. de acquirenda possessione. vbi voluit Bartolus quod si emerim castrum cum territorio, cui iurisdictio coheret, ab illo qui habebat quasi possessionem iurisdictionis dicti castri, & cum voluntate illius ingrediar castrum, ego acquiro omnem iurisdictionē concurrente volūtate domini tradentis. l. si stillicidij. §. fin. ff. quemadmo. serui. amit. vbi qui vadit per partem itineris, hoc est loci, vbi constituta erat seruitus itineris, totum dicitur consequi, seu retinere, & sic videtur velle Bar. quod cum concurrat voluntas possidentis, sufficit quod eo sciente, & patiente ingrediar. sicut in. l. iij. §. dare. ff. de vsufruc. vbi per apprehēsionē rerū corporaliū quis dicitur adipisci quasi possessionē iuris incorporalis vt vsusfructus: vnde cum habeat possessionem voluntate domini eam retinet. Cum igitur dictus quondam nobilis Marconus tempore eius vite, & mortis, haberet, & possideret castrum predictum cum eius territorio, & iurisdictione, & ipse ab intestato decesserit, & sic censeatur saltem tacita voluntate hec omnia reliquisse predictis nobilibus Ioāni & Bartholomeo eius filijs. l. conficiuntur. in principio ibi, quoniam creditur paterfamilias sponte sua his relinquere legitimam hereditatem. ff. de iure codicillor. & l. ij. ibi, vel etiam intestati successionē contulerint. C. de bonis mater. videtur, q per apprehensionem possessionis castri predicti Podijluperij fuerit etiam apprehensa, & acquisita possessio, seu quasi territorij, & iurisdictionis illius. ¶ Quibus non obstant quedam pretensa instrumenta, seu litere testimoniales plurium concessionum ad nouum accapitum, & inuestiturarum factarum per dictum nobilem Ioannem Martini. Tum quia licet idem Ioānes se dixerit in concessionibus, & inuestituris huiusmodi, dominū dicti castri, non tamē dicit se dominū insolidū: certum est enim, q res tibi & mihi cōmunis, potest dici & tua, & mea, & tu illius dominus, & ego dominus. Tū & quia hec sunt facta per dictū Ioannem regentem, & administrantem bona ipsius, & dicti Bartholomei, eius fratris, & eo inscio: qui propterea eidem preiudicare non potuit, nec preiudicauit, quinimo eidem magis profuit: pro eo quia censetur fecisse communi nomine suo, & fratris: vt dicūt Bar. & doct. in d. l. qui iure. de fratre maiore percipiente fructus predij communis, locante predium commune. Ex quibus infertur dictum nobilem Ioannem fouisse, & fouere malam causam: & in multis minus iuridice molestasse, & turbasse, ac etiā molestare, & turbare nobilem Bartholomeum: quinimo & eum spoliasse possessione dicti castri, propter non admissionem, seu repulsionem ipsius: & quidem eum molestauit, & turbauit propter illas preconizationes, quas fieri mandauit, & fieri fecit suo ipsius nomine: & vt domini insolidum castri, & territorij predictorum: quod facere non potuit, nisi de facto, & multum iniuriose, etiam si verum esset id, quod pretendit, prout verum non est, scilicet q quinque partes castri, territorij, & iurisdictionis predictarum, ad eum pertinerēt, & sexta duntaxat ad hunc nobilem Bartholomeum: quia

6 † cum confessione eiusdem Ioannis esset dominus castri territorij, & iurisdictiōis huiusmodi, saltem pro sexta parte nullum habuit imperium, aut iurisdictionem contra dictum Bartholomeum, vel eius officiarios: quia par in partē non habet imperium. c. innotuit. de elect. l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebellia. & l. cum magistratus. ff. de arbit. Et hinc dicunt doct. q vnus ex duobus dominis ciuitatis, aut ville, seu castri non potest punire alium ibi delinquentem: vt notat Bald. & doct. in c. j. qual. vasall. iura. debet fidelit. doct. in c. j. §. preterea ducatus. de prohibita feud. alienat. & Panor. in c. prudentiam. in princ. de officio deleg. Et plus dicit Bart. in l. tutores. in fine. ff. de administratione tutor. q si duo vassalli diuidunt feuda paterna, ac castra sua, & iurisdictiones, & postea vnus delinquat in parte alterius, non poterit ab illo puniri: & ita dicit Bartol. se consuluisse in contingentia facti: fateor tamen, q Bald. & quidam alij in dicto. §. preterea ducatus. limitant dictum Barto. sed horum limitatio non obstat proposito nostro: quia castrum, territorium, & iurisdictio, de quibus est sermo, non fuerunt diuise: fuit igitur grauis, & iniuriosa incarceratio baiuli dicti nobilis Bartholomei, etiam si verum esset, quod ipse haberet sextam partem duntaxat, qui tamen habet dimidiam: si enim per preconizationem factā nomine seu parte dicti nobilis Bartholomei, aut per alia gesta a dicto eius Baiulo, pretendebat se turbari, debebat procedere alia via, non per

7 viam exercitij iurisdictionis. Fuit † etiam iniuriosa dicta non admissio, seu repulsio dicti nobilis Bartholomei ab ingressu dicti castri, ob quam etiam spoliauit eundem Bartholomeum. l. clam possidere. §. finali. ff. de acquirenda possessione. et incidit in penam. l. si quis in tantam. C. vnde vi. quod ibi etiam notat glossa magna, versiculo, decimo si possidentem non admisi. Addo quod etiam ex hoc perdidisset ius pretensi fideicommissi, si quod habuisset: per id quod voluit Bartolus consilio nonagesimo sexto. exordiente, Missus in possessionem vigore, &c. alias incipit, In questione vertente in curia domini Capitanei. Et

istud consilium commemorat, ꝛ sequitur Pet. de Ancha. consi. cxxxij. exord. Satis inaduertenter, ꝛc. versi. hac igitur nullitate presupposita. ꝛ consi. cclxxi. exord. In primo dubio queritur, ꝛc. versi. ex quibus pro veritate concludo, ꝛc. ꝛ do. Jason May. in. l. fin. C. de iure deliber. qui volunt
8 ꝙ † fideicommissarius, qui post apprehensionem possessionis facte per heredē, procurauit, ꝛ obtinuit se mitti in possessionē mandato iudicis, ꝛ herede eodemqꝫ possessore nō vocato, incidit in penam. l. meminerint. C. vnde vi. Et hoc etiam satis voluit Oldra. consi. cvij. exord. Circa ius municipale, ꝛc. in. vj. quesito. Quod si verum est, imo quia verum est, in eo qui mandato iudicis procurauit ꝛ obtinuit se mitti in possessionem iam apprehensam per heredem, multofortius, vel saltem non minus procedere debet in eo, qui sua ipsius propria authoritate ausus est ꝛ damnabiliter fecit. Pro quo est bonus tex. in. l. nō est dubium, ꝛ quod ibi gl. ꝛ doct. C. de lega. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Rubrica, De donationibus. Consilium. cclxxxviij.
Epitome.

Donare potest pater extraneo salua liberis legitima, presertim si non simplex donatio, sed ob causam fuerit: vel vt commodis vite sue hic pater prospiceret. V. F.

1 Dominus rei sue quātopere sit quilibet.
2 Donatio inter viuos omnium bonorum presentium valet, quia de futuris testari poterimus.
3 Donatio extraneo facta reuocatur vsqꝫ ad legitimam filiorum donatoris tantum.
4 Prodigo interdictio bonorum quomodo fienda.
5 Prodigalitas manifesta non impedit alienationem: sed iudicis interdictione opus est: nisi alienatio esset illicita propter abusum, vt si scorto donaret.



1 Quilibet † Est regulariter arbiter, ꝛ moderator rei sue. l. in re mandata. C. mand. l. dudum. C. de contrahen. emptio. l. polla. C. de ijs qui. vt indig. c. de ijs. ad fi. de sepul. facit in ratione sui. l. generaliter. §. fi. ꝛ. l. hac edictali. §. fin. C. de secun. nup. ꝛ quod not. Ostiē. in summa. tit. de constitu. §. quando constitutio. versi. si tangat ius meum. Et est adeo regulariter qlibet arbiter, ꝛ moderator rei sue, vt possit ea abuti. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. hered. ꝛ quod not. Jaco. Rebuf. in. l. j. C. de fund. patrimo. lib. xi. Et vt dicit Ang. consi. clxxxj. exordien. Visis instrumentis predictis. versi. ijs ita premissis, ꝛc. licitum est vnicuiqꝫ suum patrimoniū effundere: nisi aliqua lege prohibeatur, ꝛ ipsum totum suis donationibus elargiri. Pro quo allegantur. l. precibus. l. si totas. l. si mater tua. C. de inoffi. don. l. si vnqꝫ. C. de reuocā. dona. l. sancimus. ꝛ. l. si quis argentum. C. de dona. ꝛ subiungit ꝙ donatarij intentio fundata est de iure cōmuni, secundū quod omnia que non sunt de genere prohibitorū, ꝛ que non reperiuntur lege prohibita, licita sunt. l. nec nō. §. quod eis. ff. ex qui. cau. maio. l. hos accusare. in prin. ff. de accus. ꝛ alijs iuribus per eum ibi allegatis. Quo fit, vt potuerit probus quondā vir Jo. Aymarij facere donationem inter viuos, de bonis suis ipsius Joā. honorabili viro Blasio de Vbaco, eius consobrino, ꝛ hoc nisi reperiatur lege, vel iure prohibitus. Propter quod viden-
2 dum † est, an aliqua lege censeatur idem Jo. fuisse prohibitus: ꝛ an aliqua efficaci ratione possit donatio huiusmodi impugnari. Super quo dico in primis, quod licet de donatione inter viuos facta de oībus bonis presentibus, ꝛ futuris, sit magna difficultas, an ꝙz illa valeat, vel vtpote auferens, saltē per indirectū, liberam testamēti factionem, ꝛ in qua difficultate docto. variant, vt videri potest in ijs que not. scribentes in. l. fina. C. de pact. ꝛ in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. vbi Alexand. de Jmo. versiculo item in inquantum Barto. hic, ꝛ in dicta. l. fina. ꝛc. multos refert, tamen nullus contendit de donatione facta de omnibus bonis presentibus, quin illa valeat: nisi subsit alia ratio prohibitionis, quam illa que potest pretendi insurgere ex eo, quia facta est de omnibus bonis. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit gloss. Barto. ꝛ Bald. in dicta. l. fin. C. de pac. Bar. ꝛ docto. in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. ꝛ Panor. in. c. ij. versi. ꝛ inducūtur ad questionem, ꝛc. de concessio. prebend. ꝛ quod habetur in. l. omnis. §. Lucius. ff. de ijs que in fraudem credito. in. l. j. §. vniuerse. ff. de vsuca. ꝛ in alijs iuribus allegatis per Bar. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. ꝛ per Bal. in. d. l. fin. C. de pact. Cum igitur idem Joannes Aymarij sola presentia donauerit, ꝛ quidem non omnia, sed quibusdam reseruatis, de futuris vero nihil donauit, non est dubium ꝙ donatio ex capite predicto impugnari non possit. Secundo restat videndum an illa possit impugnari ex capite inof-
3 ficiositatis: super quo aduertendum, † ꝙ cum eidem Joāni superfuerint duo filij naturales, ꝛ legitimi, horū duorum legitima est triens, seu tertia pars bonorum eiusdem Joānis, eorū scilicet que superfuerunt, deducto ere alieno ꝛ funeris impēsa. auth. de trien. ꝛ se. §. j. coll. iij. ꝛ transumptiue in auf. nouissima. C. de inof. tes. iūcta. l. Papinianus. §. preterea autē. ꝛ. §. quoniam autē quarta. ff. eo. Si igitur deducto ere alieno, ꝛ funeris impēsa, predia, ꝛ pecuniarum summe donate per dictū Joan. Aymarij dictis eius filijs, ascendāt ad valorē triētis, seu tertie partis residui, ꝛ sic eisdem suffecerint, ꝛ sufficiant pro eorū legitima, non videtur ꝙ donatio predicta possit impugnari ex capite inofficiositatis: quia sic nō diceretur idē Joānes exhausisse eius patrimoniū: nec essemus in casu in quo disputāt gl. ꝛ doc. in. l. j. C. de inof. donat. ꝛ in. l. Titia. §. Imperator. ff. de legat. ij. Si vero res, ꝛ pecuniarū quantitates dictis filijs donate, non suffecissent, aut sufficerēt ad dictā eorū legitimā, tunc videtur esse maior difficultas, propter cōflictū opinionum quas ponit gl. ꝛ plenius doc. in. l. j. C. de inoffic. don. ꝛ doc. in. d. l. Titia Seio. §. Imperator. Et stat in hoc difficultas, an in isto articulo debeat tota donatio reuocari, ꝛ sic omnia bona auferri predicto de Vbaco, an vero solum reuocari debeat vsqꝫ ad debitum bonorum subsidium, seu legitimā dictorum filiorū donatoris, ꝛ sic quoad hoc, vt habeant non solum res, ꝛ pecuniarū summas eisdem donatas, sed etiam supplementū vsqꝫ ad legitimā, ꝛ residuum, hoc est due partes bonorū predicti donatoris remaneant prefato de Vbaco: super quo, dico in primis, ꝙ si donatio huiusmodi fuerit inofficiosa re tātum, quod in dubio presumitur. §. preualuisse. instit. quib. ex caus. manumit. non licet. quod etiam per illum text. voluit Bald. in. d. l. j. C. de inoffic. donat. ꝛ Franc. de Aret. consil. xlvij. exord. Visis ꝛ diligenter ponderatis, ꝛc. versic. ꝛ premitto pro euidentia dicendorum. tunc videretur vel ſm omnes, vel ſm cōmunēopinionē doct. in. l. j. ꝛ. ij. §. Imperator. superius alleg. ꝛ canon. maxime Jo. de Jmo. in. c. fi. de donat. ꝙ donatio predicta non posset ex capite inofficiositatis reuocari, nisi vsqꝫ ad debitum bonorū subsidium: ꝛ sic ꝙ de bonis dicti quondā Aymarij donatoris, deberēt remanere due tertie partes prefato de Vbaco. Si vero donatio predicta fuisset inofficiosa re, ꝛ consilio, hoc est ꝛ re ipsa, ꝛ animo fraudulento: tunc dico ꝙ super hoc sunt opiniones. Bal. enim in d. l. j. videtur sentire, ꝙ donatio reuocetur insolidum. Sed contrarium scilicet ꝙ imo non reuocetur, nisi vsqꝫ ad debitum bonorum subsidium, tenent Bartol. Bald. Joan. de Jmo. ꝛ Cuma. in. d. l. Titia Seio. §. Imperator. ꝛ Jo. de Jmola in. d. c. fi. de donat. qui omnes volunt ꝛ dicunt indistincte, ꝙ si donatio fuerit collata in extraneum, ꝛ aliquid relictum extiterit filio tunc filius huiusmodi non potest agere, nisi vsqꝫ ad supplemētum legitime. Et sic vt sibi suppleatur quatenus minus est in relicto. l. omnimodo. C. de inoffic. testamen. iuncta. l. fin. C. de inoffic. donat. Pro quo etiam allegant glossam in dicta. l. j. Et idem videtur esse dicendum eo casu quo aliquid fuit ipsi filio inter viuos donatum, vt computaretur in legitimam: quia eo casu in eam computare debet. l. si quando. §. primo. ꝛ quod ibi doctores. C. de inofficioso testamento. Et hoc casu solum agere potest filius ad supplementum legitime. quod etiam voluit Joan. de Jmola in. c. fina. de donationibus. Et sic videtur, quod siue donatio, de qua supra, fuerit inofficiosa re tantum, siue re ꝛ consilio, non possint dicti filij ex pretenso capite inofficiositatis agere, nisi ad supplementum legitime. Addo predictis, ꝙ predicta. l. prima. ꝛ. §. Imperator, videntur loqui in mera donatione, seu donationem proprie dictā cuiusmodi non fuit donatio superius mētionata, sed potius donatio ob causam de futuro, propter retentiones ac pacta, ꝛ conuentiones, de quibus in instrumento illius, scilicet, quod dictus de Vbaco teneretur, et deberet eundem dom. Joannem donatorem in domo sua recipere, ꝛ quandiu vixisset illum nutrire, alere, et de alimentis sibi necessarijs prouidere, ac etiam in necessita

in necessitatibus suis eidem subuenire, facere exequias, ⁊ soluere omnia, ⁊ quecunqꝫ debita, ⁊c. non fuit igitur proprie donatio: per id quod habetur in. l. Attilius regulus. ⁊ quod ibi docto. ff. de dona. ⁊ quod not. gloss. in. l. si pater. §. j. ff. eo. titu. ⁊ Bar. in prohemi. ffo⁊um. Panor. extra de donat. super rubrica. ⁊ Lancelo. in. l. j. C. de pac. Et sic nō videtur ꝙ ex capite inofficiositatis posset predicta donatio in aliquo impugnari. ⁊ Ange. in dicta. l. si vnꝗ. C. de reuocan. dona. Ceterum quia predicti filij donationem huiusmodi impugnant, etiam ex capite prodigalitatis, pretendentis prefatum Joannem donatorem eorum quondam patrem fuisse prodigum, ⁊ sibi interdictum ne ad aliquam alienationem procederet: videndum est an quoad hoc bene

4 moueantur. Ad quod respondeo in primis, † ꝙ si precedente cause cognitione, ⁊ quidem non perfunctoria, sed plenissima. l. obseruare. ff. de cura. furio. fuisset sibi bonis interdictum, non esset dubium, quin postea donare non potuisset. iuxta ea que habentur in. l. j. ff. de cura furio. in. l. his cui lege. ff. de testa. ⁊ in. l. is cui bonis. ff. de verbo. obliga. Sed in casu de quo querit, nō apparet precessisse illam plenissimā cause cognitionem, quam precedere oportuit, vt predixi, quod etiam voluit Franc. de Are. in. d. l. is cui bonis. ver. pro primo dicto. Et sic nō potest dici, ꝙ ex capite interdictionis facte per iudicem, debuerit impediri validitas donationis prementionate. Preterea illa pretensa interdictio, quam fecisse dicitur egregius vir dominus iudex Albenassij, fuit ad tempus, hoc est durante dilatione tūc per eum data. Quo fit, vt lapsa dilatione huiusmodi expirauerit interdictio: quia prohibitus ad tempus facere, videtur post tempus permissus. l. imperator. ff. de postulan. ⁊. l. pater. §. fundum. cum suis sim. ff. de lega. iij. quod etiam interposita appellatione a prefato do. iudice, ⁊ dicta pretensa interdictione, idem do. iudex declarauit in respondendo appellationi. Non ergo eundem Joannem impediuit dicta pretensa interdictio, quominus post lapsam dilationē donare potuerit: vnum tamen restat, an saltem ex capite prodigalitatis, si reuera erat prodigus idem Joannes, possit impugnari predicta donatio. Ad quod respondeo, ꝙ si ipsius prodigalitas non erat notoria, vel manifesta, tunc nulli dubium, quin illa non obstante potuerit administrare ⁊ alienare, ⁊c. Sed si eius prodigalitas erat notoria, vel manifesta, tunc respondeo, ꝙ quemadmodum gloss. variat, ita ⁊ docto. gloss. enim in dicta. l. is cui lege. ff. de testa. sensit ꝙ eo ipso ꝙ aliquis est notorius, vel manifestus prodigus, est sibi a lege interdictum: sed gloss. in dicta. l. is cui

5 bonis, tenuit † contrarium: scilicet ꝙ opus sit interdictione hominis, hoc est iudicis: ⁊ hec opinio est communis, et quā in. d. l. is cui bonis, sequūtur Bar. Bal. Ange. Pau. de Cast. Roma. ⁊ Alexan. de Jmol. illam etiam sequuntur Dyn. Andre. de Pis. Bart. Bald. Ange. ⁊ Joan. de Jmol. in dicta. l. is cui lege. Bald. l. fina. in. ix. questio. C. de senten. pas. ⁊ in. l. cum fratrem. C. de ijs quibus vt indig. ⁊ in. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. peta. ⁊ in dicta. l. j. post gloss. ff. de cura. furio. illam etiam sequitur ⁊ Sali. in l. j. C. eod. titu. Bart. in. l. j. C. de confes. ⁊ Ange. in dicta. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de pet. here. Pro qua opinione, solet allegari. d. l. j. ff. de cura. furio. per quam euidenter probatur, ꝙ non lex, sed iudex interdixit: allegatur etiam. l. tres tutores. ad fi. ff. de administr. tut. vbi patet, ꝙ valent gesta a manifesto prodigo, anteꝗ̄ sibi interdicatur. Pro hac opinione allegauit Ang. tex. in. d. §. consuluit. Sed cōtrariam opinionē tenuit (vt dixi) gl. in. d. l. is cui lege. quā sequuntur Pet. Rapha. ⁊ Jo. de Jmol. in. d. l. is cui bonis. Frede. consi. xxxj. Jac. de Raue. in. l. si quis eum sciret. prout ibi refert Jo. de Jmo. in. fi. ff. p emptore. ⁊ Joā. Fab. in. §. furiosi. per illum tex. ⁊ Fran. de Are. in. d. l. is cui lege. qui loquitur ibi multum subtiliter. Sed vt dixi, prima opinio est cōmunis, quam tamen limitant aliqui, vt non procedat eo casu, quo prodigus notorius, vel manifestus, contraheret in vsus manifeste prodigalitatis: quia tunc secundū eos nō teneret cōtractus, etiā non facta interdictione. d. l. si quis eū sciret. ad fi. quā ad hoc allegat Bal. in. d. l. is cui bonis. ⁊ videtur ꝙ Bar. hoc satis senserit in. d. l. is cui bonis. ex quo dicit Pau. de Cas. in. d. l. is cui bonis. se dixisse in ardua questione de facto, cum quidā manifestus vsurarius, cui tū nō fuerat per iudicē bonis interdictū, fecisset cuidā donationē oīum bonorū suorū, ꝙ poterat dici illā non valere: cū donatio sit pdigalitas, ⁊ ideo nō cadit in administratione tutoris, vel curatoris, q nō pōt dilapidare. l. ab agnato. ff. de cur. fur. subiūgit tū Pau. de Ca. se nō fuisse ausum cōsulere, vt partes venirēt ad cōcordiā: sed vt dicit Alex. de Jmo. in. d. l. is cui bonis. contra hoc dictum potest dici, ꝙ non probatur ex not. per Bart. in. d. l. is cui bonis. nec ex. d. l. si quis eum sciret. quia ibi constabat eum erogaturum in actum illicitum: vt puta daturum scorto, seu meretrici: secus autem in donatione licita, presertim quando esset insinuata: vt etiam fuit in casu nostro: cum tunc sit presumptio per iudicis acta. l. iij. C. de offi. ciuil. iud. c. cum inter. de re iud. ⁊. c. in presentia. de renuntiat. Et in hoc residet Alexand. de Jmo. scilicet, ꝙ etiam donatio licita omnium bonorum facta per notoriū, vel manifestum prodigum, presertim si est insinuata valet: quod si ita est, multofortius videtur valuisse donatio, de qua queritur, que non solum fuit licita, pro eo quia pater retenta liberorum legitima, vel ea illis relicta, aut donata, potest disponere etiam in extraneum, de residuo bonorum suorū: hoc est vel de besse, vel de semisse, secundum numerum liberorum. auth. de trien. ⁊ semi. §. j. vers. licebit enim. ibi, aut cuilibet extraneorū, ⁊c. coll. iij. ⁊ auth. vt lic. mat. ⁊ aue. circa prin. ibi, hoc enim ⁊ extraneis relinquere poterat. coll. vij. sed etiam ex tenore instrumēti illius, apparet, donationem huiusmodi fuisse factam ab homine discreto. Voluit enim quandiu viueret teneri in domo predicti de Vbaco, ⁊ ibidem alimētari, ⁊ nutriri, ⁊ in suis necessitatibus, ⁊ sic in vestimētis, in medicinis, ⁊ in alijs multis sibi puideri: omnia eius debita per dictū de Vbaco suis creditoribus persolui ⁊ fieri exequias: sciuit enim iste prouidere sibi ipsi, quē profecto tenebatur diligere: quia ex precepto nō est simpliciter dictum, Dilege proximum, sed dilige proximum sicut te ipsum. ⁊ potius tenebatur sibi ipsi prouidere, ne periret, ꝙ̄ liberis post mortem suipsius, qui etiam propter famē potuisset eos vendere: prouidit etiā anime sue, in super ⁊ proximis, eisdemqꝫ suis creditoribus, quibus voluit satisfieri. per que profecto iudicandus est fuisse discretus, ⁊ habuisse bonum sensum: si enim ex indiscrete gestis presumitur aliquis indiscretus, iuxta not. per Bald. in. l. furiosum. C. de testamen. tut. ⁊ ex discrete gestis debet ipse Joannes presumi fuisse discretus. nisi forte opponat mihi aliquis, ꝙ imo videtur fuisse indiscretus: pro eo quia cum haberet liberos potius debebat bona donata predicto de Vbaco eisdem relinquere, ꝙ̄ donare extraneo: quod prudētes facere non solent. arg. l. generaliter. §. cum autem. C. de institut. ⁊ substitut. sub condit. fac. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. ⁊ l. cū auus. ff. de cōd. ⁊ demon. sed hec non obstant: quoniā respōdeo, ꝙ illa forte procederēt, vbi simpliciter donasset: sed, vt apparet ex predictis, ipse non simpliciter donauit, nec fecit actū prodigalitatis, sed prouidit sibi in in multis: ⁊ non solum in solutione debitorū, ⁊ funeris: sed etiam in alimētis, ⁊ alijs necessarijs: que poterant ascendere ad magnam summā. Tum propter multitudinem onerū ⁊ necessitatum occurrentium: tum propter longitudinem vite: ⁊ ita fuit donatio ob causam, ⁊ sic non proprie donatio. Propter quod dictum Pau. de quo supra, etiam si illud verum esset, quod tamen fuit impugnatū, non obesset intentioni huius de Vbaco: quia Pau. loquitur in mera, seu propria donatione omniū bonorū. Donatio vero predicta est ob causam: ex quibus infertur, donationem huiusmodi non debere, aut posse impugnari ex capite prodigalitatis.

¶ Nec suffragatur liberis predicti Aymarij, quoddam ptēsum regiū rescriptū, vtpote p surreptionē ⁊ obreptionē veri, scilicet taciturnitatē ⁊ falsi expressionē p ipsos liberos impetratū. Tacuerūt enim ꝙ nec ipsi, nec Franciscus eorū patruus cōparuerūt corā dicto do. iudice: ⁊ sic ꝙ terminus circūductus extiterit. Preterea etiā tenuerūt donationē predictā fuisse factā non quidē pendente dilatione, ⁊ sic nec pendēte dicta pretēsa interdictione, sed post lapsam dilationē, ⁊ expiratā interdictionē. Quo fit vt nec appellatiōe, nec declaratione superius mentionatis opus esset: insuper etiā tacuerūt, ꝙ tempore vite patris essent, vel impuberes, vel etati pupillari satis vicini: ⁊ nihil aut parū facere scirēt ⁊ bona nō haberēt. ex quibus possent dictū eorū patrē alere, aut vestire: ⁊ ita illa pretēsa oblatio, quā se fecisse pretēdūt cōstitit in solis verbis: nec aliū effectū habitura erat. Etiā tacuerūt hunc de Vbaco promisisse soluere omnia debita, que, vt videtur, sunt vel multa, vel magna: pro eo quia dicti liberi pretēdūt ꝙ predia, ⁊ pecunie, de quibus supra, nō sufficiūt ad solutionē debitorū. Tacuerūt insuper, ꝙ viuēte dicto Joāne, dictus de Vbaco tā per cōstitutionē precarij, de qua in instrumēto donationis superius mentionate, ꝙ̄ alias apprehēdit possessionē realē, actualē, ⁊ corporalē bo-

norũ sibi donatorũ, ⁊ maxime cuiusdã domus: propter ꝙ easdẽ non licuit via facti domũ illam ingredi, nec illã detinere occupatam. Expresserunt autem falsum in eo ꝙ exposuerunt dictũ quondam Aymari fuisse male tractatum, ⁊ alias prout in dicto pretenso rescripto. Quo fit vt isti carere debeant impetratis. l. prescriptione. ⁊. l. ⁊ si legibus. cũ suis simil. C. si contra ius vel vtilitatem publicam. Que omnia dixerim, ⁊c.

¶ Rubrica, De cadu. tol. ¶ Epitome. ¶ Consi. cclxxxix.

¶ Si te ⁊ tuos substitui, siue simul vocemini, siue ordine successiuo (quod magis obtinet) te deficiente etiam ante granatum, nihilominus tui vocabuntur. V. S.

1 ☞ Caducum fideicõmissum quando fiat: ⁊ an quoad expresse substitutos etiam caducum fiat.
2 Feudum Titio ⁊ suis concessum per Titium suis auferri non potest.
3 Substitutio compendiosa fideicommissariam continet.



Ponitur In facto, ꝙ dudum anno scilicet domini M. cccclxxviij. ⁊ de mense Aprilis, magnificus ⁊ potens vir dominus Guiliel. de Medulione, miles Vallisbarreti, ⁊ Vallisclause dominus, fecit, ⁊ condidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuũ testamentũ: in quo nobilibus Guilielmo de Medulione, Beatrici, ⁊ sorori Joãne moniali monasterij sancte clare de Sisterico eius filio, ⁊ filiabus naturalibus, ⁊ legitimis, legauit, ⁊ iure institutionis reliquit, dicto videlicet nobili Guilielmo, certa castra, ⁊ res alias: ⁊ prefatis nobilibus Beatrici, ⁊ Joanne, certas pecuniarũ quantitates, seu summas: heredem vero vniuersalem suum fecit, instituit, ⁊ suo proprio ore nominauit, nobilem ⁊ generosum virum Petrum de Medulione etiam eius filium naturalem ⁊ legitimum: cui, si eum quandocunqꝫ sine liberis ex suo corpore legitime procreatis, ⁊ descendentibus decedere, cõtigerit eo casu substituit. d. nobilẽ Guiliel. ⁊ suos. Et si cõtingeret ambos dictos eius filios, scꝫ Guilielmũ ⁊ Petrum decedere sine liberis naturalibus ⁊ legitimis, ⁊ superessent masculi suscepti forte, ⁊ procreati per ipsum do. testatorem, ex magnifica domina Margarita Eynarde domina Taulinani eius vxore, eo casu liberos huiusmodi dictis Petro, ⁊ Guilielmo substituit. Et si non essent aliqui liberi ex eadem Margarita procreati, ipse idẽ do. testator dictis Petro, ⁊ Guilielmo substituit, in locis de Roynaco, ⁊ Montebocherio, ⁊ eorum iuribus, magnificum virum Ludouicum Ademarij, dominum Garde, ⁊ suos liberos masculos. Et casu predicto adueniente, scilicet, si contingeret dictos Petrum ⁊ Guilielmum quãdocunqꝫ sine liberis ⁊ heredibus legitimis ab eorum corporibus legitime procreandis, illo casu adueniente, eisdem substituit in loco sancti Genesij, eius iuribus ⁊ pertinentijs, nobilem Ludouicum Ademarij eius nepotem, ⁊ in locis de Valleclusa, de Laneis, ⁊ de Pugetono, eisdem substituit dictam Beatricẽ eius filiã, ⁊ suos. Et in tota alia terra sua (casu predicto adueniente) eisdem Petro, ⁊ Guilielmo substituit nobilem Urbanũ de Medulione eius nepotem, ⁊ suos liberos legitimos masculos tantum. Et si idem Urbanus liberos masculos tunc non haberet, vel non superessent, eo casu dictis liberis, ⁊ filijs sui ipsius do. testatoris, ⁊ do. Urbano substituit nobilẽ Jac. de Medulione eius nepotẽ, ⁊ suos liberos masculos tantũ, si superessent, ⁊ si non superessent seu superuiuerent predicti Urbanus, ⁊ Jacob. aut eorũ liberi masculi, eo casu eisdẽ Petro, ⁊ Guiliel. in dicta alia eius terra eis melioribus modo via, iure, ⁊ forma quibus potuit, ⁊ debuit, dictã Beatricẽ eius filiã substituit, ⁊ suos pleno iure. Qui do. testator permanẽs in volũtate huiusmodi, vita functus est, ⁊ ab humanis decessit, superstitibus duntaxat prefatis nobilibus Petro, Guilielmo, Beatrice, ⁊ Joãna. Quo vita functo, dictus nobilis Petrus se immiscuit paterne hereditati: prefati vero nobiles Guiliel. Beatrix, ⁊ Joã. acceptarunt legata sibi relicta concessu temporis, anno domini scꝫ M. cccclx. ⁊ die xviij. mensis Maij: dictus do. Petr. de Medulione fecit, ⁊ condidit eius vltimũ, ⁊ nuncupatiuũ testamentũ: in quo inter cetera post institutiones, ⁊ substitutiones factas de liberis masculis, ⁊ inter ipsos liberos masculos eiusdẽ do. Petri: ipse do. Pet. si cum ab humanis sine liberis, ⁊ heredibus predictis, ex eius corpore legitime procreatis decedere contingeret, heredẽ suum vniuersalem fecit, instituit, ⁊ nominauit dictũ nobilẽ Guilielmũ eius fratrẽ, ⁊ suos liberos masculos ex suo proprio corpore, ⁊ legitimo matrimonio procreatos. Et si heres, vel heredes masculi eidẽ nobili Guil. nõ existerent, ipsi Guiliel. substituit pleno iure in terris, ⁊ locis ibi plenius expressis, nobilem, ⁊ potentẽ virũ Aymarũ de Grolerijs eius nepotẽ, ⁊ suos heredẽ, vel heredes masculos, ex suo ꝓprio corpore legitime procreandos. Et in alijs terris ⁊ locis inibi expressis, substituit nobilẽ ⁊ potentẽ virũ Anto. de Grolerijs etiam nepotẽ suũ, ⁊ suos liberos masculos ex suo ꝓprio corpore legitime procreandos alterũ ipsorũ decedentium sine herede masculo ex suo proprio corpore legitime procreato, vel procreando, substituẽdo. Qui dominus Pet. testator permanens in voluntate huiusmodi vita functus est, ⁊ ab humanis sine liberis decessit, superstite dicto nobili Guil. eius fratre, ⁊ herede vniuersali, q eius hereditatẽ acceptauit, ⁊ adiuit. Uiuẽte autem dicto nobili Guiliel. proxime mentionato, vita functi sunt, ⁊ ab humanis sine liberis decesserũt dicti nobiles Ludouicus Ademarij do. Garde, Urbanus, ⁊ Jacobus de Medulione, ⁊ Beatrix per dictum do. Guilielmum primum testatorem substituti. Postremo vita functus est, ⁊ ab humanis sine liberis, ⁊ intestatus decessit dictus nobilis Guilielmus, superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus vndecim liberis primi gradus, scilicet nobilibus, ⁊ potẽtibus Aymaro, Antonio, Alisia de Grolea, ⁊ alijs liberis, filijs, ⁊ filiabus naturalibus, ⁊ legitimis dicte quondã do. Beatricis. Quo nobili Guiliel. vita functo, prefati nobiles Aymarus, ⁊ Antonius per dictũ do. Petrum sibi substituti, apprehenderunt possessionem bonorum prefati quondam do. Guilielmi primi testatoris, ⁊ que postea tenuerunt, ⁊ possederunt, ac etiam tenent, ⁊ possident. Quesitum est an substitutioni facte per ipsum quõdam do. Guilielmum primum testatorem de dictis Beatrice ⁊ suis, ibi locum vendicauerit in personam dictorum liberorum eiusdem do. Beatricis, ⁊ ex ea nepotum prefati domini Guilielmi primi testatoris. Secundo supposito ꝙ substitutio huiusmodi sibi locum vendicauerit: quesitum est que iura in vim substitutionis huiusmodi habeat, ⁊ habere possit dicta do. Alisia in dictis bonis. ¶ Uiso themate consultationis, ⁊ dubijs superius latius mentionatis, dico ⁊ respondeo ad dubia huiusmodi, prout infra. Et primo veniẽdo ad primũ, premitto pro illius faciliori solutiõe: ꝙ multa sunt, que videntur obstare dicte do. Alisie, ⁊ eam impedire, ne aliquid petere possit in vim substitutionis superius mẽtionate, in bonis dicti quondã do. Guiliel. eius aui materni. Et primo quidem sibi obstare videtur: ꝙ

1 prefata do. Beatrix eius quondam mater, ⁊ substituta per dictum do. Guilielmum, vita functa est, ⁊ ab humanis decessit, viuẽtibus, ⁊ superstitibus prefatis dominis Petro ⁊ Guilielmo eius fratribus, aut saltem ipso Guilielmo, ⁊ sic pendente conditione fideicõmissi: quod ideo est factum caducum, nec ipsum transmisit ad dictos suos liberos. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. l. vnica. §. sin autẽ sub conditione. C. de cad. tol. facit. l. cum ex filio. in prin. ⁊ quod ibi Bald. Joan. de Jmola in fine principij. ⁊ Alerand. de Jmola. ff. de vulg. ⁊ pupil. quod etiam voluit glos. ⁊ doct. post eam in. l. vnica. C. de ijs qui ante apert. tabul. ⁊ Oldr. posuit multas remissiones consil. cxxxi. exord. Quidam habens tres filias ⁊ duos filios, ⁊c. in quibus probatur, ꝙ si pendente conditione fideicommissi vniuersalis, vel etiam particularis moriatur fideicommissarius, seu substitutus, fideicommissum huiusmodi (quoad ipsum morientem) caducum efficitur, nec per ipsum trã smittitur etiam ad suos, vt hoc vltimum etiam bene colligitur ex glos. ⁊ eo quod ibi no. doc. in. d. l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. Et ita videretur, ꝙ nec dicta do. Alisia, nec alij liberi dicte quõdam do. Beatricis possunt aliquid petere in bonis, ⁊ hereditate superius mentionatis, in vim scilicet substitutionis facte per dictum do. Guilielmum primum testatorem. Sed respõdeo ꝙ hec non refragantur, nec obstãt ipsi do. Alisie, vel alijs liberis dicte quõdã do. Beatricis: quia licet substitutio facta de dicta quõdam do. Beatrice fuerit quoad eam facta caduca, ⁊ eam trãsmittere nõ potuerit etiam ad suos per predicta: ⁊. l. sed si plures. in prin. l. qui habebat. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊. l. si ex pluribus. ff. de suis ⁊ legit. Non tamen facta est caduca quoad suos ipsius do. Beatricis, qui fuerunt principaliter, ⁊ expresse substituti: quemadmodum ⁊ dicta do. Beatrix, sub tamen tacita conditione, si sub

si substitutio effectum non haberet in personam eiusdem do. Beatricis, seu (vt dici solet) ordine successiuo: iuxta doctrinam, quam ponit Bar. ⁊ seq. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ⁊ posthu. Et sic dicta do. Beatrix videbatur post substitutos ante eam superius nominatos primo vocata ad dictã substitutionẽ, ⁊ in eius deffectũ ipsius do. Beatricis liberi. Quo fit vt licet ipsa domina Beatrix ab humanis decesserit pendente cõditione fideicommissi, seu substitutionis superius mentionate: ⁊ sic quoad eam fuerit substitutio facta caduca, vt predixi. Nec ipsa do. Beatrix, illam seu spem eius ad suos transmiserit, non tamen debent dicti sui eiusdẽ do. Beatricis liberi excludi. Quinimo exclusio eiusdem do. Beatricis censetur esse inclusio dictorum suorum. l. Gallus. §. quidam recte. ⁊ quod ibi notatur. ⁊ in. §. ⁊ quid si tantum. Non enim veniunt dicti sui eiusdem do. Beatricis ex persona ipsius: quo casu procederet oppositio de qua supra. Sed veniunt ex persona propria, ⁊ vigore substitutionis facte de suis ipsius do. Beatricis. Quemadmodum si princeps † concederet feudum
2 Titio, ⁊ liberis eius quo casu mortuo Titio, vocantur liberi: non ex persona Titij patris, sed ex propria eorũ persona. Et hoc est ꝙ pater etiam si vellet non posset eos priuare feudo: quia non habent ab eo, sed a principe, postꝙ fuerunt expresse nominati in concessione. per id quod notat Bart. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. Sic ergo in casu nostro cum dicti sui ipsius do. Alisie fuerunt expresse in predicta substitutione inuitati, ipsi veniũt ex propria ipsorum persona, non ex persona dicte do. Beatricis. Et ita mors illius que antea contigit, ⁊ euenit, eisdem quo ad hoc non nocuit: quinimo viã sibi aperuit, que antea erat eis preclusa: cum ipsa domina Beatrix, vtpote primo inuitata ad substitutionem eisdem obstaret, ⁊ modo non obstet. l. peto. §. fratre. ff. de lega. ij. ⁊ hoc sequendo dictum Bart. in d. l. Gallus. §. quidam recte. Et ꝙ propter mortem prefate do. Beatricis non fuerit extinctum fideicommissum quoad personam dictorum suorũ. voluit Oldrad. in. d. consil. cxxxi. ⁊ Paul. de Castr. consil. ccclvij. exordien. Aliis omnibus predictis. verũ. dicet aliquis, ⁊c. Et istud nullum habet dubium. Uerum vbi pretẽderetur quod dictum Bart. in dicta. l. Gallus. §. quidam recte superius allegatum, scilicet, ꝙ dicti do. Beatrix, ⁊ sui fuerint inuitati ordine successiuo non sit verum; sed magis verum sit, ꝙ imo fuerunt simul inuitati. per id quod habetur in. c. Raynutius, circa princip. ibi adijciens vt Altedocha, ⁊ soboles quam gestabat in vtero. ⁊ quod ibi Joan. de Jmol. vers. c. not. ꝙ institutio, ⁊c. Ubi etiam Panor. ⁊ multi canon. de testa. ⁊ quod per dictum cap. Raynutius. not. Joan. de Jmol. ⁊ multi docto. contra Barto. in dicta l. Gallus. §. quidam recte. Jstud in nullo refragaretur, vel obstaret dictis suis predicte do. Beatricis, quinimo eisdem prodesset: pro eo quia pars relicta ipsi domi. Beatrici accreuisset dictis suis liberis, seu portioni eisdẽ relicte, per id quod voluit Dyn. consil. vi. quem si menti commendo commemorat ⁊ sequitur Joan. And. in addi. Spec. tit. de testa. super rub. Secũdo obstare videtur eidem do. Alisie, ⁊ alijs liberis prefate quondam do. Beatricis ꝙ viuentibus prefatis do. Petro herede vniuersali, ⁊ grauato de restituendo hereditatem dicti do. Guilielmi primi testatoris ei Guilielmo primo gradu, seu loco, eidem do. Petro substituto, vel saltẽ ipso nobili Guiliel. vita functi sunt, ⁊ ab humanis decesserũt prefati nobiles Ludouicus Ademarij do. Garde, Urbanus, ⁊ Jacobus de Medulione gradatim substituti, ante dictam do. Beatricem, ⁊ suos. Et sic videntur cessasse multa media, per que iuxta dispositionem testatoris videbatur ventura eius successio ad dictam do. Beatricem, ⁊ post eam, vel cum ea ad dictos suos liberos. Quo fit, vt propter sublationem, seu destructionem dictorum mediorum, videantur dicti liberi prefate domi. Beatricis fuisse exclusi, ⁊ nõ solum ipsi, sed etiam ipsa do. Beatrix si vixisset. d. l. qui habebat. ⁊ quod ibi per doct. ff. de vulg. ⁊ pupil. Sed istud non obstat, tum† quia, vt apparet, substitutiones facte prefatis do. Petro, ⁊ Guilielmo
3 de substitutis superius mentionatis, ⁊ ante dictam Beatricem, ⁊ suos, fuerunt compendiose: que propterea comprehendebant fideicommissariam substitutionem. l. precibus. ⁊ quod ibi docto. C. de impu. ⁊ alijs substitu. c. Raynaldus. c. Raynutius de testa. ⁊ l. Cẽturio. ⁊ quod ibi docto. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ quod not. Barto. in. l. Lucius. q. penul. vbi etiam Joan. de Jmo. ff. de vulga. ⁊ pupil. Alex. de Jmo. in. l. hereditatem. C. de impube. ⁊ alijs substitu. ⁊ do. Jason Mayn. in. l. in testamento. C. de testamen. mili. qui loquentes de substitutione reciproca habẽte admixtã compendiosam substitutionem, dicunt eã ratione mixtionis huiusmodi continere fideicommissarias substitutiones. Ex quibus sequitur, ꝙ licet secundo ⁊ in alijs gradibus substituti ab humanis decesserint viuẽtibus prefatis do. Petro, ⁊ Guilielmo, vel saltem ipso Guilielmo, non propterea extinctum est fideicommissum, per dictum do. Guilielmum primum testatorem relictum: sed remansit penes ipsum do. Petrum quãdiu vixit: ⁊ post illius mortem, penes dictum Guilielmum eius fratrem, cum suo onere. dicta. l. vnic. §. pro secundo. C. de cadu. tol. quod etiã voluit Bart. ⁊ doct. in. l. quandiu la vlti. ff. de acqui. hered. ⁊ Pau. de Cast. consi. cccl j. exord. Presens dubium videtur formari, ⁊ decidi, ⁊c. Et Petr. Jacob. in suis libel. sub tit. seu rub. de compendio. substitu. quo fit a Paga. versic. quid si testator ita dicat, ⁊c. vbi dicit hanc questionem fuisse prope Montempessulanum inter quosdam nobiles. Et ita volunt domini de Rota. decisione. dccclxvij. que secundum ordinem nouum posita est sub titu. de testa. ⁊ hoc non habet dubium. Ad dictã vero. l. qui habebat. de qua obijciebatur dico, ⁊ respondeo, ꝙ deffecit conditio primi substituti: ⁊ ideo reperitur secundus in casu vero nostro nõ ponitur conditionem sub qua substituti extiterant dicti nobiles Ludouicus Ademarij, Urbanus, ⁊ Jacobus defecisse, sed potius euenisse, in eo ꝙ vt ponitur in themate consultationis, ipsi decesserunt sine liberis, preserum vero, ⁊ maxime masculis, non ergo obstat dicta secunda oppositio huic nobili Alisie, ⁊ alijs liberis dicte domine Beatricis. Preterea si bene attendatur ad verba dicte substitutionis, non solum prefati nobiles Ludouicus, Urbanus, ⁊ Jacobus fuerunt dictis domino Petro, ⁊ Guilielmo substituti, sed etiam prefata domina Beatrix, ⁊ sui, quãuis, vt colligitur ex casus positione, post mortem dictorum nobilium Ludouici, Urbani, ⁊ Jacobi: ⁊ sic liberis ipsius do. Beatricis non obstat, ꝙ ante eos ab humanis decesserint ipsi nobiles Ludouicus, Urbanus, ⁊ Jacobus: ⁊ sic concludo, respõdendo ad primum quesitum ꝙ substitutio superius mentionata facta videlicet, de suis ipsius do. Beatricis sibi locum vendicauit, ⁊ vendicat in alijs liberis eiusdem do. Beatricis.

¶ Rubr. De oper. no. nuntia. ¶ Epito. ¶ Consil. ccxc.

¶ Cogitur vt in primo notabili. U. F.

1 ☞ Nuntiatus omne opus quod postea edificauit destruere debet, etiam si ostendere velit se iuste edificasse: ⁊ quare.
2 Cautio de demoliendo ante trimestre nõ prestãtio in nuntiatione noui operis.
3 Jurare de calumnia an ⁊ quando nuntians nouum opus teneatur.
4 Petitionem a parte fiendam etiam in ijs que competere dicuntur ipso iure.



Iso Processu cepto, ⁊ pendente inde lite, per ⁊ inter vniuersitatem, seu honorabiles viros sindicos loci de Borna ex vna parte, ⁊ prouidum virum Raymũdum Draconis, super nunciatione noui operis, facta parte dicte vniuersitatis: di-
1 co ⁊ respondeo ꝙ id † quod post, ⁊ contra nũtiationem huiusmodi, fuit parte dicti Draconis, edificatum, vel constructum, debuit ⁊ debet ante omnia demoliri, ⁊ destrui, sumptibus ⁊ expensis dicti Draconis ⁊ in penam illius, etiam si velit ostendere ꝙ iuste edificauerit. l. j. in princip. et in. §. sed ⁊ si is. l. pretor ait. in princip. ff. de ope. no. nuntia. ⁊ c. penult. eod. tit. Et huius dicti ratio videtur esse qꝛ nuntiatio habet vim prouocationis ad iudicium secundum Bart. in. l. in prouinciali. §. j. ff. de oper. no. nuntia. ⁊ in. l. fin. ff. de appellat. recipien. Et ideo per viam attentati petitur reuocatio eius quod interim factum est. Et hanc rationem assignat Bald. consil. cxxiij. exordien. Proponitur ꝙ fuit duplex nunciatio, ⁊c. in prima parte. Aliam rationem assignat Roma. in. d. l. j. §. j. ff. de oper. no. nuntia. per ter. quem reputat singularem. in. l. j. §. j. ff. quod vi aut clã, scilicet, quia postꝙ est nunciatum nouum opus debet pars se tueri per viam iuris adeundo iudicem ⁊ petendo remissionẽ nuntiationis. Unde si procedat in opere spreta nunciatione propter contemptam maiestatem pretoris ⁊ iniu-

riam nuntiantis, debet demoliri opus postea factum. Et hec ratio si qua iusta reddi potest, bona est secundum do. Iason. May. in d.l.j. in princip. cum qua secundum eum potest simul iungi alia ratio de via attentati, quam supra retuli. Debuit igitur dictus Draconis post factam nuntiationẽ cessare ab opere. Quod quia non fecit debet opus
2 demoliri. Cui non suffragatur id quod dicit, scilicet, † ꝙ post factam nuntiationem obtulerit idoneam cautionem seu satisdationem de demoliendo, ꝛc. Quoniam respõdeo ꝙ ad hoc non debuit admitti ante tres menses, attẽto maxime ꝙ vniuersitas seu dicti domini syndici voluerũt docere de iure suo: dicentes, modo cõstat, modo agatur. Pro quo allegasse sufficiat. l. si eam. ꝛ quod ibi glos. ꝛ doct. C. de oper. no. nuntia. ꝛ cap. fin. ꝛ quod ibi glos. ꝛ docto. eod. tit. ꝛ quod not. Bart. in. l. pretor ait. §. siue autem. versi. si quis paratus. ff. de oper. no. nuntia. glos. ꝛ plenius Bart. in. d. l. j. in princip. ff. eod. tit. do. Iason May. versi. mihi autem videtur, ꝛc. dicit sibi videri veritatis inuestigande gratia, ꝙ text. in. d. l. vnic. ff. de ope. noui. nuntia. ꝛ. c. si. eod. tit. decidat ꝙ facta nuntiatione supersedeatur per tres menses, infra quos debet causa nuntiationis decidi a iudice. Et si propter aliquod impedimentum infra tempus huiusmodi decidi non possit, tunc prestita satisdatione possit procedi in opere: ꝛ consequenter tenet idem do. Iason May. ꝙ dicta. l. si. indistincte procedat siue sic dictum cõstat, ꝛc. siue non, ꝛ consequenter etiam tenet ꝙ per illum text. hodie limitentur omnia iura fforum, adĳciens ꝙ alias dum esset scholaris, sustinuit istam conclusionem, ꝛ ꝙ illa adhuc non displicebat: pro quo allegat quinque motiua, scilicet, quia text. in dicta. l. vnica, ꝛ in. c. fin. loquuntur indistincte, ꝙ supersederi debeat per tres mẽses, infra quos debeant decidi causa, ꝛ non dicunt ꝙ ibi fuerit dictum hodie, constat hodie, agatur ergo indistincte. debuit intelligi. l. de pretio. ff. de publi. alia possunt ibi videri que non refero propter euitandam prolixitatem. Nec suffragatur predicto Draconis, quod, vt pretendit, non fuerit parte dicte vniuersitatis, seu per dictos dominos syndicos nuntiantes iuratum de calumnia. Quoniam respondeo ꝙ li-
3 cet † petente parte, cui facta est nuntiatio iurari de calũnia, ꝛ pretore, seu iudice ita fieri decernente, debeat pars nuntians de calumnia iurare. Hoc tamen facere non tenetur, etiam parte denuntiata pendente: nisi pretor seu iudex hoc fieri decernat. l. de pupil. §. qui opus nouum. ꝛ quod ibi dominus Iason super verbo exigatur. ff. de oper. no. nuntia. ꝛ quod habetur in. l. iusiurandum, ꝛ ad pecunias. §. qui iusiurandum, in verbo si hoc exigatur. ff. de iureiurando. multa facientia ad hoc dictum ponit do. Iason May. in. l. iurisgentium. in princip. ff. de pact. ꝛ in dicto. §. qui opus no-
4 uum. vbi ad predicta addit fortius, ꝙ etiam † si lex dicat, quod aliquid fiat ipso iure: tamen intelligitur si petatur a parte, ꝛ non aliter, per id quod not. glo. ij. super verbo ipso iure. in. l. scimus. C. de inoffi. testamen. quam ibi sequuntur Bart. ꝛ alĳ. Pro quo allegat glos. bonum simile de compensatione, que quanuis fiat ipso iure, intelligitur tamen si opponatur a parte. l. fin. C. de compensa. iuncto eo quod not. glos. ꝛ doct. in. l. si constat. eod. tit. Facit ad premissa. l. si matre. ꝛ quod ibi Bart. C. de suis ꝛ legit. Quo fit vt cum egregius vir dominus iudex cause huius: non solũ nõ decreuerit prestari calumnie iuramentum parte dicte vniuersitatis, quinimo nec illud fuerit parte dicti Draconis prestari petitũ, non possit aut debeat dicta nuntiatio noui operis ex hoc impugnari, vel infringi per predicta. Nihil igitur videtur fuisse dictum vel allegatũ parte dicti Draconis, quod eum tueatur vel defendat, quominus demoliri, seu destrui debuerit, ꝛ debeat, id quod post ꝛ contra dictam donationem fuit per ipsum Draconis edificatum ꝛ constructum. Que dixerim, ꝛc.

¶ Rubi. De rei vxor. actio. ¶ Epitome. ¶ Consi. ccxcj.

¶ Rei vxorie melioramenta per probos, maritus (vocata ea) estimari faciat, si recte velit per illam sibi recognosci. Vasquinus Filiolus.

1 ¶ Cum societas morte socĳ finiatur, non potest heres mortui ab olim authoris sui socio aliquid petere de ĳs, que adhuc viuens socius post mortem alterius acquisiuit.

2 Appellatione bonorum mobilium ꝛ immobilium nõ veniunt iura ꝛ actiones.

3 Reparationum per secundum virum in domo vxoris factarum per vxorem recognoscẽdarum ratio ꝛ methodus.



Isis Tribus publicis instrumentis, vno videlicet, matrimonĳ dudũ per verba de futuro contracti, ꝛ postea (vt ponitur in casu) per verba de presenti, ꝛ deinde consummati per ꝛ inter honorabilem virum Nicolaum Pecoloni, mercatorem ville Pontis sancti spiritus ex vna parte, ꝛ nobilem Ioannam Bernarde, seu nobilem virum Antonium Bernardi eius patrem pro ꝛ nomine dicte Ioanne. Altero vero, ꝛ secundo alterius matrimonĳ dudum anno, scilicet, Domini, M.cccclxxxvij. ꝛ die. xix. mensis Iulĳ contracti, ꝛ deinde per verba de presenti, ꝛ postea consummati: per ꝛ inter venerabilem virũ dominum Ioannem Verderĳ, in legibus Baccalarium ex vna parte, ꝛ dictam nobilem Ioannam ex alia. Item vero, ꝛ tertio alterius matrimonĳ dudum anno, scilicet, Domini. M.ccccxciiij. ꝛ die. xv. mensis Septembris, per verba de futuro, ꝛ postea per verba de presenti contracti, ꝛ deinde consummati, per ꝛ inter prouidum virũ Blasium Boyssini Payrolerium ex vna parte, ꝛ dictam nobilem Ioannam ex alia, cum conuentionibus, pactis, ꝛ promissionibus in instrumentis huiusmodi seu eorum copĳs mihi exhibitis latius mentionatis, ꝛ descriptis. Viso insuper consultationis themate mihi exhibito, cum dubĳs in cõsultatione huiusmodi latius descriptis. Dico, ꝛ respondeo ad dubia huiusmodi prout infra, premittẽs pro illorũ faciliori solutione ꝙ per mortem, ꝛ decessum dicti domini Ioannis Verderĳ, fuit dis-
1 soluta, ꝛ extincta societas † omnium bonorum que contracta, ꝛ inita legitur, per ꝛ inter eundem quondam do. Ioannem, ꝛ dictam nobilem Ioannam tempore dicti eorũ matrimonĳ per verba de futuro contracti. l. actione. §. morte. ff. pro so. ꝛ. §. soluitur. cum suis simil. institu. eod. titu. Quo fit, vt licet postea ab humanis, ac intestata, ꝛ sine liberis, ꝛ alĳs parentibus decesserit honesta iuuencula Antoneta Pecoloni, filia quondam naturalis, ꝛ legitima predicti Nicolai, dicte nobilis Ioanne primi viri, ꝛ ipsius Ioanne. Et propterea fuerit hereditas eiusdem Antonete ipsi nobili Ioanne tanquam proximiori abintestato delata. authen. defuncto. C. ad tertul. ꝛ in corpore vnde sumitur. in dicta tamen hereditate nihil habuit, nec habere debuit seu debet Franciscus Verderĳ, filius quondam naturalis ꝛ legitimus predicti domini Ioãnis Verderĳ, ꝛ dicte nobilis Ioanne. Et hoc, in vim predicte societatis contracte inter eosdem dominum Ioannem, ꝛ nobilem Ioannam. l. Titium ꝛ Meuium. §. altero. ff. de administrat. tut. l. socium qui in eo. §. item post mortem. ꝛ. d. l. actione. §. morte. ff. pro soc. ꝛ quod not. Petr. de Vbald. in suo tract. de societa. in. xj. parte. versicu. secundo quero post mortem, ꝛc. Quibus presuppositis, dico ꝛ respondeo ad predicta quesita. Et primo ad primum: quod quoad bona que fuerunt dicte nobilis Ioãne tempore matrimonĳ ꝛ societatis per eandem contractarum cum dicto quondam domino Ioanne Verderĳ eius secũdo viro, ꝛ quoad ea que ipsa nobilis Ioanna post contractum huiusmodi acquisiuit, vel ad eas peruenerint viuente eodem domino Ioanne, dictus Frãciscus, eiusdem do. Ioannis filius ꝛ heres, habet dimidiã partem in vim predicte societatis. Et insuper quia ipsa nobilis Ioanna non potuit, aut potest plus donare, vel relinquere dicto Blasio Boyssini, ꝙ predicto Francisco. l. hac edictali. C. de secun. nupt. ꝛ authen. de nupt. §. optime. collat. iiij. dictus Franciscus habebit dimidiam partẽ alterius dimidie partis, ꝛ prefatus Blasius habebit alterã dimidiam: ꝛ sic quartam partem predictorum bonorũ, scilicet, mobilium, ꝛ immobilium, si (videlicet) contingat eandem Ioãnam ab humanis decedere ante ipsum Blasium:
2 ideo autem dixi † de quarta parte bonorum mobilium, ꝛ immobilium, quia in iuribus, ꝛ actionibus, ꝛ sic in creditis, seu debitis, nihil habiturus est idem Blasius: pro eo quia in donatione sibi facta, solum fit mẽtio de bonis mobilibus, ꝛ immobilibus: quorum appellatione non veniũt iura, ꝛ actiones. Pro quo allegasse sufficiat. l. quam tuberonis sententiam. ff. de pecu. ꝛ quod. not. doct. in. l. mouentium. ff. de verbo. signifi. l. si pupillus. ff. de negotĳs gestis. in. c. nulli de re. eccle. non alie. Quo vero ad bona hereditaria dicti quondam Nicolai, seu Antonete eius filie, que ad eandem nobilem Ioannam post mortem dicti domini Ioannis Verderĳ, peruenerunt, nihil, vt predixi, habebit

predi

predictus Franciscus in vim societatis superius mentio nate. Sed quia (vt dixi) ipsa Joanna non potuit, aut po test donare dicto Blasio plus q̄ dicto Francisco eius fi lio.d.l.hac edictali.ꝛ.§.optime. idē Franciscus habiturus est dimidiam partem omnium bonorum mobilium, ꝛ im mobilium: ꝛ omnia iura. Et hoc nisi ipsa Joanna ali ter prouideat, ꝛ prefatus Blasius aliam dimidiam, scili cet, bonorū mobiliū, ꝛ immobiliū, si cōtingat ipsam Joan nā premori. Et per hoc patet respōsio ad primum quesitū, quod, vt ex illius tenore patet, subdiuiditur in multa que sita. ¶ Ad aliud quesitum dico, ꝛ respondeo expedire di

z cto Blasio † pro sui ipsius securitate, q̄ ipse adeat presen tiam egregij viri domini iudicis, vel alterius magistratus loci, ꝛ q̄ vocatis prefata nobilibus Joanna eius vxore, et dicto Francisco si sua interesse putauerit, exponat se fecis se reparationes, quas, reuera, fecit in bonis, vtpote in do mibus, ꝛ alijs reb⁹, ꝛc. ꝛ petat ab aliquib⁹ probis, ꝛ in tali bus expertis coniuncti visitationem, palpationem, ꝛ exti mationem, seu taxam dictarum reparationum, seu expen se pro eis facte. Et facta relatione cum iuramento, petat illam publicari, ꝛ deinde pecuniariam summam seu quan titatem, ad quam taxate extiterint, sibi per dictam Joan nam recognosci: iuxta promissionem per eam factam tem pore matrimonij, per ꝛ inter eos contracti, ꝛ supra men tionati. Et insuper quia idem Blasius frequenter compa rat ꝛ emit bona mobilia, esset bonum, q̄ sub presentia di ctorum vxoris, ꝛ Francisci, inuentarisarentur bona mobi lia eiusdem nobilis Joanne: ꝛ q̄ illa marcharentur, siue si gnarentur marcha, seu signo eiusdē nobilis Joanne: ꝛ q̄ illa que deinde emerentur, vel alias acquirerentur per di ctum Blasium, etiam marcharentur, seu signarētur mar cha, seu signo predicti Blasij. Et hec dico pro eo quia di cti Blasius ꝛ Joanna sunt suspecti iuri. Et si aliter eadē Joanna recognosceret dicto Blasio, presumeretur reco gnitio huiusmodi facta in fraudē dicti Francisci, filij pre cedentis matrimonij. Que omnia dixerim, ꝛc.

¶ Rubr. De impube. ¶ Epitome. ¶ Consilium.ccxcij.

¶ Legitima filij quanuis grauamen non recipiat: tamen in ea post ipsius mortem grauari possunt venientes ab in testato. U. F.

1 ¶ Uerba communia que sint.

PRO faciliori responsione fienda ad quesita mihi exhibita parte ho norabilium virorum Joannis ꝛ Nicolai Mercerij, ꝛ suorum consortum. Premit

1 to † q̄ verbum perueniat, ꝛ verbum reuer tatur, quibus in suo vltimo ꝛ nuncupati uo testamento vsus est honorabilis quondam vir Mone tus Mercerij eorū auus paternus in substituēdo Gabrie le eius nepti, seu Felezene, ꝛ sorori patrueli eorundē Joan nis, Nicolai, ꝛ consortum, sunt verba communia. Et qui dem de verbo perueniat, hoc probatur per id quod notat Bar.in.l.Centurio.ff.de vulga.ꝛ pupil. Bald.in.l.fi. C. de sacrosanct.eccles.ꝛ in.c.si pater.de testamen.in.vj.ꝛ Joan. de Jmol.in cap. Raynutius.versic.ꝛ vt dixi. prosequitur Bart.de testamen.de verbo autem reuertatur, hoc proba tur per id quod not.Joan.And.in cap. si pater. in nouell. Bart.in dicta.l.Centurio.qui pro hoc allegat glos.in.l.j. ff.de donat.ꝛ idem tenuit Joan.de Jmo.in dicto.c.Ray nutius.versic.octauo. de verbo reuertatur. Secundo pre mitto q̄ substitutio compendiosa facta per verbum com mune in re certa, aut quantitate seu portione nō trahitur ad directam substitutionē. vt voluit Bart.in dicta.l.cen turio.versicu.quero quid si substitutio fiat in re certa per verbum commune, ꝛ. versi.quero vlterius.quid si hec sub stitutio.ff.de vulg.ꝛ pupil.vbi etiam alij, ꝛ signāter Joan. de Jmol.versic.item adde inquantum tangit, an substitu tio facta per verbum commune, in certa re, ꝛc. Romanus consil.viij.exordien. Uisis narratis in puncto quo queri tur, ꝛc. Alexand. de Jmol. in multis eius consilijs, ꝛ pre sertim in consil.ix.ꝛ consil.xxv.exordien. Circa primū du bium, ꝛc.ꝛ consi.xlv.exordien. Habita super ijs de quibus dubitari contingit, versic.circa tertium, ꝛc. in primo volu. ꝛ Fran.de Are.consil.clv.exordien. Periculosum est, vt Hieronymus ait in explanatione, ꝛc. Substitutio vero, quā, vt dixi, fecit dict⁹ quōdā Monetus prefate Gabriele eius nepti: fuit vt patet ex verbis, compendiosa facta per verba predicta, scilicet, perueniat, ꝛ reuertatur, ꝛ in certa quantitate, hoc est, in centum florenis, quos eidem Ga briele legauit, ꝛ iure institutionis reliquit dictus Mone tus auus. Non potest igitur substitutio antedicta trahi ad directā substitutionem cuiusmodi pupillaris substitutio: ꝛ sic nō videtur posse dici, q̄ eidem Gabriele pupillariter, ꝛ sic in omnibus bonis vndecunque sibi quesitis successe rint Firminus, ꝛ Hugo Mercerij eius patrui, ac filij, ꝛ vni uersales heredes dicti quondam Moneti, seu ille qui ei dem Gabriele superfuit quod alias fecissent seu fecisset si substitutio fuisset pupillaris.l.sed ꝛ si plures.§.ad substi tutos.ff.de vulga.ꝛ pupil.ꝛ fuisset mater etiam quo ad le gitimam exclusa.d.c.si pater.ꝛ quod ibi docto.de testa.in vj.Bart.in.l.ij.versic.tertius effectus.ff.de vulga.ꝛ pupil. Joan.de Jmo.in.c.Raynutius.ꝛ Pau.de Castr.consil. ccliij. Sed, vt dixi, substitutio predicta valere non potuit iure directo, per predicta pro quibus etiam facit, constitu tio dominicalis loquens de substitutione facta per verbū commune substituo matre existente in medio: que quāuis loquatur in substitutione facta per verbum commune substituo, idem tamen videtur de substitutione facta per alia verba communia, cum in eis non sit diuersa ratio, sed eadem, ergo idem ius, ꝛc.l.illud.ff.ad leg.aquil. dicta igitur substitutio non videtur potuisse valere iure directo, sed duntaxat iure obliquo, ꝛ sic iure fideicommissi quod si ita est, dubium restat an substitutio seu fideicommissum hu iusmodi valuerit, supposito, q̄ dictum relictum centum florenorum non excederet legitimam debitā predicte Ga briele, in bonis auitinis que fuit decima pars omnium bo norum dicti quondam Moneti, eorum videlicet, que su perfuerant deducto ere alieno, ꝛ funeris impensa. authen. de triente.ꝛ semis.§.j.colla.iij.ꝛ transumptiue in authent. nouissima.C.de inoff.test.iuncta.l. Papinianus.§.quar ta autem.ꝛ.§.quoniam quarta.ff.eod.tit.ꝛ videtur q̄ non, pro eo quia licet pater, vel auus paternus possit pupilla riter substituere filio, vel nepoti in ipsius potestate existen ti etiam in legitima.l.ex tribus.C.de inoffic.testa.non ta men potest ipsum filium per fideicommissum grauare in legitima.l.quoniam in prioribus.C.eo.tit.quod etiam vo luerunt scribentes.in.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.ꝛ in multis alijs locis: ad quod respondeo, breuiter, ꝛ succin cte q̄ licet pater, vel auus non possint grauare filium, vel nepotem impuberes in eorū legitima, possunt tamen gra uare eorum proximiores abintestato.l.si fundum.per fidei commissum.§.fi.cum.l.se.ff.de lega.j.quod in dubio facere censentur quando onus fideicōmissi iniungitur post mor tē filij, vel nepotis: per id quod voluit Bar.in.l.qui duos. in fi.ꝛ quod ibi Joan.de Jmol.ꝛ Pau.de Cast.ff.de vulg. ꝛ pupil.Joan.de Jmo. Pau.de Cast. Alex.de Jmo.ꝛ do cto.communiter in.d.l.coheredi.§.cū filie. Joan.de Jmo. in.d.c.Raynutius.circa fi.in materia vulg.de testa. Fui go.in.l.eam quam.C.de fideicommis. Cuma.in.l.j.§.fin.ff. de vulga.ꝛ pupil. Alex.de Jmo.consi.xij.exord. Attentis verbis, ꝛc.in tertio volu.ꝛ Fran.de Are.consil.clv.exord. Periculosum est, ꝛc.in multis locis. Cū igitur fideicom missum dictorum centum florenorum fuerit relictum post mortem prefate Gabriele onus illius censetur fuisse in iunctum non quidem Gabriele cui etiam iniungi non po terat, sed honeste mulieri Joanne eius matri, cui poterat iniungi.d.l.si fundum.per fideicommissum.§.fin.cum.l.se quenti. Quo fit, vt dictos centum florenos petere non pos sit dicta mater: fateor tamē q̄ si legitima predicte Gabriele in bonis auitinis debita que, vt dixi, fuit decima pars bonorum dicti quondā Moneti, ascendebat, vel ascendat vltra valorē dictorum.c.florenorum, dicta Joanna possit petere illud residuum, pro eo quia nec dicta eius filia, nec ipsa reperiuntur in illo residuo grauate: pro quo allegasse sufficiat.l.omnimodo.C.de inoffi.test. Et per hec patet re sponsio ad quesita: ꝛ primo quidem ad primum, scilicet, q̄ dicta mater non habebat de bonis dicti quondam Mo neti ad dictam Gabrielem peruentis in vim dicti relicti centum florenorum, vel ex dispositione legis nisi id ad quod ascendit legitima predicte Gabriele vltra ꝛ pre ter centum florenos. ¶ Ad secundum dico, q̄ dicta Joan na nihil haberet de dictis centum florenis, sed solum id quod deerat ad supplementum legitime. Quo vero ad legitimam debitā in bonis domine Philippe auie pater ne non possum respondere, pro eo quia non vidi testamen tum illius. Que dixerim, ꝛc.

¶ Rubr. De pascuis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxciij.

Pascuis vti possunt filij, quorum patres oriundi fuerunt eius loci, de cuius pascuis agitur: quamuis ipsi non indigene sint, dum tamen ibi predia habeant. V. F.

1 ☞ Pascua locorum ad ciues ⁊ incolas illorum pertinent.
2 Ciues qui dicantur.

1 
Pascua † Locorum, quoad vsum, ⁊ vtilitatē illorum, pertinent ad vniuersitatem, ciues ⁊ incolas locorū huiusmodi, per id quod not. glos. in. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. et Alber. in. l. imperatores. ff. de serui. rustic. predio. ⁊ l. testatrix. §. j. ff. si seruit. vendic. vbi notabiliter dicit Alber. φ pro modo possessionū quilibet de illa vniuersitate debet vti pascuis: ne ibi habens paucas possessiones in iniuriam ⁊ damnum aliorum concinium aut incolarum plures habentium magnā bestiarum immittens quantitatem alios impediat in pascuis: quia ciuilis modus in istis seruādus est. l. si cui. ff. de seruitu. l. item si fundi. ⁊ l. vsufructuarium. §. fin. ff. de vsufruct. ⁊ l. cum ij. §. modus. ff. de transact. Facit quod not. Bald. in c. cum omnis. versic. sed quid si sunt duo vicini, ⁊c. de constitu. Cum igi-
2 tur † nō solum sint ciues vnius loci, illi qui in loco huiusmodi orti, vel nati extiterunt. l. ciues. ⁊ quod ibi glos. ⁊ doctores. C. de incolis. lib. x. Sed etiam illi quorum patres, vel nati, vel orti extiterunt. l. filios. C. de munici. ⁊ origina. lib. x. quod etiam voluit glos. Joan. de Plat. ⁊ doct. in. d. l. ciues. ⁊ in. l. j. C. de munici. origin. palam infertur φ non solū illi qui sunt orti vel nati in aliquo loco, possunt in eo seu illius territorio eorū animalia inibi immittere ⁊ tenere causa depascendi: sed etiam illi quorum patres inibi nati extiterunt: quamuis ipsi fuerunt alibi nati. Quo fit vt licet honesti iuuenes Joannonus ⁊ Antonius Mercerij orti vel nati extiterint in loco dicto Aleue, non in loco Malemortis, possunt tamen eorum animalia causa depascendi immittere, ⁊ tenere in loco Malemortis: pro eo, quia prouidus vir Firminus Mercerij eorum quondam pater fuit oriundus loci predicti Malemortis, ⁊ tam ipse cum in humanis ageret φ̄ dicti Joannonus ⁊ Antonius haberet ⁊ habeant multa ⁊ varia predia rustica. Possunt igitur ratione ciuilitatis, ⁊ maxime quia multa predia rustica ibi habent sua animalia immittere, per predicta. Ad quod etiam faciunt notata per Petrum Antibo in suo tractatu munerum. in illa. q. quam ponit in versic. exoritur ex his alia questio vtrum dominus alicuius castri possit apascairare, ⁊c. quatenus per. multa ibi ostendit φ herba prediorum alicuius sint illorum quorum sunt predia. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub. De Episc. ⁊ cler. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccxciiij.

¶ Clericus in Diaconum promoueri potest: quāuis minores ordines nondum sit consequutus, nec maiores sibi tunc conferri desideret. V. F.


Quesitum Est, an in tempore oportuno, vt verbi gratia, in sabbato quatuor temporum possit reuerd. in Christo pater, ⁊ do. dominus Episcopus, ⁊c. conferre sacrum diaconatus ordinem, non collatis precedentibus ordinibus, scilicet minoribus, ⁊ subdiaconatus, etiam si postea non conferat sacri presbyteratus ordinem: vt quia ex causa non celebrantur, nec forte commode celebrari possunt generales ordines: sed solum quoad hunc, qui ex legitima causa instat, ⁊ deuote postulat sacrum ordinem diaconatus sibi conferri. Pro cuius responsione voluissem habere hic aliquos ex meis libris quos non habeo. Veruz vt in eo quod possum satisfaciam postulanti existimo esse recurrendum ad pastorale seu librum ordinarium de quo facit mentionem Ostiens. in cap. j. de sacra. nō iterandis. ⁊ frater Ange. de Clauasio in sua summa. in. §. ordo. versicu. que sunt necessaria in quolibet ordine. vbi dicit φ omnia statuta in pastorali, debent intelligi ita necessaria φ si aliquid obmittatur nihil fiat ⁊ necessario totum sit iterandum nisi obmissa sint de illis de quibus in iure expressum est: φ non sunt de necessitate. Saluis igitur ijs de quibus in pastorali (quod non existimo posse fieri vt recte nec ad amussim legatur) dictum reuerendiss. do. Episcopum posse in hoc casu dictum ordinem cōferre, etiam si multos alios vel minores seu inferiores, vel maiorem cōferat: vidi enim c. diaconus. ⁊ quod ibi dom. Propo. dist. xxiij. ⁊ quod no. docto. in. d. c. j. ⁊ c. fi. de sacramen. non iteran. dom. Anto. Florē. archiepiscopus in tertia parte sue summe tit. xiij. c. xvj. iiij. versicu. de diacono. est maius dubium habet enim duos actus, vnus est legere euangelium, ⁊c. Ange. vbi supra, qui loquentes de collatione ordinis huiusmodi nihil dicunt de collatione predictorum ordinum, scilicet, φ sine illa hec fieri non possit, ⁊ pro hoc dicto videtur facere q̄d not. Ostien. ⁊ post eum Anto. de Butri. in. d. c. fi. de sacramen. non iteran. ⁊ do. Anton. archiepiscopus titu. xiij. c. xvj. §. v. prope fi. qui loquētes de cautela per episcopū adhibenda in suppletione illius, quod defuit, in collatione ordinis ponunt vnum modum φ caute hoc fieri possit, ⁊ subiciunt hec verba, vel etiam in capella sua paucis, ⁊ bonis vocatis secretarijs priuatim poterit ordines celebrare. Fateor, vt predixi bene attendendum ad pastorale, pro eo quia ea de quibus ibi, videntur esse necessaria, ⁊ esse de substantia nisi reperiantur in iure non esse de substantia, ⁊ si esset opus respondere distinctius vellem habere verba illius circa casum occurrentem. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rubr. De natural. libe. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccxcv.

¶ Naturalis filius legitimatus expellit substitutum: nisi forte dignitas aut nobilitas fuerint impedimento. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Substitutio breuiloqua per se complectitur tantum directas.
2 Liberi in conditione positi quando ⁊ quomodo non censeantur positi in dispositione.
3 Naturalibus liberis sobole legitima existente quantum relinqui possit.
4 Statutum ⁊ vltima voluntas quam similitudinem habeant.


Ponitur In facto φ nobilis vir, dominus Joan. de Brancassijs fecit ⁊ cōdidit eius vltimum, ⁊ nuncupatiuum testamentum: in quo heredes vniuersales instituit ⁊ suo proprio ore nominauit nobiles Bassilium Franciscum, ⁊ Baptistam de Brancassijs filios suos naturales, ⁊ legitimos equis partibus substituendo vnum ipsorum alteri, ⁊ econuerso, ita φ semper masculi, ex recta linea descendentes, equaliter preferantur, ⁊ succedant etiam vsque ad tertiam, ⁊ quartam generationes: voluit etiam, ⁊ ordinauit φ si contingeret aliquem ipsorum heredum habere filias, φ ipse filie maritarentur cum nobilibus vocatis de Paragio, ⁊ φ dicte filie dotentur iuxta consuetudinem, ⁊ facultatem domus. Qui permanens, in voluntate huiusmodi, vita functus est, ⁊ ab humanis decessit superstitibus dictis nobilibus Bassilio Francisco, ⁊ Baptista, qui bonis ⁊ hereditati paternis se immiscuerunt. Successu vero temporis vita functus est, ⁊ ab humanis sine liberis decessit dictus nobilis Franciscus: ac postea, ⁊ nouissime etiā vita functus est, ⁊ ab humanis sine liberis naturalibus, ⁊ legitimis superstite tamē nobili Nicolao eius filio naturali decessit dictus nobilis Baptista prius condito eius vltimo, ⁊ nuncupatiuo testamēto, in quo inter cetera heredem vniuersalem insolidum, ⁊ vnicum instituit dictum nobilem Nicolaum, ⁊ quia prefatus nobilis Bassilius eundem Nicolaum impetit pretendens φ in vim substitutionis superius mentionate eidem restitui debeat saltem media pars eorum bonorū, que ex paterna successione, ad dictū quondam nobilem Baptistam peruenerāt. Quesitum est quid iuris. ¶ Ad quod dico, ⁊ respondeo, imprimis nulli esse
1 dubium quin † substitutio de qua supra, fuerit breuiloqua seu reciproca prout colligitur ex ijs que not. Barto. ⁊ Ioan. de Jmo. ⁊ docto. in. l. Lucius. ff. de vulga. ⁊ pupil. Sali. in. l. in testamento. C. de testa. mili. Joan. de Jmo. in c. Raynutius in materia reciproce substitutionis de testa. Et si substitutio huiusmodi fuerit simplex reciproca hoc est non admixta compendiose substitutioni nulli dubium est, φ illa non continuit nisi directas, scilicet, vulgares, ⁊ etiam pupil

pupillares si tempore facti testamenti dicti nobiles Baffilius, Franciscus, ⁊ Baptista erant impuberes ⁊ in patria potestate, non autem cõtinet fideicommissarias. l. iam hoc iure. versic. in vulgarem duntaxat. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ in. l. ij. versic. in vnum casum duntaxat. C. de impuber. et alijs substitu. vbi etiã dicit Bart. se ita consuluisse in contingentia facti, ⁊ hec est communis ⁊ vera sententia quam tenent Cyn. ⁊ antiqui docto. in. l. precibus. in materia reciproce. C. de impube. ⁊ alijs substitu. Dyn. ⁊ Bart. in. l. qui plures. el. j. ff. de vulgar. ⁊ pupil. Bart. in. l. Lucius. vbi etiã alij docto. ff. eod. tit. Bald. in. l. in testamento. q. iij. ⁊ quod ibi Salic. Paul. de Cast. do. Jason May. ⁊ communiter moderni. C. de testamen. milit. Bald. in dicta. l. iam hoc iure. Salic. Paul. de Castr. Alexand. de Jmo. multos referens in dicta. l. ij. canon. in. c. Raynutius. in materia reciproce. vbi etiam Joan. de Jmo. versic. quartodecimo queritur vtrum substitutio reciproca. de testament. multos refert do. Jas. May. in. d. l. Lucius. versic. circa tertiã decimã questionẽ Bar. ⁊c. qui licet dicat disputando posse teneri contrarium, ⁊ se credere ꝙ in puncto iuris opinio cõtraria sit verior. Jpse tamen fatetur primam esse communem, dicens ab ea non esse discedendum. Et si ita esset palam sequeretur ꝙ dictus nobilis Baffilius nihil petere posset in vim substitutionis superius mẽtionate. Et quidẽ non in vim vulgaris: quia illa expirauit per immistionem paterne hereditatis. l. post aditam. ⁊. d. l. precibus. C. de impuber. ⁊ alijs substitut. non etiam in vim pupillaris etiam si ab initio illa contenta extitisset in dicta reciproca: pro eo quia dictus nobilis Baptista factus adultus decessit. l. in pupillari. cum suis simlib. ff. de vulga. ⁊ pupil. Si vero predicta reciproca substitutio pretendi posset fuisse admixta seu iuncta compendiose substitutioni: tũc non esset dubium quin in ea continerentur etiam fideicommissarie substitutiones: vt voluit Bar. in dicta. l. Lucius. vbi etiam hoc sequuntur alij doct. Joan. de Jmo. in. d. c. Raynutius in materia reciproce. in quest. xiiij. versi. aut apposita est conditio denotans tractum temporis. Multas remissiones ponit Alex. de Jmo. in dicta. l. ij. C. de impuber. ⁊ alijs substit. Restat igitur videndum an substitutio de qua supra admixta extiterit compendiose substitutioni, quod prima facie videtur propter illa verba, Jta ꝙ semper masculi ex recta linea descendentes equaliter preferantur ⁊ succedant etiam vsq; ad tertiam ⁊ quartam generationes. Jn quibus verbis ponitur dictio, semper, ponuntur ⁊ illa verba vsq; ad tertiam ⁊ quartam, ⁊c. que proculdubio important tractum temporis, ⁊ quidem longissimi. Et ita videtur substitutio predicta fuisse admixta compendiose substitutioni, cuius est plura tempora comprehendere vt colligitur ex ijs que not. doct in. l. centurio. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ in dicta. l. precibus. Joan. de Jmol. in. d. c. Raynutius. in materia reciproce. xiij. questio. ⁊ Alex. de Jmo. in. d. l. ij. C. de impuber. ⁊ alijs substitut. Videtur igitur ꝙ dicta substitutio non solum continuerit vulgares, insuper ⁊ pupillares, si omnes erant impuberes, ⁊ in patria potestate, ⁊c. sed etiam fideicommissarias: per quas etiam post immistionem paterne hereditatis, ⁊ finitam pupillarem etatem possent superstites vel superstes petere fideicõmissum sibi restitui si quis vel aliqui ex predictis heredibus ab humanis, ⁊ sine liberis decederent. Et hoc non videtur habere dubium si in verbis predictis dictum fuisset, Jta ꝙ semper dicti masculi, vel heredes, ⁊c. sed cũ hoc dictum non fuerit, sed dictum extiterit, ita ꝙ semper masculi ex recta linea descendentes equaliter preferantur et succedant. Non videtur mihi dictus testator in versic. huiusmodi loqui de dictis nobilibus Baffilio, Frãcisco, aut Baptista seu aliquibus eorundem: sed potius videtur loqui de eorum liberis masculis. Per quos vsq; ad tertiam ⁊ quartã generationes, volunt excludi substitutos, vt verbi gratia: quanuis ipse dictos eius filios ⁊ heredes adinuicẽ substituerit. Jpse tamen voluit liberos masculos primo decedentis, aut primo decedentium repellere substitutos aut substitutum, superstites vel supeestitem: ⁊ ipsos liberos masculos eidẽ primo decedenti, vel primo decedentibus succedere, non obstante dicta substitutione: ⁊ ita verba predicta non videtur facere pro dicto nobili Baffilio. Et ꝙ iste fuerit sensus predicti testatoris, hoc satis indicare videntur verba predicti. versic. ita ꝙ semper masculi, ⁊c. Tum, pro eo quia non dicitur ibi dictũ, quod verisimiliter dictũ fuisset si dictus testator fuisset loquutus de dictis eius filijs, ⁊ heredibus, tum ⁊, pro eo quia dictum est masculi ex recta linea descendentes que viderentur esse superflua. Et tamen certũ est ꝙ non solum vna queque clausula, sed etiam quodcunque verbum positum in dispositione debet esse cum virtute operandi si fieri potest. l. hac. l. ff. de contrahen. emptio. ⁊ vendi. ⁊. l. si ita stipulatus. in prin. ff. de vsu. verba sunt Bald. C. de contrahen. empt. in rub. q. ix. Et idem voluit Roma. consil. lxxxiij. ad fin. Alex. de Jmol. consi. cxvij. exord. Visis supra narratis. in. j. volu. ⁊ consi. clviij. in secũdo volu. ⁊ alij in alijs locis Tum etiam, propter illa verba etiam vsque ad tertiam ⁊ quartam generationes: que non videntur posse opportune adaptari ad dictos nobiles Baffilium Franciscum, ⁊ Baptistam, aut eorum aliquos, sed potius ad liberos, ⁊ hoc patet ad sensum si verba predicti, versi. opportune ponderentur, quod vt appertius appareat supponamus dictum nobilem testatorem voluisse in. d. versic. ita ꝙ semper. loqui de dictis eius filijs, ⁊ heredibus. Et hoc clarius exponamus, ⁊ dicamus, ita ꝙ semper dicti nobiles Baffilius Franciscus, ⁊ Baptista filij masculi ex recta linea descendentes equaliter preferantur, ⁊ succedant etiã vsque ad tertiam, ⁊ quartum generationes: nõ enim video nec satis percipio, quis sensus, percipi posset ex verbis huiusmodi, nec quomodo acciperentur illa verba vsque ad tertiam, ⁊ quartam generationes: puto igitur vt predixi, ꝙ in dicto versi. ita ꝙ semper, ⁊c. fuerit dictus nobilis testator loquutus de liberis masculis procreandis de primo, ex dictis nobilibus Baffilio Francisco, ⁊ Baptista decedente seu decedentibus, ab humanis per quos voluit repelli, ⁊ excludi superstites: seu superstitem, predictorum heredum, ⁊ illis seu illi preferri liberos primo decedentes, seu decedentium, ⁊ eos succedere, ⁊ ita non videtur predictus versicu. ita ꝙ semper, ⁊c. facere pro dicto nobili Baffilio: quia inducta ad vnum finem, nõ debent contrarium operari. l. legata inutiliter cum suis simili. C. de adimen. ⁊ transferẽ. lega.

2 Preterea si liberi † positi in conditione, vt quia filio herede instituto eidem datus est substitutus sub conditione si sine liberis decederet, repellant substitutum quanuis non censeantur, ipsi grauato substituti per id quod magis communiter no. gl. ⁊ docto. l. Lucius. el. ij. de heredi. institu. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. j. ⁊ in. l. j. C. de condi. inser. ⁊ domin. Oldra. consil. xxj. exordiente, Thema tale est testator habebat fratrẽ, ⁊c. quod procedit, non solum in liberis naturalibus, ⁊ legitimis, sed etiam in naturalibus tantum. vt voluit glo. in. l. generaliter. §. cum autem. super verbo sine iusta sobole, secundum tertiam lecturam, que est communis. C. de institutio. ⁊ substitut. quam ibi tenent Rayn. Bald. Salicetus, Ange. Paul. de Castr. ⁊ do. Jason May. Ange. Joan. de Jmo. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. el. ij. ff. de vulga. ⁊ pupil. multo fortius videtur ꝙ in casu nostro prefatus Nicolaus repellere debeat dictum nobilem Baffilium: etiam si ipse posset de iure pretendere se fuisse per fideicommissum substitutum, ⁊ hoc pro eo quia masculi descendentes ex primo decedente seu decedentibus fuerunt, vt iam dixi, eisdem primo decedenti, seu decedẽtibus substituti, quod est plus ꝙ poni in conditione. Prout colligitur ex ijs que scribuntur, ⁊ not. in dicta. l. Lucius. Nisi forte quis dicat ꝙ dictus versi. Jta ꝙ semper masculi, ⁊c. intelligi debeat de solis naturalibus ⁊ legitimis, non autem etiam de naturalibus tantum, quibus

3 † superexistente sobole legitima non videtur potuisse relinquere de bonis suis vltra vnciam. l. fin. iuncta. l. matre. C. de naturali. bus libe. ⁊ quod notant doc. in. l. his qui. ff. de vulg. ⁊ pup. Quod si ita est, non videtur ergo in dubio, ⁊ verbis generalibus sensisse de masculis naturalibus tantum: quia generalis dispositio non trahitur ad ea que quis in specie facere non potest, per id quod not. Bart. in. l. si quis sub conditione. ff. de condi. institu. Bald. in. l. fin. §. in cõputatione. C. de iur. de libe. Paul. de Cast. consil. clxxxj. exordien. Dicendum est ꝙ dicta fraternitas. ⁊ Barba. consi. x. exordiente, Jllud afferam in medium. ⁊ consil. liij. exord. Preclare scripsit Psalmista celebris, ⁊c. in secunda parte. Et quanuis isti videãtur loqui in dispositione statutaria: idẽ tamẽ videt esse in dispositione vltime volũtatis: pro eo ꝙ

4 † statutum magis accedit vltime voluntati ꝙ contractui ⁊ quia similia sunt vltima voluntas. ⁊. l. municipalis. pro quibus allegasse sufficiat quod voluit Rom. consi. cxxiij. ⁊ plenius Francis. de Curt. consil. xxvij. exordien. Magnificus vir Vgucio de cõtrarijs, ⁊c. sed videtur ꝙ huic rationi responderi possit, ꝙ illa nõ obstet: pro eo quia cũ etiam stante parte legitima potuerit dictus nobilis testator re-

linquere masculis naturalibus tãtũ, saltẽ vnciã nõ debuit, nec debet dici prolẽ huiusmodi fuisse omnino incapacẽ, ꝛ ꝙ testator eidem nihil relinquere potuerit: ꝛ sic nõ videtur bene argui ex hĩs que not. doct. in locis supra proxime allegatis: quia loquuntur in casu in quo disponens nihil poterat disponere. Et sic non videtur obstare predicta obiectio: non dico tamen, quod in vim substitutionis de qua in dicto versic. ita ꝙ semper, ꝛc. possit dictus Nicolaus, succedere in quota, seu bonis dicto nobili Baptiste, per dictum testatorem, relictis vltra quotam a lege statutam, sed dico, ꝙ cum testator censeatur substituisse masculos descendentes etiam naturales tantum, saltem eo casu quo non superfuissent naturales ꝛ legitimi: multo fortius videtur voluisse ꝙ eorum superexistentia repelleret superstites, etiam si viderentur substituti, quod multo fortius videtur procedere si idem Nicolaus, qui, vt ponitur in casu, fuit filius naturalis dicti quondam nobilis Baptiste de Brancaſſĩs, fuiſſet rite, ꝛ recte legitimatus in vita dicti Baptiste: quia filius naturalis legitimatus regulariter, repellit, ꝛ excludit substitutum, vt voluit Jacob. de Aret. quem sequitur Joan. And. in addi. Specu. titu. de succes. ab intest. §. fi. in fi. Bar. in quodam suo consi. exord. Viso instrumento locationis. Bald. in l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. ꝛ posth. Alex. de Jmo. qui multos refert in. l. generaliter. §. cũ autẽ. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ in multis eius consilĩs, ꝛ presertim consi. ĩj. in. j. volu. quod reperitur consi. lxxxvĩj. exord. Visis codicillis, in. ĩj. volu. ꝛ alĩ in alĩs locis. Nisi forte dicatur, ꝙ dicta communis opinio limitatur vt non procedat, quando vel testator, vel heres grauatus de restituendo est nobilis, vel in dignitate constitutus, vt voluit Ange. in quadam sua disputatione exord. Nobilis quidã genere, ꝛc. quam commemorat Alex. de Jmol. in. d. §. cum autem, ꝛ in allegato consi. lxxxvĩj. Super quo tamen, cum legitimationẽ huiusmo non viderim, nõ insisto. Sed vide Francisc. de Are. consil. xxxvĩj. versicu. venio ad quintum. Que dixerim, ꝛc.

¶ Rub. De reuoc. dona. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccxcvj.

¶ Notarius doctori filio, inde ditiorem vxorem ducenti (vt est hoc genus hominũ quandoqꝫ simplex) multa donauerat, patri ipsi paulo post reddẽda, vt scilicet cum ceteris fratribus equalitas seruaretur: responsum est hunc filium patri remittere potuisse donationem, quanuis ad stipulationem pro liberis ex huiusmodi matrimonio nascituris aduertẽdum sit: patremqꝫ ceteros filios instituere posse heredes in equalibus partibus, ꝛ hunc doctorem in eo ipso, quod sibi dum donationem remisit seruauerat, ꝛ alio pauco pluri. Cetera iam millies alibi adnotata sunt. V. F.



Donatio Quã fecisse dicitur honorabilis vir magister Petrus de Curte Baneto notarius, venerabili, ꝛ egregio viro dño Petro de Curte Baneto iurium licentiato eius filio: nõ videtur esse donatio propter nuptias, illa videlicet, ꝛ nature illius de qua habetur in. §. est ꝛ alium. instit. de de dona. ꝛ in. l. j. ꝛ multis alĩs. ꝛ de don. ante nup. Cuius dicti illa videtur posse ratio assignari: qꝛ donatio propter nuptias de qua habetur sermo in predictis iuribus, fit vxori seu sponse per virum aut sponsum seu alium, ex parte illius. l. vlti. §. sancimus. C. de donat. ante nupt. ꝛ nuper in fi. ꝛ quod ibi gl. de dona. inter vi. ꝛ vxo. Et fit donatio huiusmodi propter multas causas quas post abbatẽ anti. Pet. ꝛ Jo. And. collігit Panor. in. c. fi. de dona. inter vi. ꝛ vxo. Dicta vero donatio non fuit facta illi domine Margarite de qua in instrumento, sed dicto domino Petro cum ea matrimonium contracturo. Nec legitur donatio huiusmodi facta ipsi do. Petro ad hoc, vt ipse tertiam partem bonorum, prefati donatoris sibi donatã consequenter donaret dicte do. Margarite: ꝛ ita nõ obstat ei quod dixi. l. vt liberis. C. de colla. Quanuis igitur donatio huiusmodi fuerit facta cõtemplatione matrimonĩ, vel ob matrimoniũ, nõ tamẽ vere fuit donatio propter nuptias: quod etiam fuit de mente Paul. de Castr. consi. c. v. exord. Circa bona que fuerunt domini Humberti. Puto tamẽ, ꝙ illa etiam si facta extiterit filio existenti in patria potestate valuerit saltem propter iuramentum, per id quod notat. Bald. in. l. si donatione. C. de colla. ꝛ appertius in. l. fi. C. de vsucap. pro dona. Alex. de Jmo. in. d. l. si donatione. versicu. vtrum autem, ꝛ tam ipse ꝙ Franc. de Are. in multis consilĩs, ꝛ multi alĩ in multis locis. Ex quibus infertur ꝙ prefatus magister Petrus donator nõ potuisset donationẽ huiusmodi reuocare inuito eodẽ do. Petro. Sed postquam ipse reuocationi per patrem facte consensit, nulli dubium quin illa valuerit: ꝛ hec quatenus donatio huiusmodi eundem concernebat: nec puto non apparente ꝙ propter paternam reuerentiam vel alias ex capite motus possit consensus per dictum do. Petrum reuocatum adhibitus impugnari. Pro quo breuitatis causa allegasse sufficiat not. per Joan. de Jmo. in. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matrim. Ange. Are. in. §. quadrupli. versic. an autem eo ipso, ꝙ filius consentit: ꝛ quod ibi dominus Jason May. versic. ꝛ circa proxime dicta. instit. de actio. Super quo tamen aduertendum est, ꝙ dominium tertie partis bonorum donatorum, translatum in dictum dom. Petrum per retentionem vsusfructus, ꝛ constitutum. l. quisquis. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de dona. l. quod meo. in princi. ꝛ quod ibi docto. ff. de acquir. possess. Bart. in. l. creditores. C. de pigno. docto. in. l. qui ab emptione. ff. de pact. ꝛ in locis infinitis: nõ fuit per ipsam simplicem reuocationem retranslatum in ipsum nobilem Petrum: sed opus fuit traditione, seu retraditione vera aut ficta, hoc est, que fieret per actum verum, vel actum ciuilem: vtpote per constitutum, ꝛc. Pro quo allegasse sufficiat id quod not. glos. in. l. j. in fin. magne glos. C. de inoffi. dona. Que vult ꝙ vbi ex titulo ꝛ traditione simul iunctis transfertur dominium, quanuis titulus admitteretur, nõ tamen retransfertur dominium sine traditione, quã gloss. summe commendat ꝛ sequitur Bald. in. l. j. q. vj. C. si quid in fraud. patro. ꝛ sequitur Alexan. de Jmo. in. l. j. versic. ex hac tamen glos. ꝛc. ff. solut. matri. ꝛ consil. x. ꝛ consil. xcĩj. in primo volu. Pro quo optime facit, quod voluit Bald. et post eum Alex. de Jmo. in d. l. j. ff. solu. matrim. vbi querunt, quid si dicat statutum, ꝙ omnes vẽditiones facte ab vno mense, citra sint nulle, ꝛ Titius Seio fundum vendiderit ꝛ tradiderit ab vno mense citra, vtrum virtute statuti absqꝫ facto extrinseco sit dominium fundi abdicatum Seio, ꝛ ad Titium venditorem, retranslatum: ꝛ decidunt ꝙ nõ per iura inde allegata que possunt videri. Et ob hoc non esset forte malum, ꝙ pro recuperatione dominĩ tertie partis predictorũ bonorũ, dictus magister Petrus apprehenderet illorũ possessionem de consensu tamẽ ipsius do. Petri, vel ꝙ ipse do. Petrus dictam tertiam partẽ redonaret prefato magistro Petro donatori, cũ iuramẽto, ꝛc. Et hec dico, quia donatio facta venerabili viro do. Claudio, ꝛ magistro Antonio eius fratribus, fuit conditionalis ꝛ facta sub ea conditione. Si videlicet prefata reuocatio non valeret, que cum quoad sublationem tituli donationis valuerit, non est purificata, nec purificabitur, et sic non sortietur effectum: quia dispositio conditionalis effectum sortitur per euentum cõditionis. l. cedere diem. ff. de verbo. signifi. l. pecuniam. ff. si cert. peta. ꝛ. l. qui heredi. §. fi. ff. de condi. ꝛ demon. Barto. in disputatione exord. Perusine ciuitatis statuto cauetur. versicu. sexto sic. Anto. de Butr. ꝛ Joan. de Jmo. in. c. fin. de transla. episco. ꝛ Oldra. consil. clxxv. exord. Thema tale est, Titius impetrauit in quadam ecclesia in forma communi, ꝛc. Dixi autem superius reuocationẽ donationis valuisse ꝛ valere, quatenus illa cõcernebat preiudiciũ dicti dñi Petri consentientis, sed vtrũ valuerit, quatenus cõcernebat vel cõcernit preiudicium liberorũ procreãdorum ex matrimonio postea contrahendo, ꝛ vt puto deinde contracto, per ꝛ inter doctos do. Petrum, ꝛ do. Petrũ, ꝛ do. Margaritam: dico ꝛ respondeo, ꝙ si illa facta fuisset ipsi domi. Petro presenti, ꝛ stipulanti, pro se ꝛ liberis, ꝛc. tunc videretur dicendum, ꝙ si bona quorũ tertia pars donata est, sint sui natura transitoria, seu transmissibilia, non solum ad liberos seu heredes sanguinis, sed etiam ad heredes extraneos. Videretur idem do. Petrus stipulatus acceptasse donationem. Et quidem primo pro se, ꝛ deinde pro liberis: non pro liberis, vt liberis, sed vt heredibus ipsius domini Petri. per id quod not. glo. iunctis ibi not. per Bart. ꝛ alios magis communiter. in. l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pactis. Bart. ꝛ doct. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis et posthum. Bart. in. l. iurisiurandi. §. si liberi. ff. de ope. liber. Bart. ꝛ docto. magis communiter in. l. quod dicitur. el. ĩj. ff. de verbo oblig. ꝛ Alexan. de Jmol. in. l. apud Julianũ. §. si quis. ff. de legat. j. Et sic non esset dubium quin pater potuisset

potuisset preiudicare liberis, qz postq̄ illi nō erant venturi ad bona huiusmodi, nisi tanq̄ heredes patris ⁊ heres venire nō possit cōtra factum defuncti. l. que a patre. C. de restitu. mili. l. venditrici. C. de re. alie. non alie. l. ij. C. si quis. in frau. patro. ⁊ l. si creditoribus. C. de seruo pignor. da. manumis. ⁊ quod no. Alex. de Imo. in. d. l. apud Julianū. §. si quis. Sed quia donationi prementionate non interfuit idē do. Petrus. Et sic dicere non possumus eum fuisse stipulatum vel donationem acceptasse pro se, ⁊ liberis. Sed per notarium per quem seu medio cuius potuit ipsi dom. Petro, ⁊ etiam futuris eius liberis ius seu actio acquiri est maius dubium, sumus enim extra terminos in quibus loquitur glo. ⁊ docto. in. d. l. si tibi decem. §. si pactus. ⁊ docto. in alijs locis superius allegatis. Sumus etiā extra terminos, in quibus loquuntur docto. in illa. q. qua querunt an in feudo, vel emphyteusi presertim ecclesiastica per patrem pro se ⁊ liberis suis acquisitis censeantur liberi post mortem patris venire ad feudum vel emphiteusum tanquam heredes patris ⁊ sic possit in illis pater preiudicare liberis, velut liberis, ⁊ sic non possit nisi etiam sint heredes. Et de qua ponit Bart. consi. lix. exordiente, Questio ista habet duo dubia, ⁊c. ⁊ in. d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. Bald. in. l. liberti libertęq;. C. de ope. liber. ⁊ plenius in. l. j. C. per quas personas. Alex. de Imo. in. l. etiam. ff. sol. matri. ⁊ in. l. qui Rome. §. Flauius Hermes. ff. de verb. oblig. multas remissiones quas repetere nō expedit ponit idem Alexan. in. d. l. apud Julianum. §. si quis. ff. de lega. j. non etiam sumus in casu de quo loquitur text. in. d. l. qui Rome. §. Flauius Hermes. Et hec omnia palā colliguntur ex terminis donationis superius mentionate, ⁊ que facta legitur in absentia dicti domini Petri qui propterea, vt iam dixi dici non potest fuisse stipulatus vel acceptasse pro se ⁊ liberis. Nec dici potest q̄ cum eo fuerit pactum initum in fauorem dictorum eius heredum, ⁊ liberorum. Facta est enim ipsi domi. Petro absenti interueniente stipulatione notarij qui pro eo ⁊ liberis stipulatus est, ⁊ per quem potuit ius seu actio queri ipsi domi. Petro: per id quod no. gloss. in. l. huiusmodi in princip. ff. de lega. j. ⁊ in. §. si quis. institu. de inutili. stipula. ⁊ Oldra. consil. xxx. multas remissiones ponit Alexand. de Imol. in. l. si pupillus. ff. rem pupil. sal. fo. ⁊ potuit ius seu actio queri non solum ipsi domi. Petro, iam in rerum natura existenti, sed etiam liberis ex matrimonio de quo ibi nascituris. argu. l. diui. §. pact. C. de natura. liber. facit. l. si quis operas. ff. de oper. liber. ⁊ l. Paulus. §. Paulus respondit. ff. de bon. liber. ⁊ quod voluit Bart. in. l. seruos ad custodiam. ff. de alimen. ⁊ ciba. legat. vbi dicit q̄ quanuis donatio que est contractus ⁊ propter personam veram, vel fictam cum qua contrahatur, fieri non valeat; ipso nondum existente, posset tamen illi fieri interueniente persona vera aut ficta, cum qua donans contraheret. ⁊ Flori. in. l. ex parte. §. seruo. ff. famil. ercis. ⁊ per hoc respondetur ad. c. abbate de re iudi. in vj. Que si ita se habeant, imo quia sic se habent esset graue vel difficile obtinere q̄ per predictam reuocationem, dicti magister Petrus, ⁊ do. Petrus, potuerint preiudicare dictis liberis illis videlicet qui heredes non essent eiusdem do. Petri, propter id quod not. Bald. in. l. cum a socero. C. de iu. do. quod cōmemorat, ⁊ sequitur Alex. de Imo. in d. l. qui Rom. §. Flauius Hermes. versicu. tamen conclusionem factā in hoc casu intellige nisi notarius, ⁊c. ⁊ Fran. de Aret. in. d. §. Flauius Hermes, ⁊ consil. lxxiiij. exord. Diligente, ⁊ mature ponderatis his que in puncto, ⁊c. in iij. quesito. Uerum, vt obuietur inequalitati, ⁊ consequenter discordie dictorum domin. Petri, Claudij, ⁊ magistri Antonij poterit dict⁹ magister Petrus presens notarius condere testamētum, ⁊ in illo heredes vniuersales institue re dictos do. Claudium, ⁊ magistrum Antonium, ⁊ dictū domi. Petrum in dicta tertia parte, ⁊ in aliquo pluri de quo sibi videbitur etiam si fuerit modicum prout dicimus de dote: in qua potest filia, pro qua fuit cōstituta heres instituit vt voluit glo. Bart. ⁊ doct. in. l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. Spe. ti. de instru. edi. §. vt autē. vers. sed super forma. vbi etiā Jo. An. in addi. Bal. in. l. qm̄ nouel. C. de inof. test. Pau. de Cast. in. l. Lucius. §. maritus. ff. ad Treb. Joan. de Imo. in. l. suus quoq;. versic. idem dicit si filia fuerit instituta in dote ibi. sed contrarium tenuit glo. ff. de heredi. institu. Alex. de Imol. in. l. pater filiam. in princi. ff. ad leg. Falc. ⁊ do. Jason qui multos refert in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. Et huius dicti ratio est, quia dos debet imputari in legitimam. d. l. qui nouel. ergo illa debet institui cum possit institui in legitima. Quo fit vt cum dicta tertia pars eidem do. Petro donata ascendat non solum ad valorem legitime, sed ad triplū illius, ⁊ propterea teneatur illam sibi imputare in legitimā. arg. l. cum quo. de peculio. §. fin. vbi per illum text. hoc not. Joan. de Imol. ff. ad leg. fal. Alexan. de Imo. in. l. illud. C. de collatio. ⁊ consil. cxliij. in secundo volu. ⁊ do. Jas. May. in. l. si quādo. §. ⁊ generaliter. C. de inoffic. testa. possit ⁊ per consequens valeat ipse dom. Petrus in dicta tertia parte, ⁊ pro cautela in aliquo pluri etiam si modicū fuerit heres institui. Que omnia, ⁊c.

¶ Rub. De admin. tuto. ¶ Epitome. ¶ Consi. ccxcvij.

¶ Rationes reddere nolens, ⁊ illarum libros occultans, tenetur ad interesse iuramēto partis declarandum. U. F.

1 ☞ Rationes per administratores bonorum quomodo reddende.
2 Administratoribus pluribus datis, qui solus gessit, primo conueniendus est.



Cum Honorabilis Antonius restaurandi administrauerit, rexerit ⁊ gubernauerit res, bona ⁊ iura honorabilium iuuenum Sebastiani ⁊ Joānis Restaurandi eius nepotum, ⁊ hoc a tempore mortis ⁊ decessus honorabilis quondam viri Georgij Restaurandi eiusdē Antonij fratris, ⁊ patris predictorum Sebastiani ⁊ Joannis, vsq; nunc: nō est
1 dubium † quin idē Antonius reddere teneatur rationem dictarum suarum administrationum, regiminis, ⁊ gubernationis, ⁊ hoc siue fuerit dictorū eius nepotum tutor aut curator, ⁊ vt talis administrauerit: siue procurator, aut negotiorum gestor, vel socius. Pro quo allegasse sufficiat not. per Joan. And. in addit. Specu. tit. de instru. edit. §. nunc dicendū. in magna addit. exordien. Quia de argentario, ⁊c. versi. restat tractare. Jac. de Are. ⁊ post eū alij scribētes in. l. j. §. officio. ff. de tut. ⁊ ratio. distrahen. ⁊ Petr. de Ubal. in suo tract. de societ. circa princip. ⁊ licet nō solum dictus Antonius, sed etiam honesta mulier do. Symona de Matursagnes auia paterna, ⁊ venerabilis vir domi. Egidius Restaurandi, dictorū Sebastiani ⁊ Joānis patruus fuerint relicti, ⁊ deputati, seu ordinati gubernatores ⁊ administratores personarū, ⁊ bonorū eorundem Sebastiani ⁊ Joannis, quia tamen ipse Antonius nō alij predicti administrauit, rexit, ⁊ gubernauit res, bona, ⁊ iura dictorum eius nepotum, ipse primo conueniri debet: vt not. glos. in. l. creditor. §. duobus. ff. manda. facit. l. j. C. de transact. ⁊ quod not. glo. in. l. ex persona. C. de probat. iunctis ijs que ponit Petr. de Peru. in quodam suo consilio exord. Non potest allegari suspectus, ⁊c. ⁊ Pet. de Ubal. in tract. de socie. parte. xij. in prin. Reddere autē rationes est non solum libros rationū edere, sed reliqua in medium proferre. l. boues. §. fin. ff. de verb. signifi. l. qui sub cōditione reddendarū rationū. ⁊ l. cū seruus. ff. de condi. ⁊ demōst. l. si tacuerit. §. si vero. ⁊ l. qui filiū impuberem. §. item quesitum. ff. de manumis. testa. l. j. §. officio. ff. de tutel. ⁊ ratio. distrah. l. Thais. §. sorore. §. Stichus ⁊ Damas. ⁊. §. Stichum. ⁊ l. si pater duos. §. si Sticho. ff. de fideicom. liber. l. statu libe. pene. §. fin. l. seruus si heredi. §. Imperator. ⁊ l. Sticho libertas. §. seruus testamēto. ff. de statu libe. l. si cui libertas. ff. de condi. ⁊ demonstra. l. non solum. §. is qui rationes. ⁊ l. fin. §. inter. ff. de liber. lega. predicte enim leges dicunt, que nomine rationū reddendarum cōtineantur. in quibus etiam scrupulosa inquisitio cōtinetur, nisi remissa sit. l. si seruus vetitus. ff. de lega. j. Et vt sciatur que, ⁊ quales rationes proferende sint, ⁊ qualiter ratio reddi debeat: ponderandi sunt text. dictarum legum. Nam in. d. l. cum seruus dicitur, q̄ proferēde sunt rationes quomodo proferri solent: id est, offerende, legende, explicande, computande, que probe, vel improbe referantur: recte vel non recte accepta vel data. Sed in dicta lege sub conditione, dicitur q̄ qui tenetur reddere rationes, dicere debet fidem cōstare omnibus que ab eo gesta sunt in. d. vero. l. si cui libertas. dicitur arbitrum a consulibus esse dandū, qui instrumēta videat, rationē calculet ⁊ approbet: vel damnet. Porro in. d. l. si ita fuerit, dicitur q̄ volumina, hoc est libri rationū reddantur. sed in. l. qui filium dicitur, q̄ ex bono ⁊ equo rationem reddat, quā bonus paterfamilias re-

ciperet.⁊ in.d.l.si pater. dicit text. ꝙ reddens rationem de singulis, debet instruere.in.§. si vero stichus ⁊ damas. dicit text.contineri omne, ꝙ quoquomodo actū fidemq́ʒ respiceret.⁊ in.d.l.statu libera pene.§. fi. dicit volumina rationum reddenda, ⁊ percunctandas, examinandas, ⁊ sciendas rationes. Et breuiter omnis redditio ratiōis in se bonam fidem habere debet, ac solertiam ⁊ diligētiam, quam natura actus desiderat. Apparet igitur quales, ⁊ quomodo rationes reddere teneatur predictus Antonius, dictis eius nepotibus: quas si non reddat, ac volumina ⁊ libros exhibeat, tenebitur ipse ad interesse declarandū iuramento dictorum eius nepotum: tanq̄ qui occultare presumatur codices, seu libros rationum. Pro quo allegasse sufficiat.l.tutor qui repertorium.ff.de administra. tuto. ⁊ quod not.Jaco.de Are.in.d.l.j.§.officio. ff. de tute. ⁊ ratio. distrahen.⁊ post eum Pet.de Ubal.qui pro premissis videri poterit in dicto suo tracta.de societ.parte.xij. Que, ⁊c.

¶ Rub. De muner.patr. ¶ Epitome. ¶ Consi.cccxcviij.

¶ Predia solutioni vicesime subdita ad quascunq́ʒ personas deueniāt etiam priuilegiatas vicesime semper sunt obnoxia. U. F.

1 Qualitas adiecta verbo, per quod significatur tempus, a quo dispositio sumit effectum, debet intelligi secundum tempus illius verbi.

2 Uintenum soluendi munus reale est.



Vidi Instrumentū compromissi dudū facti per ⁊ inter nobilem virum Franciscum de Besignano dominum locorum Besignani, ⁊ Sancti Saluatoris, ex vna parte, ⁊ prouidos viros Mundonum, Claudiū, Petrum, ⁊ Michaelem Affache dicti loci Sancti Saluatoris: ⁊ arbitramētalis sentētie inde subsequute. Uidi preterea libellū parte probi viri Marini Affache dicti Mundoni eius aui paterni vniuersalis heredis, contra eundem nobilem Franciscum oblatum ⁊ productuʒ. Insuper ⁊ articulos exceptionales parte eiusdem nobilis Francisci, contra eundem Marini productos, vna cū depositionibus testiū hincinde, hoc est super libello, ⁊ articulis huiusmodi productorum, ⁊ cum casu ⁊ dubijs ex casu huiusmodi elicitis parte eiusdē Marini mihi transmissis. Quibus visis ⁊ reuolutis, visum est mihi casum de quo queritur non esse sine dubio. Pro dicto enim Marino, scilicet, ꝙ capitulum predicte arbitramentalis sentētie in libello ⁊ casu predictis latius mētionatum, intelligi debeat non solū de predijs que tunc habebat ⁊ possidebat prefatus quondā Mundonus, sed etiā de illis que postea acquireret, haberet ⁊ possideret ipse Mundonus, vel eius heredes. Faciunt multa egregie allegata per egregium legum doctorem dominū Joannem de Rochella, que nō refrico, pro eo quia nec oportet. Facit etiam
1 pro eodem Marino: quia † qualitas apposita in dicta arbitramentali sententia, ⁊ adiecta verbo per quod significatur tempus a quo dispositio sumit effectum, debet intelligi secundum tempus illius verbi.l.ij.ff. de auro ⁊ argento leg.l.ex facto.§.si quis autem.ff.ad Trebel.l.in delictis.§. si extraneus.ff.de noxa.⁊.l.Titius.ff.de testa.mili. ⁊ quod not.Bart.⁊ docto.in.l.ex facto.ff.de vulga.⁊ pupil. Cum ergo qualitas seu verba excreturis in suis adiecta ijs verbis a cetero soluāt, ⁊ soluere teneantur: que importat futurum tempus, vel ad illud referantur. Uidetur ꝙ capitulum huiusmodi debeat intelligi de granis ⁊ racemis, qui excrescerent in terris ⁊ vineis, que tempore solutionis faciende essent dicti Marini vel suorum heredum, Et sic nō videtur dictus Marinus teneri nisi ad solutionem tricesime quinte partis fructuum excretorum, excrescētium, aut excreturorū, etiam in predijs acquisitis, vel per dictum quondam Mundonum, vel per eum post dictam arbitramentalem sententiam, seu impensorum per dictum Marinum acquirendis, vel heredes eius. Sed contra eum fa-
2 ciunt multa. Et primo † quidem, quia munus soluēdi vintenum, seu vicesimā partem fructuum excrescentium in predijs territoriorum predictorū locorum, quo dicūtur esse affecta seu astricta predia huiusmodi, est munꝰ reale.l.modios.C.de susce.⁊ archa. quod etiā voluit Bar.in.l.vnica. versi.venio ad tertiū, scilicet ad munera mere patrimonialia, ⁊c.lib.x.vbi etiam Jaco.Rebuf.venio ad tertiū, ⁊c.ibi quandoque ista munera sunt de illo quod percipitur ex re.Joan.de Pla.C.de anno ⁊ tribu.in rub.versi.de tertio munere.ibi quandoq́ʒ imponitur de eo.⁊ Cardi.Floren.in cle.j. de vita ⁊ honesta.cleri.⁊ Panor.in.c.non minus. versicu.venio ad primum membrum, ⁊c.ibi quandoq́ʒ hoc munus imponitur super eo quod percipitur ex ipsa re, de immunitate eccle. Quo fit, vt si contingat predia huiusmodi alienari, ⁊ transferri ad priuilegiatos, teneātur etiā ipsi soluere dictum vintenum, seu vicesimam partem fructuū in eisdem excrescentium, pro eo quia talia predia videntur transire cum onere suo.per no.in.l.rescripto.§.vltimo ⁊.l. munerū ciuilium.§.patrimoniorū.ff.de muneri.⁊ honor.⁊.c.accusatus.§.si vero.ad fin.de hereti.in.vj.⁊ quod not. glo.in.d.l.munerum.§.ab huiusmodi. Spec.titu.de cleri. coniuga.versi.ad huius autē articuli.ibi, alij dicūt ꝙ si possessio, ⁊c.iuncto eo.si autē possessio illa certum ⁊ perfectū sensum, ⁊ quod no.gl.Joan.And.Archi.Pet.de Anch. Philip.de Franc.⁊ alij.in.c.j.de immunita.eccle.in.vj.⁊ Pet.Antibo in suo diuerso.mune.post medi.versi.si bona rustici, qui de bonis suis semper consueuerat cōtribuere, ⁊c. Preterea contra eundē Marinū facit, q: in alio capitulo dicte arbitramentalis sentētie loquente de inuestitura facienda dicitur: ꝙ dictus nobilis Franciscus, ⁊ sui successores tenerentur laudare sine aliqua difficultate ad seruitiū consuetum, cū oneribus ⁊ honoribus consuetis, ⁊ debitis: cū ergo munus soluendi vintenum, seu vicesimam partem fructuū sit in illis locis onus prediorum: videtur ꝙ si predia huiusmodi perueniant ad predictum Marinū ipse teneatur supportare hoc munus. Addo ꝙ in dubio fieri debet interpretatio contra illum, qui se fundat ex verbis contractus.l.veteribus.ff.de pact.l.stipulatio ista habere licere.§.in stipulationibus.ff.de verbo.obliga.⁊ in regula contra eū.de reg.iur.in.vj.quod etiā voluit Alex. de Jmo.in.l.si pascenda.C.de pact.⁊ Andr.Barba.consi. lxiij.in fi.in prima parte. Cum ergo in casu de quo queritur dictus Marinus se fundet super verbis dicte arbitramentalis sententie que censetur esse quedam transactio. authen.vt differen.iudi.§.si vero.⁊ quod ibi glo.super verbo conuentum.colla.ix.Bart.⁊ docto.in.l.si societatem.§. arbitrorum.ff.pro soc.⁊ tam propter predicta, q̄ alia que dici possent sit dubium: an verba capituli supra primo loco mentionati debeant intelligi de fructibus a tempore predicte sententie in antea excreturis, tam in terris ⁊ alijs predijs que pro tunc erant dicti quondam Mundoni, quam in illis que postea vel eidem Mundono, vel suis heredibus acquirerentur: interpretatio verborum huiusmodi videtur esse facienda contra cum ⁊ suos heredes, ⁊ sic ꝙ quoad fructus excrescentes in predijs postea acquisitis, vel in futurum acquirendis, debeat solui vintenum seu vicesima pars fructuum, seu vintenum, non duntaxat tricesima quinta, eo maxime quia in.d.c.dictum est de granis ⁊ racemis excreturis in suis ipsius Mundoni campis, terris, ⁊ vineis, vbi ponderandum est verbum, suis: quod videtur intelligi de illis campis, terris, ⁊ vineis, que tūc sua erant: etiam quia verba sunt indefinita, non vniuersalia. Et quanuis.c.quia circa.de priuile.⁊ multa alia loquentia de latissima interpretatione priuilegij facienda contra concessorem priuilegij huiusmodi videantur suffragari dicto Marino, ⁊ facere contra dictum nobilem Franciscum, illa tamen faciunt contra eum, quia dictum.c.non continet concessionem priuilegij: nec inibi dicitur, ꝙ ex priuilegio dudum illi Mundono, vel predecessoribus per dictum nobilem Franciscum, vel predecessores concessio, non teneretur dictus Mundonus, vel sui imposterum nisi ad solutionem tricesime quinte partis fructuum: sed cōtinet sententiam arbitramētalem super hoc latam inter partes, seu cōpositionem, aut transactionē quandā inter eas celebratam, ⁊ initam: que strictā non largissimā interpretationem recipit.l.quidquid astringende.ff.de verb.oblig. Et sic nō sumus in terminis in quibus loquitur dictum.c.q: circa.⁊ c.cum dilecti.de dona.⁊ docto.in.l.beneficiū.ff.de constit. Aduertendū est etiā ꝙ dictus Marinus intētauit possessoriū retinēde, quoad prediū de quo in actis non probauit eius intentionē, scilicet ꝙ fuerit in possessione nō soluendi nisi tricesimam quintā partem. Propter que mihi videtur ꝙ bonū esset huic Affache, ꝙ ipse concordaret si posset.

¶ Rubr. De fid.instru. ¶ Epitome. ¶ Consiliū. cccxcix.

¶ Scriptura priuata contra scribentem post recognitionem

nem fidem facit: contra tertium non facit: nisi testibus fulcita sit. V. F.

1 ☞ Tempore prior potior est iure.
2 Scriptura priuata an, quando, ꝛ contra quos fidē faciat.



SI Per primum instrumentum appareret de cōfessione, quam fecisse dicitur honorabilis vir Antonius Vitalis de Arelate, deqꝫ datione ꝛ assignatione in solutū, quas fecisse legitur nobili ꝛ egregio viro magistro Joanni du Liege, regio secretario, de quodam eius manso, ꝛ hoc pro mille, ꝛ ducentis florenis monete currentis anno Domini M.
1 cccclxxiij. nulli † esset, vel deberet esse dubiū, quin idem magister Joannes potior esset in iure, ꝛ dominio dicti mansi, quam honesta mulier Salona dicti Vitalis filia, seu eius heredes causam habere pretendentes: sed posteriore confessione, datione in solutum, ꝛ assignatione superius mentionatis. Et hoc propter clausulas translatiuas dominij ꝛ possessionis: si tamen tempore confessionis dationis in solutum, ꝛ assignationis huiusmodi, idem Vitalis dominus erat dicti mansi, ꝛ illum possidebat. Pro quo allegasse sufficiat. l. quisquis. C. de donat. l. quod meo. in princi. l. interdum. ꝛ quod ibi doct. ff. de acquir. possess. ꝛ quod not. scribentes in. l. possideri. in princip. eod. tit. ꝛ Barto. in. l. ij. C. de pigno. Sed de illis non apparet per publicum instrumentum: sed solum per priuatam scripturā, que licet recognita, vel pro recognita habita fidem faciat contra dictum Vitalem, ꝛ in preiudiciū illius, non tamen cōtra tertiū: ꝛ sic non cōtra dictā Salonā, seu eius heredes possessores dicti mansi. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit glos. ꝛ quod ibi Panor. in. c. ij. versic. circa primam speciē, de fid. instru. ꝛ docto. in. l. scripturas. C. qui potio. in pign. habean. Et hoc nisi iuuaretur prefata scriptura depositionibus illorum testium, qui eidem scripture apparent subscripti, non quidem per se ipsos, qui ne subscripti sufficerent cum scriptura: sed vt pretenditur per dictum Vitalis per id quod pro primo dicto not. Angel. in. d. l. scripturas. ꝛ Francisc. de Cur. in. l. admonendi. ff. de iur. iu. Et quod pro secundo dicto not. Ang. in. d. l. scripturas. in duobus locis. Que dixerim, ꝛc.

¶ Rubrica, De religi. ꝛ sumpt. funer. ¶ Consilium. ccc.
¶ Epitome.

¶ Religiosi, apud quos quis se sepeliri mandauerat, si quia vi prohibiti sunt egerint, ꝛ partim vicerint, partim victi fuerint, pro portione victorie ab expensis, partim absoluendi sunt, partim in eis condemnandi. V. F.

1 ☞ Sepeliēdi corpus suū quilibet locū eligere sibi potest.
2 Expensarum condemnatio quomodo fienda, quando partes partim vincunt, partim vincuntur inter se.



1 Non Est † dubiū, quin Gulielmus Borne potuerit eligere sepulturā, apud ecclesiam seu cōuentum fratrū minorū loci Valreaci. c. j. c. ij. ꝛ c. fraternitatem. de sepult. quod etiā satis colligitur ex. c. j. eo. tit. in. vj. Clem. dudū. §. verū ne parochia. de sepul. ꝛ cle. cupiētes. §. fin. de pe. Habet enim regulariter quilibet adultus liberā facultatē eligēdi sepulturā. ꝛ vt dicit Pet. de Anch. in. d. c. j. de sepult. in. vj. electio sepulture accedit ad naturā vltime voluntatis: et est eius pars: vt patet ex not. per Joan. And. in. d. c. j. in glos. in verbo, predictos. Cū igitur appareat dictū Gulielmū sepulturā elegisse apud ecclesiā seu conuentū predictū: debuit illius corpus seu cadauer iuxta predictam eius voluntatem in loco huiusmodi sepeliri. Propter quod videtur iniuste processisse venerabiles viri do. Raymūdus de Verona, Raymūdus Boyssoni, ꝛ alij rei originarij, in causa quā de ꝛ super ablatione seu retētione, ꝛ pro obtinēda restitutione predicti cadaueris mouerāt, ꝛ prosequuntur venerabiles ꝛ religiosi viri pater gardianus ꝛ cōuentus fratrū minorū dicti loci. Propter quod puto prefatos do. de Verona, Boyssoni ꝛ alios fuisse iuste cōdemnatos ad restitutionē predicti cadaueris: nisi forte dicatur nō probari per pretēsum instrumētū testamēti di. quōdā Guil. q ipse sepulturam eligerit in ecclesia fratrum minorum: nō enim hoc ibi legitur, sed legitur, q ipse legauit corpori suo, ꝛc. quod non videtur potuisse facere: sed hoc nō obstat, Tum quia forte notarius transcribēs in actis, inaduertenter posuit legauit, pro elegit, ꝛ supposito q in dicto instrumento scriptum esset legauit, illud tamen videtur posse excusari per multos similes errores, ꝛ qui non nocent: quos no. do. Jason May. in. l. si tibi pecuniam. versi. si notarius in instrumento testamenti. ff. si cer. peta. Puto igitur, vt supra recte processum, ꝛ cognitum quoad restitutionem cadaueris, ꝛ dictorum intortitiorum. Verum, quia ipsi pater gardianus, ꝛ conuentus, non solum petierunt sibi restitui dictum cadauer, ꝛ intortitia de quibus probarūt (saltē quoad tria) sed etiam petierunt sibi restitui, ꝛ solui, candelas cereas, pecunias, ꝛ oblationes per eosdem do. de Verona, Boyssoni, ꝛ alios vt pretendebant temere ꝛ de facto, atqꝫ violenter acceptas: de quibus tamen nihil efficaciter probarunt. Puto q reuerendi patres domini primi iudices debuissent eos in eorum sententijs ab impetitione de eis facta, propter rem non probatam, absoluere dictos do. de
2 Verona, Boyssoni, ꝛ alios reos originarios. Et quia † dicti pater gardianus, ꝛ conuentus erant in parte victores, ꝛ in parte victi, dicti vero do. rei erant in parte victi, ꝛ in parte vicerunt, aut vincere debuerunt: non debuerunt ipsi condemnari in omnibus expensis: sed partim, ꝛ pro modo victorie in illis obtinere, ꝛ partim dicti pater gardianus ꝛ conuentus. Per id quod no. Bald. in authen. generaliter. versi. iuxta hoc queritur. C. de episco. ꝛ cler. in. l. properandum. §. sin autem alter. vbi etiam do. Jason May. versicu. quero quid si reus in parte obtinuit, ꝛ in parte succubuit. C. de iudi. Bald. in. l. eos. §. Apostolos. versi. cautione autem. C. de appel. ꝛ cano. in. c. finem litibus. de dolo, ꝛ contuma. Si enim actor ratione victorie obtente in principali debeat regulariter obtinere in expensis: multo fortius, vel saltem non minus debet reus si vicerit, ꝛ quatenus vicerit obtinere in expensis. l. Arrianus. ff. de actio. ꝛ obliga. cum suis simili. Et sic quoad condemnationem factam de omnibus expensis, videntur mihi finem dictorum reuerendorum patrum, sub begnina eorum supportatione, ꝛ cuiuslibet alterius domini melius sentientis, reformande.

¶ Rubrica, De iniur. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccci.

¶ Galline etiam inter mortales non nunquā excitāt tragedias. Nam si Berte gallina occisa fuerit, Berta vero hoc nomine filium meum verbis probrosis affecerit, q ab eo occisam dicat: ego meo atqꝫ filij nominibus iniuriarum recte agam. V. F.

1 ☞ Iniuriosa verba licet vera sint: proferentem tamen actioni iniuriarū submittunt, secundum eius intentionē.
2 Iniuriosa verba sunt per que cui improberatur maleficium, vel delictum.
3 Mentita alicui dari potest, delictum improperanti.
4 Iniuria filio illata patrem eius etiam afficit.
5 Testis dicto primo magis standum est.
Iniuriarum tenetur etiam iuste prouocatus, qui iniuriosa verba effundit.



DUbium Non est quin verba posita in octauo articulo libelli parte venerabilis viri domini Raymūdi Chitroni iurisperiti, tam suo, q administratorio nomine Ludouici Chitroni eius filij naturalis ꝛ legitimi oblato ꝛ producto in quadam ciuili causa, quam mouit ꝛ prosequitur contra ꝛ aduersus Mariā vxorem Guilielmi Mulierdonis, fue
1 runt ꝛ sint verba iniuriosa. Et primo † quidē illa, vbi est ille leprosus mesellus, ꝛc. Et hoc satis colligitur ex ijs que ponit ꝛ supponit Oldr. cō. liij. ex ord. Consueuit dubitari an dicens alicui verbum cōtumeliosum. Joan. And. in addi. Spec. tit. de iniu. ꝛ dam. da. Jo. And. in addi. Spec. §. j. in addi. ex ord. Iste libellus fundatur super iniuria. ꝛ Sali. in l. si nō est. C. de iniu. Et nō solum fuerūt verba predicta cōtumeliosa, ꝛ iniuriosa, pro eo q nō fuit nec est verū q idem Ludouicus, fuerit vel sit leprosus, ꝛ mesellus, qd etiā confessa est dicta Maria, sed etiā fuissent ꝛ essent verba huiusmodi contumeliosa ꝛ iniuriosa, si illa vera extitissent, qd Deus aduertat, ꝛ hoc, pro eo quia illa dicta extiterunt animo cōuiciandi, ꝛ iniuriādi eidē Ludouico: nō vt prodesset rei publice. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Old. in. d. consi. ꝛ Joan. And. vbi supra. Fuerunt etiā iniuriosa
2 ꝛ cōtumeliosa illa verba, Qui occidit gallinam meam, ꝛc.

verba per que alicui improperatur maleficiū vel delictum, cēsentur verba iniuriosa: vt colligitur ex ijs que not. Bal. Alex. de Imo. ⁊ alij in. l. ⁊ si peperit. ff. de liber. ⁊ posthu. Bart. in. l. turpia. ff. de lega. j. ⁊ in. l. ijs verbis. §. j. ff. de he
2 redib. instit. Et ideo tibi improperanti mihi ꝙ gallinas, vel gallinā eius occiderim, possum dicere, vel respondere, tu mentiris. l. que omnia. ⁊ quod ibi Bar. ff. de proc. Fuerunt etiam, ⁊ sunt iniuriosa illa verba, ipse vult facere sicut eius frater, qui mihi quatuor aut quinqꝫ gallinas furatus est, quas iuit comesturus ad Sauonon. Fuerunt igitur tres cōciones iniuriose prolate per predictam Mariā, contra dictum Ludouicū: Prima ꝙ ipse erat leprosus, ⁊ mesellus, secunda ꝙ occiderat gallinā dicte Marie, tertia ꝙ volebat illam furari ⁊ comedere. Et ita non vna duntaxat iniuria, sed tres iniurie fuerunt irrogate ⁊ illate per prefatam Mariā, predicto Ludouico: ⁊ per mediū ipsius dicto do. Raymundo eius patri naturali ⁊ legitimo: ⁊ in cuius potestate existebat, ⁊ existit, ac tunc extitisse, ⁊ nunc existere presumitur. pro quo allegasse sufficiat per ordinē. §. patitur. instit. de iniur. ⁊ quod habetur in. l. si filius. ff. de probatio. ⁊ quod not. Floria. in. l. quidam. ff. eod. tit. Bart. Cepola cautela. cxviij. ⁊ doct. magis cōmuniter in. l. ⁊ si de sua. ff. de acqui. here. ⁊ quod habetur in. l. si emancipati ibi, teqꝫ emancipatum probatum fuerit. ⁊ quod ibi Roman. Alex. de Imo. ⁊ do. Iason May. C. de colla. Ias. Mayn. in. l. si pater. C. de institu. ⁊ substitut. ⁊ in addit. ad porci. in §. apud Catonem. instit. de adopt. Petunt igitur dictus do. Raymundus, partim suo, partim administratorio nominibus predicti Ludouici agere, ⁊ experiri pro iniuria, imo iniurijs superius mentionatis. Qui cum libellum opportunū, ⁊ alias apte ⁊ bene conceptū, cōtinentem, scilicet, dictas tres iniurias specifice expressas, ad locum ⁊ tēpus sufficienter ⁊ plene probauerit per testes parte eius productos: debet ipse in causa obtinere. Deponunt enim testes predicti vel omnes, vel fere omnes, ꝙ predicta Maria verba sua dirigendo cōtra predictum Ludouicū, dixit verba predicta, scilicet, vbi est ille leprosus mesellus qui occidit, ⁊c. Quod etiam aliqui expressius dixerunt: quia cum post verba predicta idē Ludouicus interrogatiue dixisset, ego ne: dicta Maria subiunxit, Et tu leprose meselle occidisti, ⁊ vis facere sicut, ⁊c. Quibus nō obstāt proposita ⁊ deducta parte dicte Marie in binis eius articulis, seu schedullis articulatis. Et primo quidem non, quatenus dicta Maria pretendit verba dixisse, prout inibi deducitur, pro eo quia illa non fuerunt probata. Nō etiam quatenus inibi deducitur eā nō nominasse predictum Ludouicū. Tum quia ex depositionibus testiū parte eius productorū, qui etiam antea examinati extiterant super dicto libello, apparet de contrario, scilicet, ꝙ imo eum nominauit: ⁊ cōtra eum verba de quibus in libello, impudēter protulit. Pro quo si placet videantur eorū depositiones super dicto nouo articulo libelli premētionati: quibus est potius credendum, ꝙ eis quod postea dicere tentauerunt super articulis
5 exceptionalibus dicte Marie: pro eo ⁊ quia verisimiliter tunc melius recordabātur: ⁊ etiam quia primo dicto iuratorū stādum est. per id quod not. Inno. in. c. preterea. de testi. cogen. ⁊ Panor. in. c. cum in tua. de testib. Tū ⁊ quia, esto ꝙ in illis verbis prolatis per predictam Mariam, scilicet, vbi est ille, ⁊c. Non fuerit idem Ludouicus specifice seu singulariter nominatus: testes tamen dixerunt, ꝙ ipsa cōtra dictum Ludouicū verba sua dirigebat: quod collegerunt ex alijs verbis, vel forte ex illis que superius dixi. Et ꝙ cū post verba huiusmodi predict⁹ Ludouicus dixisset, ego ne: ipsa Maria subiunxit, ⁊ dixit, Et tu leprose meselle, ⁊c. Et ita sic non potest dicta Maria ex capite predicto se defendere aut tueri. Non etiam eidem Marie suffragatur id, de quo pro eius defensiōe exposuit in suis articulis defensionalibus. Tum quia non est probatum ꝙ illa gallina de qua in eis, ⁊ quam dicit fuisse occisam per dictū Ludouicum fuisse suā, vel a se possessam. Et que potius fuisse presumitur dicti do. Raymundi eius patris, vtpote deprehensa in eius domo seu grangia. per id quod not. doct. in. l. ob maritum. C. ne vxor pro marito. Tum ⁊ quia, supposito citra preiudiciū veritatis, ꝙ istud probatū extitisset ⁊ ꝙ propter occisionē dicte galline dicta Maria fuisset in iram concitata aut cōmota, nō tamē excusaretur, quin deberet pro iniuria cōdemnari. Pro quo allegasse sufficiciat quod not. Sali. in. l. si nō cōuicij. C. de iniu. Panor. in. c. cū te. versi. sed pone ꝙ vocaui te latronē, ⁊c. de re iud. vbi etiā do. Feli. versi. dum dicit. glo. ij. calorem iracundie. Etiā nec suffragatur eidē Marie, ꝙ (vt forte pretēditur) dictus do. Raymundus, priusꝙ experiretur ⁊ ageret ciuiliter cōtra dictā Mariā, ipse cōtra eam denūtiauit curie dicta verba iniuriosa, ⁊ iniuriam illatā: tum quia non apparet eundem do. Raymundum petijsse eam puniri. Insuper nec ꝙ ipsa criminaliter punita extiterit, vt sic dici possit iniuriā fuisse vindicatā, ⁊ sic satisfactū pretense voluntati ipsius do. Raymundi: ⁊ ita nō obstat. l. sed si vnius. §. fiante. ⁊ quod ibi Ange. ff. de iniu. Et qd no. Ange. Are. in suo tracta. de maleficijs. in glo. super verbo. nec nō ad querelam. versi. ⁊ tene menti tu cui fuit illata iniuria. Tū ⁊ quia ipse do. Raymundus fuit solenniter protestatus, ꝙ per dictā pretēsam denuntiationē nō intendebat derogare iniurie sibi illate, seu actioni sibi cōpetēti: sed etiā expresse reseruabat, ⁊ prosequi intēdebat ⁊ volebat. Et ita visus est cōsi. Ang. Are. in. d. versic. ⁊ tene menti, vbi dicit Ange. tene menti tu. cui iniuria illata fuit: quia si iudicē instiges ⁊ solicites ꝙ malefactorē torqueat ⁊ condemnet ad publicā vindictam, si ipse fuerit punitus per iudicē, tu nō potes postea agere ad vindictam pro tua iniuria. Et subiungit, vt sis cautus ꝙ ista nō facias: aut quando facis, semper protesteris ad hoc vt postea possis agere pro tua iniuria. l. si. ff. de iniu. Potuit ergo ⁊ potest ipse do. Raymundus suo ⁊ administratorio nominibus predicti Ludouici eius filij agere, ⁊ experiri contra dictam Mariam, non obstante dicta pretensa denuntiatione. Et ita mihi videtur.

¶ Rubrica, Unde vi. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccij.

¶ Is a quo vi mutones ablati sunt, aut aliud quidpiam, vi potest quod ablatum est recuperare, conuocatis etiam ad hoc amicis: dummodo incontinenti fiat. U. F.

1 ☞ Conuenticule sunt reprobate: sed congregationes pro re licita non.
2 Congregare amicos ad recuperandam possessionem a qua deiectus sum possum: ⁊ idem in re nobili. ⁊ nu. 6.
3 Incontinenti quando fieri dicatur congregatio, ad recuperanda nobis ablata.
4 Iniuria an inferatur per violentum ingressum aliene domus.
5 Iuramento eius cuius domus est que inuasa fuit, an stetur super rebus ablatis.
7 Dolus in iniuria, furto, vi bonorū raptorum, requisitus.
8 Iuramentum suppletorium nec in actione famosa, nec in causa criminali deferendum.
9 Infamie periculum periculo vite comparatur.
10 Nobilitas persone an testibus probetur.



Uiso Processu cause cepte ⁊ pendētis iudicetie, per, ⁊ inter venerabilem virum dominum procuratorem nobilis ⁊ potentis viri domini maioris partis loci de Ueneto ex vna parte, ⁊ honorabilem virum Yuonem Blayni, ⁊ consortes ex alia. Dico, ⁊ respōdeo breuiter, ⁊ succincte: eundē Blayni fuisse ⁊ esse ab intitulatis cōtra eum absoluendum. Et vt hoc plenius appareat, suppono ea super quibus idē Blayni, ⁊ dicti eius consortes intitulati extiterunt, scilicet, ꝙ anno, tempore, ⁊ loco de quibus in titulis inquisitionalibus contra eos formatis, ipse Blayni congregauit complices ad inuadendum domum nobilis Francisci de Uilleta, ⁊ ab ea extrahendum ⁊ transducendum certos mutones, quos facta congregatione huiusmodi, ipse ⁊ cōsortes ad dictum locum de Ueneto, ⁊ deinde ad quandam grāgiam dicti nobilis de Uilleta, ⁊ postea ad domum illius accesserunt insuper, ⁊ ꝙ illam ingressi, ascenderunt per vi sitam ad aulam, ⁊ ꝙ cum inibi fuerunt claues predicte domus cuidam Iannone ancille contradicenti, ⁊ renitenti abstulerunt, ⁊ ꝙ ipsam Iannonam grauiter verberauit dictus Yuo Blayni, ⁊ post hec aperta coquina dicte domus, dictos mutones inibi repertos a domo predicta exportarunt, ⁊ ꝙ hec omnia fecerunt, ⁊ egerunt cum armis inuasiuis, ⁊ alias prout in dictis pretensis titulis inquisitionalibus. Sic vel aliter, ⁊ plus vel minus continetur. Suppono insuper, ꝙ tam ex depositionibus testiū parte dicti Yuonis in dicta causa productorū, ⁊ examinatorū super suis defensionalibus titulis, maxime super exordien. Turpe est doctori, ⁊c. insertis fol. ciij. ꝙ etiam ex depositionibus testium parte dicti do. procuratoris fiscalis in dicta causa productorū ⁊ examinatorū super articulis exordientibus,

dientib. Ut constet ex parte eorundē procuratoris Francisci de Villeta, & Joannone in causa productis & insertis fol. cccxxiij. sufficienter apparuit, & apparet de fugatione, & eiectione, seu expulsione averis lanuti, dictorum Percevalli & Yvonis, & territorio & pascuis loci de Veneto: deq; interemptione seu occisione aliquorum mutonū: insuper & eorum comestione: necnon etiā de arreptione, seu captione averis & boum, & ductione duorum eorundem mutonū, primo facta ad grangiam, & postea ad domum predicti de Villeta. Apparet nihilominus de arreptione alterius mutonis predictorum Blaynorum, & transductione illius facta ad domum ipsius de Villeta, & sequuta occisione & comestione illius. Idem etiam de Villeta, vt apparet per publicum instrumentum insertum fol. cccxxxviij. confessus fuit, & revelauit: q cum astutia quorūdam hominum loci de Veneto, conducendo avere minutum dicti Blayni extra parochiam dicti loci, illud precipitando verberauit, ac ipsum avere fugari & precipitari fecit, & operam in ijs dedit, & q ipse cepit de predicto avere, seu capi fecit duas vel tres bestias pro parte ipsum de Villeta tanq condominū loci predicti de Veneto, concernente, & illas reposuit, aut reponi fecit infra dictam eius domū. Apparet mihi vlterius ex ijs que deposuerunt testes parte dicti Yvonis in hac causa producti & examinati super articulis additionalibus exordient. Addendo, &c. insertis fol. cxxx. q loca in quibus fuerunt partim precipitati & occisi, vel percussi, et partim ab eis expulsi & deiecti, & partim per ipsum de Villeta, sibipsi appropriati, & ad suam domū conducti, erant, & fuerant vniuersitatis loci predicti de Veneto, & in quibus consueuerant iuncti teneri & depasci animalia hominum dicti loci: Et postremo q dicti Percevallus & Yvo tempore fugationis, precipitationis, percussionis, occisionis, & trāsductionis, & ante per multos annos erant, & fuerant incole, & habitatores loci predicti de Veneto. Ijs pro veris presuppositis, & de quorū veritate apparet per processum: dico, & ex eis infero, eundem Yvonem nō deliquisse in ijs super quibus legitur intitulatus per ipsum domi. procuratorem fiscalem. Et primo quidē, non ratione dicte
1 pretense cōgregationis, quia † licet conuenticule ad malū tendētes sint de iure reprobate. tit. de pace iur. firm. §. conuenticule. in feudis. & l. cōuenticulā. C. de episc. & cle. Secus tamē est si propter aliquod licitum faciendum aliqui cōueniāt in vnū: quia hoc nō est tunc punibile, imo permissum. l. si quis in seruitute. in fin. ff. de furt. & quod not. gl. in. l. iij. §. eum igitur. ff. de vi & vi arma. Bart. & doct. in. l. prohibitum. ff. de iur. fisc. lib. x. & in. l. deuotum. C. de meta. lib. x.
2 Finge enim † me fuisse deiectum a possessione mea, possum enim incontinenti congregare amicos, & recuperare dictā meam possessionem: vt not. glos. in. d. l. iij. §. eum igitur. et in. l. cum fundum. ff. de vi, & vi armata. quod etiam voluit Alvaro. do. Prepos. & alij in dicto. §. conuenticule. Congregatio igitur iudicatur, & iudicari debet licita, vel illicita ex suo fine: hoc est, ex eo propter quod fit congregatio huiusmodi. Et quia in casu de quo agitur illa, si facta probetur, facta est propter recuperationem mutonum violēter ablatorum, ac deinde transductorum ad domum dicti de Villeta, & ibi inclusorum: que licite facere potuit. dicto §. cū igitur. qui licet loquatur in recuperatione possessionis rei immobilis, videtur tamen habere locum etiam in recuperatione rei mobilis. per id quod voluit Albe. in. l. si quis in tantā. versic. item querit glo. si furi, &c. iuncto vers. Item quid si me deijcias. & Salic. col. v. vel circa. versic. se primo quero quid si. C. vnde vi. quorum dictum si procedat in fure, & sic in clandestino occupatore rei aliene, multo fortius in raptore, & sic in violento. Quod etiam satis sentit Angel. Are. in. §. quia tamen. institu. de vi bono. raptorū. Nō debuit igitur dictus Yvo pretextu, & ad causam dicte pretēse cōgregationis intitulari, vel in causam trahi. Insuper, nec debuit idem Yvo propter recuperationem predictorum mutonum trahi in causam, vel alias, fisco instāte, molestari: illi enim duo mutones capti extiterant, & quidem violenter, & de facto: nō quidem in predijs predicti de Villeta, sed vniuersitatis loci predicti de Veneto, & in quibus poterant dicti Percevallus & Yvo, vtpote ciues vel incole eiusdem loci, sua animalia immittere, & illa ibi depascere, tanquam in pascuis cōmunibus. per id quod notat glos. in. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuis. & in. l. Imperatores. ff. de seruitu. rusticorum prediorum. Et sic non licuit dicto de Villeta & suis complicibus, animalia predicta a pascuis eijcere, & maxime, per modum per quem hoc factum legitur, ea videlicet precipitando, & percutiēdo, vt etiam confessus est & reuelauit idē de Villeta, & occidendo, vel occidi iubendo, & faciendo vt deponunt testes, non etiam ipsis de Villeta licuit dictos duos mutones sic capere & ducere, aut transduci facere ad dictā eius domum, nō enim pretendere potuit seu potest, se mutones huiusmodi cepisse, & ad dictam eius domum duxisse, aut duci fecisse eos inibi custodiendos, aut retinendos, donec damnum sibi reficeretur, aut cognosceretur cuius mutones huiusmodi existerent. Et quidem non propter primum, quia nullum damnum sibi illatum est, nec illatum proponitur. Non etiam propter secundum, quia ex propositis, & articulatis parte ipsius de Villeta in dictis articulis, & constet, &c. ipse, priusq premissa ageret, hoc est mutones precipitaret, percuteret, caperet, & transduceret, ipse sciebat q predicti mutones essent dictorum Percevalli, & Yvonis: & sic non sibi suffragantur ea que not. refert in suis libellis, sub rubr. si quadru. paupe. fecis. dica. versic. item acidue queritur, & maxime a sumptibus. Spec. tit. de actore. §. j. versi. sed pone inueni pecudem, &c. & alij in alijs locis qui presupponunt, q ille qui contendit potuisse capere, & retinere animal alterius, illud ceperit in predio suo, vel in loco in quo sibi damnum intulerat. Et ideo querūt, si possit per eū animal retineri donec sibi satisfactum extiterit, aut donec sciatur cuius sit animal. Sed hoc retinere nō potuit, nec potest ipse de Villeta, nec ipse de causa hac dictos mutones cepit, & trāsduxit, aut capi & trāsduci fecit: sed poti⁹ causa illos lucrādi & suos faciēdi. Et hoc satis colligitur ex eo, q: post recuperationē duorū mutonū ipse postea procurauit habere aliū per aliū quēdā ex cōplicibus interceptū, & penes se retētū, quē postea occidit & excoriauit, seu occidi & excoriari fecit, & deinde cum sua familia comedit. Ex quibus colligitur nunc quid de alijs facere intenderet argum. c. cum per bellicam. versic. si autē alique mulieres. xxxiij. q. j. & l. si qui. cum suis simi. C. de adulte. dictus etiam de Villeta cum vt effugeret sententiā excōicationis reuelauit se eiecisse avere premētionatū precipitādo, percutiēdo, & verberādo, & se duas aut tres bestias ex illis cepisse: non dixit nec reuelauit q illas ceperit per se retinēdas donec de damno sibi satisfactū extitisset, vel donec intelligeretur cuius essent bestie huiusmodi: sed vt dixit, pro parte ipsum tanq condominū Veneti cōcernente, de dictis pascuis: sed in istis articulis dixit & proposuit q dictos mutones ceperit pro pulueragio, & in quātum variat vt tueatur, & defendat illam captionem, que reuera non fuit nec fuisse presumitur pro pulueragio cū ad eū non pertineret exactio, nec fuit pro pascuis, pro pascuis inq ad fines predictos: hoc est vt custodiret donec, &c. sed vt eos lucri faceret & comederet quemadmodū & aliū comedit, qō cū sibi facere nō liceret, licuit dicto Yvoni illos recuperare. Et quāuis fortasse recuperatio huiusmodi facta fuerit ex interuallo & per aliquas horas post illorum captionē, &
3 transductionē, dici† tamē debet q illa facta extiterit incontinēti, quinimo & incontinēti facta diceretur si fortasse per diem & diem postea facta extitisset per id quod voluit glo. & qō ibi Bart. in. d. §. cū igitur. de quo multi doct. in. l. j. C. vnde vi. Et sic nō potuit dictus de Villeta de hac recuperatione cōqueri: ad qō facit qō post Inno. ponit Pan. in c. sicut. el. ij. versicu. quarto principaliter. de iureiur. vbi voluit, q quādo spoliatus spoliat spoliatorē est locus cōpensationi. Et quod elegāter posuit Pau. de Cast. cōsi. xxxv.
4 exord. Priusq iura fierēt. Nec opponat aliquis † q ratione violēti ingressus dicte pretēse domus prefati de Villeta fuerit sibi illata iniuria per predictū Yvonē. l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniurijs. & §. sed lex. institu. eo. tit. Quoniā respondeo, vt no. gl. in. l. magna negligētia. ff. de verb. sign. & Barto. in. l. qō nerua. versic. item quero vtrum lata culpa equipparetur dolo, &c. ibi, vnde alibi gloss. dicit. ff. depo. actio iniuriarū exigit dolū: qō etiā probatur in. l. illud. ff. de iniur. & in. l. si nō conuicij. C. eo. tit. quē totū nō cōmisit dictus Yvo: quatenus pro recuperatione predictorū mutonū ingressus est dictā domū, q: quelibet causa (etiā iniusta) excusat quē a dolo, & a pena que ratione doli incurritur. l. igitur. §. pen. ff. de libera. cau. not. gl. in. l. j. in fi. ff. de abige. & in. l. Plagij. & quod ibi Angel. C. ad leg. fau. de plagi. quod etiam voluit Pau. de Cast. consi. xv. exord. Pro clariori examinatione, &c. Alex. de Imo. cōsi. xcij. exor. Prospectis ijs que in themate, &c. ibi certe non videtur ex hoc deprehendi dolus, in primo volu. And. Barba. cōsi. xlvij. exord. Scribitur preclare apud ecclesiastes primo. in. j. vol.

⁊ Angel. Aret. in d. §. quia tamen. institu. vi bono. rapt. Preterea, si voluntas, ⁊ propositum distinguant maleficia. l. qui iniurie in prin. ⁊ l. verum est el. ij. ff. de fur. l. diuus Adri. ff. ad leg. Corne. de Sicca. l. illud. ⁊ quod vtrobique glo. ff. de iniu. ⁊ c. cum voluntate. de sententia excommunicationis. Multofortius (vel saltem non minus) distinguere debent delictum a non delicto, vt sic quod fieri potuit ex causa licita, censeatur factum esse ex illa causa: ⁊ sic licite. Quamuis alias factum ex causa illicita censeri deberet illicitum. l. merito. ⁊ quod ibi docto. ff. pro soc. Quo fit, vt esto (citra preiudicium veritatis) q alias quis vi ingrediens, seu intrans domum alterius, censeatur illi facere iniuriam. d. l. lex Cornel. hec tamen cessat, quando ingressus huiusmodi fit ex causa iusta, seu licita. Et vt dixi, pro recuperatione bonorum violenter ablatorum, ⁊ que inibi detinentur. Pro qua recuperatione facienda, ⁊ non propter aliud, dictus Yuo domum predictam ingressus est: quod etiam apparet, quia nihil aliud ipse vel dicti eius cõsortes ex ea exportarunt, seu quomodolibet extraxerunt, nisi dictos mutones. Nisi forte quis opponat, q non solũ mutones sed etiam alia multa ceperit† in dicta domo dictus Yuo: ⁊ q super ijs standum sit iuramento predicti de Villeta. l. si quãdo. C. vnde vi. ⁊ c. si. quod me. cau. Sed hec non obstant. Quoniam illa iura exigunt dolum: vt in eis not. communiter domini scribentes, qui etiam ex hoc decidunt illã questionem: an stante statuto, q si aliquis fuerit derubatus in ciuitate aut in villa, vel in castro pro damno dato in illa villa, ciuitate, aut castro, commune ⁊ homines teneantur emendam impendere damnum passo ⁊ dicunt, q quanuis probetur aliquis derobatus in ciuitate, ⁊c. non tamen scribitur iuramentum damnum passi agentis contra ciuitatem, villam, vel castrum super rebus amissis vel earum estimatione. Et hoc, pro eo quia nõ arguitur dolus ciuitatis, ville aut castri: sed potius culpa in non capiendo derobatorem. Patet igitur per predicta, q predictus Blayni non videatur deliquisse intrando dictam domum pro recuperatione predictorum mutonum: ⁊ q dicto de Villeta non fuerit vel sit iuramentum differendum super pretensa amissione, seu perditione aliorum bo-
6 norum. Et idem † dico de dictis eius consortibus seu amicis per eum (vt pretenditur) congregatis: quia illos conuocare potuit, ⁊ ipsi eum associare: per id quod superius dixi allegando notata per Barto. in dicta. l. prohibitum. C. de iur. fisc. lib. x. ⁊ in l. deuotũ. C. de meta. lib. xij. Et quod not. glos. ⁊ doct. in dicta. l. iij. §. cum igitur. ff. de vi ⁊ vi armat. ad quod facit quod not. glos. Barto. ⁊ docto. in l. vt vim. ff. de iust. ⁊ iur. Et Joan. de Ligna. in suo tractatu de bel. circa fin. ver. sic. queritur, an licitum sit pro repulsa violentia, ⁊c. Et vbi pate. d. posset eosdem Yuonẽ, ⁊ consortes in aliquo deliquisse, prout non videtur, hoc esset non quidem per dolum, sed per culpam: ⁊ sic non possent, aut deberent condemnari in aliquo, tanquam dolosi. Non
7 enim, vt dixi, intulerunt † iniuriam, quia illa non cõmittitur sine dolo. Et idem dico de furto, per id quod no. glo. in dicta. l. magna diligentia. ⁊ Bart. in dicta. l. quod nerua. etiam non commiserunt vim bonorum raptorum, quia illa exigit dolum malum. l. ij. §. hac actione. is demum tenetur. ff. vi bono. rapt. ⁊ §. quia tamen. institut. eod. titulo. Nec etiam, vt predixi, fecerunt congregationem illicitam: per id quod not. Aluar. ⁊ Prepost. in dicto. §. cõuenticulas. ⁊ Bart. in allegata. l. prohibitum. ⁊ l. deuotum. Etiam nec debuit. Quo vero ad percussionem, ⁊ verberationẽ dicte Joannone, de quibus fuit idem Yuo institutus, debet ipse etiam absolui. Si qui enim testes de percussione ⁊ verberatione aliquid deposuerint, aut dixerint, illi deposuerunt de auditu dici: excepto vno. Et quidem primi non probant. l. testium. in verbo compressor, cum suis similib. C. de testib. Non etiam secundus: maxime ea ratione, quia ille est vnicus ⁊ singularis, ⁊ sic vox eius, vox nullius. l. iurisiurandi. C. de testib. ⁊ c. tam literis. cum suis simili. eod.
8 tit. Nec † debet suppletorium iuramentum deferri: pro eo quia iuramentum huiusmodi non defertur in actione famosa, prout nec in causa criminali: vt not. glos. fin. in cap. cum sint partium. de regul. iur. in. vi. de iuramen. dele. §. j. versic. vt autem, cum vers. sequen. Joan. Andr. ⁊ Anto. de Butr. ⁊ moder. in c. fin. de iureiuran. Sali. Fulgo. ⁊ Romanus in l. admonendi. ff. de iureiuran. quia quãdo agitur de fama, videtur agi de eo quod afficit personam. l. cognitionum. post princip. C. de varijs ⁊ extraordin. cogni-
9 tionib. ⁊ † periculum infamie equiparatur periculo vite. l. iusta. in princip. cum glos. ff. de manumis. vindi. Et sic videtur agi de maiori iudicio, q pecuniario: vnde maioris importantie est, q sit quodcunq damnum pecuniariũ. argu. l. in seruorum. ad fin. ff. de pen. Videntur igitur dicti Yuo ⁊ cõsortes, debere absolui ab intitulatis contra eos. Quibus, ⁊ signanter dicto Yuoni contra quẽ dirigantur, non obstant proposita, ⁊ deducta in dictis articulis, vt constet, ⁊c. Et primo quidem, non quod inibi opponitur
10 de pretensa† nobilitate dicti de Villeta, quia illa forte fuit minus apte deducta, ⁊ quod, vtpote rem sensu corporeo non perceptibilem, testes nõ probant. Pro quo allegasse sufficiat not. per Joan. de Plat. ⁊ alios. in l. j. C. de dignit. li. xij. iunctis no. per Inn. ⁊ in d. c. cũ cãs. de testi. ⁊ per Bal. in l. solam. C. eod. tit. Sed quia super hoc non est insistendum, maxime cum putem eum nobilem, ⁊ videam partem alicubi esse hoc confessam, transeo ad aliud, scilicet, q excessus per eũ perpetratus, honore eius saluo dixerim, ⁊ de quibus partim patet per eius reuelationem, ⁊ partim per testes, honorem alias sibi debitum excludunt in hac causa argum. l. j. ⁊ quod ibi glos. C. vbi senato. vel clari. Ad id vero quod opponitur, q imitatus vitam parentum probe, ⁊ honeste vixerit, ⁊ q nullum delictum perpetrauerit, nihil vt de alieno vllo vnq tempore vsurpauit: respondetur apparere de contrario, maxime, quoad fugationem, percussionem, occisionem, ⁊ arreptionem de quibus supra. Quod autem vlterius opponitur, eum cepisse, aut capi fecisse dictos mutones ad instantiam syndicorum loci de Veneto, ⁊ ex eo: quia maxima copia aueris fuisset immissa in pascuis, ⁊c. hoc nõ probatur, scilicet, q ad requisitionem syndicorũ, sed potius contrarium, scilicet, q ipse non requisitus hoc fecerit. Preterea, vt iam dixi, ipse alibi dixit se dictos mutones cepisse pro pulueragijs in dicta eius reuelatione dixit illos cepisse pro parte eum concernente de pascuis. Quod autem vlterius opponitur, q dicti Perceuallus, ⁊ Yuo cum suo auere immiserunt etiam auere extraneum: non est probatum: ⁊ sic nõ obstat. Etiam nec obstant proposita, ⁊ deducta in. x. xj. ⁊ sequentibus articulis dicte schedule vsq ad articulũ vicesimũ inclusiue quia supposito, citra preiudicium veritatis, q idẽ de Villeta vocatus extitisset per syndicos dicti loci de Veneto: non licuit tamen sibi propria authoritate facere quod fecit, scilicet, dicũ auere deijcere a pascuis communibus, ⁊ in quibus animalia dicti Blayni depascere poterant: ⁊ si pretenditur q quantitatem excessiuam immisissent, erant ipsi citandi ⁊ audiendi nõ de facto sua possessione seu quasi spoliandi, ⁊ supposito q pars excessiua expelli potuisset, non tamen erat totum auere expellendum postq pretensa pars excessiua, si que erat poterat separari a non excessiua. arg. l. sancimus circa princ. versi. si quid autem. C. de dona. Et vbi licuisset totum auere expellere, nõ erat tamẽ precipitando fugandum, percutiendum, verberãdum, in parte occidendum, ⁊ in parte intercipiẽdum seu arripiẽdum: sed erat eijciendum perinde ac si auere huiusmodi fuisset predicti de Villeta, etiã si mõtes seu loca a quibus eijciebantur fuissent sua. l. Quintus Mutius in princip. ⁊ §. j. ⁊ quod ibi doc. ff. ad leg. aqui. quod etiam per illum textũ no. doc. in illa. q. quã monet Rofre. in suis libellis. sub rub. si quadru. paupe feci. dica. versi. itẽ assidue queritur. Spec. tit. de act. §. j. versic. sed pone inueni pecudem. Bart. in l. ratis. ff. de incendi. rui. ⁊ naufra. doct. in l. hoc amplius. §. de ijs. ff. de dam. infe. Flori. in d. l. quintus. ⁊ post Gandi. Joan. Ferra. in sua prac. sub rubr. forma inquisitio super gloss. contractando ⁊ amouendo. versicu. deinde quero secundum Gandin. ⁊ alij in multis alijs locis: non erant etiam mutones occisi comedendi, per hec enim apparet illos non esse captos ad fines, de quibus in decimo quarto. xv. xvj. xvij. xviij. ⁊ xix. articulis schedule premẽtionate: ⁊ qui re vera apparẽt confracti, ⁊ formati ⁊ per quos non possunt excusari excessus predicti de Villeta. Adijcio q nec eum seu fiscum iuuant proposita ⁊ deducta in. xx. ⁊ sequentibus articulis, vsq ad. xxv. articulum, inclusiue schedule prementionate, in quibus se excusare nititur de occisione, excoriatione, ⁊ comestione mutonũ ibi mentionatorum, pretẽdens q illam fecerit propter pulueragium non solutum: cui tamen, vt deponunt etiam testes parte ipsius producti, non competebat ius exigendi pulueragium. Et si competijsset, non erat tamen ea via incedendũ, nec debuit ipse ius sibi dicere, prout fecisset si contenta in dictis articulis essent vera, ⁊ non solũ propter occisionem excoriationem, ⁊ comestionem cẽsentur deliquisse

sed

sed etiam propter solam captionem predictorū mutonum, incidisset in edictū diui Marci de quo in. l. exstat. ff. quod me. cau. ⁊ in. l. pen. ff. ad legem iul. de vi priua. quinimo cū illos ceperit aut capi fecerit, ⁊ cū armis inuasiuis diceret commisisse vim publicam. Ad id vero, de quo opponitur in vicesimosexto articulo, scz. ꝙ nō licuerit dicto Blayni congregare gentem, ⁊c. dico fuisse superius responsum, ⁊ ideo non obstat. Non obstat etiam quod dicitur in. xxvij. articulo de verberatiōe auricule: quia nō est probatū quin imo nec est verum ꝙ illa fuerit verberata. Ad ea vero de quibus opponitur in xxviij. ⁊ sequentibus articulis vsqȝ ad tricesimum secundum inclusiue: apparet sufficienter esse responsum per predicta: ⁊ est mirum ꝙ cum idem de Villeta in multis, vt iam dixi, excesserit ipse nihilominus dicat, ⁊ predicet dictum Yuonem iniurijs affectum, ⁊ ad iracundiam concitatatum, debuisse recurrere ad iustitiam non sua propria authoritate recuperare rem ablatam. Et ideo non inopportune dixit aliquis in cursu cause huius, Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. Si enim eidem de Villeta licuit, imo quia nō licuit eijcere, fugare, percutere, verberare, occidere, ⁊ intercipere, multofortius licuit dicto Yuoni in his omnibus iniuriam passo mutones suos ⁊ sic interceptos eius propria authoritate repetere, ⁊c. Ad id vero de quo opponitur in. xxxiiij. ⁊. xxxv. articulis, ꝙ ipse non latenter, ⁊ occulte, sed palam, ⁊ in presentia plurium, dictos mutones ceperit: respondetur ꝙ ipse verum dixit. Et ideo poterit dicere se non esse simplicem furē, sed viderit ipse an se excuset, quominus esse videatur raptor: de quo dictum est ꝙ sit fur improbus. institut. de vi bono. rapt. in versi. ad id vero quod opponitur, in. xxxvj. articulo ꝙ illos non interceperit animo lucrandi. respōdetur apparere de contrario, maxime pro eo, quia statim post illorum recuperationem ipse misit quesitum mutonē qui apud alium quendam remanserat, ⁊ illum fecit occidi, ⁊ reliqua. Ad illa vero de quibus vlterius, ⁊ in sequētibus articulis opponitur, respōdeo ꝙ etiam si illa vera essent, prout non probatur sufficienter esse vera: per ea tamē non se tuetur idem de Villeta, quominus excesserit, ⁊ maxime quia totum auere expulit, eiecit, precipitādo fugauit, percussit, verberauit, occidit, ⁊ intercepit seu arripuit: ⁊ hec sufficiāt ad excusandum dictum Yuonem ⁊ consortes, ne deliquisse videantur aut deliquisse dici possint in his super quibus intitulati extiterunt: ⁊ propter que mihi videntur ab intitulatis absoluendi. Que omnia dixerim, ⁊c.

¶ Rubric. De testamen. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccciij.

¶ Sicut mare vasculo nō incluseris: ita nec varias, ⁊ multas theses sub vnam. V. F.

1 ¶ Substitutiones vulgaris ⁊ pupillaris quando expirent, ⁊ subintret fideicommissaria.
2 Restituenda sunt per fideicommissum ea tantum que grauatus ex vltima voluntate habuit: non que ex donatione propter nuptias.
3 Trebellianicā detrahit filius cui donata est bonorum medietas in contractu matrimonij, ⁊ aliam medietatem restituere grauatus, non legitimam.
4 Frater vtrinqȝ cōiunctus in successione fratris prefertur consanguineo tātum: quinimo, ⁊ nepotes illius ex propria ipsorum persona.
5 Mutatione persone mutatur conditio bonorum: ⁊ ideo si bonis paternis renuntiaui, ⁊ facta sunt fraterna, mortuo fratre succedam.
6 Donari nondum nato an possit.
7 Substitutio breuiloqua quas complectatur, si per mulierem facta fuerit.
8 Concessio testandi data a testatore, ⁊ an etiam cōcedat inter viuos dispositionem.
Argumentum a contractu ad vltimam voluntatem, an ⁊ quando valeat.
9 Verba hec, prout placebit ⁊ videbitur, non important meram voluntatem, sed arbitrium boni viri desiderant,



Visis Duobus casibus mihi exhibitis parte nobilis ⁊ honeste mulieris Plasiane Guersie vno videlicet, concernente vltimum ⁊ nuncupatiuum testamentum nobilis Claudij de Voro cōdominum dicti loci: ⁊ alio cōcernente testamentum nobilis, ⁊ honeste quondam mulieris domine Coquete de Ambello, eiusdem nobilis Claudij quondam prime vxoris, ⁊ dubijs ex casibus huiusmodi elicitis, dico, ⁊ respōdeo ad dubia huiusmodi breuiter, ⁊ succincte, prout infra. Et primo ad dubia elicita ex primo casu: pro quorū faciliori declaratione premitto, ꝙ cū nobilis quondam vir Andreas de Voro filius naturalis, ⁊ legitimus, ac vniuersalis, ⁊ vnicus heres dicti quondam nobilis Claudij se
1 paterne † hereditati immiscuerit, ⁊ factus maior quinquaginta annis ab humanis intestatus, ⁊ sine liberis decesserit, substitutio compendiosa sibi facta per dictum nobilem Claudium testatorem eius patrem, de nobili Francisco de Voro ipsius Andree fratre cōsanguineo tantū sibi locum vendicauit in personam dicti Francisci, non in vim vulgaris, aut pupillaris etiam si tempore testamenti, aut mortis dicti quondam nobilis Claudij impubes extitisset: pro eo quia ipse Andreas (vt iam dixi) se paterne hereditati immiscuit: ⁊ sic expirauit vulgaris substitutio. l. post aditam. ⁊. l. precibus. C. de impuberum ⁊ alijs substitutionibus. Et quia factus est pubes, seu adultus ab humanis decessit. l. in vulgari. ff. de vulgari ⁊ pupillari. sed sibi locum vendicauit substitutio huiusmodi in vim fideicommissarie substitutionis, ⁊ in vim cuius debuerunt bona dicti quondam nobilis Claudij: dicto Francisco restitui. prius tamen detractis his de quibus infra. Premitto insuper ⁊ secundo, quod cum tempore matrimonij dudum contracti per, ⁊ inter prefatos nobiles Claudiū, ⁊ Coquetam eius primam vxorem, idem nobilis Claudius contemplatione matrimonij huiusmodi, ⁊ propter nuptias dederit, donauerit, cesserit, ⁊ remiserit, vt audio, donatione simplici, ⁊ irreuocabili primo filio masculo ex dicto matrimonio seu prefatis nobilibus Claudio, ⁊ Coqueta coniugibus procreando, interueniente opportuna legitima stipulatione, fortalitium, seu domum fortem, quam inhabitabat, siue tam infra dictum locū de Voro, cum medietate omnium vniuersorum, ⁊ singulorum bonorum suorum mobilium, ⁊ immobiliū, presentium tunc, ⁊ futurorum. Fortalitium, ⁊ medietas huius modi non veniunt in fideicommisso dicto Francisco relicto: nec in restitutione eidem Francisco
2 facienda de dicto fideicommisso: pro eo quia † in fideicommisso vniuersali non veniunt, nisi illa que grauatus habet ex vltima voluntate. l. vxorem. §. testamento. ff. de legat. iij. Cum igitur dictus nobilis Andreas non ex testamento, sed in vim donationis, de qua supra, habuerit fortalitium ⁊ medietatem bonorum huiusmodi non veniunt, nec venire debent fortalitium, ⁊ medietas predicte in restitutione dicti fideicommissi. d. §. testamento. pro quo bene facit. l. sequens questio. ⁊ quod ibi omnes scribentes. ff. de legat. ij. ⁊ quod tam per dictam. l. ꝙ per allegatum. §. testamento. no. Bald. Paul. de Cast. ⁊ alij doctor. in. l. cum virum. C. de fideicommis. Alexander de Imola consil. xx. exordiente, Ponderatis his que in themate. ⁊ Franc. de Aret. consil. clvj. exord. Diligenter visis, ⁊ consideratis testamento, ⁊ codicillis. Premitto insuper ⁊ tertio, ꝙ licet fuerit, ⁊ sit locus substitutioni superius mētionate, debueritqȝ, ⁊ debeat eidem Francisco restitui medietas aliorum bonorum mobilium, ⁊ immobilium dicti nobilis Claudij, cum omnibus iuribus eiusdem: pro eo quia cum non donauerit nisi fortalitium, ⁊ mediam partem bonorum mobilium, ⁊ immobilium tunc presentium, ⁊ futurorum nō venerunt iura in dicta donatione. l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. l. quam Tuberonis. §. penult. ff. de pecul. l. bene a Zenone. C. de quad. prescript. notant doct. in. l. moueni tium. ff. de verbor. sig. l. potest pupil. ff. de authorit. tutor.
3 ⁊ canoniste in. c. nulli. de reb. eccles. non alien. de quibus † tamen medietate bonorum mobilium, ⁊ immobilium, ⁊ de iuribus detrahet, seu detrahere poterit heres dicti nobilis Andree quartam partem pro trebellianica: legitimā vero non detrahet: quia cum fortalitium, ⁊ medietas predicte, ⁊ eidem nobili Andree donate ascenderent ad valorem legitime, ipse debuit eas in legitimam imputare. arg. l. cum quo de peculio. §. fin. ⁊ quod ibi Joan. de Imola. ff. ad leg. falcid. quod etiam voluit Alexand. de Imola in. l. illud. C. de collat. ⁊ consil. cxlij. in. ij. vol. ⁊ do. Jason Mayn. in. l. si quando. §. ⁊ generaliter. versic. tertio not. limitata, ⁊c. C. de inofficioso testamen. quam tamen legitimam vna cum trebellianica (cum esset de liberis primi gradus) potuisset alias detrahere dictus nobilis Andreas, per id quod not. glos. Bart. ⁊ doct. communiter in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamen. glo. ⁊ Bart. in. l. ꝙ ꝙ.

C.ad leg.fal.Bal.in.l.filium quem.C.fami.ercis. Multas remissiones ponit domi.Jason May.in repeti.authenti. res que.C.commu.de lega. ⁊ in.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulg.⁊ pup.Quibus presuppositis dico ⁊ respódeo ad primū quesitū,seu primā partē illius; ꝙ cū,† vt iam dictū est,
4 dictus nobilis Andreas ab humanis,⁊ intestatus sine liberis decessérit,superstitibus dicto ⁊ sibi superuiuentibus, nobili Francis.eius fratre cōsanguineo tm̄,⁊ nobili Beatrisia matre dicte nobilis Plasiane eius sorore vtrinq; cōiuncta hereditas ipsius nobilis Andree delata est eidem Beatrisie, tanq̄ magis seu pluribus vinculis coniuncte repulso seu excluso dicto nobili Francisco,authen.defuncto.C.ad tretu.⁊ in corpore vnde sumitur. Et sic debuit dicta Beatrisia succedere in dictis fortalitio,⁊ medietate bonorum mobilium ⁊ immobilium dicto Andree donatis, ⁊ nihilominus in trebellianica:hoc est in quarta parte alterius medietatis ⁊ iurium,nec non etiam in omnibus alijs bonis per dictum nobilem Andream acquisitis, vel ad ipsum aliunde q̄ ex paterna successione prouentis: pro eo quia illa non veniunt in restitutione fideicommissi.dicta.l. coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.⁊ pupil.Et vbi supponeremus dictam nobilem Beatrisiam ab humanis decessisse priusq̄ adiuerit ⁊ acceptauerit bona, ⁊ hereditatem dicti quondam nobilis Andree eius fratris vtrinq; coniuncti, ⁊ ꝙ eadem Beatrisia ius deliberandi non transmisisset ad dictam nobilem Plasianam,⁊ nobiles Alisiam,⁊ Catherinam eius filias naturales ⁊ legitimas:possent nihilominus,⁊ possunt dicte nobiles Plasiana,Alisia,⁊ Catherina,eidem nobili Andree earum quondam auunculo, ex earum personis succedere.auth.de heredi.abintest. §.si igitur.versicu.vnde consequens est vt si forte premortuus frater.colla.ix.⁊ sic dicte nobiles Plasiana,Alisia, ⁊ Catherina succedere debent in dictis fortalicio, ⁊ medietate bonorum, necnon etiam in quarta trebellianica, ⁊ bonis per eundem quondam Andream aliunde q̄ ex paterna successione acquisitis. Alia vero, hoc est dodrans seu nouem vncie alterius medietatis bonorum mobilium ⁊ immobilium dicti quondam nobilis Claudij, ⁊ dodrans omnium iurium eisdem restitui debēt dicto nobili Frācisco in vim fideicōmissi,seu substitutiōis superius mētionate.Ad secūdam vero partem dicti primi quesiti, in qua queritur,an conuētio,⁊ promissio facte per nobilem Bertrand.Guersij,per quas conuenisse ⁊ promisisse dicitur ꝙ ipse cum effectu,⁊ sine defectu procuraret ꝙ dicta nobilis Beatrisia, quietare,cedere ⁊ remittere teneretur, ⁊ deberet dicto nobili Andree fratri suo omnia bona,res,iura,actiōes,⁊ requisitiōes,quas,⁊ que ipsa nobilis Beatrisia habebát,habereq; poterat,sibiq; competebát,competere poterant ⁊ debebát eidem Beatrisie in ⁊ super omnibus ⁊ singulis bonis,rebus,⁊ ⁊ iuribus suis paternis,⁊ maternis quibuscūque,presentibus tūc ⁊ futuris : in forma debita, ⁊ ad ipsi⁹ nobilis Claudij vel suorum aut alterius eius nomine requirentis primam solam ⁊ simplicem requisitionem:saluis ipsi Beatrisie iure institutionis,substitutionis, hereditarijs, legatisq;,⁊ alio iure sibi iure nature pertinentibus, ⁊ spectantibus, seu legalis ebute, eidem nobili Beatrisie nocuerint vel noceant dicte nobili Plasiane heredi vniuersali dicti nobilis Bertrandi per medium nobilis Marini Guersij ipsius Bertrandi quondam filij ⁊ heredis vniuersalis. Ad quod respondeo, ꝙ non: ⁊ q̄uis per hoc possent allegari ⁊ induci multe rationes,ego tamen duntaxat inducam vnā, scz, ꝙ supposito, ꝙ dicta nobilis Beatrisia requisita vel non requisita per dictum nobilem Bertrandū Guersij eius maritū,quietasset, cessisset, ⁊ remisisset dicto nobili Andree eius fratri bona, ⁊ iura paterna ⁊ materna,iuxta formā conuentionis ⁊ promissionis quas fecisse dicitur idem nobilis Bertrādus: potuisset nihilominus, ⁊ potuit dicta nobilis Beatrisia dicto Andree succedere abintestato ⁊ sine liberis defuncto:tanq̄ eius proximior,vel magis coniuncta. dicta authē. defuncto, ⁊ illi etiam succedere possunt dicte nobiles Plasiana,Alisia, ⁊ Catherina.d.§.si igitur.versic.vnde consequens est. Per quas ⁊ per illum tex.repellitur dictus nobilis Frāciscus. Et hec procederent,etiam si facte fuissent conuentio ⁊ promissio,⁊ ꝙ dictus nobilis Bertrandus teneretur ⁊ deberet procurare cū effectu ⁊ sine defectu ꝙ.d. Beatrisia renunciaret in forma bonis paternis ⁊ maternis: ⁊ ꝙ promitteret ꝙ ad bona huiusmodi nullum haberet regressum:quia esto ꝙ postea requisita vel non requisita per eundem nobilem Bertrandum renuntiasset eadem Beatrisia bonis ⁊ iuribus paternis,presentibus tunc ⁊ futuris,⁊c. potuisset nihilominus ipsa Beatrisia,⁊ possunt dicte eius filie succedere in bonis superius mētionatis,pro eo q: mutatione
5 persone mutata est conditio bonorum predictorum. l. fi. in fi.C.de inof.test.l.Paulus.alias incipit,per procuratorē. ff.de acq.her.l.j.§.nec castrense.ff.de coll.bo.⁊ ꝙ nō obstāte renuntiatione huiusmodi,etiam si facta fuisset,potuisset,⁊ potuerit succedere dicta nobilis Beatrisia, ⁊ possent, ac possint dicte eius filie,confirmatur per id quod post Oldr. voluit Alber.in.l.si quando.§.illud. versic. sed quid si renuntiauit aliquis,⁊c.C. de inoff.testa.Ang.cons.lj.exord. Dominus Gillius,⁊ domina Huselugia,⁊c.Romanus consilio.clxviij.exord. Circa primum quo queritur, an renuntiatio domine Catherine facta paterne successioni.Et Alexan.de Jmola in.l.j.§. veteres.ff. de acquiren. posses. qui omnes volunt,ꝙ licet filia renuntiauerit paterne hereditati,⁊ bonis paternis,in quibus ipsius filie frater successit, si postea contingat fratrem decedere intestatum, ⁊ sine liberis:poterit,non obstante renuntiatione huiusmodi, dicta filia eadēq; soror hui⁹ fratris in bonis huiusmodi succedere.Ad quod etiam facit quod voluit Bal. in.l.j.q.l.ff. de rer.diui.Ubi dubitat:vnus ex fratribus renūtiauit feudo paterno,quod peruenit ad alios fratres:postea decedit vnus ex illis fratribus: vult ille qui renuntiauit venire ad successionem huius feudi paterni vacantis nunc per mortem vnius ex fratribus an possit. Arguit ad partes: ⁊ cōtendit quod potest.pro quo allegat in argumentū.l.Paulo Calimacho.§.j.ff.de leg.iij.⁊.c.j.de eo qui fin.fecit agnato.de feu.pater. ¶ Ad secundum quesitum dico, ꝙ responsio patet ex his,que supra dixi, respondendo ad primā partem primi quesiti, scilicet ꝙ in successione dicti fortalitij ⁊ medie partis bonorum donatorum prefata Batrisia exclusit,⁊ dicte eius filie excludunt dictum nobilem Franciscum, ⁊ ꝙ in vniuersali fideicommisso eidem Francisco relicto non veinrent, nec veniunt fortalitium, ⁊ medietas donate: pro eo quia non ex testamento, sed ex donatione peruenerunt ad prefatum nobilem Andream: pro quo allegaui.l.vxorem.§. testamento.ff. de leg. iij. quod procedit
6 † ⁊ procederet non solum si donatio ab initio fuerit valida ⁊ efficax,prout esse potuit,q̄uis tempore illius idem nobilis Andreas nondum natus extitisset.Pro quo allegasse sufficiat.l.diui §.pactis.C. de natur.liber.l. si inter vir.um. ff.de pact.dot.l.si quis operas.ff.de oper.liber.l. Paulus. §.Paul⁹ respōdit.ff.de.de bonis liber.⁊ quod voluit Jo. de Jmo.in.l.quod dicitur.la.ij.ver.tertio addit hic Ang. dicto Bartol. ⁊c. vbi etiam Alexand. de Jmola versicu. item addit hic Ang.⁊c.ff.de verbor. obligat. sine ab initio fuerit inualida seu inefficax, sz postea fuerit morte.d.nobilis Claudij,qui eam non reuocauit confirmata: quod fieri potuit l.donationes.la.j.C.de donat.inter vir.⁊ vxor.⁊.l. hac edictali.circa princ.C. de secund.nupt. Quamuis enim isto casu videatur prima facie ꝙ talis donatio ab initio inefficax, ⁊ morte donantis confirmata, debeat venire in restitutione vniuersalis fideicommissi:pro eo quia assumit naturam relictorum in testamento : vt notat glos. in auth. ex testamento.C.de collat.cōtrarium tamen est veritas, vt deciditur in.d.l.sequens questio.ff.de leg.ij.no.Bal. Pan. de Castro, ⁊ alij in. d. l. cum virum.C. de fideicommissis. ¶ Uenio ad secundum casum, ⁊ ad dubium elicitum ex testamento dicte nobilis Coquete, in quo heredes vniuersales instituit dictos nobiles Andream,⁊ Beatrisiam, ac Jacobum,Benedictam,⁊ Dalphinam eius, ⁊ dicti quondam nobilis Claudij filios,⁊ filias naturales, ⁊ legitimos equis portionibus:⁊, vt colligitur ex verbis substitutionis per eam facte,⁊ ex his que not. Bartol. ⁊ alij scribentes in.l.Lucius.ff.de vulg.⁊ pupil. ⁊ Joan. de Jmol.in.c. Raynutius. in materia reciproce substitutionis. de testa. dicta substitutio fuit reciproca, seu breuiloca: ⁊ comprehēdit non solum vulgares substitutiones,sed etiam fideicommissarias, pro eo quia huiuscemodi reciproca substitutio non fuit simplex reciproca,sed fuit admixta compendiose: cuius occasione comprehendit,non solum directas,hec est vulgares,sed etiam fideicommissarias: vt not.Bart.⁊ doc. in. d.l. Lucius. vbi do. Jason Mayn. ponit multas remissiones. Et idem not. Joan. de Jmola in.d.c. Raynutius in materia reciproce. ⁊ Alexander de Jmola ponens multas remissiones in.l.ij. C. de impuber. ⁊ ali. substitut. Pupillares vero non comprehendit,etiam si omnes fuissent impuberes:pro eo quia mulier, vtpote non habens liberos in potestate pupillariter substituere non potest.l.ij. in prin

in prin. ff. de vulga. & pupil. Esto igitur quod dicti filii, & filie adiuerint maternam hereditatem, & sic expirauerint vulgares. l. post aditam. & l. precibus. C. de impuberum & aliis substitut. remanserunt tamen fideicommissarie substitutiones: in vim quarum quote, & portiones relicte prefatis nobilib9 Jacobo, Benedicte, & Dalphine sine liberis vita functis, restitui debuerunt, detractis ex persona cuiuslibet duab9 quartis, scz legitima, & trebellianica: iuxta doctrinã quã ponit gl. Bar. & doc. in. d. l. Papinian9. §. meminisse. ff. de inoffic. testamen. glos. & Bartol. in. d. l. §§. C. ad leg. Falci. Pro qua sunt boni textus in. d. c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testamen. Et cum dicte nobili Coquete superfuerint quinque liberi, legitima horum omnium fuit dimidia pars bonorum eiusdem Coquete: eorum, scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa, auth. de trien. & semis. §. j. collat. iij. & transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffic. testamen. iuncto eo quod habetur in. d. l. Papinianus. §. quarta autem. & §. quoniã quarta. Et sic ex persona cuiuslibet dictorum nobilium Jacobi, Benedicte, & Dalphine, potuit detrahi pro legitima dimidia pars eius quod erat habiturus ab intestato: & pro quarta trebellianica quarta pars residui: iuxta theoricã, quam ponit glos. & sequuntur doct. in. d. c. Raynaldus. super verbo, licet totas. & Joan. de Imola in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. & pupil. In dictis vero duabus quartis si non erant proximiores, successerũt ab intestato dicti Andreas, & Beatrisia. dicta authen. defuncto. C. ad Tertul. & in corpore vnde sumitur. Ex quibus infertur, quod castrum siue dominium & iurisdictio castri de Vercoyrano, cũ suis pertinentus, in quibus dicitur constitisse hereditas dicte nobilis Coquete pertinuerunt, & spectarunt pro dimidia parte dicte nobili Beatrisie: partim iure institutionis, & partim iure substitutionis factarum per predictam Coquetam de dicta nobili Beatrisia: & partim iure successionis ab intestato. Et eisdẽ iuribus. pro alia medietate pertinuerũt & spectarũt dicto nob. Andree. Verũ cũ ipse postea sine liberis ab humanis decesserit: dubitatur & queritur in predicto quesito, vtrũ ex licentia sibi per dictã nob. Coquetã in dicto eius testamẽto concessa: ibi, Voluit tamẽ, & ordinauit quod liberi masculi coheredes sui, &c. vel alias de iure cõmuni potuerit de dictis Castro, & aliis testari, seu alias disponere. Ad quod respondeo quoad illam mediam partem, quã dixi spectasse, & pertinuisse dicte nobili Beatrisie, quod ipse non potuit testari de illa, aut eam donare in preiudicium predicte Beatrisie, aut suorum heredum. l. conficiũtur. §. si post factũ. ff. de iure codicillorum. l. rem alienam ad fin. ff. de contrahen. empt. & vend. & l. in filio. §. j. ff. soluto matrimonio. Quo vero ad aliam dimidiam partem que, scilicet, dicto nobili Andree spectauit: partim iure institutionis, partim iure substitutiõis, & partim iure successiõis ab intestato: dico & respondeo quod pro ea parte, pro qua sibi pertinuit iure successionis ab intestato, & sic tanquã alteri ex proximioribus dictorum nobilium Jacobi, Benedicte, & Dalphine ipse potuit disponere, & testari, vel donare: quia ille nõ venerunt in restitutiõe fideicõmissi, nec illas habuit ipse Andreas ex dispositione dicte nobil. Coquete: sed ex dispositione iuris cõmunis. d. auẽ. defuncto. Quo vero ad eam partem, seu eas partes de quibus eidem Andree spectauit, partim iure institutionis, & partim iure substitutionis, & sic ex dispositione testamentaria dicte nobilis Coquete, est maius dubium propter dictam clausulã, Voluit tamẽ, & ordinauit, &c. per quam dicta testatrix voluit, & ordinauit quod dicti nobiles Andreas & Jacobus liberi eius masculi cum essent etatis legitime, possent & valerent testamẽtum condere, & testari de bonis & hereditate, &c. Et † quãuis in concessione licentie huiusmodi solum fuerit sermo de permissione testamentaria, per eam tamen videtur fuisse etiam ei permissum, vt de eis possent disponere inter viuos: quia bonum est argumentum de vltima voluntate ad contractũ, & de contractu ad vltimam voluntatem. l. pactum inter heredem. & quod ibi doct. ff. de pact. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. & quod ibi doct. & l. que de legato. ff. de leg. j. & vt dicit Ang. in. d. l. pactum inter heredem. in princ. argumentatio de vltimis voluntatibus ad contractus, est affirmatiua: quia quod potest fieri in vltima voluntate, potest etiam fieri pro contractu: ergo cum predicta Coqueta dictis eius liberis masculis concesserit facultatem testandi de dictis eius bonis, non obstante sui stitutione per eum facta, videtur consequenter eisdem concessisse etiam facultatem de eisdem disponẽdi inter viuos: sed in contrarium videtur, scilicet, quod imo non videatur concessa facultas disponendi inter viuos: quia quãuis, vt dixi, sit bona argumentatio de contractu ad vltimam voluntatem, & econtra: hoc tamen nõ semper procedit, sed duntaxat eo casu, quo vtrobique est eadem ratio, vel maior in eo, ad quod arguitur affirmatiua, vel ex quo arguitur negatiu. iuxta doctrinam quam ponit Angel. in dicta. l. pactum inter heredem. quod non videtur esse in casu, pro eo quia maior fauor debetur vltime voluntati, quã contractui. Et quia videmus multos qui de iure communi possunt testari, & de suis bonis testamentarie disponere: non tamen cõtrahere, vt videmus in adultis minoribus viginti quinque annis qui testantur: quibus tamen est interdicta alienatio bonorum immobilium inter viuos. Sunt & alij quos non prosequor. Et supposito quod eidem Andree fuerit concessa, vel permissa facultas disponendi inter viuos, quemadmodum & testandi: ipse tamen non videtur potuisse donare id, quod ad eum peruenerat in vim substitutionis de eo facte prefatis nobilibus Jacobo, Benedicte, & Dalphine: quia nec de illo videtur potuisse testari, pro eo, quia in dicta clausula, solum videtur data facultas testandi de illa quota & portione, in qua dicti masculi fuerunt heredes instituti, & sic de quarta parte bonorum dicte nobilis Coquete: & hoc apparet ex dicta clausula, in qua dicitur, voluit tamen, & ordinauit, quod liberi masculi coheredes sui nominati, quandocunque fuerint etatis legitime, facere, & condere testamentũ, possint & valeãt testari de dictis bonis & hereditatib9 suis: in quibus ipsos fecit, & instituit heredes: quamuis enim id quod ad eundem nobilez Andream peruenit iure fideicommissi, de quotis & portionibus, in quibus heredes instituti extiterunt dicti nobiles Jacobus, Benedicta, & Dalphina, ad eum peruenerit ex testamentaria dispositione dicte nobilis Coquete: non tamen ad eum peruenit iure hereditario, nec fuit in illo institutus: nec ratione illius dicitur, vel fuit heres dicte nobilis Coquete, sed fuit substitutus, & fideicommissarius. l. ita post diante. §. j. in verbo loco heredis, & in verbo quodã modo. ff. ad Trebel. & in. l. si filiusfamilias. ff. quod cum eo. & quod voluit Alex. de Imo. ff. de vulga. & pupil. in rubric. Et sic nõ videtur data facultas testandi de isto: & sic, cum istud venire deberet in restitutione fideicommissi facienda per dictum Andream dicte nobili Beatrisie: que & superuixit: per id quod no. Bart. in. l. Marcellus. §. quidam liberis. versi. si vero succeditur ex compendiosa, que valet iure fideicommissi: & in. l. Sceuola. ff. ad Trebel. de quo Alex. de Imol. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. eo. tit. Aliquid ponit domi. Guid. Pa. deci. ccciij. exordiẽ. Que sunt illa que veniunt in fideicommisso, &c. istud videtur debere restitui prefatis nobilib9 Plasiane, Aluie, & Catherine hẽdibus eiusdem Beatrisie. Preterea non videtur quod dictus nobilis Andreas, potuerit, in preiudiciũ substitutionis, disponere, vel testando, vel contrahendo simpliciter & absolute de tota illa quinta parte, in qua fuit heres institutus: pro eo quia non est dictum in clausula predicta, quod dicti liberi masculi, possent testari de bonis, & hereditate, in quibus fuerunt heredes instituti, prout ipsi, & eorum quilibet voluit: sed prout eis, & eorum cuilibet placere, videretur faciendum. Verba autem placeret, & videretur, nõ importãt meram voluntatem, sed arbitrium boni viri. Pro quo allegasse sufficiat quod no. Bar. in extrauaganti ad reprimendũ, super verbo, videbitur. Ang. Are. in. §. bonefidei. institu. de actio. Pet. de Ancha. consi. lxxxiij. exord. Prima facie videtur dicendum, &c. docto. maxime moderni) in. l. si sic. ff. de leg. j. De verbo placet. ponit Joan. de Imol. in. l. illa institutio. ff. de heredi. institu. Et Andr. Barba in. c. si pro debilitate. de offi. delega. Non videtur autem quod bonus vir debeat arbitrari dictum nobilem Andream, potuisse in preiudicium substitutionis sibi facte, & in subuersionem fideicommissi ab eo relicti, disponere de tota illa quinta parte in qua fuit heres institutus, sed duntaxat de legitima sua, & quarta parte residui illius quinte partis: in super & de residuo illarum trium partium prout videbitur arbitrio boni viri. Et ita mihi videtur, &c.

¶ Rubr. De episco. audien. ¶ Epitome. ¶ Consi. ccciiij.

¶ Ut in primo notabili. V. F.

1 ☞ Apostolice litere mandantes conferri beneficium, tam executori directe, quã collatori, ipsi collatori ambe presenta-

ri debent.
2 Negligens collator vel in mora quando dicatur.



Quedam Sunt propter que dubito de iure venerabilis viri domini Vitalis Lanastreti alias Tanlamessa, presbyteri loci de Panzino. quia
1 † licet eo casu quo pro aliquo beneficiando Papa scribit illi, ad quē pertinet collatio dato executore vt prouideat, per presentationem literarum apostolicarū facta collatione conferatur beneficiū: ita quod collatio postea alteri facta nō tenet. c. proposuit, secundum veram lecturam, de concessione prebende, ꝛ expressius in. c. si capitulo. eo. titu. in. vj. quod etiam voluit gloss. in. c. si soli. super verbo firmitatem. versi. in casu quarto, scilicet quando scribitur, eod. titu. ꝛ libro: non tamen ad hoc vt afficiatur beneficiū huiusmodi ita ꝙ collatio postea alteri facta non teneat, sufficit presentatio facta collatori de literis apostolicis sibi directis: sed opus est ꝙ sibi etiā presententur litere directe exequutori, ꝛ hoc nisi ex literis ad collatorem directis appareret de mente Pontificis, scilicet ꝙ deputauerit exequutorem, qui eius mandatum exequatur collatore negligēte: per id quod no. gl. in. d. c. si capitulo. super verbo illorum: ꝛ idem voluit Joan. An. in nouel. qui pro hoc allegat clemen. ij. ad fin. vt li. penden. quod dictum etiam sequuntur Gemi. ꝛ Philip. de Franc. in. d. c. si capitulo. quo fit vt non valuerit, seu non suffecerit presentatio, quam fecisse legitur dictus dñs Vitalis Lanastreti reuerendo patri do. Francisco de Lestreing, decretorum doctori, abbati monasterij sancti Theofredi collatori cum ei dūtaxat presentauerit literas sibi directas, non eas que dirigebantur exequutoribus. Secundo quia licet eo ipso ꝙ aliquis sibi de beneficio prouideri postulat, vel illud sibi conferri, cēseatur illud saltem tacite acceptasse. cle. j. ꝛ quod ibi glos. ꝛ doct. de preben. notant doct. ꝛ maxime Philip. de Fran. in. c. nec capitulo. de concess. prebendarum. requisitio tamen quam de beneficio primo vacaturo, fecit dictus do. Vitalis, cum dictas eius literas presentauit predicto do. abbati, non valuit nec potuit efficaciter operari acceptilationem beneficij huiusmodi, quia attenta forma dictarum eius literarum nō potuit idem dominus Vitalis etiam in genere acceptare primum beneficiū quod postea vacaret, sed expectanda erat vacatio, ꝛ hoc propter illa verba, in dictis eius literis apposita: ꝛ quod dictus Vitalis per se, vel per procuratorem suum infra tempus legitimum, postꝙ sibi vel eidem procuratori illius vactio innotuerit, dixerit requirēdum, eum videlicet, ꝛc. Pro quo allegasse sufficiat id quod notat glos. in clemen. j. §. secus super verbo, notitia. de concess. preb. ꝛ doct. in. d. c. nec captande: quin etiam notāt, ꝛ aliam esse formam rescripti, seu mandati, de quo in. d. c. nec captande. vbi admittitur, seu conceditur in genere acceptatio beneficij primo vaca-
2 turi: ꝛ aliam in dicta clemen. j. non igitur videtur † per requisitionē huiusmodi, ꝙ dictus do. abbas fuerit negligēs vel alias constitutus in mora, si postea primum beneficium quod vacauit, eidē do. Vitali non cōtulit, vel alꝛs de illo sibi non prouidit. Tertium quia licet postea ꝛ vacante beneficio cure, seu vicarie perpetue, ꝛ secularis sancti Frontonis Aniciensis diocesis, idem do. Vitalis accesserit ad presentiam venerabilis ꝛ religiosi viri domini Gilleti de sancto Exuperio in decretis baccallarij, vicarij prefati do. abbatis: ꝛ facta narratione de presentatiōe superius mentionata, ꝛ antea facta tam dicto do. abbati, ꝙ do. priori magno claustrali monasterij, petierit se ad curā, seu vicariam huiusmodi presentari, ꝛ nominari, iuxta formā dictarum eius literarum: ex hoc tamen non videntur prefati do. abbas, ꝛ conuentus dicti monasterij constituti in mora, per id quod not. Archid. in. d. c. si soli. Joan. An. in nouel. Pet. de Ancha. Gemi. Phili. de Fran. ꝛ alij in. d. c. si capitulo. Et sic non videtur reuerēdus in Christo pater, dominus Joānes de Turnone, abbas monasterij de Cluniatio, alter ex exequutoribus dicti do. Vitalis potuisse eidem do. Vitali conferre curam, seu perpetuam vicariam superius mentionatam qui etiam ꝙuis eosdem do. abbatem, ꝛ conuentum compellere non potuerit ad conferendū, vel alias: prouidendum eidem do. Vitali, de beneficio huiusmodi debuit tamen ante collationem per eum faciendam eisdem domino abbati, ꝛ cōuentui, assignare terminū, infra quem conferrent, vel alias prouiderent: vt notant doct. in. d. c. si capitulo, quia propter eorum contumaciā, ꝛ lapso termino erat in eū transferenda facultas conferēdi ꝛ prouidendi: ꝛ quia terminū huiusmodi non assignauit, nec alias apparet de contumacia predictorum do. Abbatis ꝛ conuentus: nō videtur ꝙ collatio facta per dictum do. Abbatem quondam de iure valuerit. vt pote in quem nondum translata fuerat potestas conferrendi, aut prouidendi prout facere visus est. Ex quibus satis apparet non esse opus inquirere an dicte litere fuerint impetrate contra pragmaticam sanctionem cui etiam respondere non possum, pro eo ꝙ non habeo numerum beneficiorum ad collationem, prouisionem, presentationem, nominationem, seu quamuis aliā dispositionem, communiter, vel diuisim, spectantium ꝛ pertinentium ad dictos do. Abbatem, ꝛ conuentum: illud tamen mihi videtur esse verum, ꝙ dicte litere non fuerint impetrate secundum formam decretalis, mandatum de rescriptis, secundū quam papa mandat prouideri si pro alio non scripserit quin gratiam, ꝛc. in dictis vero literis mandat eidem do. Vitali, prouideri, ꝛ conferri, ꝛc. etiam si pro alio scripsisset qui simile mandatum, aut similem gratiam prosequeretur, ꝛ sic videtur voluisse grauare dictos domi. Abbatem, ꝛ conuentum, non solum in collatione facienda primo impetranti, si quis esset, sed etiam in collatione facienda huic dom. Vitali, nisi forte dicamus, ꝙ domi. Papa, voluerit ipsi domi. Vitali beneficium conferri, ꝛ illum preferri primo impetranti: ꝛ si ita fieri contingeret primuz impetrantem repelli, postquam in dictis literis dicit Papa se cupere eidem domi. Vitali iuxta decretalium mandatum, ꝛ formam, duarum immediate sequentium de beneficio ecclesiastico prouideri posse. Per quod apparet ꝙ non prouidere intenderet vni soli, ne grauaret collatores. Et primo dicto domino Vitali, postꝙ fecit non obstātiam de primo impetrante: ꝛ hoc maxime attenta forma non obstātie huiusmodi: in qua non dicit, pro alio etiam scripserimus, qui simile mandatum, aut similem gratiam persequatur: cui per hoc nolumꝰ preiudicium generari: sed dūtaxat dicit pro alio etiam scripserimus, qui simile mandatum, aut similem gratiam prosequatur. Super quo tamen vt pote non necessario non insisto. Que omnia dixerim, ꝛc.

¶ Rub. De sacrosanc. eccle. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccv.

¶ Eiusdem est sententie cum superiore: sed hic alie adhibentur rationes, ac preterea confutationes. V. F.

1 ☞ Ecclesiasticarum rerum alienationi quatuor necessaria.
2 Presumitur fraudulenta confessio que emanauit inter personas prohibitas.
3 Presumptio non est extrinsecam solennitatem interuenisse, nisi hoc probetur.
4 Opinioni vltimo recitate censetur doctor adherere.
5 Tractatus ꝛ consensus differunt.
6 Doctorum dicta quomodo intelligenda.
7 Due partes de tribus quando non sufficiant in actu vniuersitatis.



1 Etiam Si † sint quatuor casus, in quibus, ꝛ eorum quolibet, possunt immobiles res ecclesie, seruata iuris canonici solennitate, alienari: scilicet casus necessitatis, euidentis vtilitatis, pietatis, ꝛ incommoditatis: ex vno tamen ꝛ tantum ex illo videlicet ex casu vtilitatis, videtur nobilis ꝛ honorabilis vir, dominus Dominicus Panisse, conari defendere ꝛ tueri venditionē sibi factam per egregium virum dominum tunc rectorem venerabilis collegij sancti Nycolij, ꝛ nonnullos dominos collegiatos eiusdē collegij de Ponto, in actis cause inter ipsum venerabile collegium ex vna parte, ꝛ dictum nobilē Panisse ex alijs pendentis indecise. Quo fit vt debuerit idem nobilis Panisse probare dictam euidentem vtilitatem. c. tua. versi. vt meliora prospiciat, ꝛ totius cleri tractatu atqꝫ consensu id eligat, quod nō sit dubium ecclesie profuturum: de ijs que fiunt a prela. si. consensu capi. c. ij. ver. in forma: ꝛ casibus a iure permissis de reb. eccle non alie. in. vj. ꝛ. c. sine exceptione. ij. questio. ij. ꝛ vt dicit Andre. Barba. cons. xl. exordien. Preclare sapiētie. Septimo pōderandum est ꝙ ius requirit, non tantum ꝙ in hoc casu interueniat ecclesie vtilitas, sed etiam opus est ꝙ huiusmodi vtilitas sit euidens: quod apparet ex eo, quia in allegato. c. tua: ꝛ. c. sine exceptione, dicitur ꝙ non sit dubium ecclesie profuturum, quod credi vo-

luit Joan. Andr. in c. j. super verbo vtilitas, de reb. eccles. nõ alie. in. vj. in nouel. vbi dicit ꝙ euidẽter apparere debet causa necessaria, vel vtilis quare fiat alienatio: ꝛ dicit Andreas Barb. vbi supra, ꝙ omnes scribẽtes in locis consi. j. annotatis, hanc partem amplexi sunt: ꝛ ideo secundum eam, vtpote cõmunẽ iudicandũ est, ꝛ cõsulendũ. l. j. vers. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questor. ꝛ in. l. j. ff. de senator. ꝛ c. j. ꝛ quod ibi per omnes scribentes, de constit. vbi do. Feli. in c. j. ponit multas remissiones. Quod etiam nõ videtur negare dictus nobilis Pauissie, seu egregius vir dominus eius aduocatus, in quibusdam iurium allegationibus, exordientibus, Domini collegiati sancti Nicolai, ꝛc. licet plurimum contendat ꝙ ex actis, ꝛ processu cause huius, satis demonstretur ꝛ appareat, ꝙ venditio dicti prati facta extiterit cum causa iusta pro euidenti, scilicet, vtilitate dicti vener. collegij. Pro quo allegat instrumentum venditionis huiusmodi, ꝛ subsequute alienationis: dicit enim, ꝙ in instrumento alienationis, seu venditionis huiusmodi ipsi domini collegiati venditores dicunt, ꝛ asserunt, ac etiam cum iuramento cõfitentur dictam venditionem esse, ꝛ fore in futurum commodum, ꝛ vtilitatem dicti venerabilis collegij, cum fructus dicti prati non ascendant ad summam viginti septem florenorum: pensionãtur pro singulo anno, prout erit expressio dicte venditionis conuertẽdo in dictam pẽsionẽ viginti septem florenorum annuatim, ꝛ pro singulo anno: ꝛ ipsum collegium habeat subire ꝛ pati magnas expensas in recollectione feni dicti prati, ꝛ pati alios sumptus ꝛ labores maximos, vt confitentur: ꝛ subiungit idem dominus aduocatus, ꝙ dicti domini collegiati in ratificatiõe predicte venditionis, quam faciunt cum dicto domino rectore: dicunt, ꝛ asserunt premissam venditionem esse in futurum commodum, ꝛ manifestam vtilitatem predicti collegij. Et sic fatentur dicti domini collegiati venditores in instrumento venditionis, ꝛ ratificationis productarum, prefatam alienationem esse factam ex iusta causa. Quo casu, inquit, nulla magis euidens probatio ꝙ̃ ea, que resultat per confessionem. l. generaliter. C. de nõ nu. pe. c. per tuas. de probat. ꝛ alijs iuribus per eũ allegatis. Sed, pace sua salua dixerim, hec iura non probant eius intentum. Tum quia in regulariter prohibitis certo casu permissis non statur verbis dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de probat. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. iij. quod etiam voluit Joan. And. in addit. Specul. tit. de reb. eccles. non alien. in rub. ꝛ Oldrad. consil. cclxxvj. exordiente, Quidam episcopus cuius mense episcopalis reditus summam quatuor millium, ꝛc. post medi. ꝛ Alexand. de Jmola consil. lv. exordiente, Consideratis verbis dicti statuti. in primo volu. Cum igitur, vt predixi, venditio ꝛ alienatio immobilium rerum ecclesie, sit regulariter prohibita, non est standum verbo dicẽtis, pone dictorum do. rectoris ꝛ collegiatorum asserentiũ casum permissum subesse, hoc est alienationem seu venditionem predictam fieri in futurum commodum, ꝛ euidentem vtilitatem predicti collegij: tum ꝛ quia licet iura predicta procedant, ꝛ procedere possint quoad eos, qui possunt sibi preiudicare consulendo, obligando, ꝛ alienando: secus tamen in alijs, cuiusmodi sunt prefati domini rector, ꝛ collegiati quoad bona predicti collegij: ꝛ quemadmodum sunt prelati ꝛ capitulum, aut conuentus ecclesiarum cathedralium, collegiatarum, ꝛ conuentualium, vel rectores ecclesiarum qui sic dicendo, asserendo aut confirmando, non possunt alienare res ecclesiarum: quia ea facilitate fiunt assertiones, affirmationes, ꝛ confessiones huiusmodi, qua inducuntur ad bonorum venditionem, seu aliam alienationẽ. l. doli exceptio. §. diuersum. ff. de nouat. ꝛ quod voluit in authen. si quis in aliquo. C. de eden. in. l. sciendum. ff. de verb. oblig. ꝛ in. l. si forte. ff. de castren. pecul. ꝛ And. Barbat. in d. consilio. xl. idipsum voluit Bald. in prelu. feud. in. iij. diuis. versic. circa hoc dubitatur de tali questione, ꝛc. vbi querit, pone ꝙ episcopus, vel legatus ecclesie inuestiuit aliquẽ de castro ecclesie, hoc modo: Jnuestio te, tanꝙ̃ de feudo veteri, ꝛ antiquo: feudum innouãdo, quod antecessores tui ab antiquo tenuerunt, ꝛ posiderũt: an per talia verba doceatur, vel presumatur feudũ esse antiquum: Dicit Bald. se audacter dicere ꝙ non: ꝛ probat tali fundamento: nam prelatis est prohibitum a iure res ecclesie de nouo concedere in feudum: sed si antiquitus fuerunt feudales, ꝛ sic solite concedi in feudum, tunc prelatus potest concedere. c. ij. de feud. de quo per doc. in c. j. in prin. qui feu. dar. pos. ergo talia verba videntur apposita in fraudem legis, sicut dicimus presumi † fraudulentam confessionẽ que emanauit inter personas prohibitas. d. l. q testamentum. ff. de probat. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de leg. iij. ꝛ quia verba enuntiatiua non probant inter eos, qui nõ possunt libere disponere. d. l. si forte. ꝛ qđ ibi Bar. ff. de castren. pecul. ꝛ quod not. Bart. ꝛ doc. in. l. si donatione. C. de collat. ꝛ hoc apertius fortificat Bal. quia certissima est regula, que nunꝙ̃ fallit, ꝙ vbi assertio facit cõtractum, vel negotium esset licitũ, quin alias esset a iure improbatus: tales verborum cautiones, vel huiusmodi partium enuntiationes nihil probant: nec est eis standũ: quinimo ex talibus verbis potius ostenditur circumuentio iuris, nisi sic esset, vt enuntiatũ est aliter, ꝛ per probationes legitimas doceatur iuribus predictis, ꝛ alijs per eũ allegatis: ꝛ hanc decisionem Bal. cõmemorat, ꝛ sequitur do. Jas. May. in prel. feu. ver. pro pleniori instructiõe pñtis inuestigatiõis. Esto igitur citra preiudiciũ veritatis, ꝙ dicti do. rector ꝛ collegiati asseruissent, ꝛ confessi extitissent venditionẽ predictam fore in futurum commodum ꝛ vtilitatem predicti collegij, per hoc tamen non probaretur, aut presumeretur pretensa euidens vtilitas predicti collegij, quia nõ fuit in eorum potestate, quod per assertionem, aut confirmationẽ huiusmodi, facerẽt de re aliena sibi prohibita, ꝛ sic illicita, rem licitam. Potest etiam adduci simile iam aliquantulũ supra tactum, ꝛ de quo per doctores, in dicta. l. si donatione. C. de dona. quatenus ibi no. ꝙ patri donanti filio propter pretensa benemerita, nõ creditur de meritis, sed sunt merita probanda. Possunt ꝛ alia multa pro hoc induci, per que vna cum predictis certum est dictas pretensas assertionem, ꝛ confessionem dictorum domi. rectoris, ꝛ collegiatorum, nõ probare ꝙ in euidentem vtilitatem, quinimo nec ꝙ in vtilitatẽ facta extiterit predicta venditio: nec etiã puto ꝙ testes hoc probant, quos tamen non vidi, ꝛ sic super eis, vel eorum depositionibus, diu loqui non possum. Ad id vero quod opponitur de. c. terrulas. xij. q. ij. ꝛ quod ponit Fede. de Sen. consil. ccx. exord. Jn Christi nomine, casus talis est: quidam Episcopus iurauit, ꝛc. Dico ꝛ respõdeo ꝙ hec nõ obstant: ꝛ primo quidẽ not. d. c. terrulas qꝛ illud loquitur in terrulis vineolis. ꝛ si placet addamus, ꝛ in pratulis exiguis, ꝛ ecclesie minus vtilib⁹, aut lõge positis, cuiusmodi nõ probatur: quinimo nec vt oportet proponitur fuisse ꝛ esse pratũ de quo in actis, ꝛ de quo nõ verisimiliter dare cõuenisset dictus nobilis Pauissie vir profecto prudẽs, ꝛ oculatus, florenos quadringentos vel emere annuam pensionem viginti septẽ florenorum: non etiam id quod ponit Fede. de Se. qui loquitur de confessione in emphiteusim facta, de terrula, valoris vnius floreni cum dimidio, ꝛ cuius annui reditus quinꝙ solidi: futurum vero emolumentum per ecclesiam, aut prelatum recuperandum per emphiteutam, ascendebat ad centuplum, ꝛ ita sumus in casibus valde diuersis. Ad id vero quod dicere videtur, ꝙ̃uis non palam, sed, vt ita dixerim, inter dentes, dictus do. aduocatus, ꝙ etiam si causa iusta suffecerit dum tamen interuenerit canonica solẽnitas: valet alienatio rei ecclesiastice, secundum gl. que hoc no. in summa. ꝛ. d. c. sine exceptione. xij. q. ij. dico ꝙ doctrina illarum gl. videtur cõfundi per dictum. c. tua. de ijs que fi. a prela. sine consen. ca. ꝛ c. j. ꝛ. ij. de reb. eccle. non alie. in. vi. ꝛ quam doctrinam doctores communiter damnant, prout existimo alias dixisse: contra quam etiam tenuit glo. in c. j. de in integ. resti. multos refert Andre. Barba. in dicto consilio. xl. in prima parte quos vitande prolixitatis causa non refero. dictum igitur gl. non obstat. Ad id vero quod scribitur de interpositione authoritatis, dico ꝙ illa fuit ꝛ est inefficax ꝛ nulla, pro eo quia non precedente opportuna cause cognitione, que precedere debuit, ꝛ quod dicitur, reuerendum patrem domi. vicarium interrogasse per modum informationis partes contrahentes. Dico ꝙ non cum partibus, vtpote suspectis ꝛ anelantibus ad perfectionem venditionis, sed cum extraneis non suspectis erat fienda inquisitio super valore prati, ꝛ prouentuum, seu fructuum illius ꝛ si erant alia bona, que pro cõmodo predicti collegij potius essent alienanda, ꝙ̃ dictum pratum: quod non fecit idem domi. vicarius: sed solum interrogauit dictos dom. venditores: nec obstat quod voluit Specula. titu. de emptio. ꝛ vendit. §. nunc dicendum. versi. ꝛ breuiter scias, ꝛ versi. hoc quoqꝫ. vbi voluit ꝙ quando in actu apponit decretum iudicis, omnia presumuntur solẽniter acta. Quoniam respondeo, vt dicit Fran. de Are. consi. lxix. exordien. Viso puncto: quod dictum Specu. de quo supra non videtur verum: ꝗ

3 solennitas† extrinseca cuiusmodi videtur esse inquisitio veritatis iustitie causa allegate, non presumitur interuenisse nisi probetur. l. quecunq;. in fine. ff. de publ. ad quod etiã facit quod not. Spec. in dicto ver. & breuiter scias, in fi. vbi querit, quid si iudex interposuit decretum sine cause cognitione, &c. Et remittit ad no. per se in tit. de procura. §. j. ver. sed quid si solum, &c. Et sic innuit secundum Paulum de Cast. consi. xcj. exord. super eo quod queritur, &c. q ea que in precedentibus dixerat habeant locum quando apparet de cause cognitione vt quia perquisiuit & postea decretum interposuit: vt tunc ex iusta causa videatur interposuisse, secus si fidem adhibuit, puta minori aut tutori, & in vt casu nostro dictis domi. rectori & collegiatis asserentibus causam iustam subesse, quod facere non debuit. l. magis puto. §. in primis. ff. de re. eo. & ita declarat ipse Specu. in dicto §. j. versi. sed quid si solum: dicens q etiam si vera subsistebat causa, si tamen iudex de ea non inquisiuit, non valet interpositio decreti: & idem videtur de interpositione authoritatis, vtpote facta sine cause cognitiõe: ad predicta facit q esto, vt pro decreto, vel authoritate iudicis presumatur in dubio: hoc tamen fallit quãdo ex inspectione instrumenti interpositionis decreti, vel authoritatis apparet de illius inefficacia, vel ineptitudine, quia tunc nunq̃ presumitur pro decreto, vel authoritate, etiam si sint antiquissime: quia tunc sumus certi q actus caret solennitate, & non potest presumi q solẽnitas fuerit perfecte adhibita: cũ ipsa scriptura cantet ei⁹ ineptitudinẽ. Pro quo allegasse sufficiat not. per domi. Feli. in c. sicut. versi. & ex eo habes ibi. bene etiam fateor: q quando apperiet instrumentum &c. de re iudi. & quod voluit Frede. de Sen. consi. cxlij. exordien. Domino Joanni. Fredericus de Petracijs de Sen. &c. versic. an vero presumatur. pro decreto & authoritate iudicis. Cum igitur ex instrumento dicte vẽditionis, ac postulate & interposite authoritatis appareat inopportune, & minus legitime inquisitum de iustitia cause alienationis, & ita sumus in certo, non est opus recurrere ad presumptionem nec dicendum q omnia presumantur solenniter acta: quia in incertis non in certis locus est cõiecturis. l. continuus. §. fin. ff. de verbo. obliga. Ceterum ad id de quo vlterius contenditur, scilicet quod ea que dicuntur de interuẽtione, seu processu tractatus in alienatione rerũ immobiliũ ecclesie: intelliguntur, & procedunt quando Episcopus alienat bona ecclesie cathedralis: & sic habeat locum in ecclesia cathedrali, non autem in ecclesia inferiori. Pro quo allegatur Pau. de Lya. in c. j. de reb. eccle. non alie. in. vj. & quod ibi Gemi. Dico & respondeo, bona pace salua dicti domini doctoris, quod tractatus non solum interuenire vel precedere debet in alienatione rerum immobilium ecclesie cathedralis, sed etiam ecclesie inferioris. Pro quo, vitande breuitatis causa, si vel oporteat, vel expediat: prout non quia ad doctissimum & preceptorem est mihi sermo, videatur, si placet, Andre. Barba. in dicto consi. xl. versicu. modo est assumendum secundum, qui pro hac parte multa & quidẽ elegantia inducit: & ne existimet pars aduersa hãc partem caruisse deffensore, dico quod illam tenuit gloss. in clemen. ij. in verbo non habeat de reb. eccle. non alie. vbi loquendo in ecclesia inferiori, dicit quod ad validandum cõtractum, requiritur omnis solennitas alienationis: pro quo allegat dictum. c. j. de reb. eccle. non alie. in. vj. Ex quo patet q tractatus requiritur, & idem voluit. Joan. Andr. in addi. Specu. titu. de emptio. & venditio. §. nunc dicendũ restat. de aliena. re. mino. versic. ceterum, & idem voluit Jo. And. in dicto. c. j. in gloss. secundum quod, &c. quatenus inibi remittit ad not. per Specu. titu. de loca. §. sequitur. versicu. & scias, vbi etiam ista fuit opinio Specu. & ante eũ Rolland. non in summa, sed in aurora Joan. Calde. titu. de reb. eccle. non alie. consi. iiij. & Lauren. de Rodul. in repeti. dicti. c. sine exceptione. versicu. quero. xiiij. nũquid hoc nostrum. c. habeat locum in ecclesijs inferioribus cathedralibus: hanc partem etiam sequutus est Joan. de Regi. in responsione quam fecit Frede. de Sen. & que inscritur inter consilia illius & post consic. cxlij. & incipit super primo credo q alienatio non tenuit: illam etiam sequitur Frede. de Sen. consi. cxliij. exord. Concessio. facta nuntio Habecij non obligat successorem: & dicit Lauren. de Rodul. vbi supra quod hanc partem sentit Archi. in dicto. c. j. de reb. eccle. non alie in. vj. & quod illam tenent docto. in. dicto. c. tua. de his que fiunt a prela. sine consen. capitu. hanc etiam sequutus est Joan. de Imol. in. c. j. vt eccle. benefi. in. c. j. &. c. cum apostolica. de his que fiunt a prela. sine consensu capi. & Andre. Barba. consi. xl. vbi plenissime, & si attendantur verba predictorum docto. ipsi vt plurimũ pro hoc allegant dictum. c. j. de reb. eccle. non alie. in. vj. vbi est sermo de alienatione rei, nõ quidem ecclesie cathedralis, sed inferioris: quod etiam voluit Joannes de Imol. in capitu. primo. ne sede vacant. Et sic satis videtur expressum quod etiam in alienatiõe rerũ immobilium ecclesie inferioris, debeat interuenire tractatus: quod si ita est non est censendus Joã. An. tenuisse cõtrariũ in addi. Spec. de cler. egro. super rubric. quatenus ibi dicit, quod tractatus in actibus, non requiritur nisi in casibus a iure expressis. Preterea, vt dixi, ipse in tribus locis tenuit tractum exigi, scilicet in glos. dicte cle. in. c. j. de reb. eccle. non alienan. & in multis alijs locis. Et sic cum frequẽtius adhereat huic opinioni ista videtur potius sua quam contraria. Etiam Phili. de Fran. in dicto capitu. primo. non videtur adhesisse opinioni contrarie, hoc est opinioni Pau. de Lyaza. & Geminia. sed
4 †potius huic, vtpote vltimo recitate. argumen. eius quod not. gloss. in. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. Bald. in. l. prima. ad finem. ff. de constitutionibus. dominus Jason May. in. l. si idem. §. si vna. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. & alij in alijs locis. hoc etiam satis colligitur ex verbis Philip. non tamen infero, quin post recitatas opiniones subaudierit cogitãdum: & q forte standum esset consuetudini: sed hoc nihil ad casum, quia hic non cõstat de contraria consuetudine, que etiam vtpote diminatiua solennitatis canonice non valeret quasi damnosa ecclesijs: vt voluit Ostien. Joan. And. & doct. in. d. c. j. de reb. eccles. non alienan. & in. c. j. de consuet. quod etiam voluit Joan. de Imola in. c. j. versic. & si dicatur, &c. de his que fi. a prelat. nec Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. dicit q solennitas tractatus sit solennitas consuetudinaria: sed dicit q est canonica, quatenus dicit formam canonicam tradi in. d. c. j. de reb. eccles. non alienan. in. vj. & postea prosequens tertium membrum sue distinctionis in qua laborat circa validitatem, vel inualiditatem solennitatis consuetudinarie: per quam videlicet discessum est a solennitate ciuili, aut canonica: vel est illi adiectum: dicit inter alia, q si omissio forme potest esse damnosa ecclesie, vtputa, inquit, omissio tractatus, illa non valet. pro quo allegat. c. cum causa. in ratione sui, de re iudic. Bal. igitur loquitur pro hac parte, non contra: & idem facit And. Barb. in. c. nulli. de reb. eccles. non alienan. Ex quibus omnibus apparet illam esse opinionem Domi. glos. & doct. que habet q in alienationibus rerum immobilium ecclesiarum, etiam inferiorum, debet interuenire, aut precedere tractatus, a qua propterea non est in consulendo vel iudicando recedẽdum: per vulgatam theoricam quam ponit Ostien. Joan. And. & alij in. c. j. de constit. & maxime cum ista fuerit opinio glos. que quante sit authoritatis, nemo est qui nesciat. Esset enim durum propter opinionem Pau. de Lyaza. & Gemini. qui profecto fuerunt, & sunt viri nõ contemnende authoritatis contra stimulum, & quidem talium & tantorum virorum sententiam, calcitrare. Ad id vero quod subijcitur obmissionem tractatus non fuisse damnosam: dico & respondeo, q de hoc non constat: & insuper q etiam si hoc esset verum hoc non sufficeret ad validitatem alienationis carentis canonica solẽnitate. Defecit enim in substantialibus, hoc est, in obmissione, &c. que non non supletur ex eo quod pretenditur non interuenisse lesionem. Preterea ad id quod opponitur, q hodie de consuetudine in alienationibus rerum immobilium ecclesie inferioris a cathedrali, non seruatur solennitas contractus: respõdeo q de hac consuetudine non cõstat: & si de illa appareret illa vtputa corruptela quadam, & damnosa ecclesie non valeret & nimium laxarentur habene dominis ecclesiasticis super alienationibus rerum ecclesiasticarum quibus non est impossibile, imo nec difficile, sed facile, & maxime in illa magni ciuitate habere notarium qui intersit tractatui ac votis & opinionibus tractantium, & illas scribat. Ad illud autem de quo vlterius opponitur, scilicet q ex instrumento venditionis & ratificationis, presumatur q fuerit habitus tractatus inter do. collegiatos de & super venditione dicti prati. Dico & respõdeo q imo nõ presumatur: per id quod alias dixi in alijs iurium allegationibus, exordientibus. Scripserã alias, &c. versi. nõ etiam interuenit canonica, &c. quod non repeto, nec obstant illa verba, & quidem nõ si illa posita extiterint in instrumẽto vẽditionis facte per dictos do. rectorem, & quosdam do. collegiatos: quia non est facta in collegio, sed extra: & sic dici non potest illam fieri potuisse

fuisse tempore venditionis, et deberet presumi eo tempore facta vbi non collegium, sed duntaxat dicti dom. rector et quidam do collegiati aderât: non etiam in illa ponâtur in instrumento pretense ratificationis, quia cum ex longo intervallo ratificatio huiusmodi facta extiterit post venditionem, quam tractatus precessisse pretêditur, non esset verum quod tractatus huiusmodi factus fuerit, et factus presumatur têpore hui9 ratificationis: quod côcludere intêdit dictus do. aduocat9, et si bene et alias prout oportet aduertatur ad instrumentû predictarû venditionis, interpositionis, authoritatis, et ratificationis: puto quod ex illo toto inspecto prout inspici debet. l. in ciuile. ff. de legi. et qd ponit beatus Sipzianus, in tractatu côtra Nouatian. et Aug. psal. cxv. vers. facientê iudiciû. et epistola. lxxxix. et in. j. de Trin. c. vij. circa princ. sufficiêter colligitur non fuisse imbi innouatam solennitatê tractatus qui factus fuerit aut fieri potuit tempore dicte ratificationis: et hoc propter variationê locorû venditionis, interpositionis, authoritatis, et ratificationis, que nô patitur extremû, hoc est actû ratificationis côtinuari, hoc est côiungi alteri pretêso extremo, quod est dicta asserta deliberatio, seu côclusio, que si mêti çmendo, tenorê predicti instrumêti, quod pro nunc penes me nô existit, precessisse pretenditur dictam venditionê. Et per hec patet responsio ad id quod not. Panor. ex aduerso allegatus in. c. j. circa fi. de his que fi. a prelat. et Bar. in. l. sciendû. ff. de ver. oblig. et gl. in. l. j. C. de fi. instr. et iure haste fisc. li. x. qui loquûtur in eo casu quo extrinseca solênitas in instrumento enuntiata, aut narrata, interuenire potuit tempore actus de quo in instrumêto: quod nô est in casu propter interpositionê actuû, et hoc colligitur ex instrumêto. Etiam nec obstat quod opponitur de consensu, scilicet quod si dicatur talis prelatus cum consensu capituli tale quid fecit.
5 Quoniam respondeo quod † multum refert inter tractatum et consensum: quia tractatus est quidâ actus precedês ipsum consensum: vt not. Jo. de Imo. in. c. cum apostolica. versic. nota differentiâ. de his que fi. a prelat. de quo tâgit Joan. de Imo. in. d. c. tua. vers. in. o. quatuor, et c. eod. tit. et gl. in. d. c. j. de reb. eccl. non alienan. in. vj. Et sic quamuis per verba predicta in casu posito, vel etiâ per ratificationê, de qua in occurrêti casu appareat de côsensu dicti venerabilis collegij, non tamê ex tractatu: et sic not. per Jo. de Imo. in. c. ea noscitur. de his que fi. a prel. Ad id autê quod vlterius inducitur, scilicet quod in actu huiusmodi presumatur interuenisse debita solênitas, pro eo quia in alienatiôe dicti prati est appositû decretuz superioris, et authoritas in quo asseritur quod oia rite et legitime gesta sunt. Dico et respôdeo quod inductio huiusmodi nô fuit facta per dicto nob. Pauisse, sed magis contra eû. Pro eo quia, vt iâ dixi, ex ea apparet partê aduersam pretêdere, quod solênitas tractatus precesserit interpositionem authoritatis: et tamen pars ipsa contendit quod illa interuenerit, et interuenisse presumitur tempore ratificationis, et ad id quod ibi subijcitur, et quod isto casu presumi debeat, quod ex iusta, et vera causa interpositum sit decretum, et authoritas, et quod omnes solênitates requisite interuenerint secundum Specul. in loco iam allegato: dico superius esse respôsum ad dictum Specul. quod illud non obstet isto casu, et quidem multis rub. et maxime ista, quia de contrario apparet ex instrumento. Et ita non est opus recurrere ad coniecturas, quia in incertis, et c. Et eodem modo respondetur ad dictum Bal. in. c. sicut. de re iudicata. qui tamen, pace salua dixerim, non loquitur specifice in decreto interposito in alienatione rei ecclesiastice, sed loquitur indefinite quod propterea non deberet trahi ad hunc casum, in quo non decretum, sed authoritas requiritur: vt notat Innocêtius et doctores in dicto. c. primo. Et sic non adaptatur dictum Baldi ad casum nostrum, sed ad eum, vel eos, in quibus requiritur decretum: quod etiam satis
6 colligitur ex lege quam allegat: quia † dictum glosse vel doctorum debet intelligi secundum iura per eum allegata vt voluit Barto. in. l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. lega. Rom. consilio. cc. Alexander de Imola consilio. cxxxviij. exordiête, opportune consideratis his que in themate, et c. et dominus Jason in. l. actione. C. de transactionibus. Similiter etiam respondetur ad dictum Alex. de Imola, côsilio. cxxv. scilicet quod dictum non procedit, vt superius dixi, de dicto Specul. Item et quod Alexander loquitur in decreto rite interposito: nos autem loquimur in decreto, seu verius in authoritate, de cuius effectu apparet ex inspectione instrumenti. Ad id autem quod postremo scribitur, scilicet eidem nobili Pauisse non obstare, quod in predicta alienatione nô interuenerit consensus
7 omnium et singulorum do. collegiat orû: dico † et respondeo, quamuis opus non existat, quod licet regulariter in his que sunt cômunia pluribus et vniuersis, valeat id quod facit maior, et sanior pars, intelligo vocatis omnibus, qui vocari debuerunt, et interessentibus, saltê duabus partibus, hoc tamen fallit in actu volûtario: et qui nô fieret in euidentê vtilitatem vniuersitatis, vel collegij: quia illo casu opus est interuenire côsensum omniû: pro quo allegasse sufficiat not. per do. Fel. in. c. cû vnû. vers. fallit primo ista regula, et c. de côsti. qui multos refert. Ex quibus omnibus dico dictû venerabile collegium fouere bonam causam, non obstantibus ex aduerso allegatis, que non obstât, pace salua dixerim, vt sepe dixi, dicti do. aduocati, qui et si, vt puto, bene sciat, non tamê forte occurrit sibi memoria côstitutionis do. Pauli Pape secûdi, que sola sufficeret, et sufficit ad victoriâ cause huius. Que etiam dixerim sub benigna supportatione reuerendissimi patris domini, in hac causa ius dicturi.

¶ Rub. De episcop. audien. ¶ Epitome. ¶ Cons. cccvj.

¶ Excommunicatus non est qui contra rei veritatem talis declaratus fuit. A. F.

1 ¶ Pene mitiorem semper interpretationem accipiunt.
2 Alternatiua implemento alterius contenta.
3 Excommunicatio et declaratio quod quis in eam inciderit diuersa sunt.
4 Ordo actorum precedentia a sequentibus distinguit.
5 Commissarius ab alio excômunicatum absoluere potest.



Visis que acta sunt per, et inter egregium virum do. Joannê Orthega, actorem originarium, et nunc appellatum ex vna parte, ac reuerendissimû patrem, et vnum egregium, dominum Guilhelmum Parade, sancte Arelatensis ecclesie archidiaconum reum originarium, et nûc appellantem ex alia: non videtur idem dominus Guilhelmus incidisse in sententiam excommunicationis, nec fuisse, aut esse excommunicatus: et primo non in vim quarundam pretensarum literarum emanatarum a reuerendissimo patre, et viro egregio domino Gentilis Curteno pretenso vicario, et officiali Arelatensi, ac iudice et commissario, et c. et per eum, vt pretenditur, concessarû anno Domini M. cccccij. et die. xxvj. mensis Februarij: tum quia, si opportune, et alias bene inspiciantur verba literarum huiusmodi ipse vicarius mandauit, et precepit dictum do. Parade citari comparitúrum ad respondendum cuidâ pretenso accusatorio libello parte dicti do. Ortega, contra eum oblato, seu alias dicendum, exponendum, et allegandum, quidquid verbo, facto, vel in scriptis dicere, opponere, et allegare vellet contra libellum huiusmodi: et hoc sub pena excommunicationis, dicta verba non fuerunt verba late sententie, in eum casum, in quem idem do. Parade contrafaceret, seu precepto contrauenirer, sed fuerunt verba ferende sententie, et sic verba comminatoria, per id quod not. glos. et docto. magis communiter in. c. vnico de sagittarijs. in. c. sicut tuis. de symonia. in. c. j. de eo qui furt. ord. recepit. et in. c. cû esses. in glos. fin. de testamen. et qd no. glo. et post eam do. Prepo. in. c. salonitan9. dist. lxiij. et Joan. de Imola in. c. j. de loca. pro quo facit, quia illa verba sub pena excommunicationis posita in predictis literis, possunt dupliciter intelligi, scilicet excômunicationis ferende, vel ipso iure incurrêde.
1 In dubio † autê mitior fieri debet interpretatio in materia penali: et regula in penis. de regulis iur. in. vj. l. si preses. et. l. interpretatione. ff. de pen. Tum, et quia per dictas pretensas literas mandabatur eidem domi. Parade, precipi, et eum citari, vt compareret ad respondendum dicto pretenso libello, seu alias dicendum opponendum, et allegandû, quidquid verbo, et c. Quo fit, vt cum termino sibi assignato, comparuerit, tam per se, quam per procuratorem, et schedulam produxerit, in qua proposuit, et dixit contra dictuz libellum, scilicet quod eidem respondere non teneretur defectu solennis inscriptionis, de iure requisite, et alias prout in schedula huiusmodi paritû, et obeditû extiterit: pretenso precepto et mandato dicti domi. officialis: per id quod habetur in regula in alternatiuis, de reg. iur. in. vj. vbi pro-
2 batur quod in alternatiuis † alterum impleri sufficit: quod etiam colligitur ex ijs que not. gloss. et docto. in. l. de pupil-

lo.§.meminisse.ff.de oper.noui nuntia.Barto.in.l.j.C.de
exequu.rei iudi.⁊ ⁊ docto.in.c.ex parte.el.j.de verbo.signi.
quod etiam voluit Bal.consi. ccclxxiiij.exord. Ad euiden
tiam est preuidendum,⁊c.in princip.in prima parte qui pro
hoc allegat glo.in dicto.§.meminisse:⁊ dicit curiales Ro-
mane curie in casu de quo ibi, ⁊ magis dubio hoc tenere.
Cum igitur idem dom.vicarius mandauerit.precipi ei do.
Parade quatenus alterum duorum faceret,scilicet, aut vt
dicto pretenso libello responderet,aut vt contra eum dice-
ret,proponeret,⁊ allegaret, quidquid verbo, facto, vel in
scriptis dicere,opponere,⁊ allegare vellet contra libellum
huiusmodi;⁊ ipse domi.Parade comparuerit,⁊ dixerit, ⁊
quidem non friuola,aut contemnenda cõtra ipsuz libellũ,
nihil superest,etiam si non opportuna,vel alias admissibi-
lia,sed cantilenas dixisset:propter quod quasi.non parens
precepto dici potuerit incidisse in sententiam excommuni
cationis per predicta:⁊ sic quedam pretensa declaratio,que
facta legitur per dictum domi. Arelatensem vicarium,
post appellationem parte dicti domi.Parade,ab eo inter-
iectam,⁊ per quam declarat ipsum domin. Parade inci-
disse in sentẽtiam,⁊c.fuit, ⁊ est euidẽter erronea, ⁊ de eius
errore apparet ex inspectione dictarum pretensarum lite-
rum,ac cõparitionis in termino, ⁊ schedule tũc producte:
nec opponat aliquis,ꝙ per declarationem quam fecisse di-
citur idem domi.vicarius,censeatur ipse excommunicasse
prefatum domi.Parade.Quoniam respondeo: ꝙ decla-
rans aliquem incidisse in sentẽtiam excommunicationis,
non hoc agit vt illum excommunicet,sed declarat ꝙ antea
excommunicatus extiterit,vel a lege, vel ab homine: ⁊ ita
3 iste due sententie † scilicet sententia excommunicationis
⁊ sententia per quam quis declaratur incidisse in senten-
tiam excommunicationis,sunt diuerse,⁊ distincte,⁊ vario
rum effectuum;prout colligi potest ex ijs que not. docto.
maxime Panor.Philip.de Fran.⁊ alij.in.c.peruenit.el.j.
⁊ in.c.pastoralis.§.verum.de appel.⁊ domi.Feli.in.c.Ro-
dulphus.versi.sed declaratoria:de rescrip.Addijcio ꝙ etiaz
vbi dici posset,ꝙ per dictam pretensam declarationẽ, cen-
seri deberet eundem dominum.Parade,fuisse excommu-
nicatum; illa excommunicatio fuisset nulla, vtpote facta
post legitimam appellationem parte eiusdem domi.Pa-
rade,a dicto domi.vicario.interiectam.c. cum contingat.
de offi.delega.⁊.c.venerabilibus.§.sed si ex causa.de senten
4 tia excommunicationis.in.vj.Patet † autem ꝙ interposi
tio predicte appellationis,precesserit declarationem,⁊ hoc
ex ordine actorum,in quibus primo legitur inserta appel-
latio quaz declaratio huiusmodi.Pro quo allegasse suffi-
ciat pri.constitu.C.§.quibus.⁊ quod per illum,tex.not. ibi
Barto.⁊ docto.⁊ quod no.Bald.in.l. de rebus. versi. que-
ro quomodo probatur de prioritate.C.de dona.ante nupt.
Pro quo allegat.l.si seruus communis.ff. de stipulatione
5 seruo.Preterea esto †, citra preiudicium veritatis, ꝙ idẽ
domi.Parade fuerit excõmunicatus: vel nulliter vel iniu
ste,illud non videtur dubium, quin debeat, vel possit per
reuerendum patrem, dominum commissarium ⁊ iudicem
simpliciter, vel ad cautelam,⁊ vel maxime, vel saltem pre-
stita cautiõe absolui, post quam absolutionem huiusmodi
simpliciter petijt,⁊ petit.Pro quo allegasse sufficiat.c.cum
contingat.de offi.delega.c.ad reprimendam.de offic. ordi.
c.solet.c.venerabilis.de senten. excommuni. in. vj. cum ijs
que leguntur ⁊ not.in iuribus huiusmodi:per gloss. ⁊ do-
cto.⁊ signanter in.d.c.solet.⁊.c.venerabili. versicu. sed si ex
causa,⁊c.nisi forte mihi opponatur,ꝙ hec procedant in or
dinario,non autem in delegato,qui non videtur posse ab-
soluere ad cautelam.Sed istud non obstat: Tum quia opi
nio communis est in contrarium; tum ⁊ quia concessa est
eidem domi.iudici,⁊ commissario,specialis facultas absol
uendi simpliciter,vel ad cautelam.Etiam non obstat, si for
te opponatur de dicto.c. venerabili.§. similiter.in quo vi-
detur poni aliquid specialitatis, eo casu quo petitur abso-
lutio a sententia excõmunicationis lata post diffinitiuam:
⁊ sic secus esse videtur, quando lata est post interloquuto-
riam.Quoniam respõdeo ꝙ ille.§.procedit eo casu quo pe-
titur absolutio,etiã anteꝙ superior cognoscere inceperit
de veritate cause appellationis, ⁊ sic etiam ante inibitio-
nem:sec hic non est eo modo petita absolutio, nec petitur,
sed longe postquam cepit cognosci de veritate cause appel
tionis, ⁊ de qua apparet, ⁊ post inhibitiones:non sumus
ergo in casu illius.§.similiter:sed in casu dicti.§.sed si ex
causa. Et sic non video quod idem dominus commissa
rius ac iudex, non possit huic domino simpliciter petenti-
impartiri beneficium absolutionis.Non autem puto eum
vim facere in capitu.non solum.§.j.de appella.in.vj.vbi di
citur ꝙ attentata per appellationem a grauamine non re-
uocantur,⁊c.Quoniam respondeo,ꝙ quidquid sit de alijs
attẽtatis post appellationem ante diffinitiuam sentẽtiam
interpositam, hoc certum est, ꝙ si post illam, ex causa legi
tima, vel probabili interiectam, fuerit appellans excom-
municatus:ipse potest ab excommunicatione, ad cautelã
absolui:dicto.§.sed si ex causa.qui nõ distinguit an excom-
municatio huiusmodi fuerit lata post, vel ante inhibitio-
nem: ergo nec nos distinguere debemus. l. de pretio.cum
suis similibus. ff. de public. Et hoc vel maxime, vel sal-
tem procedit, vbi petitur absolutio cum cautione: nam
tunc impendẽda est absolutio ante omnem probationem:
vt not. Panor.in dicto capitu.cum contingat. pro quo al
legat dictum capitu.solet.⁊ capitu.venerabilibus. Et hoc
iterum maxime,vbi ex aduerso non opponitur excommu-
nicationem non esse latam propter manifestam offensam,
prout nec hic opponitur: ⁊ si opponeretur, apparet de cõ-
trario per acta cause huius:⁊ quod ex causa,⁊ causis legiti-
mis fuit appellatum:non enim tenebatur ipse domi.Pa-
rade respondere libello contra eum oblato, cum non so-
lum non potuerit deputari procutator in hac causa, ⁊ hoc
tam ex iure cõmuni,quam etiam ex forma literarum apo-
stolicarum,prout, authore domino,data maiori opportu-
nitate alias latius ostẽdetur. Sed nec alias constat de mã-
dato egregij viri domini Jacobi Roardi:quia attenta im-
pugnatione, de qua in actis facta parte dicti domi.Pa-
rade,non erat standum illi pretenso mandati instrumento:
per iura allegata. Pro quo videri poterit Alexander de
Jmola, consilio centesimotrigesimooctauo, exordiente,
Opportune consideratis his que in themate.in primo vo-
lumine.de quo multa ponit Bart.in.l. Barbarius Phi-
ladel.vbi etiam domi. Jason May.ff.de officio pretoris.
Alexander de Jmol.in.l.prima.C.de testamentis. Et hec
duo, vtpote concernentia legitimationem personarum,
debebant discuti:priusquam cogeretur idem domi. Pa-
rade, respondere libello:quia prius debet constare de per-
sonis,quam de rebus.l.si queramus.cum suis simili. ff. de
testamen.iudex ergo,seu prefatus domin.vicarius, qui re-
seruatis exceptionibus parte dicti domi. Parade oppo-
sitis, ordinauit per eum libello responderi, peruertit or-
dinem;quod facere non potuit,nec debuit etiã cum dicta
reseruatiõe;quia sic peruertebatur iuris ordo;propter ob-
missam discussionem exceptionum preiudicialium,que de
bebant prius discuti:⁊ propter hoc habuit idem dom. Pa
rade legitimam causam appellandi,per id quod habet in.c.
exhibita.de iudi.⁊.c.in nostra.de procura.⁊ quod no.Hos.
Jo.And.⁊ doct.in.c.cum contingat.de offi.deleg. de quo
Alex.de Jmol.in.l.ille a quo.§.si de testamẽto,ff. ad Tre-
bel.de quo,authore domino,vt iam dixi,alias plenius di-
cetur.Sed cum idem do. Parade instet pro absolutione,
illa nõ videtur differenda. Et ita mihi videtur,sub corre-
ctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De rei uxor.act. ¶ Epitome. ¶ Consil.cccvij.

¶ Ali debet vidua durante anno luctus apud heredes vi
ri:apud quos ⁊ manere debet, ⁊ vt in vita mariti, aliquid
operari,si apud illos eius dos existat. V. E.



Ex Jnstrumento matrimonij dudũ con-
tracti, per ⁊ inter Amedeum Masse-
ti ex vna parte, ⁊ honestam mulierẽ Clau-
diam Arnaude tunc relictam Garnerij
Gaysseti:constat ⁊ apparet eandem Clau-
diam constituisse ⁊ assignasse in dotem, et
pro dote sui ipsius prefato Amedeo omnia,vniuersa,⁊ sin
gula eius bona mobilia, ⁊ immobilia,presentia,⁊ futura:
ac etiam quesita,res,iura,⁊ actiones,quas, ⁊ que habebat,
⁊ habere poterat, ⁊ que sibi cõpetebant, ⁊ competere pote-
rant tunc,vel in futurum; ⁊ nihilominus etiam constat, ⁊
apparet eũdem Amedeum, ipsi Claudie dedisse,⁊ donasse
in augmentum dicte eius dotis,casu quo ante eam ab hu-
manis decederet,summam decem florenorum valoris cu-
iuslibet viginti quatuor solidorum monete currentis in
contrata Uenayni. Etiã apparet ex instrumẽto huiusmo-
di,ꝙ prouidus vir Joan. Peru.in augmẽtum dotis dicte
Claudie constituit ⁊ assignauit prefato Amedeo.v.floren.
quos de suo eiusdẽ Claudie salario habuerat, ⁊ receperat.
Preterea

Preterea ex quibusdā podiciis factis, anno domini M. cccclxxxviij. & nonagesimo: constat & apparet eundē Amedeum habuisse & recepisse de & pro iuribus dicte Claudie eius vxoris, certas pecuniarum summas. Quo fit vt cum eadem Claudia existat infra annum luctus, nec habeat aliunde vnde se alere possit quam de dote, que fuit aut fuisse creditur penes dictum quondam Amedeum, & nunc penes eius heredes: debuit, & debet ipsa Claudia sumptibus predictorum heredum durante anno predicto ali & nutriri: vt voluit gloss. in. l. diuortio. in principio. ff. solu. matrimo. glo. & docto. in. l. j. §. exactio. C. de rei vxo. actio. gloss. in l. penul. ff. vt in possessio. leg. & hanc gl. sequuntur Panor. & Joan. de Anani. in. c. salubriter. de vsu. Specul. titul. qui filij sint legi. §. j. versic. sed pone. & Ange. Are. in. §. fuerat. versicu. circa tamen hoc dubitatur: vbi etiam domi. Jason Mey. instit. de acti. Fateor tū q̄ ipsa debet manere cum dictis heredibus eius liberis, & operari in domo ad eorum commodum, Non debuit igitur ab ipsa domo expelli, nec alimenta sibi subtrahi. Preterea, cum, vt audio, post mortem dicti quondā Amedei ab humanis decesserit vnus ex eius liberis, & vniuersalibus heredibus, superstitibus aliis duobus liberis, & dicta Claudia matre, ipsa sibi successit pro virili parte, hoc est pro tertia parte & quilibet ex aliis duobus liberis, pro alia tertia parte, authen. defuncto. C. ad tertul. & in corpo. vnde sumit. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubric. De questionib. ¶ Epitome. ¶ Consi. cccviij.

¶ Torquendus non est, qui per alium de se confessum furti accusatus est: & indicia quam maxime fieri potest sunt eleuanda. Uas. Filio.

1 Confessioni spontanee an standum: & quid in confesso de se & contra alium deponente.
2 Torqueri an possit qui per confessum de se accusatus est.
3 Confessionum in tormentis vel extra vtra potior.
4 Condemnari furti non debet etiam confessus, nisi de furto prius constet: nec etiam torqueri.
5 Torqueri non debet quis antequam de facto liquide constet, & ad quid detur questio seu tortura.
6 Inditia sufficientia ad torturam non sunt tremere, balbutire, colorem mutare, &c. & per duos testes inditia probanda sunt.
7 Dolum excusat causa quelibet etiam iniusta, & sine dolo periurium non incurritur.



Uiso Processu inquisitionalis cause, cepte & pendentis indecise, per & inter venerabilem virum dominum procuratorem fiscalem temporalis curie, loci de Salone ex vna parte, & honorabilem virū Bertrandum Reynardi aromatariū pretensum, delatum seu inquisitum ex alia. Dico & respondeo eundem Bertrandum non fuisse, fore, vel esse torquenduz, & propterea ipsum do. fiscalem procuratorem, fuisse, & esse per eum postulatis repellendum: Tum & in primis quia
1 † vel pretense spontanee confessioni, vel depositioni cuiusdam magistri Geniani de Ponte, non fuit nec est standuz aut fides aliqua adhibenda. l. fi. & quod. ibi gloss. & docto. C. de accusationibus. capitu. primo. & quod ibi gloss. de confes. l. prima. §. primo. & l. Diuus. §. ex quibus cau. ff. de questionibus. Est enim regula iuris quod in se, vel de se crimen confessus, de aliorum conscientia interrogari non debet: nec mirum quia est infamis famosus, vilis persona, & suspecta: vnde ei non creditur. dicta. l. finali. Et quamuis hoc dictum fallat in casibus de quibus per gloss. in dicta. l. finali. Est tamen regulariter, prout ibi senserunt gloss. Cynus, Bartolus, & Albericus, & vt dicit Alberic. in dicta. l. finali. post Gabrielem de Oseletis, in suo tractatu de fama. §. proxime. supra. versicu. subiicio etiam aliam questionem, &c. in hanc partem videtur inclinare gl. Azo. & Hugoli. in. l. prima. C. si quis alter. ff. de questionibus. vbi dicit gloss. super verbo, peruenires, non vt aliis preiudicares loquens de iudice. idem voluit gloss. In. l. si filium. C. de liberali causa. idem Gandi. in tractatu maleficiorum sub rubrica, de questio. & torment. ver si. nūc autem restat formare, circa hunc tractatum, bonas questiones: vbi querens nunquid stetur dicto & depositioni hominis de se confessi, & alium inculpantis, dicit & concludit veram esse opinionem Azonis, quod socius non facit indicium contra pretensam formam, nisi in certis casibus specialibus enumeratis per glossam in dicta. l. finali. C. de accusationibus. Quinimo etiam ibi concludit Gandi. quod in illis casibus specialibus, si non precedant alia indicia, non creditur pretenso socio: & istam sententiam tenet etiam Guido de Suza. in suo tractatu maleficiorum, sub rubrica, qualiter rei subiiciantur tormentis. Et concludunt ambo
2 doctores prefati, quod † si persona nominata, vel inculpata per eum, qui de se confessus est, esset male conditionis, & fame: non tamen propter talem nominationem poterit subiici tormentis, aut torqueri, exceptis casibus exceptuatis: et nimirum quia vt post Gabrielem de Osele. dicit Albericus in dicta. l. finali in aliis casibus de se confessus nullum facit indicium contra alium: et ita fuit de mente Odofredi in suo tractatu de questionibus. qui positus est in Gandino, sub rubrica de questionibus, & tormentis. versiculo, nunc restat formare, &c. idem voluit Baldus consilio. lxxxij. exordiente, Regula iuris est. in tertia parte post Specu. titulo de inquisitione. §. primo. versiculo, sed scias. quo fit, vt cum casus presens de numero exceptorum non existat, non debuerit, nec debeat eidem magistro Germano de se confesso, credi in preiudicium dicti Bertrādi Raynardi. Fateor tamē quod Bar. in. d. l. repeti. §. primo. ff. de questio. & Salicetus in allegata. l. finali. C. de accusationibus, videntur aliter intellexisse materiam dicte. l. finalis & sue glosse. dicit enim Salicetus in dicta. l. finali, qualitatem personarum, & delictorum esse ponderandā, & omissis his que ibi ponit de hominibus seruilis cōditionis, dicit, quod si persona accusata, vel inquisita est libere conditionis, & non vilis: tunc in criminibus que sine sociis regulariter non committūtur, credit de se confessum posse interrogari de sociis, vt eis purgetur prouincia. argumento. l. congruit. ff. de officio presidis. prout ipse inibi prosequitur. In criminibus vero que sine sociis committi possunt, si commissa dicantur contra communem salutem omnium, etiam potest quis interrogari de sociis. l. finali. C. de malefi. & mathema. alias autem vbi premissa cessent non debet quis de se cōfessus interrogari de aliis. dicta. l. finali, & l. repeti. §. primo, superius allegatis. Et si interrogatus extiterit, & aliū inculpauerit: inculpatio huiusmodi presumptionem non facit: vt voluit idem Salic. in. d. l. fi. vers. sed tunc oppono, q̄ nec presumptionem. post Cyn. ibi, & hoc vt freni temperies iudicibus imponatur. d. l. j. §. diuus Antoninus. & vt dicit Salic. vbi supra, minus creditur tali de se confesso, si sponte, & non interrogatus, alium inculpauerit: est enim inculpatio, seu nominatio huiusmodi legi suspecta, rationibus allegatis in. d. l. fin. C. de accusat. Sic & alias dici solet, q̄ testis sponte se offerens, est suspectus. l. post legatum. §. his vero. & quod ibi glossa. ff. de his quib. vt indig. Bartolus vero aliter loquutus est in. d. l. repeti. §. j. prout ibi videri potest. Sed presupposito, q̄ doctrine huiusmodi, aut earum altera vere existerent, & quod propterea recedi deberet a glossa ordinaria, & a doctoribus, de quibus supra contra doctrinam Jacobi Butrig. in. l. prima. C. qui pro sua iurisdictione iudic. dare dari ve pos. Joan. de Imola in. c. cum contingat. de iureiurando. Baldus in. l. hereditas. C. depositi. & in. l. precibus. C. de impub. & aliis substitut. Antonius de Butrio in. c. j. in principio. C. de legat. Et tam Baldus & Joan. de Imola quam plurimi aliorum in diuersis locis: ille tamen non obessent dicto Bertrando Reynardi. Et quidem nō doctrina Salic. quinimo faceret pro eo, cum possit quis faciliter, & sine sociis furtum committere, & pecunias alienas furtiue surripere: & hoc non habet dubium, & ita quotidie fieri audimus. Non etiam noceret, vel obesset doctrina Bart. quia esto citra preiudicium veritatis, quod secundum eum potuisset idem Germanus de se confessus, interrogari de aliis: vel ipse de aliis interrogatus illos nominare, non tamen fuit, vel est eius dicto, seu nominationi
3 fides adhibenda. Tum † quia licet magis credatur sponte de se confesso, quatenus confessio huiusmodi concernit preiudicium confitentis, quam confesso in tormentis: minus tamen creditur spontanee confessioni: quatenus concernit preiudicium inculpati, q̄ confessioni facte in tormētis: vt voluit Baldus in dicto consilio. lxxxi. & Bartolus in. d. l. j. §. questioni. ff. de questio. quinimo dicit Albericus in. d. l. finali. post Gabrielem de Osele. vbi supra, quod in

casibus in quibus potest quis de alijs interrogari, eius cō-
fessio nihil valet, nisi sit facta in tormentis: sic enim vi-
dentur asserere. l. prouinciarum. C. de ferijs. ⁊ l. prima. C.
de falsa moneta. ⁊ idem videtur in alijs casibus, in quibus
cōceditur interrogatio, cum sit eadē ratio vulgata. l. illud.
cum suis similibus. ff. ad legem Aquiliam. Nam cum tur-
pes ⁊ notate persone in testimonium recipiuntur, earum
dicto non creditur sine tormentis. l. ob carmen. §. si ea rei
condictio. C. de testibus. Et si dicatur, quod. §. ille loquat̃
in infamia iuris, istud, pace salua dixerim sic dicentis, non
est verum nam ibi ponit text. exemplum de arenario, quem
constat non infamari infamia iuris, nisi demum post sen-
tentiam. l. in arenam. C. de inofficio. testamento. not. gloss.
in. l. prima. §. denique. ff. de postulan. Tum ⁊ quia dictus
magister de Ponte. non solum non in tormentis, sed etiā
non interrogatus nominauit dictum Bertrādum Ray-
nardi: propter quod, vt superius dixi, etiam ex hac causa
eius pretensa nominatio, seu inculpatio est suspecta: Tū
⁊ quia etiam in casibus in quibus permissum est de se con-
fessum interrogari, de alijs non: tamen sibi creditur nisi
subsint indicia contra inculpatū: vt post Gabriel. de Ose-
le, voluit Albe. in dicta. l. finali. ⁊ hoc etiam voluerunt vt
predixi, Gandinus ⁊ Guido de Suza. in locis superius
allegatis, que hic non precesserunt, prout infra dicetur.
Tum etiam non fuit, nec est eidem magistro de Ponte cre-
dendum quatenus in aliquo nominasset, seu etiam incul-
passet dictum Bertrandum Raynardi: pro eo, quia, vt
apparet ex eius pretensis responsionibus, ipse in multis
variauit ⁊ quod antea cum iuramento negauerat postea
affirmauit ⁊ alias multū variauit: vt colligi potest ex suis
pretensis confessionibus: ⁊ signanter ex duabus. prima
scilicet facta anno domini millesimo quingentesimosecun-
do, ⁊ die decimaquarta: mensis Septembris: insertis in
processu folio secundo ⁊ sequenti. Et ex alia, que facta pre-
tenditur anno predicto. ⁊ die vigesimaseptima: mēsis Se-
ptembris inserta tertio fo. dicti processus que, si placet, di-
ligenter ⁊ attente, prout decet bonum iudicem, non per-
functorie videantur, ⁊ sic deierauit. Quo fit vt sibi, quia
periurus est, credi non debeat: maxime in causa criminali,
⁊ que est magni preiudicij, cum nec sibi crederetur in ciuili.
capitu. testimonium. ⁊ quod ibi scribentes de testib. Pre-
terea aduertendum est, quod contra hunc Bertrandum,
vt audio virum honorabilem ⁊ honestum non est proposi-
tum vel deductum quod ipse pecunias argentas ⁊ aureas,
de quibus in dicto processu, furtiue surripuerit illi domi-
ne Garsendi seu etiam quod in pretenso furto de illis fa-
cto, interfuerit: sed quod post factum pretensum furtum
opem prebuerit, scilicet in custodiendo stabulum, in dicto
processu mentionatum: ⁊ quod pecunie fuerint in eius
domo deposite. Preterea aduertendum est non constare
ex actis cause huius, quod ille pretense pecunie auree, ⁊
argentee, subtracte, seu furtiue ablate extiterint dicte
domine Garsendi, nisi quatenus ille magister Germanus
hoc se fecisse dicitur confessus: ⁊ si vel in tormentis, vel in
medio tormentorum hoc fecerit, viderit dominus iudex ⁊
4 alij domi. officiariū: vnum tamen superest, quod non † ali-
ter constito, pecunias predictas fuisse subtractas, non de-
beret etiam ipse magister Germanus, qui confessus est,
condemnari, per id quod habetur in. l. prima. §. illud. ⁊
quod ibi Bartolus. ff. ad Syllanianum. ⁊ quod not. Bal-
dus in authentica sed nouo iure. versiculo sed pone quod
quis confitetur se fecisse plura furta, ⁊c. C. de seruis fugi-
tiuis. ⁊ Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum.
super verbo, ⁊ vescendum. versiculo quid si quis confitea-
tur se plura furta, ⁊c. vbi etiam Angelus loquendo iudi-
ci, dicit ⁊ sic tu iudex sis bene cautus, ne damnes animam
⁊ corpus tuum, quando fur confitetur coram te maria, ⁊
montes, ⁊ plura commisisse quod velis dicta furta hic, ⁊
alibi commissa, verificari vt in destinando nuntium ad
habendum informationem pro veritate, ⁊ in reperiendo
furta, ⁊c. prout ibi: ⁊ dicit idem Angelus in dicto tracta-
tu, super verbo, fama publica in materia torture: versicu.
duodecimo tu iudex sis bene cautus, ne aliquem ad tor-
turam pro maleficio ponas, priusquam constet curie
tue id maleficium fuisse commissum: vnde inquit, si
furtum dicitur factum, facias in bastardello tuo per di-
ligētem inquisitionem querelam, ⁊ testes, ⁊ missionem
tui officialis vbi fuerit commissum ⁊ describi, ⁊ poni per
tuum notarium ⁊ sic de homicidio, ꝙ mittas officialem ad
videndum mortuum, ⁊ vulneratum ⁊ vulnera describi ⁊

hoc redigas prius in actis: alias autem, nisi facta tali
diligentia, si aliquem torqueres, pro illo maleficio pos-
ses torqueri in syndicatu: subaudio ⁊ quod iniuste fe-
cisses iuste patereris. Que si procedant ⁊ procedere pos-
sint in dicto magistro Germano, qui de se confessus est
multo fortius in prefato Bertrando. Preterea aduertat
dominus iudex ad illas pretensas duas cōfessiones, quas
supra retuli, in quarum prima dicit idem magister Germa-
nus quod ad mandatum dicte Garsendis ipse pro satisfa-
ctione, ⁊ recompensa laboris ⁊ seruitij cepit viginti quinq̧
florenos: ⁊ ad mandatum eiusdem Garsendis cepit octua-
ginta petias auri custodiendas, ⁊ expediendas liberis di-
cte Garsendis: in secunda vero dixit quod ipsa Garsen-
dis clauem capse sibi tradidit ad eos fines, vt ex pecunia in
ea existente, sibi ipsi satisfaceret: ⁊ quod claue accepta ipse
apperuit capsam, ⁊ cepit viginti quinq̧ florenos: ⁊ dein-
de ad iussum huius Garsendis tradidit eidem Gar-
sendi vnam seruietam in qua, vt dicit, erat illa aurea
pecunia, de qua confitetur, ⁊ dixit quod pecunia huius-
modi numerata fuit eidem magistro Germano, dixitque
prefata Garsendis, quod ipse pecuniam huiusmodi ca-
peret, ⁊ de ea mercātias exerceret, ⁊ alias prout ibi, quod
non confessus est iste magister Germanus pecunias pre-
dictas furtiue surripuisse. Et supposito citra preiudi-
cium veritatis, quod iste confessiones possent sumi, et
acceptari parte curie, quatenus pro ea, ⁊ contra di-
ctum magistrum Germanum faciunt, ⁊ negari, quate-
nus faciunt pro ⁊ contra curiam: hoc tamen non face-
ret contra ipsum Bertrandum, qui censetur ignorasse
illas fuisse furtiue subtractas. l. verius. ff. de proba-
tionibus. ⁊ eo maxime, quia ex processu non apparet
quod idem magister Germanus dixerit dicto Bertran-
do se pecunias huiusmodi furtiue subtraxisse, sed dicit
eas habuisse a predicta Garsendis: ⁊ sic de eius volun-
tate: nec est huic Bertrando imputandum, si illi credi-
derit: cum, vt puto, ille magister Germanus habere-
tur pro bono et honesto viro: pro quo allegasse suffi-
ciat id quod notat glossa in. l. Titio fundus. ff. de con-
ditionibus, ⁊ demonstrationibus. ⁊ post eum Baldus
in. l. iudicia. C. reiuendication. Angelus in. l. prima,
in principio. et ibi etiam dominus Baldus in lectura
antiqua. ff. de eo per quem facta. dominus Bartolus in. l.
qui fundus. §. procurator. ff. pro emptore. ⁊ in. l. non so-
lum. §. morte. versiculo, tertio principaliter. ff. de noui
operis nuntiatione. Alexander de Imola in. l. de pupil-
lo. §. si quis pretori. versiculo, ⁊ similiter voluit Barto-
lus. ff. de operis noui nuntiatione. et in. l. Celsus. ff.
de vsucapionibus. dominus Felinus in capitulo, cum
contingat. de rescriptis. ⁊ capitulo de quarta. de prescri-
ptionibus. Ex quibus apparet prefatum Bertrandum
Raynardi non fuisse, vel esse torquendū. ¶ Nec obstant
quedam pretensa indicia ex aduerso, ⁊ parte dicti domini
procuratoris fiscalis allegata: ⁊ ad quorum impugnatio-
nem, ⁊ totalem eneruationem, sufficere deberet, ⁊ debet
id quod iam dixi, scilicet quod non appareret, vel ap-
pareat de dicto pretenso furto. Propter quod non so-
lum non debet idem Bertrandus torqueri, sed nec de-
buit ipse in causam trahi, aut contra eum procedi: ⁊ ma-
xime cum etiam nulla fama de furto huiusmodi proce-
deret. Pro quo allegasse sufficiat quod notat dominus
Bartolus, totius iuris auriga, in. l. finali. ff. de questio-
nibus. Preterea dicit Baldus in. l. tertia. §. eiusdem
quoque. in additionibus. ff. de testibus. per dictam. l. pri-
5 mam. §. item illud. ff. ad Syllanianum. quod † prius debet
constare de facto liquido, antequam quis torqueatur: tortu-
ra enim fit ad liquidationem persone, hoc est, vt appareat
⁊ sciatur an talis persona, tale delictum, puta illud pre-
tensum furtum factum in domo illius, vel homicidium
commissum in personam talis viri, vel viri reperti occisi,
non ad liquidationē delicti, quia ante torturā debet de illo
constare: esset enim fatuus iudex, qui propter pretensū ho-
micidiū cōmissum in persona Petri, de cuius occisiōe non
clare appareret, torqueret, seu torquere faceret aliquē de oc-
cisione illius inculpatū. Et hic sola obiectio deberet suffice-
re egregio viro do. iudici cause huius, pro defensione dicti
Bertrādi ⁊ totali releuatione dictorū pretēsorū indiciorum
que etiam alia ratione eidem Bertrando non nocēt, Et
primo quidem non primum quod insurgere pretenditur ex
variatione responsionum: tum quia illa pretensa variatio
non refertur ad aliquam responsionum dicti Bertrandi.
Tum ⁊

Tum & quia illa pretēsa absconsio decē scutorum in Massapano potuit fieri, tam propter causam dictam in prima responsione, quam propter dictam in secunda. Preterea non apparet, quod illa decem scuta, fuerint per eundem Bertandum recepta a dicto Massapano post tempus dicti pretensi furti nec ipse Bertrandus hoc dixit, sed dixit ꝙ iam erat annus: etiam nec obstat aliud, & secundum pretensum indicium in quo est sermo de illis viginti quinque florenis, in domo eiusdem Bertrandi repertis. Tum quia non apparet ꝙ illi essent furtiui, & sic non faciunt ad factum ea que dici solent de indicio insurgente ex eo, quia res furtiua penes aliquem reperta est. Tum & quia non inquiritur contra eum, tanquam qui eos furtiue surripuerit dicte Garsendis. De hoc enim fuit inquisitum contra dictum magistrum Germanum. Quo fit vt nihil faciat ad Rhombum contra dictum Bertrandum, cui etiam reuelasse, aut dixisse non legitur idem magister Germanus, quod illos furtiue surripuisset sed ꝙ illos habuerat a dicta Garsendis. Tum & quia ipse idem Germanus pretenditur respondisse se illos reposuisse in sua ipsius capsa in domo illa existente: & cui etiam hoc dicenti non est credendum, in preiudicium dicti Bertrandi: quid enim si heredes illius Garsendis aut eius quondam viri: & dictus magister Germanus ad inuicem colluderent in perniciem dicti Bertrandi: Etiam nec obstat tertium pretensum, indicium, scilicet quod illa estate, de qua ibi fuerint in simul cōuersati dicti Bertrandus & magister Germanus. Tum quia vt puto, & ita colligitur ex actis, dictus Germanus est Medicus & prefatus Bertrandus Aromatarius, qui propterea ratione cuiusdā commercionis officiorum, seu artium potuerunt honeste conuersari. Pro eo quia verisimiliter pluries se videbant in visitando infirmos, vel in dicta, materia receptarum & confectione medicaminū, & hoc tempore pestis ibi vigentis. Tum & quia non apparet ꝙ dictus magister Romanus esset pro tempore male famatus, aut furta facere consuetus: quinimo nec de hoc, vt iā dixi, apparet nec est huic Bertrando imputandum quod die pretensi furti, & in vespere fuerit in domo illius Garsendis tunc infirme, ad quam fortasse venit pro ea visitanda: & quidquid sit, nullus pretendit ꝙ ipse Bertrandus pecuniam huiusmodi eidem Garsendi surripuerit: nec ꝙ ipse sciuerit illam furtiue absconsam in stabulo, & deinde furtiue illinc ad alium locum deportatam: non igitur concludit contra eum dictum pretensum indicium: insuper nec etiam obstat pretensum quartum indicium, tum quia de illo non constat, nec apparet: tum & quia etiam si de eo appareret, illud tamen non esset indiciū in hoc casu ponderandum: non enim mirandum est si vir honestus, & qui non apparet alias de vili actu reprehēsus, insuper vel diffamatus, & sic de facto, & inciuiliter captus & additus ad presentiā hominis de se cōfessi in aliquo alteretur, & expauescat. Tum propter repentinā, & grauem iniuriam sibi illatam in incarcerando & compeditando: Tum & propter falsum testem, talia enim non contingunt sine quodam conflictu animorum: vt dicit Boetius in primo de consolatione.
6 Tum & quia† non sufficit tremere, aut balbutire, vel etiam mutare colorem: sed opus est aliis, vt colligitur ex iis que notat Bartolus in dicta. l. finali. ff. de questionibus. qui copulatiue loquitur de voce, trepidatione, & inconstantia: quod etiam fuit de mente Baldi in. l. presbyteri. C. de episcopis & clericis. vbi voluit totum relinqui arbitrio iudicis requirendum ex aliis coniecturis: non ex solo pallore vultus vel trepidatatione: pro quo allegat. l. de minore. §. tormenta. ff. de questionibus. Preterea, vt sepissime dixi, hic deest fundamentum, quia non apparet de furto. Ad quintum pretensum indicium, dico & respondeo, quod de illo non apparet, nec sufficeret si de eo fortasse deponeret vnus testis quia indicium probandum est ad minus per duos testes: vt voluit gloss. reputata singularis in. l. finali. & quod ibi Bartolus, & doctores. C. familie erciscunde. Innocentius in capitulo sicut. de Symo. Angelus in. l. finali. in principio. ff. quod metus causa. & in authentica de testamen. imperfec. in principio. collatione octaua. Baldus in. l. cum citra. C. de iure dotium, & in l. secunda in principio. ff. de excusatione tutorum. & Alexander de Imola. consilio decimonono exordiente, In his que in themate narrata sunt, &c. in quarto volumine. & do. Iason May. in repe. l. admonendi. ff. de iureiurā. Preterea esto vt probaretur dictum pretensum indicium illud nihil faceret ad rem, vt de se patet. Ad sextum respondetur ꝙ etiam illud non obstat: pro eo quia non apparet de pretensis periuriis: quinimo nec, vt oportet, de iuramentis: & si appareret de iuramentis, non tamen ex hoc inferretur eum esse periurū, quia potuit non recordari de pretenso deposito illorum decem scutorum propter tur-
7 bationem, que excluderet eum a dolo, & a quo† & eius pena excludit, & excusat quelibet iusta causa: quinimo & iniusta. l. igitur. §. penultimo. ff. de liberali causa. notat glossa in. l. prima in fine. ff. de abigeis. & in. l. plagii. la. ii. C. ad legem Fauiam. de plagiariis. ad hoc autem quod aliquis incurrat periurium, exigitur dolus, & sine eo nō incurritur. xxii. questione. ii. §. item. opponit glossa in. c. breui. de iureiurando. doctores in capit. primo. de delict. pue. Paulus de Castro & Alexander de Imola, vbi etiam dominus Iason Maynus in. l. qui iurasse in principio. ff. de iureiurando. Alexande de Imola consilio. xcii. exordiente, Perspectis his que in themate, &c. in primo volumine. quod etiam Baldus in. l. obseruare. §. proficisci. ff. de officio proconsulis & legati. & dicit Angelus in. d. l. plagii. in vna lectura. & in. l. pretor. §. hec actio. ff. vi bonorū raptorum. ꝙ propter temeritatem excusatur quis a dolo, & sic a periurio, quod sine eo non committitur. Ad septimum respondeo ꝙ de illo non apparet, scilicet ꝙ dictus Bertrandus dicta decem scuta auri furtiue absconderit. Et ideo nihil ad rem. Nihil itaque ex aduerso inducitur seu probatur, propter quod debuerit aut debeat idem Bertrandus, imo fuit & est, tanꝗ minus ciuiliter in causam tractus, ab intitulatis absoluendus. Que dixerim sub correctiōe cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De his que in frau. cre. ¶ Epito. ¶ Cons. cccix.

¶ Que in fraudem creditorum alienata sunt reuocari debent. Vasquinus Filiolus.

1 ☞ Reuocatoria actio ex capite fraudis.
2 Fraus & simulatio duo separata & distincta an & quando sint.
3 Simulatio contractus ex quibus probetur.
4 Mercatorum domus, domus veritatis & equitatis esse debet.
5 Campsores pro aliis interuenientes non habent beneficium excussionis: & quare.
6 Maioris valentie donatio qualis in venditionibus: & an insinuanda.
7 Fraudis suspicionem interpositio persone, an & quando adaugeat.
8 Reuocatoria actione vt agi possit quid requiratur.
9 Notorium & sententia an & quando equiparentur.
10 Exceptio dilatoria, vt est exceptio excussionis, ante litem contestatam est opponenda.



Viso Processu cause cepte & aliquandiu ventilate per & inter nobilem, & honorabilem quōdam virum Petrum Rays, actorem ex vna parte, & nobilem Margaritam Basisse, relictam nobilis quondam viri Antonii Galiani reum ex alia, ac post mortem & decessum eiusdem nobilis Petri continuate per & inter Michaelem & Stephanum Rays, dicti quondam nobilis Petri filios, & vniuersales heredes seu reuerendum patrem, & virum egregium, dominum Rodericum Rays, sancte sedis apostolice prothonotarium, ac tutorem, & tutorio nomine predictorum heredum, & dictam nobilem Margaritam vna cum dubiis ex processu huiusmodi opportune elicitis, necnon etiam iurium allegationibus per spectabilem virum dominum primo scribentem pro solutione dubiorum huiusmodi dictatis, censueram labori, & vlteriori inquisitioni super solutione dubiorum huiusmodi facienda, fore persuadendum ne dicatur mihi illud Horatii, In syluam ne ligna feras. aut cum eadem dicam ex superfluo, aut si noua voluero dicere a dicto domino primo scribente occupata sunt meliora. Cui accedit quod plenitudo adiectione non indiget. capitulo, bene quidem. in principio, nonagesima sexta distinctione. & quidquid demonstrate rei adiicitur, satis demonstrare frustra est. l. i. ad finem. ff. de dote prelega. & vt dicit beatus Augustinus in. xv. de Trinitate. c. xvii

in re aperta vitanda est longitudo sermonis: & in. vij. de ci-
uitate Dei. c. primo, prope finem. non opus est multa per-
currere, cum res in apperto sit, & quia etiam ad peritissimũ
erat habendus sermo: verum vt in aliquo satisfaciam, vo-
to petentis pauca dicam, & succincte, sub correctione tamẽ
reuerẽdi patris & viri egregij domini iudicis cause huius.
¶ Et veniens ad solutionem primi quesiti, premitto, ꝙ re-
uerendus in Christo pater dominus Nimatensis Episco-
pus, pro tempore gubernator Auenionis coram quo fuit
cepta causa huiusmodi, & de cuius facultate: non dubita-
tur declarauit in prin. dicti processus: ꝙ ipse in dicta causa
procedere non intẽdebat via ordinaria, sed summarie sim-
pliciter & de plano ac sine strepitu, & figura iudicij sola fa-
cti veritate inspecta. Premitto insuper quod in processu
eiusdem cause, fuit productus libellus, seu prima petitio
parte dicti nobilis Petri inserta fo. vij. & postea bine sche
dule articulate, per modum articulorum additionalium:
quarum prima inseritur fo. lij. secunda vero fo. xciij. Dein-
de autem, & post mortem dicti nobilis Petri fuerunt pro-
ducti alij articuli exordientes, Replicando, &c. inserti fo.
ccxl. fuerunt producti & alij, sed non oportet ad propositũ
illos commemorare; veniẽdo ergo ad propositum, & respõ
dendo primo quesito, dico ꝙ licet idem quondam nobilis
Petrus in dicto eius libello, videatur conclusisse genera-
liter. & concludendo petierit in omnibus, & per omnia de
& super per eum narratis bonum & breue iustitie complemẽ
1 tum sibi ministrari, ipse tamen † propter narrationem per
eum factam in libello de multis bonis, que proposuit, & di
xit fuisse in fraudem creditorũ prefati Antonij Galiani:
& signanter ipsius Petri in dictam nobilem Margaritã
per eundem Galiani alienata: ipse Petrus censetur intẽ
tasse reuocatoriam actionem ex capite fraudis: per id quod
not. Barto. in. l. Gallus. §. quidam recte. versicu. adijcio ad
istud, &c. ff. de liber. & posthumis vbi dicit Bartolus quod
illa actio dicitur in libello intentata, que ex verbis eius
colligi potest: & idem voluerunt ibi Joannes de Jmola,
Paulus de Castro, & Alexander de Jmola, & idem Alex.
consilio. cxvij. exordiente. Viso processu, circa principium.
in secundo volumine: qui etiam in dictis locis pro hoc al-
legat Cynum. in. l. credita. in quinta questione principali.
C. de eden. & quod notat Bartolus in. l. certi conditio. in
principio. ff. si certum petatur. in. l. prima. in principio. ff. de
eden. & in. l. si prius. in quinta oppositio. secunde partis. ff.
de operis noui nuntiatione. in dictis vero articulis exor-
dientibus, Replicando, &c. insertis. folio. ccxl. commemo-
rantur multe alienationes, facte per dictum quõdam Ga-
liani, & de quibus dicitur quod ille fuerũt simulate fictitie,
& nihilominus facte in fraudem creditorum: & in quorum
conclusione petitur declarari alienationes huiusmodi fuis
se & esse nullas, inualidas, fraudulentas, dolosas, & simula
tas: & verisimiliter in fraudem creditorum factas, & alias
prout ibi. Et post pauca, & alias, in omnibus & ꝑ omnia iu-
stitiã, &c. Ex qua conclusione patet que actio, seu que actio
nes aut remedia intentate extiterint: & quamuis prima fa-
cie non videatur ꝙ eedem alienationes possunt simul & di-
2 ci & esse facte in fraudem creditorum, & simulate pro eo † ꝙ
simulatio, & fraus videntur esse duo separata & disiuncta
ita vt contractus possit esse verus, & non simulatus, aut
imaginarius seu apparenter factus, & nihilominus fa-
ctus in fraudem creditorum: & econtra posset contractus
esse imaginarius, fictitius, & apparenter, & non vere fa-
ctus, insuper & non factus, aut simulatus in fraudem pro
quo allegasse sufficiat quod ponit Paulus de Castro, cõ-
silio. lxxxij. exordiente. Visis ijs que superius allegãtur.
Verius est tamen quod idem pretẽsus contractus, pos-
sit, & valeat simul esse simulatus, fictitius, & imagina-
rius: & sic apparenter, & non vere factus: & nihilominus
quatenus de facto processit factus seu verius simulatus
in fraadem tertij: vt verbigratia vel fisci vel credito-
ris, vt exempli causa si quis proponens & intendens
committere aliquod maleficium, vel forte exercere artem
cambij mittendo pecuniam vltra mare, & timendo de
periculis maris emancipet filium, & secrete, apparen-
ter, & fictitie, non vere sibi donat omnia bona sua, ad
hoc vt propter apparentiam & non existentiam donatio-
nis huiusmodi excludatur fiscus aut creditores: dona-
tio huiusmodi diceretur fictitia, simulata & imagina-
ria: & actus nihil agere volẽtis: pro eo quia donans nihil
voluit filio acquiri. De qua simulatione loquitur Spe-
cula. & post eum Joan. Andr. in addit. Spec. tit. de donat.
§. j. versic. item pone aliquis. Bald. C. de reuocan. his que
in fraud. cred. super rubrica, versic. quero cum concepissem,
&c. Bart. consil. lxiiij. exord. Petrus Nycole, &c. not. Bald.
in. l. cum precibus. C. de probat. doct. in. l. iij. C. plus vale.
quod agitur. & in. l. post contractum. ff. de donat. Angelus
Aret. institut. de excep. in princ. nigri, versic. postꝙ vidi-
mus aliqua circa materiam doli, &c. esset etiam donatio hu
iusmodi fraudulenta quatenus concernit preiudicium fi-
sci vel creditorum, in quorum preiudicium seu damnum
finxit & simulauit pater se donare omnia bona filio emanci
pato: quamuis revera nihil donare intenderet: sed illa bo
na remanere sua: & quod hec possint simul concurrere ap-
paret ad oculum, & ita etiam declarat Paul. de Castro in
dicto consilio. lxxxij. non fuit igitur nec est absuredum, ꝙ
in dictis articulis replicando, &c. propositum extiterit ꝙ
alienationes, de quibus ibi fuerunt simulate, & fraudulen-
te: quia vtrũq; potuit cõcurrere, illas sc; fuisse fictas, simu-
latas, & apparenter: & nihilominus, ꝙ illa facere finxerit, &
simulauerit dictus quõdam Galiani in fraudem suorum
creditorum (in frandem quidem) causis & rationibus per
dictum dominum primum scribentem allegatis, & de qui-
bus aliquid infra dicetur, & simulate pro eo quia non ob-
stante datione, seu dationibus in solutum factis per di-
ctum Antonium prefate Margarite, idem Galiani post
illas, & ex longo interuallo sub presentia eiusdem Marga-
rite & ea consentiente dedit & assignauit aliqua in solutum
nobili Juliano de Perusijs, & fratribus de bonis antea
datis, & assignatis in solutum prefate Margarite, bona
scilicet existẽtia in territorijs Curtedonis Jũqueriarum,
& de insula: quedam vero etiam de assignatis, vendidit
quibusdam alijs, sub presentia eiusdem Margarite. Et
hoc quidem non vt bona prediete Margarite, sed vt bona
sui ipsius Antonij: per que videtur probari simulatio di-
ctarum assignationum factarum ipsi Margarite. Simu-
3 latio enim † contractus non solum probatur a priori, sed
etiam a posteriori, vel ab vtroq; simul iunctis: vt voluit
Baldus in. l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. et
Angelus consilio decimoseptimo. Et ponit exemplum
Baldus, in quo probatur simulatio a posteriori, quando
scilicet quis confessus est sic se habere veritatem, vel vt di-
cit Vitalis de Cabanis in suis clausulis sub rubrica ex
quibus causis possess. &c. versiculo, aut possessio, &c. cum
scilicet ille qui vendidit, vel donauit patiente emptore, vel
donatario, et eo sciente se dominum semper vocauit, vel
etiam vt voluit Baldus & doctores in. l. sicut. §. superua-
cuum. ff. quibus modis pignus vel hypotheca soluitur.
Bartolus & doctores in dicta. l. post contractum. ff. de do-
nationibus. si post venditionem, aut donationem reman-
serit venditor, vel donator in possessione rei vendite, vel
donate: & hoc dico quatenus venditio, vel donatio con-
cernunt preiudicium non venditoris, vel donatoris, sed
tertij, vtpote fisci, aut creditoris: & hoc volunt doctores
in multis locis tam scribendo, quam consulendo. ¶ Ad
secundum respondeo breuiter, vt iam responsum est, scili-
cet quod regulariter exigatur fraudis consilium in alie-
nante, & in recipiente. l. fraudis interpretatio. & quod ibi
glossa. ff. de regulis iuris. fallit autem in eo in quem bona
transiata pretenduntur. ¶ Ad tertium respondeo, vt re-
sponsum est quod ex coniecturis allegatis probatur consi-
lium fraudis in alienante. Probatur etiam ex eo, quod
post factam alienationem remansit venditor vel do-
nator in possessione rei vendite vel donate: dicta. l. sicut.
§. superuacuum. predictas & multas alias, quas non re-
peto, ponit Jannes Bertachinus in suo dictionario,
in verbo, fraus. ¶ Ad quartum etiam adhereo iam facte
responsioni, scilicet quod alienationes, quas fecisse dici-
tur dictus quondã Antonius Galiani in prefatam Mar-
garitam, eius tunc vxorem: fuerunt fraudulente, et ta-
les sufficienter probate: pro cuius confirmatione premit-
to imprimis quod anno Domini millesimo quadringen-
tesimo nonagesimo, & die duodecima mensis Octobris,
idem Galiani permutauit, & permutationis titulo tra-
didit prefate Margarite locum, in quo edificare molen-
dinum inceperat vna cum multis terris illi contiguis, et
sitis in territorio Pontisforgie, pro quadam vinea dua-
rum eminatarum, sita in territorio Auenionis, prout
constat in instrumento sumpto, et recepto, anno et die
predictis, & inserto. fo. ccxcvij. Preterea idem Antonius,

anno Domini, M.cccc.xcj. & die. xiiij. mensis Martij, de-
dit, & in solutum pretense dotis duorum millium & ccccc.
florenorum, donauit eidem Margarite, tria hospitia sita
in ciuitate Auenionis, ac certos census, & nihilominus
multa & varia bona immobilia sita in territorijs Aueniο-
nis, & insule, & que latius designãtur in publico instrumen
to super datione huiusmodi confecto, & inserto fol. cclij. &
insuper eodem anno & die vicesimatertia mensis Augu-
sti prefatus Galiani dedit, & assignauit in solutum prefa-
te Margarite quandam annuam pensionem triginta scu-
torum, in instrumento super hoc confecto latius designa-
tam, & nomen seu debitum sexcentorum sexaginta sex flo-
renorum, & octo grossorum in quibus eidem Galiani tene
batur Jmbertus Caponi, de Burgo in bressia dedit in-
quam pro sexcentis & viginti duobus scutis, per dictam
Margaretam eius vxorem, vt pretendebat, pro eo solu-
tis nobilis Luce Cambi de Auenione, vt constant instru
mento inserto fo. cclxxxij. Quanuis nec in dicta pretensa
solutione facta per Margaritam, cui etiam non credere-
tur: dictum extiterit eam soluisse de proprijs sui ipsius pe-
cunijs nec de hoc aliter appareat. Preter has probitates
anno mense & die proxime dictis, idem Galiani, dedit &
assignauit eidem Margarite bona mobilia, & quedam pre
tiosa designata in instrumento dationis huiusmodi: & hoc
in pretensum solutum scutorum ducentorum, per ipsam,
vt pretendebat, pro eodem Antonio solutorũ, quibusdam
Petro, & Franquino Cathelanis, prout de datione con-
stat in instrumento inserto fo. cclxxxix. Quanuis nec de di
cto pretenso debito dictorum Peyratorum, nec q illis sa
tisfactum extiterit, de pecunia predicte Margarite, fuerit
aliqua facta fides. Preterea anno predicto, & die. xv. dicti
mẽsis Martij, & sic in crastinum assignationis supra proxi
me mentionate: idem Galiani donauit, & remisit donatio-
ne pura, &c. Egidio Garnerij, bona alias sibi per eundem
donata, & que constat valere duobus mille & centum flore-
nos: de qua remissione apparet per instrumentum inser-
tum, fo. cccxxxvij. Et eisdem anno, mense, & die, confessus
fuit habuisse a prefata Margarita, cũ per dictum Egi-
dium illis eisdem anno, mense, die, & incontinenti: quia in
eodem loco, & suo presentia eorundem notarij, & testium, &
de consensu ipsius Antonij, fuerunt dicta bona donata,
& centum & viginti florenis, quos sibi reseruauerat de quo-
rum tamẽ numeratione, non apparuit, nec apparet prout
de premissis constat duobus instrumentis insertis, primo
scilicet, inserto fo. cccxlij. & alio inserto fol. cccxlix. Dictus
etiam Antonius anno predicto, nonagesimo primo, & die
secunda mensis Junij, dedit, & assignauit prefate Marga-
rite eius vxori, & in solutum dicte eius pretense dotis, pro
qua iam per aliam assignationem supra mentionatam sa-
tisfecerat, duas domos, sitas, in Auenione: &, vt ita dixe-
rim, abissum bonorum immobilium sitorum in territorijs
Curtedonis, & de insula, prout constat alio instrumento
inserto fo. cclxv. Et postremo, anno Domini, M.cccc.xciij.
& die. xxviij. mẽsis Januarij, idem Antonius ne quid pro-
bitati deesset, dedit, & assignauit prefate Margarite eius
vxori, & insolutum dicte eius pretense dotis sic, & iam to-
tiens solute, duas domos, sitas in Auenione ac tres vi-
neas sitas in territorio Auenionis, certos census & debi-
tum ducentorum florenorum, in instrumento huiuscemo-
di assignationis latius mentionatos, inserto in secundo
processu fo. xij. Sic ac taliter, & alias per assignationes hu
iusmodi factas, predicte Margarite, eius vxori egit idem
Antonius, sciẽs se plurium debitorem, & in maximis sum
mis, & signanter dicti nobilis Petri, & aliorum plurium, si
tamen vere sunt ille pretense cambiorum litere, parte dicte
Margarite in hac causa producte, & quibus in preiudiciũ
ipsius, vt creditur, q eidem Antonio nihil remanserit, pre
ter illam laudabilem, & pinguem supellectilem, de qua in
inuentario inserto in secundo processu, fol. xxix. nec de
alijs apparuit, quanuis fuerint obtente & publicate in
multis ecclesijs litere monitorie generales. Cum igitur
idem quondam nobilis Antonius alienauerit, non so-
lum maiorem partem bonorum suorum, aut bona me-
liora, sed & omnia bona, demptis illis paucis, & vilissi-
mis, de quibus in dicto inuentario: non video cur dubita
ri possit, quin probatum sit, & sufficienter dictas pretẽsas
assignationes & dationes in solutum fuisse, & esse fraudu-
lentas, & eundem quondam Antoniũ eas egisse consilio
fraudandi dictos eius creditores. Et vere satis & patẽter
inhoneste, & contra professionem bonorũ & verorum merca

torum, & campsorũ. dicit enim Ange. consil. cxcviij. exord.
Arnaldus Ferrerij de Barselona, &c. & consil. cccxxi. exord.
4 Creditor volens sibi solui, q † domus mercatorum debet
esse domus veritatis & equitatis: potissime cum ad eorum
5 fidem communiter decurratur. de † campsoribus vero no.
glos. in authen. de fideiusso. §. argentariorum. collatio. ij. q
ipsi pro alijs interuenientes, non habent beneficium excus
sionis. quod dicit Bal. in. l. frustra. C. de non numer. pecu.
esse menti tenendum: Dicens q huius dicti ratio sit pro-
pter precipuam fidẽ, quam homines habẽt in promissione
campsorum, & q huiusmodi pretense assignationes presu-
mantur & probentur simulate: fuit plene demonstratum: &
ostensum per dictum do. primo scribentem: non solũ qua-
tenus ille concernunt predictum Antoniũ assignantem, &
dantem in solutum: sed etiam quatenus concernunt pre-
dictam Margaritam vxorem & personam coniunctã pre-
dicti Antonij. Quibus addo q etiam supposito citra pre-
iudiciũ veritatis, q ipsa Margarita non fuisset particeps
aut conscia fraudis: quia tamen vt apparet ex instrumẽto
dationum, & assignationũ in solutũ factarũ anno predicto
M.cccc.xcj. & die. xiiij. mensis Martij, & ij. mensis Junij, &
6 anno. M.xc. & de mẽse Janua. Idẽ † Ant. dedit & donauit
predicte Margarite eius vxori tũc presenti stipulanti, &c.
maiorẽ valentiam bonorum datorũ & assignatorũ in solu-
tũ, etiãsi illa excederet dimidiã iusti pretij. Patet eosdem
Antoniũ & Margar. celebrasse & iniisse duos contractus,
vnum, scilicet, dationis in solutum, & hoc quatenus bono
rum valor concurrebat cum extimatione dicte dotis duo-
rum millium quingentorum florenorum, & aliarum dona-
tionũ, scilicet, quatenus valor bonorũ huiusmodi excede
bat valorem dicte dotis, per id quod not. Bart. in. l. si quis
cum aliter. versicu. quero, dicitur in instrumento, &c. ff. de
verbo. oblig. vbi etiam Joan. de Imo. Alexan. de Imol. &
docto. canon. in. c. cum causa. de emptio. & vendi. docto. in
l. ij. C. de rescind. vendi. & Ange. Aret. in. §. actionum. vers.
quero quid si in instrumẽto venditionis dicatur q plus
valet, &c. institut. de actio. Et adeo censeri debet fuisse ve-
ra donatio illius maioris valentie, si aliud non obstitisset:
vt si excesserit, prout, re vera, excessit valorem quingento-
rum solidorum, seu aureorum indiguerit insinuatione: vt
voluit Roma. in. l. ij. in princip. ff. de verbo. obligat. per. l.
cum hic statutus. §. penult. versic. idem respondeo. ff. de do
natio. int. vir. & vxor. & l. si quis donationis. ff. de contrah.
emptio. & vendit. quod etiam voluit Petr. de Anchara. &
Joan. de Imo. in. d. c. cum causa. ad quod faciunt not. in. l.
si quis oblique. ff. de regu. iur. & idem voluit Bal. C. de con
trahen. emptio. & vendi. super rubr. versic. duodecimo que-
ro ex eo casu, quod id quod donatum est, excederet dimi-
diam iusti pretij, quia tunc excedit terminos equitatis, et
tunc esset vera donatio totius eius, quod iustum pretium
excedit, d. l. si quis donationis. Non solum igitur censen-
tur bona predicta fuisse per dictum Antonium alienata et
translata in predictam Margaritam in solutũ dicte pre-
tense dotis: & sic titulo oneroso, sed etiam titulo donatio-
nis, & sic vero titulo lucratiuo, quatenus predicta bona ex-
cedebant in valore summam predictã duorum millium, et
quingentorum florenorum. Ex quo infertur, vt predixi, q
etiam supposito q predicta Margarita non fuisset parti-
ceps, aut conscia fraudis, prout fuisse presumitur, deberẽt
nihilominus dicte assignationes, quatenus censentur do
nationes rescindi. l. penult. C. de reuocan. his que in fraud.
credi. De quo per omnes scribentes. in. §. si quis in frau-
dem. instit. de action. quanuis in alienatis titulo oneroso
requiratur regulariter fraus vtriusque, scilicet, tam alienan
tis, quam recipientis, ad hoc vt sit locus reuocatorie actioni:
& ratio diuersitatis horum dictorum, est secundũ Pet. de
Bellapert. post Jacob. vt refert Joan. Fab. in. d. §. si quis
in fraudem. & Angel. Aret. quia non est par eisdem ratio,
debita amittere, & lucra non capere. l. fi. §. penult. C. de co-
dicil. Nec aduersus predicta prodest eidem Margarite, q
post dictas primas assignatiões sibi factas fuerint aliqua
de bonis sibi donatis, data & assignata nobilibus Julia-
no Perusij, & fratribus, aliqua vero vendita quibusdam
alijs. Et quidem vna domus nobili Maffredo Perpail-
le, vt cõstat instrumento sumpto anno Dñi M. cccc.lxcij.
& die. iiij. mensis Decembris, inserto fol. cccc.lxxxvij. & alia
illis de Borio, anno, scilicet, Domini M.cccc.xciij. et die
ix. mensis Januarij, constante instrumento inserto folio
cccc.xcv. Quoniam respõdeo q aut tempore assignationũ
& venditionum huiusmodi, idem Galiani adhuc posside-

bat bona huiusmodi dictis nobilibus de Perusijs in solutū assignata, ⁊ dictis de Borio, ⁊ Perpallie vendita, aut iam ea transtulerat in dictam Margaritam, si adhuc possidebat: cum assignatio ⁊ venditiones huiusmodi facte extiterint, ex satis grandi interuallo post assignationes de predictis ⁊ alijs plurimis bonis factas eidem Margarite, presumuntur assignationes huiusmodi fuisse simulate, quatenus concernebant preiudicium dictorum creditorū: d.l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hipo. soluitur. no. Bart. ⁊ doct. in d.l. post contractum. ff. de dona. Bar. consi. lxxxiiij. exord. Martinus de Lagnicio. Bald. in.l. illud. C. de sacrosanc. eccle. ⁊ in.l.j. C. de don. ante nup. Pau. de Cast. consil. vij. versi. super quarto, ⁊c. Francis. de Are. consil. lxv. exordiente, In presenti consultatione que est dificilis, ⁊c. Andr. Barba. consi. xxvij. exordiente, scripsit doctissimus apud grecos summe philosophie princeps Plato, ⁊c. versi. ⁊ si dicatur est ne substitut⁹, ⁊c. Vital. de Caba. in suis clausulis sub rub. ex qui. cau. possit simula. presu. ⁊ tā ipse, ꝙ alij in alijs plurimis locis. Et hoc maxime procederet in hoc casu attenta coniunctione personarum, propterquam facile presumitur fraus: vt etiam scripsit prefatus do. scribens. Si vero bona huiusmodi iam extiterant translata in dictam Margaritam, dicendum videtur alterum duorum, aut ꝙ adhuc presumantur dicte assignationes simulate, pro eo quia assignatio, ⁊ venditiones supra mentionate, ⁊ facte post assignationes factas dicte Margarite fuerunt facte, tanquam de bonis ipsius Antonij pretendentis, ⁊ asserentis sub presentia eiusdem Margarite illa bona esse sua, aut ꝙ huiuscemodi bona assignata, ⁊ vendita, censeantur per eandem Margaritam, alienata in dictos nobiles de Perusijs Parpallie, ⁊ de Borio; quia quanuis ille cui sub presentia mei consentientis donatur, vel venditur, res mea habeat titulum a venditore aut donatore: nō habet tamē ab illo dominium, vtpote qui dominus nō erat, sed habet dominium huiusmodi a me: ⁊ sic quanuis ille vendat, vel donet, ego tamen sum ille qui alieno, vt eleganter voluit Bald. in.l.ij. C. si aduersus dona. vbi est bonus text. dicta igitur Margarita censeri deberet predicta bona alienasse. Quo casu est quod ei imputetur, vt etiam scriptum est. ¶ Ceterū quoad impugnationem aliarum assignationum factarum per dictū Antonium dicte Margarite vxori pro illis pretensis summis per eam solutis, multa ⁊ eleganter scripta sunt quibus adhereo: multa etiam scripta sunt ad impugnationem illius remissionis, seu simulate donationis, quam fecisse legitur prefatus Antonius Egidio Garnerij, ⁊ de qua supra, dixi. Quibus addo † ꝙ cum ilico, post factam
7 remissionem, seu donationem predictam prefato Egidio, donauerit idem Egidius, predicte Margarite bona sibi remissa, ⁊ adaucta: est presumptio fraudis propter interpositionem persone, vt etiam fraus presumatur, vbi alias non presumeretur: per id quod post Jac. de Are. no. Cyn. j.l.ij. C. de repudian. heredi. in distinctione ibi relata, ⁊ arg. l. penul. C. de ijs que vi metusue cau. fi.l. Pupillus. §. sed si per interpositam. ff. de authori. tuto. ⁊ l. si is qui. ff. de acqui. heredi. Ex vicinitate enim actus, scilicet remissionis facte predicto Egidio, ⁊ donationis subsequute, ⁊ facte ilico per dictum Egidium, prefate Margarite, presumitur ita ab initio actum inter eos, scilicet ꝙ idē Antonius remitteret ipsi Egidio, ⁊ ꝙ idem Egidius statim, ⁊ in eadem pelle dicta bona donaret prefate Margarite, argu. l. sed Julianus. §. sed ⁊ si ab initio. ff. ad Macedo. ⁊ l. si ventri. §. fi. ff. de priuile. credi. ⁊ quod no. Bart. in.l. fi. §. ⁊ si prefatam. ad fi. C. de iu. delibe. ¶ Ad quintum, dico ⁊ respon
8 deo, prout iam vere responsum est, ꝙ † licet ante ꝙ agi possit reuocatoria opus sit regulariter, ꝙ principalis debitor condemnetur hoc tamē fallit in multis casibus, quos plene enumerat do. Jason. May. in d. §. item si quis in hominem inter quos est etiam ille, quādo scilicet principalis debitor est notorie non soluendo illo enim casu non est opus condemnatione principalis debitoris, nec suorum bonorum excussione, vt iam allegatum est. Pro quo facit quia ars ⁊ natura nihil frustra operantur. l. qui bis idem. ff. de verbor. obligat. Et quia frustratorijs cautionibus non est vtendum. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procuratoribus. ⁊ l. hec stipulatio. §. diu⁹. ff. vt leg. nomi. caue. ⁊ quia inanis est actio ⁊ consequenter excussio quam inopia excludit debitoris. l. nam is. ff. de dolo. ⁊ quod not. glo. in.l. si
9 debitum. C. quan. fisc. vel priua. Insuper † quia quoad aliquid declarandum notorium ⁊ sententia equiparantur, l. emptorē in prin. ⁊ quod ibi Bart. ff. de actio. empt. ⁊ quod no. Petr. Barto. ⁊ multi alij in.l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. ⁊ do. Jason May. in.l. fi. in prin. ff. si cer. peta. Et ꝙ isto casu nō sit opus excusatiōe, voluit Bal. cōsi. clxx. exor. Ad intelligentiā huius materie vers. illud. ⁊ circa predicta, ⁊c. in tertia parte ⁊ Fran. de Are. cōsil. xxix. exor. Diligenter ⁊ mature. versi. porro si notoriū est. Cū igitur tā ex deductis parte dicte Margarite, ⁊ parte dictorū nobilium Joannis ⁊ Stephani acceptatis, ꝙ etiam ex probatis, in actis cause huius appareat predictum Antonium Galiani, fuisse notorie non soluendo, non fuit opus executione,
10 quinimo nec sententia. Preterea exceptio † discussionis, est exceptio ordinis: ⁊ quidē nō eiusdem cause ad se ipsam, sed vnius cause ad aliam, que propterea vtpote dilatoria exceptio opponi debuit ante litem contestatam: vt etiam vltra iam allegata voluit Joan. de Jmo. consil. xxxij. exordiente, In causa exequutionis mote contra Bartholomeum, ⁊c. in quarta parte. ⁊ Andr. Barba. consilio. xxviij. exordien. Scripsit bellissime gētium predicator Paulus. in prima parte. Quo fit vt eum ante litem contestatam in causa huiusmodi exceptio predicta opposita non extiterit, postea opponi non potuerit. Preterea dicit do. Jason May. in d. §. item si quis in fraudē. versic. ⁊ ex ista ratione ꝙ de iure canonico non est opus bonorum excussione: pro eo quia de dicto iure non sunt curandi apices iuris ciuilis. c. dilecti. cum glo. in verbo subtiliter. ad fin. de iudicijs. Ergo quemadmodum in curia mercatorum non est opus excussione, cum in ea debeat iudicari de bona equitate, nō inspectis iuris ciuilis apicibus. secundum quod no. Bar. in.l. si fideiussor. §. quedam. ff. manda. ⁊ in.l. Quintus Mutius. eod. tit. ⁊ Bald. in.l. si pro ca. C. manda. ergo nec de iure canonico erit opus excussione: quia excussio est de iuris apicibus. vt voluit Bal. in.l. si mancipium. §.j. in appostillis. ff. de euictio. post glos. ibi. in verbo esset, alio tamen casu loquentem. Et ita refert Bal. in illis appostillis. Ange. Are. in d. §. item si quis in fraudem. versicu. quero statuto cauetur. Et cum ista causa agatur in terris ecclesie, ⁊ sic in ea seruari debeant iura canonica. c. venientes, cum suis similib. de iureiuran. ⁊ quod not. legiste in.l. priuilegia. C. de sacros. eccle. agatur etiā coram indice ecclesiastico, ⁊ qui ex forma mādati procedere potest sola facti veritate inspecta: nō videtur fuisse opus excussione, que tamen, vt iam dixi, ⁊ plenius scriptum extiterit per dictum do. primū scribentem sufficienter facta fuit. ¶ Ad sextum ⁊ septimum fuit plene responsum. Et ideo super illis non insisto. Que dixerim omnia, ⁊c.

¶ Rubri. De collation. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccx.

¶ Filia nupta, que patri intestato cum fratribus vult (vt par est) succedere, dotem iam ante habitam tenetur conferre. V. F.



Jn casu mihi misso parte honeste mulieris Charlote de Fonte, filie quondam naturalis ⁊ legitime Antonij de Fonte: ab intestato, vt ponitur in facto huiusmodi vita functi: Dico et respondeo, ꝙ si eidē Antonio intestato superfuerint quatuor liberi, scilicet, duo filij, ⁊ due filie. Jlli omnes eidem Antonio equis portionibus, quilibet, scilicet, pro quarta parte successerunt. auth. de heredi. ab intestato. §.j. colla. ix. ⁊ transumptiue in authen. in successione. C. de legiti. liber. Est tamen verum ꝙ si dicte filie fuerunt dotate: ille debent conferre dotes suas iuxta formam que habetur in. l. si pater. l. filie dotem. ⁊ l. dotis. cum suis similib. C. de colla. ⁊ consulo ꝙ parte dicte Charlote fiat libellus, ⁊ offeratur collatio dicte dotis, vel alias securitas de iure requisita: quia non est equū ꝙ fratres soluant partē dotis, ⁊ ꝙ nihilominus dicta Charlota habeat quartā partē omnium bonorū: quem libellum facere nō possum: pro eo quia non sum ad plenum informatus de dote pro dicta Charlota, per dictum Antonium constituta: nec si aliquid, ⁊ quantum fuerit de dote huiusmodi solutum, et per quē, que omnia essent necessaria ad cōfectionem libelli.

¶ Rubr. De senten. pas. ¶ Epitome. ¶ Consiliū. cccxi.

¶ Sententia in criminalibus, que contra nō citatos, nec per

per procuratores legitime comparentes, lata est, est reuocanda. V. F.



ISO Criminali processu facto ⁊ formato, coram tūc eminenti regio consilio, contra ⁊ aduersus nobiles Honoratum Blacassij, condomino de Alpibus, Gauffridum de Castellana, domini Castri veteris, ⁊ nobilem Antonium de Ponteues, domini Sillanis, ⁊ nunc per appellationem pendentē corā insigni, ⁊ eminentissima regie prouincie parlamenti curia, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte, ⁊ sub correctione eiusdem insignis curie, dictum processum signanter a tempore litis contestate, corā eodē pro tēpore eminenti consi. factū fuisse, ⁊ esse nullū vtpote factū non quidem cū prefatis nobilibus Blacassij de Castella. ⁊ de Ponteues, pretēsis delatis, ⁊ inculpatis: quāuis, vt creditur, minus debite de vi publica ⁊ alijs pretensis criminib⁹ ⁊ delictis, vel atrocioribus, vel eque grauibus: sed cū quibusdā alijs ⁊ maxime cū egregijs viris, dominis Joāne Coriolis, ⁊ Ludouico Benedicti pretensis eorum procuratoribus: de quorum tamen mandato, saltem in forma opportuna, attenta grauitate dictorum pretensorum criminum, non apparet. Et supposito, citra preiudicium ve-
1 ritatis, † ꝙ de mandato huiusmodi sufficienter appareret: dictus tamen processus cum eisdem do. Coriolis, ⁊ Benedicti, vel alijs quibuscunqȝ pretensis procuratoribus predictorum nobilium, fieri non potuit. l. penul. §. ad crimen. ⁊ quod ibi Barto. versi. quero si procurator, vbi etiam Jo. de Imo. versi. secundo casu. quando interuenit procurator parte accusati. ff. de publi. iudi. quod etiam videtur fuisse de mente Cyn. in. l. quanuis. C. de adulte. Sali. in. l. absentem. versi. quero octauo quid in criminibus grauioribus, ⁊ Pet. de Ancha. in. c. j. de iudi. in. vj. Et quanuis aliqui senserint, ꝙ licet causa publici iudicij per procuratorē agi, seu tractari non possit, altera parte inuita, seu opponente: si tamen pars ipsa non opposuerit, nec petierit procuratorem repelli: valet processus cum procuratore ante illius repulsionem seu contra factam obiectionem agitatus. Bar. tamen, ⁊ post eum Joan. de Imol. in. d. l. penult. §. ad crimen. ⁊ Pet. de Ancha. in. c. j. de iudi. senserunt ꝙ processus sit nullus: ⁊ hoc secundum eos videtur bene probari in. d. §. ad crimen. vbi dicitur ꝙ ad crimen. publici iudicij frustra procurator interuenit: quod non esset si gesta cum procuratore ante illius repulsionem, vel obiectionem contra eum factam, valerent. Pro quo dicto facit quia diligentius tuetur, ⁊ defendit pars principalis per se ipsam, q̄ per aliam: huic sententie, seu dicto, nō obstat. d. l. quanuis. C. de adulte. quoniam respondeo, ꝙ in casu illius. l. ante absentiam procuratoris, fuit crimen litigatum, ⁊ in causa conclusum, ⁊ sic nō mirum, si postea potuerit pro eo interuenire procurator. Preterea dato, citra preiudicium veritatis, ꝙ dictus pretensus processus valuisset, prout valuisse, aut valere non videtur: sententia tamen per dictum tunc eminens consilium promulgata, non videretur valuisse: pro eo quia illa lata est, non opportune, vel legitime citatis prefatis Blacassij de Castellana, ⁊ de Ponteues, ⁊ nemine sententiam ferri postulante: ⁊ quidem non egregio viro domino regio procuratore, sed duntaxat eo postulante ipsos nobiles Blacassij de Castellana, ⁊ de Ponteues personaliter non comparentes, contumaces reputari. Et prefatis dominis. Coriolis, ⁊ Benedicti postulātibus appellationi parte dictorum nobilium Blacassij, ⁊ de Castellana, ⁊ de Ponteues interiecte, responderi: insuper sententia huiusmodi etiam fuit nulla: pro eo quia fuit lata non vocatis, aut legitime citatis prefatis nobilibus; qđ tam de iure fieri non potuit, quia si non precedentibus debitis citationibus non possit iudex in pecuniaria ⁊ ciuili causa procedere. l. nam ita diuus. ff. de adop. ⁊. l. de vnoquoque, cum suis simili. ⁊. ff. de re iudi, multominus hoc facere potest in criminalibus vbi maius vertitur periculum: ⁊ hoc procedit, pro eo quia non apparet ex processu, ꝙ dicti nobiles eidē eminenti regio consilio concesserint facultatem, seu licentiam procedendi in causa prementionata, ad diffinitiuam sententiam: quinimo nec alios quosuis actus eisdē legitime non citatis: nō ergo valuit predicta sententia. Pro quo allegasse sufficiat not. per Ang. Are. in suo tracta. male. super verbo. qui iudex fecit sibi dari licentiā: vbi etiam August. de Bonfran. fuit etiam eadem sententia nulla, pro eo quia lata in causa pretensi publici iudicij, absentibus dictis nobilibus Blancassij, de Castellana, ⁊ de Ponteues: quod de iure fieri non potuit. d. l. penul. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. l. absentem, in princi. cum suis similib. ff. de penis. dicta igitur sententia videtur pronuntianda ⁊ declaranda nulla, ⁊ quatenus de facto processit, reuocanda. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub. Ad senatuscon. Tertullia. ¶ Consilium. cccxij.

¶ Epitome.

¶ Mater in successione defuncti filij huius auo etiam paterno prefertur. V. F.

1 ☞ Succedunt parentes liberis salua gradus prerogatiua.
2 Donata filio vxorem ducenti hoc mortuo an ⁊ quando ad patrem reuertantur.
3 Donatio propter nuptias que proprie dicatur.



ISO Casu mihi exhibito parte honeste mulieris Joannete Serrete, iurium allegatiōibus factis per spectabilem virum dominū Ludouicum de Juncherelis, iurium professorē eximium, adhereo opinioni ⁊ sententie illius, scilicet,
1 † ꝙ in hereditaria successione Arnaudi Bernardien, ⁊ Thibaudi Bernardien quondam filij naturalis ⁊ legitimi, debeat ipsa Joanna preferri Martino Bernardien eiusdē Arnaudi auo materno. auth. defuncto. C. ad Tertullia. vbi probatur ꝙ parentes succedunt suis liberis, salua gradus prerogatiua. Cū igitur mater sit proximior filio, tanq̄ eidem attinens in primo gradu ꝙ auus nepoti, cui scilicet attinet in secūdo gradu. l. j. §. primo gradu. ⁊. §. secundo sunt grad. cum suis similib. ff. de gradi. ipsa prefertur auo remotiori. Et hoc bene probatur in. d. authen. defuncto. ⁊ clarius in corpore vnde sumitur. vbi dicit tex. proximiores in gradu admitti, siue sint paterni, siue materni. Ex quo patet ꝙ nolunt parentes simul admitti, vbi essent in diuersis gradibus, maxime cum subiciat ꝙ si sunt eiusdem gradus, pariter succedant. Et per hoc patet ꝙ q̄uis Jaco. Butr. in. d. authen. defuncto senserit, ꝙ ita demum seruetur inter parentes graduum prerogatiua, quando, scilicet, illi sunt eiusdem linee: vt verbi gratia, mater ⁊ auus maternus vel pater, ⁊ auus paternus: vt tunc mater preferatur auo materno, ⁊ pater auo paterno. Non autem quando sunt parentes diuersarum linearum, vt verbi gratia, in casu nostro, mater ⁊ auus paternus. Quo casu voluit idem Jaco. Butri. ꝙ isti simul succedāt, motus rationibus per eum allegatis. ⁊ quas recitant docto. in. d. auth. defuncto. Tamē verius est, quod predixi, videlicet, ꝙ siue parētes superstites sint eiusdē linee, siue diuersarū, proximiores in gradu succedūt liberis descedētibus: quod etiā voluit glos. ⁊ docto. communiter in. d. auth. defuncto, qui ibi responderit ad motiua. Jaco. Butr. Et hec quoad proprietatem. Quo vero ad vsumfructū bonorū dicti quondam Arnaudi, ille remanere debet penes dictum Martinum auum paternum, tam propter reseruationem factam tempore donationis facte per prefatum Martinum dicto Thibaudo eius filio, q̄ alias prout scripsit dictus do. de Juncherelis. ¶ Sed forte opponetur contra ⁊ aduersus
2 predicta, ꝙ sentētia predicta † sibi locum non vendicet in illa bonorū medietate, quam donatione propter nuptias donasse dicitur prefatus Martinus dicto quondam Thibaudo tempore contracti matrimonij, per ⁊ inter dictos Thibaudum ⁊ Joannetam Serret. pro eo quia huiusmodi bonorū medietas nunq̄ pertinuit dicto Arnaudo: sed moriente dicto quōdam Thibaudo donatario reuersa est ad patrem. l. fin. circa princip. ibi iterum in eundem reuertatur, vel stipulatione, vel lege. C. commun. vtriusqȝ iudic. iuncta. l. dos a patre profecta. ⁊ quod ibi glos. ⁊ docto. C. solu. matrim. Cum enim dos ⁊ donatio propter nuptias parificentur in. d. l. fin. ⁊ sint donationes non quidem simplices, sed ob causam, ⁊ ad quas tenetur pater pro filio et filia, ita vt pater dotans filiam, vel donans pro filio, donatione propter nuptias, non hoc facere censeatur ex mera liberalitate, ⁊ in dote hoc sit statutū ꝙ dos a patre profecta ad patrem redire debet, quod intelligit glos. ⁊ docto. communiter procedere de iure etiam si supersint liberi ex filia dotata: quanuis consuetudo de qua ibi per glossam ⁊ docto. dotem illam auferat auo, ⁊ illam donet nepotibus: idem videtur in casu de quo queritur, scilicet, ꝙ dicta medietas

dietas debuerit redire, & recursa extiterit ad dictum Martinum donatorem, non autem transmissa ad Arnaudum filium dicti Thibaudi: nec obstat huic Martino predicta consuetudo, quia illa est secundum glo. & doct. communiter contra ius & sic iuris stricti, quia secundum iuris veritatem moriente filiafamilias superstitibus patre dotante, & filiis sui ipsius filie, deberet dos a patre profecta, redire ad patrem: & sic nō videtur consuetudo huiusmodi ad hūc casum extendenda, pro eo, quia manet lex, nisi quatenus reperitur eidem legi, vel per aliam legem vel consuetudinem derogatum. l. cum dubitabatur. C. de edifi. priua. l. alumne. §. qui filias. ff. de adimen. lega. l. sancimus. C. de testa. & l. Papinianus. C. de appella. Sed iis non obstantibus (que non obstant) dico & respondeo, quod dicto quōdam Thibaudo abintestato vita functo, successit dictus Arnaudus eius filius etiam in dicta bonorum medietate. auth. de heredi. abintest. §. j. colla. ix. & transumptiue in auth. in successione. C. de suis & legit. libe. Ad predicta respondeo, quod
3 licet donatio † superius mentionata fuerit facta propter nuptias, seu nuptiarū cōtēplatione: illa tamē nō fuit vera donatio propter nuptias, illa vez de qua loquitur tex. in. l. qō nouel. C. de inof. test. in. d. l. fi. C. cōmu. vtriusq3 iud. in. l. fi. l. si liberis. & l. si cōstāte. C. de don. ante nupt. l. vt liberis. C. de coll. & in multis aliis passib9 iuris, & que cōstituitur propter causas, quas ponit Panor. in. c. fi. de dona. inter vi. & vro. quod ideo patet quia donatio propter nuptias, fit, seu constituitur, nō filio, sed nurui per socrum, vel vxori per virum, vel auum pro viro, fit etiam pro securitate dotis & est quasi pignus illius. Et quemadmodum maritus est dominus dotis, ita & mulier est domina rei concesse propter nuptias: que omnia cessarent, & cessant in casu nostro, & quod non fuerit donatio propter nuptias apparet etiam ex his que ponit Paul. de Cast. consil. cv. exord. Circa bona que fuerunt domini Uberti, &c. & idem consuluit do. Jac. de Aurel. vir profecto bene doctus, consi. exord. Factum tale est, Titius dedit & constituit, &c.

¶ Rubr. De impub. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxiij.

¶ Pupillaris tacita, comprehensa in expressa vulgari, effectum non habet, matre pupilli existente in medio. Sed si hec ante filium adhuc impuberem decesserit, substitutus admittitur. V. F.



Vidi Processum ceptum, & pendentem indecisum, per & inter honorabilem virum Philippum Gaydonis patrē ac legitimum administratorem, & procuratorem ac administratorio, & procuratorio nominibus Claudii Gaydonis ex vna parte, & honestam mulierem Catherinam relictam prouidi quondam viri Gabrielis Gaydonis: & visum est mihi, ac etiam videtur bonum esse supersedere a petitione administrationis, & regiminis rerum, & bonorum dicti quondam Gabrielis, laudo tamen & consulo, quod insistatur super hoc, vt per matronas honestas, & alias iuxta dispositionem iuris inspiciatur vēter predicte Catherine, vt sciatur an pregnās sit, & si pregnās appareat, esset bonū quod prouideretur vētri, & bonis hereditariis de curatore, & de aliquo bono & idoneo viro qui de bonis hereditariis inuētariū cōficeret, & illa regeret, gubernaret, & administraret, si vero nōdū appareat an pregnās sit, esset bonū instare, vt daretur curator bonis & qui de eis inuentariū cōficiat: & ea regat, donec certū sit eandē Catherinā pregnātē nō esse. Quo vero ad substitutionē factā de predicto Claudio, dico & respōdeo, quod licet substitutio facta de dicto Claudio fuerit vulgaris expressa concepta seu facta in vnum casum indiuiduum, scilicet si non esset eadē Catherina grauida, seu pregnans, illa tamen comprehendit tacitam pupillarem, per id quod habetur in. l. iam hoc iure, in prin. ff. de vulga. & pupil. iuncta. l. fi. C. de institu. & substitu. no. doct. in. l. precibus. C. de impube. & aliis substitu. & in. l. j. ff. de vulg. & pupil. Uerum est tamen quod si contingeret partum post natiuitatem ab humanis in pupillari etate decedere, superstite, & ei superuiuente prefata Catherina, dicta pupillaris substitutio non admitteretur contra eam, & sic non posset eo casu, idem Claudius in vim dicte pupillaris substitutionis, eidem partui succedere, matre repulsa: nisi forte hoc operarentur illa verba, que respondisse dicitur dictus quondam prefatus Gabriel cum testaretur, scilicet, quod ipsa Catherina nunquam haberet aliud in suis bonis. Super quo tamen articulo. obstante nūtii celeritate, & etiam quia sum occupatus circa alia quibus me ex debito intendere oportet, non potui plene deliberare, alias authore domino, data maiore opportunitate hoc facturus. Si vero contingeret eundem partum in pupillari etate ab humanis decedere post mortē matris: tunc proculdubio admitteretur ipse Claudius si tunc viueret in vim pupillaris substitutiōis comprehense in dicta vulgari expressa: per id quod habetur in dicta. l. iam hoc iure, in princip. ff. de vulga. & pupill. & in. d. l. fin. C. de institu. & substitu. & quod not. doct. in allegata. l. j. ff. de vulga. & pupilla. in tertio effectu vulgaris substitutionis. Et ita mihi videtur.

¶ Rubr. Quan. mul. tut. offic. fun. pos. ¶ Consi. cccxiiij.

¶ Epitome.

¶ Mater liberorum tutelam assumens nō iurat: tenetur tamen tutores liberis petere, & ad reliqua antequam conuolet ad secunda vota, sub penis iuris: nisi ipsa sit minor. xxv. annis. V. F.



Spectabilis Vir salutem in Domino: Uidi testamentum & codicillos prouidi quondam viri Joānis Coynardi, & literas vestre dominationis: ex quibus plene intellexi, in quo vertatur contentio & difficultas inter Jacometam quandam ex vna parte, & quendam ex aliis proximioribus Francesie Coynarde cuiusdā Joānis, & prefate Jacomete filie naturalis & legitime. Pro dicta Jacometa facit quod ipsa fuerit tutrix testamentaria, & sic in ea nō videtur habere locum. l. omnē. C. ad Tertul. quā ibi tenuerunt aliqui scribentes. Etiam pro ea videtur facere, quod cum matres hodie assumentes tutelam suorum liberorum non iurent. authē. sacrament. C. quando mul. tut. offic. fungi potest. & in corpore vnde sumi. non videatur ipsa Jacometa incurrisse penam priuationis hereditatis dicte quondam Francesie. per auth. de nupt. §. si autē tutelam. collat. iiij. In quo priuatur mater, que suscepta libe rorum tutela, conuolauit ad secūda vota: non prius petito prouideri liberis de tutore, ac deinde ratione reddita, et reliquis restitutis, videtur exigere quod iurauerit, & consequenter in contrauenienndo deierauerit. Sed quanuis etiā aliqui tenuerint hanc partem, comperio tamen quod in vtroque casu docto. tenent communiter contrarium, scilicet, quod etiam in matre tutrice testamentaria, que post susceptā liberorum tutelam conuolauit ad secunda vota, prius cum effectu non petito eisdem liberis de tutore prouideri, habeat locum predicta lex. Et ita not. docto. communiter in d. l. omnem. Et idem etiam tenent in alio casu, scilicet, quod quanuis mater suscipiens liberorum tutelā non iuret non conuolare ad secunda vota: si tamen postea conuolet non adimpletis illis tribus, de quibus supra dixi: & que ponūtur in. d. auth. de nupt. §. si autem tutelam. ipsa repellitur a successione liberorum in pupillari etate decedentium. d. §. si autem tutelam. Et ita not. doct. in auth. iisdem penis. §. item ea. C. de secund. nupt. & Alber. in. d. l. omnem. dicit tamen Bald. in. d. authen. iisdem penis. super verbo, ea, quod quia minor vigintiquinque annis non potest esse tutor. l. fi. cum suis similib. C. de legiti. tuto. si mater minor vigintiquinque annis de facto fuerit decreta tutrix, non habet locum pena illius auth. arg. l. fi. C. de interdic. matr. ad quod etiam facit quod not. glos. & doct. in. l. iij. C. ad Tertul. vbi volūt quod mater minor vigintiquinque annis excusetur a pena non petiti tutoris. Et plus videtur voluisse Albe. in. d. l. omnem. referendo verba eius ad text. illius. l. quod si mater minor. xxv. annis receperit tutelam, & postea conuolet ad secunda vota, non petito tutore, non incurrit penam illius. l. quo fit vt cum audiam quod non solum tempore mortis prefati quondam Joannis, & suscepte tutele predicte Francesie: sed etiam eo tempore quo dicta Jacometa nupsit huic secundo viro, esset. minor. xxv. annis, bene faceret vestra spectabilitas si hanc materiam componeret, &c.

¶ Rub. De natur. libe. ¶ Epitome. ¶ Cōsilium. cccxv.

¶ Petro pupillo heredi vniuersali Titia substituta est, post Titiā spurius quidam. Petro viuente Titia mortua est, deinde Petrus adhuc impubes. Responsum est spurium in bonis impuberis successisse: sed bonorū testatoris ess-

toris esse incapacem, illaq; ad venientes ab intestato deferri. V. F.

1 Substitutio compendiosa quas possit complecti substitutiones: quemadmodum expiret vulgaris.
2 Naturales liberi qui dicantur.
3 Stuprum in quas committatur personas.
4 Spurio an bona paterna per fiscum auferantur tanquam indigno.
5 Testatus partim, et partim intestatus pupillus interdum decedere potest.
6 Nati ex damnato coitu nec filij, nec fratres, nec consobrini nominandi sunt.
7 Substitutus et fiscum et venientes abintestato repellit.
8 Mors ciuilis an et quando eundem habeat effectum quem naturalis.
9 Spurius de equitate canonica alimenta in bonis patris recte petit.



PRO faciliori solutione eorum de quibus queritur parte honorabilis viri dominici Seguerij. Premitto quod substitutio, † quam fecisse dicitur nobilis quondam vir Stephanus Bonifacij, de Stephano Bonifacij eius filio spurio fuit compendiosa, et que cum facta fuerit filio impuberi, vel liberis impuberibus comprehendere potuit vulgarem pupillarem et fideicommissariam: iuxta ea que scribunt doct. in. l. precibus. C. de impube. et alijs substitu. in. l. Centurio. ff. de vulga. et pupil. et in multis alijs locis. Verum quia Petrus Bonifacij filius, et heres primo gradu institutus per dictū Stephanum eius patrem, se immiscuit paterne hereditati: expirauit vulgaris substitutio. l. post aditā, cum suis simili. C. de impube. et alijs substitu. Premitto insuper, quod licet Bastiana primo loco substituta, et cui videtur fuisse substitutus prefatus Stephanus spurius ab humanis decesserit, superstite et sibi superuiuente dicto nobili Petro herede vniuersali: quia tamē ipse Petrus postea vita functus est et ab humanis in pupillari etate et sine liberis decessit, fuit et est locus pupillari substitutioni in personam predicti Stephani: pro quo allegasse sufficiat. l. quandiu. la. ij. versi. ijs autem. et quod ibi Bart. et docto. ff. de acqui. here. et quod per dictam. l. voluit Bart. in quodā suo consil. exord. Quidam nomine Titius habens quandā filiā nomine, etc. et Pau. de Cast. cōsi. ccclj. exord. Prefens dubium videtur formari, et decidi, etc. Quibus presuppositis, dico et respondeo, ad primū quesitum, quod si que fuerint bona dicti quondam nobilis Petri heredis aliunde sibi quesita et ad eum peruenta quam ex paterna successione, illa peruenerunt ad dictum Stephanum spurium, et ipse Stephanus in illis successit virtute dicte pupillaris substitutionis comprehense in compendiosa, et de hoc nullus dubitat. arg. l. si is qui ex bonis. et quod ibi cōmuniter not. doct. ff. de vulga. et pupil. et quod no. glo. reputata singularis in auth. quib. mod. natura. effi. sui. §. fi. colla. vij. et quod not. Bald. in. l. eam quam. C. de fideicommis. Quo vero ad bona paterna, hoc est quoad ea que ad ipsum Petrū peruenerant ex paterna successione, dico quod cum ipse Stephanus dici non possit fuisse filius naturalis dicti quondam Stephani testatoris sed spurius: ipse non potuit, aut potest in illis cum effectu succedere. Et quidem quod nō sit natu-
2 ralis. Hoc patet, quia † licet sermo aliquarum partiū nuncupet, seu vocet omnes illos naturales, qui de soluto et soluta sunt geniti vere tamē illi proprie, sunt naturales, qui ex libera muliere in schemate concubine retenta nati extiterunt. auth. quib. mod. natura. effici. sui. §. si quis autē defunctus. coll. vij. et auth. de trien. et semis. §. et hoc dicimus. si vm. coll. iij. quod etiam voluit Oldr. consi. cxcvi. exord. Factum tale est quidā nobilis conuertit se ad quandā mulierem solutā, etc. Jo. And. in ti. qui filij sint legi. super rub. versic. scias ergo. Bart. consi. lxxiij. exord. Quidā habens nepotes, ex filia legitima et naturali, et vnū filium, etc. Albe. C. de naturali. libe. super rub. circa principiū. Marti. Laudēn. in suo tracta. de legitima. versi. quero de casu qui sepe, etc. Pau. de Cast. consi. clxxxiij. exord. In causa que vertitur, versic. item non poterat ille simpliciter dici naturalis. Ange. Are. in suo tract. de testa. fo. lx. super verbis. Item reliquit centū filio suo naturali, et Fran. de Are. cōsi. lxvij. exord. Utrū alimenta que petuntur in princ. et Matthe. de Mat. in suo tractatu successio. abintest. in secundo membro principali. versicul. et primo quando sunt nati, etc. Dictus vero Stephanus substitutus, non fuit, prout ponitur in casu, natus, vel susceptus ex muliere retenta in schemate concubine: est enim schema huiusmodi, vt dicit Joan. And. vbi supra quasi imago, vel figura, vt scilicet, quasi recte teneatur talis mulier: quinimo dicit lex, protestationē faciendam, quod pro concubina tenetur, ne presumatur teneri vt vxor. l. in concubinatu. ff. de concubi. et. l. in libere. ff. de rit. nupt. Nō enim ex muliere sic retenta, aut que sic retineri potuerit natus est prefatus Stephanus, cum tempore conceptionis, et natiuitatis, dictus nobilis Stephanus testator habeof vxorem, et sic etiam de iure ciuili, concubinam habere non posset. Et cum etiam mater huius Stephani substituti habuisset virum: et qui tempore conceptionis et natiuitatis huius Stephani vixisse presumitur, nisi probetur quod eo tunc preterijssent centum anni a tempore natiuitatis dicti mariti: per id quod not. glo. in. l. sed et si de sua. ff. de acquiren. hered. et moderni in. l. si emancipati, in princip. C. de collat. Et ita fuit ipse Stephanus filius adulterinus, vel si probetur dictus maritus antea fuisse mortuus, et non appareat matrem illius Stephani substituti, fuisse meretricē, vel alias vixisse inhoneste, idem
3 Stephanus fuit susceptus ex † stupro: quod cōmittitur non solum in virgine, sed etiam in vidua, alias honeste viuente. l. inter liberas. §. lex Julia. et. l. Stuprum. §. fina. ibi stuprum in vidua, vel virgine, etc. ff. de adulte. sed siue eum dicamus susceptum ex adulterio, siue ex stupro: palam est quod susceptus extiterit ex coitu damnato, etiam de iure ciuili: et quidem de coitu adulterino, hoc patet, per id quod habetur in. l. quamuis. C. de adult. de coitu vero stupri ponit Ange. Are. in suo tract. malefic. super verbo, che may adulterato, etc. versicu. quero que pena est stupri, et Matth. de Math. in suis notabili. in singulari exordien. Not. tex. quem pauci sciunt. Non potuit ergo dictus quondam nobilis Stephanus, hunc Stephanum eius spurium pupillariter substituere quoad hoc, vt cum effectu succederet etiam in bonis suijpsius Stephani testatoris. d. authent. quib. mod. natura. effic. sui. §. fin. authen. licet. in fin. C. de natura. libe. et auth. ex complexu. C. de incest. nupt. et quod not. Bart. in. l. fin. ff. de ijs quib. vt indig. Supposito igitur prout verum est, quod in bonis peruentis ad dictū quondam nobilem Petrum ex paterna successione, non possit cum effectu succedere prefatus Stephanus substitutus: dubitatur ad quem bona huiusmodi debeant peruenire. Ad quod respondeo quod super hoc sunt opiniones, quidam
4 † enim dixerunt quod spurius succedit insolidum in vim pupillaris: sed illud quod capere nō potest, hoc est, bona que fuerunt patris, auferuntur sibi per fiscum, tanquam indigno: et huius opinionis videtur fuisse glo. in. l. ius nostrum. ff. de regu. iur. pro quo allegat in argumentum. l. ex facto. §. Julianus. ff. de vulga. et pupil. huius etiam opinionis fuit Jacob. de Rauen. secundū Bal. in. d. l. si istis bonis. Sed hec opinio communiter reprehenditur per Bald. Angel. Joan. de Imo. Alexan. de Imo. et alios docto. in. d. l. si is qui bonis. per. l. j. et. ij. C. de natu. libe. et per id quod no. glo. in. l. j. C. de secun. nupt. Et respondent ad dictum. §. Julianus. quod refert an quis sit indignus seu incapax ex suo facto aut delicto, aut absq; suo delicto. Primo enim casu bona que sibi auferuntur, applicātur fisco. d. §. Julianus. et. l. Papinianus. §. meminisse. et quod ibi Ange. ff. de inofficio. testa. ijs cōsequenter. §. j. ff. famil. ercis. et. l. Lucius. ff. de iur. fisc. Secundo vero casu, non applicātur fisco, sed venientibus abintestato. arg. l. si pater. et. l. necapud. C. de heredib. institut. et quod voluit Bar. consil. cxvj. exordien. Alij vero dixerunt quod spurius succedit insolidū, etc. ne dicatur pupillus decessisse partim testatus, et partim intestatus: sed cum effectu succedit in bonis aliunde quesitis per pupillū, quam ex paterna successione. Quo vero ad bona que fuerunt patris, illa debent per spurium restitui venientibus abintestato: et hanc opinionem refert, sed non sequitur Joan. de Imo. in. d. l. si is qui bonis. vbi dicit, quod venientes ab intestato sunt effectu heredes, in illo quod spurius capere non potest cum effectu. arg. l. j. §. si quis aditam. ff. ad Tertul. et hoc secundum eum videtur sentire Bald. in. d. l. si is qui. et glos. in. d. l. j. in prima solut. C. de secun. nupt. et hanc opinionem visus est sequi Alexan. de Imol. in. d. l.
5 si is qui. Alij † vero dixerunt, quod spurius non succedit insolidum, sed duntaxat in bonis aliunde quesitis, et peruentis ad pupillum, quam ex paterna successione: in alijs vero succedunt venientes abintestato, et sic iste est casus in quo, vt dicunt

dicunt, impubes decedit partim testatus, ꝛ partim intestatus: ꝛ hanc opinionem videntur secundum Alex. de Imo. tenere Bald. Angel. Ioan. de Imol. ꝛ Paul. de Castr. in dicta. l. si is qui, quam opinionẽ etiam sequitur ibi Bart. ꝛ expressius in d. l. j. C. de secund. nupt. Et pro hac opinione allegat Ioan. de Imo. dictam glo. in allegata. l. j. super verbo, Testamento. in vltima opinione. Et hec opinio videtur mihi magis cõmunis, ꝛ propterea sequenda in consulendo ꝛ iudicando. l. j. versic. crebrior, apud veteres opinio. ff. de offic. questo. ꝛ quod not. Hostien. Ioan. Andr. ꝛ docto. communiter in. ca. j. de constitu. vbi do. Felin. ponit multas remissiones. Videtur igitur secundũ hanc opinionem, ꝙ dictus Stephanus non possit pretendere ius in bonis que ex paterna successione peruenerãt ad dictum quondam Petrum: nec super illorum possessione inquietare prefatum dominicum. Et idem dico, sed alia ratione de filijs, seu liberis spectabilis quondam viri domi. Gabrielis Bonifacij, cuius dicitur fuisse frater, ꝛ quidẽ non naturalis ꝛ legitimus, sed nec naturalis prefatus quondã nobilis Stephanus testator, cum, vt audio, pater eius, et dicti quondam Gabrielis Bonifacij haberet tunc vxorẽ, ex qua idem Stephanus procreatus, ꝛ susceptus non extitit: non possunt igitur liberi dicti quondam do. Bonifacij abintestato in aliquo succedere liberis dicti quondam nobilis Stephani, ꝛ sic nec dicto quondam Petro, quia si hodie sine liberis, ꝛ abintestato decederet dictus nobilis Stephanus, superstite prefato do. Bonifacij eius pretenso fratre. Idem do. Bonifacij sibi nõ succederet abintestato. arg. eius quod habetur in auth. quib. mod. natura. effi. sui. §. vltim. quod etiam videtur fuisse de mente Oꝛni, in tracta. successio. abintesta. ꝛ Matth. de Math. in suo tractatu successio. abintesta. in secundo membro princip. tertij articuli. qui pro hoc allegat, ꝙ sublato fundamẽto corruit edificium. c. cum Paulus. j. quest. j. cap. veniens. de presbyter. non baptis. l. penult. in fine. C. de nupt. Sed ita † est ꝙ natus ex coitu damnato, non est nominatus filius respectu patris vel matris: nec econtra. d. authen. quib. modis natura. effic. sui. §. fin. Ergo sequitur similiter, ꝓ nõ est nominandus frater consanguineus, vel consobrinus, ꝛ sic de alijs. Et pro hoc etiam facit. d. authen. quib. mod. naturales effic. sui. ibi neqꝫ naturales vocari, neqꝫ participãda est eis vlla clementia. facit. c. tanta. qui filij sint legiti. ꝛ c. cum multe. xv. quest. vlti. Quod si verum est, imo quia verum est, scilicet ꝙ dictus do. Bonifacij, si viueret, non succederet prefato nobili Stephano fratri suo spurio si hodie ab humanis decederet: multominus vel saltẽ non magis, possunt liberi eiusdem quondam do. Bonifacij abintestato succedere liberis dicti nobilis Stephani. pro quo allegasse sufficiat quod habetur in. l. fin. C. de natura. libe. ꝛ quod ibi nota. per docto. ꝛ quod ponit do. Ludo. Bolo. in addit. ad Matth. Mat. in loco superius allegato. Addo ꝙ etiam si dictus quondam nobilis Stephanus testator, non quidem foret spurius, sed esset naturalis ex linea paterna tãtum dicti quondam domini Bonifacij, adhuc non potuisset vnus alteri succedere abintestato. Pro quo allegasse sufficiat authen. quib. mod. natura. effic. sui. §. filium vero. quod etiam voluit Matth. Matt. vt supra, versic. ante vterqꝫ dictorum transuersalium: vbi etiam do. Ludou. Bologn. multo ergo minus, vel saltem non magis possunt liberi dicti Bonifacij succedere abintestato liberis dicti quondam nobilis Stephani. Et sic non videtur ꝙ videlicet dictus Stephanus substitutus, vel liberi dicti quondam do. Bonifacij, possint inquietare, super bo-

7 nis predictis, prefatum Dominicum. Preterea † cum, vt dixi, prefatus Stephanus substitutus fuerit, ꝛ sit incapax quoad bona que fuerunt dicti quondam nobilis Stephani testatoris, ꝛ dictus Dominicus fuerit eidem Stephano spurio substitutus ipse videtur repellere venientes abintestato ꝛ fiscum. per id quod not. glo. in. d. l. j. super verbo presumi. ꝛ sequitur ibi Cyn. C. de secun. nupt. ad quod facit quod not. Bald. in. l. eam quam. C. de fideicõmis. vbi voluit, ꝙ si pater filio naturali ꝛ cuidam extraneo legit mille cum modus a lege taxatus non transcendat ducenta, illud quod aufertur naturali accrescit coniuncto: vbi tamen si non haberet commodum, accresceret legitimo: vt not. ex. l. ex asse. ff. ad leg. falc. Sed cum habeat coniunctũ, putat Bald. ius accrescendi esse potentius. l. si Titio ꝛ Meuio. §. Iulianus. ff. de lega. ij. quod si hoc fiat, ius accrescendi: multofortius, vel non minus idipsum operabitur substitutio, quia ius substitutionis potẽtius est ꝙ ius accrescendi. l. ij. §. si duo. ff. de bono. posses. secun. tab. huic autem dicto non obstat id quod not. Alex. de Imol. in. d. l. si is qui ex bonis. ꝛ consil. lxxij. exordien. Circa primũ dubium. in tertio volu. quatenus post multos docto. vult secundum communem opinionem ꝙ id, in quo non potest succedere filius naturalis aut spurius, non applicetur fisco: sed quod in eo succedant venientes abintestato. Quoniam respondeo, ꝙ nec Alexan. de Imo. nec doct. loquuntur eo casu quo naturalis, aut spurius habet substitutum, sed eo casu quo non habet, cum enim habet substitutum, iustum est ꝙ ille excludat venientes abintestato. l. quandiu potest ex testamento. ff. de acquir. hered. fa. l. j. C. de sacrosanct eccles. authen. de nuptijs. §. disponat testat. ꝛc. colla. iiij. ꝛ c. vltima voluntas. xiij. quest. ij. Nec videtur expectãda mors naturalis prefati Stephani substituti, cum ratione incapacitatis censeatur mortuus ciuiliter quoad bona dicti quondam nobilis Stephani testatoris in quibus

8 succedere nõ potest. De † hac enim morte ciuili quoad bona huiusmodi videtur iudicandum quemadmodum de naturali: cum mors ciuilis haberi possit pro naturali. l. Deo nobis. C. de episco. ꝛ cler. l. adeo. §. publicatione. ff. pro soc. ꝛ quod not. per doct. in. l. ex ea. §. insulam. ff. de verb. oblig. ꝛ quod plene ponit Alex. de Imo. consil. xiij. in. iij. volum. vbi voluit ꝙ si grauatus de restituẽda hereditate sub conditione si sine liberis ab humanis decederet, ingrediatur religionem mendicantium incapacium hereditatis, succedit statim substitutus, non expectata morte illius grauati religionem ingressi: ꝛ per hec patet responsio ad primum ꝛ secundum quesitum. ¶ Ad tertium respondeo ꝙ idẽ Segueriij nullum sibi preiudicium attulit propter immissionẽ in possessionem factam authore Pretore: ꝛ hoc nisi in apprehentione possessionis fuisset preuentus per illum Stephanum, quia tunc fuisset vocandus: super quo tamẽ non insisto, cum non audiam hoc fuisse factum. ¶ Ad quartũ patet responsio, scilicet, ꝙ non possit ipse Dominicus expelli per nos, de quibus ibi. Et quidem non per dictum Stephanum: quia, vt dixi secundum communem opinionem, ipse non successit, nec succedere potest in bonis dicti quondam nobilis Stephani testatoris. Quo vero ad alia si que sint, ipse successit in illis, ꝛ sunt sibi dimittenda sine difficultate: non etiam potest expelli per illos liberos dicti quondam do. Bonifacij, causis ꝛ rationibus superius allegatis: ꝛ si vel parte Stephani, vel parte illorum detur aliqua petitio, patet ex predictis quid sit eis respondendum.

9 Fateor † ꝙ licet de iure ciuili non possit prefatus spurius aliquid petere in bonis que fuerunt dicti quondã nobilis Stephani. Posset tamen de equitate iuris canonici, petere de bonis huiusmodi, vsqꝫ ad alimenta, seu pro alimẽtis: per id quod habetur in. c. cum haberet. de eo qui dux. in matri. quam polluit per adult. ꝛ quod not. Bar. in l. si quis a liberis. §. vtrum. ff. de libe. agnoscen. ꝛ in. l. fin. ff. de his quib. vt indig. Bart. Bald. ꝛ doct. in auth. ex complexu. C. de incest. nupt. ꝛ Ang. in. d. l. si is qui. Et quãuis ista peti non possint in terris imperij, ꝛ coram magistratib. seu iudice seculari. vt not. Franc. de Are. consil. xlviij. ꝛ seq. et Alexan. de Imo. in. d. consil. lxxij. post Ioan. de Imo. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Ego tamen consulo huic Dominico Segueriij quatenus si idem Stephanus pauper sit, eidem prouideat de alimentis, ꝛ vt alias faciat secundum canonicam benignitatem. Que omnia dixerim sub correctione, ꝛc.

¶ Rub. De iure dot. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxv.

¶ Dotibus ius istud tributum est, vt filiabus etiã diuitibus, ꝛ inscio patre nubẽtibus, pater de bonis suis illam prestare teneatur. V. F.

1 ☞ Codicillaris clausula in testamento alias ex causa preteritionis, nullius efectus.
2 Vsufructuarius an ꝛ quando ad legata ꝛ alia per testatorem relicta teneatur.
3 Lis nulla inter patrem ꝛ filium existere debet.
4 Dotare filiam que inscio patre nupsit, pater an teneatur.
5 Dotare filiam etiam diuitem pater tenetur.
6 Pater, si consensum filio adire volenti sibi delatam hereditatem deneget, vsufructu eius non gaudet.

Qu annis



Quanuis Testamentum quod fecisse legitur nobilis et honesta quondã mulier Catherina Terrasse, pro tempore vxor nobilis viri Gaspardi Pauli, videatur esse nullum: pro eo, quia nihil iure institutionis reliquisse videtur nobili viro Joanni Pauli, eius filio naturali, et legitimo, quod facere debuerat, authen. vt cum de appell. cognosc. §. aliud quoque capitulum. ⁊ §. si autem hec obseruata non fuerint. collatio. viij. ⁊ quod not. Bartolus et doctores magis communiter in authen. nouissima. C. de inoffic. testamento. Tamen quia in dicto testamento posita est clausula codicillaris, si non valeret iure testamenti, valeret, ⁊c. censetur † idem Joannes fuisse per dictam
1 clausulam, grauatus ⁊ rogatus de restituenda eius portione hereditaria prefate nobili Batrone heredi institute: per id quod habetur in. l. ex testamento: ⁊ quod ad eandem materiam notatur. C. de fideicommiss. l. quia autem. in princip. ⁊ quod ibi notatur. ff. si quis omiss. cau. testa. l. ex ea scriptura. §. j. ff. de testamen. l. si patroni. §. fin. secundum lecturam Ungoli. quam ibi sequitur Angel. ⁊ Alexander de Jmol. ff. ad Trebellia. pro quo est optimus textus in. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicommissa. libert. ad quod facit quod notat glos. Barto. ⁊ Bald. in. l. ij. ff. de legatis. iij. Dynus in. l. codicillis. §. fina. ff. de legat. ij. Cyn. Bartolus, Bald. ⁊ alij communiter in dicta authenti. ex causa. C. de liberis preteri. vel exheredatis. Et sic tenebitur dictus nobilis Joannes Pauli, eidem nobili Batrone sorori, ⁊ heredi scripte restituere quotam ⁊ portionem hereditariam abintestato sibi delatam, de qua tamen poterit detrahere legitimam, que est dimidia pars trientis, seu sexta pars omnium bonorum dicte quondam nobilis ⁊ generose mulieris domine Batrone, eorum, scilicet, que superfuerunt deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. auth. de trien. ⁊ semis. §. j. collatio. iij. ⁊ transumptiue in authen. nouissima. C. de inofficio. testamen. ⁊ in hac legitima seu sexta parte, debebit imputare idem nobilis Joannes ducentos florenos sibi legatos per dictam nobilem dominam Catherinam. l. quoniam nouella. C. de inofficio. testamento. ⁊ quod not. Barto. in. l. in quartam. versicu. venio ad quartam debitam iure nature. ff. ad legem falcid. Quo vero ad quartam trebellianicam: dico ꝙ illam detrahere non poterit. pro eo quia grauamen fuit, ⁊ est purum, non conditionale, vel in diem, quo casu filius de restituendo grauatus, non detrahit nisi vnam quartam secundũ communem theoricam quam ponit glos. ⁊ sequitur Bartolus ⁊ doctores communiter in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamen. gloss. ⁊ Barto. in. l. quanquam. C. ad leg. falcid. Joan. Petr. Ferrarien. in sua practica, titulo forma libelli. quando ex substitutione agi possit, super verbo, ac per fideicommissum. versicu. similiter est et aliud memorie commendandum, ⁊c. ⁊ Romanus consilio. cxxij. Alexander de Jmol. consil. xxvj. exordien. Circa primum dubium, in primo volu. ⁊ consil. clxj. exordiente, Examinatis iuribus testamenti, ⁊c. versic. quantum ad trebellianicam, in secundo volumine. ⁊ tam Barto. ꝙ alij in multis
2 consilijs. Quo † vero ad dictum nobilem Gaspardum Pauli, patrem dictorum nobilium Joannis ⁊ Batrone, dico ꝙ ipse est vsufructuarius bonorum ⁊ hereditatis dicte quondam nobilis Catherine. l. j. in princip. cum suis similib. C. de bon. mater. ipse tamen nobilis Gaspardus tenebitur satisfacere legatarijs, ⁊ fideicommissarijs dicte quondam nobilis Catherine, de fructibus, reditibus, ⁊ prouentibus bonorum hereditariorum, si illi ad hoc sufficiant. l. si. §. si autem legata. C. de bonis que liberis. Si vero fructus, prouentus, aut reditus huiusmodi non sufficiant ad solutionem dictorum legatorum, ⁊ fideicommissorum, ipse poterit vendere de bonis hereditarijs: Et primo quidem de bonis mobilibus, deinde vero de immobilibus minus fructuosis. Et alias iuxta formam dicti. §. si autẽ legata. dicta vero legata, vel omnia, vel fere omnia peti possunt, ita ꝙ non teneantur legatarij vlterius expectare, pro eo, quia vel omnia, vel fere omnia sunt pura, exceptis quibusdam legatis pijs, relictis pro quibusdam cantaribus, seu trentenarijs. Et propterea si legatarij insurgant, ⁊ dictus nobilis dominus Gaspardus velit habere vsumfructum predictorum bonorũ, erit bonum relinquere ⁊ rogare eum, ꝙ ipse satisfaciat de legatis, ⁊ de reditibus, ⁊ prouentibus, si supersint, alioquin vendat, vt supra. Et si neutrum facere veliet recurretur ad remedium. Quo vero ad illam summam centum florenorum, vel circa exbursatam in mortalagijs dicte nobilis Catherine, ⁊ nobilis quondam viri Raymundi Pauli eius filij, ⁊ fratris dicte nobilis Batrone non possum secure respondere quoad illam summam que fuit exbursata in mortalagio dicti Raymundi. Quo vero ad aliam, hoc est illam que fuit exbursata in mortalagio dicte nobilis Catherine, dico ꝙ si sint fructus, prouetus, aut reditus de quibus solui possit, illam de eis soluere deberet dictus nobilis Gaspardus postquam fuit vtiliter in eius negotio prouisum. Si vero non extent fructus, ꝙ ipse posset ven-
3 dere de bonis, vt iam dixi, sed forte non expedit, nec † ad hoc poterit cogi per dictam nobilem Batronam eius filiam, ⁊ que, vt puto, in ipsius potestate existit, ⁊ sic regulariter contra eum agere non potest. l. lis nulla. ff. de iudi.
4 ¶ Ad aliud vero, in quo proponitur † dictam nobilem Batronam matrimonium contraxisse cum nobili Angelo de Bliasso, nulla dote eidem de Bliasso ex eadem Batrona per ipsius patrem, vel alium constituta, ⁊ queritur an idem pater cogi possit ad eandem nobilem Batronam dotandam, dico ⁊ respondeo, ꝙ super hoc sunt opiniones quidam enim dicunt ꝙ licet pater teneatur dotare filiam non maritatam. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum, ⁊. l. fin. C. de dotis promissione. Si tamen filia sit actu nupta, non tenetur pater eam dotare, nec ad hoc cogi potest, ⁊ huius opinionis fuit Bartol. post Guilielmum de Cugn. in. l. obligamur. §. lege. ff. de actionibus, ⁊ obligationibus, ⁊ Panormitanus in cap. j. primo de adulter. Et mouentur illi ea quidem ratione, quia cum sit filia nupta cessat causa, ⁊ ratio, propter quam tenebatur pater eam dotare: ⁊ pro hoc etiam dicit Bartolus, videri casum in authentica, de nuptijs. §. si quis. sub potestate constitutam. collatio. iiij. ⁊ in. l. penultima. C. de repudijs. Alij vero per multi doctores dixerunt ꝙ pater tenetur dotare filiam, etiam si sit ipso actu nupta. Et huius opinionis fuit glos. in dicta. l. obligamur. §. lege. Et cum hac glos. ⁊ contra Guilielmum de Cugneo, ⁊ Bartolum tenent Jacobus de Aretio. Baldus Angelus, ⁊ Joannes de Jmol. in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebellianum. Et illam gloss. etiam sequitur Nicol. de Neapol. in dicto §. cum proponeretur. ⁊. ff. soluto matrimonio. in rubrica, ⁊ Baldus in dicta. l. fi. C. de dotis promissione. Ang. in. l. nupta. ff. solu. matrimonio. Paulus de Castro, in. l. si socer. in fin. ff. eodem titulo, Joannes de Anania in. cap. primo de adulter. ⁊ Angelus Aretinus in. §. fuerat. institut. de actioni. Et pro hac parte multos ibi inducit domin. Jason Mayn. versicu. nunquid autem ipsa mulier, postquam est nupta, ⁊c. ibi non obstant deducta in contrarium, ⁊c. ⁊ hec mihi videtur esse opinio communis pro qua multa inducuntur que non transcribo breuitatis causa, a qua propterea non est in iudicando, aut consulendo discedendum. l. j. versicu. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. ⁊ quod not. Ostiensis, Joannes Andreas, Antonius de Butrio, Panormit. ⁊ alij in capit. primo de constitutio. Et hoc maxime procedit, ⁊ procedere debet in hoc casu, in quo gloss. predicta non solum habet vnum, vel duos doctores famosos, sed plurimos, vt predixi, quinimo ⁊ pro ea est alia gloss. in. c. hoc sanctum. xxxij. questio. ij. ⁊ in capitu. de raptoribus. xxxvj. quest. j. nulli ergo dubium quin dictus nobilis Gaspardus teneatur, ⁊ debeat dotare dictam Batronam eius filiam. Et vtrum teneatur dictus nobilis Gaspardus eandem Batronam dotare de suis ipsius nobilis Gaspardi bonis, qui presupponitur esse diues, an vero de bonis maternis, ⁊ aduentitijs dicte Batrone, dico ⁊ respondeo, ꝙ de suis ipsius nobilis Gaspardi
5 bonis quia † paternum officium est dotare filiam. dicta. l. fin. C. de dotis promissione, ⁊. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. Et hoc in terminis voluit. Angelus in authentico, res que. C. communia de legat. vbi dicit quod pater tenetur dotare filiam quantumcunque diuitem. dict. l. fin. ⁊ idem voluit Angel. Aretin. in dicto. §. fuerat. vbi voluit quod etiam si filia habeat bona aduentitia, nihilominus adhuc pater tenetur eam dotare de suo, non de bonis aduentitijs: ⁊ idem voluit Roma. in. l. j. ff. soluto matrimonio, motus per dictam. l. fin. Et pro hoc facit quod voluit Bal. in. d. l. fi. vbi dicit ꝙ filia inuito patre potest se dotare

de bonis patris, maxime si faciat cum authoritate iudicis, ꝛ ꝙ pater compelli poterit ad consentiendū, fateor ꝙ super hoc sunt opiniones, ꝛ possunt multa hincinde adduci, a quibus supersedeo propter temporis breuitatē. Sed quod dixi videtur verius. ¶ Ceterum quoad id quod queritur de aditione hereditatis: respondeo ꝙ quia dicta Batrona est filia familias, et propterea non potest eam adire sine consensu patris, ꝛ consilio: ꝙ prius bene considerato an expediat eidem Batrone adire, ꝛ acceptare hereditatem huiusmodi: vt quia forte opulenta est, ꝛ lucrosa ꝙ ipsa petat a patre licentiam ꝛ authoritatem illam adeundi, ꝛ acceptādi, ꝛ ꝙ hoc fiat sub presentia notarij ꝛ testium: ꝛ si pater illam concesserit, poterit dicta Batrona illam adire, ꝛ acceptare, vel simpliciter, vel cum beneficio inuentarij, si forte dubitet illam esse, nō solum legatis, sed etiam ere alieno oneratam. Et si ita fiat, pater habebit vsumfru-
6 ctum. Si † vero dictus pater concedere deneget licentiam ꝛ authoritatem, dicta filia, post denegationem huiusmodi poterit adire herditatē: sed pater nō habebit vsumfructū: hec probantur in dicta. l. fin. C. de bon. que liber. Placeret tamen videre responsionem patris, priusꝙ dicta Batrona adeat hereditatem: ꝛ hoc si pater deneget ad fines securius procedendi, ꝛ hoc pro eo, quia, vt dixi, testamentum non videtur valere iure testamenti, sed iure codicillorum. Et sic erit opus adire hereditatem abintestato seu ex capite intestati, non ex testamento: ex quo adire non potest, nisi approbauerit testamentum per dictum Joannem de consensu patris.

¶ Rubrica, De action. emp. ꝛ vē. ¶ Consilium. cccxvj.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo notabili.

1 ☞ Cumulari simul non possunt in libello dispensatio a iuramento ꝛ rescissio venditionis.
2 Relaxatio iuramenti iam periuro non concedenda.
3 Constitutio procuratoris in obligatione quanti momenti sit.
4 Renuntians cessioni bonorum in contrahendo, an post contractum bonis cedere possit.
5 Mandatum an ꝛ quando per mortem non reuocetur.
6 Judicatum obtineri an possit non obstantibus inhibitionibus ab alia curia emanatis.
7 Attentare vel innouare quando quis dicatur: ꝛ quando spoliari quasi possessione exigendi.
8 Usurarius contractus emptionis vix iudicatur, nisi ostēdatur emptorem consuetum vsuras exercere: ꝛ que talem contractum de vsura suspectum reddant.



Quidam Pretensus libellus parte nobilis ꝛ generosi viri Renati Cossa, contra nobilem ꝛ honorabilem virum Reynaldū Alteuitis, oblatus ꝛ productus non fuit, nec erat admittendus, nec illi tenebatur idem nobilis Reynaldus respondere saltem quatenus in eo concluditur vltra ꝛ preter pretensam petitam absolutionem seu dispensationem, aut relaxationem iuramenti per eundem
1 nobilem Cossa prestiti: tum † ꝛ quia absolutio, seu dispensatio iuramenti huiusmodi, ꝛ declaratio pretensarum nullitatis, fraudis, ꝛ vsurarie prauitatis, necnon et rescissio venditionis, de qua in dicto libello, non possunt simul cumulari, ꝛ maxime quoad hoc, vt simul procedatur super ijs vt facere nititur idem nobilis Cossa: pro quo facit id quod de officio testium, ꝛ actione rescissoria, notat Bald. in. l. quod tempore. versicu. quero nunquid ego possum. C. de restitut. milit. ꝛ Angel. Aret. in. §. rursus, versiculo, quero an officium rescindens. institut. de actionib. post Salicet. in. l. fin. C. de in integr. restitutio. ꝛ plenius Panormita. in cap. tum ex literis. eod. tit. quod maxime debuit, ꝛ debet procedere in hoc casu, actionibus multis, ꝛ diuersis conuentionibus, ꝛ promissionibus iuratis contentis in instrumento predicte venditionis, quibus ꝛ iuramēto contrauenire nititur, quatenus in conclusione dicti pretensi libelli, petit idem nobilis Cossa, vltra ꝛ preter dispensationem, seu relaxationem iuramenti, prout clare colligitur ex inspectione libelli, ꝛ instrumenti predictorum: non erat ergo, nec est idem nobilis Cossa super illis audiendus ante obtentionem dicte pretense dispensationis, seu relaxationis iuramenti, cum illud seruari posset, ꝛ possit, sine dispendio salutis eterne. Et sic esset, ꝛ est seruandum donec fuerit relaxatum. c. cum contingat de iureiurando, ꝛ. cap. quanuis pactum cum suis similibus, de pact. consilio. lj. quinimo cum per predicta ipse nobilis Cossa contrauenerit iuramento per eum prestito, ꝛ in multis sibi concedi non potest dispensatio, seu relaxatio iuramenti, etiam si essemus in casu in quo alias hoc fieri pos-
2 set, vel deberet: ꝛ hoc † pro eo: quia contrauenniendo censetur incidisse in periurium, ꝛ ita perdidit dictum beneficium: per id quod voluit Fredericus de Senis, consilio. ccc. exordiente, Factum proponitur esse tale, ꝛc. frustra enim legis auxilium inuocat, qui committit in legem. l. qꝫ frustra. C. de vsu. Et hoc videtur fuisse de mente Frederici de Senis, consilio. ccc. exordiente, Factum tale est, debitor promisit, ꝛc. Petrus de Ancharano, consilio. cxcix. exordiente, Predictis subtiliter, ꝛ ad plenum. Panor. cap. j. de iureiurando, ꝛ Joannes de Jmo. in capitulo, delatores. Et supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ doctores prefati loquerentur in alio casu, hoc saltem certum est ꝙ idem nobilis Cossa, non debet super predictis audiri, donec obtenta dispensatione quam tamen obtinere non debet prout vel infra, vel alias ostendetur. Tum etiam non fuit admittendus dictus pretensus libellus quatenus in eo pretenditur dictam venditionem pensionis fuisse dolosam, fraudulentam, ꝛ alias factā in fraudē vsurarum, quia cum ipse nobilis Cossa, proponat ꝛ alleget dolum, ꝛ fraudem sui ipsius, pro eo quia dicit non quidem emptionem, que fuit facta per dictum nobilem Reynaldum, sed venditionem, que facta fuit per ipsum nobilem Cossa fuisse dolosam, ꝛ fraudulentam: non fuit, nec est audiendus. l. cum profitearis. C. de reuocand. donation. ꝛ l. si ex creditoribus. C. de seruo pignori dato manumiss. quod etiam voluit Barto. consilio. lxiij. exordiente, Petrus Nycole, ꝛc. Preterea illud est etiam certum, ꝙ cum, vt apparet ex instrumento predicte venditionis, idem nobilis Cossa deputauerit, ꝛ in forma constituerit procuratores ad constituendū annuam, ꝛ perpetuam pensionem, de qua in actis cause huius: ꝛ nihilominus iurauerit ad sancta Dei euangelia eos non reuocare, seqꝫ habiturum ratum gratum ꝛ firmum, ꝛ inuiolabiliter obseruaturum omne id ꝛ quidquid per dictos procuratores seu eorum alterum circa confessionem predicte pensionis, ꝛ alia contenta in instrumento constitutionis huiusmodi actum, dictum, factum, recognitum, confessatum, aut procuratum quomodolibet postea fuisset, seu gestum: ꝛ postea vnus ex procuratoribus huiusmodi dictam pensionem confessus extiterit, ꝛ deinde procuratorio nomine dicti nobilis Cossa, vel ipse Cossa in personam dicti eius procuratoris condemnatus extiterit: non potest ipse nobilis Cossa contrauenire propter iuramentum per eundem prestitum, ꝛ sic male petit attentata reuocari dicto cap. cum contingat de
3 iureiurando, ꝛ. c. quanuis pactum de pact. in. vj. Nec † sibi persuadeat ipse nobilis Cossa, ꝙ ante confessionem factā per dictū procuratorē fuerit eidē procuratori intimata controuersia cause huius, ꝛ sibi inhibitū, ne testator mitteret, ꝛc. Quoniā respondeo, ꝙ hoc nō obstaret, pro eo qꝛ certū est ꝙ constitutio predicta, ꝛ pactum de non reuocando coheserunt contractui dicte venditionis: etiam certum est ꝙ pactum quod coheret, ꝛ adijcitur contractui efficitur seu censetur portio ipsius contractus: ꝛ ideo pro adimpletione ipsius pacti, agitur actione ex ipso contractu producta: quanuis per ipsum pactum actum extiterit vt alterius nature contractus fiat. l. fundi. ꝛ. l. qui fundum. ff. de contrahenda emptione, ꝛ venditione. ꝛ. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de actione empti, ꝛ venditi. Sicut ergo, inito ꝛ perfecto ipso contractu, non potest alter, ex contrahentibus ab ipso toto contractu resilire altera parte inuita. l. sicut cum suis similibus. C. de actionib. ꝛ obligation. sic nec potest resilire a portione seu parte eiusdem contractus, argumen. l. item si fundi. ff. de vsufructu. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pactis dotalibus. l. qui scit. §. j. ff. de vsu. ꝛ. l. que de tota. ff. de reiuendicat. Et facit ad hoc quia constitutio huiusmodi facta est in fauorem creditoris hoc est dicti nobi

nobilis Reynaldi emptoris qui forte alias absque tali constitutione procuratorum, ꝛ promissione de eos non reuocando, ꝛ de habendo ratum, ꝛ gratum quidquid per eos, ꝛc. empturus non erat predictam pensionem cui pactum huiusmodi adiectum est. l. si venditor. §. fina. ff. de ser. expor. l. fin. ꝛ. l. cum te. C. de pactis inter empto. ꝛ vendito. ꝛ. l. falsus. §. j. ff. quod fal. tuto. Preterea etiam pro hoc facit id quod voluit Jacob. de Are. relatus per Cyn.
4 in. l. j. questio. vlti. C. qui bon. cede. pos. qui voluit ꝙ † vbi quis cessioni bonorum renuntiat in contractu: postea cedere non potest, secus vero si post contractum ex interuallo renuntiet. Etiam ad premissa facit id quod not. glo. in. l. ij. §. sed ꝛ si quis. super verbo constat. ff. de donationi.
5 que dicit ꝙ in ijs † que debitor necessario facere habet, non reuocatur per mortem eius mandatum, simile habetur in. l. eius qui. ff. si cert. petat. Cum igitur dictus nobilis Cossa in contrahendo cũ prefato nobili Raynaldo se in forma obligauerit de sibi soluendo annis singulis in festo beati Martini annuam ꝛ perpetuã pensionem centum ꝛ quinquaginta florenorum, ꝛ ad illam recognoscẽdum, ꝛ confitendum constituerit procuratores: non potuit ipse Cossa procuratores huiusmodi reuocare, ꝛ alias eisdez inhibere, quominus confiterentur ꝛ recognoscerent predictam pensionem, ꝛ sic non obstante intimatione, ꝛ inhibitione ex aduerso pretensis, valuit nihilominus confessio facta per egregium virum dominum Joannem Martini, alterum ex precognominatis, male igitur petuntur confessio sequuta condemnatio, ꝛ alia reuocari tanꝙ pretensa attentata, ꝛ que etiam obstãte iuramento, vt iam dixi, petere, reuocare non potest dictus nobilis Cossa. Forte vero
6 opponet † ꝙ imo facere possit propter inhibitionem antea factam mandato reuerendissimi patris domini Vicarij, ꝛ officialis Massiliensis: sed istud nõ obstat. Tum quia inhibitio huiusmodi nõ se videtur extẽdere ad hunc casum: pro eo quia solum modo mãdatum est eidem nobili Reynaldo inhiberi, ne ex tunc in antea, pretextu ꝛ occasione cause coram eo pendente indecise, ꝛ pro certis pensionibus de quibus in dicto pretenso libello. Dictum nobilem Cossa, de persona aut in bonis per aliam curiam ecclesiasticam sibi inferiorem, vel equalem, aliamve quamlibet secularem auderet, ꝛc. Sed nec hoc obstat. Tum quia si legatur clausula huiuscemodi pretense inhibitionis non apparet quod inhibitum extiterit propter defectum verbi opportuni. Cui etiam non suffragantur illa verba per aliam curiam ꝛ sequentia posita in margine, ꝛ non apparet per quem. Tum ꝛ quia supposito ꝙ per illam clausulam appareret de pretensa inhibitione, illa tamen non obstaret pro eo, quia solum censeretur inhibitum, ne pretextu ꝛ occasione cause coram eodem do. vicario, ꝛ officiali pendentis ex huic enim afferte inhibitioni non est contrauentũ per obtentionem seu impetrationem predicti iudicati, ꝛ inde sequutorum, quia iudicatum huiusmodi non fuit obtẽtum pretextu ꝛ occasione dicte cause: sed pro eo quia dictus nobilis Cossa, non soluerat in termino, nec alias adimpleue
7 rat per eum conuenta, promissa, ꝛ iurata. Tum † ꝛ quia cũ dictus nobilis Raynaldus, vt satis colligitur ex conclusione dicti pretensi libelli: esset in possessione recipiendi, et exigendi predictam pensionem, non censetur ipse innouasse, vel attentasse, si non obstante hac lite calumniosa voluit exigere predictam pensionem: quia qui possessione vtitur, non innouat: quinimo si ille impediretur vti possessione pendente lite, fieret contra eum innouatio. vt notat glos. in clem. ij. super verbo innouari. vt lit. penden. ꝛ extra. vt lit. penden. super rubri. quinimo, vt videtur si pendente lite, iste nobilis Cossa soluere contradicat, aut recusset, seu etiam contradixerit ipse eundem nobilem Reynaldum spoliat, aut spoliauit per ea que no. Inno. Ostien. Joan. Andr. ꝛ doct. in. c. querelam. de electio. ꝛ in. c. significante, de censi. Et ob hoc esset ipse nobilis Reynaldus possessorio iudicio ante omnia manutenendus in sua possessione, vel in ea reintegrandus singula singulis opportune referendo. Et hec dicta sunt quoad processum, ꝛ maxime quoad pretensa attentata. ¶ Sed quoad materiã principalem, existimo ꝙ dictus nobilis Cossa pretendat posse obtinere vic oriam in hac causa: per ea que habentur in. c. ad nostram. de emptio. ꝛ vendit. ꝛ. c. illo vos. de pignorib. ꝛ glos. in. c. consuluit. de vsur. Sed hec non videntur obstare: Et primo quidem not. c. ad nostram. quia in illo ponderantur multa propter que non mirum si venditio de qua ibi censeri deberet simulata. Ponderatur enim ꝙ ille pretensus emptor erat vsurarius: quod etiam videtur ibi tex. innuere, dum dixit contra vsurarios editũ. Et hoc etiam dicebat Egidius. Item concurrebat ibi alia coniectura, scilicet, ꝙ ante septennium non poterat pretensus venditor redimere rem venditam. Et ita volebat ipse pretensus emptor interim lucrari fructus. Concurrebat etiam, ꝙ a principio petitum extiterat per venditorem pecuniam mutuari. Item ꝛ pretij vilitas que omnia ex dicto. c. ad no-
8 stram. colligit ibi Pet. de Ancha. qui † propterea voluit ꝙ ad hoc vt contractus sonans in venditionem presumatur simulatus, ꝛ fictitius non sufficit pactum de retrouendendo, ꝛ pretij paruitas seu vilitas, nisi etiam probetur, ꝙ emptor esset consuetus vsuras exercere: vt no. Archi. in. c. plerique. xiiij. q. iij. Jacob. de Are. Cyn. ꝛ Sali. in. l. emptione. C. plus vale. quod agi. Joan. And. in. c. illo vos. Landu. in cle. j. de vsu. vbi etiam domi. Cardi. Floren. in. §. si. q. xviij. Bald. in. c. j. versicu. quero de quibusdam pactis. de feu. da. in vicem legis commisso. Pet. de Ancha. ꝛ domi. Cardi. Floren. in. c. ad nostram. ꝛ Paul. de Castr. in. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. peta. quinimo multi ex prefatis doct. tenent ꝙ etiam dicta tria non sufficiunt, nisi concurrant alie coniecture posite in dicto. c. ad nostram. ꝛ in allegato. c. illo vos. quia etiam vsurarij possunt facere veros contractus, emptionem, ꝛ pactum de retrouendendo, est de se licitum. l. ij. C. de pact. inter empto. ꝛ vendi. ꝛ contrahentibus licitum est se ad inuicem non ex proposito, sed re ipsa decipere, duntamen lesio dimidiam iusti pretij non excedat. l. in cause. la. ij. §. idem Pomponius. ff. de minor. ꝛ. l. item si pretio. §. si. ff. loca. ꝛ. l. dolus iuncta. l. ij. C. de rescin. vend. in dicta authen. venditionẽ. predicte annue pensiones non concernunt illa omnia de quibus in dicto. c. ad nostram. Et primo quidem nõ ꝙ dictus nobilis Reynaldus esset vsurarius quinimo erat prout ꝛ semper fuit bonus, ꝛ vir nobilis bene, probe, legaliter, ꝛ honeste viuens inter suos concives, ꝛ alios ꝛ pro tali fuit habitus, ꝛ habetur prout firmiter credo facillime probabitur: non etiam factum fuit pactum de retrouendendo tempore facte venditionis predicte pensionis, que facta legitur anno Domini, M. cccclxxxviij. ꝛ die prima mensis Nouembris: sed postea ex longo interuallo, scilicet anno predicto, ꝛ die. xxviij. mensis Decembris, ꝛ sic presupposito citra preiudicium veritatis ꝙ in dicta vẽditione interuenisset pretij vilitas, tamen ex illis duobus, hoc est pretensa pretij vilitate, seu paruitate, ꝛ pacto de retrouendendo apposito ex interuallo, non presumeretur contractus simulatus, quia ad hoc vt presumatur contractus simulatus opus est ꝙ pactum huiusmodi interuenerit, a principio, seu incontinenti tempore contractus, per id quod habetur in. l. iiij. §. si ab ignoto. ff. de manumissio. ꝛ quod not. Bald. in. l. fin. qõ. x. C. si ser. extero: ea enim que ex interuallo fiunt non possunt adduci ad probandam simulationem: vt not. Jaco. Butri. ꝛ Bar. in. l. pacta nouissima. C. de pac. ꝛ in. l. item quia. §. idem Juliano. ff. eod. titu. Bald. ꝛ Ange. in. l. si quis. cum aliter. ff. de verborum obligation. Et quamuis glos. ꝛ aliqui docto. in. c. consuluit de vsu. ꝛ in. c. ad nostram voluerint ꝙ pretij vilitas ꝛ pactum de retrouendendo sufficiat ad probandum contractum sonantem in venditionem esse simulatum, ꝛ factum in fraudem vsurarum illi tamen non loquuntur in pacto de retrouendendo, facto ex interuallo, sed magis sentiunt de pacto apposito tempore contractus, ꝛ sic dicta illorum, vtpote loquentium in casu diuerso non nocent ijs que dixi. Preterea existimo ꝙ tempore facte venditionis predicte pensionis non reputarentur mille, ꝛ quingenti floreni annue pensionis cẽtum ꝛ quinquaginta florenorum: ꝛ puto ꝙ eo tempore magis communiter, ꝛ in Auenione, ꝛ in partibus illis vendebantur annue pensiones ad rationem decem aut nouem, vel saltem octo, pro centenario, ꝛ ꝙ de consuetudine ꝛ secundum communem obseruantiam tunc occurrentem, pretium huiusmodi reputabatur iustum, aut sufficiens, seu congruum: quod si postea ceperint pensiones vendi pretio cariori, quemadmodum etiam videmus in ceteris rebus, nihil ad rem quia quoad hoc debet inspici tempus contractus, vt habetur in capitulo, cum causa ꝛ. c. cum dilecti. ꝛ quod ibi gloss. super verbo, tunc valentem, ꝛ doctores, de emptione ꝛ venditio. ꝛ quod not. Cyn. in. l. si minorem. C. de

in integ. restit. mino. facit. l. si voluntate, ad fin. C. de rescindenda vendit. Et sic videtur ꝙ nec dictum. c. ad nostram, aut. c. illo vos, seu etiam notata in. c. consuluit, suffragentur intentioni dicti nobilis Cossa. Interim vero habita opportuna facti informatione, poterit egregius vir dominus procurator, facere defensiones dicti nobilis Raynaldi, tam ad impugnationem intentionis principalis predicti aduersarij, ꝙ etiam ad impeditionem dictorum pretensorum attentatorum. Et erit bonum producere instrumentum venditionis: ꝛ ꝙ petatur repelli ab hac petitione, ꝛ super hoc obseruari iuramentum per partem prestitū. Que omnia dixerim, ꝛc.

¶ Rubri. Depositi. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxvij.

¶ Depositum pecunie accepi. Quanuis is cuius mandato factum est, fateatur esse expositum ꝛ insumptum: nisi tamen eius confessionem acceptauerim, vel alias constet me recte expendisse, ad reddendum depositum vrgeri possum, vel mei heredes. V. F.

1 ☞ Cancellata nota an ꝛ quando probet depositum.
2 Confessio soluti quando confitenti non preiudicet: et an sit per partem acceptanda: ꝛ an erronea reuocari possit.
3 Presumitur voluntas durare.
4 Librum suarum rationum edere, an ꝛ quando quis teneatur.



Ex Instrumento cuius notam sumpsisse ꝛ recepisse legitur honorabilis quondam vir Pontius de Petra, anno Domini, millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, ꝛ de mense Januarij constat ꝛ appareret nobiles Joannem, ꝛ Petrum de Farelis, fratres habuisse ꝛ recepisse mille scuta auri sine sole in depositum, ꝛ commendam ꝛ hoc ab egregio viro domino Joanne Lartessati, illos tradente, ꝛ memorante, pro ꝛ nomine reuerendis. do. ꝛc. ꝛ de proprijs pecunijs eiuidem ipsosq; nobiles Joannem, ꝛ Petrum seu eorum quemlibet conuenisse, ꝛ promisisse tenere custodire, ꝛ seruare dicta mille scuta in depositum custodiam, ꝛ commendam sub nomine eiusdem reuerendis. domini seu dicti domi. Lartessati eius procuratoris, ꝛ alias prout in dicta nota, que licet † preten datur fuisse de consensu eiusdem reuerendissimi domini cancellata, nihilominus probat depositum, commendam, ꝛ custodiam predictas. l. qui tabulas. ꝛ quod ibi Bart. ꝛ. l. Fullo. §. qui tabulas. ff. de fur. Et nisi ipsi Joannes, ꝛ Petrus vel eorum heredes probēt solutionem vel alias exbursationem summe predicte factam iuxta, ꝛ secundum voluntatem ipsius reuerendissi. domini, ipsi tenentur ad solutionem ipsius summe, vel illius partis cuius solutionem non probabunt, non autem videtur, ꝙ illa pretensa quietantia, que scripta legitur in margine dicte note, ꝛ vt pretēditur ann. Do. M. cccc. xcvi. ꝛ die. xiij. mēsis Aprilis: ꝛ vt dicitur per magistrū Hiero. de Petra, probet solutionem huius summe. Cum † qꝛ licet in huiuscemodi pretensa quietantia legatur dictum reueren. dominum fuisse confessum, ꝛ recognouisse in pluribus ꝛ diuersis vicibus depositum huiusmodi fuisse secundum ordinationem ꝛ mādatum eiusdem expositum, ꝛ per ipsos nobiles exbursatum: non tamen apparet ꝙ confessio huiusmodi fuerit per dictos nobiles Joannem ꝛ Petrum acceptata. Et quidem non per ipsum Petrum: quia vt ibi scribitur, ipse erat absens, non etiam per Joannem: quia licet idem Joannes presens existeret, non tamen appareat ꝙ ipse acceptauerit dictam confessionem: Quo fit, vt predicta confessio eidem reuerend. domino non preiudicauerit. per id quod not. Cyn. in. l. j. questio. vj. ꝛ quod ibi appertius Salic. in quinta opposi. C. de confes. Sali. in. l. generaliter. questio. vj. C. de non numera. pecu. ꝛ in. l. iubemus. C. de libera. caus. vbi refert se ita sepius consuluisse. Et per hoc infert non sufficere ꝙ testes dicant confessionem fuisse factam parte presente. Nisi etiam dicant ꝛ confessionem acceptante: quod etiam voluit Alex. de Imol. consil. cxxiij. exordien. Viso superiore themate, ꝛc. versicu. preterea ista confessio non fuit acceptata. in tertio volumi. consil. xx. exordiente, In causa appellationis, ꝛc. ꝛ consilio lxxxij. exordien. In causa ꝛ lite vertente inter prouidū mercatorem, ꝛc. in quarto volu. ꝛ do. Jason May. in. l. error. C. de iur. ꝛ fact. ignor. ꝛ in. l. postꝙ liti. C. de pact. ꝛ prout refert Salic. in dicta. l. generaliter. in. vj. questio. ita tenet Richard. de Salic. eius patruus. Et hec cōclusio videtur probari in. l. fina. ff. de interroga. actio. ꝛ ex significatione vocabuli: quia confessio idem est, ꝙ simul fassio: quia confessio deriuatur a for faris, ꝛ dictione cum que simul iuncta denotant simultatem loquutionis. l. j. §. j. ff. de pactis. l. consensu. in princip. ff. de actio. ꝛ obliga. ꝛ per alias rationes de quibus per docto. in predictis locis. Et est de mente Bald. in. l. ij. C. de acquir. heredit. vbi voluit ꝙ non acceptans verba aduersarij, non potest se ex illis verbis iuuare. Cum etiā non videtur predicta confessio nocuisse prefato reuerendissimo, ꝛc. quominus potuerit eam remouere: pro eo quia confessio erronea potest reuocari, saltē probando rem aliter se habere, maxime vbi tractatur de euitando damno eius qui confessus est, tunc enim tolleratur: ad hoc etiam in facto proprio. l. sed si me putem: ꝛ quod ibi not. docto. ff. de condictio. indebi. l. cum falsa. ꝛ. l. si post diuisionem, ꝛ quod ibi docto. ꝛ quod do. Jason Mayn. in. l. error. C. de iur. ꝛ fact. ignoran. l. cum de indebito. in princi. ꝛ quod ibi docto. ff. de probat, ꝛ quod not. Barto. in. l. non fatetur. ff. de confes. ꝛ cano. in. c. fin. eod. titu. huiuscemodi autem censetur fuisse confessio de recepto, imo de pretenso exposito, ꝛ exbursato, facta per dictū reuerendissimum dominum qui ad falsam assertionem dicti nobilis Joannis asserentis fortasse se, ꝛ dictum Petrū fratrem, exposuisse, ꝛ exbursasse summā predictam mille scutorum, Et hec iuxta mandatum ꝛ ordinationem ipsius reuerendissimi domini: cuius falsitas videtur apparere ex eo, qꝛ nihil cōperitur emptum nec pro emptis ꝛ comparatis expositum aut exbursatum vltra ꝛ preter quedā predia empta, ꝛ acquisita pretio quingentorum ꝛ quadraginta scutorū pro ꝛ nomine egregie quondam iuuenis domine Agnetis, ꝛ pro ea cum esset legitime etatis dotāda, ꝛ que postea fuerint in dotem eiusdem domi. Agnetis, ꝛ pro ea constituta nobili ꝛ egregio viro domino Oliuerio Rolandi legum doctori eius tunc sponso. Sic igitur videtur residuum dicte summe remansisse penes dictum Joannem, ꝛ Petrum, ꝛ hodie remanere penes eorum heredes postquam non reperitur aliquid vltra summam predictam quingentorum, ꝛ quadringēta scutorum expositum, vel exbursatum in emptione bonorum nisi forte quis dicat residuum dicte summe fuisse exbursatum, vel expositum in alijs, ꝛ hoc iuxta mādatum ꝛ ordinationem dicti reuerendissimi domini. Sed istud non obstat, pro eo quia cum appareat summam predictam mille scutorum fuisse habitam, ꝛ receptam a prefato reuerendissimo domino magistro, scilicet dicti domini Joannis Lartessati, ꝛ pro emendis possessionibus, predijs, censibus, ꝛ alijs reditibus non est presumendum ꝙ voluntas prefati reuerendissimi domini postea fuerit mutata aut ꝙ ipse postea in alijs, vel pro alijs mandauerit, vel ordinauerit pecuniam predictam, aut partem illius, exbursari, vel
3 exponi, pro eo quia voluntas durasse, ꝛ durare presumitur. c. maiores. de baptismo. c. a nobis. el grande de senten. excommunica. l. cum tacitum ꝛ. l. quinquaginta. ff. de proba. vnde dicit, lex illi probationem incumbere, qui voluntatis mutationem allegat. l. Lucius. in fin. ff. de lega. ij. ꝛ. l. cum qui. ff. de proba. quod etiā voluit Roma. consi. cccxv. exordien. Donatio patris nullo iure, ꝛc. versi. ex his ergo. Predicta fortificantur ex eo, quia etiam ipse reuerendissimus dominus declarauit sane mentis, ꝛ voluntatis fuisse ꝙ possessiones, ꝛ reditus de dictis mille scutis emerentur ad vtilitatem dicte domine Agnetis, ꝛ ꝙ huiuscemodi voluntatem declarauerat dicto domino Joanni Lartessati, cuius ministerio numerauit, deposuit ac in commendam depositum, ꝛ custodiam tradidit dicta mille scuta prefatis nobilibus Joanni, ꝛ Petro de Farelis. Dixit preterea, ꝛ declarauit idem reuerendissimus dominus per alias litteras suas, se fuisse male informatum, ꝛ deceptum tempore concessionis dicte pretense quietātie, ꝛ confessionis de recepto, seu de pretenso exbursato, vel exposito que declarationes, ꝛ ipsius reuerendissimi domini assertiones non videntur contemnende: est enim Cardinalis, ꝛ Legatus cuius propterea verba sunt magni pendenda: ꝛ eo maxime, quia de exbursatione partis pecunie, ꝛ pro emptione prediorum apparet, ꝛ de alia non appareret: de qua verisimiliter si illa fuisset per dictos de Farelis, exbursata, procurassent ipsi fieri publicationem, aut publica instru

instrumenta, aut particulares recognitiones, prout fieri fecerunt quoad dictam summam quingẽtorum ꝛ quadra-
4 ginta scutorum. Preterea audio † ꝙ ipsi de Faretis conficiebant librum rationum, de datis ꝛ receptis: quod si ita est, viderentur heredes eorum compellendi ad eorum exhibitionem, prout dici solet de quocunqꝫ mercatore, vel artifice, qui occasione sui artificij conficeret librum rationum: quia ille qui cum tali contrahit, videtur ei tacite mandare ꝙ rationem cõficiat. arg. l. vniuersarum. ff. de pigno. actio. ꝛ. l. fin. ff. quod cum eo. secundum Iaco. Butr. Bar. Ange. Salic. Franc. de Alber. Flori. ꝛ Alex. de Imo. in. l. j. C. de eden. Idem tenet Iaco. Butr. ꝛ Bart. in. l. quedã, in principio. ff. de edend. ꝛ Iac. Butr. in. l. j. §. editiones. ff. de conditio. ꝛ Anto. de Butr. in. c. j. de probat. ꝛ do. Cardi. Florenti. in Clem. j. de vsu. vbi dicit istam opinionem seruari: quemadmodum igitur tales compelluntur exhibere suos libros illis qui cum eis contrahunt, ita ꝛ in casu videntur dicti heredes compellendi ad exhibitionem librorũ dictorum nobilium Petri ꝛ Ioannis, in quibus verisimiliter descripserunt depositam ꝛ commendã dictorum mille scutorum, ꝛ illas pretensas expositiones seu exbursationes factas de dicta summa: ꝛ in pretẽsis multis vicibus, si tamen ꝛ quatenus ille facte extiterunt, prout non creditur vltra ꝛ preter solutionem factam de dictis quingentis et quadraginta scutis. Que dixerim, ꝛc.

¶ Rub. De impub. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxviij.

¶ Substitutio hec, Si filius heres erit, ꝛ in pupillari etate decesserit: compendiosa censeri debet, ita vt vulgarem eiusmodi contineat, a qua testamentarias vires possit assumere. A. F.

1 ☞ Substitutio compendiosa, an interdum his verbis fiat, Si filius in pupillari etate decesserit: ꝛ substitutionũ formule quedam.
2 Testamentum ab expressa vulgari vires potest assumere: sed ꝛ nonnunquam a tacita.
3 Expirante pupillari expressa, non continuo semper expirat vulgaris tacita quam continet.
4 Detractio duarum quartarum per filiam grauatã fienda.
5 Coniunctio verbalis, ꝛ inde ius accrescendi qualia.



Viso Consultationis themate mihi trãsmisso parte Catherine ꝛ Antonete Mercerij filiarum quondam naturalium ꝛ legitimarum defuncti viri Bertrandi Mercerij, ꝛ dubijs seu quesitis ex themate huiusmodi elicitis, dico ꝛ respõdeo, prout infra, sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sentientis: ꝛ primo ad primum: pro cuius faciliori solutione hic videtur, ꝛ non inopportune aliquid dicendũ de prima substitutione, illa videlicet, que facta est Ioanne vniuersali heredi institute de Guilielma eius sorore, an videlicet illa fuerit formaliter pupillaris, aut compendiosa. Dubium fuit, quia non dicit Guilielmus testator in dicta substitutione, Et eo casu quo in futurum contingeret dictam Ioannã Mercerij esse heredem, ꝛ in pupillari etate decedere sine, ꝛc. eidẽ substituo Guilielmetã: sed dixit, Et eo casu quo in futurum contingeret dictam Ioannam in pupillari etate decedere sine, ꝛc. substituo dictam Guilielmetam, ꝛ sic detractis verbis esse heredem: que videntur esse de forma, vel de substantia pupillaris substitutionis. institut. de pupilla. substit. in princip. ꝛ quod not. glos. in. l. precibus. C. de impube. ꝛ alijs substitutio. Super hoc dicit Bald. in. l. precibus. versic. vnum etiam aduerte. C. de impube. ꝛ alijs substit. ꝙ si substitutio fuerit ita concepta, Si filius meus heres erit, ꝛ in pupillari etate decesserit, illa est pupillaris substitutio expressa proprie, ꝛ in forma continet vulgarem omnino tacitam: ꝛ ꝙ tũc habet locum. l. ꝙ si fi-
1 lius. ff. de capti. ꝛ postlim. reuer. sed † detracta illa cõditione si heres erit, ꝛ apposita sola conditione, Si in pupillari etate decesserit, tunc talis substitutio est compendiosa, licet limitata ad pupillarem etatem: ꝛ ideo continet vulgarem expressam. Quo fit vt quamuis pupillus moriatur viuo patre, nihilominus substitutus succedat ex vulgari expressa: ꝛ ratio est secundum eum, quia ex quo testator indistincte loquutus est, non distinguendo si fuerit heres ipse pupillus, vel non fuerit ex propria natura ꝛ significatione indefinite, vtrunqꝫ casum comprehẽdit. arg. l. si seruitus. ff. de seruitu. vrban. predio. l. in venditione. §. de tempore. ff. de bon. auth. iudic. possiden. ꝛ. l. conditionum qꝫ. in futurum. ff. de condi. ꝛ demõst. Et sic ex mente Bald. multum refert inter formas substitutionis superius relatas, ꝛ ex variatione formarum huiusmodi, variatur effectus substitutionis: ꝛ nimirum quia si pupillaris substitutio concepta sit hoc modo, scilicet, si pupillus heres erit, ꝛ in pupillari etate decesserit, tamen substitutio tũc propter illa verba, Si heres erit, que directo repugnant vulgari, que sit sub conditione: si heres non erit: tunc vulgaris, que continetur sub illa pupillari, dicitur omnino tacita: secus vero si non essent adiecta illa verba, si heres erit, sed solũ fuisset dictum, si filius moriatur in pupillari etate talem substituo: tunc ista censetur compendiosa limitata ad certum tempus, scilicet, vsqꝫ ad pubertatem, ꝛ tunc cõtinet pupillarem ꝛ vulgarem, ꝛ ambe expresse: quia illa verba, si filius moriatur in pupillari etate, ita conueniunt vulgari, sicut ꝛ pupillari, pro eo quia pupillus potest mori in pupillari etate viuẽte testatore, vel etiam post mortem illius, ꝛ ante aditam hereditatem, vel etiam post mortem, ꝛ post aditam hereditatem. Et istam sententiam Bald. sequitur Paul. de Cast. in. d. l. precibus. versic. sed aduerte, ad vnum quod hic pulchre ꝛ notabiliter dicit Bald. vbi etiam refert se hunc casum de facto habuisse Florentie, ꝛ ita consuluisse cum pluribus docto. Perusinis magne authoritatis, per solum dictum Bald. quod secundum eum est subtile ꝛ pulchrum. Et quamuis aliquibus non placuerit ratio Bald. quatenus voluit ꝙ si testator dixerit, si pupillus decesserit in pupillari etate, talem substituo: Et sic detractis illis verbis, si heres erit, nõ sit talis substitutio pupillaris, sed compendiosa: decisio tamen, seu dictum Bald. scilicet, ꝙ isto casu vulgaris contenta in illa pupillari, non sit omnino tacita, sed expressa verbis generalibus: placuit docto. ꝛ quidem Ioan. de Imol. quamuis de Baldo mentionem non faciat in. c. Raynutius. versic. circa primũ quod contineat tacitam aut vulgarem de testamen. hãc decisionem Bald. etiam sequitur Philip. de Corn. in. d. l. precibus. vers. ex quo innuitur ꝙ si simpliciter dicatur, si filius meus in pupillari etate decesserit, ꝛc. vbi pro hac parte multa ꝛ quidem eleganter, ꝛ subtiliter inducit, que possunt ibi videri: dicit etiam ꝙ in facti contingentia pro hac parte consuluit apud Viterbium, ꝛ ꝙ vidit nõnullos famosissimos doctores nostros idem consuluisse. Istam decisionem etiã tenuit Floren. in. d. c. Raynutius, prout videtur referre Ioan. de Imol. in loco superius allegato: illam etiam sequitur domi. Iason May. in. d. l. precibus. versicu. secundo singulariter limita id quod voluit Barto. ꝛ omnes, ꝛc. ꝛ in. l. ij. versicu. tenet Bartol. ibi non est obmittendum. ꝛ versicu. secunda vtilitas. ꝛ versic. quid tenẽdum. teneo opinionem Bald. ꝛc. vbi etiam allegat Bald. idem tenere, ꝛ est verum. l. penulti. C. de impube. ꝛ alijs substitu. allegat etiam Cardi. Floren. in. d. c. Raynutius. vbi dicit istam opinionem Bal. communiter teneri: allegat insuper idem domi. Iason multos, ꝛ quidem famosissimos doct. tenere dictam decisionem, ꝛ apperte declarat fundamentum huius decisionis. Concludendo ergo in hoc articulo, dico ꝙ siue dicamus substitutionem factam dicte Ioanne de prefata Guilielmeta fuisse compendiosam prout videntur voluisse Bald. ꝛ Pau. de Cast. in. d. l. precibus, siue pupillarem, vt videntur voluisse multi alij: nihilominus tamen vulgaris in ea contenta, non fuit omnino tacita, sed fuit expressa verbis generalibus: prout dicunt docto. in. d. l. precibus. de vulga. ꝛ pupil. contentis in compendiosa: ꝛ prout dicunt in. l. Lucius. ff. de vulga. ꝛ pupillari: de ipsis vulgari, ꝛ pupillari substitutionibus contentis in breuiloca, seu reciproca, ꝛ ꝙ dicta substitutio vulgaris contenta in substitutione superius mentionata, ꝛ facta per Guilielmum Mercerij, fuerit expressa verbis generalibus: tenet Bald. ꝛ alij superius allegati. Ex quibus respondeo ad dictum primum quesitum, ꝛ dico testamentum dicti quondam Guilielmi, non esse extinctum, aut factum caducum: quamuis eo viuente vita functa extiterit, ꝛ ab humanis decesserit dicta Ioanna eius filia, ꝛ per eum heres
2 vniuersalis instituta: pro eo † quia ab expressa vulgari, potuit testamentum vires assumere, ꝛ hoc voluit Baldus,


⁊ alij post eum in locis superius allegatis: hoc etiã tenent doct. cõmuniter pro quo allegasse sufficiat, not. per Bart. Angel. ⁊ modernos in. l. Centurio. ff. de vulg. ⁊ pupilla. et Bald. in. d. l. precibus. versi. vnum etiã aduerte, ⁊ notabili. Oldrad. consil. xx. exordiente, Quidam habens matrem ⁊ vxorem. ⁊ quod not. Joan. de Jmol. in. l. pater filiũ. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ tam ipse, q̃ alij in multis alijs locis. Preterea supposito citra preiudiũ veritatis, q vulgaris substitutio cõtẽta in dicta pupillari, fuisset omnino tacita, prout nõ fuit, nihilominus videtur q ab ea potuerit testamẽtũ dicti quõdã Guilielmi, vires assumere. per id quod no. gl. in. l. lex Cornelia. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ in. l. penult. ff. de vent. inspi. Guil. de Cug. in. d. l. precibus. C. de impube. et alijs substitu. Multas remissiones ponit Alex. de Jmol. in. l. j. versic. circa secundũ effectum, substitutio vulgaris ibi, ⁊ inquantũ in hoc effectu: ⁊ concludit Bart. ff. de vulgari ⁊ pupil. in. l. apud Julianum. §. idem Julianus. ff. ad Trebel. ⁊ consil. j. in primo volu. ad que loca causa breuitatis remisisse sufficiat: ⁊ procedit hoc nõ solum eo casu quo pupillus cui facta est substitutio pupillaris, ⁊ in qua continetur tacita vulgaris superuixit testatori: sed etiam eo casu quo viuo testatore decessit idem pupillus, quia licet
3 † per mortem eiusdem pupilli sic decedentis expirauerit pupillaris substitutio sibi facta, ⁊ sic non possit substitutus in vim substitutiõis huiusmodi succedere in proprijs bonis ipsius impuberis: non tamen expirauit tacita vulgaris, contenta in pupillari: ⁊ per quam vulgarem succedit substitutus in bonis testatoris, ⁊ q non expiret, tenuit glos. in. d. l. lex. Cornelia. in verbo, Non existimo, ⁊ in verbo, Adagnatum. ⁊ in. l. seq. ff. de vulga. ⁊ pupil. idem tenet glos. in. l. j. §. pro secundo. C. de caduc. tollen. ⁊ hec videtur verior opinio secundũ Alexan. de Jmo. in. d. l. j. versic. sed q indistincte. ff. de vulga. ⁊ pupil. quam etiam tenuit Guilielmus de Cug. in materia vulgaris. ⁊ Bald. in dicto. §. pro secundo, ponderans ibi glos. in verbo substitutus, ⁊c. Bald. in. l. humanitatis. versi. octauo. C. de impub. ⁊ alijs substitut. Joan. de Jmo. in dicta. l. j. ⁊. l. lex Cornelia. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ in allegato. c. Raynutius, versic. iuxta predicta potest dubitari, quid si moriatur pupillus in vita testatoris. de testa. Et vtrobiq̃ respõdet distinctioni quam ponit Barto. in dicta. l. j. versic. Alterius quero, pupillus cui est facta substitutio, ⁊c. ⁊ in allegata. l. lex Cornelia. cuius responsiones non refero causa breuitatis: ⁊ hanc opinionem dicit tenendam do. Jason May. in dicta. l. j. vers. quarto querit Bart. pone q pupillo fuit facta pupillaris substitutio, vbi relatis opinionibus ⁊ fundamentis, tandem ⁊ finaliter dicit, q reiectis opinionibus, illa videtur verior opinio, q ex tacita vulgari succedatur, ⁊ q ista videtur tenenda: quia multũ fauemus substitutionibus multa possunt pro hac opinione induci, sed quia videri possunt in locis allegatis non refero non igitur videtur testamentum predictum expirasse, aut factum caducum. Preterea potuit testamentum predictum etiam alia ratione sumere vires a tacita vulgari contenta in dicta pupillari, pro eo scilicet, quia dicta Guilielmeta, fuit per dictum Guilielmum patrem dicte Joanne eius sorori pupillariter substituta: quo casu non expirat tacita vulgaris, contenta in expressa pupillari etiam si pupillus ab humanis decedat, superstite testatore. l. si pater filium, vbi est tex. notabilis, secundum intellectum Jacob. de Are. ⁊ Barto. ff. de vulga. ⁊ pupil. Et istud non habet dubium. Quarto pro hoc posset induci aliud fundamentum sumptum ex clausula codicillari, si illa in testamento predicto fuisset apposita, ⁊ concepta, non solum per verbum si non valet, sed etiam per verbum si non valebit, aut si valere non poterit vel per verbum si non valeret, vel per aliud per quod fuerit dispositio collata, non solum in presens, sed etiam in tempus futurum: isto enim casu operaretur etiam si pupillaris substitutio, ⁊ tacita vulgaris in ea contenta, expirassent per mortem dicte Joanne, ab humanis vita functe, viuente dicto. Guilielmo testatore: quia per clausulam huiusmodi, censerentur venientes ab intestato rogati de restituendo dicte Guilielmete, prout elegãter ⁊ subtiliter prosequitur Ange. consi. xl. ¶ Ad secundum quesitum, dico ⁊ respondeo, q substitutio de qua ibi fuit compendiosa, secundum formam illius ⁊ que cum supponamus prefatam Guilielmetam, se immiscuisse paterne hereditati, ⁊ factam puberem ab humanis decessisse valuit iure fideicommissi non iure directe substitutionis: poterit igitur eius
4 heres ex dicto fideicommisso detraheret duas quartas, scilicet legitimam, que est tertia pars bonorum eorum, scilicet que supersunt deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa authen. de trien. ⁊ semis. §. j. collat. iij. ⁊ authen. nouissima. C. de inoffi. testamen. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffi. testamen. Poterit insuper detrahere quartam partem residui pro trebellianica, iuxta theoricam glo. in. c. Raynaldus. super verbo licet totas, de testa. ⁊ quod not. Joan. de Jmol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ Bald. in. l. scimus. in prin. C. de inoffic. testamen. ⁊ plenius in. l. si vero. §. quid ergo. ff. de testamen. milit. ⁊ q filius grauatus de restituendo, sub conditione, vel in diem, possit detrahere duas quartas, voluit gloss. ⁊ post eam Bart. in. d. l. Papinianus. §. meminisse. glo. ⁊ Bart. in. l. § q̃. C. ad leg. falcid. ⁊ sunt boni text. in. d. c. Raynutius, ⁊. c. Raynaldus. de testa. ⁊ ita communiter obseruatur. ¶ Ad tertium, dico ⁊ respondeo, q ipsa potuit disponere de dictis duabus quartis, que, vt dixi, possunt ex eius persona detrahi de dicto fideicommisso. ¶ Ad quartum, dico q filie dicti Bertrandi, ipsi Guilielmete substitute, debent habere residuum, partim iure substitutionis de eis
5 facte, ⁊ partim iure accrescendi: pro eo † quia cum honesta quondam mulier Lucia, vxor dum viueret dicti quõdam Guilielmi testatoris eis substituta ab humanis decessisset, viuo dicto Guilielmo testatore, pars, ⁊ portio eisdẽ Lucie relicta accreuit prefatis Catherine, ⁊ Antonete: quia licet iste, Lucia Catherina, ⁊ Antoneta fuerint re disiuncte: fuerunt tamen verbis coniuncte, vnitatis verbi substitutionis, si tamen bene ⁊ opportune relate, est substitutio in themate predicto: ibi enim dicitur q dictus quondam Guilielmus substituit eidem Guilielmete, videlicet, in medietate bonorum suorum predictam Luciam, ⁊ in alia medietate, ⁊c. ratione enim distributionis partiũ seu portionum, ⁊ quotarum, iste fuerunt re disiuncte sed quia vnitum fuit verbum Substituit, ratione huius vnitatis censentur verbis coniuncte Et hoc quia in vnione verbali inspicimus vnitatem sermonis seu orationis, ⁊ signanter verbi a quo reguntur multa coniuncta, vel absolute seu solute posita: vt verbi gratia si dico, Titio ⁊ Meuio fundum lego, vel Titio Meuio fundum lego seu etiam si dico Titio, ⁊ Meuio equis portionibus fundum lego: in ijs enim casibus, ⁊ eorum quolibet, est verbalis cõiunctio propter vnitatem illius verbi lego a quo reguntur illi duo datiui Titio, ⁊ Meuio quamuis in duobus primis casibus sit etiam coniunctio realis, ⁊ pro his allegasse sufficiat l. j. §. his ita. ⁊ quod ibi Bald. ⁊ scribentes. C. de cadu. tol. ⁊ quod not. Barto. ⁊ docto. in. l. re coniuncti. ff. de lega. iij. Oldra. Bartol. Paul. de Castr. Joan. de Jmol. ⁊ docto. communiter in. l. Meuio. ff. de lega. ij. ⁊ quod not. Bald. in. l. si fortidianum. versicu. sciens si imperfectum copuletur perfecto. C. de lega. ⁊ in. d. l. j. §. his ita. vbi voluit q si imperfectum copuletur perfecto, vt verbi gratia quia dicit testator relinquo Titio fundum Plotianum, item Seio eundem fundum: Titius ⁊ Seius dicuntur verbis coniuncti: quia licet hic videantur esse due orationes, pro eo quia post illa verba item Seio eundem fundum, tacite subintelligitur verbum relinquo. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de lega. ij. tamen illud tacitum non attenditur in verbali coniunctione, vel disiunctione, alias, vt dicit Bald. legatarij semper essent disiuncti: cum enumeratione personarum tacite videatur legatum, seu relictum diuisum inter eos. l. cum fundus. ff. de condi. ⁊ demon. quod est falsum quia pluries reperiuntur coniuncti re ⁊ verbis. dicta. l. re coniuncti Concludendo igitur dico q cum, vt ponitur in casu, seu themate mihi misso, fuerit dictum in substitutione facta de predictis Lucia ⁊ neptibus, seu nepotibus q dictus Guilielmus testator substituit dictam Luciam, ⁊c. in medietate, ⁊c. non expresse repetito verbo, Substituit, iste censentur fuisse verbis cõiuncte per predicta. Et sic portio relicta dicte Lucie accereuit cõsubstitute per predicta, ¶ Ad quintum, dico ⁊ respondeo, q legata ⁊ debita de quibus ibi, debent supportari ⁊ solui effectualiter pro parte per heredes predicte Guilielmete, ⁊ pro alia parte per dictas filias substitutas: legata vero relicta per dictam Guilielmetam, ⁊ alia debita sua, si que erant debent solui per heredes ipsius Guilielmete, non antẽ per dictas Antonetam, ⁊ Catherinam, pro eo quia ille non succedũt ipsi Guilielmete, sed Guilielmo testatori. d. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. ⁊ pupil. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rub

¶ Rub. Commu. de succes. ¶ Epitome. ¶ Consi. cccxix.

¶ Masculi nonnunquam remotioris gradus & ex feminis descendentes, exclusis feminis proximioribus, per verbum & suos masculos, a testatore vocantur. V.F.

1 ☞ Liberorum appellatione an nepotes ex filia contineantur. & nu. 4.
2 Liberi positi in conditione an censeantur substituti, & numero sequen.
5 Muliere submota a successione, submoti etiam censentur ab ea descendentes.
6 Muliebris generis modicus respectus & quare.
7 Feudum ad masculum solum defertur, exclusa femina eiusdem gradus.
8 Statutis dispositiones testantium conformande, & consuetudini.
9 Filiorum appellatione qui veniant.
10 Detractio legitime & trebellianice. & nu. 17.
11 Inventarium non conficiens an ideo privetur trebellianica.
12 Caducum fideicommissum quando fiat: & an ante tempus restitui possit.
13 Fructus in trebellianicam in liberis primi gradus non imputantur.
14 Donatio propter nuptias que, & de donatione causa mortis non stipulata, & absenti facta.
15 Opinio unius doctoris interdum est communi preferenda.
16 Iuramentum restitutionem in integrum quando impediat in minore, & in aliis renuntiatibus.
17 Fideicommissorie restitutioni non subiacent etiam habita a testatore alio titulo quam ex ultima voluntate.
18 Imputentur in legitimam donatarii ea que respectu patris & de eius consensu frater fratri suo donavit.



Christi Nomine invocato viso consultationis themate mihi transmisse, parte nobilis Ioan. Chapatii, & dubiis seu quesitis ex themate huiusmodi elicitis. Dico & respondeo, prout infra. Et primo ad primum, quod † si nos
1 supponeremus quod appellatione liberorum masculorum, non veniant nepotes ex filia viva, vel predefuncta, res esset expedita, scilicet quod per illa verba si sine liberis masculis, &c. posito in testamento nobilis & potentis quondam viri do. Gulielmi de Monterodato alias de Miromonte dicti nobilis Ioannis Chapatii proavi, non censeretur idem Ioannes pronepos substitutus, utpote nec expresse substitutus, nec conditionaliter, vel alias mentionatus in substitutione facta per dictum domi. Guilielmum: sed si supponamus quod appellatione liberorum masculorum veniat etiam nepotes ex filia de quo infra dicetur: tunc esset
2 maius dubium pro eo † quia sunt opiniones an liberi positi in conditione censeantur substituti: ut sic in vim substitutionis possint succedere testatori. Et quidem glo. fin. reputata singularis. in l. Lucius. ff. de heredibus instituendis, tenuit quod non: que videtur probari. in l. ex facto etiam agitatum. & in l. si ita quis heres instituatur, sit legitimus. cum ibi no. per gloss. ff. de heredibus institu. ubi verba conditionaliter posita, non inducunt dispositionem: facit. l. si quis sub condictione. ff. si quis omis. cau. test. & l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. j. & istam opinionem glo. sequuntur Dy. Iac. de Are. Cy. Bar. Franc. Tigri. Rayne. Bald. Ange. & Ioan. de Imol. in dicta. l. Lucius. Io. And. in addi. Specu. titu. de testa. §. j. in addi. que incipit huic questioni accedit. ad fin. Bal. in. l. potest quis. per illum text. ff. de vul. & pup. & in. l. si emancipati in octava oppo. C. de colla. in. l. quod scitis. C. de bo. que libe. & in. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. & in. l. j. C. de summa trini. & fid. catho. & ita consuluit Oldr. consi. xxj. exord. thema tale est, testator habebat fratrem unum, &c. ad fi. & consi. cxlj. exord. Thema tale est dominus G. Lemouicensis in suo prohemio, &c. prope fi. & Ioa. de Imol. & d. l. filiusfamilias. §. cum quis. & in. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad trebel. Pe. de Ancha. in. c. si pater. in duodecimo nota. de testa. in. vj. in repetitione. c. in presentia. ver. Decimo quero, pone, &c. de proba. & in. c. licet. de voto. & ita consuluit pluries ipse Pet. de Ancha. prout videri potest in consiliis que refert Alexan. de Imol. etiam consulens pro ista parte, consi. xxxij. exord. Viso processu cause. prime, commemorans, &c. in tertia volu. & consi. cxcix. exord. Viso prestanti consi. celeberrimi legum doctoris, domini Ange. Areti. &c. in secundo volu. ubi etiam pro hac parte consuluit multos utrobique referens. Pro ista opinione etiam consuluit collegium Paduanum, consilio. exordien. Sepe revoluta narratione facti, quod est xlvj. inter consilia Fran. de Cur. ibi versic. transitum facimus ad secundum, & multis sequent. multa pro hac parte inducit & concludit, que non refero: etiam pro hac parte multa inducit Philip. de Cor. in. l. j. versi. sed licet hec opinio sit sustentabilis, &c. C. de cond. inser. Sed contrariam opinionem, scilicet quod immo videantur & censeantur substituti liberi eo ipso, quod fuerunt positi in conditione substitutionis, ut verbi gratia, si testator filio, vel alteri descendenti per eum instituto, substituerit sub conditione. si heres sine liberis decederet, tenuit originaliter Oldrad. in. d. l. j. C. de cond. incer. prout ibi refert Sali. in. d. l. j. pro qua opinione videtur bene facere. d. l. Lucius. ff. de hered. instit. dum inibi circa fin. dicitur quod nedum fratrem sed etiam eius liberos pretulit substitutis: facit etiam pro hac parte, quia favore liberorum videtur esse adiecta dicta conditio: ut not. glos. in. d. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de leg. j. & per consequens videtur quod liberi in conditione positi, censeantur vocati ex testamento ad hereditatem testatoris. arg. l. ij. §. si duo. ff. de colla. Barto. in. l. peto. in princ. ff. de lega. ij. Et in hanc partem videtur inclinare Sali. in d. l. j. C. de condi. incert. arg. l. cum avus. ff. de condi. & demonst. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. & l. generaliter. C. de institu. & substitu. sub condi. fac. Hanc expositionem sequutus est Bal. in. d. l. j. in antiquis recollectis, prout refert Pau. de Castr. in. d. l. filiusfamilias. §. cum quis. & illam sequitur Fulgo. in. d. l. j. Rom. consi. xxxij. per. d. §. cum quis. & in. l. ex facto. §. si a contrario censu. ff. ad trebel. idem tenet Flor. de sancto Petro in. d. l. j. & in. d. l. cum acutissimi. multos alios commemorat collegium Paduanum in. d. consi. xlvj. & Philip. de Cor. in. d. l. j. versic. sed licet excludatur substitutus, dato quod filii non succedant substituto tamen dubitatur an ipsi filii censeantur tacite invitati, qui possunt ibi videri cum motivis & rationibus per tenentes hanc partem, allegatis & inductis, pro hac parte etiam multa inducit And. Barb. in repetitione. d. l. cum acutissimi. consil.
3 xxvij. in prima parte: & hec † opinio visa est & videtur multis modernis esse equa, & non parum congruere voluntati testantium & propterea substentabilis: fateor tamen quod prima opinio scilicet quod non censeantur substituti, est magis communis, & signanter apud antiquos, & ideo non reputo tutum recedere ab illa in consulendo, vel iudicando per ea que no. Ostien. Ioan. Andr. & doctor. in. c. j. de constitut. & legiste in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. ¶ Venio ad secundum quesi-
4 tum, pro † cuius faciliori declaratione est ut videtur inquirendum an appelletione liberorum masculorum veniant etiam nepotes ex filia: super quo articulo sunt opiniones. Et primo quidem videtur quod non, per id quod not. Spec. tit. de loca. §. nunc aliqua. versi. cxlvj. ubi voluit quod si quis receperit rem aliquam in emphyteusim pro se & suis filiis masculis, & supersit nepos ex filia, non pertinet res huiusmodi ad illum nepotem. Cuius dicti rationem reddit Spec. quia verbi significatio est ut filius & nepos sit suus: & in eius potestate constitutus, sed filius filie, hoc est nepos avi ex filia non est in potestate eiusdem avi: ergo non est suus & ita ad eum non habetur respectus insti. de patria potest. in fi. & §. sua. institut. de heredum quali. & diffe. & quod filius de femina, seu nepos ex ea, vel reliqui ex eius linea non admittantur, est argumentum secundum Inno. in. l. j. ff. de iur. immuni. & in. d. l. j. C. de condi. incer. & hoc dictum Specu. sequitur Bald. in authen. si quas ruinas. C. de sacros. eccle. & idem voluit Ange. in. l. sed & si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. ad quod facit quod habetur in. c. j. §. fi. qui feu. dare pos. & in. cap. j. §. fi. de successio. feud. per Bald. in. l. maximum vitium. C. de liber. preter. vel exhered. per Ioan. de Imo. in l. quod dicitur. ff. de verbo. obliga. pro hac opinione etiam facit quod voluit Richar. Malumb. in quadam sua disputione, exord. Titius habens duos fratres, scilicet Titium & Meuium &c. quidem refert & sequitur Ioan. An. in addi. Spe. tit. de testamen. in rubrica, sub hoc titulo generali tangam questionem Richar: Malumb. ubi refert Richard. Malumb. quod Titius habens duos fratres, scilicet Seium & Meuium, condidit testamentum, in quo heredem universalem instituit Seium fratrem, & eum rogavit, quod si sine liberis ab humanis decederet, hereditatem restitueret Meuio fratri, vel eius heredibus masculis con

tigit, quod mortuo Titio testatore, etiã mortuus est Meuius relicto nepote ex filia mortua, vel viuente: denuo sine liberis mortuus est Seius heres rogatus de restituenda hereditate Meuio fratri vel eius heredibus masculis querebatur an esset locus fideicõmisso, hoc est an Titiana hereditas restitui deberet dicto nepoti Meuij ex filia tanquam masculo eiusdem Meuij: in quã questione dicit Richar. Malum. & sequitur, vt dixi, Joan. And. quod non quia cum eadem ratio que fuit in excludendo feminas fuerit & sit in excludendo filios feminarum, nepos ex filia viua vel mortua non admittitur: sed heres Seij sibi retinebit Titianã hereditatem cum expirauerit fideicõmissum: & vt dicit Jo. Andr. rationes Richar. stant in hoc, quia cum nepos n.õ veniat nisi per filiam Seij matrem eius exclusam, ipsa, que sibi non sufficit, alteri sufficire censeri non debet. l. qui aliena. §. quanquam. ff. de negotijs gestis. & l. filiam. ff. ad Macedonianum. Preterea certũ est quod filia est agnata: & siue habeatur computatio ad Titium, primum testatorem, siue ad Meuium, semper est videre eius agnationis, & prioritatem eius in vno gradu: illa ergo non admissa absurdum esset admittere eius respectu non agnatum in gradu ulteriorem: pro quo allegatur. l. qui pignoris. ff. de acquirenda possessione. l. secunda. ff. vbi possidetis. & in. l. bello. §. si quis seruum. ff. de capti. inducuntur & alia, que videri possunt per Joan. And. vbi supra. Istas decisiones. Specu. & Ricard. Malum. referunt & sequuntur doctores, in dicta. l. ex facto. §. fina. ff. ad Trebel. vbi Alexan. de Imo. multos refert & in. l. sed si hac lege. §. liberos. vbi etiam Bal. Ange. & Paulus de Castro. ff. de in ius vocan. Paul. de Castro. in. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de libe. & posthum. & domi. Jason May. in. l. secunda. versicu. addo tamen, quod si aliquis: acceperit in emphiteusim. C. de iure emphiteuti. Etiam pro hoc facit quod voluit Sal. in quodam suo consilio. exordien. presupposito, &c. quem late subscribendo sequutus fuit Petrus de Ancha. in quo concludit quod si testator, habẽs filiam, & duos fratres, instituerit fratres, & si decederent sine liberis masculis substituerit filiam & alter dictorum fratrum postea decesserit superstite nepote ex filia sui ipsius, alter vero superstite nepote ex filio, filia testatoris substituta succedit in portionem illius qui decessit superstite nepote ex filia Et idem alias consuluerunt Anto. de Butri. Sali. Joan. de Montegrana. domi. Floria. de sancto Petro, & Matthe. de Mat. prout refert idem Matthe. suo notabili. cxxx. exordien. Not. vnum dictum singulare, &c. vbi verbis apertis dicit, quod appellatione liberorum masculorum, non continentur nepotes masculi: ex filia viuente vel mortua descendentes: vbi allegat Joannes Andr. post Ricard. Malum. & alios supra proxime relatos: & idem voluit Fran. de Crem. in suo singulari. xx. Sed in contrarium videtur, scilicet quod appellatione liberorum masculorum comprehendantur nepotes masculi etiam ex filia: pro eo quia certum est nepotes huiusmodi venire appellatione liberorum. l. cognoscere. §. liberorum & l. liberorum. ff. de verborum significationib. & d. l. prima. C. de cõdi. incer. & cũ huiuscemodi nepotes sint masculi, ipsi videntur venire appellatione liberorum masculorum: pro quo facit capitu. primũ. titu. de eo qui sibi & heredibus suis masculis & simi. quod etiam voluit Paulus de Castro in dicta. l. prima. C. de condi. incer. vbi quanuis in concessione feudi & emphiteusis senserit idem quod Spec. in. d. versi. cxlvj. scilicet quod appellatione liberorũ masculorũ non veniant nepotes ex filia. secus tamen in casu. d. l. j. in quo voluit quod appellatione liberorũ masculorũ, veniãt nepotes ex filia: quanuis dicat Bal. hoc nõ bene declarare in dicta. l. prima. & pro hac parte consuluit Fulgosius consilio lxxxvj. exordiente, Ex facto proponitur quod nobilis & honesta domina Agnes: pro quo allegat authentic. de heredi. abintesta. §. primo & secundo. ibi si quis igitur descendentium fuerit ei qui intestatus moritur cuiuslibet nature gradus, & siue ex masculorum genere, siue ex feminarum descendens, & paulopost sic tamen vt si quem horum descendentium, &c. & in versicul. multa ibi. siue masculi, siue femine sint, siue ex masculorum, siue ex feminarum prole descendant: masculi igitur & descendentes recte dicuntur etiam illi qui ex feminis descẽdunt, nec simplici appellatione masculorum descedentium, soli descendentes ex masculis continentur: vnde non satis fuit legislatori dicere siue masculi, siue femine sunt: sed adiecit & siue ex masculorum, siue ex feminarum prole descendant, quod scilicet superuacuo adiectum esset si masculi descendentes hi tantũ intelligerentur qui descendunt ex masculis Appellatione igitur masculorum descendentium, veniunt non solum masculi descendentes ex masculis, sed etiam descendentes ex feminis: et idem videtur dicendum de nepotibus masculis procreatis ex filia, vt scilicet illi veniant appellatione liberorum masculorum quia id ipsum dicendum est de liberis, quod de descendentibus per id quod voluit Philip. de Franc. in repetitio. capit. si pater. vers. vicesimo sexto quid si dixerit quod hereditas restituatur suis descendentibus & plenius Alexan. de Imola consilio. lvj. exord. Consideratis verbis testamenti. versi. & ita est de mente Jac. de Belloui. &c. in primo volu. Cum igitur prefatus quondã do. Guilicl. miles heredem suum vniuersalẽ instituerit nobilẽ Franc. de Mõterodato eius filiũ naturalem & legitimũ, & post ipsum liberos suos masculos sui ipsius Francisci si illos eum habere cõtingeret vnũ post alium, &c. dictus nobilis Joãnes Chapatij, fuerit nepos ex filia huius nobilis Frãcisci ipse videtur fuisse eidem Francisco substitutus nisi velimus a verbis, & propria eorum significatione recedere: quod non est fiendũ, nisi cum manifestum est testatorem aliud sensisse. l. non aliter. ff. de

5 leg. iij. & † cum in verbis nulla est ambiguitas admitti non debet voluntatis questio. l. ille aut ille. §. cum in verbis eo. tit. non autem apparet in casu contraria & manifesta voluntas dicti domini Guilielmi, nisi forte opponat aliquis quod imo hic appareat de contraria voluntate pro eo, quia si diceremus dictũ nobilem Joannem fuisse per illa verba, & post eum suos liberos masculos &c. iam censeretur ipse in substitutione huiusmodi prelatus filiabus dicti nobilis Francisci & sic matri sui ipsius Joannis, quod non videtur verisimile eundem nobilem Guilielmũ facere voluisse: quia cum mulier est a successione submota, etiam submoti intelligunt qui ab ea pcreãtur quasi ex inutili germine descendentes, ac medio & legitima consequenda non interuenientibus. l. diuo Marco. C. de questio. l. fin. C. de natu. lib. l. quia predia. ff. de seruit. rusti. predio. & in feu. tit. qui feu. da. pos. §. hoc quoque notandum. & quod not. Bar. in. l. liberorum. versic. quer opone quod aliquis &c. & in distinctione per eum ibi relata. ff. de verb. signi. Sed hec non obstant quia illa iura loquuntur in successionibus que ab intestato deferuntur sed in his que deferuntur ex testamẽto sepenumero accidit vt testantes vlteriores, seu remotiores in gradu, anterioribus in gradu anteponant, & plerumque ex facto seruatur & vt ponitur in themate dicte consultationis vbi magnates & alij nobiles si non habent filios masculos, vel alios masculos descendentes per lineã masculinam instituunt nepotes masculos ex filiabus, & illos suis filiabus preferunt. Et idẽ vidi sepe fieri in Dalphinatu, & nõ solũ hos sed etiã fratres & alios remotiores masculos agnatos pferri filiabus, imo etiã masculos, nõ agnatos: est aũt mos hũi, seu obseruãtia sine ratione: & signanter in magnatibus, & alijs nobilibus habẽtibus iurisdictionẽ vt scilicet in suis testamẽtarijs dispositionibus preferant feminis non solũ filios & alios liberos masculos per lineã masculinã descendẽtes, sed etiam liberos masculos descẽdẽtes ex ipsis

6 feminis. Et hoc † propter sexus muliebris imbecilitatem & genus respectu marium seu masculorum inhonoratum, ac maritorum plerunque potestati atque voluntati fortasse, non eque seu iuste etiam in rerum suarm administratione suppositum. l. hac lege. C. de pac. dota. quod non est in masculis etiã ex feminis descendentibus: quinimo tales videntur & sunt honorabiliores successores, & nomen predecessorũ suorũ masculorum, etiã si ab illis per feminas descenderũt gloriosius cõmemorãt: & hinc est quod etiã vt plurimi testatores sic disponentes volunt cognomina & arma deferri per hos ipsos, & eorum successores, & non solũ hec compertuntur in dispositionibus testamentarijs: sed etiam aliquando in successionibus, que a legibus deferũtur, etiã ad descendentes ex feminis masculis, semotis feminis quamquam in pari gradu existãt, vt videri potest in feudis, que ita cõcessa sunt, vt ad mares & feminas trãseãt, seu pertineant. Nã si masculus & femina supersint, solus masculus repulsa muliere admittitur ad feudũ, vt probatur in vsibus feudorũ ti. capitulũ vel abbatẽ. c. j. §. quin etiã. Et supposito quod ad

7 feminas transierit, si tamen vna earum moriens, filium reliquerit altera vero filiam: solus filius ad totum feudum admittitur. c. similiter. si quis inuesti. fue. de feu. ti. de capi. qui curiam vendidit. Et idem si vasallus reliquisset vnicam filiã que marito excepto, & feudo dato in dotem postea minores duos filios reliquisset superstites, quorum alter

postea

postea moriens filiam relinqueret, alter vero filium: nam solus filius admittitur ad feudum.c.j.de eo qui sibi, & heredibus suis. Et si ei qui fuit investitus de feudo, similiter duo filij succedentes fuerunt pariter investiti, deinde alter eorum decesserit filia relicta, alter, hoc est defuncti frater, superstes etiam in parte fratris defuncti succedit, filia defuncti repulsa.ca.j.de duo.fratrib. Sic ergo leges & mores aliquando inter descendentes de feminis differentiam faciunt inter masculos & feminas, ut masculos ad successionem admittant, & feminas, aut pari gradu, aut etiam citeriore concurrentes ab acquisitione repellant. Et hoc pro eo quia honorabilior est masculorum successio, quam feminarum. Et ob rationē, & affectionē huiusmodi videntur cōmoveri magnates, & alij nobiles feminis preferētes masculos etiā attinentes.per solas feminas, & hinc legitur q Cesar Octavianum, nepotē ex Octavia sorore heredē sibi instituit sorore preterita. Cū igitur ita solitū sit in illis partibus non puto absonū, quinimmo existimo rationi valde consonum, q per illa verba & post ipsum suos liberos masculos censeatur dictus nobilis Joānes Chapathij, fuisse substitutus. Si enim sensisset de solis masculis, vel primi gradus, vel alijs per masculos descendentibus, hoc faciliter, & breviter addere poterat: prout fecit legislator in. d.authen. de heredibus abintestato.§. nulla differentia: quod cum non fecerit, signanter obmissum fuisse credendū est.l. unica.§.sinautem.ad deficientes.C.de cadu.tol. & l. si vero. §. de viro.ff.solu.matri. Pro premissis videtur posse opportune induci id quod no. Petr.de Anch.in.l. tres fratres.
8 ff.de pac.ex cuius dictis colligitur, q quis † videtur in dubio testari secundum q disponit statutum, & ideo si testator filios suos heredes instituat, & ille habeat filios & filias soli filij masculi censentur instituti, supposito, q in municipio, seu loco esset statutū, quo caveatur q filie femine sint sua dote cōtēte. Et idē voluit Dy.Bar.Ang.& moder.in l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.vbi dicunt q testator videtur in suo testamento venisse ad successionem illam quem vocat statutum sui municipij: & idem dicit Bar.in.l. vt iurisiurandi.§.si liberi.ff.de ope.liber. Pro hoc inducit multa que non repeto Andre. Barba. in sua Joannina, seu repetitione.c.Raynaldus.de testa.& cōsilio.xliij.ex ord. Preclare scribitur, iudici tribue, inquit, sermonem compositum.ver.& moveor ad sic dicendū.& consilio.lxiij.ex ord. Sapienter scribitur libro Paralipomenō, &c. in prima parte & non solum censentur testantes, vel contrahentes disponere in dubio secundum statutum, seu legem sui municipij, sed etiam secundum consuetudinem.l.ij prius.§.recte placuit.ff.de aqua plu.arc.l.excepto.C.loca.& l. domini prediorum.C.de agricol.& censi.lib.xj.de quo etiam multa ponit And.Barb.in dictis locis: & multo plura post Albe.do.Jason May.in.l.vt liberis.ver.item ex ultima parte tex.no.illa verba &c.C.de colla.& in.l.certi conditio. §. si nummos ff.si cert.peta.& do.Feli.in.c.ex literis vers.septima & ultima declaratio, &c.de fid.instru.facit etiam pro premissis quod voluit Bal.in.l.fideicommissa.§.si servo.ff.de lega.iij.vbi dicit q testator videtur velle illud q consuetum est fieri. Cum igitur iste mos seu observātia inoleverit in illis partibus, quod testatores instituendo, vel substituendo, preferant feminis masculos: etiam descendentes ex illis videtur dictus nobilis Joan.Chapatij, fuisse substitut9 per illa verba, & post ipsam liberos suos masculos, maxime cū etiam dictus dom. Guil, de cuius testamento est sermo fuerit per avum maternū heres institutus. Pre-
9 terea & appellatione filiorum & filiarum, non solum videntur venire filij & filie primi gradus, sed etiam nepotes & neptes.l.filij, & l.iusta.ff.de verbo.signifi.iuncta.l. in testamentis.ff.de regu.iur.& c.cum dilecti.de dona. quod etiam voluit Bar.in.l.liberorū.ff.de verbo.signi.Ant.de Butri.in cap.in quibusdam.de pen. Pet.de Ancha.in clemen.j.de bapti.do.Cardi.Florē.in.c.ij.de verbo.signifi.& Ange.in d.l.Gallus.§.institus.ff.de libe.& posthu. Cum igitur dictus do.Guil.post substitutionem factam de liberis masculis dicti nobilis Francisci eius filij immediate & in illū defectum substituerit filias eiusdem nobilis Francisci, censetur substituisse, non solum filias primi gradus, sed etiam neptes non autem nepotes masculos quia etiam pessimum est feminino vocabulo etiam masculos contineri.l. si ita scriptum sit, filiabus meis.ff.de lega.ij. nisi ergo dicamus q per dicta verba, & post ipsum liberos suos masculos, censeātur substituti nepotes masculi descendentes ex filiabus, sequeretur absurdū, sc3, q masculi, & descendētes ex masculis, ac filie, & neptes descendētes ex filiabus, substituti extitissent, non autem nepotes masculi descendentes ex filiabus, de quibus non fecit mentionē, si de eis non esse factā mentionē diceremus, per illa verba, & post ipsum suos liberos masculos: quod non est presumendum, maxime attenta observantia, seu more illius patrie: & quia iste do. Guiliel.fuit ab avo materno honoratus: insuper & quia ipse invitavit filias & neptes ex filiabus: & quia etiam in sequentibus invitavit nepotes masculos sui ipsius testatoris ex nobilibus.d.Ciglina & Sobeyrana suis filiabus, eo ordine de quo ibi: quos tamen nepotes & filias cēsetur minus dilexisse quam liberos proprios dicti nobilis Francisci. Et quidem de masculis & descendentibus per masculos ac filiabus & nepotibus per eas descendentibus hoc certū est cū primo hos omnino invitaverit.l.publius. in prin.ff.de cond.& demon. Et cur hoc etiam non existat de nepotibus ex filiabus, nō plane video, sed longe potius si non desipio, contrarium. ¶ Non obstant ex adverso allegata. Et primo quidem non quod not. Specu.titu.de loca.§.nunc aliqua.ver.xlvj. Tum quia Spe.loquitur in contractu: nos autem in ultima voluntate in qua fit plenior interpretatio.d.c.cum dilecti.& quod ibi gl. & doct.de don. & l. in testamentis. ff. de regu.iu. Tum & quia fundamēta per Spec.in.d.ver.deducta non videntur sibi locum vendicare in hoc casu. Et primo quidem non id quod dicit q quia aliquis accepit rem in emphyteusim pro se & suis filijs cēseri debeat accepisse pro se & filijs in suipsius recipientis potestate constitutis cuiusmodi non est nepos ex filia quia in testamentis non est ita stricte intelligendum: vt scilicet verbū suis, vel suos, debeat restringi ad illos qui existunt in potestate illius cuius dicuntur sui, quia testatores de tam subtili interpretatione iuris, nō cogitāt, sed debet intelligi de venientibus abintestato secundū gradus prerogativam, eorum scilicet, qui comprehenduntur sub conceptione seu dispositione arg.eius quod not.glos.in.l.si feminas.C. ad Turpillian.l.ij. in verbo suorum.ff. de accus. l.j.§.j.in verbo, vel suis.ff.ad leg.Corn.de sicca.& quod ponit Paul.de Cast.consil.ccclij.ex ord. Visis omnibus pūctis, &c.ver.itē dicet aliquis, q isti fratres Jaumeti nō possunt dici sui.& And.Barbat.consi.xxviij.ex ord.Clementissimi Dei patris domini nostri Jesu Christi presidio humiliter implorato visis dubijs redditis. versic. cum ergo. d.l.cū acutissimi.in.ij.par.vbi multa inducit.Non ergo videntur obstare illis que predixi.§.si.instit.de patria potest. &.§.sui.instit.de heredum quali. & differen. per Spec. alle. Etiam nec obstat.l.j.ff.de iu.immuni.in qua proba ri pretenditur quod appellatione generis, seu posterorū, nō veniunt descendentes ex feminis. Tum quia illa.l.non habet locum in successionibus: vt voluit Joan. de i. moi.in d.l.j.ar.l.cum accutissimi.C. de fideicommissis.l. generaliter.§.cum autem.C.de insti.& substi. sub condi.fac.& l.cum avus.ff.de cond.& demon. Tum & quia illa.l.j.loquitur in odiosis pro eo quia immunitas uni concessa videtur afferre preiudicium alijs: & ideo concessio huiusmodi est restringenda.l. cum quidam.ff. de libe.& posthu. & regula odia.de reg.iur.in vj.sed materia successionis signanter testamentarie, est favorabilis, & propterea adaptanda sunt verba menti testantis,.l.j.C.de sacro san.eccl.auth.de nup.§. disponat testator.collat.iiij.& c.ultima voluntas.xiij.q.ij.cuius dilectio descendit non solū, in filios masculos & alios masculos, descendentes ex masculis, sed etiam in masculos descendentes ex feminis, & hoc ultimum cōiecturatur tam ex more & observantia superius mentionatis, quam etiam ex eo q dictus do.Guil.substituit, non solū dictos filios masculos, & alios descendentes ex masculis sed etiā defectu masculorum dicti quondam Francisci filias & neptes eiusdem Francisci.& deficientibus omnibus his, liberos masculos dictarum Cigline & Sobeyrane: eo tamen ordine de quo in dicto eius testamēto: dicta igitur Spec. in.d.ver.xlvj.non stringunt in hoc casu. Et idem videtur dicendum de eo quod not.Joan.And.in addit. Spec. tit. de testamen.in rub.in ult.quest.versic.sub hoc titulo generali tactam questionem Richar.Malumb.scilicet q illud non obstet his que predixi: quoniam si verba Joan. And. opportune inspiciantur, dictum seu sententia eius fundatur super hoc: q cum non plus censeatur quis dilexisse nepotem masculum ex nepte ex fratre, vel, nepotem ex filia, q neptem ex fratre, aut filiam propriam, quas cum propter verbum, masculis, exclusisse censeatur, videtur propterea exclusisse & masculos ex eis descendentes.arg.l. si viva ma-

tre.§.in nepotibus.C.de collat.⁊ ꝙ in hoc formaliter apparet ex ijs que not. Alexan. de Jmola in.l. quod dicitur. ff.de verb.oblig. Et in hoc etiam fundatur dictum Bald. in dicta auth. si quas ruinas, ad fi. C. de sacrosanct. eccle. ⁊ dictum Pau. de Cast. in.d.l. Gallus.§. nunc de lege.ff. de libe.⁊ posthu.⁊ aliorum dicentium, ꝙ appellatione masculorum, non veniant nepotes masculi ex filiabus, sed istud fundamentum nõ obstat, tum propter morem ⁊ obseruantiam, de quibus predixi, ⁊ secundum quos magnates ⁊ alij nobiles solent preferre nepotes ⁊ alios masculos illis feminis, ex quibus descenderunt: ⁊ quia etiam dictus.d. Guil. expresse pretulit prefatis Cigline ⁊ Sobeyrane suis filiabus nepotes masculos ex eadẽ: cessat igitur fundamẽtum seu ratio Joan. And. ⁊ sequacium ergo ⁊ sententia Arch. l.adigere.§. quamuis.ff.de iu.patro. ¶ Et sic concludendo in hac materia respondeo, ⁊ dico, ꝙ per dicta verba ⁊ post ipsam suos liberos, ⁊c. fuit idem nobilis Joan. Chapatij substitutus per compẽdiosam substitutionẽ, que ab initio in hoc casu comprehendit non solum vulgarem, sed etiam fideicommissariam post aditam hereditatem. c. Raynutius.de testa.c.si pater.eo.titu.in.vj.⁊ quod not. glo. ⁊ docto.in.l.precibus.C.de impube.⁊ alijs substit. verum, quia paterne hereditati se immiscuit dictus Fran. expirauit vul-
10 garis.l.post aditam. C.de impube.⁊ alijs substit. ⁊ sic † remansit sola fideicommissaria, propter quod ex persona dicti quondam nobilis Fran. abintestato vita functi potuerunt per eius proximiores detrahi due quarte, scilicet legitima, ⁊ trebellianica, iuxta doctrinam gloss. Bar. ⁊ doctorũ.in. Papinianus. §. meminisse.ff.de inoffi.testa.gloss.⁊ Barto.in.l. ꝗꝗ.C.ad.leg.falc. Bal.in.l. filium quem. C. fami. ercis. Joan. de Jmol.in.l.coheredi.§.cum filie.ff. de vulga.⁊ pup.⁊ sunt boni text.in iure canonico in dict.c. Raynutius. vbi per omnes cano.⁊.c. Raynaldus de testamen. Et vt dicunt Ange.⁊ Alexand. de Jmol.in dicto. §. cum filie.ista opinio seruatur, ⁊ in iudicijs ⁊ in scholis. Et hoc
11 † procedit sine dubio si tamen dictus nobilis Franciscus de bonis inuentarium confecerit si autem confectionẽ huiusmodi obmisserit, superest difficultas an propter obmissionem huiusmodi, debuerit priuari quarta trebellianica, super quo sunt opiniones Jaco. enim de Belloui. in quadam sua disputatione, quam inseruit in authen. de heredi. ⁊ falci.§.hinc nobis.in.q.xiij.tenuit ꝙ non, inducens pro se Rofre. Beneuen. qui etiam hoc tenuit in suis libellis titu. de senatusconsul.ad trebel. ⁊ idem tenuit Joan. And. in addi. Specu.titu.de instrumen.edi.§.fi.in addi. que incipit de trebellianica. Barto.in.l. Marcellus in princip. in vltima questio.ff.ad trebel.⁊ in consilio exordiente. Domino Joanni Aydini de prouincia Centonensi, ⁊c. dicit ꝙ imo illam perdat eo casu quo fideicommissi restitutio faciẽda est ex interuallo: tenuit Oldr. consilio. cxxxiij. exordiẽ. Satis credo. consonum rationi, ⁊c. Cyn. Bald. ⁊ multi, signanter ex modernis. in authen. sed cum testator. C. ad leg. fal. pro hac opinione consuluit sepe Pau. de Cast. Fulgo. ⁊ alij multi: super quo tamen articulo non vlterius scribo, existimans ꝙ cum iste casus dietim vbiqꝫ occurrat, cognitum sit quem super eo obseruetur de consuetudine cui statetur: quia minime sunt mutanda, ⁊c.l.minime.cum suis simi.ff.de legibus ⁊ Senatuscõ. ⁊ long.consue. ¶ Uenio ad tertium quesitum, Pro cuius faciliori declaratione premitto, ꝙ licet nobilis Albertus de Monterodato, pater illius nobilis Margarite, de qua in dicto quesito: fuerit primus filius masculus dicti quondam do. Guil. secũdi: ⁊ propterea eidẽ primo loco seu gradu substitutus per dictũ quondam do. Guil. primũ testatorem: quia tamẽ viuente, ⁊ superstite ipso do. Guil. grauato, ⁊ sic pendente conditione fideicõmissi dictus Albertus vita functus est, ⁊ ab humanis decessit extinctum est, ⁊ factum caducum quo ad eũ fideicommissum sibi relictum.l.si in personam. C. de fideicommissis.l.prima.§.finautem.⁊ quod ibi Bald. ⁊ docto. C. de cadu.tol.quod etiam voluit glo. ⁊ docto.in. l. prima. C. de is qui ante aper.tabu.⁊ Oldra. ponens multas remissiones, consilio. cxxxj. exordiente. Quidam habens tres filias, ⁊ duos filios. Et supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ grauatus de restituenda hereditate post sui ipsius grauati mortem posset alias etiam adhuc viuens, illam restituere substituto: etiam quo ad hoc, vt interim transirẽt in eum actiones actiue ⁊ passiue, ex dispositione senatusconsulti trebelliani, de quo tamen sunt opiniones, de quibus per scribentes in. l. stipulatio ista habere licere. §. incertum. ff. de verborum obligationibus. in. l. sed si alio.⁊.l.sed ⁊ si ante.ff. ad Trebel. ⁊.l. si post mortem. C. de fideicommis. hoc tamen certum est, ꝙ in casu isto non potuit in preiudicium dicti nobilis Francisci secundo geniti masculi, qui dicto do. Guilielmo secundo superfuit fieri restitutio dicto Alberto primo genito, qui, vt dixi, vita functus est, ⁊ ab humanis decessit superueniente patre grauato. Pro quo allegasse sufficiat.l. vxorem.§. Seia.ff. de legat.iij. ⁊ quod habetur in.l. cum pater. §. a filia.ff. de legat.ij. ⁊ quod not. scribẽtes in.d.l. post mortem. Dictus etiam Albertus in vim fideicõmissi sibi relicti postꝙ mortuus est patre grauato superstite, nihil de eo transmisit ad dictam Margaritam. d.l.j.§. finautem sub conditione. C. de cad.tolen.⁊ quod not.gl.in.d.l. vnica.C.de his qui ante apper. tabul. Quod dictum procederet etiam si in vita dicti quondã Alberti, fuisset prout nõ apparet, nec ponitur
12 in casu † fideicõmissum sibi restitutum, vt etiã sensit Bal. in.d.l. post mortem. ⁊ Alexand. de Jmola in.l. apud Julianum.§.vtrum.ff. ad Trebel. ⁊ hoc ne fieret preiudicium dicto Francisco secundo genito vulgariter dicto Alberto in dicto fideicommisso substituto. Nihil igitur potest dicta nobilis Margarita in vim fideicommissi huiusmodi sibi vendicare in bonis dicti quondam domini Guilielmi primi testatoris, quia non in personam patris, sed dicti nobilis Francisci patrui sibi locum vendicauit substitutio, ⁊ cui in vim illius debuerunt post mortem dicti quondam do. Guilielmi secundi bona restitui detracta legitima in qua concurrebant multi alij, vt colligitur ex testamẽto primi do. Guilielmi: poterat etiã detrahi trebellianica. Ue-
13 rum quia † dictus dominus Guilielmus secundus non fuit de liberis primi gradus dicti do. Guiliemi primi testatoris erant fructus per eum percepti imputandi in trebellianicam.l.in fideicommissariam.in prin. ⁊ quod ibi gl. ⁊ doct.ff.ad Trebel. ⁊.l. iubemus.in fi.a contrario sensu. ⁊ quod ibi glos.⁊ doctor.C. eodem tit. Ex quibus infertur, ꝙ prefatus dominus Guilielmus secũdus non potuit ab initio cum effectu donare dimidiam partem bonorũ suorum dicto domino Alberto, illorum scilicet que ad eum peruenerant ex successiõne prefati domini Guilielmi eius patris: sed solum legitimã, ⁊ id quod fructibus imputatis, detrahere poterat pro trebellianica: que procederent si dictus Franciscus heres non extitisset huius do. Guilielmi sui patris, ⁊ donatoris: sed cum illius heres extiterit vnicus ⁊ insolidum: ⁊, vt puto, sine cõfectione inuentarij non forte potuisset cũ vinceret, nec hodie ex ipsius persona, possent eius heredes de hoc opponere: pro eo quia heres non videtur posse venire contra voluntatem defuncti.l. que a patre. C. de restitut.mil.l. cum a matre. ⁊ quod ibi scribent. C. de rei vend.l. venditrici. C. de reb. alie. non alienan.l. ij. C. si quid in fraud. patron. ⁊.l. si creditoribus. C. de seruo pig. da. manumis. ⁊ quod not. doc. in.l.fi.§. in cõputatione. C. de iure deliberãdi. nec opponat aliquis ꝙ dictus quondam Franciscus ⁊ consequẽter ex ipsius persona sui proximiores, ⁊ consequenter heredes abintestato, potuerint, ⁊ possint detrahere fideicõmissum de bonis dicti quõdam do. Guil. secũdi, ⁊ alia si que erant per eũ sibi debita ⁊ hoc siue inuentarium fecerit, siue non prefatus do. Franciscus: supposito tamen ꝙ ipse possederit bona predicta, vel ꝙ dicti proximiores illa possideant: per id quod ponit Angel. consilio. lxiij. exordiente, Quoniam nihil est quod magis hominibus debeatur, ⁊c. versic. super secundo quesito, ⁊c. Paulus de Cas. in.l.ab omnibus.§.fi.in lectura Paduana.ff.de leg.j.⁊ moderni.in.l. ita tamen. §. si ex Trebelliano. ff. ad Trebel. Quoniam respondeo ꝙ illa procedunt cum de his opponeretur contra fideicõmissarium vniuersalem, non vbi de his opponitur contra creditores hereditarios aut legatarios. d.l.fin.§.in computatione. C. de iure deliberandi. de quo etiam tangit Ang.in.d.consi. ⁊ Alex. in.d.§. si ex Trebelliano. ⁊ alij in alijs locis. Premitto etiam, ꝙ pro declaratione dicti quesiti est videndum quid petere posset dicta nobilis Margarita in bonis vel de bonis dictorum quondam domini Guilielmi aui paterni, ⁊ Alberti patris, si non esset facta quietãtia, de qua habetur in predicto themate: ⁊ primo an petere posset illam dimidiam bonorũ partem quam donasse dicitur ⁊ legitur prefatus quondam dominus Guilielmus secundus Alberto eius filio, patri huius Margarite tempore per eundem Albertum contracti matrimonij cum matre huius nobi-
14 lis Margarite. Dubiũ † facit quia donatio inter viuos est regulariter prohibita inter patrem ⁊ filium in ipsius potestate constitutum.l.ij.⁊ quod ibi glos.⁊ doct.C. de inoffic.

dona

dona. nisi forte dicatur ꝙ donatio huiusmodi fuerit donatio propter nuptias: sed hoc non videtur, pro eo quia illa fit uxori, ⁊ ex parte viri, ⁊ in recompensam dotis, seu, ut verius dicam, pro illius securitate, aut quasi pignore. l. si constante. in prin. ⁊ quod ibi docto. maxime Sali. ⁊ l. cum multe. §. sancimus. ibi quasi, ⁊c. C. de dona. ante nupt. huiusmodi autem non videtur fuisse donatio superius mentionata utpote que nec facta legitur matri huius Margarite, nec dicto nobili Alberto: ut de dicta dimidia parte sibi donata donationē faceret dicte eius uxori, quod dico ne obstet. l. ut liberis. C. de dona. Et sicnon videtur donatio predicta valuisse: sed huic rationi potest responderi, ꝙ etiam si predicta donatio nō fuerit proprie donatio ꝓpter nupt. ea scilicet, de qua premisi, fuit tamen facta contemplatione nuptiarū quib⁹ multa debentur, ⁊ sine qua non fuissent forte sequute nuptie interdictum nobilem Albertum, ⁊ matrē huius Margarite. Preterea in ea interuenit iuramentū ratione cuius fuit efficax ⁊ valida: per id quod not. Bald. in. l. si donatione. C. de colla. ⁊ appertius in. l. ij. C. de usucapi. dona. ⁊ consilio. ccclxv. in tertia parte. Alexand. de Jmo. in. d. l. si donatione. versi. utrum autem donatio, idē Alexand. consi. viij. ⁊ consil. clvij. in secundo volu. ⁊ consi. xx. in tertio volu. ⁊ Fran. de Are. consi. lxxvij. ⁊ do. Jason May. in. l. frater a fratre. de condi. indebi. quorum fundamenta non transcribo, ⁊ hoc propter maiorem prolixitatē euitandam, ⁊ quia de his plenus est mundus, ⁊ sic de facili omnes videre possunt. Puto igitur ꝙ ex capite predicto non possit donatio predicta impugnari: sed dubium restat an possit impugnari donatio causa mortis, quam ⁊ fecisse dicitur, ⁊ legitur dictus nobilis Albertus prefato Fran. eius fratri tunc absenti, ⁊ nullo pro eo stipulante aut acceptante: dubium facit, quia dicti Albertus ⁊ Francis. existebant in potestate dicti quondam do. Guil. eorum patris, qui propterea non videtur potuisse authorare ut dictus nobilis Albertus, donationem causa mortis faceret prefato Francis. eius fratri. Sed hoc non obstante dico, ꝙ contrarium est verius pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat Jo. And. in addi. Spec. tit. de instrumē. edi. §. nunc vero. versi. sed quid si filius, in addi. exordiente, Petrus de Ceruotis. Oldra. consi. xxvi. exordiente. Pater consensit filie dotate in potestate existenti ⁊ Albe. in. l. ij. C. de dona. cau. mor. pro quo facit id quod voluerūt multi in casu magis dubio quando scʒ filiusfamilias de licentia seu consensu patris sui ipsius donat eidē patri donatione causa mortis. in. l. j. in prin. ff. de autho. tuto. ⁊ in. l. j. §. fuit quesitum. ff. ad treb. ⁊ in multis alijs locis: ⁊ sic huiuscemodi opinio nō obstat, quominus dictus quondā Albertus donare potuerit donatione causa mortis, dicto nobili Frācisco, cum cōsensu patris cōmunis. Sed superest aliud dubium emergens ex eo ꝙ dictus Fran. donatarius fuit absens, nec apparet ꝙ vel notarius, vel alius quiuis donationē predictā acceptauerit pro eodem Fran. ⁊ sic illa non videtur valuisse, ⁊ hoc supposito ꝙ idem Albertus donator esset in patria potestate dicti do. Guil. eius patris: ⁊ propterea non posset testari, aut codicillari, ⁊ sic nec legatum, nec fideicommissum relinquere, ⁊ ꝙ donatio facta per filiumfamilias absenti non interueniēte epistola aut nuntio, seu notario, vel aliquo alio, qui pro eo acceptauerit, non valeat. tenuit Cy. in. l. j. ad fi. C. de dona. cau. mor. Bar. ⁊ Jo. de Jmol. in l. ⁊ in. l. tam is. §. j. ff. eo. tit. ⁊ plenius Bar. consi. suo exordiente. Uisa ultima voluntate facta per viam donationis causa mortis per Angelam filiam Rissi, ⁊ Pau. de Cast. in. l. Senium. C. qui testa. facere possunt. ⁊ idem est in donatione inter viuos: secūdum gl. quam doct. communiter sequuntur. in. l. illud. C. de sacrosan. eccle. ⁊ in. l. nec ambigi. C. de dona. ⁊ Jo. And. in addi. Spe. tit. de instru. edi. §. nūc vero aliqua. q. lxvij. ibi in donatione tamen inter viuos, ⁊ Fran. de Are. consi. xvij. ubi respondet dicto Bald. in. d. l. nec ambigi. de quo opponit idem Fran. in dicto consi. xvij. Secus autem esset in casu nostro si ille quondā Alber. fuisset sui iuris quia sic valuisset ⁊ valeret in vim fideicommissi, ⁊ ultime voluntatatis, que ad sui validitatem non requirit presentiam: ut not. docto. ubi supra. Si igitur dictus nobilis Albertus tempore per eum facte donationis erat in potestate dicti domini Guilielmi, eius quondam patris: videtur quod post mortem ipsius pro dicta dimidia pars predictorum bonorum transiuerit ad dictam Margaritam eius filiam, sic proximiorem: per id quod habetur in authentico de heredibus ⁊ falcidia. §. primo collatione nona. ⁊ transumptiue in authentico in successione.

C. de suis ⁊ legit. liber. Sed forte opponetur aduersus predicta, ꝙ illa procederent, nisi post factam dictam donationem causa mortis dictus nobilis Franciscus donatarius illam acceptasset, ⁊ acceptando procurasset, seu institisset se mitti in possessionem dicte medietatis bonorum sibi donate: quod videtur suffecisse ad validitatem donationis huiusmodi, ꝗuis dictus Franciscus donatarius fuerit absens tempore illius, nec aliquis presens extiterit, qui pro eo acceptauerit per id quod voluerunt quidam generaliter relati, per Cyn. ⁊ alios in. d. l. nec ambigi. Et pro hoc bene facit dictuʒ Bal. in. d. l. nec ambigi. ubi voluit ꝙ si aliquis sub presentia testium vocatorum donet absenti pone existenti Rome domum, quam ibi habet, ⁊ deinde donatio huiusmodi intimetur donatario non per nuntium, vel epistolam, sed per alium, ⁊ ipse apprehendat possessionem domus donate: ꝙ ꝗuis donatio huiusmodi non sit perfecta quantum ad cōtractum, ⁊ donationem, quia in ea non interuenerunt organa media, que requiruntur in donatione: forte tamen est perfecta quantum ad dominium, postꝗ͂ de voluntate donātis donatarius apprehēdit possessionem. arg. l. quedam mulier. ff. de rei ven. l. minus instructus. C. de acquiren. posses. ⁊. l. si a te. ff. si seruit. vend. ⁊ dicit Alexan. de Jmola post Bald. in. d. l. nec ambigi. not. singulariter ista verba, propter quod videtur Alexand. sequi hoc dictum Bal. reperio etiam Roman. consilio. cccxcv. exordien. Donatio patris nullo iure videtur subsistere, qui consuluit, ꝙ ꝗuis in donatione facta absenti, non interuenerit procurator, aut epistola, vel nuntius, vel alius qui pro donatario illam acceptet, illa tamen valet si per eum acceptetur. Pro quo inducit sex fundamenta, que re vera habent bonam ⁊ magnam apperientiam: ⁊ nisi glosse authoritas ⁊ communis opinio me deterrerent, ego libenter adhererem huic opinioni, que est consentanea voluntati ⁊ donatoris, ⁊ donatarij: sed predicta me deterrent, glosse scilicet authoritas, que magna est, ⁊ maxime quando habet secum famosissimos doctores: pro quo remisisse sufficiat ad notata per Jacob. Bu. in. l. unica. C. qui pro sua iurisd. iud. da. darive poss. ⁊ per Bald. in. l. hereditas. C. depos. ⁊ tam per eam, ꝗ͂ alios in locis infinitis: ⁊ communis opinio, a qua periculosum est recedere in consulendo, vel iudicando, secundum theoricam quam ponit Osten. ⁊ sequūtur alij in. c. j. de cō-
15 stitut. ⁊ legiste in. l. cum prolatis. Fateor † tamen ꝙ ubi opinio paucorum doctorum: quinimo unius fundaretur in subtiliori ⁊ meliori ratione illa preponēda est cōmuni opinioni secundum Joan. And. ⁊ alios in. d. c. j. de constitut. pro quo Panor. ibi allegat bonum text. in. c. capellanus. in versic. subtiliori ratione. de ferijs. ⁊ in. l. j. ibi. non ex multitudine, ⁊c. C. de veteri iure enucl. ⁊ idem voluit Panor. in dicto. c. capellanus. ⁊ tam ipse, ꝗ͂ alij in alijs locis quos refert do. Felin. in. d. c. j. de constitu. Propter que non videtur re vera contemnenda opinio Bal. Alex. ⁊ Roma. Et ita non procedit res sine dubio: quia, ut dicit Aristoteles in prohemio de anima, ubi sapientes discordant, difficile est inuenire veritatem: ⁊, ut dicit dominus Prepositus in. c. ex ratione. de appel. istis do. doct. dici potest (non dixerim per me qui nullus sum, sed per alium etiam optime doctum) non nostrum inter vos tantas componere lites: ⁊ vitula data dignus ⁊ tu. dicit etiā Fran. de Are. cōs. lxv. exor. Jn presenti cōsultatione que est difficilis in prin. ꝙ difficile est cognoscere inter lepram ⁊ lepram. ⁊ maxime multa intelligenti cuiusmod erat ipse subijciens ꝙ qui parum intelligit cito diffinit. ⁊ allegat Philosophū in lib. de celo ⁊ mundo. legi tamem hoc in prohemio de anima, ut dicit Aristoteles ꝙ qui ex sermonibus multorū sunt indocti, sed ad pauca inspicientes enūtiant facile. Quibus presuppositis respondeo ad dictum tertiū quesitum, ꝙ si supponamus posse defendi dictā donationem causa mortis de iure valuisse, palam esset ꝙ prefata Margarita nihil videretur posse vendicare in bonis dictorum dominorum Guilielmi ⁊ Francisci eius quōdam aui paterni, ⁊ patris obstante quietantia, de qua in themate per quam videtur exclusa, non solum a beneficio restitutionis in integrum quod minoribus immodice lesis concedi solet, sed etiam a beneficio. l. ij. C. de rescein. vend. ⁊. c. penult. de empt. ⁊ ven. Et quidem a dicto beneficio restitutionis in integrum cō-
16 cesso minoribus immodice lesis. Tum † propter iuramentum in dicta quietātia per ipsam Margaritam prestitum: authen. sacramenta puberum. ⁊ quod ibi doctor. C. si aduersus vend. ⁊ quod not. glossa ⁊ doctor. in. d. l. ij. ⁊ in. c. penultimo: quod procedit etiam si non fuerit certiorata de di

cto beneficio vt voluit Bar. in. d. authen. sacramenta puberum. vbi etiam refert se ita consuluisse, ⁊ ꝙ ita obseruatur: ⁊ mouetur primo pro eo quia sufficit iurare super facto, ⁊ iuramentum porrigitur ad omne illud quod ex facto competere posset. l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de iureiurã. Secundo pro hoc dicit esse text. si bene inspiciatur in l. j. C. si aduer. vendi. vbi iuramentum preiudicat minori, ⁊ tamen non colligitur ex illo text: ꝙ minor, certioratus extiterit de beneficio: est ergo ille tex. indistincte intelligendus. l. de pretio cum suis simi. ff. de publicia. Et hanc opinionem Bar. tenet Ange. in dicta auth. sacramenta puberum. vbi etiam Pau. de Castro. in repeti. in prin. ⁊ in lectura ad fin. vbi dicit ꝙ licet rationes Barto. non sint multuz vrgentes tamen reperit Archi. in. c. ij. de pac. in. vj. tenere illud idem quod Bar. ⁊ idem tenet ibi Joan. And. in nouel. quia quanuis simplex renuntiatio non teneat nisi precedat certioratio, tamen quando quis renuntiat cum iuramento, ille sibi preiudicat propter iuramentum, quia presumitur saltem implicite, vel in genere cogitasse de quocunqȝ remedio sibi competente ⁊ istud sufficit. l. iure militari. ff. de testa. mili. istam opinionem Barto. etiam tenuit Bar. ⁊ Ange. in repeti. l. sciendum. ff. de verb. oblig. ⁊ tam Bart. ipse ⁊ Ange. q̃ alij multi in diuersis locis scribendo, ⁊ consulendo quos refert domi. Jason May. in dicta authen. sacramenta puberum ⁊ Benard. Laud. in addi. ad consi. Barto. consi. lxxxviij. exordiente, dilecto suo domino Frãcisco. quia vel in nullo, vel saltem nõ in modico videretur dicta nobilis Margarita fuisse lesa, quod tamen requiritur ad hoc vt minori concedatur beneficium: quia illud nõ datur pro modica lesione. l. Seio. iuncta glo. ff. de in integrum resti. Cum etiam fuit ⁊ est ipsa nobilis Margarita a dicto beneficio exclusa propter lapsum temporis, quia puto eam excessisse annum vicessimum nonum. l. fin. C. de tempo. in integ. restitu. Si vero dicamus ꝙ donatio predicta non valuerit, ⁊ ꝙ in vim illius nihil habuerit in bonis prementionatis dictus nobilis Franc. donatarius, tunc esset maius dubium pro eo quia dicta nobilis Margarita videretur in plurimo lesa si pro mille, ⁊ octingentis scutis auri, ⁊ alijs quibusdam rebus in quietantia mentionatis, ⁊ que mille ⁊ octingenta scuta fuerant sibi donata aut pro dote illius constitui ordinata tempore matrimonij contracti inter matrem eius ⁊ dictum nobilem Albertum, remisisset dictam dimidiam partẽ patri suo donatam, ⁊ que ad eam iure proximitatis peruenerat, dicta auth. in successione, ⁊ ita videretur fuisse lesa in tota hac dimidia parte donata patri quam puto multum valere: insuper ⁊ tanto magis esset lesa si de dote pro dicta eius donatrice constituta fuisset dicto nobili Alberto, vel do. Guil. patri satisfactio impensa, ⁊ sic videretur tanq̃ lesa vltra dimidiã iusti pretij, posse intentare remedium dicte. l. ij. non obstante iuramento, per eam prestito. ꝙ licet vtpote eam maiorem representans excluserit a beneficio restitutionis in integrũ. non tamen eam videtur exclusisse a beneficio dicte. l. ij. per id quod in ea no. glo. ⁊ docto. ⁊ glo. ⁊ docto. in. d. c. pen. de empt. ⁊ vendi. Uerum inspecta generalitate verborũ predicte quietantie aduc videretur predicte nobilis Margarita posse repelli propter eam ne in bonis de quibus ibi aliquid vltra vendicare valeant pro eo: quia certum est etiaz minorem donare posse etiam immodice, per id quod not. probo per docto. in dicta authentic. sacramenta puberum: nec videtur minor donans cum iuramento posse contrauenire: nisi augmẽtaretur dolus donatarij quod etiam voluit Joannes de Jmol. in repetitio. capit. cum contigat in tertio membro versiculo item attende, inquantum voluit dominus Antonius quod possit peti absolutio ⁊ fuit de mente Bart. in dicto consilio. lxxvij. in secundo quesito, ⁊ Franciscus de Aretio. in. l. qui superstitis. versiculo adde etiam ad predictam limitationem. ff. de acquirenda hereditate. Cum igitur dicta nobilis Margarita in duabus quietantijs per eam factis eodem die vna scilicet ante matrimonium per eam contractum ⁊ aliam post matrimonium etiam cum consilio, consensu ⁊ authoritate quorundam nobiliũ eius cognatorũ ⁊ curatorũ, non solũ quietauerit, sed etiã donauerit in ampla forma omnia bona ⁊ iura, ⁊c. ⁊ hec cũ iuramẽto de nõ cõtraueniẽdo videtur ipsa exclusa ab oĩbus bonis ⁊ iuribus eidẽ competentibus in bonis auitinis, paternis ⁊ alijs ibi mẽtionatis, non tñ a maternis vtpote a materna dote puto eã exclusam: propter id quod notat Bart. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. Bald. in. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testamen. Sali. in. l. si quando. §. ⁊ generaliter. circa finẽ, eod. tit. Benedic. Capra consilio. xxxiij. in primo quesito. ⁊ Angel. Aretin. in suo tract. de testamen. super verbo, ⁊ iussit eam esse contentam, aliquid ponit Ang. Peru. qui tamen non decidit consil. clxxxiij. Et quod dixi eam videri exclusam a bonis auitinis, ⁊c. videtur maxime procedere: pro eo quia ipsa nobilis Margarita donauit maiorem valẽtiã, etiam si illa excederet in duplo, triplo, quadruplo vl' etiã in pluri: quod videt' potuisse facere per predicta, ⁊ per ea que ponit Alex. de Jmo. consilio. cxxv. exordiente, Uisis ⁊ consideratis statutis de quibus supra in primo volumine: vbi formatis multis, ⁊ magnis contrarijs, pro parte contraria: tandem concludit pro ista parte, scilicet ꝙ minor etiam lesus in maxima q̃titate non posset contrauenire, nec obtinere absolutionẽ a iuramento ⁊ respondet contrarijs: pro hoc etiam multa inducit idem Alexand. consilio. ccxxiiij. exordiente, Decisa facti narratione, ⁊c. Hoc etiam fuit de mente Jo. de Jmola in. d. c. cum contingat. in tertio membro: vbi respondet Pet. de Anchar. ⁊ Anton. de Butr. qui ⁊ scribendo ⁊ consulendo videntur voluisse minorem sic lesum posse obtinere absolutionem a iuramento, ⁊ deinde agere ad rescissionem: vnum est tamen hic propter quod aliquantulum subsisto, scilicet ꝙ in dicta prima quietantia dictum extiterit, sciensqȝ, vt dicit, ⁊ considerans dictam dotem bene valere, ⁊ ascendere omnia iura, partemqȝ ⁊ portionem in bonis paternis auitinis ⁊ fraternis, domoqȝ de dominis predictis de Montecordato, ⁊ de Marebo sibi de presenti pertinentibus. idcirco, ⁊c. Et in secunda dicitur, ꝙ ipsa nobilis Margarita dicens ⁊ confitens predictam dotem bene valere ⁊ largo modo ascendere omnia ⁊ quecunque iura, omnẽqȝ partẽ ⁊ portionẽ sibi ad presens, ⁊c. put ibi per que verba, vel sit persuasa, vel alias non videtur intellexisse aut voluisse tanta aut omnia, aut iura q̃ta remisisse pretenditur, si dicamus dictam donationem causa mortis factam dicto Francisco non valuisse acquietantiã ⁊ donationem huiusmodi etiam extendi ad dictam medietatem. Et ideo videretur non debere frustrari omni remedio, pro eo quia quietantia, ⁊ donatio huiusmodi non fuerunt facta simpliciter, ⁊ absolute: sed respectiue, hoc est pro dictis mille ⁊ octingentis scutis, ⁊ alijs de quibus in dictis quietantijs: ⁊ hoc est quod voluit dicere Bart. in dicto consilio lxxxviij. in secundo quesito, ⁊ latius declaratur post Joan. de Jmola per Franc. de Are. in. d. l. qui superstitis ⁊ fuit etiam de mente Alexand. de Jmo. in dicto consilio. cxxv. versic. restat respondere ad tria fundamenta, ⁊c. ibi: quia illud remedium non habet locum in donatione nisi quando apparet ꝙ donans, ⁊c. nisi dicamus, ꝙ istud tollitur pro eo quia ipsa donauit maiorem valẽtiam, etiam si in duplo, ⁊c. Et re vera istud nõ est sine dubio: possunt enĩ induci multa ⁊ magna fundamẽta a quibus supersedeo propter nimiam ⁊ tediosam prolixitatẽ in quam iam incidi. ¶ Ad quartum respondeo prout respondit spectabilis vir, dominus Jacobus de Juncherelis, iurium professor eximius, cuius allegationes sunt mihi nunc exhibite, ⁊ quas libenter vidi post predictas scripturas. Cum enim in tractatu precedẽte recitationem contractus, de quo in themate ⁊ dicto quesito fuerunt per parentes partium ⁊ sub presentia optimarum ⁊ notabilium personarum conuẽtiones capitulate ⁊ signanter constitutio dotis: ⁊ non solum capitulate, sed etiam in recitatione ipsa seu in momento ante exhibita notarijs capitula facta ⁊ digesta inter partes ad eos fines, vt publicarentur per notarios, in quibus in cõstitutione dotis, que facta est tunc futuro genero, ⁊ pro filia: nulla erat mentio de liberis ex illo matrimonio procreandis: non est verisimile, ꝙ partes illico discesserint a capitulis, ⁊ signanter pater, qui verisimiliter cogitabat pro filia, ⁊ qui scire poterat, ꝙ si contingeret dictum hunc futurum sponsum decedere superstite filia ⁊ liberis communibus, difficulter reperisset filia alium maritum, vel quasi nullam habens dotem, vel non habens dotem, de qua posset cum effectu aliquid disponere, vel in qua, seu illius parte possent succedere eius liberi ex alio matrimonio procreandi. Puto enim ꝙ si istud fuisset positum in illo precedenti tractatu, nõ fuisset obtentum a patre propter predicta vel vt non se subijceret periculo iterum dotandi filiam: ⁊ puto ꝙ ex ceruice notarij, vel ex inaduertentia, ne dixerim ex ignorantia, hoc processerit, qui aliquando non plene intelligunt que scribũt: ⁊ si dicta verba ⁊ pro liberis huius matrimonij essent descripta maxime schede seu prothocoli, non esset res sine presumptione vitij seu doli, super quo nihil scribo. ¶ Ad quintum

quintum quesitum dico quod responsio colligitur ex predictis, scilicet quod siue ponamus dictam donationem causa mortis ac quietantiam & donationem predictis, siue earum alteram valuisse: illa dimidia pars quam primo donauit dictus quondam dominus Guilielmus prefato Alberto, & deinde dixit idem nobilis Albertus quod dicta nobilis Margarita, eius filia prefato Francisco eorum frati & patruo spectauit ipsi Francisco, & que non venit in restitutione vniuersalis fideicommissi relicti per dictum dominum Guilielmum primum donatorem: pro eo quia licet testator possit grauare eius heredem de diuidendis, vel tradendis, vel restituendis rebus sui ipsius heredis, aut aliquibus ex eisdem: iuxta ea que habentur in. l. vnum ex familia. §. si rem. l. Imperator. §. penultimo. ff. de de legat. secundo, & l. ex facto. in principio. ff. ad Trebellianum. tamen in
17 vniuersali fideicommisso † non veniunt in dubio ea que testatoris heres aliunde habuit seu acquisiuit, etiam si alio titulo, quam ex vltima volũtate illa habuerit a testatore. l. sequens questio. ff. de legatis secundo. facit. l. a filia. in principio, & l. Lucius. §. maritus. ff. ad Trebellian. Potuit preterea dictus nobilis Franciscus detrahere de alia medietate duas quartas, scilicet legitimam, que erat tertia pars trientis & sic nona pars totius assis si tamen tempore mortis dicti quondam domini Guilielmi supererant prefate nobiles Ayclina & Soberzana, eius sorores, & cum eo concurrentes in legitima, vel totum in trientẽ, si ille sine liberis ante patrem ab humanis decessierint, vt ipse Franciscus eisdem successerit, poterit insuper detrahere trebellianicam, que erat quarta pars residui, iuxta theoricam quam ponit glossa, & sequuntur doctores in dicto. c. Raynaldus. super verbo licet totas. de testament. Baldus in. l. scimus. in principio. C. de inofficio. testamen. & plenius in l. si vero. §. quid ergo. ff. de testamento milit. Joannes de Imola in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari & pupillari. Preterea si que erant alia bona aliunde peruenta ad dictum nobilem Francisum, quam ex paterna successione, ipse potuit de illis disponere, residuum vero debuit reddi & restitui prefato nobili Francisco substituto. Et hec dico
18 vera nisi forte opponatur † quod ideo non potuerit dictus nobilis Franciscus, nec ex ipsius persona, possint heredes detrahere legitimam: pro eo quia contemplatione dicti domini Guilielmi, donauit prefatus quondam nobilis Albertus dicto Francisco eius fratri dictam dimidiam partem antea per patrem sibi donatam, que propterea debet imputari in legitimam, ac si ab ipso domino Guilielmo fuisset sibi donata: per ea que notat Alexander de Imola in. l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari & pupillari. Et quanuis ipse ibi non deciderit, decidit tamen in. l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam. quod palam fateor, & concedo isto casu, scilicet si contemplatione patris facta fuerit donatio huius dimidie partis, & hoc casu adhereo computationi facte per dictum dominum de Juncherelis primo scribentẽ respondendo quinto & sexto dubijs: non autem videtur quod sola ratione cõsensus per dictum dominum Guilielmũ prestiti tempore facte donationis dicto Francisco censeri debeat, quod illa dimidia pars eidem Frãcisco donata imputari debeat in legitimã: quia nec dominium rerum donatarũ, nec titulum habuit ipse Frãciscus a dicto domino Guilielmo eius patre: pro eo quia dicta dimidia pars non erat eiusdem domini Guilielmi, sed dicti Alberti, quominus secus videretur si hec dimidia pars fuisset eiusdẽ do. Guil. quia licet iste Franciscus titulũ habuisset ab Alberto, dominiũ tamẽ habuisset ab ipso do. Guil. per id quod not. Bal. in. l. j. C. si aduer. dona. & l. si liqueat. C. de inof. donat. Sed si decereinus quod nec donatio causa mortis nec quietãtia & donatio superius mẽtionate valuerint, tũc esset aliter dicẽdum de dicta dimidia parte: in alia vero, & alijs bonis ad dictũ quondã Franciscũ aliũde peruẽtis quam ex paterna sucessione nihil immutatur quoad cõputationẽ & responsionẽ factas per dictum do. de Juncherelis, quibus adhereo, nisi forte dicatur quod liberi dicte nob. Cristine nõ possunt ex ea parte, seu eo capite: quia illius liberi existũt, sibi vẽdicare dimidiã partẽ, per dictũ nob. Franciscũ: vel in dotem cõstitutã pure in primo matrimonio eiusdẽ nob. Cristine, sub cõditione tamen resoluendã, vel in secũdo matrimonio conditionaliter donatã: pro eo quia cũ dictus nob. Frãciscus nõ decesserit ab humanis sine liberis masculis ex suo proprio corpore & legitimo matrimonio procreatis, vtpote quia eidẽ superfuit dictus Joan. Chapatij eius nepos masculus, prout superius fuit ostensum, & qui ex eius proprio corpore videtur posse dici secundum iuris veritatẽ fuisse procreatus, secundum Bald. qui hoc not. in dicta. l. j. vers. quero quid si dicatur. C. de condi. inser. & in. c. j. §. filia ad fi. de succes. feu. Andr. Barba. in sua Joannina. c. Raynaldus. de testa. Jo. de Imol. in. l. Lucius. la. ij. in princi. ff. de heredi. institu. Alex. de Imol. consilio. xlj. exor. Consideratis his que in themate, &c. in tertio volu. super quo tamen non vlterius insisto, pro eo quia forte omnibus inspectis posset his responderi: & quia non plurimum refert an si sine portione succedant dicti liberi tanquam heredes dicte Cristine eorum quondam matris vel tanquam heredes prefati quondam nobilis Francisci hoc est non nisi pro eo quia portio liberorum susceptorum ex secundo matrimonio, est aliquantulum iniquior, si succedãt ex parte matris: pro eo quia eidem superfuerunt quinque liberi ex dicto matrimonio, quam si succedant ex eo, quia liberi dicti nobilis Francisci, pro eo quia tempore mortis illius non superfuerunt ex dicto secundo matrimonio, nisi quatuor liberi. Que omnia dixerim. &c.

¶ Rubrica, De dona. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxx.

¶ Donauit inter viuos pater filio post testamentũ antea cõditũ iam ex testamẽto filius bona nõ capit: atque ideo nec fideicommisso in eo facto parere tenetur. V. F.

1 ☞ Donatio a patre filio suo familias facta propter iuramentum valet: & quare & nu. 3.
2 Filiusfamilias an ad certum tantum actum emancipari possit.
4 Indefinita an & quando non equipolleat vniuersali.
5 Renuntiari statuto circa solennitatem donationum facto an & quando possit, & per quos.
Iuramentum quanti momenti, fere per totũ supra & infra.
6 Statutum secundum ius commune interpretandum.
7 Insinuatio donationum an & quando non necessaria.
Donationum obiectus & defensiones, supra & infra.
8 Donatio bonorum presentium & futurorum non vna donatio est, sed due insunt.
9 Clausula in fine posita an & quando ad mnia precedentia non referatur.
10 Donans fratri sub spe ingrediendi religionem, si eam nõ ingrediatur an donationem possit reuocare: vel si ingressus postea exiuerit.
11 Contractus an sit seruandus virtute suĳpsius an virtute iuramenti multum refert, vt ab eo possit vel nõ possit quis resilire, vel eius heres.
12 Donatio bonorum presentium & futurorum non comprehendit vsumfructum in ea retentum.
13 Geminatio alicuius actus magni momenti est, presertim si ex interuallo fiat.



Onitur In facto quod ondum anno scilicet Domini millesimo. cccclxxviij. & die. xxij. mensis Januarij, nobilis & generosus vir Raymundus de Vacesco dominus de Comps fecit & condidit eius vltimum nuncupatiuum testamentum, in quo inter alia legauit & iure institutionis reliquit nobilibus Joanni, Roberto, Joanne, Catherine, Guilielmete, Agneti, Lud. & Charlote Jaquemete eius legitimis filijs & filiabus, certas pecuniarũ summas, & alias res in testamento huiusmodi latius mentionatas: heredẽ vero suum vniuersalẽ in solidum, & vnicũ instituit & nominauit nobilem & generosum virum Petr. de Vacesco eius filium naturalẽ & legitimũ, & suum heredem masculum primogenitum si fuerit habilis, aut secundogenitum, si primogenitus non fuerit habilis. Et si dictũ nobilem Pet. eius heredem mori contingeret sine heredibus masculis naturalibus & legitimis, eidem sic decedenti substituit dictũ nobilem Robertum sui ipsius testatoris filium, & suum heredem masculũ primogenitũ si esset habilis aut secundogenitum, si primogenitus non esset habilis. Fecit & alias substitutiones, de quibus ibi que quia proposito non seruiunt omittuntur. Successiue vero, scilicet, anno domini M. cccclxxviij. & die quinta mensis Nouẽbris fuit matrimonium contractũ per & inter dictũ nobilẽ Pet. de Vacesco ex vna parte, in & nobilem domicellã Alinoys Tholone filiã naturalẽ & legitimã nobilis & potẽtis quõdã viri Anto. Tholoni dom. sancte Galle ex alia: cuius quidem matrimonij

contemplatione, ⁊ ob fauorem illius, idem nobilis Raymundus, dedit, ⁊ donauit dicto nobili Petro eius filio tunc presenti stipulanti, similiter ⁊ recipienti, pro se ⁊ suis heredibus, ⁊ imposterum successoribus quibuscunq; donatione pura ⁊ simplici, que fit, ⁊ fieri dicitur inter viuos ⁊ propter nuptias omnia vniuersa ⁊ singula bona sua mobilia, et immobilia tam presentia, quam futura quecunq;, iurisdictionem, dominium, seignorias, ⁊ omnes obuentiones illorum vbicunq; essent: retinuit tunc ⁊ reseruauit idem nobilis Raymundus donator legata, ⁊ ordinationes factas per ipsum in suo testamento nouissime facto, sicuti legata ⁊ institutiones hereditarias particulares, per ipsum factas tam dicto nobili Roberto eius filio venerabili viro do. Ioāni de Vacesco etiā eius filio, q̄ dictis nobilib⁹ Agneti, Ludouice, ⁊ Charlote de Vacesco eius filiabus, de quibus quidē legatis, ⁊ donationibus in dicto eius testamento descriptis: voluit q̄ in suis robore ⁊ efficacia remanerent, ⁊ q̄ legata, ⁊ ordinationes ac particulares institutiones, ipse nobilis Petrus obseruare teneretur. Reseruauit etiam idem nobilis Raymundus, ⁊ quādiu viueret vsumfructum bonorum donatorum: ⁊ insuper q̄ si dictus nobilis Petrus donatarius quandocūq; decederet prius q̄ dicta nobilis Alinoys eius vxore etiā liberis existentibus, ⁊ liberi huiusmodi sine liberis liberorū ipsius nobilis Petri, ab humanis in pupillari etate, aut alias quandocunq; decederent, ipsa Alinoys superuiuente, eo casu adueniente, dicta bona donata deuenirent pleno iure ad dictum nobilem Robertum, ⁊ suos liberos, ⁊ ad liberos liberorum, vsq; in infinitum: fuerunt facte ⁊ alie donationes, que quia nihil ad factum attinent, obmittuntur. Deinde vero, ⁊ post mortem dicti nobilis Raymundi, scilicet, anno Domini millesimo. cccclxxxix. et die sexta mensis Aprilis prefatus nobilis Robertus, commemoratis ⁊ specificatis multis benemeritis, ⁊ obsequijs sibi factis ⁊ prestitis diuersis tēporibus per dictū nobilem Petrum eius fratrē, ⁊ que confessus est sibi prestita ⁊ ab illorum probatione eundē nobilē Petrum releuauit ⁊ releuatum expresse voluit ob dicta benemerita, ⁊ nihilominus considerato amore fraternali quē erga eundē nobilē Petrum gerebat, ⁊ alias quia sic sibi facere placuit, dedit ⁊ donauit donatione irreuocabili, que fit ⁊ fieri dicitur inter viuos dicto nobili Petro tūc presenti stipulāti scilicet, ⁊ recipienti pro se suisq; heredibus omnia, vniuersa, ⁊ singula bona sua, mobilia, ⁊ immobilia, vtpote domos, terras, prata, vineas, census, reditus pecuniarū auri ⁊ argenti quantitates proprias, necnon paternas, maternas, fraternas, sororinas, ⁊ omnes ⁊ singulas actiones dreyturas, successiones, iura ⁊ quascūq; alias reclamationes eidē nobili Roberto de Vacesco spectātes ⁊ pertinentes tunc, vel in futurum competituras quouismodo: que se tenere ⁊ possidere precario nomine eiusdē nobilis Petri constituit, ⁊ iurauit in forma: sub cuius iuramenti vigore renuntiauit multis iuribus: ⁊ signanter iuri q̄ donatio excedens summam seu valorem quingentorū aureorum, non valeat nisi insinuata extiterit: ⁊ iuri quo caueri pretenditur, q̄ donatio facta ob pretensa obsequia, ⁊ merita absq; probatione meritorum, ⁊ obsequiorum huiusmodi non valeat. Postea autem anno scilicet Domini M.ccccci. ⁊ die quinta mensis Aprilis: dictus nobilis Petrus considerans verum amorem ⁊ sinceram suauitatem quem ⁊ quam gerebat ⁊ habebat erga dictum nobilem Robertum: eidem nobili Roberto tunc presenti stipulanti, ⁊c. ⁊ pro alimentis eiusdem qui, vt asserebat, ingredi intendebat monasterium, aut religionē aliquam, dedit ⁊ donauit donatione pura, ⁊ irreuocabili, que fit, ⁊ fieri dicitur inter viuos quadraginta florenos monete parue currentis ⁊ cursum habentis in prouincia Valentinensi annuales, redituales, ⁊ pensionales: motiuos tamen sine aliquibus dominio directo et seignoria per eundem nobilem Petrum donatorem ⁊ suos heredes ⁊ successores eidem nobili Roberto quamdiu viueret soluendos annis singulis in festo Pasche. Retinuit tamen ⁊ sibi reseruauit dictus nobilis Petrus, quod prefatus Robertus mediantibus dictis quadraginta florenis pensionalibus, teneretur ⁊ deberet approbare de nouo ⁊ cōfirmare omnes donationes ⁊ quietatiōes antea sibi factas ⁊ concessas occasione omniū iurium suorū paternorum, maternorū legitime substitutiōis. Qua reseruatione facta: idē Robertus illico donationē quietationē ⁊ remissionē per ipsum dicto nobili Petro factas ⁊ concessas de legitima substitutione, ⁊ alijs legatis ⁊ iuribus paternis ⁊ maternis, cum clausulis latius in instrumento donationis expressis ⁊ quas haberi voluit pro sufficienter expressis acsi verbatim fuissent in instrumēto huius actus inserte cessat ⁊ quietando remisit, dedit scilicet ⁊ donauit, simili donatione inter viuos legatum preuentum. Que omnia partes prefate ⁊ respectiue iurauerunt tenere ⁊ obseruare, ⁊c. in forma. Ex facto huiusmodi ⁊ quidem prolixo ⁊ ex instrumentis, satis summarie, ⁊ imperite dilatis extracto eliciuntur dubia sequentia. Primum, an per donationem superius nominatam ⁊ factam per dictum quondam nobilem Raymundum, dicto nobili Petro derogatum extiterit in aliquo substitutioni facte eidem nobili Petro de dicto nobili Roberto eius fratre. Secundum, an donatio primo loco facta dicto nobili Petro per dictum Robertum eius fratrem de iure valuerit an ve fuerit nulla: ⁊ si fuerit aliqua an potuerit aut posset reuocari per eundem Robertum. Tertium an supposito, citra preiudicium veritatis, quod illa fuisset nulla aut reuocari potuisset an eidem nobili Petro profuerit ⁊ prosit confirmatio dicte donationis, seu secunda donatio quam eidem nobili Petro fecit dictus Robertus. ¶ Venio ad primum, pro cuius solu-

1 tione premitto in primis quod † donatio supra, primo loco mentionata ⁊ facta prefato nobili Petro, per dictum nobilem Raymundum eius quondam patrem contemplatione matrimonij per eum tunc contracti: illa q̄uis facta extiterit per patrem filio in ipsius potestate existenti valuit presertim, vel saltem propter iuramentum, in ea interpositum. Pro quo possunt induci, ⁊ rationes, ⁊ authoritas plurium, rationes quidem: ⁊ primo quia verum est q̄ ex donatione facta per patrem filio in ipsius potestate existenti, oritur naturalis obligatio. l. frater a fratre. quod etiam ibi firmat Barto. ⁊ docto. ff. de condi. in. de. ergo iuramentum super obligatione huiusmodi prestitum reddit eum efficacem vt etiam format Bartol. in. l. si quis pro eo. §. primo. in sexto membro. ff. de fideiusso. Lanc. in ca. cum contingat de iureiuran. ⁊ in capit. cum venissent, de institu. Secundo facit quia iuramentum est de iure naturali: vt dicit gloss. in capit. authoritatem. xvj. questio. vj. ⁊ Bal. in. l. iij. C. de vsucapio. pro dona. vel saltem est iuramentum de iure diuino. c. ⁊ si Christus. de iureiurā. Sed de iure naturali, vel diuino nō attenditur patria potestas, que est de iure ciuili. l. nam ⁊ ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Tertio facit quia donatio facta per patrem filio in ipsius potestate existenti confirmatur morte patris, aut emancipatione, aut deportatione, seu monachatione. l. donationes. §. placet. ff. de dona. Cuius dicti ratio est, quia istis modis cessat patria potestas. que impediebat, ergo multo fortius debet confirmari interueniēte iuramento quod est quid spirituale, in spiritualibus non curatur patria potestas. c. si annum. de iudi. in. vj. quod etiam voluit gloss. in. l. ait pretor. in princ. ff. de mino. ⁊ cum iuramentum sit quid spirituale, non debet subijci regulis iuris ciuilis. c. ecclesia sancte marie de cōstitutio. facit quia ex cōtractu inito inter patrem ⁊ filiuz in potestate oritur efficax obligatio, interueniente iuramento, quando non interuenit aliquid turpe: vt no. Io. de Ana. in. c. cum iuramento per illum text. de homici. facit optime. c. quanuis pactum. de pact. in. vj. Quinto facit, quia iuramentū habet vim clausule vt actus valeat eo meliori modo quo potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. not. Bart. in. l. j. §. si quis ita. versi. sed hic si super tali stipulatione. ff. de verbo. obliga. ⁊ in dicta. l. si quis pro eo. in prin. in. vij. membro. versi. ad vnum tamē aduerte. ff. de fideiussor. ergo debet valere donatio, quasi † pa-

2 ter censeatur vigore iuramenti filiam emancipasse quo ad illum actum, quod videtur facere posse per id quod no. Io. And. in addi. Specu. tit. de instru. edi. §. porro. versic. quid si filiafamilias. quod etiam ante eum fuit dictum per Old. consi. xxvj. exord. pater consensit filie dotate, ⁊c. ⁊ idem voluit Albe. in. l. ij. C. de dona. cau. mor. Et his fundamentis solet vti do. Iason. May. in consulēdo pro defensione donationis facte per patrem filio in potestate existenti, prout ipse refert in dicta. l. frater a fratre. de conditione indebi. Et pro hac parte, sunt multorum docto. authoritates, illā enim tenuit Bal. in. d. l. iij. q. vlti. C. de vsuca. pro dona. in repetitio. l. ij. versicu. ⁊ idem credo quando pater donat filio, ⁊c. ff. de iureiurando. ⁊ consilio. ccccxxx. exordiente. Premittendum est ad euidentiam, ⁊c. in prima parte, ⁊ fuit de mente ipsius Baldi. in. l. si donatione vbi etiam Alexander de Imola. C. de collat. Franciscus de Aretio consilio decimoseptimo, exordiente, Consideratis diligentissime

tissime & mature. & consilio. lxxvij. exordiente, Et ratio scribendi, &c. versiculo, circa tertium. Pro hac parte consuluit sepe Alexander de Imola: illã etiam sequuntur tam in scribendo, quam in consulendo multi alij, quos plene refert Alexander de Imola in dicta. l. frater a fratre. de
3 condictione indebiti. Preterea † in instrumento donationis predicte, dicitur, & appellatur donatio huiusmodi, donatio propter nuptias, quod si ita esset, illa valuisset, etiam sine iuramento, per id quod notãt glosse & doctores in. l. secunda. C. de inofficio. donationib. Et cum dictus quondam nobilis Raymundus, non solum donauerit dicto dom. Petro eius filio predicta eius bona, sed etiam illorum vsumfructum sibi retinuerit, ipse censetur bona huiusmodi ex tunc eidem tradidisse, & in eum transtulisse dominium & possessionem, saltem ciuilem. l. quisquis. et quod ibi glossa, & doctores & l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donationibus. Quod si ita est, imo quia est ita factus est prefatus nobilis Petrus dominus & possessor predictorum bonorum in vim dicte donationis, & sic non in vim testamentarie dispositionis seu hereditarie institutionis de eo facte: pro quo allegasse sufficiat. l. iij. §. ex pluribus. versiculo, nec enim sicut dominium, &c. & quod ibi glossa, & doctores. ff. de acquirenda possessione. & l. non vt ex pluribus. cum suis similibus. ff. de regulis iuris. in quibus locis probatur, quod ex pluribus causis successiuis non poteit nobis dominium eiusdem rei aut earundem rerum acquiri, & sic quod iam factum est nostrum ex vna causa, non potest ex alia acquiri. Quia igitur bona dicto nobili Petro donata ad eum peruenerunt titulo donationis, non titulo institutionis, vel alias ex dispositione testamentaria dicti quondam nobilis Raymundi, illa non veniunt, nec venient in fideicommisso dicto nobili Roberto relicto etiam si contingeret hunc nobilem Petrum, quod Deus auertat, sine liberis masculis ab humanis decedere: pro eo quia rogatus, seu grauatus de restituenda hereditate vel bonis testatoris, non intelligitur grauatus de restituẽdo id quod ad eum peruenerit ex dispositione inter viuos. l. ex rem. §. testamẽto quo filium. ff. de leg. iij. l. cum pater. §. fidei tue. l. sequens questio. ff. de legatis. ij. l. debitor. §. finali, & l. a filia. & quod ibi Angelus, Alexander de Imola, & docto. ff. ad Trebellian. Quinimo voluit plus dicta. l. a filia, quod licet quis rogatus, aut grauatus extiterit de restituendo substituto quidquid ex bonis defuncti, seu testatoris ad eum peruenit: non tamẽ intelligitur rogatus restituere id quod ad eum peruenit ex dispositione inter viuos: quod secundum Ange. est notandum. & huius dicti ratio reddi potest, secundum Alexandrum de Imola in dicta. l. a filia. quia illa verba, quidquid ex bonis &c. intelliguntur, id est quidquid ex hereditate mea, non ex contractu inter viuos, etiam si ab initio non valuissent, sed morte cõfirmarentur, dicta. l. cum pater. §. fidei tue. & l. sequens questio. Et quod in fideicommisso vniuersali restituendo non veniant ea que heres aliunde acquisiuit, quod ex testamento, etiam si illa acquisiuisset a testatore: consuluit Alexander de Imola cõsilio. xx. exordiente, Ponderatis his que in themate, &c. vbi multa inducit in tertio volum. Ex quibus apparet responsio ad primum quesitum, scilicet quod per dictam donationẽ derogatũ est vniuersali fideicommisso relicto dicto no. Roberto: & hoc quoad bona donata, pro eo quia etiam si contingeret euenire conditionẽ fideicõmissi huiusmodi, illa nõ tñ essent in vim eiusdẽ fideicommissi restituenda dicto nobili Roberto. Huic autem dicto non obstant reseruationes quas fecit dictus nobilis Raymundus, & quas supra recitaui: quoniã respondeo quod licet dictus nobilis Raymundus reseruauerit legata, & particulares institutiones, ipse tamẽ nihil dicit de vniuersali fideicommisso relicto dicto nobili Roberto, si dictus nobilis Petrus ab humanis sine liberis masculis decederet. & quis in reseruatione huiusmodi facta fuerit men-
4 tio, etiã de ordinationibus factis per dictũ nobilem Raymundũ in premisso eius testamẽto: non tamen dictum † est vniuersaliter de omnibus ordinationibus, sed indifinite de ordinationibus: quia indefinita nõ videtur equipollere vniuersali in hoc casu: cum non sit eadem ratio in legatis & particularibus institutionibus factis dicto nobili Roberto, & aliis, seu de eo, & alijs singula singulis opportune referendo: pro quo allegasse sufficiat id quod notat Dyn. extra de reg. iu. super rub. in. vj. Bar. & alij in. l. si pluribus. ff. de leg. ij. & cano. in capit. vt circa. de electio. in. vj. Quod autem non esset eadem ratio faciende reseruationis in legatis, seu institutionibus factis de dictis nobilibus Roberto & alijs nominatis in dicta restitutiõe, patet per id quod not. doctores. in. l. Gallus. §. primo. ff. de liberis & posthumis. Joannes de Imol. & in capitu. Raynutius de testam. Alexand. de Imo. in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum. magis enim fuerat necessitatus & coactus dictus nobilis Raymundus ad legandum, & iure particularis institutionis relinquendũ predictis nobilibus Roberto & alijs in dicta reseruatione mentionatis quam ad dictum Robertum, vniuersaliter substituendum dicto nobili Petro eius fratri si ipse sine liberis masculis ab humanis decederet: & hoc pro eo quia alias tenebatur eis relinquere legitimam, in qua eos grauare non poterat, vel saltem aliquid iure institutionis. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. & l. scimus. in princip. C. de inofficioso testamento. & authentic. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum collatione sexta. etiam in donando dicto nobili Petro tenebatur ipse Raymundus sibi aliquid reseruare pro legitima dicti nobilis Raymundi & aliorum predictorum vt sic tolleretur occasio impugnandi donationem, vel agendi pro legitima contra eundem nobilem Petrum authen. de eminentibus donationibus. §. primo. collatione septima. & transumptiue in authentic. vnde & si parens. C. de inofficioso testamento. non sic autem cogebatur ipse nobilis Raymundus reseruare dictam substitutionẽ, seu vniuersale fideicõmissum, relictum dicto nobili Roberto: non ergo videtur illud reseruasse per predicta. Preterea si idem nobilis Raymundus voluisset vniuersaliter reseruare dictum fideicommissum, & omnes ordinationes per eum factas in dicto suo testamento: erat facile hoc dicere, & vnicum verbum ad hoc sufficiebat. Preterea ex verbis positis in dicto instrumento colligitur quod propter super existentiam liberorum, non dico masculorum, sed liberorum simpliciter voluerit ipse nobilis Raymundus repelli dictum Robertum, certum autem est quod appellatione liberorum, veniunt non solum liberi masculi sed etiam liberi feminini sexus. l. liberorum. ff. de verborum significationibus. & l. prima. cum ibi nota. per scribentes. C. de conditio. inser. Addo quod cessantibus predictis, & alijs multis, que possunt pro hac parte allegari, negari non potest quin certum non existat quod dictus nobilis Raymundus in dicta donatione reseruare voluerit dictum fideicommissum: ergo fieri debet interpretatio contra eum qui se fundat, aut imposterum fundabit, super dicta reseruatione. l. veteribus. ff. de pactis. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verborum obligationibus. & in capitu. contra eum de regulis iuris. in sexto & quod not. Alexand. de Imola. in. l. si pascenda. C. de pactis. & dominus Andreas Barbatias consilio sexagesimo tertio, in prima parte. ¶ Modo venio ad secundum quesitum, super quo dico & respondeo breuiter & succincte, ne nimis oblongus videar, quod permulta videntur obstare validitati ante dicte donationis. Et primo dici potest quod in ea donatione non fuit obseruata requisita solennitas statuti Daphinalis edicti, super donationibus, que fieri solent inter viuos, non faciendis, nisi obseruata vera & legitima solennitate, de qua ibi facta est mentio: & per quod donationes huiusmodi, illa non rite legitimeque non obseruata regulariter annullantur, cassantur, nulliusque valoris fiunt: quod cum factum extiterit ab eo qui puram & meram habebat legis condende facultatem, quinimo ab eo qui nullum penitus super se recognoscit superiorem in tota Dalphinali prouincia: & sic in ea talem & tantam habebat authoritatem, qualem & quantam habebat inuictissimus, serenissimusque dominus Imperator. per id quod notanter decidit dom. Bart. totius ciuilis iuris auriga. in. l. infamem, ad fin. ff. de publicis iudicijs. & idem dominus Bart. in. l. de qua re. ff. de postulando. & in. l. tertia in prin. ff. de minor. in. l. relegati. ff. de pe. & in. l. hostes. ff. de capti. & postli. reuer. Alex. de Imol. consi. ij. versi. quinimo plus reperio. in primo volu. & cõsi. xv. exord. Visis narratis. ver. & satis est, in quinto volu. & tam ipse quam alij multi, tam consulendo quam etiam scribendo, in multis locis. Sed hoc
5 non obstat. Cum † quia dictus nobilis Robertus eidem statuto renuntiauit, quod videtur facere potuisse, quia regulariter quiuislibet potest renuntiare fauori per legem aut statutum concesso. l. si quis in conscribendo cum suis similibus. ff. de pactis dota. dicta authentica solennitas.

de qua in dicto statuto, introducta est in fauorem subditorum donantium: vt voluit Alexander de Imola consilio cxxxv. exordiente, Visis ⁊ consideratis statutis, de quibus supra in primo volumine. quod dicit probari maxime ex not. per Bar. in. l. cunctos populos. questione sexta. C. de summa trinitate ⁊ fide catholica. ⁊ hoc etiā fuit de menet Francis. de Aretio. consilio secundo vbi respondendo ad quartum, ⁊ vltimum argumentum multa inducit ⁊ allegat ex quibus optime colligitur, ꝙ dicta solennitas, ⁊ alie huiuscemodi introducte ad tollendum fraudes censentur principaliter introducte in fauorem subditorum, quanuis secundario censeantur introducte, etiam in fauorem publicum: tum ⁊ quia non solum renuntiatum est predicto statuto; sed etiam in donatione huiusmodi interuenit iuramentum dicti nobilis Roberti per quod potuit derogari prohibitioni seu solennitati predicti statuti. c. cum contingat. de iureiurando. c. ij. eodem titulo in sexto. c. quanuis pactum. de pactis. eodem titulo. ⁊ authentico, sacramenta puberum. si aduersus vendition. Pro hoc etiam bene facit quia statutum simpliciter loquens de donatione non debet intelligi de donatione iurata: vt voluit Joannes de Jmola in dicto. c. cum contingat. in tertio membro. versic. nunc pro declaratione materie, an per statutum possit
6 prohiberi, ⁊c. quia † statutum debet interpretari secundum ius commune. l. ij. C. de noxalib. c. cum dilectus. de consuet. Sed de iure communi, semper potentius operatur actus iuratus quam non iuratus. dicta. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis. ij. ⁊. l. vnica. §. ⁊ cum lex. C. de rei vxoria actione. ⁊. l. pactum. C. de colla. iūcto dicto. c. cum contigat. ⁊. c. quanuis. ⁊ confirmatur per id quod not. glossa finalis in. c. cum non deceat, de elect. in sexto, per quam dicit Angelus in. l. prima. §. que onerande. ff. quarum rerum actio non dat. quod licet Papa, vel Imperator casset consuetudines, vel statuta, non tamen intelligitur cassare statuta iuramento firmata, ⁊ sequitur hoc capitulum Abbas ⁊ Joannes Andreas in nouel. in dicto. c. cum non deceat. pro quo allegat. c. primum, de constitutionib. in sexto, ⁊. c. cum aliquibus. de rescript. hoc sensit Fredericus de Sen. consilio. cclxxxj. exordiente casus talis est statuto cauetur, quod si donationes, ⁊c. ⁊ voluit Alexander in dicto consilio. cxxxv. at Franciscus de Aretio in dicto consilio. ij. vbi loquitur multum egregie. Secundo facit contra donationem predictam, quia illa, seu bona per eam donata fortasse excedebant valorem quingentorum aureorum. Quo fit vt cum illa non fuerit insinuata non videatur valuisse saltem quatenus excessit valorem huiusmodi. l. penultima C. de donat. Sed nec hoc obstat pro eo quia fuit dicte legis ⁊ sic insinuationi renuntiatum, ⁊ iuramentū interpositū: non igitur potuit aut potest dictus nobilis Robertus venire contra dictam donationem pretextu obmisse insinuationis secundum veram opinionem, cum iuramentum possit seruari sine interitu, seu dispendio salutis eterne: ⁊ quia donatio sine insinuatione, non est penitus inimica legibus ⁊ quia non habet perpetuam causam prohibitionis cum valeat in aliquibus casibus sine insinuatione, de quibus in. l. si quis pro redemptione. ⁊ in authentica, item a priuatis. C. de donationibus. Et ita debet iuramentum operari ad confirmationem, seu validationem illius: quod etiam voluit Joannes Andreas in additio. Specul. titulo de instrument. editione. §. porro. in vltima additione. idem voluit Joannes de Jmola in dicto capitulo, cum contingat. in vltimo membro: vbi plene respondet ad ea que in contrarium adducuntur. Idem consuluit Alexander de Jmola consilio quarto, versiculo, nec adhuc obstat si dicatur quod donatio non valet, ⁊c. in primo volumine: vbi etiam multos refert tenentes hanc partem, tam in scribendo, quam consulendo: idem voluit Alexander de Jmola consilio. xcj. exordiente, Visa facti narratione. versiculo, preterea vbi iuramentum est interpositum. in secundo volumine: vbi etiam multos refert, ⁊ consilio vigesimo, exordiente, Ponderatis his que in themate. vbi etiam multos refert. Et idem in. l. nemo. ff. de legatis primo. ⁊ quanuis sint qui teneant partem contrariam, prima tamen opinio videtur communior ⁊ sic obseruanda in scribendo ⁊ consulendo. l. prima, versiculo, crebrior apud veteres opinio. de officio questoris. ⁊ quod ibi notant Ostiensis, Joannes Andreas, et alij in capitulo primo, de constitutionib. Preterea donatio predicta fuit facta propter benemerita, et que videntur in ea satis specifice exprimi, ⁊ a quorum probatione idem nobilis Robertus releuauit, ⁊ releuatum esse voluit dictum nobilem Petrum: non ergo fuit opus insinuatione. l. Aquilius Regulus. ⁊ quod ibi Bartolus, ⁊ Joan. de Jmola. ff. de donat. Multas remissiones ponit domi. Jason May. in. l. ex hoc iure. ff. de iust. ⁊ iure. Precedens tamen fundamentum magis placet, pro eo quia dicta benemerita non fuerunt fortasse satis specificata ⁊ quia forte opporteret ꝙ appareret de eis per confessionem partis. Tertio contra dictam donationem facit quia dictus nobilis Robertus videtur donasse ipsi nobili Petro omnia bona sua, presentia ⁊ futura, ⁊ sic sibi saltem per indirectam testamenti factionem, aut facultatem habendi heredem abstulisse, pro eo quia non reperiretur qui illius, vtpote nihil habentis, vel habere valentis heres esse vellet: ergo illa non valuit secundum theoricam quam ponit Barto. ⁊ sequuntur Bal. ⁊ Pau. de de Cast. in. l. fin. C. de pac. ⁊ idem voluit Bart. ⁊ multi alij in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. sed his non obstantibus, dico ⁊ respondeo, ꝙ imo donatio facta est per dictum Robertum volentem ingredi religionē, vide Jo. de Jmo. in. c. quod ad hoc. de cleric. coniuga. ⁊ in cons. Jo. Rays, in. xij. volu. predicta valuerint, ⁊ valeāt, pro eius dicti fundamento premitto, ꝙ vnusquisqꝫ sue rei, est moderator ⁊ arbiter ⁊ dispositor. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. ⁊ vendi. l. polla. C. de his qui. vt indig. c. de his ad fin. de sepul. vnde licitum est vnicuiqꝫ patrimonium suum efundere nisi aliqua lege prohibeatur: ⁊ ipsum totum suis donationibus elargiri. l. precibus. l. si totas. ⁊. l. si mater tua. C. de inoff. dona. l. si vnquam. C. de reuocā. dona. l. sancimus. ⁊. l. si quis argentum. C. de dona. licuit igitur dicto nobili Roberto donare bona sua prefato nobili Petro, cuius propterea intentio fuit ⁊ est fundata de iure communi secundū quod omnia que non sunt de genere prohibitorum, seu que non reperiuntur lege prohibita licita sunt. l. nec non. §. quod eis. ff. ex qui. cau. maio. l. accusare. in prin. ff. de accus. l. questitum. ⁊. l. iij. §. Sabino. ff. de testi. ⁊. l. ab ea parte, cum suis similib. C. de proba. Ad quod facit quod voluit Oldr. consi. clix. exord. Ex presenti themate quatuor videntur per ordinem suboriri dubia, ⁊c. dicit enim ꝙ de natura cuiuscunqꝫ domini est possibilitas dominij transferendi. §. per traditionem. institu. de rerum diuisio. l. ij. ff. si quis a parente fuerit manumis. ⁊. l. Julianus. ff. de cura. furio. quinimo secundum eum adeo libera alienandi facultas debetur, vt etiam pacto expresso inhibita translationem eius nequaquam impediat. l. nemo. C. de pac. l. si creditor. §. vbi secundum vnam lecturam. ff. de distrac. pigno. l. ea lege. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. C. de condi. ob cau. ⁊. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ⁊ quod ibi doct. ff. de verbo. obliga. Potuit igitur dictus nobilis Robertus donare predicta eius bona nec refragatur dicto nobili Petro id de quo opponitur. Tum quia quanuis Bartolus ⁊ quidam alij senserint in locis preallegatis donationem omniū bonorum presentium ⁊ futurorum non valere: multi tamen etiam viri magne authoritatis ⁊ doctrine senserunt contrarium. Et quidem Dynus in regula quod semel. de regulis iuris. in sexto. Baldus ⁊ Angelus in dicta. l. stipulatio hoc modo cōcepta. Angel. Richard. de Sali. ⁊ Bartholomeus, eius nepos in dicta. l. finali. C. de pactis. ⁊ Angelus in disputatione incipiente In refulgenti palatio, ⁊c. vbi multa ⁊ quidem elegantia pro hac parte inducit; ⁊ respondet fundamentis Barto. ⁊ aliorum eū sequentium ⁊ etiam aliorum ante eum tenentium donationem huiusmodi non valere. Tum etiam non obstat dictum pretensum fundamentum, quia supposito, citra preiudicium veritatis, quod donatio predicta videretur facta prout non fuit de omnibus bonis presentibus, ⁊ futuris: multa tamen viderentur de ea deducenda, que non veniunt in donatione omnium bonorum, presentium ⁊ futurorum simpliciter facta: Et quidem illa de quibus in. l. obligatione generali. ⁊. l. sequenti. ff. de pignoribus. Que si non veniant in obligatione generali omnium bonorum presentium ⁊ futurorum, sed de ea deducantur, nisi de eis fiat specialis mentio: vt probatur in dictis iuribus: multominus veniunt in generali donatione omnium bonorum presentium, ⁊ futurorum quia illa est maioris preiudicij, quam sit pignoris obligatio: ergo, ⁊c. argumento eorum que not. gloss. ⁊ doctores, in. l. fin. C. que res pigno. obliga. poss. Et per hanc rationē, Matth. de Mat. in singulari. cxxxvij. tenens hanc partem

partem impugnat motiuum dominus Bartolus in dicta.l. stipulatio hoc modo concepta. hanc partem etiam videtur sequi Alexander de Imola in dicta.l. stipulatio hoc
8 modo concepta. Preterea † supposito citra preiudicium veritatis, quod donatio facta de omnibus bonis presentibus et futuris, non videretur valere quoad presentia et futura: valeret saltem quoad presentia: vt voluerunt Richardus de Saliceto et Bartholomeus eius nepos in dicta.l. finali C. de pact. pro eo quia si dico dono presentia et futura due censentur esse donationes. argumento. l. scire debemus. in principio. ff. de verborum obligationibus. et.l. si peculium seruo. ff. de peculio legato. ergo vtile non debet per inutile vitiari: et pro hac parte facit. l. sancimus. circa principium. C. de donationibus. et.l. si soluendo non erat seruum. ff. de heredibus instituendis. hanc partem in donatione nota, cuiusmodi est illa, de qua loquimur, quam sequitur Franciscus de Aretio consilio. liiij. exordiente, In causa magistri Blasij de Cortona. Pro quo allegat quod iuramentum habet vim illius clausule, si non valet quod ago vt ago, valeat vt valere potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. secundo. et quod notat Bartolus in.l. si quis pro eo. versus finem. ff. de fideiussoribus. et si dicatur, et queratur quare virtute iuramenti non debeat dici quod potius valeat donatio respectu futurorum, et non respectu presentium, assignat ipse duas rationes: et obmissa prima, dicit in secunda, quod quia donans iurauit debet fieri interpretatio contra eum: per id quod dicit in dicto consilio, et sic quod valeat donatio respectu presentium, quod sine dubio est maioris preiudicij: iuxta illud ad presens, oua cras pullis sunt meliora: vt notat glossa in.l. cum ij. in principio. ff. de transactionibus. Preterea et istud sufficit pro defensione dicte donationis si verba donationis huiusmodi bene inspiciantur, illa non fuit facta de omnibus bonis presentibus, et futuris, sed duntaxat de omnibus bonis mobilibus, et immobilibus, tunc presentibus: et de omnibus iuribus et actionibus, tunc presentibus, et futuris: et sic in donatione predicta non veniebant bona mobilia et immobilia tunc futura, hoc est per ipsum nobilem Robertum postea acquirenda: argumento eorum que notant Bartolus et doctores in dicta.l. finali. C. de pactis. et in allegata.l. stipulatio hoc modo concepta. quatenus ibi dicunt quod in donatione omnium bonorum non veniunt futura: ergo nec in donatione omnium bonorum mobilium et immobilium veniunt bona mobilia, et immobilia futura: forte vero dicetur quod imo donatio huiusmodi fuerit facta etiam de omnibus bonis mobilibus et immobilibus, presentibus et futuris: propter illa verba, spectantes et pertinentes nunc vel in futurum competituras quouismodo, et quocunque nomine que videntur posse referri ad omnia precedentia, et sic non solum ad actiones, sororyturas, successiones, iura, et reclamationes: sed etiam ad bona mobilia, et immobilia: per id quod not. doctores in capitulo, secundo requiris. de appellationib. in.l. talis scriptura. ff. de legat.j. et in.l.j. ff. de liberis preter. vel exhered. Sed istud non obstat pro eo quia in sermone facto de bonis mobilibus, et immobilibus, dictus nobilis Robertus, non simpliciter donauit omnia bona mobilia et immobilia: quod si fecisset, satis etiam ad illa poterant referri illa verba spectantia et pertinentia, modo vel in futurum competitarum: sed donauit omnia et singula bona sua, mobilia et immobilia: et sic adiecit verbum, sua, propter quod et inepte et superuacue ad illa referuntur illa verba spectantia, et pertinentia nunc, vel in futurum: quia cum dictum esset de suis bonis mobilibus et immobilibus, satis dictum extiterat de bonis mobilibus et immobilibus sibi spectantibus et pertinentibus: ergo illa verba spectantia et pertinentia nunc, vel in futurum competitura, non sunt referenda ad bona mobilia et immobilia: quia non solum vnaquaque oratio, sed etiam vnum quodque verbum in dispositione positum, debet esse cum voluntate operandi, si fieri potest. l. hac lege. ff. de contrahen. empt. et vendit. l. si stipulatus. in principio. ff. de vsuris. quod etiam voluit Baldus. C. de contrahenda emptione. in rubrica. q. ix. Romanus consilio. lxxxiij. exordiente, Licet de iure communi ad finem. et Alexander de Imola consilio. cxvij. exordiente, Visis supra narratis, etc. in primo volumine, et alij in diuersis locis.
9 Preterea † licet clausula in fine posita videatur posse referri ad omnia precedentia: hoc tamen fallit in multis casibus, et quidem quando ex tali relatione sequeretur absurdum, aut inconueniens, vel iuris correctio. per id quod habetur in.c. ecclesia. el.ij. et quod ibi per illum tex. iuncto. c. quia propter de electio. not. Panormitanus, et quod voluit Oldrardus consilio centesimoquinquagesimosecundo. exordiente, Factum tale est: dominus Clemens Papa, etc. in secundo dubio, ad quod bene facit. l. in adoptione ad fin. ff. de adoptio. Etiam fallere videtur vt non procedat quando per talem relationem vitiarentur precedentia quemadmodum eo casu cessat repetitio, et nunquam fieri debet quando ex ea vitiaretur dispositio: vt no. Bartolus in.l. cum seruus. ff. de condi. instituen. et probatur in. l. prima cum vulgaribus. et not. Bartolus in similibus, in dicta.l. talis scriptura. ff. de legatis primo. Sed si verba predicta spectent et pertineant nunc vel in futurum, referrentur etiam ad bona mobilia, et immobilia: vitiaretur dispositio secundum Bartolum et alios qui dicunt non valere donationem omnium bonorum presentium et futurorum ergo non est fienda relatio huiusmodi. Preterea non videtur quod dictus nobilis Robert' donauerit simpliciter et absolute omnia bona mobilia, et immobilia, sed duntaxat propria que tunc erant, nec non paterna, materna, fraterna, et sororina, de quibus solum expressit nec adiecit de alijs: non est ergo facienda relatio ad omnia et quecunque alia bona mobilia et immobilia: et maxime etiam futura. Pro quo facit quia sic facienda est interpretatio, vt res potius valeat, quam pereat. l. quotiens. ff. de rebus dubijs. l. quotiens. de verborum obligationibus. l. quotiens et.l. semper in stipulationibus.
10 ff. de regulis iuris. Preterea † et quarto videtur facere contra dictam donationem, quod dictus nobilis Robertus tempore facte donationis huiusmodi, disposuerat ingredi religionem sancti Joannis Jherosolimitani, et contemplatione ingressus huiusmodi illum fecisse videatur. Quo fit vt postea eam ingressus non extiterit, vel saltem infra annum probationis habitum reliquerit, debuerunt et debeant bona donata sibi restitui. capitu. quod a te. et quod ibi multi doctores. de clericis coniuga. et multi legiste, in authentic. ingressi. C. de sacrosanctis ecclesijs. Sed istud non obstat, quia vt ex tenore donationis huiusmodi apparet illa facta non fuit dicte religioni nec contemplatione ingressus illius, sed pro remuneratione benemeritorum sibi impensorum per dictum nobilem Petrum donatarium. Et quia erat frater quia sibi placuit, non potest igitur reuocari per dictum Robertum, quamuis postea non fuerit ingressus dictam religionem, vel post ingressum infra annum probationis voluntarie illam exuerit. l. perfecta. C. de donationibus que sub mod. et capitu. verum. de conditione apposit. domi. Cardi. Floren. Ant. de Butr. et Panor. et Joan. de Imol. in dicto. c. quod a te. qui loquentes in ingresso religionem, et exeunte infra annum probationis, sentiunt quod non recuperet bona, saltem eo casu quo non constat illum bona eius monasterio contulisse, seu obtulisse contemplatione ingressus: multo ergo minus potest, aut debet dictus nobilis Robertus bona predicta recuperare: cum non solum non appareat eum illa ideo donasse eidem nobili Petro: sed etiam appareat quod non contemplatione ingressus, sed propter benemerita: et quia frater, et quia sibi placuit: hec enim reperiuntur per eum expressa in instrumento dicte donationis cui propterea credendum est quia non censetur dixisse quod mente non agitauerat. l. Labeo. idem Tubero. ff. de sup. lega. et vt dicit Aristoteles in primo Periermenias, voces sunt earum que sunt in anima passionum note: Ex quibus omnibus concludo donationem predictam fuisse, et esse validam non obstantibus impugnationibus superius mentionatis in egressu seu exitu dicte religionis, facto per ipsum nobilem Robertum. Cui etiam non prodest quedam pretensa absolutio a iuramento seu potius habilitatio per eum impetrata ad fines agendi, quia non propterea rescisa est, nec rescindi debet donatio prementionata que, vt dixi, firmata fue-
11 rat iuramento, et validata. vt etiam † dixit Christophor. Por. in. §. fi. instit. de here. quali. diffe. multum refert an contractus sit seruandus virtute contractus, an vero sit seruandus virtute iuramenti: quia in primo casu ligantur heredes contrahentis ad obseruantiam: posteriore vero non, quia iuramentum est quid personale. Nec ex eo potest illaqueari anima heredis. c. veritatis. vbi Inno. et doct. de iureiura. Preterea est alia differentia, quia si contractus seruandus sit in virtute iuramenti solutum repeti non potest secus autem est si seruandus sit virtute iuramenti, quia tunc reperitur penes recipientem sine causa. c. debitores. de iureiur. tertia est differentia et hec seruit proposito nostro: quia si contractus seruandus sit in virtute iuramenti, petita et obtenta absolutione a iuramen-

so potest ille qui iurauerat, contrauenire contractui, secus vero si contractus erat seruandus in vim contractus: vt quia ille qui iurauerat non solum obligabatur ad obseruantiam contractus propter iuramentum, sed etiam quia contractus fuerat iuramento firmatus: sūt enim aliquando contractus qui non firmantur per iuramentum, quanuis propter iuramentum obligetur iurans ad obseruandum: vt verbi gratia in eo, qui promittit & iurat soluere vsuras, & in pacto legis commissorie, de quo in. c. significante. de pignoribus. qui sic enim contrahit, promittit, & iurat, & obligatur ad obseruandum propter iuramentum, ne incurrat periurium, sed quia secundum communem doctrinam, tales contractus non firmantur iuramento, obtenta absolutione, & sic sublato iuramento, quod obligabat, potest ille qui iurauerat contrauenire contractui: quidam enim sunt contractus ad quorum obseruantiam tenetur contrahens, & iurans: non solum propter iuramentum, vel in vim iuramenti, sed etiam in vim contractus firmati & conualidati per iuramentum: prout communiter dici solet in authen. sacramenta puberum. C. si quis aduersus vendition. de minore vendente rem immobilem, & iurante non venire contra: & in capitulo, cum contingat. de iureiuran. de muliere alienante fundum dotalem, vel consentiente marito alienanti, & iurante non venire contra, istis enim casibus & similibus seruandi sunt isti contractus, non solum in vim iuramenti, sed etiam in vim contractus: quo fit vt esto ꝙ absolutio a iuramento seu habilitatio ad finesagendi obtenta extiterit, non propterea debet obtineri contractus rescisio: & huic distinctioni adheret dominus Iason Maynus in dicta authentica, sacramenta puberum. versiculo, & si dicas que vtilitas. & hoc est quod voluit Angelus in consilio quod commemorat Panormitanus in dicto capitulo, cum contingat. versiculo, sed vltra predicta. vbi voluit quod vbi actus firmatur iuramento, licet quis absoluatur a iuramento, non propterea potest venire contra actum: quia actus est validus de se, propter iuramenti interpositionem: & absolutio hoc solum operatur, vt contrauenïens non incidat in periurium: non autem annullat contractum: et hoc dictum dicit Panormitanus vbi supra esse notabile & perpetuo menti commendādum: et quanuis, prout etiam ipse refert Ioannes Caldericus, & Panormitanus in quodam consilio videantur sentire contrarium, sibi tamen plus placet dictum Angeli, quod etiam teneri mandat. ¶ Ad tertium dico imprimis quod, vt patet ex predictis, dicta prima donatio valuit, et ibi potuisset infringi: vel dici nulla, quasi facta de omnibus bonis tunc presentibus et futuris, prout non poterit, vt predixi, tamen per secundam donationem defenderetur a dicta pretensa nullitate: pro eo quia
12 † tempore secunde donationis idem nobilis Petrus, vt ponitur in casu, donauit dicto Roberto quadraginta florenos annuales, et pensionales ad sui ipsius nobilis Roberti vitam, qui non venerunt in donatione filiorum. In simili voluit dominus Bartolus in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus. vbi etiam de hoc per Alexandrum de Imola versiculo, quid si in casu predicto. qui loquētes de eo, qui donat omnia bona presentia & futura, retento vsufructu, dicūt ꝙ valet donatio: pro eo quia fructus non veniunt in donatione, de quibus propterea poterit donator testari, et idē in casu. Preterea
13 † multū operatur & prodest geminatio donatiōis, sicut alias videmus in multis, in quibus licet prima concessio, vel primus actus non valeat: quando tamen interuenit geminatio actus valet. Pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat quod notat glossa in. l. in contractibus. §. illo. C. de non numerata pecunia. & quod habetur in. l. in lege. §. cum scimus. & quod ibi dominus Bartolus ad finem. C. de agricolis & cēsitis. libro. vndecimo, Romanus consilio ducentesimo nonagesimo, Antonius Corsetus in suo tractatu de regia potestate questione sexta, multas remissiones ponit dominus Iason Maynus. §. in personam instit. de actionibus. & phoc optime facit id quod de donatione geminata ponit Franciscus de Aretio consilio secundo: et signanter attento interuallo, quod fuit inter dictas donationes: primam scilicet, que facta est anno icarnationis Dominice millesimo quatricentesimo nonagesimo, et die sexta mensis Aprilis. et secundam, que facta est anno Domini millesimo quingentesimo primo, et die decima quarta mensis Aprilis: & sic post primam ex interuallo duorum annorū, & vltra facit ad premissa. l. si mulier. C. ad Velleianum. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini m elius sentientis.

¶ Rubrica, De rescindenda venditio. ¶ Consil. cccxxi.

¶ Epitome.

¶ Cum magis pignus traditum sit, ꝙ venditio facta, rescindi venditionem talem tanꝙ simulatam, imo vero repeti pignus, & fructus eius in sortē imputari censet. V. F.

1 ¶ Caduci in causam legatum quando decidere dicatur.
2 Coniunctio, & qualiter patrem & filios inuitet ad successionem.
3 Prodigus notorie an contrahere possit, & an ex contractu iurato obligetur.
4 Retrouendendi pactum cum modicitate pretij quam presumptionem adferat.
5 Pactum in venditione appositum, ꝙ fructus in sortem computentur, an & quando contractum faciat pignoratitium: & qua actione agendum. nu. 9.
6 Presumptio de re partim vendita & partim donata qualis.
7 Iuramentum non impedit simulate contrahentē de simulatione opponere: & ad heredes an transeat.
8 Agere ad rescisionem venditionis ex capite simulationis tutius est, ꝙ ex capite lesionis.
9 Fructus pignoris & heredes in sortem imputant.



EX facto mihi exhibito, parte nobilis Nycolai Lumbardi, fuerunt multa dubia elicita, quibus prout mihi visum est fore opportunum, respondebo breuiter & succincte. Et primo ad primum respondeo
1 ꝙ † licet superstite & adhuc viuente nobili & honesta quondam muliere domi. Ysabella relicta, & vniuersali herede nobilis Iacobi Areani, vita functus fuerit, & ab humanis decesserit nobilis Dragonis Forbini, legatarius partis domus, de qua in dicto casu & propterea legatum huiusmodi sibi factum, in causam caduci, quoad eum, deciderit. l. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de caduc. tollen. Pro quo videri possunt multe remissiones ad hunc casum adaptabiles, quas ponit Oldra. consil. cxxxi. exordien. quidam habens tres filias: non tamen decidit in causa caduci quoad nobilem Antonetam Forbini dicti Dragoni quondam filiam, ad quem post ipsius Dragoni mortem voluit partem predictam peruenire & quem in ea substituit: sublato igitur de medio dicto Dragono, debuit in dicta parte succedere dictus nobilis Antonetus. allegata. l. vnica. §. sin autem sub conditione, Pro quo optime faciunt no. per Barto. & docto. in. l. ꝙdiu ff. de acquiren. heredi. ad quod faciūt verba legati dicte partis, per que apperte exprimitur dictum nobilem Areani voluisse ꝙ post mortem prefati Dragoni Forbini pars predicta perueniret ad dictum Antonetum: a quibus verbis propterea nō est in dubio recedendū. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. nō aliter. ff. de legatis tertio. cum & dictus quondam Areani hoc facere potuerit & voluntas eius seruanda sit: primum probatur in. l. in re mandata. C. mandati. l. dudum. C. de cōtrahen. emp. & vend. l. polla. C. de his quibus vt indignis. & capitu. de his ad finem. de sepul. Secūdum probatur in l. prima. C. de sacrosanctis ecclesijs. authentic. de nupt. §. disponat testator. collatione quarta. & c. vltima voluntas. decimatertia questione secunda. Adijcio ꝙ in legato dicte partis domus non solum successit dictus nobilis Antonetus, sed etiam nobilis Ysabellis Forbine eius filia pro
2 eo † quia cum ipse nobilis Antonetus, & eius liberi fuerunt in dicto legato copulatiue & per coniunctionem, & cōiunctim ipsi censentur fuisse simul inuitati, dictus videlicet Antonetus pro dimidia parte, & liberi pro alia. Pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat nota. communiter per omnes scribentes in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthumis. & per Ioannem de Imola, & capitu. Ranutius. de testa. iuncta. l. interdum in principio. ff. de heredibus instituendis. Et cum tempore purificationis conditionis, hoc est tempore mortis dicte domine Ysabellis relicte prefati nobilis Areani, non essent aliqui liberi dicti nobilis Antoneti, vltra & preter dictam aliam Ysabellem eius filiam: ipsa successit in dimidia parte illius

illius dimidie partis legate, et relicte predicto Antoneto,
et eius liberis. Et sic in quarta parte dicte domus, quam
quartam partem nõ videtur potuisse alienare dictus An-
tonetus. l. cum a matre. cum ibi not. per glo. et docto. C. de
rei vendi. ¶ Ad secundum quesitum, dico et respondeo, quod
in hoc quesito sunt duo dubia, primum scilicet, an etiam
3 notorie prodigus† possit contrahere nisi fuerit sibi bonis
interdictum. Secundum an notorie prodigus obligetur
ex contractu iurato, et super his et eorum quolibet sunt opi-
niones, vt videri potest in his que not. glo. et docto. in. l. is.
cui bonis. ff. de verbor. obligat. et in. l. is cui. ff. de testa. Et
quoad primum dubium, an videlicet, etiam notorie pro-
digus, possit contrahere ante inhibitionem iudicis. glo. in
d. l. is cui bonis. ff. de verbo. obliga. tenuit quod sic: et illam se-
quuntur ibi Bart. Bald. Angel. Paul. de Castr. et Ro-
ma. et mouentur per. l. j. ff. de cura. furio. illam etiam sequun
tur Dyn. Andr. de Pi. Barto. Bald. Angel. et Joan. de
Imol. in. d. l. is cui bonis. ff. de testa. Et quamuis Alexan.
de Imol. in. d. l. is cui bonis, dixerit contrariam opinio-
nem posse sustineri: prima tamẽ secũdum eum est commu
nis, quam propterea suadet. Super secundo dubio an vi-
delicet, prodigus obligetur ex iuramento. Bald. in. d. l. is
cui bonis, dicit quod non: cum quo transeunt multi: alij vero,
et multi tenent contrarium. Super quo non videtur mihi
multum insistendum, quia cum dictus nobilis Nicolaus,
seu dicta quondam nobilis Ysabellis, eius mater, et cuius
est vniuersalis heres, causam habuerit a dicto quondam
Antoneto ipsius Nicolai auo materno impugnando ex
capite prodigalitatis, consequenter impugnaret ex eodem
capite donationem factam per dictum Antonetum dicte
nobili Ysabelli. Et eo maxime, quia actus donationis ma
gis accedit ad actum prodigalitatis, quam actus venditionis,
pro eo quia donare est perdere, etc. nisi forte dicamus quod ipse
vendidit, et donauit. ¶ Ad tertium, dico et respondeo, quod
4 multi sunt† doct. qui voluerunt quod pretij vilitas, et pactum
de retrouendendo simul iuncta presumi faciunt quod con-
tractus sonans in venditionem, fuerit et sit non quidem
contractus venditionis sed contractus pignoris, vel simu
latus in fraudem vsurarum. Et hoc voluit glos. in. c. con-
questus vbi etiam Joan. de Ana. de vsur. glos. in. c. ad no-
stram, de emptio. et vendi. Archid. in. c. plerique. xiiij. q. iij.
Joan. de Imol. et Anto. de Butr. in. c. illo vos. de pigno. et
Panor. in. d. c. ad nostram. qui etiam ita consuluit consil.
lxxvj. exordi. Tria succincte videnda sunt, etc. Cum ergo
domus et alia vendita per dictum nobilem Antonetum
Forbini nobili Jacobo Forbini eius cognato germano
longe plus valerent eo pretio, quo vendite extiterunt ita
vt dici possit, et verum sit eundem Antonetum fuisse lesum
vltra dimidiam iusti pretij, vt colligitur ex his que ponun-
tur in casu: videretur secundum gloss. et docto. prefatos, quod
contractus dicte pretense venditionis presumi debeat
venditio simulata, seu fictitia in fraudem vsurarum, et ve-
rus contractus pignoris. Et quamuis non ignorem mul-
tos tenere partem contrariam, scilicet quod pretij vilitas, et
pactum de retrouendendo, non sufficiant ad inducendum
dictam presumptionem a quorum opinione pro nunc non
discederem si hic nõ superessent alie coniecture que super-
sunt, et quidem due: prima quia vt apparet ex instrumento pa
cti de retrouendendo initi et celebrati tempore facte vendi-
tionis superius mentionate, quod ex eo colligitur, quia eisdẽ
anno, mense, die, loco, et loco loci ac sub presentia eorundem
notarij et testium: per id quod not. Bald. in. l. petens. ff. de
5 pact. prefatus† Jacobus emptor iurauit et promisit prefa-
to Antoneto venditori, quod in eum casum in quem ipse do-
mum, et alia predicta reemeret infra sex annos idem Jaco
bus teneretur et deberet eidem diminuere de pretio do-
mus, et aliarum rerum predictarum florenos centum pro
sex annis pro loquerio et mercede domus, et aliarum re-
rum: et quod idẽ Jacobus eo casu accipere teneretur in solu-
tum, et in diminutionem pretij rerum predictarum dictos
centum florenos, scilicet si stetisset dictis sex annis, et alias
ratam pro rata ex hac enim conuentione colligitur clara et
apperta coniectura, quod contractus dicte pretense venditio-
nis, non fuit venditio, sed magis mutuum pecunie, et pi-
gnus rerum predictarum: quia si fuisset vera venditio fe-
cisset idem Jacobus emptor fructus interim, hoc est du-
rantibus dictis sex annis perceptos suos. l. si fundum. C.
de pactis inter empto. et vendi. quod etiam per illam. l. vo-
luit Arch. in. d. c. plerique. Panor. et docto. in. d. c. ad no-
stram. Nõ enim solet, nec potest rem sui ipsius ab alio con-
ducere, et pro illa soluere loquerium. Et hec pactio, et con-
iectura ex ea insurgens, est de iure approbata, et multum
põderanda: per id quod habetur in. c. illo vos. ibi ex duobus
tamen, que in pacto fuerunt expressa, videlicet quod fructus
percepti deberent in soluenda pecunia numerari: et quod
ibi docto. maxime Anto. de Butr. et Joan. de Imo. de pi-
gno. et vt ibi dicit Joan. de Imo. versicu. in ea glo. in fi. etc.
potissima coniectura inibi fuit, pro eo quia fuit appositum
pactum quod fructus computarentur in sortem, quod est con
tra naturam contractus venditionis: prout plenius prose
quitur Joan. de Imol. in. c. illo vos. versi. et not. etiam glo.
etc. ibi sed dicebam tertio, quod est aliud pactum tendens ad
resolutionem contractus, vbi etiam reddit causam, seu ra-
tionem differentie inter pactum legis commissorie, et pa-
ctum adiectionis in diem ex vna parte, et pactum de re-
trouendendo ex alia. Cum, scilicet in primo casu emptor
non faciat fructus suos, iuxta tamẽ theoricã quã ipse po-
nit: in secundo vero facit eos suos si est vera venditio. Et
si aliter paciscuntur contrahentes, vt in pacto de retrouen
dendo, insurgit presumptio, et coniectura, quod contractus nõ
fuerit contractus venditionis, quia hoc est contra naturã
ipsius. sed contractus pignoris cui congruit hec pactio. l. j.
et. ij. cum suis simili. C. de pignora. actio. Preterea in instru
mento dicte pretense venditionis dicitur quod si res predicte
plus valebãt tempore venditionis, vel imposterum, essent
plus valiture pretio conuento, totam illam maiorem va-
lentiam, quecunque et quãtacunque esset, vel imposterum
fuisset, etiam si dimidiam iusti pretij summam excederet, di
ctus nobilis Antonetus venditor, eidem Jacobo empto-
ri, tunc presenti, etc. dedit et donauit tam pretio supra dicto,
et ex causa eiusdem, quam donatione pura, mera, et simplici, etc.
6 Ex quo† insurgit alia presumptio quod etiam voluit
Bartho. Vero. in suo tract. de contractibus emptio. et ven
di. cum pacto de retrouendendo simulatus. §. septima pre-
sumptio. Dicit enim quod septima simulationis presumptio
est quando res est pro parte vendita, et pro parte donata, et
non subest iusta causa donationis. arg. l. per diuersas. cum
ibi not. per gloss. et docto. C. manda. et. l. ab Anastasio. cum
ibi not. eod. tit. et ita tenet Bald. in. l. ij. C. de repudian. he-
redi. et in. l. fi. versi. tertio potest impugnari. C. ne lice. poten.
et in quodam suo consi. exordiente, ad probandum, et osten-
dendũ in secũdo articulo, et Spec. tit. de act. cessio. §. j. vers.
presumitur simulatus. ad quod optime facit. l. cũ vir vxori
et quod ibi not. ff. de in. do. quia non est verisimile quod fuerit
animus donandi, vbi est pretium, et vbi est appositum pa-
ctum de redimendo. arg. l. qui sic soluit. ff. de solu. etiam si
sit dictum quod donetur ob benemerita: vt dicit idem Vero.
vbi supra. Et hoc dicit esse bene notandum contra vsura-
rios, et illicitos contractus celebrantes, qui ne videantur
decipere venditores in pretio faciunt quod in instrumento
dicitur: et si plus valeret dicta res vendita, quantũcunque
sit hoc plus, illud donat dictus venditor, quia, vt dicit ta-
lis cautela donationis, inducit presumptionem fraudis
quia donatio dicitur iactatio, et dilapidatio. l. filiusfami-
lias. in princ. ff. de dona. et in. l. contra iuris. §. si filius. ff. de
pact. Nemo vero presumitur iactare vel dilapidare suum.
d. l. cum de indebito in princ. cum suis simil. ff. de proba. et
hoc cum non subsit iusta et legitima causa donandi in ven-
ditore, sed potius necessitas, propter quod magis indiget
quam emptor, quia communiter quis vẽdit possessiones suas
propter necessitatem, et causa habendi pecuniam, cum pro-
pterea potius esset facienda donatio, quam econtra: et vt breui-
ter expediã, ex donatione huiusmodi insurgũt duo, scilicet
presumptio simulationis, et fraudis. Pro quo videri pos-
sunt alia que inducit. Fuerunt ergo in dicto contractu pre
tense venditionis quatuor coniecture simulationis, scilicet
pretij vilitas, pactum de retrouendendo, pactũ de soluen-
do centum florenos pro loquerio, etc. vel alias ratam pro
rata, et sic de fructibus in sortem imputandis, et donatio
maioris valentie quantacunque existeret. Et per hec patet
dictum pactum de retrouendendo, et alia predicta profuis-
se dicto quondam nobili Antoneto, et non prodesse dicto
nobili Nicolao ab eo cuiusdam habenti per medium dicte
quondam nobilis Ysabellis eius matris, quia res predicte
non videntur fuisse vendite, sed potius pignori date: et po
test ipse Nicolaus venire contra dictam venditionem si-
mulatam contra quam etiam venire posset predictus An
tonetus, si viueret: non obstante iuramento per eum sim-
7 pliciter prestito: quia iuramentum sic prestitum, nõ impedit
eum qui simulate contraxit, et iurauit opponere de simu-

latione: vt not. Joan. de Jmol. in. l. nemo potest. vbi etiam Alexand. de Jmola. versicu. sed est dubium. ff. de legat. j. quia iuramentum regulatur secundum mentem contrahentium. l. fin. C. de non numerata pecunia, & quod not. Barto. in. l. si quis pro eo, in octauo membro. ff. de fideiuss. & quod non obstante iuramento, possit opponi de simulatione: tenuit glo. Bald. & docto. communiter. in. l. emptio. C. plus vale. quod agi. vbi etiam Alexand. de Jmol. in addit. ad Bald. & Bald. in. l. j. C. de oper. liber. Ange. Aret. in. §. fuerat, versicu. sed tu dic saluando Salic. vbi plenius per domi. Jason Mayn. versicu. aliud singularissimum remedium. institu. de action. Et supposito citra preiudicium veritatis quod iuramentum in aliquo obstaret & quia cōtraxisset, & iurasset, non tamen obstaret eius heredi vel alteri successori: quia iuramentum quoad vinculum periurij est speciale, & personale, & sic non trāsit in heredem aut successorem quoad vinculum huiusmodi, vt not. Inno. & docto. in c. veritatis. de iureiurand. & quod not. Christoph. Por. in. §. fina. institut. de heredu. quali. & diffe. vbi dicit multum referre an contractus seruandus sit in vim contractus, quia primo casu ligantur heredes contrahentis ad obseruantiam contractus, posteriore vero casu non ligantur: quia vt inquit iuramentum est quid personale, nec ex eo illaqueari potest anima heredis dicto. c. veritatis. ¶ Ad quartum, dico & respondeo, vt iam patet ex predictis, quod dicta venditio non valuit, quia simulata causis superius allegatis, & propterea non † est opus agere ad rescisionem contractus pretense venditionis ex capite enormissime lesionis: ista via etiam esset periculosissima, pro eo quia donata est maior valentia, etiam si illa excedebat dimidiam, &c. & est renuntiatum legi. Que omnia fieri potuerunt, & per ea tolli remedium. l. ij. C. de rescin. venditio. & c. penulti. de emption. & vendit. quod remedium etiam tollitur per solum iuramentum in maiore secundum communem theoricam scribentium in dictis iuribus: nisi forte in quibusdam personis de quibus per Bald. in dicta. l. ij. non igitur videtur mihi tutum agere ad rescisionem contractus, nec venire contra dictam pretensam venditionem, ex capite lesionis: & sic supponendo illam fuisse veram. Sed puto tutius esse contrauenire ex capite simulationis. ¶ Ad quintum patet responsio ex predictis, scilicet quod veniendo contra ex capite simulationis, non obstabit dicto nobili Nicolao iuramentum prestitum per dictum quondam Antonetum eius auum maternum, quominus cōtrauenire possit, & res predictas repetere. ¶ Ad sextum patet responsio ex predictis, scilicet quod super hoc nō sit multum insistendum, pro eo quia impugnando dictum pretensum contractum venditionis ex capite prodigalitatis, impugnationis, consequenter ex eodem capite donationem factam prefate Ysabelli: quia hec ab eodem fonte processerunt. ¶ Ad septimum patet responsio, scilicet quod dictus nobilis Nicolaus, non teneatur ad obseruantiam predicti iuramenti. ¶ Ad octauum, dico & respondeo, mihi videri quod † cum, vt superius dixi, dictus pretensus contractus venditionis fuerit venditio simulata, & verus contractus pignoris, possit ipse nobilis Nicolaus intentare pignoratitiam actionem directam, & per eam repetere res pignoratas, satisfacto de pecunia, data. c. cum contra, cum suis simil. & quod ibi docto. de pigno. videtur tamen, quod in satisfactionem predicte pecunie, seu partis illius, debeant sibi imputare moderni possessores filij, vt puto, & vniuersales heredes, fructus perceptos, tam per dictum quondam nobilem Jacobum eorum patrem pretensum emptorem, &, vt videtur, creditorem, quam per eos: dicto. c. cum contra, & alleg. l. j. & ij. C. de pigno. actio. Que dixerim, &c.

8 — margin number beside "rius allegatis, & propterea non † est opus"; 9 — margin number beside "mihi videri quod † cum".

¶ Rub. De autho. prestā. ¶ Epitome. ¶ Consi. cccxxij.

¶ Authoritatem pater in sibi donādo causa mortis filio prestare potest: non tutor pupillo. Patris enim gratia authoritas hec introducta est, non illa tutoris. Vasquinus Filiolus.

1 ¶ Autorari an possit pater in donatione per causa mortis filium suum sibi facienda.

2 Consensus patris in donatione per filium sibi fienda ad quid requisitus, & ad quid in tutore.

3 Patria potestas filium ad contrahendum non inhabilitat.



Super casu mihi misso parte egregij viri domini Petri Lesieux iurium professoris, quemadmodum etiam ipse commemorat, sunt opiniones. Quidā enim voluerunt quod pater † auctorari non possit in donatione causa mortis per filiumfamilias, aut filiam sibi facienda. l. j. in principio. & l. si pupillus. ff. de authorit. tuto. Et huius opinionis fuit glos. & post eam Bart. in. d. l. j. Alia vero fuit opinio, quod imo pater auctor esse possit in donatione per filiumfamilias, aut filiam eius sibi faciēda: & hec opinio fuit originaliter Petri de Bella practic. in. d. l. j. pro quo allegauit. l. j. §. eque ex diuerso, coniuncto versic. lucratiuas, &c. C. de impo. lucra. descript. lib. x. & hanc opinionem tenuit Ange. in. l. j. §. fuit questitum. ff. ad Trebel. qui pro hoc allegauit & induxit quatuor fundamenta descripta per dictū dominum Petrum, super dicto casu mihi exhibito: que propterea referre non expedit, & pro hac opinione cōsuluit Angel. consil. clxxviij. exordien. Filia refutauit patri, &c. vbi dicit filium creditorem patris, posse pacto gratuito absoluere patrem: quia non prohibetur filius patri donare id quod suū est, vel ad se pertinet quoquomodo: filij enim existentes in patria potestate, bona aduentitia eorum, non alienant contra patris voluntatem. l. cum non solum. §. filijs autem. C. de boni. que liber. sed quando filius donat patri, adest voluntas patris, ergo cessat legis prohibitio: et per hoc, secundum eum, ventris causa. vt habetur. in. d. l. j. §. eque ex diuerso. iuncto. c. lucratiuas. Istam opinionem etiam sequutus est Paul. de Cast. in. l. senium. versic. sed an possit donare. ff. qui testamen. face. pos. vbi etiam refert se pluries pro hac parte consuluisse: refert etiam Petr. ita tenuisse per dictam. l. senium. circa princip. C. de impo. lucrati. descript. vbi dicebat esse casum: & dicit Panor. quod eo casu non potest quis prestare authoritatem, & consensum, ad sui commodum, quando eius authoritas vel cōsensus requiritur ad integrandum personā alterius, vt verbi gratia, si diceret statutum quod vxor non possit contrahere sine consensu viri: nam tunc non posset contrahere cum viro, & sic viro consentiente tacite, vel expresse, sicut nec pupillus contrahere potest cum tutore vel curatore. Sed in casu de quo queritur † non requiritur consensus patris, ad integrandum personam filij: sed ne fiat patri preiudicium, sed quando donatio fit patri, nō fit sibi preiudicium, ergo nec consensus vel authoritas eius requiritur ad validitatem contractus, quinimo eo ipso quod cum eo contrahit consentit: & dicit ibi Panor. reperisse ita fuisse consultum per plures doct. Perusinos antiquos. Istam opinionem etiā tenuit Marti. Sillania. prout refert Albe. in. d. l. senium. versic. sed nunquid filius. C. qui testa. face. pos. pro hac etiā videtur consuluisse Oldrad. consil. xxvj. exordien. Pater consensit filie dotate: & sequitur Joan. Andr. in addition. Specu. tit. de instru. edi. §. porro. versic. quid si filiusfamilias. in additio. exordien. Petrus de Seruotis, &c. ibi audiuit in quadam questione facti dominum meum, &c. & quod Oldrad. & Joan. And. fuerunt sequuti: hanc opinionem affirmat Alexan. de Jmo. consil. cvj. exordiente, Quoad presens quesitum dubium facit, &c. versic. & hāc opinionem etiam sequutus est Oldrad. &c. in. j. vol. illam etiam videtur sequi Albe. in. l. intestata. C. de dona. cau. mort. vbi refert ad literam consilium Oldrad. de quo supra. pro hac opinione consuluit Bald. consil. lix. exordien. Factū tale est, Nardus maritauit dominam Mattheam, &c. versic. sequitur videre vtrum, &c. in secunda parte: vbi primo refert opinionem glo. in. d. l. j. ff. de autho. tuto. & sequaciū: deinde vero cōmemorat opinionem Pet. contrariam, pro quo secundum eum dicit Pet. quod id quod est inductum in fauorem patris, scilicet, vt non possit filiusfamilias aut filia donare sine consensu patris: non debet in eius lesionē retorqueri. l. quod fauore. C. de legi. l. generaliter. §. fin. C. de secun. nupt. facit. l. sancimus. circa princip. C. ad Trebel. pro hac parte dicit Bald. facere dictam. l. j. circa princip. C. de impo. lucra. descript. l. si pro patre. §. idem tractat ibi nisi donare, &c. ff. de in rem ver. & l. si quis pro eo. §. j. ff. de fideiusso. Preterea etiā allegat quod filia in dote potest concedere patri, quod agat quod stipuletur: quia patri acquiritur. l. quotiens. & l. non solum. ff. solut. matri. & l. auia. C. de iure dotium. facit etiam authen. vt liceat matri & auie, post principium. ibi res autem. colla. ix. Preterea etiam dicit Bal. quod docto. dicunt quod ista non est proprie authoritas, sed consensus qui potest adhiberi ad propriam vtilitatem. l. si tutulas.

las.§.fundum.ff.de contrahen.emptio. quem text. allegauerunt Oldra.Joan.And.& Albe.in locis superius allegatis. Preterea patria potestas ordinatur ad patris vtilitatem,& ideo nimirum si pater authorатur ad propriũ commodum: secus autem in authoritate tutoris & prelati, que non ordinatur ad hoc.l.qui sine.ff.de negot.gest.Et hanc opinionem prout refert Bald. sequutus est Guiliel.de Lugn.& relatis opinionibus huiusmodi,dicit Bald.posse distingui,q aut pater authoratur bona fide,& tunc sit vera opinio Pet.aut in fraudem liberorum,intelligo nepotum ex filio & filia,qui donant & tunc sit vera opinio gloss. & Dyn.scilicet q nõ: & dicit hanc distinctionẽ esse equam: & subiungit q de iuris subtilitate indistincte verior videtur opinio Pet.& Guil.de Lugn.& q aliud est in tutore vt authen.minoris debitor.versic.sed & si cessionem.C.qui dare dari ve tutor.poss.& aliud in patre cui filius in potestate potest cedere iura sua contra tertium nec aliqua lex prohibet,& siue sequamur distinctionem supra dictam,siue hanc vltimam opinionem,verum est dicere q opinio Bal. fuit pro dicto domino Petro, qui non in fraudem liberorum, hoc est illius neptis sed bona fide censetur, & presumitur authoratus. Tum quia qui dolum, &c.l.quotiens. §.qui dolum.ff.de proba.Tum quia consensus fuit generalis,tum & quia donatio in primo gradu, & de omnibus bonis facta est non quidem sibi,sed illi nepti, & sic nihil est propter quod stomachari debeat eius quondam generi & eo maxime, quia, vt existimo,bona de quibus loquimur fuerunt dotalia, & per ipsum dom. Petrum constituta,& que secundum veram, & communem opinionem debebant moriente filia de iure reuerti ad patrem etiam si superfuerit neptis ex filia: quamuis consuetudo aliter se habeat.l. dos a patre profecta, & quod ibi scribentes.C.solu.matri. Cum enim filius,aut filia donat patri,non abest aut cessat patris voluntas: ergo donatio valet. l.filiusfamilias.§. pari ratione.ff.de dona.hanc opinionem tenuit Cuma.in d.l.j.§.quesitum.ff.ad Trebel.illam tenuit Fulgo.in.d.l. senium.C.qui testa.face.poss.que etiam sibi placuit consil. lxxviij.ex ord.Uisis superius allegatis,&c.vbi etiam dicit q hãc opinionem sequutus est Ang.in.d.l.senium. Pro hac opinione multa inducit, & eam sequitur Alerand.de Jmo.in.d.§.quesitum. qui etiam pro hac consuluit multa inducens que ibi possunt videri in dicto consilio.cvj.Et per multa in dictis duobus locis persuadet Alerand.q consensus patris non requiratur ad integrandum personam filij,sed ne filius donans patri preiudicet, & ex hoc infert hunc patris consensum posse interuenire post actum donationis,etiam ex interuallo:& respondet Alerand.de Jmol.ad dictam.l.j.in princ.& l.si pupillus.in princ.ff.de authori.tuto.q illa iura loquuntur in authoritate nos vero loquimur in consensu interque est differentia: quia consensus potest efficaciter prestari,etiã seorsum ab actu obligationis.l.si autem plures.& quod ibi Barto.ff.de aqua pluui.arcend.& in.l.tam is.§.j.ff.de don.causa mor.Secus autem est in authoritate.l.obligari.§.tutor.ff.de authori. tuto.& que authoritas requiritur ad integrandum personam pupilli, & ad supplendum eius imbecillitatem.Ex quo infert Alerand.apparere q consensus non requiritur ad integrandum personam, quia si ad hoc requireretur, non sufficeret illum ex post facto interuenire per id quod scribunt docto.in.l.fin.§.necessitate.C.de bonisque liberis, & Jnnocent.in.c. consuetudinis. de consuetu.ad quod fuit obligatus.§.tutor.respondet etiam Alerand.de Jmol.ad cle.ii vna de re.eccle.non alie.& ad alia de quibus opposuerat in prima parte consilij,q illa loquũtur in consensu superioris prestando in actu inferioris qui consensus interuenire debet per modum authoritatis: vt no.Joan.And. post gloss.in.c.j.de re.eccle.non alie.in.vj.& docto.in.c.cum nos, de ijs que fiũt a prela.sed hic loquimur in consensu qui habet interuenire ratione pretensi preiudicij ipsius cõsentientis, & nullomodo ad integrandum personam, ad quod etiam facit id quod habetur in.c.fin.de iudi.& quod etiam communiter tenẽt docto.in.d.l.fin.§.necessitate,C. de bo.que libe.vbi tenent q cõsensus,qui debet per patrẽ prestari filio, in casu illius.§.non exigitur ad integrandum personam filij, sed ne , vt dixi, fiat patri preiudicium. quod etiam voluit Cuma.in.d.l.tam is.§.j.Et pro hoc facit.l.filiusfamilias.§.pari ratione.ff.de dona.vbi dicit textus, q pari ratione prohibitus est filius donare donatione causa mortis,& inter viuos:sed ratio prohibitionis,donationis inter viuos, non potest esse inhabilitas persone ratione

3 patrie potestatis: cum † patria potestas non inhabilitet filium ad contrahendum.l.tam ex contractibus.ff.de iudi. Ergo videtur superesse solum preiudicium patris:& q ratione illius requiratur eius consensus, nõ ad persone integrationem. Uidetur igitur q donatio facta dicto domino Petro per nobilem Margaritam eius quondam filiam de iure valuerit, & q quamuis olim multi sequuti fuerunt opinionem glos.in.d.l.j.ff.de autho. tuto. multi tamen etiam inter antiquos,tenuerunt partem contrariam: & quidem vt dixi Pet.Guil.de Lug. Oldra.Joan. And. Alber.Bald.Angel.& alij, quos refert Alerand.in.d.§. quesitum:& moderni,scilicet Paul.de Cast.Alexan.ipse, Cumanus,& Rapha. Fulgo. & vt audio (quia non vidi) Christopho.de Castel.in.d.l.senium,vel in allegata. l. tam is.Et huic adhereo,sub correctione,&c.

¶ Rub. De donatio. ¶ Epitome. ¶ Cõsilium.cccxxiij.

¶ Donatorum bonorum donatione inter viuos, collata tamen post tempus mortis donantis, nec retentio vsusfructus,nec constitutio precarij,dominium aut possessionem transferunt in donatarium. Alius igitur sequens donatarius,in quem dominium & possessio eorundem bonorum translata sunt, potior erit priore. V. F.

1 ☞ Donatio in qua dicitur dono inter viuos,&c.post mortem meam, et non ante, & ex nunc,prout ex tunc,an sit donatio causa mortis.& nu.seq.& sequentibus.
2 Geminatio verborum aliquid importat.
3 Ex nunc,prout ex tunc excommunicatus , nisi infra decendium soluerit, si non soluat,a decendio excommunicatus censetur,non a tempore facti precepti.
4 Uerba animum nostrum vt declarent.
5 Juramentum in donatione, quam quis facere irreuocabiliter se profitetur,quid importet.
6 Donatio inter viuos ex certis causis reuocabilis.
7 Heredum mentio in donatione arguit eam esse donationem inter viuos.
8 Precarij constitutio est quid accessorium ad contractum, cui adijcitur.
9 Precarij constitutio in donatione quãdo nihil operetur quoad possessionis translationem,vel dominij, nec detentio vsusfructus.& nu.13.
10 Usufructus est duplex, causalis & formalis.
11 Mens in contractibus magis q̃ verba est attendenda.
12 Interpretanda sequentia sunt per precedentia.
13 Notariorum imperitia notatur.
14 Mala fides in prescriptione longi temporis vel temporis longissimi diuersimode operatur.



Ulta Sunt que persuadere videntur q donatio,quam anno incarnationis Dominice M.cccclxxxvij. & die. xvij. mensis Januarij fecisse legitur nobilis & potens quondam vir Jacobus de Ponteues,dominus Cotigniaci,magistro quondam viro Bertrando de Ponteues domino de Ponteues eius nepoti,de castro de tabernis sui ipsius nobilis Jacobi sito infra baiuliam ville de Bariolis fuerit donatio causa mortis,& nõ inter viuos.Et primo,quia
1 (vt apparet ex contextu instrumenti donationis huiusmodi) in ea facta est mentio mortis, in eo q ibi legitur dictum quondam nobilem Jacobum donasse post mortem: ergo donatio huiusmodi cẽsenda est fuisse donatio causa mortis.l. Seia.& quod ibi gl.ff.de dote prel.& l. Seia.ff.de donat.cau.mor.& quod not.Bart. Bal.& doct.in.l.fi.C.de pact.& Bal.in.l.si mortis.C.ad leg.Falc.Secũdo quia non
2 solũ legitur † dictũ quondã nobilẽ Jacobum donasse post dictam eius mortem, siue post finem dierum suorum, sed etiam adiecisse, & non ante, & ita videtur verba geminasse: quorum geminatio nonnunq̃ multum operatur.l.balista. & quod ibi docto.ff.ad Trebel.pro quo facit: quia non solum quecunq; clausula,sed etiam vnumquodq; verbum in dispositione positum, debet esse cum virtute operandi , si fieri potest.l.hac lege.ff.de contrahen.emptio.l.si stipulatus.in princ.ff.de vsu.quod etiam voluit Bald.C.de contrahen.emptio.& vendi.in rub.q.ix. Roma.consil.lxxxiij. in.fi. Alerand.de Jmol.consil.cxvij.exordiente, Uisis supra narratis in primo volu,dicta igitur verba, & non ante posita in instrumento dicte donationis, & sepe repetita nõ debent

debent esse sine virtute operādi. Tertio quia in donatione huiusmodi etiā dictū est ex nūc, prout ex tunc: per que verba videtur collatus esse effectus dicte donationis in tempus futurum per id quod not. Bald. in feud. titu. de mili. vassal. qui contumax est. versicu. sed pone, clericus confes-
3 sus est: vbi voluit ꝙ si episcopus mandet clerico debitum confesso vt illud soluat creditori infra decem dies, ⁊ adiecerit, ꝙ si non solueris, ex nunc te excommunico: ⁊ contingat ipsum clericum postea nō soluere infra decem dies, non erit clericus excommunicatus ex die facti precepti, sed ex die finiti decendij: illa enim verba ex nunc, ⁊c. perinde censenda sunt ac si dixisset episcopus ex nunc declaro ꝙ si non satisfeceris in termino, sis tunc excommunicatus: pro quo allegat Bald. l. lecta. in fin. ff. si cert. peta. idem voluit Alexan. de Imo. in l. huiusmodi. la. ij. ff. de verbor. obliga. qui dicit hoc melius probari. in clemen. j. cum glos. de conces. prebem. ⁊ quod not. Archid. ⁊ Joan. And. in c. dudum de preben. in. vj. Econtra vero multa sunt que efficaciter persuadent ꝙ donatio huiusmodi fuerit donatio inter viuos: ⁊ primo illa verba donatiōe pura, mera, rata, ⁊ irreuocabili habita inter viuos, seu que dicitur inter viuos. Per hec enim clare exprimitur dictum nobilem Jacobum donare voluisse, ⁊ donasse donatione inter viuos, ⁊ ita sumus in claro, vt verba dicunt. l. nō aliter. ff. de lega. iij. ⁊ l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de sup. legat. vnde dicit Cyn. in. l. ij. C. de iur. do. ⁊ Barto. in. l. que dotis dum opponit de. l. cum maritus. in fi. ff. de pact. dota. ꝙ illud quod dicitur de donatione, intelligi esse donationē causa mortis, quando in ea facta est mentio mortis, procedit in dubio: sed quando apparet ꝙ animo donandi simpliciter, seu inter viuos facta est donatio, tunc non videtur curandum an in ea sit facta mentio mortis, vel non, quia illa censetur donatio inter viuos, ⁊ irreuocabilis. l. perfecta. C. de don. que sub mo. Pro quo facit, quia talis est contractus qualis apparet ex eius tenore. l. ad probationem. versic. quem tenor adiuuat. C. de proba. l. sancimus. versicu. pacti tenor. C. de fideiusso. l. fideiussores magistratuū. §. pro Aurelio. versic. lecta subscriptione. ff. eod. titu. l. si quis stipulatus Stichum aut Pamphilum. versic. querentibus inspiciendus est sermo. ff. de verbor. obligat. ⁊ in. c. si cui. versicu. sermonem inuestiture intuentes. de extraordinari. crimi. c. j. de duobus fratri. a capi. inuesti. c. porro. ⁊ c. accepimus de priuile. Cum igitur in instrumento dicte donationis expresse legatur dictum Jacobum donasse donatione inter viuos vt apparet ex tenore donationis huiusmodi ꝙ illa
4 fuerit inter viuos: quia non presumitur ipse nobilis Jacobus verbo expresisse ꝙ mente non egitauerat. dic. l. Labeo. §. idem Tubero. ⁊ quod voluit beatus August. in prefatione Psalmi. cxlviij. ⁊ in. ix. lib. de trinitate. c. vij. ⁊ libr. xiiij. c. vij. sunt enim voces earum que sunt in anima passionum note: vt dicit Aristoteles in primo Periermenias: ⁊ vt dicit Cassiodorus relatus per Bald. extra. de testib. in rubr. nullum est maius mentis nostre, ⁊ fidei testimonium ꝙ qualitas inspecta verborum, dicit etiam Bal. in. c. mandatum de rescriptis ꝙ imperator lingue est cor. ⁊ in tractatu schisma. quem posuit in rubr. C. si quis. ali. testa. prohibue. ꝙ lingua est cordis preco. dicit etiam idem Bald. in. l. illud. versicu. secundo queritur. C. de sacrosanc. eccle. ꝙ si in instrumento liberationis dicatur, ꝙ liberans hoc fecerit ex causa donationis tunc est donatio. Ad hoc igitur, vt intelligatur qualis sit contractus sunt verba inspicienda cum ergo, vt sepius dixi, legatur in dicto instrumento prefatum nobilem Jacobum donasse donatione inter viuos illa censenda est donatio inter viuos, quod etiam voluit Bar. in. d. l. fi. versi. ⁊ primo examinemus an sit donatio causa mortis. C. de pact. vbi etiam Sali. versic. sed tunc quero qualis donatio ex illis erit, ⁊c. Bart. in. l. stipulatio hoc modo concepta versi. quero aliquis. ff. de verbo. oblig. Alex. de Imo. consi. xiij. exord. Circa primum dubium, ⁊ seq. in. j. volu. vbi etiam allegat dicta Old. consi. x. que bene faciunt ad hoc ⁊ idem voluit Alex. de Imo. cōsi. lxxviij. exord. Visis ꝙ eleganter, ⁊c. in. iij. volu. Nihil enim obstat seu repugnat, ꝙ actus dicatur actus inter viuos quāuis sit collatus, in tempus mortis. l. j. C. vt ab hered. ⁊ contra heredes. l. hereditarium. ff. de bon. autho. iudi. poss. l. fi. C. de contrahen. ⁊ committen. stipu. ⁊ expressius in. l. nam ⁊ si cū moriar. ⁊ quod ibi Guil. de Cug. ⁊ Bart. in vlt. oppo. ff. de condi. indebi. Et huic dicto videtur non inopportune posse adaptari licet in aliis terminis quod proponit Old. cōsi. cxxij. exor. Factū tale est, dominus Clemens, ⁊c. ⁊ consi. cclvij. exordiente, Factum est tale, dominus Nicolaus, ⁊c.

¶ Secūdo pro hoc facit, quia in donatione predicta prefatus dominus Jacobus donator donationem predictā, ac omnia vniuersa ⁊ singula in instrumēto donationis huiusmodi contenta cōuenit, ⁊ promisit dicto domino Bertrando donatario presenti, stipulanti, ⁊c. ratas ⁊ firmas, ac rata ⁊ firma habere, tenere, ac perpetuo ⁊ inuiolabiliter obseruare, contraq; nullo modo facere, dicere, vel venire de iure, vel de facto, tacite, vel expresse, directe, vel per obliquum aliqua iuris vel facti subtilitate ratione titulo siue causa. Et nihilominus asseruit ⁊ iurauit se non dixisse, vel fecisse dicereq;, seu facere, aut in futurum vllo vnquam loco vel tempore aliquid dicturum aut facturū, quominus donatio ac omnia, ⁊ singula predicta, perpetuum robur haberent ⁊ obtinerent in iudicio, ⁊c. per hec enim verba patenter apparet donationem huiusmodi fuisse donationem inter viuos: quinimo ⁊ propter illa, talis censeretur, si in ea dictū extitisset, ꝙ dictus nobilis Jacobus donauit donatione causa mortis. l. vbi ita donatur: vbi est casus. ff. de donatio. causa mortis: ⁊ quod not. Bald. in. l. ij. C. de iure dot. Ange. consil. clxxxj. exordiente, Visis instrumentis. versic. nunc descendo ad secundum. Panor. consil. xcviij. exordien. Notandum est primo, ⁊c. ⁊ Alexan. de Imol. in dicto consil. xiij. versic. predicta enim Maria donatrix promisit in dicto cōtractu. ⁊ dicto consil. lxxviij. ⁊ hoc fuit de mente Barto. si bene inspiciatur, in dicta. l. fin. C. de pact. ⁊ hoc etiam voluit do. Jason May. in. l. non omnis. ff. si cert. petat. secundum quem non obstante glos. in. l. si alienam. §. Marcellus. super verbo accepit. ff. de donatione causa mor. quia super illa clausula non potest fieri fundamentum pro eo, quia illam expresse reprobauit ibi
5 Jaco. de Bre. Albe. ⁊ Barto. Et hanc cōclusionem credit do. Jason May. multofortius esse verissimam, quādo vltra verba, de quibus supra interuenit iuramentum Tunc enim proculdubio teneret ꝙ donatio esset irreuocabilis ex penitentia: ⁊ ita in indiuiduo consuluit Fran. de Aret. consil. lxxiiij. exordien. Diligenter ⁊ mature consideratis his que in puncto. versic. prima ratio fundatur in iuramento posito in fine contractus, ⁊c. ⁊ Paul. de Castr. in dicto consil. xcviij. ⁊ consil. cj. Alexan. de Imo. in dicto consilio lxxviij. versicu. item cum promittatur non contrauenire, etiam cum iuramēto, in quarto volu. ⁊ sequitur dominus Jason in dicta. l. non omnis. Quarto quia, vt apparet ex tenore dicte donationis, idem nobilis Jacobus donauit dicto nobili Bertrando eius nepoti donatione pura, ⁊c. que dicitur inter viuos perpetuo valitura, nullo casu vel ingratitudine reuocanda: per que verba apparet ꝙ idē nobilis Jacobus donator voluit fortiorem donationem huiusmodi esse ꝙ alias sit, vel de sui natura esse consueuerit
6 donatio† inter viuos, vtpote que ex certis causis ingratitudinis potest reuocari. l. fin. C. de reuocan. donat. ⁊ in. c. fi. de donat. quod etiam voluit Alex. de Imo. dicto consilio xiij. versicu. quinimo fortius in dicta donatione sunt ex-
7 pressa, ⁊c. Quinto pro eo, † quia vt apparet ex tenore instrumenti donationis huiusmodi, ipsa donatio facta est prefato nobili Bertrando stipulanti, ⁊ recipienti, pro se et heredibus ⁊ successoribus quibuscunq;, quo casu ratione adiectionis facte de heredibus censenda est predicta donatio, fuisse donatio inter viuos: vt voluit Bald. in dicta. l. ij. C. de iur. dot. ⁊ consil. ccc vj. exordien. Domina Joanna quondam. ad fin. in prima parte. Francis. de Are. in dicto consil. lxxiiij. versic. tertio moueor, ⁊c. Alexan. de Imol. in dicto consil. xiij. versic. postremo etiam ex alio colligitur ꝙ fuit donatio inter viuos: ⁊ do. Bartho. Sozin. in dicta l. non omnis. pro quorum omnium dicto facit, quia donatio causa mortis non transmittitur ad heredem, si donatarius predecedat donatori. d. l. non omnis. quod etiam voluit Bald. in dicta. l. ij. C. de iure dot. Franc. de Aret. et Alexan. in locis proxime allegatis. Obstantibus igitur premissis, ⁊ multis aliis allegatis per spectabilem virum dominū Jacobum de Juncherelis: non possum mihi persuadere ꝙ donatio predicta fuerit donatio causa mortis: sed opinor ꝙ illa extiterit donatio inter viuos. Uerum quanuis existimem ꝙ dicta donatio fuerit donatio inter viuos: non tamen puto ꝙ per constitutionem precariū fuerit translatum dominium, aut possessio dicti castri de Tabernis, aut aliorum donatorum in dictū dominum Bertrandum donatarium: etiam si tempore donationis huiusmodi dictus nobilis Jacobus erat dominus ⁊ possessor castri de Tabernis, ⁊ aliorum predictorum. Pro eo quia

quia effectus dominus prementionate fuit collatus in tẽpus mortis dicti nobilis Jacobi: quinimo, vt verius loquar, post tempus mortis eiusdem, vt clare colligitur ex illis verbis in instrumento donationis huiusmodi positis, scilicet dedit, tradidit, & donauit: post tamen mortem ipsius nobilis Jacobi de Ponteues, siue post finẽ dierum suorum, & non ante. Colligitur etiam & appertissime ex alijs verbis in dicto instrumento paulopost descriptis: ex illis scilicet: post vero mortem dicti nobilis Jacobi de Ponteues donatarij, & non ante prout superius est expressum in perpetuum libere & pacifice per eundem nobilem Bertrandum de Ponteues, & suos, habenda, tenenda,
8 da, possidenda, danda, &c. Quo fit, vt † constitutio precarij, vtpote existens quid accessorium ad donationem: censeri debeat collata in tempus mortis, imo post tempus mortis huius nobilis Jacobi per id quod eleganter no. Bald. in. l. ex testamento ad fi. & post eum Phili. de Corne. & do. Jason May. C. de fideicommis. Bald. in. c. j. §. si quis. versicu. extra oppo. de feu. da. in vicem leg. commisso. Alexan. de Imo. in. l. j. §. si vir. & seq. ff. de acqui. posses. & consi. lxxxj. exordiente, Perspectis ijs que in themate infrascripto, &c. versi. ad predicta etiam facit quod not. Bald. in secundo volum. in quibus locis patet quod constitutio precarij est quid accessorium ad contractum cui adijcitur: & quod illa regulatur secundum contractum huiusmodi: & hinc dicunt docto. in dictis locis, & Bald. in. l. si absentis circa fi. C. si cert. peta. & in. l. non dubium. in decima oppo. C. de legi. & probatur in. l. fi. ff. de constitu. pecu. quod si contractus sit nullus est & consequenter precarij constitutio nulla, & Alex. de Imo. in. d. consi. lxxxj. expresse & in terminis voluit, quod vbi principalis dispositio confertur post mortem, etiam post mortem confertur precarij constitutio: & hoc ideo contingit quia precarij constitutio est quid accessoriũ ad principalem contractum, cui, & ad cuius cõsummationem, seu perfectionem adijcitur id quod bene facit glo. not. in. l. si patronus. §. patronũ. super verbo fauiana. ff. si quid in fraudem patroni: que voluit quod si principalis obligatio est in fraudem, omnis clausula sequens presumitur esse apposita in fraudem, & hanc glo. dicit esse auream Bald. in quodam suo consi. exord. Filia instituta, multa ad hoc allegat Ana. Barba. consi. xxj. versi. & ad hoc adduco glos. que reputatur singularis consil. xxviij. exord. Scripsit bellissime gẽtiũ predicator Paulus Apostolus versi. & si dixerimus quod inquantũ Bart. dicit quod habet plus iuris per constitutũ. & consi. xlv. exord. Illud in mediũ afferam quod bellissime scribitur apud Ioã. versi. Nõ obstat si dicatur, &c. in prima parte & cõsi. xxij. exord. Clementissimũ deum ora vt sua solita Clementia. versi. capio nũc secundã dubitationẽ. Frã. de Cur. cõsi. lxx. exord. Super controuersia vertẽte, & mota. versi. tertio respondimus. versi. ad authoritatẽ Bar. &c. & Alex. de Imol. consi. lxxix. exord. Lecto & discusso laborioso processu. versic. & etiam non facio vim in eo quod abbas sancti Seueri cõstituerit se possidere, &c. in tertio volu. vbi multa quinimo plurima, & quidem elegãtia pro hac parte inducit scilicet, quod cõstitutio precarij, & alie clausule accessorie ad principalẽ contractũ regulantur secundũ ipsum contractũ. Cum igitur (vt predixi, & hoc clarissime colligitur & apparet ex verbis predicti instrumẽti) donatio predicta, & illius effectus collati extiterint in tẽpus mortis imo post tẽpus mortis, & post finẽ dierũ dicti nobilis Jacobi donatoris, palam infertur quod etiã in tempus huiusmodi collata extiterit precarij cõstitutio, & sic quod nõ ex tempore donationis, & precarij cõstitutionis predictarũ, sed ex tempore, quo post tẽpus mortis, & finẽ dierũ, voluerit idẽ nobilis Jacobus trãsferre possessionẽ in dictũ nobilẽ Bertrandũ. Ad quod etiã facit regula que vult quod tẽpus adiectũ in dispositione principali, videtur repetitũ in dispositione accessoria, que tendit circa illam. l. si vt proponitur. ff. de fideius. l. id quod. in prin. ff. de constit. pecu. & quod. not. Bar. in. l. si ita stipulatus fuero, si Titius. §. Grisogonus. ff. de verbo. oblig. Frã. de Are. in. l. hoc iure. versi. hoc declarato patet manifeste. & in. l. si diuortio. versic. oportet ergo dicere. ff. de verb. oblig. Et hoc etiã cõfirmatur, & patet nõ solum ex eo, quod accessoriũ debet regulari per suum principale, sed etiã ex verbis predicti instrumenti superius relatis, ibi post vero mortẽ dicti nobilis Jacobi de Põteues, & nõ ante, prout superius est expressum libere & pacifice per eundẽ nobilem Bertrandũ de Ponteues, & suos, habenda, tenenda, possidenda, dãda, &c. per que verba si vel surdi vel ceci, vel nihil prorsus & omnino intelligentes non sumus, clare apparet, quod dictus nobilis Jacobus qui antea expresserat se donare dicto nobili Bertrando post tamen mortẽ sui ipsius Jacobi siue post finẽ dierũ suorũ, & non ante hic, hoc est in his verbis sequẽti loco positis patentissime expressit se donare bona hec habenda, tenenda, & possidenda, nõ ex tũc in antea, sed post mortẽ sui ipsius Jacobi, & nõ ante prout superius est expressum habenda, tenenda, possidenda, a quibus verbis, & eorũ significatione, cũ illa clara existant nõ est recedendũ. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. & l. non aliter. ff. de leg. iij. Non est ergo calumniãda intentio, & voluntas dicti no
9 bilis Jacobi, qui, † vt dixi, donauit post mortẽ, & non ante, bona sui ipsius dicti Bertrandi habenda, tenenda, possidẽda, & ad tẽpus huiusmodi trahi debet precarij cõstitutio: que propterea nihil operata est, & quidem non quoad possessionis translationem: pro eo quia collata sint, & collata cẽsentur in tempus, quo idem quõdam nobilis Jacobus non erat possessurus, hoc est per mortem suijpsius, seu post finem dierum suorũ: Pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in. l. j. §. Sceuola. ff. si quis testa. liber. ius. esse fue. & quod post glos. not. Ange. Alexan. de Imol. & mod. in. l. quanuis. §. si conductor. ff. de acquire. posses. Alexand. in dicto consil. lxxxj. versic. sed ita est quod vbi possessor confert precarium post mortem, &c. & consil. seq. in secundo volu. et do. Jason May. in repetit. l. quotiens. in quinta limitatione. versicu. nota tamen diligenter, quod si dominus possessor. C. de rei vendica. Non etiam operata est huiuscemodi pretensa precarij constitutio quoad dominium castri, & aliorum predictorum: pro eo, quia cum dicta pretensa donatio fuerit per dictũ nobilem Jacobum reuocata, & deinde castrum & alia predicta alteri donata & tradita, ac deinde per eum realiter & corporaliter tenta & possessa in illum, fuerunt ex titulo apto & sufficiẽti, & sequuta traditione translate possessiones & dominiũ: & hec per iura vulgatissima, propter quod dici non potest dominium castri, & aliorum predictorum remansisse in hereditate dicti nobilis Jacobi: propter quod respondetur ad id quod per legem hereditas, la. ij. in prin. cip. ff. de acquir. rer. domi. not. Alexan. de Imol. in dicta. l. quanuis. §. si conductor. Ea autẽ quod dixi, quod constitutio precarij, vel etiam cõstitutum, collatum post tempus mortis constituentis: nihil operatur pro eo, quia confertur in tempus in quo constituẽs non est possessurus: non obstat id quod voluit Oldrad. consilio. cxxxix. exordien. Ad habendam aliqualem notitiam, in quinto quesito: vbi loquens de eo qui donauit bona sua, seu bonorum partem, sub conditione, si sine liberis decederet: & constituit se tenere & possidere bona huiusmodi precario nomine donatarij. Dicit quod postea moriente donatore sine liberis operatur & valet precarij constitutio: ita vt per eam transferatur possessio, & tamen in illo casu videtur precarij constitutio collata post tempus mortis donatoris. Quoniam respondeo quod Oldrad. loquitur in casu diuerso, et in quo purificanda erat conditio ante mortem donatoris: et sic in casu in quo precarij constitutio non conferebatur in tempus futurum post mortem donatoris: sed in tempus quod futurum erat ante mortem illius, tunc scilicet, cum donatario superstite peruenisset ad eum statum morientis, quod infallibiliter inciperet certũ esse cũ viuere, & in actu moriendi existere liberis non extantibus: nec in hoc erat expectandum tempus, quod esset post mortem donatoris. l. ab omnibus. §. cum quedã. ff. de lega. j. l. peculium. §. Titio. ff. de leg. ij. & l. vltima. & quod ibi glos. ff. quando dies lega. cedat. quinimo in illo casu existentia conditionis anticipabat actum moriendi: quanuis vsque tunc protrahatur dies. l. vlti. ff. de condi. institu. Habet enim illa conuentio pro conditione, hoc quod est liberos non habere, mortem vero pro die. l. in illa. ff. de verbo. obliga. l. pupillus. §. Titio. & l. cum tale. §. Meuie. ff. de condi. & demonstra. Nõ est igitur verum, quod in casu de quo loquitur Oldrad. esset precarij constitutio collata in tempus quod futurũ esset post mortem constituentis. Secus vero in casu nostro, & sic dictum Oldrad. non obstat. Et quemadmodum (vt dixi) per constitutionem precarij non fuit translata possessio, et consequenter nec dominium in dictum nobilem Bertrandum, vt scilicet dici potuerit, quod tempore constitutionis huiusmodi factus fuerit dominus & possessor: ita dico quod nec factus est dominus & possessor per retentionem vsusfructus castri, & aliorum predictorum, cum retentio vsusfructus: vtpote quid accessorium, & tendens ad consummationem seu perfectionem principalis contractus, debeat regulari per ipsum principalem contractum, iuribus & rationibus

tionibus ſuperius allegatis. Et ſic quemadmodum dona-
tio ſeu effectus illius collatus eſt poſt mortem ſeu finē die-
rum dicti nobilis Jacobi: ita ⁊ retentio vſusfructus. Niſi
forte quis dicat ꝙ verba inſtrumenti dicte preſentē dona-
tionis longe aliud ſonant, ⁊ preſertim ibi. Primo nanq;
retinuit ſibi prefatus magnificus Jacobus de Ponteues
donator in donatione preſenti, ⁊ expreſſe retinere voluit,
⁊ vult in eadem, videlicet, vſumfructum ipſius loci de La-
beonis ⁊ iurium ſuorum omnium ſupra donatorū ad eiuſ-
dem magnifici Jacobi vitam, ⁊ quandiu vitam duxerit in
10 humanis. Sed huic obiectioni poteſt reſponderi ꝙ † du-
plex eſt vſusfructus, ſcilicet cauſalis, ⁊ formalis, formalis
vero eſt ius alienis vtendi, fruēdi rebus, ſalua rerum ſub-
ſtantia, ⁊ iſte eſt ſeruitus perſonalis, quem quis in re ſui-
ipſius habere non poteſt: quia res ſua nemini ſeruit. l. in re
communi. ff. de ſeruitu. vrba. predio. ⁊ l. vti frui. in princip.
ff. ſi vſusfruct. peta. Et hunc vſumfructum non eſt cenſen-
dus dictus nobilis Jacobus ſibi retinuiſſe ad ſuiipſius vi-
tam: quia ſic videretur trāstuliſſe proprietatem caſtrorum
predictorum, quod tamen facere non intendebat, vt patet
ex verbis ſupra ſepius relatis, ſcilicet, quia dedit, ⁊ dona-
uit poſt tamen mortem ipſius, ſiue finem dierum ſuorum, ⁊
non ante: ⁊ quia etiam voluit bona donata haberi, teneri,
⁊ poſſideri per dictum nobilem Bertrandum poſt mortē
ſuiipſius donatoris, ⁊ nō ante: qui ergo ſic egit, ⁊ talia ex-
preſſit, non eſt cenſendus in dubio voluiſſe adhuc viuēs
transferre dominium in donatarium, ⁊ ſibi, quandiu a
tempore facte donationis vſque ad mortem retineret ſo-
lum vſumfructum formalem. Alius eſt vſusfructus caſua-
lis, ⁊ iſte non eſt ſeruitus, nec qui talem habet dicitur ha-
bere ſeruitutem, ſed rem ipſam: ⁊ quia nō quidem iure ſer-
uitutis, ſed iure dominij, ſeu quaſi, quod in re habet vtitur,
vel vti poteſt, prout colligitur ex his que no. Glo. inſtitu.
de vſufructu in princ. ſuper verbo eſt ius: ⁊ quod ibi Ang.
Aret. ⁊ docto. Et hunc vſumfructum videtur ſibi reti-
nuiſſe idem nobilis Jacobus, ⁊ hoc eſt dicere ꝙ ſibi reti-
nuit dominium caſtri ⁊ aliorum predictorum, quandiu vi-
ueret. Et ita congruit iſte intellectus menti ⁊ voluntati
donatoris qui donauit poſt mortem, ⁊ non ante: ⁊ voluit
bona donata haberi, teneri, ⁊ poſſideri, poſt mortem ſui
ipſius, ⁊ non ante: eſt ergo aſſumendus etiam ſi verba vide-
11 rentur aliter ſonare: quia † in contractibus debemus ma-
gis attendere mentem, ꝗ̃ verba. l. fi. ⁊ quod ibi Bald. C.
que res pigno. obliga. poſſ. l. ita ſtipulatus ſum te ſiſti. §.
item ſi quis. verſi. Sabinus autem extimabat ex ſententia
contrahentium, ⁊c. ⁊ quod ibi gl. ff. de verbo. oblig. ⁊ quod
not. gloſſ. in. l. blanditus. C. de fideiuſſo. ⁊ in. l. ſi in vendi-
tione, in glo. fi. ff. communi. predio. ⁊ eſt bonus text. in. l. in
conuentionibus. ff. de verbo. ſignificat. ⁊ in. l. ſed ⁊ Celſus.
§. ſi fundus. ff. de contrahen. emptio. ⁊ vend. Non enim in-
tentio verbis, ſed verba intentioni deſeruire debent. c. in-
telligentia. ⁊. c. in his. de verbo. ſigni. c. humane aures. xxij.
q. v. c. ſedulo. diſt. xxxviij. Preterea ſic intelligendo tolli-
tur repugnātia, que alias eſſe videretur, ⁊ eſſet in dicta do-
natione: quod faciendum eſt, vbi fieri poteſt: vt voluit
Bart. in prima conſtitu. C. §. quibus. ⁊ in. l. fi. §. idem que-
ſiuit. verſic. circa predictam clauſulam, ⁊c. ibi debes ſcire ꝙ
verba que exprimuntur in contractibus. ff. de condi. inde-
bi. vbi etiam do. Jaſon, ⁊ idem domi. Jaſon. in. l. cum fal-
ſa. C. de iur. ⁊ fac. ignoran. Alex. de Jmol. in. d. conſil. xiiij.
verſi. ⁊ in propoſito noſtro debet intelligi factam eſſe men-
tionem mortis, ⁊c. in primo volu. ⁊ Fulg. cōſi. clxxx. exord.
Viſo proceſſu cauſe mote inter Bertaunum a Pomchis,
⁊c. Uerum forte opponetur ꝙ expoſitionem, ſeu intelle-
ctum ſuperius mentionatum, non patiantur verba poſita
in dicto inſtrumento, ⁊ preſertim ibi, item ꝙ ipſo magiſtro
Jacobo de Ponteues donatore, mortuo, ſeu vita functo,
vſusfructus ſuis proprietatibus conſolidetur, ⁊ eo tunc
ipſa tota conſolidatio inſimul ad eundem nobilem Ber-
trandum de Ponteues donatarium vt ſimpliciter ſtipu-
lantem, ⁊ ſuos, vt dictum eſt, libere ⁊ inſolidum demolliā-
tur, ex quibus verbis videtur colligi ꝙ verba retentionis
predicti vſusfructus, intelligi debeant de vſufructu for-
mali, qui ſeparatus eſt a proprietate, non de caſuali, qui ab
ea non ſeparatur, alias enim quomodo intelligeretur ꝙ
vſusfructus deberet conſolidari proprietatibus poſt
mortem predicti nobilis Jacobi. Et hoc manifeſtius
exprimitur in alia parte inſtrumenti, ibi ⁊ animo tranſ-
ferendi dominium, ⁊ proprietatem dicti loci de tabernis,
⁊ iurium ſuorum ſuperius donatorum: retinuit idem ma-
gnificus dom. de Ponteues donator, per ſe ⁊ ſuos, vſum-
fructum ad vitā ſuam prout ſupra, ita ꝙ idem vt vſumfru-
ctum retinere, quod eſt, ſeu eſſe poteſt rem tradere: per que
verba magnifeſtiſſime videtur apparere, ꝙ dictus nobilis
Jacobus in retinendo vſumfructū, ſenſerit de vſufructu
formali non de caſuali, ⁊ ꝙ voluerit ex tunc transferre pro-
prietatem ſeu dominium in dictum do. Bertrandum: ſed
reſpondeo ꝙ quamuis verba huiuſmodi videantur multū
accedere ad hunc intellectum, iſte tamen nō fuit nec fuiſſe
preſumitur intellectus, aut voluntas dicti nobilis Jaco-
bi, qui, vt toties dixi, ⁊ ſepe dicendū eſt, donauit poſt mor-
tem ſuam, ⁊ non ante: ⁊ voluit bona haberi, teneri, ⁊ poſ-
ſideri per dictum Bertrandum poſt mortem ſui ipſius,
⁊ non ante: quomodo enim verificarentur hec, ſcilicet,
ꝙ poſt mortem donauerit, ⁊ quod voluerit poſt mortem,
⁊ non ante haberi, teneri, ⁊ poſſideri bona donata, et non
ante, ſi eodem contextu transferre voluerit dominium,
⁊ proprietatem in donatarium, ⁊ ſibi retinere ſolum vſum
fructum formalem profecto non video, vtpote continētia
appertam repugnantiam, que, vtpote vitiatiua euitanda
eſt. l. vbi repugnantia cum ſuis ſimilib. ff. de regu. iur. ⁊, vt
dixi, ſequenda eſt voluntas expreſſa per verba ſupra pro-
xime relatē, ⁊ a qua non eſt cenſendus incontinenti diſceſ-
ſiſſe, ⁊ ſe correxiſſe dictus nobilis Jacobus. l. nō ad ea. ff. de
12 condi. ⁊ demonſt. Sic † enim facienda eſt interpretatio, ꝙ
ſequentia a prioribus denuntiationē, ⁊ declarationē acci-
piant. l. j. §. ⁊ per vim, ad fin. ⁊ quod ibi gloſ. ⁊ poſt eā Bar.
ff. quod vi aut clam. facit. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. ff. de
legat. j. ⁊. l. ſed ⁊ poſteriores. ff. de legi. ⁊ quod not. gloſ. in. l.
ideoq;. verſic. idem eſſe contra, ⁊c. eod. tit. vbi voluit glo. ꝙ
authen. offeratur que eſt poſterior. C. de litis conteſta. re-
cepit interpretationem, ⁊ declarationem a. l. ſciendum que
eſt prior. ff. qui ſatiſda. cogan. ⁊ niſi fiat, aut fieri poſſit ipſa
interpretatio, eſſet repugnantia in dicta donatione de di-
cto domino Bertrando, etiam ſi donatio non fuiſſet re-
uocata, preiudicium attuliſſet. dicta. l. vbi repugnantia: et,
13 vt puto, illa † verba, ſcilicet ꝙ ipſo magiſtro Jacobo de Pon-
teues donatore mortuo, ⁊ illa etiam transferendi dominiū,
⁊ proprietatem, ⁊c. ſupra relata proceſſerunt ex imperitia
notarij, qui neſciuit diſtinguere inter donationem, quam
quis pure ⁊ ſimpliciter facit, retento vſufructu, ⁊ eā quam
quis facit poſt mortem, hoc eſt, cuius effectus confertur
poſt tempus mortis: ⁊ propter iſtam imperitiam poſuit in
inſtrumento dicte donationis clauſulas premētionatas,
⁊ que apponi debēt in donationibus puris ⁊ ſimplicibus.
Et ita proceſſerunt iſte clauſule ex ceruice notarij, non de
voluntate donatoris: cum de alia appareat per preceden-
tes clauſulas, vt predixi, nō ergo debuerūt afferre preiudi-
cium dicto nobili Jacobo, vt cenſeri debuerit, ꝙ per eas
ex tunc voluerit trāſferre dominiū, ⁊ proprietatem: per id
quod voluit Bart. in. l. j. q. vj. C. de iur. codic. cuius dictum
refert ⁊ ſimilia adijcit Andr. Barba. in repet. ru. c. Ray-
naldus. verſic. item adde in quantum ipſa gloſ. ⁊ omnes di-
cunt. de teſta. ⁊ conſil. lviij. exordien. Clementiſſima Dei pa-
tris Domini noſtri Jeſu Chriſti. in prima parte, vbi re-
fert ⁊ allegat Anto. de Butr. ⁊ Panor. in. c. cum contin-
gat. de iureiuran. in ea parte, in qua loquuntur de refuta-
tionibus que fiunt cum pacto ſeu iuramento, de non con-
trauenendo ratione enormiſſime leſionis. ⁊ Anto. de Bu-
trio in. c. quintauallis. de iureiuran. vbi voluit ꝙ illa ver-
ba lata ⁊ pinguia, que apponūtur in compromiſſis, ꝙ ar-
bitrator poſſit enormiter, ⁊ enormiſſime, ⁊ in magna, ⁊ ma-
xima quantitate ledere, potius appoſita ſunt ex capite no-
tarij, ꝗ̃ ꝙ partes ita ſibi committant: ⁊ ita dicendum eſt
contigiſſe in hoc caſu, ſcilicet, ꝙ dicte due clauſule, po-
tius proceſſerint, vel ex imperitia, vel ex capite notarij, ꝗ̃
ꝙ partes, ⁊ ſignanter idem nobilis Jacobus hoc ſibi com-
miſerit qui, vt dixi, donauit poſt mortem, ⁊ non ante: ⁊ bo-
na ſua poſt mortem: ⁊ non ante voluit haberi, teneri, ⁊ poſ-
ſideri per dictum donatariū. ¶ Ex quibus omnibus infe-
ro ⁊ concludo, ꝙ nec per retentionem vſusfructus, nec per
conſtitutionem precarij tranſlata eſt poſſeſſio, aut domi-
nium tempore donationis in dictum donatarium: ſed de-
mum veniebant hec in eum transferenda poſt mortem di-
cti donatoris, quo fit vt cum remanſerit dominus ⁊ poſ-
ſeſſor, ⁊ ipſe donatione predicta prius reuocata poſtea do-
nauerit, ⁊ tradiderit caſtrum ⁊ alia predicta nobili Alzia-
rio de Ponteues eius nepoti: qui etiam viuente eodē no-
bili Jacobo donatore illa tenuit, ⁊ poſſedit, valuit hec do-
natio, ac fuit ⁊ eſt validior: ea maxime ratione, quia bona
donata

donata pri⁹ tradita extiterint dicto nobili Alziario, ⁊ sic eorũ dominium in eundem translatum. d. l. quotiens. C. de rei vendic. Cui donationi non obstitit pretensa conuẽtio facta tempore donationis, de non scilicet cõtraueniẽdo, & ut non reuocãdo, ⁊c. aut de tenendo, attendendo, ⁊ seruã do illam pretensam primam donationẽ, etiam si in cõuen tione huiusmodi interuenerit iuramentũ. Quoniã conuẽ tio huiusmodi nõ impediuit validitatem dicte secunde do nationis: nec quominus in vim illius translatum extite rit dominiũ rerum donatarum, in dictũ nobilem Alziariũ. Pro quo, causa breuitatis allegasse sufficiat not. per Inn. ⁊ doct. in c. dilecto. de prebend. ⁊ Joan. de Imo. consi. xvj. exordien. Ponderatis narratis in themate, ⁊c. in tertio volu. Et sic non videtur ꝙ prefatus do. Bertrandus si viuat, vel eius heres possit vendicare castrum ⁊ alia predicta, vtpote qui nunquam habuit eorum dominium, nec ea petere per publicianam actionem, cum nec quasi dominium habuerit vel habeat. Sed forte dicetur ꝙ cũ pro obseruantia dicte prime donationis fuerint omnia bona eiusdẽ nobilis Jacobi generaliter ⁊ expresse obligata predicto domino Bertrando stipulanti, pro se ⁊ suis heredibus, poterit ipse si viuat, alioquin eius heres agere hypothecaria actione, aut interdicto Saluiano contra do. Durandum possessorem castri ⁊ aliorum predictorũ. Sed respondeo ꝙ istud nõ obstat, etiam si essemus in casu in quo dictus nobilis Jacobus non potuisset reuocare dictã primam donationem: ⁊ hoc pro eo, quia tam dictus nobilis Alziarius ꝙ eius heredes ⁊ successores bona predicta tenuerunt, ⁊ possederunt pacifice ⁊ quiete, tempore longissimo: vt audio a triginta quinque annis, ⁊ ita prescripserunt aduersus huiuscemodi pretensas actiones. l. omnes. cum suis simili. C. de prescript. xxx. vel. xl. annorum. Nisi
14 forte † dicatur ꝙ mala fides authoris noceat particulari successori. auth. sponsa. largi. §. rursus collat. ix. ⁊ transumptiue in authen. male fidei possessore. C. de prescriptio. longi tempo. Sed hoc non obstat, tum quia. d. auth. loquitur in prescriptione longi tempo. non in prescriptione longissimi temporis. per id quod not. Ange. Areti. in. §. sed iste versic. quarto illa authen. loquitur institut. de actio. Tum ⁊ quia illa authen. loquitur, ⁊ locum habet in prescribente dominium, nõ autem in prescribente aduersus creditorẽ. Pro quo allegasse sufficiat not. per Joan. And. in additio. Specu. tit. de prescriptio. §. j. versic. quid si debitor. Oldra consil. xix. exordiente, Thema tale est, quidam paterfamilias certam legitimã causam, ⁊c. ⁊ Ange. Are. in. d. §. sed iste. versic. octauo, pone ꝙ ego obligo omnia bona, ⁊c. Ceterum audio ꝙ post reuocationem donationis facte dicto do. Bertrando, ⁊ post aliam donationem quam successiue fecerat dictus nobilis Jacobus de dicto castro de Tabernis, cum suis pertinẽtijs ⁊ iuribus dicto nobili Alziario de Ponteues eius nepoti, idem Bertrãdus seu eius pretensus heres ⁊ successor in vim dicte pretense prime donationis prius reuocato dicto asserto precario, absente tamẽ ac inscio, ⁊ non vocato eodem nobili Alziario seu prefato Bertrãdo tentauit apprehendere ⁊ adipisci possessionem dicti castri de Tabernis, ⁊ suarum pertinẽtiarum ⁊ iuriũ, ⁊ quatenus in eo fuit illam nulliter, ac de facto, ⁊ violenter apprehendit ⁊ dictum castrum ingressus fuisset, ⁊ cum dictis suis pertinentijs ⁊ iuribus detinuit, ⁊ occupauit cõtra voluntatem dicti do. Durandi, seu prefati eius predecessoris. Quo fit, vt incurrerit penam. l. meminerint cuncti. C. vnde vi. ⁊. l. extat. ff. quod met. cau. Pro quo videri potest quod ponit Bart. consil. suo exord. Missus in possessione, ⁊c. Bald. in. l. fin. C. de edict. diui Adria. tol. Petr. de Ancha. consil. cclxxi. exordien. In primo dubio queritur. ⁊ consi. ccxciij. exordien. Videretur prima facie dicendum. do. Felin. in. c. exhibita, de iudicijs. ⁊ do. Jason in. l. fin. C. de iur. delibe. super quo authore Domino, alias plenius scribetur si opus extiterit. Que omnia, ⁊c.

¶ Rubr. Ne quis in propr. cau. iud. ¶ Consil. cccxxxiiij.

¶ Epitome.

¶ Iudex presertim delegatus non cognoscat de eo, ꝙ pater filium reum defendens in iudicio obiecit, iudicem videri, vel esse furiosum, idꝗ non animo iniurie inferende: ne in causa propria ius sibi dixisse videatur. V. F.

1 ☞ Carceratio verecundiam quandam inurit, ⁊ preiudicium irreparabile.
2 Resisti de facto potest de facto precedenti.
3 Judices iracundi carpuntur.
4 Iniuria non fit iudici, cui in iudicio ex causa obijcitur, ꝙ ipse videtur furiosus.
5 Iniuriandi animus per que probetur.
6 Nullitas sola sententie causam defert ad superiorem: qui etiam si opus fuerit cognoscet de principali: ⁊ de nullitate dici potest vsꝗ ad. xxx. annos. ⁊ nu. 8.
7 Appellatione deserta adhuc de nullitate sententie inquiri potest.
9 L. properandum. C. de iudic. non obseruatur.



PRo faciliore declaratione boni iuris nobilis ⁊ honorabilis viri magistri Bertrandi Martini do. Montisguerch, in quadam appellationis seu nullitatis causa cepta per ⁊ inter eum, et venerabilem virum dominum Clauariũ seu procuratorem fiscalem Dalphinalẽ curie baroniarum ⁊ loci de Buxo: Premitto ꝙ illa causa, cui, vt pretẽditur presidebat egregius vir dominus Joannes de Rochella, anno Domini, M. cccc xcvij. ⁊ die. xxj. mensis Nouẽbris, ⁊ tẽpore quo precepisse legitur. Joannẽ Ancelmeti seruienti Dalphinali quatenus caperet, ⁊ in carceribus Dalphinalibus detruderet honorabilẽ virũ magistrũ Raymũdũ Martini, filiũ naturalẽ ⁊ legitimũ eiusdẽ nobilis Bertrãdi erat causa cõmissionalis, ⁊ ꝙ ad causam huiusmodi seu propter nõ traditam, ⁊ eidẽ do. de Rochella exhibitã pretẽsam cõmissionẽ illius cause, ipse de Rochella dicto Ancelmeti precepit ⁊ iniunxit quatenus ipsũ magistrũ Raymũdũ de persona caperet, ⁊ in predictis carceribus detruderet, qui videtur nõ obseruatis remedijs opportunis, in hoc nõ dixerim, sed nimis leuiter processisse attenta honestate persone huius magistri Raymũdi pro tẽpore clauariũ
1 illius curie, ⁊ nõ cõsiderato † ꝙ vbi agitur de incarceratione hominis, ⁊ maxime, vel signanter honesti agitur de illius magno preiudicio: qꝛ de verecũdia sibi inferenda vt no. Ang. in. §. j. versi. querit tamẽ hic Dy. an eo ipso ꝙ creditor vadit, ⁊c. instit. de actio. pro quo allegat. l. iij. §. suspectus ⁊ qđ ibi gl. ⁊ doct. ff. de suspec. tuto. ⁊ vt dicit Alex. de Imo. cõsi. xvij. exor. Requisitus in causa vertẽte inter nõnullos, ⁊c. in. j. vol. cũ agitur de faciẽda incarceratione hominis agitur de actu, propter quẽ inferẽdũ est incõmodum ⁊ aliqua infamie nota: ⁊, vt dicit Bal. in. l. vnic. C. in integ. restitu. postul. carcer seu incarceratio hominis est preiudiciũ irreparabile: debebat igitur si fuisset qui pro tẽpore instaret super exhibitione illius pretense cõmissionis dictus do. de Rochella procedere per alia iuris remedia, non per incarcerationẽ dicti Raymũdi, ⁊ qui de facto, non de iure temptauit ad illã procedere: ⁊ sic nõ mirũ si idem magister Raymũdus prefato seruiẽti inhibuerit ne manum in eũ
2 injceret: qꝛ etiã, † vt dixi, de facto procedẽti, potest de facto resisti. l. prohibitũ ⁊ qđ ibi doc. ⁊ maxime Jo. de Pla. vers. tertio no. ⁊. l. deffensionis facultas. C. de iu. fis. lib. x. ⁊. l. deuotũ ⁊ qđ ibi gl. Jo. de Pla. ⁊ doc. C. de metal. lib. xij. facit l. pen. de exquuto. ⁊ exacto. eo. lib. ⁊. l. factũ a iudice. ff. de reg. iur. ⁊. l. omnes iudices in fi. cũ suis simil. C. de decurio. lib. x. Et huius dicti ratio est qꝛ tũc cẽsetur iudex vt priuatus. l. fi. ff. de iurisd. omniũ iudi. ⁊. l. fi. ff. de offi. prefec. vrbis. Et hoc maxime procedit quãdo tale factum est irreparabile. l. quoniã. iudici. C. de appel. ⁊ qđ no. gl. in. l. si quis prouocatione. eo. ti. ⁊ Inn. in. c. si quãdo de offi. deleg. Huiuscemodi autẽ est incarceratio vt predixi, quod etiã fuit de mente Pau. de Cast. in. l. iij. §. cõdẽnatũ. ff. de re iudi. Secundo
3 premitto † ꝙ vt ponitur in articulis, parte dicti nobilis Martini in causa productis ⁊, vt audio, plene probabitur, prefatus do. de Rochella post factũ preceptũ de incarcerãdo dictũ magistrũ Raymũdũ adeo cepit excandescere contra eundẽ magistrũ Raymũdũ, ⁊ ira succẽdi, vel incẽdi, vt tẽpore ingressus curie facti per dictũ nobilẽ Martini videretur, ⁊ esset talis propter spiritũ concitatũ, qui deberet supersedere ab omni actu iudiciario quoniã dicit canon illa prepositorũ sollicitatio est vtilis: illa est cautela laudabilis in qua totũ ratio agit, ⁊ furor sibi nihil vẽdicat: restringenda enim est sub ratione potestas: nec est quid agẽdũ priusꝗ̃ cõcitata ad tranquillitatẽ mens redeat. c. illa prepositorũ. ⁊. c. ira. ⁊. c. summopere, ibi aut furore ducti sunt precipites. xj. q. iij. ⁊ qđ ponit Ysid. in tertio lib. de summo bono. c. lvj. qui loquẽs de iudicibus dicit quidã enim dũ iudicare incipiũt irascũtur ipsamꝗ iudicij sentẽtiã in insaniã vertũt: de quibus recte per prophetã, dicitur, qui cõuertũt in furore

iudicium qui enim iratus iudicat, in furorem iudicium mutat: eum ante profert sententiam quam cognoscat. Fateor tamē in iudice qui inuestigationē veri non valet attingere: quia mens eius turbata furore ab inuestigatione alienatur iustitie. Iracundus enim iudex iudicij examen considerare non valet: quia caligine furoris non videt. Quo fit, vt supposito citra preiudicium veritatis, quod dictus nobilis Bertrandus Martini, eidem do. de Rochella sic excandescenti, vel furore concitato, dixisset quod videretur, vel etiam quod esset furiosus, non propterea censendus erat sibi intulisse iniuriam: quia certum est, quod ad sui defensionem seu prefati magistri Raymundi eius filij licuit † opponere aduersus dictum do. de Rochella, de furore, si in furore erat: vt sic supersederet ab exequutione illius illiciti mandati: pro quo allegasse sufficiat id quod not. Ostien. in summa. titu. de offic. et potest. iudi. de lega. §. cui possit. ver. cui sit mens. furiosus enim, etc. et Spec. tit. de offic. deleg. §. excipi potest contra iudicem. versi. item quod est surdus, etc. iunctis ijs que habentur in allegatis. c. illa prepositorum. c. ira et alijs superius allegatis. Et dato citra preiudicium veritatis, quod illud verbum, vos videmini esse similis furioso, vel furiosus, videretur esse verbum contumeliosum, si tamen verum erat, non poterat ipse nobilis Martini, dici teneri de iniuria: postquam hoc, si dictum appareat, fuit dictū in iudicio. l. si quidem. C. de iniur. l. si quis de libertate. ff. eod. titu. et l. si tibi. C. de lib. cau. quia nō videtur iniuriam facere, qui suo iure vtitur, et ordinaria actiōe experitur. l. iniuriarū actio. §. j. et §. quo iure. ff. de iniur. et l. factum. §. non videtur. ff. de regu. iur. quod etiam voluit Ioan. And. in addit. Specu. tit. de iniur. §. j. Oldra. consil. liij. exordien. Consueuit dubitari, an dicens alicui verbū cōtumeliosum. Rom. consi. xcvi. exordien. Super eo quo queritur, etc. versi. mihi vero in presenti questione, etc. et Andr. Barba. consil. xv. exord. Clementissimi maximi Dei, et pijssimi Iesu Christi Saluatoris nostri ex corde inuocato presidio, capio primā hesitationē. versic. vnde videtur mihi dicendū esse in hoc elegāti passu, etc. in quarta parte: ad quod facit, quia cū actio iniuriarū non detur nisi contra illum qui animū iniuriandi habuit. l. si non conuicij. C. de iniu. et † animus solū probetur ex presumptione verbi vel facti: pro eo quia talis presumitur animus, qualia sunt verba vel facta. l. Labeo. §. idēm Tubero. ff. de suppel. lega. l. scire. ff. de tuto. et curato. dat. ab his. et quod not. glos. in dicta. l. si non conuicij, probatio cause tollit presumptionem verborū. arg. eius quod not. gl. in. l. j. C. ad leg. Corn. de sicc. vna enim presumptio tollit aliā. l. diuus. ff. de in integ. restit. et c. cū inter. de elect. Et sic cū dictus nobilis Martinū animū iniuriandi non haberet: quod vt spero, apparebit pro eo, quia verū dixit, et quia causam dicēdi habuit: vt per illa pretensa verba, si tamē dicta probentur, retraheret dictū do. de Rochella: nō erat censendus illi intulisse iniuriā, voluntate enim et proposito maleficia distinguuntur. l. qui iniurie. ff. de furt. et c. cum voluntate. de senten. excommuni. quinimo quandoque ex causa, nec iusta, nec vera presumitur dicētē verbū quod alias de sui natura est iniuriosum illud non dixisse animo iniuriandi, et talis causa excusat dicentē ab actione iniuriarum. l. itē apud. §. si quis Astrologus. ff. de iniu. nulla igitur suberat causa propter quam dici posset dictū nobilem Martini iniuriam intulisse prefato do. de Rochella, et si quam intulisset, n on erat ipse do. de Rochella iudex: quia regulariter nemo in sua causa, etc. l. vnica, cum suis simil. C. ne quis in sua cau. quod etiā voluit Bart. in. l. si quis forte. §. si quos. ff. de pen. Tum nō obstat determinatio Iaco. de Are. etiā si procederet, et quod fecisse dicitur in publica disputatiōe per Cyn. relata in. d. l. vni. ne quis in sua caus. quatenus ibi dicit, quod si delictum est notorium, non indiget criminali inquisitione, sed sola puniendi cohertione. l. ea quidē. in prin. C. de accusa. et quod tūc possit potestas in se, seu contra seipsum delinquentem punire: quasi in hoc pretendatur potius esse exequutor quam iudex vel cognitor. Quoniā respondeo quod supposito citra preiudicium veritatis, quod notorium extitisset, prout tamē fuisse nō apparet, quod idē Martini dicta verba protulisset, non tamen ex hoc infertur, vt iam dixi quod ipse deliquisset, licuit enim pro dicti sui filij defensione hoc dicere, si verum erat: de quo tamen inquirere non poterat ipse do. de Rochella, et si aliter diceremus, iam esset periculosum opponere contra iudicem quod sit excōmunicatus, quod sit infamis, quod sit indoctus, et lōge periculosius, quod peculatum commiserit, quod sit hereticus, conuersu s enim in farina, posset de facto randia mala inferre cōtra sic excipientes, et non auditos, qui et si probare debeāt id de quo sic excipiunt, nō tamen coram illo, et hoc certum in casu agitur de quo est sermo, etiam si illa verba fuissent pro tempore notoria: erat tamen negotium examinandum, si illa vera erant, et non per eum qui nimium suspectus erat, et cuius furor seu excessiua concitatio, erat impedimento ne cognosceret, an vel sic concitatus vel furiosus existeret, sed per alium apud quem erat facienda querela, si tamen fieri poterat: certum est enim quod aliquando factum quod pretenditur delictum, potest esse notorium, et tamen nō solum nō est notoriū, sed nec verū, quod illud sit delictum: vt verbi gratia, potuit quis sub presentia populi occidere hominē: ita vt sit homicidiū notorium: sed forte hoc fecit ad sui defensionē, aliter euadere non valens, presertim sine periculo, vt quia per iuuenē forte, quasi leonē ipse qui forte senex erat, vel debilis, et parū aptus ad fugā, aggressus fuit, ad quod forte paucissimi, vel forte nulli aduerterāt, vel forte ille occisus erat talis qui poterat impune occidi: vt quia diffidatus, vel bānitus vel potest poni notabile exemplū de casu quē ponit Io. Fab. in. §. ius autem gentium. versi. sed quid dices, potens qui magnam dicit, etc. supposito quod in illo casu ille pauper de quo ibi publice et notorie magnatē occideret etiā nō inuasus, esset enim in ijs casibus factū notoriū sed nō qualitas facti de qua inquirendū est vt dicit Io. Fa. in proemio institutionū. Nō ergo obstat dicta decisio Iac. de Are. cui etiā nō videtur acquieuisse Cyn. sed potius dicto Petri dicētis quod licet iudex possit prosequi iniuriā sibi factā quatenus tāgit interesse, et vtilitatē rei publice: nō tamē ipsemet solus potest ius dicere, et si delegatus fuerit poterit recusari si ordinādus poterit peti sibi aliū sociū adiungi. Et eomodo respōdetur ad id quod no. Inn. in. c. ex parte. in prin. de verbo. signi. et post eū Panor. et moderni in. c. nouit. de iud. Quia imo loquitur ex casu quo iniuria est notoria, prout nō fuit in hoc casu, in quo nō solū nō fuit iniuria notoria, sed nec fuit iniuria: et ita dici nō potest quod do. de Rochella, punire potuerit dictū nobilem Martini quasi pro iniuria manifesta et notoria, et que probatione nō indigeret, et quasi nō esset necessaria sentētia super pretēso crimine, et sic non quasi iudex in causa sua, sed pene exequutor: prout loquitur Inn. quia nos nō sumus in terminis et vt colligitur ex dictis Panor. in. d. c. nouit. ipse intelligit illud dictū Inn. in. d. c. ex parte. procedere quādo adeo est notoriū et certū offensorē potestatis sic in eū deliquisse, quod nō potest potestas in eū puniēdo excedere quin de hoc cōstet, quod profecto nō erat in casu. Nō ergo potuit ipse do. de Rochella procedere contra dictū nobilē Bertrandū Martini. Et si alias potuisset nō tamen poterat pro tēpore cum excandesceret, et esset mirum inmodum propter iram concitatus, et turbatus, et talis dici poterat constitutus in furore, non dico perpetuo, sed pro tempore: ita enim loquitur. c. illa prepositorum. et c. summopere, et Ysido. in locis superius allegatis: sed debuisset differre, et quietata mente, et discedente illo turbine rationis, potuisset longe facilius cognoscere si ante furiosus extitisset: et si idem nobilis Martini iuste, vel iniuste fuisset motus ad dicta pretēsa verba, et si paternus amor quem nullus vincit. l. cū furiosus. C. de cura. furio. facit. l. isti quidem. ff. quod me. cau. deberet enim in aliquo excusare, etiā si non dixisset verū, et postremo si debuerat condemnari in quindecim libris, aut quindecim francis, seu nescio qua alia summa et per eum et quidem nō ordinariū sed commissariū, qui, vt dicit Alb. in. l. eos. C. de modo mulcta: mulctare non potest, et cuius iurisditio non se extendit regulariter, nisi ad personas in rescripto seu commissione mentionatas: vel que iurisditionem impedirent, que pro tempore intelligere non potuit et ideo iudicium conuertit in furorem, et ita nulliter processit: et parte non audita nullo facto processit, et de nullo prorsus inquisito tanquam fulgur de celo descendens hunc nobilem Martini condemnauit: et quidem non prius scripta sententia, quod tamen iura volunt, sed illam ex longo interuallo postea pro nutu et voluntate dictauit et notarius scripsit prout ambo confessi sunt. Fuit igitur predicta sententia nulla, tam ex capite deffectus iurisditionis in proferente, quam propter fauorem iudicantis, et quia sine processu lata est sententia, etiam manifeste iniqua, et sine causa, propter que salua illius nullitate, prefatus nobilis Martini ab ea appellauit, et sic fuit ad superiorem deuoluta, non solum ratione iniquitatis, sed etiā nullitatis: quod etiā factum fuisset per solam appellationem. l. quedem mulier. ff. famil. ercis. l. Cornelia pia. ff. de inr. patr. et c. exhibita. de iudicijs

dictis, et quod not. glo. in l. j. C. quando prouo. nō est neces.
6 etiā sola† nullitas defert causam ad superiorem, et quidem causam ipsius nullitatis, vt de illa superior cognoscat, et de hoc nullus dubitat quod videri potest per id quod notat do. Prepo. in c. dilecto. ver sicu. secundum principale mēbrum est quando de nullitate per se agitur, etc. de appellationib. quinimo, non solum ipsam causam nullitatis, sed etiā negotium principale. per id quod not. Inno. in c. cum contingat, circa medium magne glo. de offic. delega. Bar. in l. si expressum. de appellat. Bart. Angel. et Bald. in d. l. j. C. quando prouoc. non est necesse. multas remissiones ponit do. Prepos. vbi supra. versic. cōtrariam opinionem re-
7 fert. Et q̄uis † appellatio fuerit deserta, nihilominus manet nullitas, de qua potest inquiri, etiam post desertionem appellationis, non dico incidenter, sed principaliter: quia eo casu nihil habēt commune appellatio et nullitas per se mota, vel mouenda. Quo fit vt ex desertione appellationis, tanq̄ ex desertione eius quod est quid separatū et distinctum a nullitate, nō inferatur desertio nullitatis. l. inter stipulantē. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verb. obliga. l. si maritus. el. j. C. de dona. inter vir. et vxor. et vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de mino. quod etiam volunt scribentes in d. l. si expressum. ff. de appella. et c. dilecto. eo. tit. Bald. in l. tale pactū. §. si prouocauit. q. xiij. ff. de pact.
8 et in d. l. j. C. quando prouo. non est neces. Et vt dicit† Speculator tit. de senten. §. iuxta propositionis seriem. versi. in summa not. de nullitate principaliter agendo potest dici, vsq; ad. xxx. annos. per not. in c. in nostra. de procura. et in l. sicut cum ibi not. de prescript. xxx. vel. xl. anno. nisi statutum vel consuetudo fori, aliud inducat. Cuius dicti ratio est: quia de nullitate principaliter agendo, dicitur officio iudicis nobili: vt voluit Innoc. in c. ij. circa fin. de officio iudic. et in c. sepe. vbi etiam Bald. de appellat. de quo Bar. in d. l. si expressum. inducens text. in l. si pater tuus. C. quādo prouo. nō est neces. et in l. j. §. j. cum glos. super verbo infirmabitur. Ioan. de Imo. et moder. in c. dilecto. et Bal. in d. l. tale pactum. §. qui prouocauit. in repetitit. sed officio iudicis nobili prescribitur per. xxx. annos. d. l. sicut. cum ibi not. et ideo dicit Bald. in d. cap. sepe. q̄ simplex querela nullitatis nullum habet tempus prefixum a iure, nisi sicut
9 cetere actiones. l. si cum nulla. ff. de re iudica. Fateor† q̄ si l. properandum. C. de iudic. obseruaretur, quatenus loquitur de peremptione instantie per lapsum triennij in causis ciuilibus, et biennij in causis criminalibus: instantia cause nullitatis perimeretur per lapsum triennij, sed non perimeretur ipsa nullitas seu causa illius: quin posset ante lapsum. xxx. annorum causa nullitatis iterū inchoari. Sed illa lex non obseruatur, et si obseruaretur, nihil ad casum: quia a tempore cepte instantie cause huius, non preterijt triennium, quinimo nec annus. Et sic nihil obstat quominus possit dictus nobilis Martini prosequi dictā causam nullitatis, etiam si appellatio per eum interposita deserta extiterit. Que dixerim, etc.

¶ Rub. de insti. et substit. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccxxv.

¶ Cū per fideicōmissum nō grauato, sed grauāti succedatur: cōstāt substitutos ad debita grauati nō teneri. V. F.

1 ☞ Substitutio reciproca compendiose admixta, quas contineat, et qualiter desinant.
2 Conditione duplici appositi, an et quando vtranq; impleri necesse sit.
3 Ignorantia iusta an et quando in integrum restitutionem prestet aduersus prescriptionem.


Ex Testamento egregij quondā viri do. Petri Dalphini, in legibus licētiati, et ijs que post illius mortem et decessum contigerunt, et que plenius specificantur et narantur in casu mihi misso, parte nobilis Ioannis Dalphini, et eius fratrū, eliciūtur multa et varia dubia, latius descripta in dicto casu: quib9 tamē omnibus nō oportet, nec, prout mihi videtur, nūc expedit respōdere, sed sufficit aliquibus ex illis respōdisse. Pro quorū faciliori solutione, premitto, q̄ prima substitutio facta per prefatū do. Petrū videtur fuisse reciproca, siue breuiloca, admixta cōpēdiose: que si tpe testamēti huiusmodi nobiles Petrus et Andreas filij, et vniuersales heredes per do. Petrū testatorē, instituti fuerint impuberes, et in patria potestate eiusdē do. testatoris cōstituti: cōtinuit et cōprehēdit, vulgares, pupillares et fideicōmissarias substitutiones prout colligitur ex his que no. Bart. et doct. in l. Lucius. ff. de vulg. et pupil. Verum q2 dicti nobiles Petrus, et Andreas se inmiscuerūt paterne hereditati: et facti puberes ab humanis decesserūt expirauerūt vulgares, et pupillares substitutiones. l. post aditam. C. de impube. et alijs substi. et l. in pupillari. ff. de vulg. et pupil. et sic remāserūt sole fideicōmissarie substitutiōes, quas, vt predixi, etiā cōtinebat dicta breuiloca substitutio, ratione admistionis substitutionis cōpendiose: per id qd no. Bar. et doct. in d. l. Lucius. Pau. de Cast. et do. Iason May. et doc. in l. ex testamēto. C. de sacr. mili. et Alex. de Imo. in l. hereditatē. C. de impub. et alijs subst. Secūdo† premitto, q̄ dicti nobi-
2 les Petrus et Andreas heredes instituti, fuerūt grauati sub duplici cōditione alternatiue cōcepta, vel sm Oldr. cō si. mihi. clxxx. sub vna cōditione habēte duas partes, videlicet si ipsi aut eorum alter moreretur sine liberis legitimis ex matrimonio legitimo procreatis: et hec est prima cōditio aut prima cōditionis pars vel liberi dictorū heredū masculorū heredū institutorū, sine liberis decederēt, et hec est scda cōditio vel secūda cōditionis pars. Quo fit, vt cū dictus nobiles Petrus, et Andreas ab humanis decesserint, superstitibus et eisdē superuiuētibus liberis naturalibus, et legitimis etiā masculis expirauerit prima cōditio, seu prima pars cōditionis, sed remāsit secūda, super qua videndū est, an fuerit et sit ei locus. Tertio premitto, q̄ si ab humanis sine liberis naturalibus et legitimis decessissent omnes liberi tam masculi, q̄ femine dicti nobilis Petri alterius ex heredibus predictis superstite dicto nobili Andrea tūc essemus sine dubio q̄ substitutio sibi locū vendicasset in personā dicti nobilis Andree, et tūc procederent not. per Barto. iij. Centuri. in iij. quest. princ. versi. quero vlterius: quid si testator dixerit si filius meus decesserit sine liberis, vel liberi sine liberis. ff. de vulga. et pupil. et qd ibi per gl. et doct. per Bald. in l. ab eo. C. de fideicōmis. Sali. in l. precib9. C. de impub. et alijs substi. Io. de Imo. in c. Raynutius in materia cōpendiose de test. et do. Phil. de Fran. in repeti. c. si pater. versi. Septimo queritur de questione sepius in facto cōtingēte de test. in vj. Ang. Are. in §. extraneo. versi. quid si nō tātū instit. de pupil. substi. Sed hec nō cōtigerūt in casu de quo querit. Et primo quidē q2 nō apparet nec est certū q̄ nobilis Antonius Dalphini alter ex filijs masculis ab humanis decesserit, nec hoc etiā presumitur nisi probaretur q̄ lapsi fuerint centū anni a tēpore natiuitatis illius. l. si. C. de sacrosanc. eccle. et qd not. glo. si mēti cōmēdo in l. sed si de sua. ff. de acqu. heredi. Alex. de Imo. et do. Iason. May. in l. si emācipati. C. de collat. Preterea adhuc superest, vt in casu ponitur vna filia dicti quōdam nobilis Petri alterius ex heredibus: cuius quidem superexistentia videtur repellere substitutos ex cōiecturata mēte testatoris qui plus videtur dilexisse Petrum, et liberos Petri in parte hereditaria, eidē Petro delata, q̄ dictum Andreā, et liberos eiusdē: et q2 etiā q̄uis in institutione dictū fuerit et in casum in quē dicti filij mei heredes masculi instituti, iam nati, vel etiā nascituri, vel alter eorūdē heredū institutorū masculorū, moreretur, etc. non tamē dictū est vel liberi dictorū heredū masculorū institutorum, vel alter eorūdē moreretur, etc. vt patet ex tenore dicte substitutiōis: et ita videtur dictus Petrus grauatus sub conditione si moreretur sine liberis, vel post mortē omniū liberorū: nisi forte quis dicat q̄ istud procedat in liberis masculis nō in feminis: eo maxime q2 dictus quondā do. Petrus testator tēpore testamēti habebat filias naturales et legitimas per quarū superexistētiā nō videtur voluisse repelli substitutos: ergo multominus per neptes seu filias filiorū quas presumēdus est minus dilexisse q̄ proprias filias: scio tamē q̄ super hoc sunt maxime opiniones. Propter quod non omnino formo quod dixi, quia non habeo hic libros. Quamuis putem primum esse verum, salua tamen pleniori deliberatione. Preterea aduertendum est quod dictus nobilis Petrus substituit filios suos masculos tunc natos et nascituros, cuiusmodi nō sunt dicti nobiles Ioannes et fratres, sed nepotes ex dicto nobili Andrea. Et sic non videntur substituti, nec posse venire ad substitutionē, etiam si dictus Antonius et soror ab humanis sine liberis decessissent. Super quo tamen non etiam nūc firmo pedem: pro eo, quia de hoc sunt opiniones inter docto. quas pro nūc videre non possum. Maior tamen difficultas manet ex eo, q̄ non est certum dictum nobilem Antoniū ab

humanis decessisse: et quia superest soror. ¶ Quibus suppositis, respondeo ad primum quesitum, salua librorū visione, sine quibus nūc existo, quod Clementia filia dicti Petri et soror nobilium Bertrandi, Antonij, et Caroli, poterit se defendere et tueri aduersus dictos nobiles Joannem et fratres, maxime si non probent mortem dicti Antonij. ¶ Ad secundum dico et respōdeo, vt iam tetigi, quod etiam si probaretur quod dictus Antonius ab humanis sine liberis decesserit: subessent alie difficultates, de quibus supra dixi, et maxime illa que oritur ex superexistentia predicte Clemētie: quā non possum pro nunc videre propter librorum defectum: propter quod mihi visum est pro nūc, non esse respōdendum ad id quod in eodem dubio queritur de quota hereditatis veniente in restitutione fideicommissi: Cui authore Domino respondebo, cum ero, cum libris.

3 ¶ Ad tertium dico et respondeo quod † quandiu mors predicti Antonij fuerit incognita prefatis nobilibus Joanni et fratribus, non curret eis prescriptio cum effectu: pro eo quia ex capite iuste ignorantie semper restituentur in integrum. Et hoc ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur. per id quod voluit Bart. in. l. j. §. si quis autem. ff. de itinere actuque priuato. multas remissiones ponit Alexander de Imo. consil. lxxj. exordien. Videretur prima cōsideratione dicendū, etc. in. j. volu. et consil. xiij. in. ij. Laudo autem quod inquirant ad quem locum accesserit quando discessit a dicto loco auisaui, et vbi fecit mansionem: et inquirant de hoc cū illis qui cum eo recesserunt si illos recognoscant vel reperiant. ¶ Ad quartum dico quod si substitutio habuerit vel habeat, vel imposterum fit locū habitura recognitiones de quibus in quesito, aut debita contracta per dictum Petrum alterū ex heredibus dicti testatoris: non preiudicabunt substitutis in fideicommisso: quia per fideicommissum non succeditur grauato sed testatori. d. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. et pupil. Ex sic dicti nobiles Joannes et fratres, nō succedent predicto nobili Petro eorum patruo, nec erunt eius heredes. Et sic non tenebuntur ad sua debita, vel ad ea que ipse recognouit, sed succedent dicto do. Petro eorū auo paterno qui eos substituit. ¶ Ad quintum iam patet responsio, quod etiā post prescriptionem que non cōplebitur ante. xxx. annos computandos a tēpore mortis predicti Antonij, dicti nobi. Joānes Dalphini, et fratres habebunt remedium restitutionis in integrū. ¶ Ad sextum respondeo et consulo quod producuntur interrogatoria per me confecta, et quod petatur illis responderi, et habitis libris, et visa respōsione quam faciet dicta nobilis Clementia respondebo authore Domino plenius super omnibus. Que dixerim, etc.

¶ Rub. De insti. et subst. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccxxvj.

¶ Substituta mater filijs si secundo nupserit, habet tantum vsumfructum bonorum, que filijs obuenerant a patre, et in quibus alias ipsa erat pleno iure successura. Alia vero aduentitia cum defuncti fratribus equaliter. V. F.

1 ☞ Si nuba proprietatem bonorū a priore viro sibi relictorum, an et quando perdat: et quibus applicetur: et quid habuisset si secundo non nupsisset. et nu. 3.
2 Pluralis loquutio an et quando in vno verificetur.
3 Substitutos duos an et quando quis habere possit.
4 Vsufructuarius inuentariū faciat, et caueat de recte vtendo et restituendo, etc.



Ponitur In facto quod honorabilis quondam vir magister Joannes Curtangni pridem fecit et condidit eius vltimum et nuncupatiuū testamentū, in quo inter cetera legauit, et iure institutionis reliquit honeste mulieri Ludouice eius filie naturali et legitime, ducentos florenos, et honeste mulieri Georgete eius vxori vsumfructū omniū bonorum suorū quandiu staret sub nomine viduali: heredes vero suos vniuersales instituit, et ore suo proprio nominauit Ludouicū, et Christophorū Curtangni eius et dicte Georgete filios naturales, et legitimos, et primo ex eis sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis decedenti substituit alterum: et si ambos absque liberis mori cōtingeret eisdē substituit dictā Georgetā si tūc viueret in humanis, et post ipsius Georgete mortē eidē substituit propinquiorē, sui ipsius testatoris: et permanēs in volūtate huiusmodi vita functus est et ab humanis decessit superstitibus dictis eius vxore filijs et filia. Quo mortuo dicti Ludouicus et Christophorus bonis et hereditati paternis se immiscuerunt, et post certa temporis curricula vita functus est et ab humanis in pupillari etate decessit dictus Ludouicus, superstite, et sibi superuiuēte prefato Christophoro, qui deinde post certa tēpora in etate vigenti annorū, vel circa intestatus et sine liberis ab humanis decessit, superstitibus, et sibi superuiuētibus dictis Ludouica eius sorore vtrinque cōiuncta, et Georgeta matre, que post mortē prefati testatoris cōuolauit ad scda vota, adhuc nupta existit. Quesitū est an in vim substitutiōis superius mētionate, et facte de prefata Georgeta, vel alias bona dicti Cartāgni testatoris eidē Georgete pertineāt et quid de alijs bonis aliunde quam ex paterna successione ad dictos Christophorum, et Ludouicū, vel eorū alterū peruētis, et sibi acquisitis si que erāt.

1 ¶ Ad quod respondeo breuiter et succincte, quod † quia prefata Georgeta post mortem predicti testatoris secundo nupsit, ipsa non potuit nec potest succedere in proprietate bonorū eiusdē testatoris. Et quidē non in vim substitutionis. l. femine, cū suis simil. C. de secun. nup. nō etiā tanquam mater prefati Ludouici, auth. ex testamēto. C. de secun. nup. et in corpore vnde sumitur sed proprietas predictorū bonorū spectat et pertinet prefate Ludouice, fateor tamē quod ipsa Georgeta habere debet vsumfructū illius partis, seu earū partiū que ad eā peruenissent si secūdo non nupsisset, et ea est ratio quia pars seu partes et portiones ad eā peruenissent si secūdo nō nupsisset: dico et respondeo quod hereditas dicti testatoris debuisset sibi restitui in vim fideicōmissi, seu substitutionis superius mentionate, de qua tamē nō solum ex persona dicti Christophori vltimo et in adulta etate vita functi sed etiā ex persona dicti Ludouici in pupillari etate et ante eū mortui detrahi debēt due quarte, scilicet legitima, et quarta trebellianica, de quibus vtpote nō veniētibus in fideicōmisso per ipsum Christophorū restituēdo idē Christophorus testari potuit et hoc, pro eo quia vt apparet ex verbis predicte substitutionis, dictus testator nō solū substituit vltimo decedēti: et sic non solum dicto Christophoro sed etiā primo decedēti: et sic dicto Ludouico: et hoc ideo quia in dicta substitutione non dicit eidē singulariter, quo casu intelligi potuisset de vltimo sed dixit pluraliter eisdē. Et

2 sic nō solū vltimo, sed etiā primo decedenti: quia † verbū eisdē pluraliter prolatū nō verificatur in vno, vt solēniter declarat Jo. And. in addi. Spec. tit. de testa. §. j. in magna addi. versi. quarta questio: quē refert, et sequitur Frā. de Are. cōsi. clvj. exord. Diligēter visis, et cōsideratis testamēto, et codicillis, etc. versi. sicut ecōtra, in ista materia substitutionis. Et quod dictus testator cēseatur substituisse, non solū vltimo decedēti et sic Christophoro puberi sed etiā primo decedēti et sic Ludouico impuberi: satis apparet ex ijs que no. Bal. in. l. ex tribus. versi. ego cōsului pridie, etc. vbi etiā Pau. de Cast. ibi sed si dixisset relinquo. C. de inofficio. testamen. et Alex. de Imo. in. l. vel singulis. versi. addo quod Ange. etc. ibi ego puto quod ista verba eis substituo. ff. de vulg. et pup. et in. l. ita tamē. §. qui suspectā. versi. in hoc dubio articulo, etc. ibi et illud qō dicit Ang. ff. ad Trebel. Habuit igitur diuersis tēporibus dictus Ludouicus duos substitutos: vnū pupillarē, scilicet Christophorū, quia eidē pupillariter, et sic iure directo, et in omnibus bonis successit et aliū per fideicōmissum, scilicet dictā Georgetā matrē, que erat eidē substituta si Christophorus ipse et dictus Ludo. sine liberis decederent: qō nō est absurdū vt voluit Bald. et post eū Pau. de Cast. in. d. l. ex tribus qō etiam colligitur ex his que ponit Alex. de Imo. cōsi. clxxv. exor. Perspectis verbis testamēti Joannis, et Nicolay. in quinto volu. Ex quo infertur quod licet in fideicōmisso relicto a substituto impuberis veniāt etiā ea que in vim pupillaris substitutionis peruenerāt, ad substitutum iuxta tamen doctrinam positam per Barto. et modificatam per Alexan. de Imol. in. d. l. ita tamen. §. qui suspectam. versicu. in hoc dubio articulo. ff. ad Trebel. tamen hoc non facit ad casum nostrum quia, vt dixi, hic non solum fuit grauatus dictus Christophorus vltimo vita functus, sed etiam primus. Potuissent igitur ex persona cuiuslibet dictorum Christophori, et Ludouici detrahi due quarte, scilicet, legitima et trebellianica: et residuum debuisset restitui dicte Georgete in vim substitutionis, si non nupsisset: sed quia nupsit, nō habebit in hoc residuo, nisi vsumfructum. Legitima vero dictorum Christophori, et Ludouici, ascēdebat ad duas vncias, et duas tertias partes alterius vncie: pro eo quia dicto testatori superfuerūt

tres liberi. auth. de trien. & semis. §. j. coll. iij. & transumptiue in authen. nouissima. C. de inoffic. testa. Et iste due vncie, & due tertie partes alterius vncie erant detrahende de dicta hereditate. Et pro trebellianica erat detrahēda quarta pars residui, iuxta id quod ponit gl. in. c. Raynaldus. super verbo licet totas. de testa. & Joan. de Imo. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. & pupilla. Et in istis duabus quartis erant successure equis portionibus prefate Georgeta, si secundo non nupsisset & Ludouica. auth. defuncto. C. ad tertul. sed quia secundo nupsit, perdidit proprietatē: sed habebit vsumfructum dimidie partis dictarum quartarum, & etiam totius residui, quod in vim fideicōmissi sibi debebat restitui. Proprietas vero pertinet dicte filie, di
4 cta vero † Georgeta vsufructuaria debet conficere inuentarium de dictis bonis in quibus habet vsumfructum, et cauere idonee de vtendo, fruendo arbitrio boni viri, et de eis restituendis finito vsufructu. Quo vero ad bona aliunde quesita, ꝙ ex paterna successione, si que sint, debuerunt & debēt in illis succedere equis portionibus prefate Georgeta & Ludouica, dicta authen. defuncto. C. ad tertullian. Que dixerim omnia, &c.

¶ Rub. De testam. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxxvij.

¶ Testamentum duobus testibus contentum est inter liberos: quorum aliquibus si non fuerit relictum vsque ad legitimam, agi potest ad supplementum. V. F.


uanuis Regulariter ad validitatem testamenti requirūtur septem testes: tamen hoc fallit, quādo parentes testantur inter liberos: quia eo casu sufficiunt duo testes. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Quo fit vt si per publicum instrumentum confectum per notarium, in quo sint descripti tres testes, vel per depositionem ipsorū trium testium legitime examinatorū, appareat honestam quondam mulierem Quemetam, filiam quondam naturalem & legitimam Petri Laurentij condidisse testamentum sub presentia dictorū trium testium, illud non potuit, nec potest impugnari ratione defectus numeri testiū, hoc est, pro eo, quia in ipso non interfuerūt septem testes. Uerum quia huic Quemete superfuerunt quatuor liberi, videlicet, tres filij masculi, quos vniuersales heredes instituit, & vna filia nomine Bartholeta, cui legasse et iure institutionis reliquisse dicitur quinque florenos: huius Bartholete legitima fuit quarta pars trientis, seu duodecima pars omnium bonorum dicte quōdam Quemete illorum videlicet, que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa. auth. de trien. & semis. §. j. collat. iij. & transumptiue in auth. nouissima. C. de inofficio. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. & §. quoniam quarta. ff. de inoffi. testa. in qua legitima non potuit predicta Quemeta eandem Bartholetam grauare. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. & l. scimus. in prin. C. de inoff. test. & auth. vt cū de appellatione cognoscitur. §. ceterum. colla. viij. Si ergo dicti quinque floreni non sufficiant ad dictam legitimā, hoc est ad dictam duodecimam partem bonorū predicte quondam Quemete: potest Petrus Uernay heres eiusdē Bartholete per medium communis filie, agere ad supplementum: & sic vt habeat de bonis predicte Quemete vsque ad duodecimam eorum partē, deducto prius vt dixi, ere alieno, & funeris impensa. d. l. omnimodo. Et ita mihi, &c.

¶ Rubr. De procurat. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccxxviij.

¶ Procurator post litem contestatam aduersarij articulis respondere iussus, cum comminatione ꝙ alias pro confessatis habebuntur, si non respondeat, perinde iudicatur ac si articuli confessati extitissent. V. F.

1 Spoliat qui solitas decimas prestare recusat.
2 Procuratoris contumacia an & quando noceat domino, & quare.


Ibellus Oblatus parte venerabilis, & religiosi viri, fratris Vincentij Rocha, prioris prioratus sancti Petri de Palassio castrinoui ad Rodanum, contra nobilem virum Guilielmū Bedoch cōdomini de Perlis cōceptus est & formatus super possessorio recuperande possessionis, seu quasi iuris percipiendi, & leuandi decimas granorū, & vini, excrescentiū, & imposterū excreturorū in terris in libello huiusmodi latius mētionata, & expressa: in quo fuerunt opportune duo proposita & deducta, scilicet ꝙ predictus prioratus seu prefatus frater Uincētius illius prior & nomine eiusdem fuerit in possessione, seu quasi iuris predicti percipiendi, & leuandi decimas fructuū predictorū, & nō solum a nobili quondam viro Petro Sorderij huius nobilis Guil. predecessore, sed etiam ab eodē Guil. eius filio, & herede vniuersali. Deducitur preterea, & secundo ꝙ anno in libello predicto latius expresso excreuerint in di
1 cta terra fructus in eo mentionati, & † ꝙ dictus nobilis Guil. debite requisitus parte dictorū fratris Uincentij, & prioratus, de soluēda decima fructuū huiusmodi, hoc facere recusauit & contradixit per quod censetur dictū fratrem Uincentiū seu prioratū predicta quasi possione spoliasse, per id quod habetur in. c. querelā & quod ibi Inno. Ostien. Joan. And. in nouel. & alij scribentes de elec. Inn. Ostien. Joan. And. in nouel. & alij in. c. significauit de cēsi. & quod ponit Joan. Fab. in. §. retinende. versic. itē potest queri an cessatio, &c. de interdic. & quod ponunt multi legiste in. l. si certis annis. C. de pact. & Bart. in. l. j. ff. quorū bonorū. Fuerūt igitur opportune narrata necessaria ad conclusionē in possessorio recuperande possessionis. & ex illis narratis opportune conclusum: quo fit, vt cū post litē legitime contestatā, super libello huiusmodi fuerit honorabilis vir magister Guilielmus de Ferro, dicti nobilis Bedoni procurator tunc presens iussus respondere articulis, seu positionibus libelli superius mentionati, & ad hoc faciendū terminus sibi prefixus cū comminatione ꝙ alias haberentur pro cōfessis, debuit & debet sententia cōdemnatoria huiusmodi ferri in contumaciam eiusdem de Ferro, illis non respondentis, aut respondere nō curātis haberi pro cōfessis: pro
2 co † quia iste est casus in quo cōtumacia procuratoris maxime post litē cōtestatā nocet domino. c. ij. & quod ibi cōmuniter per scribētes de cōfessis, in. vj. & quod not. Sali. Alex. de Jmol. & moderni. in. l. eū qui. C. de procur. Anto. de But. & moder. in. l. j. vt li. pēd. Jo. de Jmo. in. l. iiij. §. ait pretor. ff. de re iudi. & do. Jason May. in. l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dicēti nō obtēperauerit. Et procedit hoc nō solū eo casu quo dominus sciuit procuratorē suū esse cōtumacē, prout videtur voluisse Bar. in. d. §. si procurator. sed etiā eo casu quo hoc ignorauit. d. c. ij. de cōfes. in. vi. per quē text. hoc voluit Ant. de But. in. c. j. vt lite nō cōtes. Et dicere ꝙ dictū. c. ij. loquatur duntaxat eo casu, quo dominus sciuit, esset nimium diuinare & restringere illum text. cuius intellectum ponit Joan. de Jmol. in. d. l. iiij. §. ait pretor. ff. de re iudi. Salic. & latius Alexan. de Jmol. in dicta. l. eum qui. Que autem sit ratio, ꝙ contumacia procuratoris in hoc casu nocet domino, varij varia sentiunt, & dicunt: Barto. enim in dicto. §. si procurator. sentit ꝙ hoc ideo sit quia dominus fuit sciens: sed vt dixi, istud non est necessarium. Salic. vero in dicta. l. eum qui, dicit hoc ideo esse, quia in hoc casu sumus in ijs que sunt de processu. Quo fit, vt cum procurator litem contestando fuerit effectus dominus litis, possit circa ea, que litem & sic processum respiciunt preiudicare tanquam dominus litis quod etiam videtur voluisse Innoc. in. c. j. sed Joan. de Jmol. in dicta. l. iiij. §. ait pretor. aliter respondit, scilicet ꝙ hoc ideo sit quia pena dicti. c. ij. de confes. in. vi. nō potest eque cadere in procuratore, sicut in domino. Et ideo ne illa contumacia sit impunita illa nocet domino. argum. l. polla. C. de ijs quib. vt indig. Alerand. vero de Jmol. in dicta. l. eum qui. aliter respondet ex mente Antonij de Butr. in dicto. c. j. vt lit. pendent. ꝙ ideo contumacia procuratoris noceat domino in hoc casu, quia ius fingit procuratorem cōtumacem in non respondendo fuisse cōfessum, & sic sumus in casu, in quo facta confessio sufficit. Aliam rationem dicit posse reddi do. Jason May. in dicto. §. si procurator. versi. quarta conclusio, &c. quam quia potest ibi videri, non recito: iuste igitur processit dominus iudex cause huius quatenus pronūtiasse & declarasse legitur positiones predictas haberi pro confessis: cuius ordinatio, vel propter appellationē nō interpositā, vel nō prosequutā, trāsiuit in rē iudicatā quoad partē. Pro quo allegasse sufficiat no. per Bart. & doct. in. l. quod iussit. ff. de re iud. & in. c. quod ad cōsultationē. de re iudi. Pro quo sunt boni text. in. c. cum dilecti ad fi. & quod ibi gloss. & docto. de electio. & in. c. significauerunt. de testi. Ex quibus infero ꝙ nisi aliud proponatur, & probetur parte dicti Bedocij venit contra eū, & pro dicto domino Priore no

mine, quo in actis ferenda sententia: per quam non solum debet idem Bedocij condemnari ad decimam subtractam: sed etiam ad reintegrandum eundem do. Priorem in dicta possessione, seu quasi iuris percipiedi decimam. Et ita mihi videtur sub correctione, &c.

¶ Rub. De episc. & cler. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccxxix.

¶ Capellaniam ita fundatam, vt alicui ideo de genere conferretur, non potest episcopus alij conferre reclamante aliquo ex patronis: quanuis horum maior pars in aliu consentiat. V. F.

1 ☞ Beneficium ecclesiasticum vt dicatur quid requiratur, & an pro missis in eo celebradis possit fundator legem ponere, vel in alijs.
2 Beneficium patronale de sui fundatione presbytero conferendum, an sine licentia patroni conferri possit simplici clerico.
3 Jus patronatus beneficij emere non licet.
4 Doctorum opinioni quatenus standum.
5 Usurarius actus non est quo probi mercatores communiter & ex consuetudine vtuntur.
6 Communi rei plurium vt vniversoru a maiore parte lex imponitur: secus si communis sit plurium vt singulorum.
7 Generis vel de genere censentur esse tam cognati, quam agnati.



1 Illud Certissimu existit, q ad hoc, vt quid † dicatur beneficium ecclesiasticum, opus est q illud fundatum extiterit authoritate episcopi vel superioris. per id quod notant glo. Panormi. et docto. in. c. nobis, de iure patr. glos. in clemen. si beneficiorum, in fin. j. glos. de deci. dominus Cardi. Floren. consil. xj. pro quo allegari solet. c. nemo. cum suis concordantijs, de consecra. distin. j. Est etiam certum q licet beneficij institutor, seu fundator sua ipsius authoritate non forte possit etiam in ipsius beneficij fundatione ponere conditionem seu modum, vel restringere beneficiadum, ad sic, vel sic missam celebrandam, vel in diuinis deseruiendum, aut alia huiusmodi. Hoc tame ad requisitionem seu supplicatione ipsius fundatoris facere potest episcopus, vel superior, seu idem fundans de & cum authoritate aut licentia vel cosensu ipsius superioris fundatione approbatis: vel illi licentia impertietis, per id quod no. Panor. in c. significatu. de preb. & c. cu accessissent, de constit. Anto. de But. in. c. cu dilectus. versi. si queritur an ex statuto, &c. vbi etia Joan. de Jmo. vers. item aduerte, quia do. Antonius, &c. de consuetu. & sequitur do. Felin. in. d. cum accessissent. versic. sed hoc dictum Calde. &c. & refert Joan. Calderic. in. d. c. cum accessissent. se obtinuisse q episcopus no possit dispensare contra institutionem beneficij, vel ipsam immutare, aut contra eam venire sine consensu patroni: de quo dicto festum faciunt Anto. de But. Joan. de Jmola,
2 Panor. & alij scribetes in. d. c. cum accessissent: q si † ex institutione beneficij collatio facienda sit presbytero, no potest episcopus sine licentia patroni dispensare, vt conferatur non presbytero: hoc dictum etiam comemorat & sequitur do. Feli. in. d. c. cum accessissent. versi. & per hoc dictum dicit hic Calder, &c. Et idem voluit Andr. Barba. in. cap. dilectus. de officio legati: vbi refert se consuluisse in contingentia facti apud regium. Legatus contulerat beneficium patronale, spectans ad laicum cuidam clerico non sacerdoti: cuius tamen beneficij fundatione capellanus debebat esse actu sacerdos: fuit de duobus dubitatu: primo videlicet, vtrum potuerit coferre inuito patrono. Secundo posito q potuisset conferre, vtrum potuerit mutare statum beneficij conferendo non sacerdoti, & refert se consuluisse q non: Pro quo in medium adducit dictu Calde. in. d. c. cum accessissent, pro premissis facit. c. monasterium. xvi. q. vij. Cum igitur fundatio capellanie, quam dudu fecisse legitur honorabilis quodam vir Anto. Bonardelli, loci sancti Crispini Ebredunen. diecesis facta extiterit in presentia bone memorie reuend. in Christo patris domini tunc Ebredunen. archiepiscopi: qui etiam eidem Antonio fundanti, seu fundare volenti licentia cotulit, & libera potestate, reseruaueritq; in fundatioe huiusmodi predictus Anton. sibi & suis heredibus, suorumq; heredu heredibus & illoru successoribus ius patronatus cuq; voluerit & ordinauerit, q si & du capellania huiusmodi vacaret, reperiretur de suo genere clericus sufficies ille pre oibus ad capellania huiusmodi presentaretur, & q illa sibi coferretur & hec omnia dicta & exposita extiterut in presentia eiusdem reuerendissimi domini, & pro licentia fundationis huiusmodi sibi supplicatum, & qui, vt dixi, licentiam, & liberam potestatem eidem Antonio contulit, & nihilominus omnia vniuersa & singula per dictum Antonium ordinata, &c. no puto esse dubitandum, quin dispositio huius fundatoris sit, vt predixi, authorisata, vel approbata seruari debeat etiam quoad qualitatem presentandi, scilicet q sit de genere ipsius fundatoris, nisi patroni alium presentarent aut de eorum consensu alius in cappellania huiusmodi institueretur, seu illi conferretur. Nec puto q huic dicto obstet c. quia clerici. de iu. pater. per quod Rofre. in suis libel. tit. de diser. patr. super presen. circa fi. versi. item queritur, aliqui patroni ab initio quando dotant, &c. tenuit cotrarium.
3 Tum † quia illud. c. loquitur in emente ius patronatus, quod non licet: nos vero loquimur in legitime fundante beneficium ecclesiasticum, quod non est prohibitum, quando fit cum licentia superioris. c. nemo. cu suis concor. Tum quia dictum. c. quia clerici, loquitur in emente vel alias acquirente ius patronatus: vt post modum eius filij, vel nepotes, ad ecclesias patronatas presententur: & sic in habente mentem corruptam. Nos vero loquimur in eo qui non principaliter dictam capellaniam fundauit, vt ad eam pro tempore presentarentur idonei de genere, sed ob alium & quidem presentem finem, qui bene colligitur ex prefatione dicte fundationis ibi deducens in exacte, &c. Ex prefationibus enim colligitur finis, seu finalis intentio disponentis. l. fi. & quod ibi per omnes. ff. de heredi. institu. Tum & quia. c. quia clerici. non loquitur in emente, vel alias acquirente ius patronatus cum licetia episcopi, vel alterius superioris: dicta vero fundatio, cum dicta reseruatione facta est sub presentia, & de consensu dicti reuerendissimi domini Archiepiscopi, vt iam dixi. Loquitur igitur. c. predictu in casu multum diuerso a casu occurrente: & sic non probat dictum Rofre. quia ex separatis no bene infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obliga. l. maritus. C. de dona. inter. vi. & vxo. & vulgata. l. Papinianus. ff. de minor. Esto igitur, vt fuerit Rofr. vir profecto doctissimus, & doctor egregius, non tamen videtur dicta eius opinio in hoc casu sequenda que ideo non probatur, per id quod not. Panor. in. c.
4 tua nos. de vsur. quia † in tantum stamus sententie magistrorum, quatenus probatur lege, vel ratione: vt not. Panor. in. c. j. versi. quarta species interpretationis quam per magistrum, de postula. prelat. & in. c. cum sint de deci. vbi ex multitudine authorum dicit non oportere nos iudicare: quia sepe sententia vnius etiam deterioris potest plures & meliores in aliqua arte superare: & ideo semper recurrendum esse ad rationes naturales, deficiente iure scripto allegando tex. cu gl. in. c. fi. de consue. & in. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tuto. & Jo. And. in. c. pastoralis. de fid. instru. Et idem voluit Panor. in. c. venietes. extra de censi. & in. c. querenti de offi. deleg. dicit etia alicubi Bal. cuius locu non teneo q vbi glo. aliquid dicit & no probat loquitur ex capite suo. Preterea cotra opinione Rofre. facit communis obseruatia, no vnius diocesis aut prouincie, quinimo, vt videtur totius vrbis, que videtur multu attededa, per id qd ponit Old. cosi. ccvij. exord. Uniuersis presentes literas, &c. prope fi. & post eu Alb. in. l. iubemus. versi. quid de tali cotractu, de quo questio fuit in Romana curia. C.
5 de sacrosanc. eccle. qui pro defensione † cotractus, qui videbatur multu suspectus de vsuraria prauitate, dicut q contractu huiusmodi, ab omni suspicione illiciti, reddit alienu regni Francie: imo fere totius mundi cosuetudo, secundu qua tales cotractus cotinue celebrantur. ar. l. si in emptione. §. j. ff. de cotrah. empt. & vedi. & l. veditor. §. si costat. ff. communi. pred. l. idipsum facit Bald. in. vnic. versi. iij. queritur ibi, & hoc facit ad questione. C. de his que pe. nomi. vbi loques de cotractu, etia de vsuraria prauitate suspecto dicit se cocedere illu esse licitu si in regione communiter frequetetur, & inter bonos seruetur, & apud mercatores na quia verisimile: ideo permissum arg. l. iij. §. fi. cum sua gl. ff. de eo qd cert. lo. facit p defensione dicte reseruationis. c. j. & quod ibi Jo. de Jmo. & Panor. de cohabi. cleri. & mulie. & c. cum Apostolus. §. prohibemus, de cesi. per quos tex. dicit Alb. in suo dictionario, in verbo patronatus post mediu post Ostien. alibi, q no solu potest pater idemq; patronus presentare

sentare filiū si alias est idoneus: sed etiā videtur idē ipse filius potius presentādus. Et sic nō debuit aut debet dicta reseruatio cēseri turpis, vel illicita, eo etiā q nō absolute, & simpliciter dictū est q clericus de genere, pro tēpore existens presentaretur: sed dictū est de clerico sufficienti: ad qd attendi debet quia non caro & sanguis videntur eum traxisse ad hanc reseruationē sed idoneitas seu sufficiētia illius qui de genere existeret de quo etiam verisimiliter potuit melius sperare, vt & pro ipsius & predecessorum animabus funderet preces deuotas. arg. c. anime defunctorū. xiij. q. ij. Possent & alia pro hac parte allegari, sed quia ad doctiorē imo doctissimum est mihi sermo & quia non facerēt pro defensione consulentis vlterius non prosequor nisi quod respondendo ad primum quesitum dico venerabilem virum dominum Anto. Marelum, qui vt supponitur: non est de genere: q̄uis virum bene probatum, honestum, & alias vt audio, plurimum idoneum non esse instituendum, & hoc
6 ratione defectus qualitatis requisite: nec † obstat q a maiori parte, &c. quia licet in his que sunt plurium vt vniuersorum possit maior pars preiudicare minori. pro eo: quia id quod fit ab ea videtur fieri ab omnibus. l. quod maior cum suis simi. ff. ad municipa. & quod not. Ostien. & docto. in. c. cum omnis. de constitu. Secus tamen in his que sunt plurium vt singulorum: vt in casu. l. per fundum. ff. de serui. rusti. predio. quod etiam voluit Inno. & docto. in dicto ca. cum omnis. nec puto q supposita contradictione cōpatronorum posset reuerendissimus do. &c. vel reuerendus do. vicarius dispensare, & dispensatiue ad supplicationem presentantium instituere dictum do. Marelum, per ea que superius dixi. Et per hec patet respōsio ad duas primas questiones. ¶ Ad tertiam dico & respondeo q licet gloss. in. l. j. ff. de proba. videatur velle q de genere dicātur esse illi qui sunt agnati, non autem cognati: tamen Bal. ibi voluit contrarium, scilicet q appellatione eorū de genere veniāt etiā cognati: Pro quo est bonus tex. in auth. de ince. nu. §. sancimus. super verbo genere. iuncta gloss. que exponit id est consanguineus meus. Et licet consanguineorū appellatio non sit vsquequaq certa prout colligitur ex his que not. glo. Bar. Jo. de Jmol. & Alex. de Jmol. in. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. here. & Alex. de Jmo. cōsi. lxxxij. in primo volumine tamen ex tex. & gloss. colligi potest quo modo accipiatur verbum generi. Preterea allegat Bald. pro eius dicto bonū tex. in auth. de manda. princip. §. oportet autem iuncta glos. super verbo generi: vbi exponit gl. verbum generi, id est agnatis & cognatis. Et hec pars videtur verior. ¶ Ad quartum dico & respondeo breuiter & succincte q cum etiam descendens per lineam femininam: dicatur esse de genere, vt predixi, ille si fuerit per maiorē partem patronorum presentatus, videtur esse instituendus, nisi aliud sibi obstet, vtpote defectus etatis, vel aliud, propter quod presentari non potuisset. Que dixerim, &c.

¶ Rubrica, De feudis. ¶ Epitome. ¶ Consi. cccxxx.

¶ Vendito Castro etiam per inferiorem a principe, venditum censetur merum & mixtum imperium quod habebat venditor. A. F.

1 ☞ Renatus Rex prouincie & Forcalquerij Comes.
2 Jnuestiendi verbum quid importet: & reseruatio superioritatis, scilicet feudum.
3 Castrum alienans an merum & mixtum imperium alienare videatur.



1 Quanuis In cōcessiōe, quā anno domi. M. cccc xlij. & die xix. mēsis Aprilis. fecisse legitur bone memorie Jllustrissimus do. Rex Renatus, † pro tēpore comitatuū prouincee & Forcalquerij Comes magnifico quondam viro Guilielmo de Agurto domino de Cyperijs de mero & de mixto imperio, & omnibus Caualcatis & Albergijs, & omnibus iuribus, quas & que idem domi. Renatus, seu curia eius habebat, & percipiebat in & super Castro inhabitato de Sertolis patrie prouincie, cū omnibus potestatibus authoritatibus, iurisdictionibus, & actionibus, eidem do. Comiti & dicte eius curie super castro huiusmodi tūc debitis & debendis, & ad eandem eius curiam spectantibus, & pertinentibus: quouismodo vsus extiterit idem illustrissimus domi. Renatus, verbo donationis pro eo quia dicit damus, donamus, tradimus, & ex causa donationis. proprij, non motus instinctu, tenore presentium concedimus. Puto tamen quod huiusmodi cōcessio nō fuerit donatio simplex, sed donatio ob causam & proprie concessio feudalis seu infeudatio pereūdem domi. Renatum facta, dicto nobili Guilielmo. de predictis mero & mixto imperio & alijs prementionatis. Pro eo quia actus dubij qui habēt inter se multam similitudinem & quorum natura est fere similis dignoscūtur, & diuersificantur ex signis vt patet in testamento quod dignoscitur & diuersificatur a codicillo per institutionē heredis, vel per exheredationē. l. nō codicillū. C. de test. & l. illud. §. tractari. ff. de iur. codic. idē facit in donatione causa mortis que ex signis dignoscitur & diuersificat a donatione inter viuos. l. Seya. ff. de don. cau. mor. & l. Seia. ff. de dote preleg. & cōtractus emphyteuticus dignoscitur & diuersificatur ex signis, ab emptione & venditione, ac locatione & conductione. §. adeo. instit. de loca. Sed in concessione predicta sunt signa feudi seu infeuda-
2 tionis: pro † eo qui a ibi ponitur verbū, inuestientes: quod importat feudi acquisitionem. c. ij. in fi. de feud. cogni. & c. j. quod precedere debeat inuistitura, aut. fidelitas. Est etiam aliud signum, pro eo quia idē illustrissimus do. Renatus sibi & dicte curie reseruauit superioritatem, quam habere debebat in & super dicto castro de Sartolis, prout habebat in alijs terris, & castris dicte patrie prouincie ratione maioris eius dominij, & sic censetur reseruasse dominium directum, & trāstulisse solum vtile, quod fit in concessione feudi: per illam enim in vassallum transfertur solum vtile dominium, directum autem remanet apud concedentem. c. j. §. rei autē. de inuest. de re. ali. fac. c. vnico. in verbo, vtiliter. de controuer. inter vassal. & alium de benefic. & puto q de hoc non sit dubitatio in partibus illis. Quo supposito respondeo q in dictis mero & mixto imperio, & alijs prementionatis potuerunt succedere iuxta feudales constitutiones filij masculi dicti nobilis Guilielmi, & alij liberi masculi & per masculos ab eo descendētes: per id quod habetur in. c. j. §. cum vero Conradus. qui feud. da. pos. non autem alij, etiam si illi fuissent fratres nobilis Guilielmi, postq, quoad eos feudum predictum non potuisset dici antiquum, sed nouum. d. §. cum vero. versi. in autem vnus ex fratribus. & hec de iure feudorum. Si vero aliud de cōsuetudine obseruetur prout in regno, in quo secundum Joan. Fab. in authen. ingressi. C. de sacro sanct. eccles. feuda sunt redacta ad instar patrimonialium, & idem in Dalphinatu consuetudo huiusmodi esset attendenda. l. ij. C. de noxal. l. venditio. §. si constat. ff. communia pred. l. viri. §. penult. ff. de muner. & honor. l. saecularij. §. quedam. ff. de extraordi. crimin. Et si de consuetudine huiusmodi etiam possint in partibus illis feuda vendi & castrum predictum venditum extiterit, cum mero & mixto imperio, & alijs predictis suis iuribus: existimo q emptor istis vti potest, quemadmodum alijs iuribus sibi venditis. Si vero de huiusmodi mero, & mixto imperio, & alijs predictis mentio facta non esset, vel in specie, vel saltem in genere, tunc inci-
3 deremus in illam questionem, an † concedens vel alienans castrum censeatur etiam concedere, seu alienare merum & mixtum imperium, in qua questione doct. in. c. j. de capitaneo qui curi. vend. tenent q si concessio seu alienatio huiusmodi, quia per principem & titulo donationis, tunc trāseunt etiam merum & mixtum imperium. Quod etiam ante eos voluit Oldradr. in consilio ibi communiter allegato: & idem sensit Bart. in inferiore vendente in. l. inter eos. ff. de acquiren. rer. dom. & idem post Jacob. de Are. in. l. qui vsumfructum. ff. de verb. oblig. q voluit Bald. in vendēte castrum in. l. si plures. versic. sed antequam vendita curia, &c. C. de cond. inser. & do. Prep. in. d. c. vnico. vers. & idē dicit Bald. in vendente, &c. de capit. qui curi. vend. in quibus locis volunt doct. prefati q vendito castro censeatur vendita iurisdictio: & quanuis isti loquantur in iurisdictione idem tamen videtur in mero & mixto imperio: quia hec omnia videntur adherere administrationi quam quis habet ratione territorij. l. fin. C. vbi & apud quos: in inte. rest. postu. & l. quicunq. C. de fun. limit. lib. x. & hoc vtpote adiacens, siue coherens. l. creditor. §. vlt. ff. de ac. emp. l. prediis. §. balneas. & §. qui domum. & §. fin. ff. de leg. iij. & l. Seie. §. tyranne. ff. de fun. instruc. & hoc ad similitudinem eorum, que debentur ad rem, vel que debentur rei, que rem ipsam concomittantur quomodocunq alienentur. l. via cōstitut. §. quicunq. ff. de seruitut. rustic. pred. & l. si aliena. §. j. ff. de vsucap. Si igitur esset castrum venditum, saltem cum ter-

ritorio ⁊ emptor de illis inuestitus existimarem si aliud nõ obesset, ꝙ etiam censeretur venditum merum, ⁊ mixtum imperium. Optarem tamen pro pleniori informatione videre instrumentum venditionis. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De procur. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxxxj.

¶ Procuratore sine mandato vel legitima substitutione comparente, processus nullus est, ⁊ consequenter sententia de eo lata. A. F.

1 ☞ Procurator an ante receptum mandatum exercitium habet gerende rei.



PRocessus Duduz ceptus per ⁊ inter vniuersitatẽ, seu syndicos, vel pretensos actores vniuersitatis oppidi, seu castri de Casteleto actores ex vna parte: ac nobilẽ ⁊ generosam mulierem dominam Joãnam, de Villanoua, tutricem, ⁊ administratricẽ, ac tutorio, ⁊ administratorio nomine nobilis ⁊ generosi viri Ludouici de Castilione domini de Bedenis ⁊ dicti castri de Casteleto, ⁊ sententia super processu huiusmodi promulgata in fauorem dicte vniuersitatis, ⁊ cõtra dictã domi. tutricẽ ⁊ administratricẽ seu prefatum nobilem Ludouicum de Castilione, fuerunt, ⁊ sunt nulli, ea signanter ⁊ maxime ratione, quia egregius quondam vir do. Honoratus Blancardi, qui pro eadem vniuersitate interuenisse dicitur non habuit mandatum: non ergo valuit sententia huiusmodi. l. licet. ff. de iudi. ⁊ l. licet. C. de procura. Quanuis enim in discursu dicte cause, producta extiterit parte dicte vniuersitatis quedam pretensa actoria inserta in processu prime instantie. fo. vj. non tamẽ reperitur in ea nominatus dictus do. Blancardi, nec suffragatur dicte vniuersitati ꝙ in actoria huiusmodi nominatus extiterit egregius vir do. Antonius Guilelmi, qui vt pretenditur ꝙ post actorum huiusmodi ⁊ iuxta facultatez sibi concessam, substituerit nobilem do. Blancardi ⁊ hoc, de anno domi. M. cccccj. ⁊ die. xxij. mẽsis Februarij. prout apparere pretenditur per literas testimoniales in hac causa productas, ⁊ insertas in processu eius secunde instantie, ⁊ fo. illius. xlj. Quoniaz respondeo, ꝙ, vt mihi refertur, dicte litere testimoniales, non fuerunt ad vnguem ⁊ iuxta veritatem extracte pro eo, quia, vt dicitur appareret, tam per schedam seu protocolum huius pretense substitutionis, ꝙ per alias testimoniales literas. alias per eundem notariuz cõtractas, dictus do. Guil. non substituit generaliter, put eum fecisse pretenditur in literis testimonialibus: parte dicte vniuersitatis in hac causa productis: sed facta commemoratione vnius, aut duorum suorum principalium, seu clientulorum substituit in quibusdam eorum causis, propter quod iuridice pretendi non potest, ꝙ dictus Blancardi substitutus extiterit etiam in causis vniuersitatis: quinimo nec hoc pretendi posset, etiam si in illa asserta substitutione, non fuisset facta mẽtio de causis, in quibus idem do. Guil. substituebat: quia ex eo solo, ꝙ cõmemoratione facta ꝙ procurator existeret illius, seu illorum clientulorũ, quos tunc nominauit, presumitur ꝙ in causis illorum ⁊ tanꝙ eorum procurator substituerit, non vt procurator vel nomine aliorum quorum non ibi meminit, ⁊ quorum mandata, ⁊ signanter predicte vniuersitatis nondum receperat quia ex eo solum, ꝙ facta per do. Guil. cõmemoratione ꝙ procurator existeret illius, seu illorum clientulorum, quos tunc nominauit, presumitur ꝙ in eorum causis, ⁊ tanꝙ eorum procurator substituerit, non vt procurator vel nomine aliorum quorũ non tũc meminit. l. fi. ⁊ quod ibi Bart. ff. de institu. actio. ⁊ l. cũ post. §. j. ff. de administra. tut. ⁊ l. post dotem secundũ lecturã Dy. ff. solu. matri. per que iura videtur probari, ꝙ si facta cõmemoratione officij procurationis ego aliquid faciam, ego illud facere censeor procuratorio noĩe illius cuius me dixi procuratorẽ: quod etiã voluit glos. in. l. post mortem. §. j. ff. quan. ex fac. tuto. idem voluit Jo. And. in addi Specu. tit. de procu. in rubric. ad fi. Bar. in. d. l. fi. ff. de instito. ⁊ in. l. j. §. nuntiatio. ver. quero quid si procurator nũtiat non tamen dicit procuratorio noĩe. ff. de ope. noui nuntia. vbi etiam. ver. in glo. in verbo aliena. ⁊c. hoc voluit Alex. de Jmo. multos inducens: ⁊ idem voluit ibi do. Jason May. versicu. secunda conclusio. qui pro hoc allegat glo. fi. in. l. quacunꝙ ratione. ff. de procura. vbi etiam hoc voluit Arg. ⁊ dictã gl. reputat singularẽ Bal. in. l. j. ad fin. C. de sentẽ. ⁊ interlo. omniũ iudi. Censetur igitur dictus do. Guil. substituisse procuratorio nomine, illius seu illorũ clientulorũ: quorum tempore substitutionis huiusmodi se commemorauit procuratorem, non autem aliorũ: ⁊ signanter dicte vniuersitatis cuius mandatũ nondum receperat: quinimo nec apparet: ꝙ tempore dicte substitutionis habuerit notitiam dicti pretensi mandati, ⁊ ita nomine illius substituere non poterat: vt voluerunt do. de Rota decisio. cxlv. exordiẽ. Si procurator ad certam causam. Preterea supposito citra preiudicium veritatis, ⁊c. quinimo nec apparet ꝙ tempore substitutiõis huiusmodi vel ante eam haberet, vel habuerit illius notitiã: pro quo allegasse sufficiat id quod notat Joan. An. in addi. Spec. tit. de procurat. in rub. Bart. in. l. j. §. nuntiatio. ff. de oper. noui nunt. vbi Alexander de Jmola versic. in gl. in verbo, aliena, ponit multas remissiones. Preterea supposito citra preiudicium veritatis ꝙ dictus dominus Guilielmus substituisset non solum in causis illorum duorum clientulorum, sed etiam in causis predicte vniuersitatis: quia tamen non apparet dictum dominum Blancardi vllo vnꝙ tempore suscepisse mandatum dictarum constitutionis, ⁊ substitutionis quinimo nec de eis, aut earũ altera habuisse notitiam non valent gesta per eum. arg. c. super eo. de appellat. ⁊ l. obseruare. ff. de offic. proconsul. que iura loquentia, tamen in iudice dicunt eum ante receptum mandatum non habere exercitium iurisdictionis. iuxta not. per doct. in. c. ex conquestione, de restit. spol. ad quod facit. l. quero. ff. de eo qui pro tuto. l. qui erat. circa finem. ff. famil. ercisc. l. lecta. ⁊ l. eius qui in prouincia. ff. si cert. pet. in quibus habetur ꝙ quis scire debeat conditionem sue persone, an scilicet sit procurator aut tutor seu heres, ⁊ quod procurator nõ habeat exercitium procurationis ante susceptum mandatum: tenuit glos. in cle. j. super verbo receptis. vbi etiam dominus Card. Floren. ad fin. de procurat. Spec. in addi. Spec. tit. de procurat. §. j. vers. quid si procuratorium. Archid. Joan. And. in nouella, ⁊ doctor. magis communiter in. c. is qui. de procura. in. vj. Bartol. consil. lxxij. exordiente, Queritur vtrum procurator constitutus, ⁊c. Bald. in. l. falsas. versic. sed pone. C. de fal. Alexander de Jmola in. l. multum interest. versic. simile dicitur in procuratore. ff. de condit. ⁊ demon. ⁊ Joan. de Jmola in. l. qui in domini. ff.
1 de testamẽ. Et † supposito citra preiudicium veritatis ꝙ aliqui voluerunt ꝙ etiam ante susceptas literas mandati, procurator habeat exercitium procurationis: doct. tamen communiter conueniunt ⁊ concordãt in hoc ꝙ exercitium huiusmodi non habeat ante habitam notitiam de mandato: ⁊ quidem non a quolibet, sed a constituẽte, vtpote per ipsius nuntium, vel epistolam, vel alias vt quia sibi dicit: pro quo allegasse sufficiat id quod voluit Bar. in. d. consil. lxxij. ⁊ Joan. de Jmola in. d. l. qui in domini. qui hoc bene probauit. Cum igitur non appareat prefatum dominum Blancardi ante processum predictum, quinimo nec post recepisse mandatum seu literas dicte pretense substitutionis: quinimo nec de huiuscemodi asserta substitutione habuisse notitiam mediante epistola domini aut nuntio, vel ab alio quocunꝙ referente non habuit idem do. Blancardi exercitium procurationis, ⁊ ita non valuit processus: ⁊ consequẽter nec sententia lata in fauorem dicte vniuersitatis. que dixerim addẽdo alijs, parte dicti do. de Bedenis, seu prefate domine Joanne tutricis ⁊ tutorio nomine eiusdem iam in hac causa allegatis.

¶ Rub. De fideicommis. ¶ Epitome. ¶ Consi. cccxxxij.

¶ Grauare te in bonis tuis proprijs pater tuus te potuit, si eius hereditatem acceptasti. A. F.

1 ☞ Donata propter nuptias de hereditate prius capiẽda.
2 Pater de rebus per filium ex dotalibus pecunijs acquisitis quatenus disponat.



MUlta Sunt de quibus querit honorabilis vir Honoratus Ferrerij, ⁊ super quibus non possum, propter temporis breuitatem, plene ⁊ pro nutu respondere: dicam tamen aliquid, sub correctione cuiuslibet domini melius sentiẽtis: ⁊ salua pleniori deliberatione alias cũ temporis opportunitate facienda. Et primo ad primum dico ꝙ cũ tã ipse Joannes

Joannes, ꝙ Thomas eius frater sint creditores honora-
bilis viri Joannis Ferrerij eorum patris ⁊ ex titulo dona
tionis seu donationum cōtemplatione matrimonij ⁊ pro-
1 pter nuptias sibi factarum, ipsi ⁊ eorum quilibet sint rece-
pturi super bonis ⁊ hereditate dicti Joānis, patris, ⁊ post
mortem illius duo mille ⁊ quingentos ducatos auri vltra
⁊ preter legitimam, ⁊ quotam portionem, quam ipsi, ⁊ eo-
rum quilibet habere possent in bonis, hereditate ⁊ iuribus
eiusdem nobilis Joannis Ferrerij in casu super existen-
tium liberorum masculorum, ex testamento vel ab intesta-
to poterit dictus Honoratus post mortem ipsius Joānis
fratris primo petere recipere super bonis, ⁊ hereditate
predictis summam predictam duorum mille ⁊ quingento-
rum ducatorum auri: deinde vero similem summam pete-
re ⁊ recipere poterit dictus Thomas secūdus don tarius
⁊ post hoc si contingat hunc Joan. patrē ab humanis ⁊ in-
testatū decedere superstitibus duntaxat istis duobus ma-
sculis, ipsi sibi ⁊ inter se diuident residuum, si quod sit
equis portionibus. Si vero sint alij liberi dicti Joan. pri-
mi gradus, vel descendentes ex illis, qui primū gradū tene
rent si viuerent, ⁊ sic ab intestato dicto Jo. succederent. au
then. de heredi. ab intesta. §. j. coll. ix. ⁊ transumptiue in au-
then. in successione. C. de su. ⁊ legi. libe. scz, ꝙ omnes sibi ⁊
inter se diuident residuum: Si vero contingat hunc Joā.
decedere testatum, poterat ipse Honoratus vltra ⁊ preter
summam predictam duorum mille ⁊ quingentorū ducato-
rum petere ⁊ habere illud quod sibi relinquet. Et si contin
geret eundem Jo. relinquere minus legitima, poterit ipse
Honoratus petere supplementum illius cum in ea graua
ri non possit. l. omnimodo. l. quoniā in prioribus. ⁊. l. sci-
mus. in prin. C. de inoffi. testa. ⁊ authen. vt cum de appel. co
gno. §. ceterum. coll. ix. ¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo
2 ꝙ bona ꝗ acquisita per dictum Honoratum suo ipsius pro
prio nomine ex dote vxoris, ⁊ ex centū florenis inibi men-
tionatis ex sua industria fuerūt eidem Honorato acquisi-
ta, ⁊ facta sui ipsius. l. cū oportet in prin. ⁊ quod ibi per scri-
bētes. C. de bo. que lib. Et ita nō potest pr̄ tanꝗ̄ pretendēs
bona huiusmodi esse sua, illa auferre prefato Honorato,
nec alias de illis disponere: nisi prout potest quis de bonis
sui heredis, ⁊ qui postea acceptat hereditatem disponere:
iuxta ea que habentur in. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de
lega. ij. ⁊ in. l. cum a matre. C. de rei ven. ¶ Ad tertiū dico ⁊
respondeo prout supra proxime. ¶ Ad quartum dico ⁊ re-
spondeo ꝙ dictus Jo. est vsufructuarius bonorum per di-
ctum Honoratum acquisitorū. d. l. cum oportet. in prin. ibi
sed vsqꝫ ad solum vsumfructum. Et ita poterit idem Jo.
de fructibus per eundem perceptis, vel qui postea percipiē
tur de dictis bonis disponere testando, vel alias prout de
alijs bonis suis. ¶ Ad quintum dico ⁊ respondeo ꝙ quē-
admodū testator potest grauare eius heredē in bonis pro-
prijs sui ipsius heredis, ⁊ illa alteri legare vel alias in illis
subitituere vt dicta. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de lega.
ij. l. imperator. per totum. ⁊ maxime in. §. cum quidam. ff. de
lega. ij. ⁊. l. ex facto. in principio. versi. Julianus quoqꝫ. ff. ad
treb. ita poterit dictus Jo. pater in testamento, vel codicil
lis grauare dictū Honoratum si eum heredem instituat: ve
runtamē non cogetur ipse Honoratus se immiscere pater
ne hereditati vel eam acceptare: propter quod consulo ꝙ
habita notitia testamenti prefati Jo. patris: dictus Hono
ratus antequā se immisceat paterne hereditati, vel illā ac-
ceptet, consulat viros peritos super agēdis pro hoc facto,
qui informēt de dictis donationibus, deqꝫ valore bonorū
dicti Jo. patris insuper ⁊ de valore bonorum acquisitorū
per dictum Honoratum, ⁊ de tenore testamenti eiusdem
Jo. consulant ipsi Honorato quid agere debeat ⁊ quomo-
do se habere debeat circa immissionem, aut repudiationē
paterne hereditatis. ¶ Ad sextum dico ꝙ cum, vt existi-
mo, dictus Honoratus non sit emācipatus, vel a nexibus
paternis liberatus ⁊ bona supramentionata ⁊ per eum ac-
quisita sint bona aduentitia ⁊ sic sibi acquisita, ⁊ non bona
profectitia: non poterunt alij liberi dicti Joā. petere bona
huiusmodi conferri aut sibi cōmunicari nec tanquā here-
des patris poterunt pretendere se habere partem in illis
cum, prout dixi, illa non sunt patris, sed dicti Honorati.
Et quod nō possint petere illa conferri, allegasse sufficiat
id quod habetur in. l. fin. C. de colla. ⁊ not. per docto. ⁊ ma-
xime per domi. Jas. May. in. l. si emancipati. C. eod. titu.
Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini me
lius sentientis.

¶ Rubric. De contrahen. emptione. ¶ Consi. cccxxxij.
¶ Epitome.

¶ Vendidi tibi cum clausulis constituti ⁊ constitutionis
precarij hortum: quem deinde alij etiam vendidi ⁊ tradi-
di. Tu alio potior eris in horto. V. F.



Uia In instrumēto vēditionis, quam
fecisse legitur Martinus Nico-
lai, alias Godet, honorabili viro magi-
stro Bernardino Pictauini, d quodā tūc
suo ipsius Martini horto inibi mentiona
to, ⁊ tunc per eum possesso: fuerunt posite
clausule constituti, ⁊ cōstitutionis precarij: per quas appa-
ret dictum Martinum venditorem constituisse se tenere ⁊
possidere nomine dicti emptoris hortum premētionatum,
insuper ⁊ illum tenere ⁊ possidere precario nomine eiusdem
magistri Bernardini emptoris: fuit ⁊ est ipse magister
Bernardinus in iure potior: pro eo q̄ per dictas clausulas
cēset dictus Martinus hortū predictū saltē ficte tradidisse
dicto magistro Martino, ⁊ per illas transtulit in eum do-
miniū ⁊ possessionē dicti horti: pro quo allegasse sufficiat
l. certe. §. j. vers. proprie possidere videor. ff. de precario. per
quem text. hoc voluit Bart. in. l. ab emptione. circa finem.
ff. de pact. ⁊ Bald. in. c. item inuestitura. de natura feu. ⁊ ꝙ
per constitutionem precarij trāsferatur dominium ⁊ pos-
sessio. not. in. l. ꝗuis. §. si cōductor. ⁊. l. quod meo. in princ.
⁊. l. interdum. in prin. ff. de acquir. posse. de quo Bal. in. l. j.
q. ij. C. quan. lice. ab empt. discedere. ⁊ in. l. qued am. post gl.
ibi. ff. de reiuend. ⁊ Ang. in. d. l. quamuis. ⁊ ꝙ per constitu-
tum aut constitutionem precarij transferatur dominium,
⁊ possessio, ⁊ sic quod res saltem ficte dicatur tradi: voluit
Guid. de Suza in. l. fi. C. de sacro sanc. eccles. Joan. And.
in addi. Spe. ti. de empt. ⁊ vend. §. sciendum. versicu. ⁊ no.
ꝙ si quis. Ant. de But. in. c. cum venissent. de restitu. spol.
⁊ alij multi relati per do. Jason. May. in repet. l. quoties.
versic. quinto principaliter limita. C. de reiuend. supposito
igitur citra preiudicium veritatis ꝙ dictus Martinus
hortum predictum post dictam venditionem, ⁊ pretiū sibi
solutum vendidisset ⁊ realiter tradidisset cuidam Joanni
Eminij, esset nihilominus dictus magister Bernardinus
in iure potior, propter factam traditionem: ⁊ iste est casus,
in quo secundum doctor. non habet locum. d. l. quotiens.
C. de reivend. Que dixerim sub correctione cuiuslibet, ⁊c.

¶ Rub. De testa. ¶ Epitome. ¶ Consilium. c xxxiij.

¶ Testamentum non valet, in quo testator loqui non po-
tuit, ⁊ heredem nominare: quamuis duo testes non descri-
pti, nec ad id vocati ad sex descriptos non se referētes ali-
ter asserant. V. F.

1 ☞ Intellectus sine corpore nihil agit: nec anima magis
dicitur intelligere, quam nere aut texere secundum Ari-
stotelem.



Idi Processum cause cepte per ⁊ in-
ter honestam mulierē Mariam
relictam quondā prouidi viri Gaudicho-
ni Richardi ex vna parte, ⁊ honorabilem
virum Antonium Lamberti ex alia. In
quo inter cetera pro intentione predicti
Antonij fuerunt producti certi articuli seu positiones: in
quibus multa deducuntur, ⁊ inter alia ꝙ dictus quōdam
magister Gaudichonus eo tempore quo pretenditur con-
didisse testamentum, ⁊ illud publicasse, seu publicari fecisse
per venerabilem virum dominum Antonium Capelle
presbyterum ⁊ assertum notarium: ⁊ ante tempus publica-
tionis huiusmodi perdiderat visum ⁊ facultatem loquen-
di quodqꝫ nullum ex pretēsis testibus sciuit aut potuit no-
minare, insuper ⁊ ꝙ illos non cognouit, ⁊ ꝙ interrogatus
an illos cognosceret, nihil respōdit: postremo ꝙ per quē-
dam ex apparentibus interrogatus anteꝗ̄ loquelam, seu
loquendi facultatem perdidisset, nihil respōdebat ad pro-
positum; quinimo totum contrarium eorum, de quibus
interrogabatur; que si vera essent proculdubio dictum pre-
tensum testamentum fuisset ⁊ esset nullum, quinimo ⁊ nul
lum extitisset, ⁊ esset, si perdidisset loquelam, seu loquendi
facultatem, ita ꝙ articulate, hoc est intelligibiliter non lo-

queretur tempore predicti testamenti, et hoc secundum cõmunem opinionem scribentium in l. iubemus. C. de testa. ubi tenent communiter omnes scribentes, quod licet ad validitatem testamenti nuncupatiui sufficiat quod sub presentia testatoris expresse approbantis, sufficiat quod notatarius exprimat nomen, seu nomina heredis, vel heredum: hoc tamen limitatur ut non procedat eo casu quo testator non potest loqui articulate, hoc est intelligibiliter: quia isto casu testamentum est nullũ, et habet locum quod in dicitur predicta. l. iubemus. C. de testamen. scilicet quod testator sit mortuo similis: et ideo quãuis testator tunc interrogatus si talẽ vel tales heredes instituat, respõdeat sic, ita nõ valeret testamẽtum quia tunc si sequeretur ab eo an hominem occiderit, responderit sic cum sit extra memoriam, nescit quid loquatur, et ut dicit Bal. in l. cum non solum. circa fin. principij, unus sic laborans presumitur non habere animi cõsilium
1 quia corpore penitus deficiente deficit intellectus: quia† intellectus sine corpore nihil agit: ut dicit Aristoteles in primo de anima: quẽcunque enim intelligentem necesse est phãtasmata speculari, et qui dicit animam intelligere dicit animã texere. Si ergo erat predictus magister Baudichonus tempore dicte publicationis adeo pressus ut articulate loqui non posset, non valet predictum testamentum etiam si sub presentia illius dicti domini Cabesse dixerit et expresserit eundẽ magistrum Baudichoni heredes suos instituisse dictos Anto. Lamberti, et Mariam nepotem et uxorem: quinimmo plus dicit et sentit do. Jas. May. in d. l. iubemus ver. ergo tamen cõtra cõmunem sententiam quod si testator posset articulate et intelligibiliter loqui, non sibi refert quod notarius eo presente audiente et intelligente dicat, et exprimat quod talis, pone magister Baudichonus instituit, et nominauit eius heredes universales prefatos Anto. et Mariã, sed opus est quod idem testator illos ore suo proprio exprimat et nominet: nisi legitime constaret quod antea idẽ testator notario precepisset quod ipse instituebat talẽ et talem heredes suos, etc. Et ex premissis satis patet an spectabilis do. iudex palatij processerit et in repellendo articulos predictos, et pronuntiando super immissione in possessionem et eo maxime quia in instrumento pretensi testamenti non est descriptus sufficiens testium numerus, cum non sint nisi sex testes descripti: et tamen, ut alias dixi, requirũtur septem de iure cõmuni: nec videtur multum prodesse quod duo ultra et preter ibi descriptos fuerunt producti et examinati qui dixerunt se fuisse presentes in institutione predicti Antonij et Marie. Tum quia illi non deponunt de alijs pretensis testibus. Tum et quia non dicunt se fuisse adhibitos aut rogatos ut eidem testamento interessent: quod tamen videtur necessarium: per id quod voluit Specu. tit. de testib. §. j. versi. sed quid, et ver. seq. Bar. in l. diuus. ff. de testa. mili. et Ang. Are. in §. si. circa fi. institu. de testa. Primũ tamen fundamentũ magis mihi placet. Que dixerim, etc.

¶ Rubric. De natu. libe. ¶ Epitome. ¶ Consi. cccxxxv.

¶ Spurie filie, quã inefficaciter legitimaui, nimis pingue legatum feci: de iure ciuili nihil habebit de legato: Pontificio autem usque ad alimenta et congruam dotem consequetur, reliquo rationabiliter resecando. A. F.

1 ¶ Legitimationis instrumento litere vicecomitis palatini legitimantis an inserende, et quomodo.
2 Adulterinus filius an recte legitimari possit, et quomodo: ut adulterinus dicatur quid requiritur.
3 Stuprum est cum vidua honesta rem habere.
4 Clausula non obstãtie in rescriptis legitimationis an et quando apponenda.
5 Legitimatio exigit ut matrimonium esse possit inter parentes legitimandi filij.
6 Legatum spurio factum per patrem an et quatenus valeat: et quid si factum eius liberis: et si referetur, cui applicetur id in quo minuitur.



Ponitur In facto quod cum nobilis quondam vir Langerius Alineracij, loci insule Martij haberet uxorem legitimam scilicet honestã mulierem Sauretam ipse ex illicito coitu et accessu reprobato suscepit filiam spuriam nomine Annetam ex quadam tunc vidua, quam postea, anno scilicet domini M. cccc. et die. xviij. mensis Octobris, obtinuit legitimari a quodam venerabili viro domino Matheo Canela canonico et pretentore ecclesie Vigilẽs, pretẽso vicecomite, et cui successiue, anno scilicet domini M. cccccij. et die prima mensis Januarij in eius ultimo et nuncupatiuo testamento legauit et reliquit multa et varia bona castrẽtia, et dicitur ad valorem mille et quingentorum florenorum et ultra. Ubi etiam subiunxit et voluit quod dum et quando dicta Aumelia eius pretensa filia matrimonio collocaretur, possit et valeret honestus vir Joan. Aynardi eius nepos ex sorore, et heres universalis oĩa bona dicte Jaumete legata retinere, seu recuperare, dãdo eidẽ Jaumete mille et quingẽtos florenos per solutiones et terminos inibi designatos. Quesitũ est an legatũ huiusmodi valuerit, et valeat. ¶ Super quo imprimis et ante omnia oĩbus hominibus videtur inquirendum an legitimatio predicta eidem Annete suffragetur ad validitatem dicti legati, seu dictorum legatorum. Ad quod respõdeo, sub correctione cuiuslibet domini me-
1 lius sentientis, quod non: tum† quia non apparet de literis apostolicis et breuibus in instrumẽto, seu literis dicte pretense legitimationis mentionatis, etiam si ille dici valeãt, seu possint fuisse inserte in dicto asserto instrumẽto, seu in literis legitimationis: pro quo allegasse sufficiat authen. si quis in aliquo: et quod ibi per scribentes. C. de eden. et quod notant doctor. in c. cum in iure peritus. de offic. delegati. et Panor. in c. abba. de verbor. signif. tum et quia cum dicta Anneta procreata seu genita extiterit ex dicto Langerio tunc habẽte legitimam uxorem, ipsa censetur procreata ex adulterio. c. nemo sibi blãdiatur. xxxij. q. iiij. quod etiam satis presupponit Oldrad. consil. ccxlvij. exord. Factum tale est, quidam rex ad supplicationen cuiusdam nobilis legitimauit, etc. Joan. And. in addit. Specu. tit. qui filij sint leg. in rub. versic. quero si natus ex patre uxorato et matre nupta alteri, Alexand. de Imola. consi. lxij. exord. Aflumam in consultatione premissa, etc. in primo vol. et consilio. cxcv. exord. Nobilis vir Flauius, etc. in ij. vol. et Alb. C. de natu. liber. super rub. versic. an legitimatio sit surreptitia quãdo
2 legitimatur adulterinus ex utroque parente, etc. in† quibus locis querentes et disputantes doctor. prefati de legitimatione facta de filio adulterino et procreato ex patre habẽte uxorẽ et matre habẽte maritũ an valeat si in ea dũtaxat expressum extiterit, quod huiuscemodi filius esset adulterinus, seu ex adulterio procreatus: an vero sit opus exprimere species spurietatis, scilicet quod mater habuerit virum et pater uxorem: dicunt quod in hoc fuit duplex, seu binum adulterium, scilicet viri habentis uxorem legitimam, et mulieris habentis virum: et ideo fuit duplex funiculus, qui difficilius rũpitur quam unus. c. j. de treu. et pa. c. cetrum. de rescrip. c. ex multiplici. de deci. et alijs iuribus: per que inducunt, que non refero et concludunt opus esse ad validitatem legitimationis huiusmodi oportuisse exprimere illum filiũ fuisse adulterinum et procreatum ex patre uxorato, et matre alteri nupta: alias lgitimatio utpote surreptitia non valet: et hoc etiam voluit Panor. in c. per venerabilem. versic. his premissis quero de solennitate qui filij sint legitimi. Roman. consilio. cccxvj. exordiente, In presenti consultatione: in qua queritur, etc. versic. quarto probatur, et in l. si vero. §. de viro. in. xxxj. fal. ff. sol. ma. et Ant. de Rosse. in suo tractatu legitimationis, versic. modo videamus de causa formali. Sentiunt igitur omnes isti quod procreatus ex patre uxorato, et matre soluta, dicitur et est procreatus ex adulterio: quãuis non ex bino: pro eo quia non ambo parentes erant coniugati sed unus duntaxat, scilicet pater, alias enim adulterinus procreatus ex patre et matre adulteris, et coniugatis non esset procreatus ex bino adulterino, sed unico ratione scilicet matris: cuius contrarium sentiunt doct. prefati in locis preallegatis: non est autem dubium quin procreatus ex adulterio censeatur et sit procreatus ex cobitu dãnabili. ¶ Preterea si mater huius Annete, que tempore conceptionis illius dicitur fuisse vidua, non erat meretrix, sed
3 † alias viuebat honeste, fuit cum ea commissum stuprum. l. inter liberas. §. lex Julia. ibi stuprum vero. et l. stuprum. §. adulterum. cum suis similibus. ff. de adulter. Certum est autem quod stuprum etiam est cobitus lege damnatus: per id quod notat Salic. in l. eum qui duas. C. de adult. et Ang. Aret. in suo tractatu de malefic. super verbis, Che adulterato la mia dona, etc. versi. quero que pena est stupri. Non igitur videtur posse negari quin dicta Anneta procreata extiterit ex cobitu damnato, scilicet adulterino quoad patrem

trem: ꝛ stuprino quoad matrem, si, vt dixi, illa mater erat vidua ꝛ non meretrix. Quo fit, vt secundũ doct. in locis superius allegatis, debuerint huiusmodi spurietatis qualitates exprimi: quod quia factum non est, fuit dicta pretensa legitimatio, si de illa appareret surreptitia, ꝛ sic nõ valuit. Preterea dicta pretẽsa legitimatio vitiatur etiam ex alio: pro eo scilicet quia cum dicta Anneta fuisset procreata, prout dixi ex damnato coitu, ipsa erat prohibita legitimari per rescriptum: authen. quib. mod. nat. effic. sui. §. fin. collat. vij. vbi tales prohibentur habere participium legis: sed in eodem corpore inter ceteros modos legitimandi est onus qui fit per rescriptum. in authen. quib. mod. nat. effic. sui. §. si quis ergo. Cum igitur in fine illius authen. prohibeantur a participio illius. l. ipsi prohibiti videntur legitimari per rescriptum, propter quod videtur

4 † ꝙ in rescripto sit necesse expressam fieri mentionem de lege prohibẽte rescriptum, ꝛ sic apponi non obstantias legis, seu clausulam derogatoriam: quod etiam voluit Oldra. in dicto consilio cclvij. ver. ad tertiũ dubium. ꝛ idem fuit de mente Pe. de Ancha. consi. ccccxij. exordien. Primum dubium non est nouum, ꝛc. versi. ꝛ per ista superfluum relinquitur, vbi sentit ꝙ in priuilegio legitimationis spurij, sit facienda mentio specialis de lege derogatoria postquam precedit lex derogatoria voluntatis ipsius principis: attestatur enim se nolle tales legitimare quos etiam in tantum prosequitur ꝙ nolit filios appellari, dicto authen. qui. mo. natu. effi. sui. §. fi. de talibus enim legibus derogatorijs facienda est mentio expressa. c. nonnulli de rescrip. quod etiam voluit Specu. vt refert Jo. And. in. c. j. de resti. spolia. in. vi. ꝛ Cy. in. l. j. C. quan. impera. inter vidu. Cum igitur in dicta legitimatione non fuerit facta mentio specialis, quinimo nec generalis de lege derogatoria illa non valuit. Adijcio

5 † ꝙ etiam illa non videtur valuisse pro eo quia cum tempore ꝛ procurationis, ꝛ pretense legitimationis, viueret legitima vxor prefati Langerij ꝛ sic non posset matrimoniũ contrahi inter eum, vtpote habentem vxorem ꝛ matrem huius Annete, legitimatio de ea facta non valuit pro eo quia non fuit derogatum authen. preterea. C. de natu. lib. vbi dicit Ange. vidisse per illum text. multos legitimatos per comites palatinos elusos, quia non tenet legitimatio facta ab eis si non posset esse matrimonium inter eos, ex quo procreatus est filius illegitimus, nisi hoc dicatur in priuilegio legitimationis. ¶ Quibus presuppositis respondeo ad quesitum ꝙ dictum legatum non valuit dicto authen. qui. mo. natu. effi. sui. §. fi. ꝛ authen. licet patri ad fi. C. de natur. libe. ꝛ quod ponit Oldra. consi. cxcvj. exordien. Factum tale, ꝛc. quidam nobilis conuertit se ad quandam mulierem, ꝛc. ꝛ Albe. C. de natu. lib. in rubri. ꝛ alij in multis alijs locis. Et

6 hoc procedit de iure ciuili, de iure † vero canonico potuit ꝛ tenebatur prefatus Langerius eandem Annetã si aliũde non haberet vnde alimentaretur ꝛ dotaretur, alimentare, ꝛ dotare, ꝛ consequenter pro illius alimentis, ꝛ dote aliquid, ꝛ iuxta suas facultates in testamento relinquere. c. cum haberet, ꝛ quod ibi per docto. de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulte. ꝛ quod per illum text. not. Bart. ꝛ doctores in dicto authen. ex complexu. C. de ince. nup. Bart. in. l. si qui a liberis. §. vtrum. ff. de liberis agno. Barto. in. l. finali. ff. de his quibus vt indignis. Barto. ꝛ Raphael Fulgosius. in. l. fina. §. si a socero. ff. de his que in fraudem creditorum. Bald. consilio. cclxxxij. exordiente. Spurius non potest emãcipari, ꝛc. in secunda parte. Bal. Nouel. in suo tracta. iuris do. in. xvj. priuile. sexte partis. vbi, cum stante tali inopia, etiam si extet filia ex damnato coitu teneretur etiam alere, ꝛ domi. Joan. Baptist. in repetitione. l. si qua illustris. C. ad orphi. Si tamen legatum seu legata, per dictum Langerium relicta sunt excessiua, hoc est excedentia modum alimentorum, ꝛ condigne dotis, illa videntur posse resecari: per id quod not. Barto. ꝛ Raphael Fulgosius. in dicto. §. si a socero. ꝛ Bald. in. l. eam quam. versicu. pone dicit decretum, quod spurio possunt relinqui alimẽta. C. de fideicommissis. vbi dicit quod legatum relictum, valet vsque ad modum alimentorum, ꝛ non vltra. ar. l. Lucius. ff. de exercito. actio. quia causa certis finibus circunscripta effectum producendum limitat ꝛ restringit. l. si his qui. ff. de acquirend. posses. Et dicit Bal. in dicta. l. eam quam. quod legatum factũ filio spurio per eius patrem pro alimentis non trãsit ad heredes spurij, ꝛ quidem non ratione proprietatis, in qua non valet legatũ, nec ratione alimentorũ, quia illa cũ vita spurij alimentati finiantur. l. cum sit. §. si vni. ff. de transact. ꝛ. l. dominus. §. fi. ff. de vsuf. non nego quin testator possit legare ꝛ relinquere filio vel filie spurijs, pro eorũ alimẽtis, ꝛ pro dote spurie ꝛ post ipsorũ mortem eorũ liberis: per id quod not. Bart. in. d. l. fin. versic. quis erit ergo modus. ff. de his quibus vt indig. de quo per do. Joan. Bapt. in repetitione. d. l. si qua illustris. Et quia superius dixi post Bart. ꝛ Fulg. ꝙ legatum pro alimẽtis vel dote filio, vel filie spurijs per patrem relictum potest reseruari, quatenus est vel reperitur excessiuum potest dubitari cui applicetur hoc quod de legatis huiusmodi resecatur: vtrum videlicet fisco, vel alteri, ꝛ cui: ad quod respondeo, ꝙ non applicatur fisco, sed venientibus abintestato: vt plene firmat Bart. post glos. in. l. heredítas. C. de his quib. vt indg. ꝛ plenius in consilio exord. Ludouicus de Spoleto. ꝛ in. l. j. ff. de his quib. vt indig. ꝛ in. l. j. C. de natural. liber. Bald. in. l. fin. C. vnde leg. ꝛ in. l. etiam. C. ad leg. Falcid. ꝛ in. l. si pater. per illum tex. cum ibi not. C. de hered. instit. Ang. in. l. ex facto. §. Julianus. ff. de vulg. ꝛ pupil. ꝛ Ang. Aret. consil. lxxij. exordiente, Circa primum dubium videtur, ꝛc. in tertio vol. vbi etiam dicit istam opinionem esse communem. Et sic sequendo opinionem Bar. ꝛ Fulg. in. d. l. fi. §. si a socero. ff. de his quibus vt indig. illud excessiuum applicaretur sorori prefati testatoris, vtpote proximiori abintestato: ꝛ que est de numeratis in. d. l. j. C. de de nat. liber. Sed si sequamur dictum Baldi in. d. l. eam quam. ꝛ in. d. l. cum hi. §. si vni. ꝛ in repetitione d. l. fin. ff. de his quibus vt indig. volentis ꝙ tale legatum restringatur ad modum alimentorum, taxandum per iudicem vel ad modum dotis, ꝛ ꝙ in reliquo legatum non teneat, dicemus ꝙ illud excessiuum remanere debet apud heredẽ dicti Almeratij: super quo articulo pro nũc vlterius non insisto, eo maxime, quia isti sunt mater ꝛ filius, quos existimo bene conuenturos. Que omnia dixerim sub, ꝛc.

¶ Rubrica, De legatis. ¶ Epitome. Consilium. cccxxx.

¶ Legatum vxori factum de victu ꝛ vestitu, nõ cogit vxorem in domo hereditaria viuere. Si tamen heredes commode domos habeant, quas habitandas dimittere velint legatarie: ipsi non tenentur huic alienas querere ꝛ locare. Vasquinus Filiolus.



Viso Testamento honorabilis quondam viri Joannis Gauterij, ꝛ signanter in ea parte, in qua legasse dicitur honeste mulieri Joanne eius vxori tandiu q̃ diu vitã in humanis duceret vidualẽ, sub nomine eiusdem testatoris victum ꝛ vestitum bene, ꝛ honeste, ꝛ decenter, iuxta facultatem bonorum sui ipsius testatoris, ꝛ qualitatem persone dicte Joanne: dico ꝛ respondeo breuiter ꝛ succincte ꝙ cum per scripturas legati huiusmodi, vel alias non appareat dictum Joãnem testatorem voluisse ꝙ legatum huiusmodi prestaretur in domo sui ipsius testatoris, vel ꝙ ipsa Joanna legataria ꝛ per ipsum heredem alimentanda, ꝛ vestienda, morari deberet cũ eodẽ herede: ipsa potest etiã manens extra domum dicti quondam testatoris, ꝛ nunc eius heredum, petere victum ꝛ vestitum ẜm cõmunẽ cõclusionem, ꝛ doctrinam doctorum quam post Jacob. de Are. sequutus est Bartol. ꝛ doct. in. l. libertis. §. Lucius. ff. de alim. ꝛ cibar. leg. ꝛ idem voluit Bart. ꝛ doct. in. l. diuortio. in princ. ff. soluto matr. Bald. ꝛ alij in. l. j. C. de legat. ꝛ idem Bald. in. l. in annalibus. illo eod. ti. multas remissiones ponit Alexan. de Imo. in. d. l. diuortio. vbi videri potest: non enim puto ꝙ quia dictus testator legauit ꝛ reliquit dicte Joanne vxori in ꝛ super bonis sui ipsius testatoris victum ꝛ vestitum censeri debeat eos reliquisse in domo: eo maxime quia in legato dictum est ꝙ victum ꝛ vestitum huiusmodi relinquebat in ꝛ super omnibus bonis suis mobilibus, ꝛ immobilibus, presentibus ꝛ futuris: quibus omnibus ꝛ signanter mobilibus insuper ꝛ immobilibus rusticis non videtur posse adaptari id quod dicitur de intrincesitate dictionis, in qua etiam est dictio equiuoca, ꝛ hic scripta ab eo forte qui non opportune capiebat illius significationem. Preterea si volebat prestari victum, ꝛ vestitum in omnibus illis bonis hoc est ꝛ mobilibus ꝛ immobilibus quorum pars maxima consistebat in ruralibus ꝛ alijs, extra Carpentoracte ꝛ locum de Sarriano, quomodo postea restrinxisset ad loca Carpẽtoracte ꝛ de Sarriano, vbi duntaxat, ꝛ ad electionem dicte Joanne voluit legatum huiusmodi prestari. Preterea facile erat dicere si ita erat mens ꝛ voluntas te-

statoris, lego victum & vestitum in domo mea Carpentoracte aut in domo mea loci de Sarriano ad electionē, &c. qđ quia non fecit, existimo pro facto noluisse eam astringere ad manendū in domo, aut sibi in domo manēti legasse victum & vestitum. Puto tamen q̄ cum dictus testator, & hodie eius heredes haberet & habeant domos in Carpentoracto, & in Sarriano, non tenentur ipsi heredes pro mansione, seu habitatione dicte Joanne conducere domum alienam: vt eleganter voluit Bald. quem ibi sequitur Alerand. de Jmol. in. d. l. in annalibus. C. de lega. vbi etiam Alerand. allegat Pau. de Cast. in. l. si domus. in princ. ff. de lega. j. vbi etiam Alerand. sequitur hoc dictum Bald. illud etiam videtur sequi Alexan. de Jmol. in. d. l. libertis. §. Lucius ad fin. & in allegata. l. diuortio. vbiq; enim commemorat dictum Bald. in dicta. l. annalibus. ad fi. huius autem, hoc est Bald. est magna authoritas, tam in iudicis, quam in scholis, vbi non habet contradictorem. dictum est Pau. de Cast. Ange. Aret. Raphael. Fulgo. & Andr. Barba. in diuersis locis. Que dixerim, &c.

¶ Rub. De contrab. & cōmitten. stip. ¶ Consi. cccxxxvij.

¶ Epitome.

¶ Maritus de bonis vxoris aliquā pertem filie assignās in dotem, nihil agit: nisi aliter quam per enūtiatiua verba in instrumento posita appareat huic rei vxorem consensisse. Vasqui. Filio.

1 ☞ Enuntiatiua verba an & quando & inter quos disponant.
2 Transmissio non fit in patrem, si eius filia infans priusq̄ decederet ministerio alicuius non adiuerit hereditatem, & numero. 4
3 Fedifrago fides non seruanda.
5 Legitima nulla in bonis viuentis esse potest.



Quanuis In pretenso instrumento matrimonij dudum contracti per verba de futuro, inter prouidum virum Jacominum Joannis ex vna parte, & honestam quondā puellam Agnetem filiam magistri Antoni Racheti Fabri ex alia, scriptum extiterit, & scriptum legatur q̄ idem magister Antonius cum licētia & authoritate honeste mulieris Audomete ipsius magistri Antonij vxoris, constituit, & assignauit in dotem, & pro dote dicte Agnetis prefato Jacomino tunc futuro sponso tertiam partem bonorum mobilium & immobilium eiusdem Andriuete existentium infra locum, Castri Renardi ac territorium & iurisditionem eiusdē & que fuerunt Jacometi Altauesij. Quodq; eundem Jacominum spōsum futurum & Agnetam in illa tertia parte bonorum equis portionib⁹ associauerit, & eisdem donationem purā simplicē & irreuocabilem, inter viuos, & propter nuptias, fecerit: huiuscemodi tamen pretense constitutio, assignatio & donatio eidem Audomete non preiudicauerunt, nec preiudicare debuerūt, l. rem alienam ad fi. & quod ibi gl. ff. de contrahen. emptio. & vendi. & l. id quod nostrum. cum suis simi. ff. de regu. iur. Cui nō obstat quod dicta bonorum tertia pars legatur fuisse constituta, assignata, & donata de & cum licentia & authoritate predi-
1 cte Audomete. Quoniā respondeo † q̄ cum ista verba de & cū licētia, & authoritate prolata extiterint, seu scripta enūtiatiue. illa nō probant nisi inter cōtrahentes, nō autem in preiudiciū tertij, hoc est ipsius Audomete, quā nō apparet fuisse presentē. Pro quo allegasse sufficiat q̄ habetur in. l. optimā. C. de contrahē. & cōmit. stip. & quod no. Bar. in authē. si quis in aliquo. C. de edē. & in. l. si forte. ff. de castrē. pec. & vt dicit Pe. de Anc. cōs. cxlj. exor. Clarior & breuior erit decisio. ver. nec per dicta verba, &c. verba narratiua non nocent alijs psonis, q̄ cōtrahentibus: p quo allegat. d. l. optimam. c. si Papa. de priui. & c. cū in iure. de off. dele. nisi igitur aliter appareret q̄ prefata Audometa fuerit presens in dictis pretēsis cōstitutione, assignatione, & donatione, vel q̄ ipsa postea de ipsis certificata easdē approbauerit vt eis cōsenserit: ille non videntur sibi nocuisse & ita nō videt q̄ dictus Jacominus possit in vim illarū petere dictā ter-
2 tiam partē, aut partē illius. Preterea† cum dicatur q̄ prefate Agneti superfuerit filia infans, que infra paucos dies post mortē eiusdē Agnetis ab humanis decessit aduertendū est an ante illius mortē ipsa infans ministerio eius patris adiuerit vel acceptauerit maternam hereditatē, quia si illam non adiuerit, seu acceptauerit, ipsa hereditatē huius modi non transmisit ad patrē. Pro quo allegasse sufficiat id quod eleganter no. Jo. de Jmo. in. l. ventre. ver. nec obstat predictis. l. si infanti, &c. ibi potes dicere pro concordia oppinionū. ff. de acq. here. & Raph. Fulg. cōs. lxxxviij. Et sic supposito citra preiudicium veritatis q̄ dicta Audometa fuisset presens in cōstitutione, assignatione & donatione predictis, & quod ille facte extitissent de & cum licentia & authoritate eiusdem, vel quod ipsa postea de eis certificata illas ratificasset: tamen dimidia pars dicte tertie partis, que dicitur donata dicte quondā Agneti pertinere non potest eidem Jacomino, quia hereditas dicte quondam Agnetis si adita in vita infantis non fuerit, non est ad eum transmissa per infantem, sed in ea successit prefata Audometa: per quod notat Joannes de Jmola, & Raphael Fulgos. vbi supra. Preterea etiam
3 aduertēdū est,† an dictus Jacominus satisfecerit conuentioni & pacto per eum initis circa illam pecuniariam summam cētum & quadraginta florenorū, & alia bona sui ipsius que apportare tenebatur ad domum, & illa conuertere in commodum & vtilitatem, &c. quia si hoc non fecerit ipse venit contra conuētionem & pactum, & sic contra fidem: propter quod non videtur q̄ pactū & conuentio sibi obseruari debuerint. l. cum proponas. & quod ibi per doct. C. de pact. pactū enim videt appositū pro eo qui pactū seruat, & nō pro eo qui venit cōtra pactū. l. quero. §. inter locatorem. ff. loc. & qđ no. gl. in. l. qui fidē. ff. de trās. l. ij. C. de iu. emph. & l. cū pater. §. libertis. ff. de leg. iij. Quo vero ad illud pactū, de quo in dicto instrumento, in quo conuentum extitit q̄ si vnus predictorum sponsorum premoreretur altero sine liberis, vel cum liberis ex amborum coniugum corporibus legitime procreatis superstite, seu plus viuens eorundem, non posset, neq; valeret ordinare, neq; disponere de illa tertia parte bonorum, vt pretenditur assignata, & donata, nec econtrario, sed q̄ illa remaneret apud domū dotalem, vbi acceptura erat in suo robore, efficacia, & firmitate: nescio profecto quid per pactum huiusmodi partes facere voluerint, aut quid notarius scribere intenderit: & sic super hoc nihil dico donec fuerim magis certificatus: & hec dixerim quoad dictam tertiam partem bonorum, vt pretēditur cōstitutam, & assignatam dicto Jacomino in dotē dicte quōdam Agnetis, & tam ipsi Jacomino, q̄ eidem Agnete, vt dicitur, donatam. ¶ Quo vero ad bona prefati magistri Antonij, qui (vt audio) superuixit dicte Agneti eius filie ac etiam prefate infanti, seu filie eiusdem Agnetis & nepti seu felezene prefati magistri Antonij: non puto q̄ dictus Jacominus possit in bonis huiusmodi aliquid petere, & quidem non in vim contentorū in dicto instrumento, quia nihil ibi reperio fuisse sibi donatum, vel constitutum de bonis eiusdem Antonij: non etiam ex dispositione iuris
4 cōis: quia cū † dicta filia & neptis ab humanis decessérint ante mortem dicti Antonij patris & aui materni, non potuerunt paternam, aut auitinam hereditatem, vtpote nondum sibi delatam, transmittere ad alium: & hoc est cer-
5 tissimum, & iam fuit allegatum a multis: quia † non solum non potest filius vel alius gradus inferioris in vita patris vel alterius gradus superioris pretendere bona illius ad se pertinere, sed nec legitimam, in qua tamen videtur potius ius habere in residuo bonorum: pro quo allegasse sufficiat. l. lex Cornelia. & quod ibi Bald. Jo. de Jmo. & Alex. de Jmo. ff. de vulg. & l. j. §. si impuberi. ff. de collat. bonor. & quod notant Dyn. Bart. & doctor. in. l. fi. ff. de lib. agnosc. Panor. in. c. Raynutius. ad fin. de testamen. Paulus de Castro consilio. xxx. exordiente, Obmisso ordine suprascriptorum dubiorum. & alij in alijs locis infinitis. Que, &c.

¶ Rub. De pascuis. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccxxxviij.

¶ Pascua Sparroni dominus eius loci non potest suismet animalibus concedere, tantum abest vt alienis: quia municipum eius loci sunt. Simile respōsum extat sub tractatū hunc, vel de subditis vassallis: ideo scholia dimisimus. V. F.



Quanuis Dominus oppidi, seu castri de Sparrono censeatur habere intentionem fundatam in loco ac toto territorio & districtu Sparroni, quoad iurisdictionē: per ea que notant Ostien. Joan. And. in nouel. Panor. & alij in

alij in c. nimis. de iureiuran. Bald. & dominus Felin. in c. si diligenti. vbi etiam Panor. de prescript. non habet tamen eam fundatam quoad dominium directū, vel vtile rerum, seu prediorum existentium in loco, territorio, & districtu ante dictis. Pro quo quia hoc habet dubium, allegasse sufficiat quod post Bulga. & contra Mart. voluit glossa communiter approbata in l. bene a Zenone. C. de quadrien. prescript. Ostien. Joan. And. Panor. & doc. in d. c. nimis. & do. Fel. in c. si diligēti. Ostien. Joan. And. in c. si. de iud. Ad quod opportune adaptātur multa allegata per Alex. de Imo. consil. xv. in v. vol. & lōge plura per Fran. de Cur. consil. lxxv. & facit quod voluit glos. in l. Barbarius super verbo multomagis ad fi. de offic. preto. vbi dicit q̄ id quod dici solet omnia esse principis intellegitur esse verum quoad protectionē: & ita etiam cōmuniter volunt scribētes in d. l. bene a Zenone. Que si ita se habeāt & haberēt, imo quia sic se habent & habebāt tempore transactionis, quam olim scilicet anno Domini M. cccclxxvi. & die. xviij. mēsis Augusti fecisse legūtur nobiles Ludouicus Ysoardi tunc dominus decti oppidi seu castri & vniuersitas eiusdem loci Sparroni non poterat idem nobilis Ludouicus nec hodie potest modernus dominus castri pretendere, q̄ de iure communi haberet, vel habeat intentionē fundatā quoad dominium directū, seu vtile rerum, seu prediorū dictorum castri & territorij & maxime terre communis, seu gaste & nemorū: & sic tanq̄ pretēsus dominus directus, nō potest dare vel concedere in emphyteusim predictā terrā cōmunem seu castrum, aut aliquid de ea: pro quo facit quia, vt supponitur vniuersitas & homines dicti loci, vt & tāq̄ de vniuersitate & membrum illius, tenuerunt & possederunt terram predictam ab annis centū & vltra & alias a tempore, & per tempus de cuius initio & contrario hominum memoria non existit, quo durante fuerunt & sunt vsi, ac etiā vtuntur terra predicta, vt & tāq̄ veri domini, seu quasi, illius etiam in arrendādo, seu vendendo, herbagia dicte terre, & non solum extraneis, sed etiam aliquando & sepe prefatis olim domino, & moderno. Quo fit vt supposito, citra preiudicium veritatis, quod terra huiusmodi aliquando iure aliquo spectasset, aut pertinuisset pro tempore domino, seu dominis dicti castri: quia tamen dicta vniuersitas & homines illius per tempus predictum, terrā predictam emerunt, & possederunt, & ea vsi sunt vt, & tanq̄ domini, saltem vtiles, ipsi prescripsissent. c. j. ad fi. de prescript. in vi. & quod habetur in c. super quibusdam. §. preterea. et quod ibi glossa, Ostien. & doctores de verbor. sign. & in l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotid. & esti. & quod notat glossa & docto. in c. j. de prescript. in vj. Preterea cum, vt colligitur ex instrumento transactionis prementionate, vniuersitas & homines predicti dent & soluant, ac dare & soluere conuenerint prefato nobili Ludouico tunc domino, & suis successoribus dominis dicti loci, annis singulis & perpetuis temporibus viginti septē florenos pro pasquerijs boscayragijs & territorio dicti loci cēsentur vniuersitas & homines huiusmodi, hec emisse a dicto nobili Ludouico predecessore, seu authore dicti moderni domini: quia vbi fit mentio de pretio, in dubio refertur ad contractum emptionis & venditionis, & de illo contractu intelligitur. l. fina. iuncta glossa super verbo, eligi. C. de pred. curia. libro. xi. idem sentit gloss. in l. si cum dotem. & quod ibi Baldus. C. de iure dot. & glossa in l. apud Celsum. §. si cum legitima. ff. de doli exceptio. & quod not. Joannes de Platea in dicta. l. fin. & dominus Jason Maynus in l. j. versic. vnum tamen in proposito diligenter not. C. de iure emphyt. & per hoc videtur dictus nobilis Ludouicus remisisse vniuersitati & hominibus prefatis ad minus omne ius in pasquerijs & bosquerayagijs prementionatis pro quo videri possunt remissiones quas ponit Joan. de Imola in l. si domus. §. fi. ff. de legatis. j. Non igitur videtur posse modernus dominus animalia sua depascere in dicto territorio, insuper nec videtur posse herbagia, seu pasqueria & bosqueria alijs locare, aut vendere: quia nemo plus iuris, &c. l. traditio. ff. de acquiren. rer. domi. c. gratia. j. q. j. & c. Maybertum. prima quest. septima. Et idem dico de datione seu concessione, in emphyteusis, scilicet q̄ illud facere nō possit. l. rē alienam. ad fi. ff. de cōtrahen. emp. & vend. l. id quod nostrū. ff. de reg. iur. Preterea, supposito citra p̄iudiciū veritatis, q̄ dn̄ium pascuorū, seu pasquerioꝝ, aut terre cōis pertineret dn̄o dicti loci, prout nō pertinet, nō posset tamē inuita dicta vniuersitate, & in preiudiciū illius terram & nemora huiusmodi, seu eorum partem aliquam aliquibus in emphyteusim perpetuam seu ad nouum accapitum vel ad tascam concedere si posset, non possent tamen illi quibus hec concederet loca sibi concessa reducere ad culturam pro eo q: per reductionē huiusmodi fieret preiudicium vniuersitati & hominibus dicti loci: non solum quo ad terram ipsam; que forte alie naretur in extraneos & forenses: sed etiā quo ad pasqueria, & bosqueragia, nisi forte illi quibus fieret concessio paterentur vniuersitatem & particulares homines eiusdem, ac etiā rendecios seu emptores pasquerioꝝ huiusmodi immittere, tenere, & depascere eorum animalia etiā in locis ad culturam reductis & perinde acsi ad culturā reducta non extitissent: q: ex hoc sequeretur aliquid quod fieret cōtra consuetudinē iuris depascendi: quod nō est concedendum. argumento. l. preses: & l. si manifeste. C. de seruituti. & aqua. & l. ij. ad fin. C. ad leg. aqui. facit. l. sed & si quid. §. sed nec seruitutem cum. l. seq. ff. de vsufruc. vbi habetur, q̄ proprietarius non potest, iuncto vsufructuario, seruitutē fundo imponere, ex qua fiat deterior cōditio vsufructuarij: & idē probatur in l. locus. §. j. ff. eo. tit. & in l. si vsufructus. ff. de aqua plu. arc. & l. si eo loco in prin. ff. si ser. vēd. quod etiā voluit Veron. in suo tracta. de seruit. sub rubrica de serui. pecorum pascen. versicu. alia est questio que conuenienter subijcitur, an dominus seruientis, &c. Et hec procederent, vt supra dixi, etiam si supponeremus vniuersitatem & homines predictos non esse proprietarios pasquerioꝝ & bosqueragiorum, seu terre gaste, aut communis & nemorum, quantomagis proprietarij prout, vt iam dixi, esse videntur: ad quod etiam facit instrumentum donationis dudum facte, scilicet anno domini M. cccclxxxvi. & die xxi. mensis Aprilis, per dictum nobilem Ludouicum vniuersitati prementionatis de quibusdam eius predijs & possessionibus, quarum altera imbi. scribitur confrōtari ab vna parte cum terra communi predictorum hominum vbi aduertendum est quod vbi scribitur cum terra communi predictorum hominum, quia per hoc significatur quod dominium terre huiusmodi ad eosdem homines seu vniuersitatem predictam pertineat. l. seruum Titij. ff. manda. l. si heredi seruus. ff. de lega. primo. l. si cōmunis seruus Meuij. & castrensis peculij. ff. de stipulatione seruorum. & l. ij. §. locum. ff. de religio. & sumpti. fune. & quod not. Barto. & docto. ff. de noui operis nuntiatio. Etiam facit pro dicta vniuersitate, & hominibus: quia ipsi ab annis centum & citra fuerunt habiti & reputati pro dominis dicte terre & non solum ea reputatione que dicitur quedam verbalis denominatio, sed etiam realis, pro eo quia, vt iam dixi, vsi sunt & vtuntur dicta terra tanq̄ re dicte vniuersitatis: & hec reputatio multum operatur. l. seruis vrbanis. in prin. & secūdo responso. ff. de lega. iij. l. sed si accepto. ff. de iure fisci. & l. si quis patrem. ff. ad Macedo. Et quanuis reputatio huiusmodi non semper rem in vero esse constituat. l. Modestinus. ff. de munerib. & honori. & d. l. apud Celsum. §. si quis non tutor. ff. de doli excep. & l. si is qui. ff. de eo qui pro tuto. Constituit tamen in quadam quasi possessione talis iuris. l. j. §. Julianus. ff. de agnoscē. libe. & l. nō nudis & quod ibi glo. C. de proba. Ex quibus omnibus concludo q̄ dictus modernus dominus non possit inuitis dictis vniuersitate & hominibus terram predictam aut aliquid de ea dare alteri in emphyteusim seu ad nouum accapitum, aut animalia sua in ea depascere, seu alijs pascua concedere. Que omnia dixerim, &c.

¶ Rub. De fideicommis. ¶ Epitome. ¶ Consi. cccxxxix.

¶ Reparationes in rebus restitutioni subiacentibus facte, sunt detrahende per restituentem, qui quidem fructus perceptos non tenetur in eas sibi computare. V. F.

1 ☞ Caducum fideicōmissum quādo fiat: & an eius spes transmittatur: vel quando ius accrescendi in eo locum habeat.

2 Detractio duarum quartarum, & legitima trium liberorum quanta.



Visis Testamento nobilis quondam viri Jacobi Agni & casu parte nobilis Turini eius filij naturalis & legitimi ac vniuersalis & insolidum heredis mihi exhibitis, cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis: dico & respondeo ad dubia huiusmodi breuiter & succincte prout infra. Et primo ad

1 primum quod substitutio facta per dictum quondam Jacobū de Turino eius filio de nobilibus Philippo & Claudio Agni dicti Jacobi consobrinus & quatenus eosdem Philippum & Claudium cōcernebat expirauit, postquam vt supponitur in casu, dicti Philipus & Claudius substituti ab humanis decesserunt, superstite & superuiuente dicto nobili Turino & fideicommissum in personam dictorum Philippi & Claudij defunctorum, pendente conditione extinctum est, & factum caducum. l. vnica. §. sinautem sub conditione. C. de caduc. tollen. l. si in personam. C. de fideicommiss. l. miles. §. j. l. vnum ex familia. §. rogo. & l. cum pater. §. hereditatem. ff. de legat. ij. & l. quero. cum multis similibus. ff. de aliment. & cibarijs legatis. quod etiam voluit glossa & doct. in dicta. l. vnica. C. de his qui ante apertas tabul. Baldus in dicta. l. vnica. §. sinautem sub conditione. C. de caduc. tollend. & Oldrad. ponēs multas remissiones consilio. cxxxi. exordien. Quidam habens tres filias. Et non solum expirauit substitutio predicta, & factum est dictum vniuersale fideicommissum caducum quoad dictos Philippum, & Claudiū iam mortuos, sed etiam quo ad eorum liberos: quia ad eos non fuit transmissa spes substitutioni, vt etiam voluit glossa & post eam Baldus, & doctores in. d. l. vnica. C. de his qui ante apert. tab. Est tamē verum quod si dictus Turinus ab humanis & sine liberis decederet supstite, & sibi superuiuēte nobili Jacobo Agni, altero ex substitutis, substitutio sibi locum vendicaret in personam illius, & posset idem Jacobus tantum petere in vim dicte substitutionis, quantum posset ipse, & dicti nobilis Philippus & Claudius si superessent: pro eo quia portiones que relicte extiterant prefatis Philippo & Claudio accrescerent ipsi Jacobo, seu eius portioni. d. l. vnica. §. sinautem sub conditione. versic. quod si in medio, &c. ibi nisi & hic vel substitutus relictum acceperat, vel cōiunctus, ad quod facit quod voluit Joan. Andr. in addit. Specul. titulo de testamen. §. qui primus. versic. sed alia questio fuit, &c. ibi ad tertium respondetur, &c. post Dyn. consilio. vi. exordiente, Ex testamento domini Alberti, &c. ¶ Ad secundum que-
2 situm † dico & respondeo quod cum dictus nobilis Turinus heres & sub cōditiōe grauatus de restituēda hereditate dicti quondā nobi. Jacobi eius patris: fuerit & sit de descēdētibus dicti quondam Jacobi. & primum gradum teneat ipse seu eius heres: ex persona ipsius poterit detrahere duas quartas, scilicet legitimam, & trebellianicam: iuxta doctrinam quā ponit gl. & post eam Bart. & doct. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inof. testa. gl. & Bart. in. l. quoniam. C. ad leg. Fal. Bal. in. l. filium quem. C. famil. ercisc. & do. Jason May. in auth. res que. C. cōmunia de leg. & Jo. de Imo. in l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. & pupil. Pro quo sunt boni tex. in. c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. vbi etiam per cano. Et cū dicto nob. testatori superfuerūt tres liberi scilicet dictus Turinus filius, & due filie, scilicet Reseta & Frezona horum triū legitima fuit triēs hoc est tertia pars omnium bonorū dicti nobilis Jacobi eorū quondā patris illorū, scilicet que superfuerūt deducto ere alieno, & funeris impensa. auth. de trien. & semis. §. j. coll. iij. & transumptiue in auth. nouissima. C. de inof. test. iuncto eo quod habetur in. d. l. Papinianus. §. quarta. dicta igitur legitima ascendebat ad quatuor vncias que sunt tertia pars duodecim vnciarum. Et sic quilibet ex dictis liberis debuit habere pro legitima vnam vnciam, & tertiā partē alterius vncie: & hanc vnciā & tertiā partē alterius vncie, poterit detrahere idem Turinus, & de illa testari: potuit etiam testari de. iiij. parte residui, hoc est de. iiij. parte octo vnciarū, que restāt prius deducta, seu detracta legitima, & sic de. ij. vnc. que fuit. iiij. pars viij. vncia. & ita in vniuerso videtur posse testari de. iij. vnciis, & tertia parte vncie bonorum dicti Jacobi eius quondam patris. Preterea † cum dicatur idem Turinus reparasse &
3 meliorasse bona subiacētia restitutioni, ipse seu eius heres ex persona ipsius poterit detrahere reparationes, seu earū valorē, quatenus tamē propter eas erūt bona subiacētia restitutioni, meliora eo tēpore quo fiet restitutio: iuxta ea que habētur in. l. domos hereditarias. cū duabus. ll. seq. & quod ibi per doc. ff. de leg. j. Sic igitur tēpore faciēde restitutiōis cōsiderabitur, de & in quāto erunt bona meliorata: & ptiosiora facta estimatione debebit dictus substitutus contribuere in expensa secundum quotā hereditariā bonorū, & hereditatis dicti quondā Jacobi: & sic pro sex vnciis, quia de ijs sex vncias habiturus est, alijs sex vnc. remanētibus tā penes dictū heredem, quam dictas eius sorores: nec poterit opponi dicto Turino, seu eius heredi quod ipse debeat sibi imputare fructus per ipsum heredem perceptos in dictis reparationibus, seu sumptibus per eis factis. Quoniam respondeo quod imo non tenetur: per id quod no. docto. in dicta. l. domos hereditarias & Alex. de Imo. consil. cxxiij. exordiente. Discussis hesitationibus de quibus in themate, &c. vers. quo autem ad vltimum dubium, &c. in primo volu. Et per hec patet responsio ad secundum & tertium quesita. Et si prefati nobilis Turinus heres, & Jacobus substitutus, vellēt conuenire & pacisci de & super dicto fideicommisso vniuersali: hoc fieri posset, & quod mediante aliqua summa, vel aliquibus ex rebus hereditarijs, eidem Jacobo remittendis per dictum nobilem Turinum, ipse Jacobus visis & cognitis verbis testamenti & substitutionis de eo facte per dictum quondam nobilem Jacobum testatorem quietaret cederet, & remitteret ipsi Turino stipulanti pariter & recipienti pro se & suis heredibus & successoribus quibuscunque omnia vniuersa & singula iura sibi competentia, aut quomodolibet competitura in futurum, pretextu, & ad causam dicte substitutionis, & fideicommissi sibi relicti. per dictum quondam nobilem Jacobum in suo vltimo & nuncupatiuo testamento facto, anno domini M. cccclxxxiij. & die prima mensis Martij.

¶ Rubric. De edendo. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxl.

¶ Libellus, in quo, cum pars dotis deberetur in pecunia pars predij petitur, procedere non debet. V. F.

1 Datio in solutum venditionis, vicem obtinet.
2 Possessorium recuperande quomodo intentetur.



Ultra Sunt que obstare videntur intētioni honeste mulieris Claudie Clerici filie quondam, & pretense vniuersalis heredis defuncti viri Raymundi Clerici, & libello, parte eius oblato, contra & aduersus honorabilem virum Joannem Clerici eius patruum. Et primo quidem dicte eius intentioni obstat donatio quam de omnibus & singulis sui ipsius bonis, mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus, quibusdam reseruatis, & exceptis olim, scilicet anno domini M. cccclxiij. & xj. mensis Januarij fecisse legitur honesta quōdam mulier Joanna Barrete, ipsius Joannis Clerici & dicti Raymundi quondam mater: & que donatio videtur precessisse illam pretensam donationem, de qua in dicto eius libello articulauit dicta Claudia cum illam fuisse factam proponatur anno domini M. cccclxij. & die. xxix. mensis Decembris nisi forte diceretur quod in loco de Romanis sumatur seu incohetur annus ab incarnatiōne. Et sic quod mensis Decēbris, de quo in dicto libello, precesserit mēsem Januariū de quo in instrumento donationis facte prefato Jo. quod tamen non fuit expressum in dicto instrumēto. Secūdo obstat intētioni dicte Claudie: quia prout in dicto libello: parte eius deducitur, nō media pars vinee inibi mētionate fuit per dictā Barrete dicto Raymundo donata, sed media pars dotis eiusdē Barrete: in pecunia cōsistentis. Quo fit: vt petere non debeat: sine possit dimidiam partē vinee antedicte, sed mediā partē dotis in pecunia cōsistentis etiā si verum esset quod donatio facta dicto Raymūdo precessisset donationē factā dicto Jo. Clerici: quia quamuis vinea predicta pretēdatur fuisse data in solutū, seu pagā, & integrā satisfactionē eorū in quibus tenebātur Raymūdus Roceanetus, & Christinus Clerici inibi nominati dicte Barrete eorū matri ad cām restitutionis dotis, augmēti, & iocaliū eiusdē, licet tamen vinea non videtur in locū illorū successisse, vt sic ppterea dici possit hanc Claudiam
1 debere habere dimidiā partē dicte vinee: quia licet cū datio in solutū vicē vēditiōis & emptiōis obtineat. l. si prediū, cū suis simi. C. de euict. & emptū ex pecunia mihi debita, quia nimo nec emptū ex pecunia mea meū non efficiatur: iuxta ea que habentur in. l. si patruus, & quod ibi gl. & docto. §. cōmuni. vtriusque iudi. l. vetare. §. si. ff. de fur. & quod no. Bar. in. l. Titiū & Meuiū. §. alter. ff. de admini. tut. nō fuit ergo vinea predicta, & vt pretēditur, data in solutū dicte quondā Barrete pro dimidia parte acqsita dicto quondā Raymūdo. Preterea dicta vinea dicitur fuisse data nō insolutū dicte dotis, cuius dimidia pars pretēditur fuisse donata, sed etiā in solutum augmenti & iocaliū, quorū pars nō pretenditur donata. Quo fit vt etiā ex hoc solo capite petitio nō pcedat: quia p eā plus quā res ipsa valeat petitur. Preterea ēt dicte petitiōi seu libello obstat, quia nihil deducitur in libello, p quod appareat dīnūs seu

seu possessionem vinee prementionate vllo vnq̃ tp̄e fuisse penes dictam Claudiam, seu dictum Raymundum eius quondam patrem: ꝛ hoc post donationem in solutum: male igitur petitur fieri restitutio dicte dimidie partis iure
2 possessionis: quia † cum sic intẽtari videatur possessorium recuperande possessionis, quod non datur nisi ei qui, vel cuius predecessor antea possedit, et deinde possessione spoliatus est, vel ab ea cecidit. c. consultationibus. ad fin. ꝛ quod ibi glossa ꝛ doctores de officio delega. ꝛ quod de beneficio. c. reintegrãda. iij. q. j. quod intentasse videtur dicta Claudia. notant canoni. aliqui, scilicet ꝛ multi in. c. sepe. ꝛ aliqui in. c. cum ad sedem. de restitutione spoliator. legiste in. l. rem que nobis. ff. de acquiren. possessio. Alexander de Imolola consilio. lj. exordiente, Viso ꝛ discusso processu, ꝛc. in primo volumine. ꝛ tam ipse, quam alij in multis alijs locis opus erat deducere ꝛ probare media: per que appareret vel dictum Raymundum post dictã donationem in solutum possedisse, ꝛ deinde possessione fuisse priuatum vel ab ea sine causa iusta cecidisse, vel ꝙ eadem Claudia aliquando possederit, ꝛ deinde spoliata extiterit, vel a possessione ceciderit: quorum tamen neutrum deducitur, nec sufficeret deducere quod dictus Raymundus possideret etiam tempore mortis: quia de iure loci possessio defuncti non trãsit in heredẽ, vt sic ob hanc causam possit dici spoliatus, vel cadere a possessione, si alius apprehendat possessionem realem, actualem, ꝛ corporalem: pro quo allegasse sufficiat. l. cum heredes. in principio, ꝛ quod notant doctores. ff. de acquirenda possessione. Dicta igitur petitio quoad restitutionem dicte medie partis iure possessionis fieri petitam non videtur procedere, ꝛ multominus quoad fructus. Et supposito quod donatio facta dicto Joanni esset posterior, videretur eidẽ Claudio sufficere habere partem dotis in pecunia: cum etiam, vt mihi sepe refertur, dictus Raymundus propter dissipationem bonorum paternorum, ꝛ alias fuerit in multis factus debitor huius Joannis, ꝛ aliorum suorum fratrum, prout Jabolenus refert, ꝛ etiã idem Joannes coram egregijs viris dominis arbitris seu arbitratoribus per partes assumptis, qui attenta coniunctione sanguinis harum partium bene facient si eas pacificent, ꝛ concordent. Que dixerim sub, ꝛc.

¶ Rub. De transact. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxlj.

¶ Transactionis placitum dominus subditis suis seruare tenetur, ꝛ subditi domino: ita tamẽ, vt his succurratur, si enormissime lesi sint. V. F.

1 ☞ Testes an esse possint procuratores ꝛ aduocati in causa quam tractarunt: ꝛ quid de proxeneta.
2 Voluntatis libere promissio quid importet: et quando restringatur.
3 Relatum est in referente.
4 Repugnantia interpretatione tollenda.
5 Interpretatio cõtra se fundantẽ ex verbis cõtractus fienda.
6 Seruitus fundo imponi non potest per proprietarium in damnum vsufructuarij inuiti.
7 Lesio enormissima etiam in transactione consideratur: ꝛ quomodo.
8 Inquiri an possit contra delinquentem specialiter non precedente generali inquisitione.
9 Judices initio administrationis officij qualia proclamata mandare debent.



VISO Ex tractu processus cause supplicationis hominum ꝛ habitãtium oppidi seu castri de Sygrerio contra nobilem virum Joannẽ de monte Orserio do. eiusdem castri vna cum dubijs seu quesitis in calce extracti huiusmodi descriptis, ꝛ iurium allegatiõibus nobilis ꝛ spectabilis viri do. iurium doctoris eximij primo scribentis, dico ꝛ respõdeo breuiter ꝛ succincte ad dubia huiusmodi prout infra: ipsius tamen do. doctoris ꝛ cuiuslibet alterius melius sentiẽtis rectiore sententia semper salua. Et primo ad primũ, ꝙ cum in processu predicto non agatur principaliter de pascuis seu alijs iuribus principaliter concernentibus particulares homines dicti castri, sed de penis. l. si quis maior. C. de transactio. in quas incidisse pretẽditur dictus nob. de monte Orserio ex capite cõtrauẽtionis seu cõtrauentionũ, de quibus in. d. processu videtur ꝙ testibus parte dictorũ hominũ ꝛ habitãtiũ in dicta causa productis sit plena fides adhibẽda etiã si illi, aut eorum aliqui fuerint tẽpore productionis de eis facte ꝛ lati testimonij incolarũ eiusdem loci, ꝛ aliorum, per aliquas rationes ad hoc elegãter inductas per dictũ do. primo scribentẽ. Econtra vero videtur quod imo nõ probent, nec sit eis fides aliqua adhibenda, pro eo quia quamuis causa principaliter non spectet ad aliquem, tamen si verissimiliter habet animum, vel affectionem ad causam, nõ est ido-
1 neus testis. Et hinc † est quod ille qui fuit procurator in vna causa, vel fuit aduocatus, vel proxeneta in vno contractu seu negotio, non potest esse testis. ꝛ tamen certum est quod causa principaliter ad nullum istorũ spectat, quinimo nec ad eos, aut eorum aliquem spectat commodum: sed quia verisimiliter affectionem habent, repelluntur. secundum glo. ꝛ Barto. in. l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fisci. ꝛ Bart. in. l. omnibus. C. de testibus. quinimo quod plus est ꝙ fuit socius in causa principali, non põt esse testis in causa appellationis, licet in ea non sit procurator ꝛ hoc contingit propter presumptam affectionem capit. Romana. ꝛ quod ibi gloss. de testibus. in sexto. ꝛ quod not. Bald. in dicta. l. omnibus. ꝛ capitu. vnico. §. si autem inter pares, de lege Coradi. in vsibus feudorum. Innocen. Joan. Andr. ꝛ alij in capitu. insuper de testib. multas remissiones faciẽtes ad predicta ponit do. Jason May. in. l. dictantibus. C. de testamen. multa etiam facientia pro hac parte ponit dom. Bartholomeus Sozi. in. l. si ita quis. ff. de rebus dubijs. Pro hac parte etiam facit quod no. Archid. in capit. insuper. xiiij. questio. ij. Joan. Andr. ꝛ Anto. de Butrio. in. c. insuper de testibus propterq; vereor, ne defendi non possit quod testibus predictis sit fides adhibenda, eo maxime, quia in hac causa supplicarunt etiã dicti homines ꝛ habitãtes dicti Castri propterquod nullus ex eis videtur idoneus. ¶ Ad secundum videtur prima facie respondendum, ꝛ dicendum quod dictus nobilis Joannes de Monte Orserio potuerit terras, de quibus fuit supplicatum albergare, pro eo quia verba transactionis de qua in processu, ꝛ dubio, seu quesito huiusmodi videntur expresse facere pro eo, illa scilicet, que fuerunt terre gaste, seu vacantis, que alias fuerunt culte aut inter cultas site sunt, poterunt per ipsum dominum eisdem hominibus, seu aliquibus ex ipsis si habere voluerint aut in defectu ipsorum existentis ad censum, vel tacham pro libito sue voluntatis affictari, aut alias tradi ꝛ cultiuari, vbi, vt patet, est sermo clarus ꝛ expressus de terris incultis existentibus inter cultas ꝛ disponitur quod illas possit ipse de Monte Orserio pro libito sue voluntatis affictare, aut alias tradere, ꝛc. Potuit ergo secundum tenorem transactionis huiusmodi terras vacantes ꝛ incultas, existentes inter cultas affictare illis de quibus in processu, nec fuerunt, vt videtur, antiqui tenementarij ex hoc grauati. Tum quia nulli apparuerunt, vel apparent, quinimo nec ex actis cause huius colligitur, ꝙ dicte terre ante albergamenta de quibus in hac causa haberẽt tenemẽtarios, qui se dicere possunt, aut dicant fuisse grauatos propter ipsa albergamenta. Tum ꝛ quia si qui tenementarij aliquando extitissent potuisset nihilominus, vel propter finitam generationem, vel propter canonem non solutum dictus dominus affictare, vel concedere dictas terras prout vltra allegata etiam voluit Alexand. de Imo. consi. vi. in tertio volu. Tum ꝛ quia dictum est in transactione huiusmodi predictum de Monte Orserio dictas terras affictare, aut alias tradere inibi mẽtionatas, ꝛ cultiuare pro libito sue voluntatis. Quo fit vt si eas aut aliquas ex eisdẽ albergauerit, seu in emphiteusim
2 concesserit non videantur homines dicti, propter albergamenta huiusmodi posse conqueri: quia † sub ista verborum generalitate, que ad liberam voluntatem refertur, nihil venit restringẽdum per id quod voluit Bal. consi. viij. exor. Laudare vos ꝛ commendare, ea que nũc dixistis non expedit, ꝛc. versi. porro. cum dominus Marchio. ꝛc. in prima parte vbi etiam dicit quod nihil refert vtrum verbum voluntatis, ponatur inter contrahentes an vero per hunc sermonem detur cuidam tertio potestas: quoniam primo casu etiam si inique quis arbitretur, inspecto iure cõmuni: tamen non arbitratur inique inspecta lege conuẽtionis: quia volenti, ꝛ consentienti non fit iniuria neq; dolus: ꝛ hoc patet in. l. cum quidam. ff. de legatis secundo. ꝛ in. l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de legatis tertio. Secundo vero casu bene recipit restrictionem de arbitrio boni viri secundum quosdam: secundum vero alios non: vt not. Cyn. in. l. si cum ea. C. de dot. promis. Cum igitur

verba predicta posita extiterunt inter transigentes, & sic inter contrahentes, & per ea detur facultas non quidem uni tertio sed alteri ex transigentibus: non videtur dicta facultas commissa libere voluntati dicte partis debere restringi. Pro quo etiam facit id quod not. Panor. & doct. in c. de multa de preben. & Gemi. in c. licet episcopus eodem titulo in vj. qui volunt quod quia in casibus de quibus ibi potest libere conferre beneficia non est opus ad validitatem collationum de eis faciendarum quod ipse vocet possessores, seu detentores, & subijciunt quod episcopus beneficia huiusmodi libere non conferret si necesse haberet vocare possessores. Nec videtur quod ijs obstent notata per Bartolum in extravaganti ad reprimendum super verbo, videbitur. Quoniam respondeo, & dico, quod Bartol. loquitur in dicto alio modo, hoc est in eo casu in quo data fuit facultas uni tertio, non alteri ex contrahentibus. Econtra vero videtur quod imo non potuerit dictus nobilis de Monte Orserio, terras predictas alteri affictare. Et hoc, pro eo quia in dicta transactione, & super novo capitulo, seu nova querela facta parte dicti nobilis de Monte Orserio, fuit conventum & transactum quod montes & pascua territorij de Sygrerio essent & remanerent communia inter ipsos dominos, & homines suos iuxta formam transactionis recepte per providum quondam virum magistrum Franciscum Arnaudi notarium sub anno incarnationis Dominice, millesimo quadringentesimo tricesimo nono, & die quinta mensis Aprilis: ita quod per dictum dominum albergari non possent nec deberent. Per que apparet quod huiuscemodi transactio, vel dominus ipse, & homines eam fa-
3 cientes & cum eam facerent, se retulerunt† ad dictam precedentem transactionem perinde est ergo ac si illa in hac inserta extitisset. l. asse toto. & quod ibi Baldus Angelus, & Joannes de Imola. ff. de heredibus instituendis, notat Bartolus in. l. si ita scripsero. ff. de conditionib. & demonstration. Paulus de Castro, in. l. heredes palam. in principio. ff. de testam. Joannes de Imola, in. l. illa institutio. ff. de heredib. instituend. dominus Jason Mayn. in. l. fin. C. de fideicommissar. & doctores in dicta. l. asse toto. quatenus volunt valere illam institutionem, per quam aliquis illum heredem sibi instituit cuius nomen apparet scriptum, seu cuius nomen idem testator descripsit in schedula quam dedit priori fratrum predicatorum, vel sacriste fratrum minorum. Cum itaque in dicta prima precedente transactione conventum & transactum extiterit quod montes & pasturgagia omnia territorij de Sygrerio, sicut etiam taruncarum, & omnia alia pasturgagia eiusdem territorij essent, starent & remanerent perpetuis temporibus communes, & communia ad pasturgandum fruendum & depascendum seu depascere faciendum animalia grossa vel minuta. Quodque ipsi homines seu syndici dicti loci possent montes predictos, & pascua seu pasturgagia dicti territorij, & quidem omnium insolidum, vel in parte condominis eiusdem loci, prout & sicut melius videretur expediens, ad salvum ius utriusque partis locare. Quodque cum naturales & pascua, seu pasturgagia huiusmodi locarent, haberent quatuor partes omnium emolumentorum de & pro eis recipiendorum dicti vero domini quintam partem. Perinde est ac si prima seu illa precedens transactio inserta extitisset in hac ultima transactione. Quod si ita est imo quia proculdubio ita est non videtur dictus dominus posse passim & indistincte affictare omnes terras incultas, sitas inter cultas sed illas solummodo & duntaxat in quibus pro tempore non habuerunt dicti homines pascua: & hoc, pro eo quia in dicta precedente transactione conventum est & transactum, ut iam dixi, quod montes & pasturgagia omnia dicti territorij sicut tardearum & omnia alia essent, starent & remanerent perpetuis temporibus commu-
4 nes & communia: ut igitur tollatur contrarietas, que alias esset in dicta ultima transactione iunctis capitulis dicte precedentis transactionis: & que, ut iam dixi, perinde habenda sunt ac si fuissent in ea inserta, facienda est interpretatio per quam tollatur repugnantia per id quod not. Bar. & docto. in. l. si. §. idem quesiuit. ff. de condi. indebi. Jason & doct. in. l. cum falsa. C. de iur. & fac. igno. Alexan. de Imol. consil. xiiij. versicu. insuper vero deciditur, &c. ibi & in proposito nostro debet intelligi, &c. in primo volu. non autem videtur posse fieri in casu de quo queritur apertior interpretatio ad tollendam repugnantiam: per ea que dixi, scilicet, ut id quod dicitur de terris incultis, satis inter cultas intelligatur de incultis: in quibus non consistunt pa-
5 sturgagia, quomodo autem de alijs. Pro qua† interpretatione etiam facit quia interpretatio fieri debet contra illum qui se fundat in verbis contractus. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verborum obligationibus, & in. c. contra eum de regulis iuris in. vj. & quod voluit Alexander de Imola, in l. si pascenda. C. de pact. & Andre. Barba. consilio. lxiij. in prima parte. Cum igitur idem nobilis de monte Orserio, se fundet in verbis dicte ultime transactionis, & sic in verbis contractus: contra eum videtur facienda interpretatio quod utique fiet, si fiat ut predixi: & quod fiendum videtur, maxime, pro eo quia illa nova querela contenta in dicta ultima transactione, videtur fuisse calumniosa, pro eo quia idem de monte Orserio in querela huiusmodi proposuit quod pasturgagia, & terra gasta, & vacans, que non occupabatur per aliquos, erat, & esse debebat dominorum de Sygrerio: & hoc ex transactione precedente, & supra mentionata, que scilicet, facta extitit anno Domini, millesimo quadringentesimo tricesimo nono, & die. xv. mensis Aprilis: & recepta per dictum nobilem Franciscum Arnaudi, & quod ipse assuetus erat illa affictare in qua tamen hoc non reperitur, nisi forte hoc intelligeretur de parva tardea: de qua bene conventum reperitur, & transactum, quod illa remaneret dominis: sed cum ex tenore eiusdem transactionis possint universi, & singuli homines dicti loci in ea depascere eorum averia grossa & minuta quotiens volunt & ad eorum omnimodam voluntatem: non videbantur posse domini dicti loci affictare terram dicte tardee: nisi forte illi quibus fieret concessio paterentur homines de Sygrerio immittere tenere & depascere eorum animalia, etiam in locis affictatis, & ad culturam reductis perinde ac si affictata, & ad culturam redacta non extitissent: quia si secus esset, sequeretur aliquid quod fieret contra formam & consuetudi-
6 nem iuris depascendi, †argum. l. preses & l. si manifeste. C. de servitu. & aqua. l. ij. ad fin. C. ad. l. Aquil. facit. l. sed & si quid. §. sed nec servitutes. cum. l. sequen. ff. de usufruct. ubi habetur quod proprietarius non potest invito usufructuario servitutem fundo imponere, ex qua fiat deterior conditio usufructuarij: & idem probatur in. l. locus. §. j. ff. eodem titulo, & in. l. si usufructus. ff. de aqua pluvia. arcenda, & l. si eo loco. in principio. ff. si servit. vendic. & quod not. Bart. Vero. in suo tractatu de servitu. tit. de servitutibus iure pascendi, versiculo alia est questio, que convenienter subijcitur. Ex quibus omnibus videtur concludendum quod dictus nobilis de monte Orserio, non potuerit affictare terras de quibus in dicta supplicatione, parte dictorum hominum, & habitantium oblata. ¶ Ad tertium, dico & respondeo, quoad terras gastas seu vacantes, que alias fuerunt culte, aut inter cultas site sunt, quoad eas, scilicet que affictari possunt secundum formam dicte transactionis, quod homines non sunt necessario vocandi antequam per ipsum dominum albergentur, vel affictentur: & hoc propter illam clausulam pro libito sue voluntatis: de qua superius dixi, in respondendo ad dictum secundum quesitum: & ideo hic non repeto. ¶ Ad quartum patet responsio ex ijs que dixi respondendo ad secundum quesitum. Et idem dico de quinto. Et addo quod etiam si videretur dicta ultima transactio facta super nova querela iuxta, & secundum intentionem dicti nobilis de monte Orserio, debere intelligi vel extendi etiam ad terras quas dicitur in affictum concessisse prout non videtur: esset nihilominus predictis hominibus succurrendum ratione enormis, imo enormissime lesionis: quia ut colligitur ex dicta transactione celebrata & inita anno predicto, millesimo quadringentesimo tricesimo nono, & de mense Aprilis, montes & omnia pascua dicti territorij de Sygrerio communes inter dominos dicti loci ex una parte, & prefatos homines & habitantes ex alia: & quidem non equis portionibus, sed ut videtur, multum disparibus: cum ex emolumentis percipiendis ex locatione eorundem montium & pascuorum essent homines habituri quatuor partes, & domini quintam partem. Quo fit, ut enormissime lesi extiterint, si per dictam ultimam transactionem hec concessa extiterint dicto nobili de monte Orserio, deberet† ergo eis subveniri, saltem remedio. l. ij. C. de rescin. vendi. & c. cum causam. de empt. & vendition. quod remedium habet locum etiam in transactione, habito tamen respectu, non ad veram rei estimationem, sed ad estimationem dubij eventus litis: super qua transactio inita est: ut voluit Bartolus, & post eum Angelus. Joannes de Imola, & Romanus. in. l. si quis cum

cum aliter. ff. de verborum obligationibus. Bartolus, Rayner. & Ioãnes de Imola in l. Lucius. §. finali. ff. ad Trebellianum. Bartol. & Angelus in l. ij. C. de rescinden. vend. Ioannes de Imola. in c. quintavallis. de iureiuran. dominus Cardinal. Florent. Ioannes de Imo. & Panor. in d. c. cum causa. & Alexander de Imola consilio. lxxxix. exordiente, Viso puncto & instrumentis. versicu. secundo respondeo, &c. in secundo volumine. Pro quorum dicto multa inducuntur que non repeto: fateor q glossa quam multi sequuntur, tenuit contrarium in dicto. c. cum causa. & multi alij, quos refert Ioannes de Imola in dicta. l. si quis cũ aliter. Sed quod primo dixi videretur procedere maxime in hoc casu in quo, vt iã tetigi, questio mota super dicta noua querela videtur fuisse calumniosa: pro eo quia non apparet per dictam precedentem transactionem, & quam in illa noua querela, idem de monte Orserio, pro fundamento sue intentionis inducebat q palegagia, terra guasta, & vacua, que non occupabantur per aliquos essent, & esse deberent dominorum dicti loci: sed potius apparet de falsitate illius assertionis, & hoc per instrumentum trãsactionis: quo fit vt non videatur valuisse dicta transactio, quatenus cõcernit dictam nouam querelam: per id quod habetur in. l. in summa. & quod ibi doctores. ff. de cond. ind. Alexander de Imola in dicta. l. si quis cum aliter. versicu. vnum tamen circa predicta not. & Albericus in summa. C. titulo de transactionib. ¶ Venio ad vltimum super quo premitto quod in dicta vltima transactione quoad id de
8 quo in dicto quesito ponuntur duo. Primum quod † sine priuato denuntiatore nullus inquestetur, quod videtur esse conforme regule iuris communis, secundum quam dici potest q de iure ciuili nõ potest regulariter inquiri contra delinquentem: vt voluit glossa in. l. ij. §. si publico. ff. de adulter. glossa institut. de publicis iud. in principio. glossa in. l. tutor. §. preterea. ff. de suspectis tutorib. glossa in. l. rescripto. §. si quis accusatorem. ff. de muneribus & honor. glossa in. c. de manifesta. & quod ibi doctores. ij. q. j. & quod not. Bartolus in. l. ij. §. si publico. & Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in prima glossa. Secundum quod ab hoc generali dicto excipiuntur crimina atrociora & casus a iure communi & Dalphinalibus libertatibus permissi, aut concessi: in quibus voluerunt prefati nobilis de monte Orserio ac homines & habitatores dicti loci de Sygrerio, posse homines inquestari sine priuato denuntiatore. Quo premisso dico & respondeo, quod si qui venerint, vel veniant cõtra proclamata facta circa prohibitionẽ criminũ atrociorũ, aut criminũ seu delictorum, vel excessuum de & in quibus premissa est, vel cõcessa inquisitio a iure cõmuni, vel secundum Dalphinales libertates, potest aduersus tales de iure per inquisitionem procedi: non pro eo simpliciter, quia proclamata extiterint, sed quia etiam eis non precedentibus, fieri poterat inquisitio. Sed si essent alia crimina, delicta, vel excessus: propter quos alias sine priuato denuntiatore procedi nõ poterat de iure communi non precedente proclamate, vt verbi gratia quia crimen non erat de atrocioribus, vel alias de illis, de quibus de iure communi, aut secundum Dalphinales libertates, permissum, vel cõcessum est inquiri: tunc non puto q aduersus eos qui cõtrauenerũt proclamatibus, possit per inquisitionem de iure procedi, scilicet sine priuato denũtiatore, & hoc rationibus & motiuis eleganter & plene inductis per dictum spectabilem dominum primum scribentem. Quibus addo quod illa cautela, seu practica, quam pars aduersa allegat, & quam põnit Angelus Aretinus in suo tractatu maleficiorum, in prima glossa, versiculo, ex quo dicto tu iudex sumas cautelam, non videtur facere pro dicta parte aduersa: & vt hoc euidentius appareat, suppono q Angel. pariter refert Bartolum in dicta. l. secunda. §. si publico. versiculo, tertia regula, & Salicetus in. l. ea quidem. versic. sed quia propter denuntiationes. & versicu. est & alia species, &c. ibi similiter cum reperit in inquisitione generali, &c. C. de accusationibus. qui videtur velle quod iudex potest procedere per inquisitionem: intelligo specialem propter precedentem generalem inquisitionem: quia vbicunque iudex generali inquisitione comperit aliquem deliquisse in eodem casu potest descendere ad specialem inquisitionem, et illum reum condemnare, secundum id quod habetur in. l. comperit. ff. de officio presidis. & in. l. quarta. §. primo. ff. ad legem Iul. pecul. & ex his in quibus secundum Angelum conueniunt Bartolus & Salicet. mandat idem
9 Angelus & † consulit iudici, vt cautelam sibi sumat, q in princ. eius regiminis fieri faciat bannum ad purgandum prouincias malis hominibus: multum latum vt comprehendat homicidas, proditores, sacrilegos, blasphematores, fures, raptores, adulteros, falsarios, incendiarios & omnes homines male cõditionis, & fame: & q subdat post specificatam clausulam generalem, scilicet & contra omnẽ personam que aliquid fecerit, vel dixerit, contra formam iuris & statutorum Bononie: quia, vt inquit, in omnibus casibus expressis in tali inqsitione generali vel etiã in ciuilibus expressis poterit postea inquiri. Que ergo si attendantur, prout oportet, verba Bart. & Sali. ex quibus mãdat Angel. cautelam assumi, & verba eiusdem Angel. euidenter apparebit q Angel. non loquitur in proclamate, siue preconizatione per quam iudex fieri prohibet excessus, sed potius loquuntur Barto. Sali. & Ange. in inquisitione gñali: Et quidem Bart. & Sali. in generali sed Ange. sumens ex eorum dictis cautelã, docet eam fieri generaliorẽ: vt sic ex illa possint postea iudices & magistratus descendere ad multas, imo multo plures species & de illis specialiter inquirere: & hoc patet, quia non solum Bar. & Sali. illã appellant generalem inquisitionem sed etiam Ange. id qđ primo appellauit bannum, postea appellauit generalem inquisitionem vt videri potest in verbis superius relatis: que si intelligerentur eo modo quo dictus nobilis de Monte Orserio seu egregius vir dominus eius aduocatus: non video quomodo cautela Ange. sumi posset ex doctrina Bart. & Sali. que si nõ desipio, huic cautele nihil cõferret: non puto igitur q propter pretensa proclamata de quibus in processu seu eorum contra mẽtionata, potuerit sine priuato denuntiatore procedi contra quasdam particulares, contra quos processisse legitur dictus nobilis de Monte Orserio, seu eius officiarium: taceo q quemadmodum prefatus nobilis de Monte Orserio pretendit, q tam ex nouissima, quã precedentibus trãsactionibus homines habitãtes dicti loci de Sygrerio, sunt sibi obligati vel astructi ad aliquid: vel dandum vel faciendum vel non faciendum ita & mutuo, & viciffim, & ipse eis. Quod si ita est qua equitate, vel iustitia mandat eis precipi, & iniungi per proclamata, vt conuenta promissa & transacta obseruent etiam sub penis satis magnis sibi applicandis: sibi autem nihil precipi mandat, aut procurat & hinc est quod in multis contrauenire non dubitat qui profecto deberet timere, non solum penas dicte. l. si quis maior. sed etiam penam retorqutionis, hoc est edicti quod quisque iuris, &c.

¶ Rubric. De naturalibus liberis. ¶ Consilium. cccxlij.

¶ Epitome.

¶ Nobilitas testatoris facit, q legitimatus, qui alias excluderet, non excludit substitutum. V. F.

1 ☞ Naturales liberi qui dicantur.
2 Protestationem fieri debere quod mulier pro concubina tenetur.



N Informatione ampla parte nobilis Nicolai de Brancassijs, non possum plene intelligere an idem de Brancassijs fuerit filius naturalis nobilis & honorabilis quondam viri Baptiste de Brãcassijs: quia licet communis sermo aliquarum partium nũcupet seu vocet & appellet omnes illos naturales
1 qui de soluto & soluta sunt genit: vere † tamen illi proprie sunt naturales qui ex libera muliere in schemate concubine retenta nati sunt. authentic. quibus modis naturales efficiuntur sui. §. si quis autem defunctus collatione septima: & authentic. de triente & semisse. §. & hoc dicimus si vni concubine. versiculo sic autem ei dom. collatio. tertia. quod etiam voluit Oldr. consil. cxcvi. exordiente. Factum tale est quidam nobilis conuertit se ad quandam mulierem solutam &c. Io. And. in addi. Spec. tit. qui filij sint legitimi, super rubrica. versiculo scias ergo. Bart. consilio. lxxiiij. exordiente, Quidam habens nepotes ex filia legitima & naturali. Albericus. C. de naturalibus liberis. super rubrica. circa principium. Marti. Lauden. in suo tract. de legitimatione, versiculo quero de casu qui sepe, &c. Paulus de

Cast. consil. clxxxiij. exordien. In causa que vertitur &c. ver. item non poterat illi dici simpliciter naturalis, &c. Angel. Aret. in suo tract. de testamen. super verbis, item reliquit centum filio suo naturali tantum. Francisc. de Are. consil. xlviij. exordiente, utrum alimenta que petuntur, &c. in prin. & Matthe. de Mathe. in suo tractatu successionum ab intest. in secundo membro principali, versic. & primo quando sunt nati: nō potui autē intelligere ex his que narrata, vel scripta extiterūt, quod dictus nobilis Nicolaus natus, vel susceptus extiterit ex muliere retēta in schemate cōcubine: quod, ut dicit Joan. And. ubi supra, est quasi imago vel fi-
2 gura, ut scilicet quasi recte teneatur, quinimo dicit † lex protestationem esse faciendam quod pro concubina teneatur. l. in concubinatu. ff. de concubinis. & hoc ne presumatur uxor. l. in libere. ff. de ritu nuptiar. & sic non possum cōsulte respondere, quod dictus Nicolaus fuerit proprie & vere filius naturalis dicti quondā nobilis Baptiste de Badrasiis: quinimo verius videretur fuisse spurius si tamen, ut audio, verum est quod mater huius Nicolai teneretur in domo per matrem dicti quōdam nobilis Baptiste, & ipsum Baptistam ut, & tanquam famula: per id quod notat Alber. C. de natural. liber. super rubrica: & fuit satis de mente Oldradi in dicto consilio. cxcvj. Et si mater erat vidua alias honeste vivens vel fuisset virgo per ipsum nobilem Baptistam stuprata, tunc diceretur procreatus & susceptus ex coitu dānato. l. inter liberas. §. lege Julia. & l. stuprum. §. adulterini. cū suis similibus. ff. ad leg. Jul. de adulter. quod propterea videbatur exprimendum in legitimatione, ut videtur posse colligi ex eo quod notant & supponunt doctores in multis locis, cum lquuntur de exprimenda specie spurietatis in legitimatione obtinenda per rescriptum, quod tamē factum non reperio in legitimatione altenta parte dicti nobilis Nicolai. Sed esto ut legitimatio facta de dicto Nicolao valuerit, adhuc tamen multum sibi refragatur, & obstat id quod voluit Angel. in disputatione alias per me allegata exordiente. Nobilis quidam genere, &c. quam cōmemoravit Alexander de Imo. §. cum autem. C. de instit. & substitut. & consilio. lxxxvij. exordiente, Visis codicillis, &c. in secundo volumine, & consilio secundo in undecimo argumento in primo volumine: & dominus Prepositus in c. naturales. si de feud. controver. fuer. inter do. & agnat. in qua voluit idem Angel. & sequuntur predicti doctores, quod si testator fuerit nobilis vel in dignitate constitutus: tunc filius naturalis legitimatus non repellit substitutum, pro eo quia ex eius persona consideramus, & presumimus per quos descendentes videntur voluisse excludi substitutum: tunc enim quēadmodum filius naturalis non excludit substitutū, sed per eum excluditur. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebellianum. & hoc pro eo quia non presumitur testator de illis sensisse, ut quia sunt magis dedecori quam essent in viro non nobili. l. si qua illustris. C. ad Orficianum. Ita nec videtur filius naturalis, quanuis legitimatus excluderet substitutum in dicto casu, prout latius declarat Alexander de Imola, quanuis arguendo in dicto consilio secundo, versiculo, undecimo probatur. Et quanuis Alexander in casu tunc occurrenti huic rationi respondeat, sua tamen responsio non videtur suffragari huic nobili Nicolao, ut colligi potest ex verbis illius: & hanc partem etiam sequitur Antonius de Butrio in capitulo, per venerabilem. post medium, versiculo, alius est effectus: quod si patrui, &c. ubi dicit quod filius naturalis, & legitimatus non excludit substitutum quando testator erat nobilis genere: ubi etiam dicit hanc esse rationem dicti capituli, naturales. ubi legitimati non succedunt in feudo, pro eo quia non est verisimile nobilem feudum concedentem de tali persona vel prole sensisse. Propter que re vera existimo difficile posse defendere quod idem Nicolaus excluserit substitutum: nisi aliud diceretur & appareret ad impugnationem dicte presumptionis. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De revocanda donat. ¶ Consilium. cccxliij.
¶ Epitome.

¶ Donatio ob supervenientiam liberorum revocari potest, iuramento & assertione benemeritorum non obstantibus. Vasquinus Filolus.

1 ☞ Donatio per supervenientiam liberorum videtur revocata, presertim si usque ad dimidiam partem bonorum donantis ascendat. & num. 3.

2 Aliquid vel aliqua, dictiones arctant significatum orationis.

4 Renuntiationes generales non extenduntur ad leges speciales.

5 Benemerita non sufficit asseri per donatorem, sed probari oportet, ad hoc ut donatio sit ob causam illorum.



Etiam Si instrumentū cuiusdā pretense donationis inter vivos quam dudū, scilicet anno domini M. cccclxv. & die quinta mēsis Septēbris, fecisse dicitur nobilis Rodulphus Perussii de Florentia, tunc, ut pretēditur, maior xx. annis, minor vero vigintiquinque nobili Ludovico Perussii eius patruo de omnibus iuribus, actionibus, & rationibus que sibi competebant & competere poterant in & super hereditate sive successione hereditaria nobiliū Rodulphi Perussii, eius quondam avi paterni, Bonifacii Perussii eius quōdam patris, & omniū fratrum dictorum Bonifacii & Ludovici, fuisset & esset verum & huiusmodi pretēsa donatio fuisset ab initio valida & efficax super quo
1 pro nunc non insisto: quia tū † post donationē huiusmodi idem nobilis Rodulphus pretensus donator, procreavit & suscepit ex eius legitima coniuge liberos naturales & legitimos: illa videretur de iure revocata per id quod habetur in. l. si unquam. C. de revoca. dona. que licet loqui videatur eo casu, quo donata est aliqua pars, seu quota bonorū: tamen non refert an sit donata quota bonorum, aut una, seu plures res particulares: quia ratio illius. l. que est fundata in hoc, quod nō est verisimile donantem sic donasse, si liberos habuisset, vel si de eis procreandis cogitasset: ita militat quando donatur fundus unus vel plures aut res alie ascendentes in effectu ad valorem alicuius quote bonorum sicut si donaretur illa quota, quia identitas rationis utrunque casum associat: debet igitur utroque casu esse eadem iuris dispositio. l. a Titio. ff. de verbo. obliga. c. ij. de transla. prela. & l. illud, cum suis simi. ff. ad leg. aqui. alias enim videretur lex fuisse imposita verbis, & non rebus. cōtra. l. ij. C. cōmu. de lega. & c. commissa. de electio. in. vj. Cum igitur ut in facto supponitur iura, actiones, & rationes eidem nobili Rodulpho in successione hereditaria dictorum quondā Rodulphi & Bonifacii eius avi paterni & patris & defunctorum patronorum cōpetentis tempore facte donationis, de qua supra: ascenderent non solum ad valorem alicuius quote bonorum eiusdem nobilis Rodulphi pretensi donatoris: sed etiam ad valorē dimidie partis bonorum huiusmodi: donatio predicta videtur fuisse revocata per supervenientiā seu nativitatem dictorum liberorum per predicta. Et istā oppositionē sequitur Bart. in. l. Titia Seio. §. imperator. versi. quero. l. si unquam. ff. de lega. ij. ubi hoc probat ex eo quod dicta. l. si unquam loquitur etiam in donatione certe partis bonorum. Quo casu nō continetur in parte bonorum onus eris alieni. l. non amplius. §. fi. ff. de lega. j. l. si quis servum. §. fi. cum. l. se. & quod ibi glo. ff. de lega. ij. l. mulier bona. in prin. ff. de iur. do. sicut nec continetur sub concessione certe rei particularis. l. prima. §. si heredis. ff. ad ad trebellia. & l. fina. §. fina. ff. de contrahenda emptio. & vendi. nihil igitur refert an sit donata certa res, vel certa quota bonorum: & cum Barto. transit Bald. in dicto. §. imperator. & Joan. de Imola. in capitu. fina. versicu. circa predicta tamen, potest dubitari, &c. ibi interdum vero non donatur pars bonorum, &c. de donationib. Nisi forte secundum Joannem de Imola. ibi res donata, fuisset parvi, seu non magni valoris: quia cum donatio fieri consueverit propter merita, non est verisimile quod voluerit tunc illam donationem factā scilicet de re parvi, vel non magni valoris, propter supervenientiam liberorum revocari. Pro quo fecit quod not. Bald. in. l. prima. C. de inofficios. donation. Sed in casu de quo queritur dici nō potest quod iura actiones & rationes prementionate essent parvi, vel non magni valoris. Et ita non est in dubio existimandum quod tempore facte donationis dictus nobilis Rodulphus cogitaverit de liberis procreandis, sed potius presumendum est quod de illis non cogitaverit, & quod si de eis cogitasset ipse non donasset dicto eius patruo iura rationes & actiones predictas per rationem dicte. l. si unquam. & ar. l. cum accutissimi. C. de fideicō. & l. cum avus. ff. de conditio. & demon. Et cum Barto. in dicto

d.§.imperator.versi.quero.l.si vnquam.loquitur, &c.etiam transit Alex.de Jmol.consi.lxxi.exordiente, Consideratis ijs que narrantur in themate, &c.in quarto volu.vbi etiam voluit, q.d.l.si vnquam habeat locum etiam si vel quota, vel res, vel quantitas donata non ascendat ad valorem dimidie partis bonorum donatoris, pro eo quia.d.l.si vnquam, non dicit simpliciter de parte bonorum, sed dicit de aliqua parte: quo casu venit pars etiam consistens infra
2 dimidiam: quia vt dicit Oldr.consi.cccxvi.exord.Quidā episcopus cuius mense, &c.versi.secundo, quia iura, &c.dictio aliqua arctat significatū orationis ad rem modicam. Pro quo allegat.l.hac lege.ff.de contrahen.emptio.& vendi.& l.diuus.ff.de bonis dānatorum. Et idem fuit de mente glo.in cle.j.super verbo, aut earum parte de for.compet. Pet.de Ancha.consi.clix.exordiente, Presupponitur in themate q domus vendita.vers.nec debet. Pau.de Cast. consil.xlj.exord.Viso puncto supra scripto, &c.& Joan.de Jmol.in.l.filio preterito.versic.& pro hoc etiam bene facit quod not.glos.in clem.j.&c.ff.de iniust.rup.& irri.testa.hoc etiam voluit Alexan.de Jmo.in dicto consil.lxxi.referens Bald.id ipsum voluisse.in.c.j.§.j.de controuer.inuestitu. vbi Bald.ad hoc allegat in argumentum.l.cum filius.§. pater.ff.de lega.ij.& secundum Alexan.in dicto consil.melius probatur in.l.Gallus.§.in omnibus.ff.de libe.& posthu.& idem voluit Alexan de Jmol.in.l.plures.ff.de dam.infec.& dicto.c.fi.de dona.& idem voluit Gemini.in.c.ij.§. j.de deci.in.vj.istam partem etiam in casu.d.l.si vnquam. approbat etiam Bald.in.d.l.si vnquam.per text.in dicta cle.j.in verbo, aut eorum parte aliqua, & est de mente Bart. & Bald.in.d.§.imperator.quod etiam expresse affirmat Roma.in.l.sicut certi.C.de testamen.mili.per no.in dicta cle.j.de for.compe.idem voluit do.Jason May.in.d.l.j.C. de pact.vbi etiam do.Lancelo.refert se alias cum legeret Senis vidisse originale consilium Alexan.de Jmo.supra allegatum scriptum manu solennis doctoris Pet.Phil. Cor.de Perusio:& q cum esset ista causa cōmissa cuidam insigni doctori dom.Gayantho Bonsigne, & sibi ipsi ita indicauerunt q eorum iudicium fuit ibi per baliā idest,
3 per rem publicam confirmatum supposito † igitur citra preiudiciū veritatis, q iura, actiones & rationes superius mentionate ascēdissent ad valorē dimidie partis bonorū: fuisset nihilominus dicta pretensa donatio propter superuenientem dictorū liberorum natiuitatem ipso iure reuocata, nisi forte quis dicat q dicte.l.si vnquam.fuerit per dictū nobilē Rodulphum donatorem renuntiatū, sed istud non obstat quia esto, vt citra preiudicium veritatis eidem l.renuntiari potuerit. Cuius quidem contrarium voluit Oldra.consil.clxxiij.exordiente, Quidam habens vnicum filium, &c.Joan.And.in addi.Spec.tit.de instrument.edi. §.j.in addi.que incipit, hoc autem certum est. Roma.consil.cclxix.incipiente, nō est dubium q donatio, &c.vbi subdit sequendam esse opinionem Joan.And.abiectis falsitatibus aliorum, &c.Salic.in.d.l.si vnquam. Pet.in practica Papiensi in forma libelli quando agitur pro donatione, & Fran.de Cur.cōs.j.vbi plenissime allegans etiam alios multos id ipsum tenuisse, & Andre.Barba.in sua Joannina.c.Raynaldus.de test.quatenus post recitatas opiniones, dicit opinionem Joan.Andr.esse equam: & sic dicere videtur q equitas corrigat rigorem per id quod no. glo.approbata in.l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de publica.& in.l.si tibi pecuniam in fi.n.si cert.petat. Tamen ex verbis instrumenti dicte pretense donationis, non apparet q dictus nobilis Rodulphus eidem legi renuntiaue-
4 rit: nisi et enim generales renūtiationes quas fecisse dicitur idem nobilis Rodulphus, non extenduntur ad hanc.l. seu beneficium illius. Pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in.c.cum inter.P.Gaufridi.de renuntia.l.fin.§. idem quesijt.ff.de condi.indebi.& l.cum aquiliana.ff.de transac.iuncto.eo quod no.Bart.in.d.§.imperator.Joan. de Jmol.& alij in.c.fi.de dona.q in dubio non presumitur quis cogitasse de liberis procreandis.renuntiationes ergo generales per eum facte non extenduntur ad beneficium dicte.l.quia alias diceretur extendi ad incogitata, quod non est dicendum dicta.l.cum Aquiliana.& quod not.Barto. in.l.Aurelio.§.Caius.ff.de liber.leg. Preterea ex premissis facit, quia beneficiū alicui concessum miserationis causa, requirit ad sui exclusionem verba nedum specialia, sed etiam specialissima, vt singulariter voluit Cyn.in.l.vnic. C.quan.imperator.quam approbando refert Bald.in.l.j. C.si quis in ius voca.non ierit.sed beneficium dicte.l.si vnquam.concedit.l.ipsa patri miserationis causa, quasi eidem misere viueret considerans q si pater filiorum successionem cogitasset, non fecisset donationem vt not.scribentes in dicta.l.si vnquam.Barto.& alij in dicto.§.imperator.Joan.de Jmo.& alij in dicto.§.fi.& Oldr.in dicto consil.& Alexan.de Jmol.in dicto consi.clxi.ergo, &c.Preterea beneficium quod alicui conceditur per legem ratione exuberantes fauoris ad sui exclusionem requirit specialem renuntiationem.dicta.l.j.ff.si quis in ius vocatus non ierit, prout etiam ibidem in finalibus verbis suis exemplificat Bald.hoc dicens. Sed beneficium dicte.l.si vnquam. concessum est per legem patri, ratione exuberantis fauoris, quam eidem dat propter noue prolis successionem: prout ex se ipso manifeste apparet: magnus est enim & exuberās fauor q qui donauit & etiam forte tradidit posset reuocare eo q de filijs non cogitauerit cum alias in contractibus non attendatur coniectura voluntatis nec etiam vera voluntas nisi exprimatur.l.si repetendi.C.de condic. ob cau. Sic igitur ex exuberanti fauore conceditur beneficium dicte.l.si vnquam.ergo ad illius exclusionem requiritur specialis renuntiatio quod etiam voluit Roma.in dicto consi.cclxix.& sic per dictas generales renuntiationes non censetur dictus nobilis Rodulphus renuntiasse beneficio dicte.l. Cui adijcio q tempore facte donationis erat minor.xxv.annis & sic illud ignorauit, & ignorasse presumitur. ¶ Forte vero opponetur de iuramento per eum interposito in dicta donatione: sed respondeo, q nec illud obstat, pro eo quia vt voluit Oldra.in dicto consil.Bald. & alij in dicto.§.imperator.Albe.& alij.in dicta.l.si vnquā. Joan.And.& alij in dicto.c.fi.donatio predicta habuit tacitam & subintellectam conditionem nisi liberos haberet dictus donator que propterea cēsetur etiam subintellecta in iuramēto vtpote accedenti dicte donationi, & cuius natura non est vt obligationem augeat, sed ei infra suos limites manenti addat religionis vinculum.arg.l.Titius in fi.ff.ad Trebel.quod etiam voluit Oldra.consi.ccxxviij. exordiente, Cum mulier donatrix post donationem, &c. quod dictū refert Bald.in.l.fi.circa principium.C.de non nume.pecu.& volunt doc.in locis supra proxime allegatis. Preterea forte opponetur q dicta donatio non fuit simplex, & donatio proprie dicta, sed remuneratoria precedentium meritorum in qua non videtur habere locum.dicta.l. si vnquam.que cum loquatur in donatione, & ponat casum a cōmuni iure exorbitante, videtur debere intelligi in propria donatione, scilicet, que fit ex mera liberalitate, quia alie non sunt proprie donationes quando sunt ob causam. l.j.& l.Attilius Regulus.ff.de dona. Cum ergo donatio remuneratoria cuiusmodi videtur fuisse predicta donatio, non fiat ex mera liberalitate, sed propter meritorū recompensationem in ea non videtur habere locum.d.l.si vnq. quod etiā voluit Ang.in.d.l.si vnq.& Bald.in aliquibus lecturis. Rom.in.l.si vero.§.de viro.in.xlviij.fallentia.ff. solut.matri.& consil.xxvj.exordien. Pro decisione eorū de quibus dubitatur. Alex.de Jmo.consil.xxix.exord. Preclare subtiliter ac copiose, ad fin.in tertio volu.& consil.xl. exordien. Super primo dubio.versic.circa tertium dubiū, &c.in quarto vol.do.Lancelo.in dicta.l.j.C.de pact.& do. Jason May.in.l.ex hoc iure.versic.xvj.effectus.ff.de iustitia & iure. Sed ad hec respondeo q illa procederēt si appareret de pretensis meritis, sed de illis non apparet, nec videtur fore standum illi pretense assertioni, quam fecisse dicitur idem nobilis Rodulphus tēpore dicte donationis, eo maxime, quia illa remansit in genere, nec fuit ibi facta aliqua specificatio pretensorum meritorū, nihil igitur operata est illa pretensa assertio: per id quod ponit Oldra.consilio.v.exordien. Titius dedit duobus coniugibus, & fuit de mente Bald.in.l.illud.C.de sacrosanct.eccle.& in.l.si donatione.C.de collat.& in.l.fin.ff.de exercito.actio. vbi voluit q talis assertio meritorum nihil operetur, & idem satis voluit Oldra.in.d.consil.v.& Paul.de Cast.consi.cv. exordien. Circa bona que fuerunt domini Vberti.versicu. tertio videtur obstare, nam hic fuit ob causam meritorū, & dicit idem Paul.de Castr.in.l.affectionis gratia.ff.de dona.q verba generalia benemeritorum seu seruitiorum, non faciūt quominus donatio sit pura, & idem voluit Oldrad.in dicto consil.v.quo fit, vt non obstante illa pretensa generali mentione facta de immensis beneficijs, fuerit donatio predicta simplex, quod etiam in dicto pretēso instrumento illius, fuit clare expressum ibi pura, mera, simplici, &c. Jlli ergo generali mentioni benemeritorum, seu

beneficiorum, non fuit, nec est stādum, quoad hoc, vt propter illa censeri debeat donatio huiusmodi fuisse remuneratoria, nisi de meritis, seu seruitijs huiusmodi aliter appareret & cōstaret, quinimo, vt voluit Bald. in auth. ex testamēto. versi. quinta est opinio. C. de colla. qd in cōtractu donationis nō requiritur specificatio meritorum: sed vera existentia terminorum, & hoc est de mente modernorum in
5 d. l. si donatione, scilicet, † quod per assertionem meritorū seu seruitiorum factā per donatorē, non probentur ipsa merita etiam si huiuscemodi pretensa seruitia seu merita fuerunt specificata. Sed quidquid sit eo casu quo benemerita fuerunt specificata hoc saltem certum est quod si non fuerunt specificata nō statur, assertioni facte de benemeritis. Pro quo multa inducit Ioan. de Placen. in quodam suo consi. exord. Circa hoc videtur quod inter consilia Fran. de Curte est. lxvij. cui se subscripserūt Hiero. Tro. Ioan. Pute. & Nycoli. de sancto Nazario. Que dixerim, &c.

¶ Rub. De serui. & aqua. ¶ Epitome. ¶ Consi. cccxliiij.

¶ Aqua per locum priuatum decurrēs, est domini illius loci, adeo vt de illa possit quod vult facere. V. F.

1 ☞ Alienatio per iudicem perinde habetur ac si facta esset per partem.



Adherendo Sententie spectabilis viri domini primo scribentis, & pro cōfirmatione eius quod notat Bald. in allegato. c. j. §. si quis de manso, de controuers. inuesti. dico quod illud dictum commemorat & sequitur Bartholomeus Veronen. in suo tracta. de seruitu. tit. de seruitu. & aqua. versic. & predicta intellige, &c. Et licet predia in quibus nascuntur aque, de quibus supra, & que olim fuerunt predecessorum nobilis & generosi viri Ludouici de Grassa, domini de Massio, dicantur fuisse vendita, non quidē per eos, sed authoritate magistratus, & propter certa eorum debita: idem tamen videtur esse, ac si ipsi vendidissent, argu. l. si ob causam. C. de euictio. vbi † probatur quod fa
1 ctum iudicis in talibus perinde habetur, ac si esset factum a parte. Preterea ad id quod superius: & per dictum dom. primo scribentem dicitur quod inuito & resistente dicto do. de Massio, non possit per dominum de Briansono aqua diuerti ac immitti in predia prefati do. de Massio, & per ea dici iurisdictio. l. in concedendo. ff. de aqua pluuia. arcen. & quod per illam. l. voluit in terminis Oldrad. consil. xxx. exordien. Factum tale est, quedam certe & numerate personne. versic. quarto queritur, &c. Et sic idem do. de Briansono aque ductum facere nitatur per predia predicta, inuito dicto do. de Massio, poterit idem dominus aqueductū huiusmodi sua authoritate rescindere & rumpere, seu destruere. l. quemadmodum. §. si protectum. ff. ad. l. Aquil. & quod not. Spec. titu. de actore. versic. item quod vult propria authoritate sibi ius dicere, &c. ibi duodecimo si quis citra seruitutem, &c. & Bart. Vero. in tractatu de seruitut. tit. de aqueductu. versic. sed nunquid sit licitum. Et adijcio quod si contingat aquam immitti in predicta predia, illa per immissionem eiusdem efficietur & fiet ipsius do. de Massio: & sic ad sui ipsius commoditatem poterit ea vti & diuidere prout voluerit. l. j. §. illud Labeo dicit. ff. de aqua quoti. & esti. & quod per illum. §. no. gl. Odofre. Cyn. Bart. Bald. Sali. & docto. in. l. aquam. C. de seruit. & aqua. quod etiam voluit Bald. in. c. cum omnis. versic. pone, &c. ibi, in cōtrarium videtur de constitu. Alex. de Imo. consi. cviij. exord. In causa & lite vertente inter dominos & possessores molendinorum, &c. dicunt enim, quod postquam aqua incipit decurrere & prolabi per locum priuatum, aqua efficitur illius priuati. l. j. §. ij. ff. de flumi. Et ideo ille, ad quem spectat huiuscemodi priuatus locus, potest de illa aqua facere ad velle suum, etiam si alteri per quandam consequentiam noceat. Pro quo allegant. l. Proculus. ff. de damno infect. Que omnia dixerim, &c.

¶ Rub. De reb. credi. & iureiuran. ¶ Consilium. cccxlv.
¶ Epitome.

¶ Actor qui de intētione sua nihil penitus probauit reo deferre iuramentum non potest: nec reus illud ipsi referre cogitur. V. F.



Supplicatio Parte Benedicti Alligo, dudum, vt pretenditur, oblata reuerendissimo in Christo patri, & do. do. Gubernatori Auenionis, & comitatus Venaysini, cōtra & aduersus honorabilem virū Honoratum Gebani, fuit & est surreptitia, & obreptitia, ac surreptitie, & obreptitie impetrata, tacita videlicet veritate, & expressa falsitate: non ergo valuit pretensa prouisio parte eiusdem Benedicti obtenta, quatenus illa cōtinuit, & continet gratiam. Pro quo allegasse sufficiat. l. j. ff. de nata. restitu. l. & si non cognitio. C. si contra ius vel vtilit. public. & quod not. omnes scribentes communiter in. c. ad audiētiā. el. j. de rescrip. Quod autē supplicatio huiusmodi fuerit surreptitia, vel obreptitia apparet ex eo, quia in ea tacetur eundem Benedictum habuisse multas & varias dilationes ad probandum illud pretēsum debitum decem & septem florenorum cum dimidio, in quibus nihil omnino probauit, & quod post lapsum illarum, & exclusionē approbando recurrit ad dictum reuerendissimū do. gubernatorē. Si enim premissa expressisset, prout exprimere debuit, non obtinuisset, nec obtinere debuisset illam pretensam prouisionem, quam dicitur obtinuisse, quia actor qui nihil penitus probauit de intentione sua, non potest reo deferre iudiciale iuramentum, quoad hoc, vt cogatur idem reus, vel iurare, vel referre, aut soluere petitum cum reus ipse iuxtam causam rescindēdi iuramentum habeat, ex eo quia actor nihil penitus probauit secundum Specu. tit. de iuramen. de la. §. j. in princ. versi. si autem actor. vbi voluit quod actore nihil probante reus debeat absolui: & quod non teneatur iurare, vel referre aut soluere per regulam. l. qui accusare. C. de eden. & quod habetur in. c. fin. de iureiuran. & secundum eum. l. iusiurandum, & ad pecunias. §. ait pretor. & §. fin. & l. manifeste. ff. de iureiuran. debet intelligi & limitari, vt procedant quando actor aliquid probauit, quamuis sit minus, quam semiplene: sed si nihil penitus probauit, tunc nō habent locum ille. ll. Eandem opinionem tenet Panor. in d. c. fin. de iureiuran. dicens, quod idipsum ibi sentit Ioannes And. in verbo nihil prestiterit. & super glos. ij. adducit etiā l. in bone fidei. C. de reb. credit. vbi dicit text. causa cognita debere deferri iuramentum, ergo non ex simplici delatione actoris: & dicit etiam quod ita videtur sentire glo. & Bart. in. l. admonendi. ff. de iureiur. & dicta. l. in bone fidei. inducit & alia multa que possunt ibi videri: idem etiam tenet Panor. in. c. ij. in vlti. notabili. de proba. vbi dicit quod ista est iusta causa recusandi iuramentum quando actor nihil probat: quia sicut actore plene probante, reus debet omnino condemnari: ita econtra, actore nihil probante reus debet omnino absolui, etiam si nolit iurare. dicto. c. fi. & per regulam dicte. l. qui accusare. C. de eden. Et hanc partem sequitur Panor. in. l. si quis iusiurandum. C. de re. credi. Pro hac parte possunt multa induci a quibus nunc supersedeo causa breuitatis cum premissa videantur sufficere. Que dixerim, &c.

¶ Rubr. De acquirē. pos. ¶ Epitome. ¶ Consi. cccxlvj.

¶ Interdicto vti possidetis is vincit, qui de antiquiore possessione docet. V. F.

1 ☞ Interdicto vti possidetis quis vincat.
2 Reputatio verbalis, que ex sola denominatione fit, quatenus operetur: & quid de reali reputatione, nu. seq.
4 Silentium aduersarij possessionem an & quando reddat legitimam.
5 Instrumenta antiqua quatenus probent.
6 Argumentum a communiter accidentibus, & a solitis.
7 Testes etiam non interrogati causam dicti sui reddere debent.
8 Testium pluralitati an potius credēdum, & quid si ex sua depositione commodum reportent.
Probari an possit ius vniuersitatis per homines illius.

1 

Interdicto † Vti possidetis, seu possessorio retinende, ille vincere debet, qui probat de antiquiori possessione, quia huiusmodi antiquior possessio cēsenda est iustior. Alia vero, scilicet, posterior presumitur clandestina. c. licet causam. & quod ibi per Innoc. super verbo plures.

res.versic.ad hoc potes respondere: vbi etiam Ostiensis & Ioan. And.in nouel.de probatio.& idem etiam voluit ibi Panor.in octauo not.idem voluit Bar.in.l.j.§.quod ait pretor.versic.ex predictis.& in.l.si duo.ff.vti possi.de. Cyn. Bald.& Salic.in.l.j.C.eod.tit.Cyn.videlicet,in versi.decimo queritur ibi, sed qualiter apparebit qué melius probasse. Bald.vero in versic.aduerte quautem probatur de possessione anteriore,& Salice.in versic.nunc reuertor ad glos.&c.& idem tenuit Iaco.de Are.prout refert Cyn.vbi supra.Idem Barto.in quodam suo consil.exord.In questione domini Cyoli,& Pau.de Cast.consil.v.versi.secundo principaliter est videndū,&c.& consil.clxxviij.exordien. Fundamentum domini vicarij nō est bonum,&c.Alexan. de Imo.in.d.l.si duo.& Ioannes Ferra.in tit.for.libel.pro turba.posses.in glo.super verbo tenet,& possidet.Facit ad premissa.l.cum queretur.C.vnde vi.& quod not.Barto.in l.Celsus.ff.de vsuca.Quo fit,vt cum in quadam ciuili causa mota & pendente indecisa,per & inter nobiles do.sancti Alexandri ex vna parte,& venerabilem virum dominum syndicum,siue Yconomū venerabilis monasterij,seu domus cartusie Vallisbenedictionis secus Auenionem ex alia,idem do.Yconomus probauerit de antiquiori possessione,seu quasi iurisdictionis, parte eius deducte debuerit,& debeat in illa obtinere.Et primo quidem hoc apparet per publicum instrumentum in hac causa productum, per quod constat quanno Domini millesimo tricentesimo sexto,& de mense Martij, quam Bartholomeus Delcadre pro tēpore habitator loci de Paulbassia, fuit per iudicem eiusdem loci propter sua demerita bannitus a dicto loco,& toto illius territorio,& deinde in exequutionē sententie contra se late sub presentia populi ad hoc conuocati,& sic palam & notorie,precedente precone cum tuba, et, vt moris erat, vociferante de spatio in spatium,& per debita internalla, ductus fuit per seruientes dicti loci Paulbassie.per territorium & iurisdictionem illius, vsq ad publicum iter de Balneolis.Nemini autē dubium quin ductio huiusmodi,& facta per officiarios mandato iudicis,& inhibitio de nunquam intrando dictum territorium,fuerunt actus iurisdictionis.Predicta iuuantur per instrumentū licentie quam cōcessisse legitur frater Petrus de Marsano,pro tempore regēs prioratū dicti loci de Stello,Petro Sedati de sancto Alexandro, de immittendo,& depascendo quedam sua animalia,& animalia do.Guilielmi de sancto Alexandro, in territorio & iurisdictione Paulbassie, videlicet, per fuyschias, erinas que sunt iuxta & citra caminum Balneolarum,prope ecclesiam beate Marie Magdalene a parte venti,& a vento,cum nemore reymouente, & per erina contigua vinee domus magistri Ioannis Valentis a parte venti, & erina,que dicebantur esse domini Gulielmi de sancto Iusto,& domini Betrandi de Balneolis,sita infra dictū territorium & iurisdictionem dicte domus Paulbassie,supra fontē vocatū Agassese,vsq ad iter publicum quod est a parte boree,& per terras sitas versus Rodanum, in quo instrumento post pauca subijcitur,q dictus Petrus Sedati,gratis & ex sua certa scientia, sciens dicta loca designata esse infra territorū & iurisdictionem domus Paulbassie,&c.& fuit cōcessio licētie huiusmodi facta anno Domini M.ccclvij.& die.xix. mensis Decembris, hec legūtur in instrumēto parte dicti do.Yconomi in causa producto & inserto in copia processus fol.cclv. Sunt etiam multi testes parte dicti Yconomi in hac causa producti, deponentes de exercitio iurisdictionis facto per officiarios loci predicti Paulbassie, nō solum in loco, seu locis iurisdictionis eiusdem loci, et de quibus,seu super quibus, videntur partes predicte conuenire q illa sint in territorio Paulbassie, sed etiam in multis alijs que prefati do.sancti Alexandri contendunt esse extra territorium Paulbassie, & infra territorium sancti Alexandri. Econtra vero testes parte dictorum do.sancti Alexandri in hac causa producti, non vidētur deponere de aliquo exercitio iurisdictionis facto in locis, que cōtra proposita,& deducta parte dicti Yconomi,pretendunt esse in territorio sancti Alexandri. Et si qui sint deponentes de exercitio iurisdictionis huiusmodi, illi sunt paucissimi &, vt puto,non nisi vnus, cuius propterea dictū nihil probat.l.iurisiurandi.cum suis similib.C.de testib. Et quāuis multi ex testibus huiusmodi conati extetiterint deponere q illi pretensi limites seu loca vsq ad que dicunt extendi territorium sancti Alexandri, fuerunt & sunt reputati limites seu termini diuidentes territoria & iurisdictiones predictorum locorum Paulbassie & sancti Alexandri, et quod ea que sunt a dictis pretēsis terminis seu locis, siue inter terminos huiusmodi,& locum sancti Alexandri fuerunt reputata, & reputantur fuisse & esse in territorio & iurisdictione ipsius loci sancti Alexandri. Hoc tamen parum videtur esse quo ad iurisdictionem, seu etiam possessionem,seu quasi illius: quia † licet reputatio verbalis,que

2 fit ex sola denominatione aliquando multum operetur.§. vltimo. institu.de adopt.&.l.vnica.§.similiq modo.C.de latin.liberta.tollen.& auth.vt liceat matri & auie.§.sed hoc sentire:regulariter tamen parum operatur.l.imperatores. §.penult.ff.ad municipa.&.l.si vero non remunerandi.§. cum quidam.ff.mandati. Parum enim prosunt verborū folia.c.Marchion & Basilides.j.quest.j.quod etiā voluit Ioan.And.in addit.Specu.§.nunc videndum.vers.multum etiam habent causidici,&c.Oldra.consil.cclxxiiij.exordiente,Quia tota pars decani.& capituli,&c.versicu.tertio opponitur.& Albe.C.de probat.in rubri.illa ergo reputatio de qua deponūt testes parte dictorum dominorum de sancto Alexandro,signanter quatenus concernit iurisdictionem, parum operatur, vtpote que fuit & est verbalis, consistens in sola denominatione. Econtra vero reputatio de qua deponunt testes parte dicti domini Yconomi multum operatur,vtpote,que nō fuit,vel est verbalis, hoc est non in solis verborum folijs consistens, sed realis: Et hoc pro eo,quia loca de quibus deponunt testes huiusmodi,& que dixerūt esse in territorio & iurisdictione dicti loci Paulbassie,fuerunt & sunt non solum reputata esse in territorio & iurisdictione eiusdem loci, sed etiā in locis ipsis exercuerunt officiarij ipsius loci actus iurisdictionis, & quidem plures & diuersos:& tam in bāniendo dictū Bartholomeum Delcadre, & illius bannimentum exequendo voce tube,&c.& prohibēdo regressū seu introitū,insuper & pignorādo,& faciēdo alios actus iurisdictionales,multos & diuersos, de quibus apparet ex processu. Dicta † ergo

3 reputatio fuit,& est,nō quidem verbalis, sed realis: que licet, non semper rem in vero esse constituat.l.modestinus. ff.de muneri.& hono.l.apud Celsum.§.si quis non tutor. ff.de doli excep.&.l.si is qui pro tutore.ff.de eo qui pro tuto.constituit tamen in quadam quasi possessione talis iuris.l.j.§.Iulianus.ff.de agnoscen.libe.l.non epistolis.&.l. nonnullis. & quod ibi gloss.C.de proba.& arguit sententiam aduersarij,que est necessaria in prescriptionibus re

4 rum incorporalium.l.si aquam.C.de seruitu.& aqua.& talem quasi possessionem reddit legitimam que est aduersariorum silentio roborata.l.nemo.C.de acquir.posses.quod etiam voluit Ioan.And.in.d.§.nunc videndum.versicu. multū etiā habēt.& Old.& Alb.in locis preallcg. Preterea si prout oportet bene attendatur ad depositiones testiū, parte dictorū do.sancti Alexandri productorū illi reperiuntur multū varij:q licet aliqui deposuerint & dixerint territoriū sancti Alexandri extēdi a parte orietis, vsq ad mōtaneā seu rupē Paliferri & deinde vsq ad quosdā pretensos terminos seu limites,quos esse,vel fuisse dicunt in descendendo ad iter quo itur de sancto Alexandro ad Rodanum, & iuxta casale domini de Barrio, vulgo dictum la Gaigerie,& id totum quod est a terminis per eos assignatis a parte occidentis,esse & fuisse in & de territorio sancti Alex.alij tamen,& quidem non pauciores, sed plures deposuerunt,& dixerunt longe aliter,scilicet territoria huiusmodi locorum diuidi, non quidem incedendo recta via a dicta montanea Paliferri,& per pretensos limites, quos primi assignant ad iter predictum,& prope casale domini de Barrio dictum de la Gaigerie:sed procedendo de dicta montanea Paliferri,seu pretenso termino, aut limite inibi assignato prope fontem agassose, & deinde ad iter superius mentionatū:per quod, scilicet acceditur de loco sancti Alexandri ad Rodanum:inter quos quāta sit differentia,& diuersitas, nemo est qui nesciat,nisi qui nec territorium vinitauit,nec veram descriptionem,seu picturam inspexit. Per hos igitur vltimos, per quorum depositiones seu dicta, apparet territorium & iurisdictionem dicti loci Paulbassie longe magis extendi a parte orientis,q dixerint, aut deposuerint primi testes:impugnantur dicta & depositiones eorundem primorum testium, & adaugentur impugnationes huiusmodi per instrumēta, & publicas scripturas parte dicti do.Yconomi in hac causa productas.Et primo quidem per relationem estimatorum factam anno Domini M.cccvij.vbi forte dici debuit anno Domini M.cccxxxvij.& die.xviij.mensis Martij: que

que inserta est fol. copie. ccxlv. vbi est sermo de vinea Ste-
phani Monetarij sita in territorio iurisdictione ⁊ distri-
ctu prioratus de Paulbassia prope fontem agassose. Et
reuersum per titulum inquisitionalem factum ⁊ produ-
ctum anno Domini, millesimo tricentesimo quadragesi-
mo secundo, ⁊ die. xxj. mensis Junij contra Joannem Fa-
bri alias de Barrio de sancto Saturnino ad denuntiatio
nem domini Bertrandi de Balneolis militis, pro eo
quia sciderat arbores infra iurisdictionē curie Paulbas-
sie, in quadam terra dicti nobilis iuxta fontem agassose, ⁊
qui titulis inseritur. fo. ccxlviij. Et iterum per alium titu-
lum, factum anno Domini. M. ccclv. ⁊ die. xxiij. mensis
May, contra Dulciā de Bariaco de sancto Alexandro,
⁊ Bertrandum eius filium: pro eo quia dicebantur scidis-
se quandam plantam in quadam terra domini Bertran-
di de Balneolis, sitam infra iurisdictionem sancti Petri
de Stello, loco dicto ad fontem agassosam qui titulus in-
seritur fol. cclj. Et iterum per aliud instrumentū insertum
fo. ccliiij. confectum anno Domini. M. ccclvij. ⁊ die mar-
tis, prima mensis Nouembris. Etiam hoc apparet per in-
strumentū recognitionis facte per Bertrādum Balneo-
li de sancto Alexandro domino priori dicte domus de
Paulbassia, de quadam vinea sita in iurisdictione Pau-
lbassie; loco dicto ad fontem agassose: ⁊ hoc anno Domi-
ni. M. ccclxxiij. ⁊ de mense Februarij, ⁊ inseritur instru-
mentū recognitionis huiusmodi fo. ccxciij. necnon etiam
per instrumentum alterius recognitionis facte anno Do
mini. M. cccxviij. de vinea sita in iurisdictione de Stello lo-
co vocato ad fontē agassose fo. ccxcij. Predicta vero instru
menta licet videantur vel narratiue, vel enuntiatiue loqui
de iurisdictione Paulbassie: ⁊ ꝙ illa protēdatur vsque ad
erma balneetorum, ⁊ ꝙ in ea seu territorio Paulbassie si-
ta sunt ea que sunt prope vel iuxta, vel supra fontem agas-
5 sose: quia ⁊ tamen sunt multa, ⁊ quidem nō solum antiqua,
hoc est hominis memoriam excedentia, sed antiquissima
illa probant per id quod voluit Bald. in. l. cum aliquis.
versi. item quod dicit glo. ⁊c. C. de iur. delibe. vbi dicit talia
antiqua instrumenta probare, pro eo quia probant com-
munem opinionem hominum que presumitur esse vera. l.
j. §. j. ff. de flumi. ⁊. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fund.
instru. l. Athleta in prin. ff. de his qui notan. infam. l. La-
beo. ff. de suppel. lega. ⁊. l. in testamento. ff. de condit. ⁊ de-
monstra. Ad quod facit, quia in antiquissimis illa proba-
tio que alias esset semiplena, ⁊ maior adhuc obtinet vicem
plene probationis, sicut fama per quam probatur domi-
nium antiquissimum. Pro quo plurima inducit domin.
Jason May. in repeti. l. admonendi. versicu. tangit etiam
hic remissiue Barto. de fama, ⁊c. ibi limita tamen singula-
riter in antiquis. ff. de iureiuran. Andr. Barba. in. c. ex li-
teris de proba. Alexan. de Jmo. consi. xv. in prin. in quin-
to volu. ⁊ vt etiam sunt verba enuntiatiua contenta in pri-
uilegijs ⁊ instrumentis, vt not. glo. in. c. si Papa. de priui-
le. in. vi. ⁊ in. c. cum olim de censi. Joan. de Jmol. in cle. j. de
proba. Alexan. de Jmol. consi. clxxxvij. in secundo volu. ⁊
bene declarat Anto. de Butri. in. c. si. de succes. abintest. ad
quod bene facit quod voluit Franc. de Are. cōsi. xlij. exor.
Viso consilium elegantissimo, ⁊c. versiculo nec arbitror
docto. supra allegatos, ⁊c. Per predicta igitur videntur
multum impugnari quinimo etiam expugnari ⁊ elidi de-
positiones predictorum testium ex aduerso productorum,
⁊ non solum eorum qui deponāt territorium sancti Ale-
xandri ⁊ iurisdictionem illius extendi vsque ad rupem
Paliferri, ⁊ deinde recta linea diuidi iuxta quosdam pre-
tensos, ⁊ summe inuisos limites per eos designatos, ⁊
quos fuisse pretendunt in locis per eos designatis in pro-
cedendo, scilicet recta via a rupe predicta seu quodam pre-
tenso limite posito subtus illam ad publicum iter tendens
de sancto Alexandro, ad Rodanum, ⁊ prope dictum ca-
sale domini de Barrio, dictum Gaigerie: sed etiam alio-
rum, hoc est eorum qui deponunt territorium sancti Ale-
xandri, ⁊ iurisdictionem illius, protendi vsque ad rupem
predictam Paliferri, ⁊ fieri diuisionem territoriorum, ⁊
iurisdictionum locorum sancti Alexandri, ⁊ Paulbassie
prout inseritur de dicta rupe versus Boream sequendo
alam magni nemoris Paulbassie vsque ad fontem a-
gassose: ⁊ deinde semper incedendo a Borea vsque ad
iter sancti Alexandri ad Rodanum. Et hoc, pro eo quia
per duo instrumenta superius mentionata, videtur pro-
bari ꝙ iurisdictio dicti loci Paulbassie a parte occiden-
tis, pretendatur vsque ad iter balnearum quod etiam de-

posuerunt, ⁊ dixerunt fere omnes testes parte dicti domi-
ni Yconomi in hac causa producti: qui etiam clare impu-
gnant depositionem aliorum deponentium de illis pre-
tensis limitibus, per quos pretendunt fieri diuisionem in
incedendo de rupe Paliferri, ad dictam Gaigeriam, pro
eo quia illi non habent illa intersignia, seu stigmata, vel
impressiones, quas in illis partibus habere solent termi-
6 ni seu limites territoriorum, ⁊ iurisdictionum: ⁊ † hoc est
argumentum a communiter accidentibus, quod, vt dicit
Bald. in. l. conuenticulam. versicu. item est argumentum a
communiter accidentibus. C. de episcop. ⁊ cleric. est vali-
dissimum in materia probationum: de quo etiam per Sal.
⁊ doct. in. l. neque natales. C. de proba. per Bal. in. l. fi. ff. de
heredib. institu. ⁊ consi. cxxj. ⁊ seq. in prima parte. Et idem
dico de argumento a solitis: de quo Bart. in. l. si librarius.
ff. de regu. iur. ⁊ Alexan. de Jmo. in. l. certi condictio. §. si
nummos. ff. si cert. peta. insuper etiam impugnātur, pro eo
quia illi non habent debitam correspondentiam, vnus, sci
licet ad alterum: hoc est, primum ⁊ secundum, ⁊ secūdus ad
primum, ⁊ sequentem. Et si haberent opportunam corre-
spondentiam, hoc non sufficeret, vbi nō probaretur, prout
nec probatur ꝙ primus, vel aliquis ex eis, faciat diuisio-
nem territoriorum, ⁊ iurisdictionum: quanuis enim aliqui
nitantur deponere ꝙ illa rupis Paliferri seu quidā pre-
tensus terminus inibi prope subtus existens, vel que alias
fuit, faciat aut faceret diuisionem: hoc tamen non probāt,
7 cum non † reddant causam sui dicti, quā eos reddere opor
tuit, etiā non interrogatos ad hoc, vt probarent per theo-
ricam quam ponit Jnnoc. ⁊ sequuntur alij in. c. cum cau-
sam. de testi. Bald. ⁊ alij in. l. solam. C. eod. tit. ⁊ idē Bald.
loquens in terminis nostris, in. l. data. versi. super situ ca-
dit testimonium: vt si aliqua ecclesia sita dicatur in dioecesi,
⁊c. C. qui accusa. non pos. cuius dictum cōmemorat Alex.
de Jmo. in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. ⁊ consi. xliij. in
primo volu. Et si quam causam, vel ipsi, vel aliqui ex eis
reddiderint, illa non est probata. Non probatur igitur ꝙ
aliquis ex dictis pretēsis limitibus sit verus limes seu ter-
minus, per quem vel inchoetur diuisio territoriorū ⁊ iu-
risdictionum huiusmodi, vel per alium antea inchoa-
ta continuetur. Jsti ergo pretensi termini etiam si ad-
inuicem sibi mutuo correspondèrent, non probarent, cum
possent fuisse inibi positi ad alios fines, scilicet, ad probā-
dum diuisionem agrorum particularium, ⁊ sic non appa-
rent signa vniuoca, sed equiuoca que non probant. c. illud.
de presumptio. ⁊ quod not. Panor. ⁊ Francisc. de Are. in
c. cum causam. de probatio. vbi loquuntur de libro vel scri
ptura que reperitur in loco vbi non omnes scripture ini-
bi reposite reputantur authentice, sed alique sunt authen-
tice, alique non. ⁊ idem voluit do. Felin. in. c. ad audientiā.
versic. quinta conclusio. de prescript. facit ad premissa id
quod not. Bald. ⁊ docto. in. l. comparationes. C. de fide in-
strumen. de scriptura ex qua, seu per quam fit comparatio
ad aliam scripturam, ad hoc vt huic scripture ad quam fit
comparatio fides imponatur. vbi Bald. ⁊ doct. dicunt ꝙ
scriptura ex qua, seu per quam fit comparatio, debet esse
certa: quia per eam, vtpote per certiorem imponēda est al-
teri fides: quod non fieret si esset incerta, quia non per in-
certum, sed per certum probatur incertum: vt colligitur ex
ijs que not. Bald. ⁊ doct. in dicta. l. comparationes. C. de
8 fide instru. Preterea illud certum est, ꝙ † longe plures te-
stes deponunt pro intentione dicti domini Yconomi, ꝙ
pro dictis dominis aduersarijs, quo fit, vt potius in du-
bio, fuerit ⁊ sit eis credendum: per id quod habetur in. c.
in nostra. de testib. ⁊ per Specu. tit. de testib. §. iam de in-
terrogatorijs. Et hoc maxime procedit in hoc casu, vbi
etiam tres vel quatuor, imo quinque partes dictorum do.
sancti Alexandri erant tempore eorum depositionis ha-
bitatores dicti loci sancti Alexandri, scilicet, Nicolaus
Giraudi, primus testis, Bertrandus Solerij nonus, Cle
mēs Funcherij decimus, Gabriel Nobilis decimus quar
tus, ⁊ Oliuerius Herle decimus quintus: quorū propter-
ea depositionibus seu dictis, non fuit nec est fides adhi-
benda, vtpote deponentium in causa, ex qua possunt com-
modum reportare: per id quod habetur in. l. omnibus. C.
de testib. iuncta. l. j. §. in propria. ff. quando appellan. sit. ad
quod etiam facit. l. nullus. ⁊. l. idonei. ff. de testi. ⁊ quod no.
Pet. Cyn. ⁊ docto. communiter in. l. parentes. C. de testi.
Barto. ⁊ docto. in. l. in tantum. ff. de rer. diuis. ⁊ Bartho.
Veronen. in suo tracta. de seruitutibus, sub rubri. de serui.
iur. pascen. versic. sed aliud dubium quotidianū potest oc-
currere

currere, ⁊c. in quibus locis querunt docto. an ius pascendi competens ville, vel vniuersitati possit probari per homines eiusdem ville, seu vniuersitatis, ⁊ respondent communiter, ꝙ quādo disputatur de pascuis ⁊ nemoribus in quibus bestie singulorum depascunt, ⁊ singuli ligna incidunt si inducantur homines de dicta villa seu vniuersitate ad testificandum, eorum testimonium non est idoneum: quia dicitur testimoniū in re propria, ex quo ad testes spectat commodum. Hoc etiam satis fuit de mente Signo. de Homode. consil. lxx. exordien. In questione vertēte inter commune Palme ex vna parte, ⁊ commune Cremone ex altera. versic. preterea posito ꝙ per filium, ⁊c. vbi refert illud elegantissime dictum Platonis, quod etiam cōmemorat Tullius in primo de officijs, scilicet, ꝙ non solum nobis nati sumus: ortusq; nostri partem amici, partē patria vendicat: atq; vt placet Stoicis omnia que in terris gignuntur ad vsum communem creari: homines autē hominum causa esse generatos, vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint in hoc naturam debemus ducem sequi, communes vtilitates in medium afferre mutatione officiorū, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincere hominū inter homines societatē. Quod si procedat in hoc casu ergo ⁊ in nostro in quo agitur de territorijs, ⁊ in quo vt etiā apparet ex depositionibus testiū parte dictorum de sancto Alexandro in hac causa productorum pretendunt ipsi testes, illos de sancto Alexandro posse eorū animalia immittere ⁊ depascere ac ligna incidere ⁊ alias explechas facere infra ea loca que esse pretendūt in ⁊ de territorio sancti Alexandri vt ⁊ tanquam in territorio huiusmodi: reportarent igitur ipsi de sancto Alexandro commodum ex eorum pretensis depositionibus si ille valerent, ⁊ propter eas ferretur in hac causa sententia pro dictis do. sancti Alexandri non ergo sunt testes idonei dicta. l. omnibus. ⁊ alijs iuribus superius allegatis forte vero opponetur ex aduerso ꝙ non propter predicta debuerint aut debeant prefati ⁊ proximi testes impugnati repelli a testimonio eo signāter quia dictus do. Yconomus in hac causa etiam produxit aliquos de sancto Alexandro ⁊ ita videtur eos approbasse. l. si quis testibus. C. de testi. Sed istud non obstat quia licet videatur approbasse illos eosdem quos produxit non tamen istos vtpote separatos ⁊ diuersos seu alios quia ex separatis non infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. versic. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligat. l. si maritus. el. j. C. de dona. inter vi. ⁊ vxor. ⁊ vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minor. ⁊ eo maxime quia alia ratio posset subesse in ijs quos producit idem do. Yconomus, vt quia fortasse non habent animalia vel possunt cōmode alibi sibi prouidere de pascuis ⁊ lignis quod non est in istis qui parte dictorum dom. sancti Alexandri producti extiterunt. Et pro eo etiam quia primi possent esse conscientie magis timorate, ⁊ qui etiam pro commodo nō deierarent: alij vero conscientie minus timorate, ⁊ qui fortasse existimarent non esse magnum delictum deponere contra veritatem, ⁊ in commodum ⁊ vtilitatem dicte ville sancti Alexandri: quamuis hoc sit falsissimum. Possunt ⁊ alie multe rationes subesse, ⁊ propter quas nō ideo censendus est prefatus dominus Yconomus approbasse omnes illos de sancto Alexandro, quia aliquos ex oppidanis dicti loci in hac causa produxit. Dicti ergo testes homines, scilicet ⁊ habitatores loci sancti Alexandri contra dictum domi. Yconomum in hac causa producti non probant. Que dixerim, ⁊c.

¶ Rubrica, De pact. conuentio. ¶ Consilium. cccxlvij.
¶ Epitome.

¶ Fructus rerum non dotalium maritus vxori restituere tenetur, nisi eos in vxorios vsus consumpserit. Et vxoris separationi consentit is, qui vxorem a domo sua ad domum patris vxoris eo animo traducit, vt ad se amplius non reuertatur. A. F.

1 ¶ Fructus qui dicantur esse consumpti, vel ad huc extare: ⁊ ad quorum restitutionem maritus vxori teneatur: ⁊ qui naturales sint, quique industriales.
2 Mulier bona triplicis generis habere potest.
3 Diuortio facto culpa viri de bonis vxoris ad huc habentis, vir vxorem alere tenetur.



Non potest, nec de iure debet, nobilis vir Fulquetus Galabruni maritus ⁊ persona cōiuncta nobilis ⁊ honeste mulieris Miracle Corderie contra voluntatem ipsius nobilis Miracle regere gubernare, aut alias administrare bona eiusdem Miracle: ea scilicet que non sunt bona dotalia, nec fructus, seu prisias ⁊ emolumenta bonorum huiusmodi contra ipsius voluntatem percipere ⁊ si quos fructus emolumenta vel prisias contra ipsius voluntatem perceperit, ipse tenetur fructus, emolumenta ⁊ prisias huiusmodi, eidem nobili Miracle restituere, ⁊ alias de illis satisfacere. l. de his. C. de dona. inter vir. ⁊ vxor. quod etiam per illam. l. volunt vbique, scilicet Bart. Alexan. de Imo. ⁊ alij in. l. penul. ff. ad leg. falcid. Cyn. Salic. ⁊ alij in. l. fi. C. de pact. conuen. Pau. de Castr. consi. clxxxvj. exordiente, Super primo reperio, ⁊c. Alexand. de Imol. consil. xlij. exordien. Super premisso themate diligenti animaduersione, ⁊c. Et hec quoad fructus perceptos contra expressam voluntatē dicte nobilis Miracle. Quo vero ad alios fructus, emolumenta, ⁊ prisias per eundem nobilem Galabruni perceptos ex bonis predictis, non tamen forte cōtra expressam voluntatem dicte nobilis Miracle, dico ⁊ respōdeo, ꝙ si illi supersint, seu extent vel nō sint cōsumpti illi sunt eidē nobili Miracle, restituendi cuiuscūque generis existant. l. si stipulata. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. qui ad hoc solet communiter per docto. allegari. in. d. l. fi. C. de pact. conuen. ⁊. l. penul. ff. ad leg. falc. ⁊ in multis alijs lo-
1 cis. Dicuntur † autem consumpti, secundum Bald. in. l. vbi autem. C. de iur. do. Alex. de Imo. in. d. l. penul. versic. ⁊ dicuntur consumpti, ⁊c. ⁊ Fran. de Are. consil. clx. exord. Longa est ista consultatio, ⁊c. versi. illud tamen indubitāter credo verum, ⁊c, quando de eis nihil restat: sed si restarent, ipsa eadem fructuum, prisiarum, seu emolumētorum corpora, vel aliquid cum eis permutatum, vel ex eis emptum, quod esset in patrimonio dicti nobilis Galabruni, mariti: tunc non dicerentur consumpti: quia in corpore patruarum adhuc retinerentur. l. idem seruandum. ff. de lega. ij. ⁊ supposito ꝙ possent dici consumpti, non possent tamen dici consumpti in promiscuum vsum eorundē nobilium Galabruni ⁊ Miracle. Et sic etiam isto casu videretur teneri idē Galabrum ad pretiū fructuū, seu prisiarū ⁊ emolumentorum, vt volunt docto. prefati in locis superius allegatis, si vero fructus, emolumenta seu prisie huiusmodi essent consumpti, tunc distinguitur, quia aut fuerunt percepti de voluntate dicte nobilis Miracle, ⁊ tunc, aut illi sunt naturales aut industriales, si naturales cuiusmodi sunt poma, pira, ⁊ alia huiusmodi, pro quibus, vt plurimum parum expenditur, illi sunt restituendi secundum Cyn. ⁊ Salice. in. d. l. fin. C. de pact. conuen. ⁊ Paul. de Cast. in dicta. l. penult. ff. ad leg. falci. vbi etiam refert ꝙ hoc voluit Marti. Silla. ⁊ dicit Salic. in dicta. l. fi. ꝙ hoc volunt omnes docto. Bartho. Veronen. in. d. l. penult. in princ. aliter loquitur distinguens, an fructus fuerint parui, hoc est modici pretij, seu extimationis, aut magni, ⁊ dicit ꝙ primo casu fructus huiusmodi, seu eorum extimatio repeti non possunt. l. si id quod. §. j. ⁊. l. vtrum. ff. de donat. inter vir. ⁊ vxor. Secundo vero casu repeti possunt, quatenus ex fructibus huiusmodi vir factus est locupletior. d. l. si stipulatio. §. j. ff. de donatio. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ hec opinio videtur placuisse Nicol. de Neapo. ⁊ Ioan. de Imo. in dicta. l. penult. ⁊ Francis. de Aret. in dicto consil. clx. versi. ex his, ⁊c. quamuis Bart. consil. cxxj. exordien. Titius habens vxorem, ⁊c. post Marti. Sillania. in quadam sua publica disputatione dixerit indistincte contrarium, scilicet, ꝙ nulli naturales fructus debeant restitui, vel de illis satisfactio impendi, ad quod mouetur iuribus ⁊ rationibus de quibus ibi, sed primum dictum videtur equius. Quo vero ad fructus industriales cuiusmodi sunt segetes seu grana, ⁊ vinum ex hoc certum est, ⁊ etiam oleum oliue. l. penult. ff. de reiuendic. quod etiam voluit Bart. in dicta. l. penul. in fin. princip. ff. ad leg. falc. ⁊ idem ibi voluit Ioan. de Imo. ⁊ Bart. in dicto consi. cxxj. Quoad istos (inquā) fructus ⁊ alios in quibus plus operatur industria ꝙ natura, si illi fuerint consumpti, an maritus vel eius heres teneatur satisfacere de eisdē eius vxori, respondeo ꝙ Cy. in dicta. l. fin. C. de pact. conuent. tenet ꝙ non, per id quod ibi habetur de fructibus ciuilibus, hoc est de vsuris que percepte ex bonis parafernalibus, vel propterea ⁊ cōsumpte non restituuntur vxori: pro eo, quia vir ratione industrie

ſtrie per eum impenſe, eos lucratus eſt. Et idẽ voluit Bar.
in dicta. l. penult. pro quo etiam allegat gloſ. in. d. l. fin. que
videlicet videtur facere pro hac parte, quatenus loquitur
de fructibus naturalibus, ꝙ illos non lucretur maritus,
quã cõtrarium ſentiat in induſtrialibus: ⁊ quia etiam ra-
tio propter quam dicit gloſ. maritum lucrari vſuras locũ
ſibi vendicat, etiam in fructibus induſtrialibus; Debet
ergo idem ius vtrobiqȝ ſtatui. l. illud. cum ſuis ſimili. ff. ad
leg. Aqui. Et huic opinioni videtur adheſiſſe Salic. in. d.
l. fin. C. de pact. conuen. quod etiam affirmat Alexand. de
Jmo. in. d. l. penult. qui etiam ibi dicit iſtam opinionẽ vi-
deri eſſe communem. Paul. vero de Caſtr. in. dicto conſil.
clxxxij. recitat quinque opiniones ſuper iſta materia, vbi
etiam relatis opinionibus Cyn. Marti. Sil. ⁊ conſequen
ter Bart. in dicta. l. penul. illas impugnat, ⁊ tandem vide-
tur velle ꝙ fructus bonorũ parafernaliũ vxoris, ⁊ multo-
fortius alia bona etiã nõ dotalia nõ ſeruiant viro, nec ce-
dãt eius lucro, ſed debeant reſtitui vxori: per id qđ not. gl.
in. d. l. vbi ſuper verbo. ad ſuſtentationẽ. C. de iu. do. Pro
quo allegat dictam. l. penul. vbi, ſecundum eum, videtur
caſus: verum quamuis Pau. de Caſtr. in. d. cõſi. dicat huic
opinioni tanquam ſecuriori eſſe adherendum, ipſe tamen
poſt relatam opinionem Angel. ⁊ Paul. de Caſtr. in. d. l.
penul. volentium ꝙ quatenus fructus fuerint conſumpti
in promiſcuos vſus mariti, ⁊ vxoris illi nõ ſunt reſtituen-
di aut pro eis ſatiſfactio impendenda: ſed quatenus non
ſint conſumpti in promiſcuos vſus illi ſunt reſtituendi,
vel pro eis facienda ſatiſfactio: videtur ſatis acquieſcere
huic opinioni Bald. ⁊ Ang. ⁊ iſtam opinionem etiam ſe-
quutus eſt Franc. de Are. in dicto. conſil. cix. ſed Bald. in
quodam ſuo conſi. exord. Eſt ſciendum etiam ꝙ mulier, ⁊c.
quod commemorat Alexand. de Jmol. in. d. l. penul. ff. ad
leg. falc. ⁊ conſil. xlij. exord. Super premiſſo themate, ⁊c. in
primo volu. ⁊ conſil. lxiij. exord. Super primo dubio quo
2 queritur in ſecundo volu. Dicit † ꝙ mulier poteſt habere
bona triplicis generis, videlicet dotalia, item paraferna-
lia, que ſunt illa que mulier ſecum defert in domum viri. l.
ſi ego. §. dotis. ff. de iur. do. ⁊ in authen. de exhiben. re. §. fin.
cum glo. ſuper verbo. proprias. colla. iiij. ⁊ quod no. glo. C.
de pact. conuen. in rub. ⁊ quod habetur in dicta. l. fin. C. de
pact. conuent. item habet mulier alia bona, que nec ſunt
dotalia, nec parafernalia, cuiuſmodi in caſu noſtro fue-
runt illa quatuor trentenaria aueris minuti, que donaſſe
dicitur magnificus, ⁊ potens quondam vir domin. Ste-
phanus de Vaceſco dicte nobili Miracle eius ſorori. Et
quoad hec dicit Bald. ꝙ ſi maritus contra voluntatem
vxoris fructus ex bonis huiuſmodi percepit, ipſe tenetur
eos reſtituere dicta. l. de ijs. C. de donation. inter virum ⁊
vxorem. Si vero illos perceperit de ⁊ cũ voluntate ipſius
vxoris, ⁊ illi extent ipſe tenetur eos reſtituere dicta. l. ſi ſti-
pulata. ff. de donation. inter virum ⁊ vxor. Si vero non
extent tenetur de ijs reddere rationem quatenus eos con-
uertiſſet, non in vſus promiſcuos ſui ipſius, ſed proprios.
Si vero voluntas mulieris eſt dubia, vt quia non appa-
ret an de voluntate, vel contra voluntatem eiuſdem vxo-
ris fuerant fructus huiuſmodi per virum percepti, tunc
dicit Bald. in in dicto conſilio, ⁊ videtur ſequi Alex. de
Jmo. in dictis duobus eius conſilijs tam conſumptis ꝙ
non conſumptis ⁊ tã naturales ꝙ induſtriales tenetur vir
reſtituere vxori, ⁊ ꝙ de hoc proprie loquitur. d. l. penul. ni-
hil ſubaudiendo ad textum, quia non debet in dubio pre-
ſumi, ꝙ vir in hoc caſu conſumpſerit fructus de volunta-
te vxoris. Et hoc propter plures preſumptiones quas ple
ne proſequitur Bald. in dicto conſi. ⁊ quas refert Alex. de
Jmo. in dictis duobus conſilijs, ⁊ hunc caſum dicit Bal.
⁊ poſt eum Alexan. de Jmo. fuiſſe obmiſſum per Bart. in
dicta. l. penult. vbi ſolum loquutus eſt de fructibus perce-
ptis contra voluntatem, aut de voluntate vxoris, ſubau-
di de quibus conſtat: non autem quãdo ſumus in dubio,
an, ſcilicet, vxor hoc voluerit, vel noluerit: quo caſu dicit
Bald. preſumendum eſſe ꝙ ipſa noluerit. Condeſcenden-
do igitur ad caſum de quo queritur, hoc eſt, ad augmentũ
ſeu incrementum dicti aueris, ⁊ ſic ad fructum dictorum
quatuor trentenariorum aueris, ſi illud augmentũ, ſeu in-
crementum extet, vel etiam conſumptum extiterit in non
promiſcuos vſus predictorũ nobilium cõiugum: videtur,
ſub correctione cuiuſlibet domini melius ſentientis, ꝙ di
ctus nobilis Galabruni teneatur ad illius augmenti, ſeu
incrementi, ſi extet, reſtitutionem, alias ad extimationem
illius: quinimo ad hoc etiam teneretur ſecundum Bald. et
Alexan. de Jmol. in dictis conſilijs, etiam ſi fuiſſet con-
ſumptum in promiſcuos vſus, niſi probetur ꝙ augmẽtum
ſeu fructus huiuſmodi perceptum, ſeu percepti extiterint
de volũtate dicte nobilis Miracle: Et puto expedire ipſi
Miracle ꝙ ipſa offerat ſupplicationem inſigni curie par-
lamenti Prouincie, in qua facta expoſitione de donatio-
ne dictorum quatuor trentenariorum aueris, facta eidem
nobili Miracle per dictum do. Stephanum de Vaceſco,
⁊ receptione eiuſdem aueris per dictum nobilem Galabru
ni: ⁊ ꝙ poſt illius receptione tenuerit ⁊ rexerit, ſeu teneri,
⁊ regi fecerit dictum auere, ⁊ fructus ſeu incrementũ per-
ceperit: ſupplicetur eidem inſigni curie, vt condemnet ⁊ co-
gat eundem Galabruni ad ſibi reddendum computum et
rationẽ de geſtis ⁊ adminiſtratis, ⁊ ad reliqua conſignan-
dum iuxta ea que habentur in. l. ij. circa medium, verſicu. ⁊
ſane ſicut equum eſt ipſum actus ſeu rationem reddere de-
bere. ff. de nego. geſt. ⁊ quod not. Joan. And. in additioni.
Specu. tit. de inſtrumen. edit. §. nunc dicendum. verſi. pri-
uatorum, in magna additio. verſic. reſtat tractare. Et ſi ea-
dem inſignis curia non ſit cauſam hanc retentura ſuppli-
cetur opportune. ¶ Ceterum nobilis quondam vir Oli-
uarius Galabruni quondam ſocer dicte nobilis Miracle,
⁊ pater dicti nobilis Fulqueti Galabruni, eidem Mira-
cle legauit florenos quinquaginta monete, ⁊c. vltra ⁊ pre-
ter florenos quinquaginta in augmentum dotis eidem no
bili Miracle per ipſum nobilem Oliuarium, vt aſſereba-
tur, donatos in contractu matrimonij, antea celebrati, per
⁊ inter eoſdem nobiles Fulquetum ⁊ Miraclam. Et caſu
quo idem Oliuarius dictos quinquaginta florenos pre-
fate nobili Miracle in augmentum dicte eius dotis non
ſolueret, eo tunc ⁊ dicto caſu ſic exiſtente, illos ſibi legauit,
⁊ iure legati reliquit, ita ꝙ ipſa haberet ⁊ habere deberet
ſuper bonis ⁊ hereditate eiuſdem, nobilis Oliuarij flore-
nos centum, ⁊ ꝙ illi eidem vel ſuis per dictum nobilem
Fulquetum eius heredem vel ſuos ſoluerentur, ⁊ expedi-
rentur: ⁊ quia audio ꝙ dicti quinquaginta floreni nõ fue-
rant per dictum dominum Oliuarium donati tempore
contracti matrimonij, vel alias poteſt ipſa nobilis Mi-
racla, illos tanquam ſibi legatos petere, ⁊ ſic poteſt expe-
riri ⁊ agere contra dictum nobilem Fulquetum eius ma-
ritum pro dictis centum florenis. ¶ Preterea poteſt etiã
ipſa nobilis Miracla petere ab eodem Fulqueto quin-
quaginta florenos quos dictus nobilis Oliuarius con-
feſſus fuit habuiſſe ⁊ recepiſſe a dicta nobili Miracla, ⁊
quam ſummam quinquaginta florenorum ipſa Miracla
antea habebat ſuper quandam vineam ſitam in territorio
Auraice, loco dicto in Abriano, que olim fuit Franciſci
de Manſo fuſterij, per dictum nobilem Fulquetum Ga-
labruni, vendita Antonio Sergentis: prout de confeſſio
ne huiuſmodi apparet publico inſtrumento ſumpto ⁊ re-
cepto anno incarnationis Dominice. M. cccclxxxiij. ⁊
3 die. xix. menſis Decembris. Et adijcio † ꝙ licet dicta no-
bilis Miracla non ſit in ſeruitio dicti nobilis Fulqueti
eius viri, vel cum eo moram non trahat: quia tamen hoc
non contigit facto, ſeu culpa eiuſdem nobilis Miracle, ſed
potius facto, ſeu culpa prefati Galabruni eius viri patien
tis, ⁊ ſuſtinentis, ꝙ liberi ſuſpſius ex alia ſua vxore, ean-
dem nobilem Miraclam iniurioſe ⁊ male tractent, ⁊ alias
ſibi non prouidentis indemnitati ſue perſone, tenetur ipſe
Galabruni ipſam alere ⁊ nutrire: per id quod not. Jacob.
de Are. Cyn. Bald. Salic. ⁊ alij in. l. quod in vxorem. C.
de negot. geſt. ⁊ Ange. Aret. in. §. ſi erat. verſic. quero vxor
non eſt in ſeruitio viri, ⁊c. inſtitu. de actioni. ⁊ quod ponit
Pau. de Caſtr. conſil. cccxc. exordiente, Viſo quodam li-
bello porrecto per dominam, ⁊c. niſi forte opponatur ſibi
ꝙ ſine iudicio eccleſie ſe ab eo ſeparauerit, ⁊ thorum viri
dereliquerit: ſed reſpondeo ꝙ hoc non obſtat, pro eo quia
cum cõſenſu dicti eius viri a domo ſua deceſſit; quinimo,
vt audio eam aſſociauit, ⁊ ad domum paternã ſeu ciuita-
tem auroicenſem tranſduxit non ergo eum aut fedus ma-
trimonij offendit quia volenti, ⁊c. nec poteſt ſibi ad cul-
pã adſcribi ſi volũt perſonã eius teneri: ſed potius marito
qui debuit ⁊ deberet prouidere, ⁊ intelligere ꝙ dixerit veri
tas, relinques patrem, ⁊ matrem ⁊ adherebis vxori tue.
Que omnia dixerim ſub correctione cuiuſlibet domini
melius ſentientis.

¶ Rub. De don. int. vi. ⁊ vxo. ¶ Epit. ¶ Cõſi. cccxlviij.

¶ Pater filie sue donare potest, et rursus hec idipsum secundo suo viro: postquam pater quum donaret huic liberam alienandi concessit facultatem, preuenitque consensu alienationem: illa vero, que vnicum ex priore viro, filium tantum habuit, viro secundo non plus dimidia bonorum suorum donauit. A. F.



Donationem Non puto impugnari posse aut valere quam dudum, anno, scilicet incarnationis Dominice. M. cccc.xciiij. et die sexta mensis Januarij, fecisse legitur honesta mulier Salonea Vitale, filia naturalis et legitima prouidi viri Antonij Vitalis discreto viro Laurentio Jaqueti eius tunc futuro sposo, de medietate bonorum suorum mobilium, et immobilium, iurium et actionum: eo scilicet casu quo eandem Saloneam mori contingeret superexistentibus, vel non superexistentibus liberis procreandis, ex matrimonio inter eosdem Laurentium, et Saloneam tunc contrahendo factam, saltem quatenus donatio huiusmodi concernebat, et concernit mansum antea per dictum Antonium dicte Salonee eius filie donatum: ex eo, scilicet capite, quia eidem donationi facte per dictam Saloneam non interfuit, nec illi consensit prefatus Antonius. Tum quia, vt apparet ex instrumento donationis facte de dicto manso per dictum Antonium prefate Salonee eius filie, eadem Salonea, et sui poterant, et valebant vigore, et virtute donationis huiusmodi affare seu masum predictum, vendere, distrahere, alienare, et alias disponere et ordinare quandocunque vellent, atque de ipso vti, frui et gaudere pro debito voluntatis, tanquam de bonis, etc. per que videtur idem Antonius satis consensisse donationi dicti mansi. Nemini enim dubium est, quin consensus possit preuenire actum, aut in eo interuenire, seu etiam illum sequi. Tum etiam quia cum dictus mansus fuisset efficaciter eidem Salone donatus donatione inter viuos, et cum iuramento, propter quod valuit donatio huiusmodi: per id quod not. Bald. in. l. iij. C. de vsucap. pro donat. et in. l. si donatione. vbi de hoc per Alexan. de Imo. C. de collatio. et in multis eius consilijs. Et fuerit mansus huiusmodi pleno iure eidem Salone acquisitus, ita vt non potuerit Antonius pater pretendere se vsufructuarium: non erat ipse Antonius legitimus administrator. auth. vt lice. matri et aue, in princip. Et sic potuit predicta Salonea de eo disponere, perinde ac si fuisset materfamilias: pro quo allegasse sufficiat id quod not. docto. et signanter Alexan. de Imo. in. l. nemo. C. qui testamen. face. pos. et quod habetur in. l. fin. §. filius autem a contrario sensu. C. de bon. que liberis. Etiam non potest dicta donatio impugnari ex eo, quod eidem Salonee superfuerit Ludouicus Laurensoli eius, et primi eius mariti filius naturalis et legitimus: quia cum eadem Salonea non donauerit predicto Laurentio eius secundo seu vltimo viro, vltra dimidiam partem bonorum suorum: ipsa non contrauenit. l. hac edictali. C. de secund. nupt. et auth. de nupt. §. optime.

¶ Rubrica, De testamen. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccxlix.

¶ Testamentum, in quo filie post illud nate, viuo testatore non vocate sunt, est nullum: nisi quatenus per clausulam codicillarem sustinetur. A. F.

1 ☞ Preterite an censeantur filie, que post testamentum viuente adhuc testatore nate sunt: quanuis de posthumis mentio facta sit. et nu. et seq.
2 Opinio magis fauens testamento an et quando non sit sequenda.
3 Dos non est quota hereditatis: licet sit non vniuersale.
Relinquo verbum quando trahatur ad institutionem, et quid de verbo lego, nume. seq.
4 Legitimam non sufficit relinquere, nisi hoc iure institutionis fiat.
5 Verba secundum vsum loquendi exaudienda.
6 Testamentum nullum quanuis in persona acquiescentium reconualescat, alijs tamen est aperta via.
7 Codicillaris clausula in testamento qualiter operatur.
8 Societas inter fratres post mortem patris quomodo contrahitur.
9 Donatio absenti facta an et quando valeat: quanuis alia de eadem re alteri facta postea sit: et quid si non sit insinuata: et qui iustam causam litigandi habere possint.



Ponitur In facto quod dudum fuit in humanis nobilis et generosus quondam vir Bertrandus de Laylario Domicellus dominus oppidi seu castri de Spondelhano, qui pridem, scilicet anno Domini. M. cccc.lxxxiij. et die. xxiij. mensis Julij, fecit et condidit eius vltimum, et nuncupatiuum testamentum, in quo, inter cetera heredem vniuersalem instituit nobilem Philippum de Laylario eius filium naturalem et legitimum: nobilibus vero Raymundo, Bertrando, et Antonio de Laylario eius etiam filijs naturalibus, et legitimis, iure hereditarie institutionis certas pecuniarias summas reliquit: dicto videlicet nobili Raymundo quingentos mutones auri, et prefatis nobilibus Bertrando et eorum cuilibet ducentos mutones auri in quibus eos particulares heredes instituit, et eos voluit esse contentos, etc. Preterea legauit idem nobilis Bertrandus iure institutionis posthumo seu posthumis, et eorum cuilibet ex ventre nobilis Joanne Maselaris, si pregnans tunc esset vel foret tempore eius mortis, ducentos mutones auri: et si contingeret dictam eius vxorem parere vnam vel plures filias, voluit et ordinauit quod de bonis suis nutrientur ad voluntatem amicorum et affinium sui ipsius testatoris, seu aliquorum ex eis. Si vero non collocarentur in matrimonio, aut alias si intrauerint religionem legauit eis legitimam iure debitam. Post testamentum autem huiusmodi dictus nobilis Bertrandus ex dicta nobili Joanna procreauit, et suscepit tres filias, et deinde permanens in dicta voluntate vita functus est, et ab humanis decessit. Quo mortuo dicti nobiles Philippus Raymundus, et Antonius simul steterunt, et vixerunt per decem annos, et vltra: quibus etiam durantibus tenuerunt et possederunt communiter et pro indiuiso, ac vt et tanquam inter eos communia bona, et res hereditarias dicti nobilis Bertrandi eorum quondam patris, et quartam in iudicio quod extra defenderunt, vt et tanquam bona communia inter eosdem Philippum, Raymundum, et Antonium, et se pro illorum dominis reputarunt nominarunt, et gesserunt, etiam in exigendo ab eorum tenementarijs, et emphyteutis, vel vassallis recognitiones de et pro bonis emphyteuticis aut feudalibus. Acquisierunt etiam communiter multa et varia bona, que vt et tanquam communia inter eos tenuerunt et possederunt, et, vt puto, lucra hincinde per eos facta, sibi inuicem communicarunt: et, sicut dixi, vixerunt per tempora predicta, et vsque ad mortem dicti Philippi qui ab humanis decessisse dicitur, sunt duo anni cui successit nobilis Petrus de Laylario, eius filius naturalis, et legitimus: qui cum predictis nobilibus Raymundo, et Antonio eius patruis, et ipsi cum eo vixerunt in communione seu vnione predicta, per multos annos, et vsque ad annum Domi. M. cccc.xcviij. in mense Martij, quo processerunt ad partitionem, seu diuisionem bonorum, tam dicti quondam nobilis Bertrandi, dictorum nobilium Raymundi, et Antonij quondam patris, et dicti Petri aui materni, quam post mortem illius per ipsos, et dictum quondam Philippum acquisitorum, et que diuiserunt in tres tertias partes. Est verum quod post mortem dicti quondam nobilis Philippi, et ante diuisionem superius mentionatam, scilicet anno Do. M. cccc.lxxxviij. et die. iij. mensis Aprilis dictus nobilis Antonius de Laylario donauit, cessit, concessit, et tradidit, seu quasi tit. pure perfecte superstitis et irreuocabilis donationis, que dicitur inter viuos et que nulla actione, vel aliquo actu, contrarijs posset aut valeret reuocari, et absque omni spe recuperandi nobilibus Guilielmo, et Pontio de Laylario fratribus, et ipsius nobilis Antonij nepotibus ex dicto Raymundo eius fratre, licet absentibus, publico vero notario, pro eisdem nobilibus Guilielmo, et Pontio absentibus stipulante, et recipiente, omnia et vniuersa bona sua, tam mobilia quam immobilia debita, credita, prouentus, reditus, dominationes, et alias res et iura eidem Antonio donatori pertinentia, et spectantia, ac pertinere et spectare debentia vbicunque essent: hoc retento quod ipse esset dominus et magister, ac vsufructuarius omnium bonorum huiusmodi, ad sui ipsius vitam solum, et duntaxat: retentis insuper in et super omnibus bonis rebus et iuribus eiusdem, centum libris Turonensibus, dandis, et distribuendis ad sui ipsius voluntatem: quam donationem dicit se facere propter plura legata diuersa, et innumera-

bilia seruitia, obsequia ⁊ beneficia per dictos eius nepo-
tes sibi facta, ⁊ que facere, ⁊ affectuose impendere quotidie
non cessabant, ⁊ in eorũ recompensationem, ⁊ etiam quia
erant nepotes germani: ac sua pura liberalitate, ⁊ sponta-
nea voluntate: in dicta vera donatione constituit dictus
Antonius se tenere ⁊ possidere bona predicta precario no
mine dictorũ Guilielmi ⁊ Pontij, donec ⁊ quousqꝫ illorũ
realem ⁊ corporalem possessionem apprehendissent: ⁊ ni-
hilominus renuntiauit insinuationi, ⁊ iurauit non venire
contra in forma. Post hec anno, scilicet proxime dicto, et
die. xx. mensis Aprilis, ⁊ antequã donatio supra proxime
mentionata peruenisset ad notitiam dictorum nobilium
Guilielmi ⁊ Pontij: idem nobilis Antonius in fauorem
matrimonij contrahendi per ⁊ inter dictum nobilem Pe
trum eius nepotem, ex dicto quondam Philippo ex vna
parte, ⁊ nobilem Veysiadam de Lauerache ex alia: ⁊ hoc
propter maximum amorem, quem se gerere dicebat erga
dictum nobilem Petrum: eidem Petro presenti, stipu-
lanti, solenniter ⁊ recipienti, dedit, ⁊ donauit donatione
inter viuos medietatem omnium bonorum, rerum ⁊ iuriũ
suorum, mobilium, ⁊ immobilium presentium tunc, ⁊ fu-
turorum, retentis fructibus, vsufructibus, commoditati-
bus ⁊ gausidis ad vitam suam solum, ⁊ duntaxat: ⁊ iurãt
premissa attendere, ⁊ contra ea non venire, ⁊c. Quibus ve-
ro iuribus renuntiauerit: non potui videre, quia clausula
renuntiationis, non fuit extensa sed diuisa sub verbo, ⁊c.
Post dictas vero duas donationes, scilicet anno Domi
ni. M. cccc xcvij. fuit dieta prima donatio insinuata coram
egregio viro domino Bernardo de Ala, locumtenẽte, seu
ad causarum vniuersitatem commisso per nobilem ⁊ egre-
gium virum dominum Raymundum Trincaire vigue-
rium Biterris, sed non exprimitur in insinuatione huius
modi, ad cuius instantiam, seu requisitionem illa facta ex-
titerit, an scilicet, prefati nobilis Antonij donatoris, vel
dictorum donatariorum, seu alterius ⁊ cuius. Ex quo fa-
cto sic prolixe recitato, quesitum est de sequentibus. Et pri
mo an testamentum dicti quondam nobilis Bertrãdi va-
luerit ⁊ valeat. Secundo an in bonis, rebus ⁊ iuribus di-
cti quondam nobilis Bertrandi habuerint, ⁊ habeãt par-
tem prefati nobiles Raymundus, ⁊ Antonius, quemad
modum habuit dictus quondam nobilis Philippus, et
hodie habet dictus nobilis Petrus eius quõdam filius.
Tertio, que dictarum duarum donationum sit potior, et
quis ex dictis donatarijs potiora iura habeat in bonis et
rebus donatis, an videlicet dicti nobiles Guilielmus, et
Pontius primi donatarij in omnibus bonis retentis et
reseruatis vsufructu ⁊ centũ florenis, an ve prefatus Pe-
trus posterior donatarius in dicta medietate sibi donata,
reseruato ⁊ retẽto vsufructu. ¶ Quarto quia tẽpore facte
predicte donationis, prefati nobiles Raymundus, An-
tonius ⁊ Petrus asseruerunt, ⁊ ita cõfessus est dictus no-
bilis Antonius, ꝙ ipse dicto Petro donationem, quam
supra fecerat de dimidia parte dictorum eius bonorum, et
aliam de alia medietate dicto nobili Guilielmo, ⁊ in fauo
rem matrimonij per eum contracti, ⁊ propterea dicit se fa-
cere dictam diuisionem citra preiudicium dictarum dona
tionum: ⁊ quia etiam partes predicte conuenerant, ⁊ ita
expresse consentit ipse nobilis Antonius, ꝙ post mortem
ipsius tota sua tertia pars bonorum predictorum, ⁊ que in
tres partes diuidentes remanebãt indiuisa, veniret ⁊ per-
tineret dictis Guilielmo tunc absenti, ⁊ Petro presenti
insequendo donationes superius mẽtionatas. Quesitum
est an in premissis, vel propter ea, seu alias propter dictam
diuisionem, aut contenta in ea fuerit factum preiudicium
dictis Guilielmo, ⁊ Põtio, tunc absentibus. Quinto an
dictus nobilis Antonius posset vlterius preiudicare di-
cte prime donationi aut secũde, seu alias etiam alterum il-
larum in preiudicium alterius validare. ¶ Et veniens ad
primum quesitum dico ⁊ respondeo testamentum predi-
ctum ab initio valuisse, etiam si filie de quibus supra dixi
possint fuisse preterite. §. posthumi. vers. in preterito valet.
1 institu. de exhereda. libero. Videtur † tamen ꝙ postea per
natiuitatem dictarum filiarum, fuerit idem testamentum
ruptum pro eo, quia in illo nihil relictum extiterat eisdem
filiabus iure institutionis. Et ita repererunt se preteritas,
⁊ sic ruperunt testamentum, dicto. §. posthumi. ⁊ l. filiusfa-
milias, in princip. ff. de testamen. milit. Et est per dictã na-
tiuitatem, ⁊ propter preteritionem, perinde ruptum ⁊ fa-
ctum nullum, ac si illud factũ extitisset post natiuitatem
predictarum filiarum, quo casu certũ est, ꝙ illis debuisset

aliquid relinqui iure institutionis: alioqui non valuisset
testamentum. auth. vt cum de appella. cogno. §. aliud quo-
que capitulum. iuncto. §. ceterum. quod etiam voluit glos.
in. §. cum autem. ⁊ quod ibi Angelus Aretin. ⁊ glos. in. §.
igitur super verbo legati. institu. de inoffi. testa. hoc etiam
cõmuniter sequuntur doct. in auth. nouissima. C. de inoff.
testa. Joan. de Imo. qui plene hunc. c. prosequitur in. l. i. §.
si ex fundo. versi. extra glo. restat videre. ff. de heredi. instit.
vbi relatis sex opinionibus tandem remanet in sexta que
voluit ꝙ filius debet aliquid habere expresse titulo insti-
tutionis, ⁊ ꝙ si aliter fiat est nullum dicto. §. aliud quoque
capitulum iuncto. §. ceterum. Pro qua opinione multa
inducit respondendo etiam multis contrarijs: ⁊ idem vo-
luit Joan. de Imo. in repet. c. Raynutius de testa. Joan.
de Imo. ⁊ Alex. de Imo. in. l. inter cetera. ff. de libe. ⁊ post-
hu. ⁊ Philip. de Fran. in. c. si pater. versic. circa secundum
principale quid sit de iure ciuili de test. ⁊ alij in alijs locis.
Et procedit hoc etiã eo casu quo pater testatur inter libe-
ros, secundũ opinionem magis communẽ tam legistarum
ꝙ̃ canonistarũ, ⁊ quam sequuntur Jaco. de Aret. Jaco. de
Raue. Pet. Cyn. Sali. ⁊ Fulgo. in. d. authen. nouissima.
Bald. ⁊ Sali. in. l. fi. C. famil. ercisc. ⁊ Bald. in. d. c. si pater
vbi etiam gloss. fatetur ꝙ ista est tutior sententia idẽ tenet
Joan. de Imo. in. c. Raynutius vbi etiam And. Barba.
Alex. de Imo. in. d. l. inter cetera. ⁊ dicit Salic. in. d. auth.
nouissima. in prima oppo. ꝙ istud communiter tenent do-
cto. hanc opinionem etiã dicit esse communem do. Jason
May. in dicta auth. nouissima. Fateor ꝙ glo. tenuit con-
trarium in dicta auth. idem tenuit Azo in summa. C. titu.
de inoffic. testa. idem voluit glo. in. d. c. si pater. super verbo
instituit. ⁊ Anto. de Butr. in. c. Raynutius pro qua opi-
nione multa inducit do. Jason May. in dicta auth. nouis
sima. sed cum, vt dixi, prima sit cõmunior non videtur esse
in iudicando, aut consulendo ab illa discedendum, secun-
dum Bartho. ⁊ alios. in. l. fi. C. de pe. iudi. qui male iudica-
uit, ⁊ in. l. cum prolatis. ff. de re iudi. ⁊ in. q. per eum dispu-
tata exord. Judex qui per imprudentiam idem no. Ostien.
Joan. And. in nouel. Anto. de Butri. ⁊ Panor. in. c. j. de
constitu. Pro qua opinione solet induci. l. j. versic. crebrior
apud veteres opinio. ff. de offic. questo. c. nouimus ibi opi-
nio a pluribus approbata de verbor. signific. ⁊. c. de indu-
cijs. ibi in quo plurimi concordant. iij. q. iij. Non igitur ob-
2 staret si forte opponeretur, ꝙ vbi † sunt opiniones contra-
rie quarum vna fauet testamento altera impugnat debet
accipi illa que fauet per id quod habetur in. l. si partis. ff.
de inoffi. testa. Quoniam respondeo, ꝙ illud est verum nisi
communis opinio sit in oppositum quia, vt dixi, a cõmu-
ni opinione non est in dubio recedendum quod in termi-
nis voluit Joan. de Imo. in. d. l. j. §. si ex fundo. versic. item
non obstat si dicatur ꝙ vbi sunt opiniones, ⁊c. in repeti-
tione. ff. de heredi. institut. Cum igitur predictis filiabus
nihil fuerit iure institutionis relictum ruptum est predi-
ctum testamentum per earum natiuitatem, pro eo quia se
repererunt preteritas, hoc est nec institutas nec exhereda-
tas. Forte vero opponetur ꝙ cum dictus nobilis testator
voluerit ⁊ ordinauerit, ꝙ de bonis suis maritarentur filie
ad voluntatem amicorũ, ⁊ affinium suorũ, seu aliquorũ ex
eisdẽ: videtur ipse testator predictis filiabus dotẽ, seu do-
tes iure institutionis reliquisse: per id quod not. Anto. de
Butr. in. d. c. Raynutius vbi voluit ꝙ si pater in testamẽ
to filie reliquerit fundum pro sua dote videatur illum re-
liquisse iure institutionis, pro eo q: dos censetur quid vni-
uersale. l. quod dicitur. ff. de impen. in re. do. fac. ⁊ quod no.
Bart. ff. solu. matri. in rubr. ⁊ verbum relinquo adiectum
vniuersitati importat institutionem. l. cogi. §. ⁊ generali-
ter. ff. ad Trebel. Et pro hoc etiam allegat Ant. de Butr.
dictum. c. Raynutius in verbo Alterochc. Sed contra-
rium tenuit Joan. de Imol. in dicto. c. Raynutius. versi.
dicit tamen hic domin. Anto. ꝙ quando adijcitur vniuer-
sitati. Pro quo inducit primo quia dubium est an filia pos
sit heres institui in sola dote de quo per gloss. ⁊ docto. in. l.
3 iij. §. sed vtrum. ff. de minor. Secundo † quia licet dos sit
nomen vniuersale tamen non est quota hereditatis testa-
toris sed potius certa pars bonorum, ⁊ sic verbum relin-
quo non trahitur tunc ad institutionem. per not. in. l. non
amplius. ff. de legatis primo alias sequeretur quod si te-
stator relinqueret seruo peculium serui sui ꝙ traheretur
ad institutionem cum peculium sit quid vniuersale: quod
tamen est falsum nec iure cautum reperiretur: ⁊ hanc opi-
nionem Joannes de Imola, sequutus est Philipp. de
Fran

Franc. versic. octauo queritur quid si pater in testamento reliquit filie fundum, pro quo secũdum eum facit text. in. l. virilis portio. §. non solum. & l. sed & si pro dote. ff. de legat. præstan. vbi fit differentia an sit factum vxori relictum pro dote, an vero sit in eadem heres instituta, & sic secũdum eũ videtur ibi probari q̃ relictum pro dote non importat heredis institutionem, cum inter hec fiat ibi differentia: facit etiam secundum Philip. vbi supra. l. pater. in princ. ff. de do. preleg. & illa secundum eum videtur tenere Bald. in. d. l. fin. post medi. versic. item quero. C. famil. ercisc. Supposito igitur q̃ per verba predicta videretur idem nobilis testator predictis filiabus reliquisse dotem seu dotes: nõ tamẽ videretur illas iure institutionis reliquisse quod requirebatur, vt predixi: Nec etiã obstaret predictis si forte opponeretur dictum testatorem predictis eius filiabus legasse legitimam eisdẽ de iure debitã, si non collocarentur matrimonio aut alias, si introirent religionem. Quoniã respondeo, q̃ etiam supposito q̃ predicta fuissent relicta pure, non conditionaliter: prout fuerunt, adhuc non videretur hoc sufficisse, pro eo quia per hoc non viderentur dicte filie in sua legitima institute: vel legitima huiusmodi iure
4 institutionis eis relicta, quod † tamen fieri debebat, non enim sufficit legitimã relinquere, sed opus est q̃ illa relinquatur iure institutionis. d. authen. vt cum de appella. cognosci. §. aliud quoq; capitulũ, vbi videtur esse tex. expressus, q̃ non sufficiat relinquere filio legitimam titulo legati vel fideicommissi, aut per alium quemcunq; modum nisi iure institutionis, & si aliter fiat, filius dicitur preteritus. d. §. aliud quoq; capitulum. iuncto. §. ceterum. Et q̃ non sufficiat relinquere legitimam, nisi etiam hoc fiat iure institutionis: tenuit Salic. in. l. fin. C. famil. ercisc. & in auth. vnde & si parens. C. de inoffic. testa. idem de Imol. in. d. l. j. §. si ex fundo. versic. & per predicta videtur q̃ non sit recedendum a dicta opinione, &c. & Philip. de Fran. in dicto cap. si pater. versic. tertio queritur. quid si pater reliquit filio suam legitimam. Et hoc maxime videtur procedere in hoc casu in quo dictus nobilis testator nõ reliquit sed legauit. Hoc est, nõ est vsus verbo relinquo, sed verbo lego, quo fit, vt supposito q̃ verbũ relinquo, adiectum vniuersitati, seu quote hereditatis, aut bonorũ trahi posset ad institutionem, secus tamen est de verbo lego: vt probatur in l. cum ex filio. in princ. ff. de vulga. & pupil. & in. l. mulier. §. fin. ff. ad Trebel. quod etiam voluit Ioan. de Imo. in. d. l. cum filio. de quo per Bart. in. l. Centurio. ad finem prime questionis. ff. de vulga. & pupil. Hoc etiã & plenius voluit Ioan. de Imo. in. l. his verbis. versic. quid autem si testator simpliciter corã septẽ testibus dixerit lego bona mea Titio, &c. ff. de hered. institu. vbi dicit q̃ si testator vocatis septem testibus, dixerit lego bona mea Titio, nõ propterea censetur Titium instituisse, quãuis secus esset si bona sua Titio reliquisset: pro quo etiam allegat Bart. in. d. l. Centurio. in. j. questio. principali. circa fin. pro quo etiã facit secundum eum, quia, vt dicit Bar. ibi, & Bal. in. l. quotiens.
5 C. de heredi. institu. quamuis † verbũ lego, secundum antiquissimam opinionem traheretur ad institutionem. l. verbis legis. ff. de verbo. signi. tamen postea fuit significatum eius restrictum per sequentẽ iuris prudentiam: & etiam ex communi vsu loquendi, vt solum comprehẽdat legatum, & ideo non debet trahi ad institutionem: quia verba sunt intelligenda secundum vsum loquendi: per id quod legitur & not. in. l. librorum. §. quid tamen Cassius. ff. de lega. iij. & in. l. cum delanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fundo instruc. quod etiam voluit Oldrad. consil. cxxj. exordiente, Ad primam questionẽ qua queritur vtrum miles recognoscens, &c. versic. secundo in expositione vocabulorum. & consil. clxviij. exordien. Ad primam questionẽ, qua queritur cuius loci consideretur extimatio, &c. ibi quia in exaudiendis sermonibus, &c. Panor. in. c. j. versic. ad vnũ tamen aduertas, de iudi. & Anto. de Butr. consil. xij. exordiente, Viso puncto & quesitis, &c. & idem q̃ verbum lego, etiam adiectum vniuersitati seu quote hereditatis vel bonorum nõ trahatur ad institutionem: etiam voluit Alex. de Imo. consil. ix. Ange. & Ioan. de Imo. in. l. j. ff. de legatis. j. quod etiam ibi in multis locis fatetur Alexand. de Imo. eo casu quo fuit alius vniuersaliter institutus. Cum igitur dictus nobilis testator heredem vniuersalem instituerit dictũ nobilem Philippum, palam infertur q̃ legatũ legitime factũ dictis filiabus trahi non potuerit ad institutionẽ censentur ergo dicte filie fuisse preterite & per earum natiuitatem fuit ruptum predictum testamentum per predicta & l. posthumo. C. de bono. pos. cõtra tabu. Et
6 † quamuis testamentũ huiusmodi potuerit postea in preiudiciũ dictarũ filiarum reconualescere de iure pretorio vel per taciturnitatẽ vel per expressam approbationẽ dictarũ filiarũ nõ tñ in preiudiciũ predictorũ nobiliũ Raymũdi, & Antonij quibus etiã fuit via aperta. Pro quo causa breuitis allegasse sufficiat not. per Io. de Imo. in. l. filio preterito. vers. expeditis gl. redeo ad quartũ. ff. de iniu. rup. & irri. fac. test. Alex. de Imo. in. l. posthumo. vbi etiã do. Ias. de Mayn. C. de bono. poss. contra tabu. Remansit igitur, & remanet predictum testamentum nullum: est tamẽ verum, q̃ si in eo esset apposita clausula codicillaris, per verba, si non valet, vel valebit, vel per alia importantia verbum futuri temporis, quod videre non potui, pro eo quia clausula, hoc est cum meum vltimũ testamentum, &c. in eo apposita nõ fuit extensa tũc forte posset dici, q̃ per dictã clausulam censerẽtur prefati nobiles Raymundus, Antonius Bertrandus, & filie postea nate rogati de hereditate restituẽda dicto nobili Philippo heredi instituto: per ea que magis cõmuniter not. doc. in auth. ex causa. C. de libe. preteri. vel exheredatis sup quo nõ vlteri⁹ me extẽdo. ¶ Ad secundũ, dico & respondeo, q̃ supposita nullitate predicti
7 testamenti, & q̃ in eo apposita non extiterit clausula † codicillaris concernẽs etiã tempus futurũ tunc videntur tantũ habuisse & habere in dictis bonis prefati nobiles Raymundus, & Antonius, & eorum quilibet q̃tum habuit dictus quondã Philippus, & hodie habet prefatus Petrus q: sic decessisset idẽ testator abintestato cũ propterea equis portionibus, &c. auth. de hered. abintest. §. j. colla. ix. & transumptiue in auth. in successione. C. de leg. libe. Sed si supponeremus, q̃ in dicto testamento apposita extiterit clausula codicillaris concernẽs etiam tempus futurũ tũc videretur maior dificultas, pro eo quia sic viderentur dicti alij filij fuisse grauati de restituẽda hereditate dicto Philippo heredi scripto detracta duntaxat legitima si predicte filie nate extiterint viuo dicto nobili testatore: per id quod ponit Alex. de Imo. cõs. cxliij. exord. Circa primam dubitationẽ videretur, &c. in secũdo volu. alias vero si fuissent nate post mortem testatoris potuissent detrahi due quarte per id quod not. glo. Bar. Bald. Ang. & doct. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. Ad hoc tamẽ vt dicta clausula codicillaris operata extiterit, opus fuit q̃ hereditas adiretur abintestato: per id quod no. gl. reputata singularis. in. l. si filio. §. j. in verbo ex codicillis. ff. de heredi. instit. quod etiam voluit Alex. de Imo. in. d. auth. ex causa. versi. item intellige. & do. Iason. & Ang. in. l. Titia. ff. de inoffi. testa. & Ambro. in. l. filiusfa. §. diui. ff. de leg.
8 j. Preterea † cum non solum prefati nobiles Philippus, Raymundus & Antonius simul steterint remanserint, & vixerint post mortẽ patris, & sibi mutuo, & vicissim cõmunicauerint lucra acquisita, ac etiã fructus sed etiam tenuerint, & possederint bona paterna, vt & tanq̃ sibi ipsis & inter eos equis portionibus cõmunia, & illa vt talia defenderint & pro eis, seu eorum iuribus communiter litigauerint, & etiã vt cõmunia sibi recognosci obtinuerint, & fructus, in eisdẽ excertos, vt & tanq̃ cõmunes & in rebus communib⁹ excretos tẽpore cõgruo perceperint ego existimo q̃ dicti nobiles Raymũdus, & Antonius fuerint, & sunt tuti exceptione prescriptionis. l. sicut. & l. omnes. C. de prescrip. xxx. vel xl. anno. quinimo plus videtur q̃ per predicta fuerit tacite cõtracta societas, etiã quoad bona paterna, vt sic illa censeãtur facta cõmunia per id qđ no. Bar. in l. Titiũ, & Meuiũ. §. altero. ff. de administra. tuto. & docto. cõmuniter in. l. si patruus. C. cõmuni. vtriusq; iudi. & bene facit q̃ post Nicola. de Matth. no. Bal. & do. Iason May. in. l. j. C. qui testa. face. poss. dicit enim q̃ propter diuturnitatẽ temporis, & cõmunẽ vsum viuẽdi & ratione cõiunctionis personarũ presumitur inuicẽ facta donatio, & tacito cõsensu cõtracta societas ar. l. j. in fi. cũ. l. se. ff. de ijs qui. dete. vel effude. & in feudis tit. de benefi. fra. c. j. & dicit Bal. q̃ ita seruat cõsuetudo in maioribus. Et q̃uis Sali. in. d. l. si patruus. ver. ego autẽ. vel predicta nõ intelligo q̃ videatur in aliquo diuertere ab opinione Bart. & aliorũ quatenus sentiunt q̃ propter actus de quibus ibi censetur cõtracta societas omnium bonorum, & eorum maxime quorum fructibus sunt communiter vsi: idem tamen Salic. non diuertit ab eis quoad hunc casum in quo, scilicet supponitur q̃ non solum fuerunt fructus predictorum bonorum paternorum communicati inter predictos sed etiam q̃ ipsi tenuerunt & possederũt bona predicta, vt & tanquam inter

ros ⁊ equis portionibus communia quo casu non loquitur nec contra sentit Sali. sed potius idē prout ex eius verbis apperte colligitur, ⁊ quem ita intelligit domi. Jason May. in. d. l. j. C. qui testa. face. pos. vbi etiam sentit ꝙ si legitimo tempore fuerit facta fructuum cōmunicatio vt de fructibus rei communis sic censentur res cōmunicate. arg. l. cum de rem verso. ff. de vsu. ⁊ quod notant doctores in. l. si certis annis. C. de pac. verū est ꝙ hic superest vna difficultas, scʒ quid iuris sit si dictus Philippus quandiu vixit ignorauerit predictum testamentum, ⁊ an ex ipsius persona vel alias, ⁊ ex capite ignorantie posset petere se restitui in integrum tam aduersus prescriptionē iuris immiscendi ex capite testamentarie dispositionis dicti quōdam nobilis Bertrandi ꝙ bonorum, ⁊ rerum hereditariarum super qua tamen pro nunc non insisto cum de facto non sim ad plenum informatus. ¶ Uenio ad tertium quesitum super quo dico in primis ꝙ donationi † facte dictis nobilibus Guilielmo, ⁊ Pontio tunc absentibus videntur multa obstare. Et primo quidem eorum absentia quia quamuis in instrumento dicte donationis retinuerit dictus nobilis Antonius donator vsumfructum in rebus donatis ⁊ nihilominus se constituerit tenere ⁊ possidere precario nomine predictorum Guilielmi, ⁊ Pontij bona huiusmodi per que scilicet, per retentionem vsusfructus ⁊ constitutionem precarij dominus ⁊ possessor alias regulariter tā per possessionē ciuilē, quā per dominiū. l. quisquis. ⁊. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donat. l. certe. §. j. versic. proprie possidere videor. ff. de precario. ⁊ quod no. Barto. in repeti. l. creditores. versicu. item quero quid si in instrumento. ⁊c. C. de pigno. ⁊ Sali. in. l. traditionibus. C. de pact. multas remissiones ponit domin. Jason May. in repetit. l. quotiens. versicu. quinto principaliter limita. C. de reiuendi. Hoc tamen non videtur procedere quādo ille cuius fauore se dicit retinere vsumfructum vel quando ille nomine cuius quis se constituit precario nomine possidere erat absens nisi forte presens existeret huius absentis filiusfamilias vel seruus, ⁊ sic ipsius absentis potestati suppositus vel subditus: iuxta ea que habentur. in. l. placet. ff. de acqui. hered. ⁊ in. l. j. ad fi. C. per quas personas nobis acqui. ⁊ quod not. Salic. in. l. j. in prima oppo. C. de acquiren. possessio. vel nisi iste presens esset procurator forte generalis vel specialis absentis per quem potest ipsi absenti acquiri possessio. l. j. §. per procuratorē. ff. de acqui. pos. ⁊ quod not. docto. magis communiter in. c. accedens. de preben. vel nisi iste presens esset tutor vel curator absentis per quos etiam potest acquiri possessio. d. l. j. §. per procuratorem. Sed ex instrumento predicte donationis non apparet ꝙ aliqua ex personis prementionatis interuenerit in dicta donatione ⁊ que illā pro dictis nobilibus acceptauerit. Nō ergo videtur ꝙ eis absentibus, ⁊ vt ponitur in casu ignorantibus fuerit possessio acquisita, ⁊ signanter per retentionem vsusfructus vel per actum constitutionis precarij, per quem non videtur fieri vera ⁊ naturalis traditio sed ficta, ⁊ per actum ciuilem prout dici solet de ea que fit per constitutum per id quod no. Barto. in. l. ab emptione. versicu. vltimo aduertas. ff. de pact. ⁊ in repetitio. l. si is qui pro emptore. in vltima. q. ff. de vsucap. Et dicit plus Angel. in dicta. l. j. §. per procuratorem ꝙ per huiuscemodi fictam traditionem factam procuratori non acquiritur domino possessio: ⁊ idem voluit Angel. in dicta. l. j. C. de acquiren. posses. ⁊ fuit opinio Guil. de Cugn. quem refert Barto. in repetit. dicte. l. si is qui pro emptore. q. vlti. qui pro hoc multa inducebat que quia ibi referūtur per Bart. ⁊ per Franc. de Aret. ⁊ alios in dicto. §. per procuratorem non transcribo, ⁊ que si procederent in procuratore cōtrahente pro ⁊ nomine domini multofortius in hoc casu in quo nullus interuenit procurator. Forte vero opponetur ꝙ in dicta donatione interuenerit notarius publicus, cū debitis, ⁊ opportunis stipulationibus, cuius ministerio videtur potuisse acquiri possessio dictis nobilibus Guilielmo, ⁊ Pontio: per id quod not. Barto. Alex. de Imo. in. l. si pupillus. ff. rem pupil. sal. fo. ⁊ multi in alijs locis tenentes ꝙ per notarium publicum stipulantem, pro ⁊ nomine alterius absentis queratur ipsi absenti actio directa ⁊ sic sine cessione per ipsum notarium faciēda. Sed ad istud videretur posse responderi, ꝙ supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ actio absenti per notarium queri posset, etiam sine cessione, cuius contrarium sensit gloss. in capit. quanquam de vsu. in. vi. Innocent. in capitulo dudum de conuer. coniuga. Angelus in. l. non enim. ff. de adopt. Joannes Fabr. in. §. si quis alij. versicu. circa acquisitiones. insititut. de inuti. stipulat. Cyn. in dicta. l. non enim, prout ibi refert Bald. Hoc tamen, scilicet acquiri actionem absenti, per notarium, ⁊ sine cessione videretur debere intelligi precedente ratihabitione eius, cuius nomine notarius stipulatus est: quod etiam voluit Albe. in dicta. l. non enim. ⁊ Pau. de Cast. consil. cxcvij. exordien. Uisis ijs que narrantur. ⁊ plene allegata sunt. versic. secundo videndum est in nouis consilijs: vbi vult ꝙ nullum ius acquiratur absenti per notarium ante ratihabitionem: nō ergo videtur fuisse acquisita possessio prefatis Guilielmo. ⁊ Pōtio per dictum notariū, ⁊ consequenter nec dominium, quod dicitur in consequētiam acquiri: vt dicit glo. in. d. l. quisquis. C. de dona. Sed cōtra predicta facit quod voluit Bal. in l. si quis emācipatū. C. de dona. qui loquens in donatione facta infanti dicit, ꝙ si publica psona recipiat cōstitutionē precarij pro infante, acquiretur dominiū directum penes constituentē: pro quo allegāt. d. l. j. C. per quas pers. nobis acqui. ⁊ licet Bald. loquatur in infante: idem tamen videtur, etiam in non infante: pro eo, quia. d. l. j. quam allegat Bal. ⁊ secundum quam debet intelligi eius dictum: per id quod not. Bar. in. l. nō solum. §. si liberationis. ff. de libera. lega. non magis loquitur in infante ꝙ in alio. Preterea Alex. referens hoc dictum Bal. in. d. l. si pupillus. ff. rem pupil. sal. fore. simpliciter dicit Bald. dixisse in. d. l. si quis emancipatū: ꝙ si notarius recipit contractum, ⁊ constitutionem precarij pro me, acquirit mihi directum dominiū: per dictam. l. j. C. per quas perso. nobis acqui. videtur igitur ꝙ cum publicus notarius interuenerit in donatione superius mētionata, ⁊ fuerit pro ⁊ nomine dictorum nobilium Guilielmi, ⁊ Pontij stipulatus, prout in eo fuerit eisdem Guilielmo ⁊ Pontio per retētionem vsusfructus, ⁊ precarij constitutionem acquisitū dominium: quod etiam videtur fuisse de mente Oldra. consil. cxxx. exordien. Factum tale est, quedā certe ⁊ numerate persone, ⁊c. in secundo quesito. Pro predictis facit. d. l. j. C. per quas pers. quatenus loquitur de acquisitione facta per seruum, que etiā pro hoc facit, pro eo, quia si per notariū acquiratur absenti actio. prout Bart. ⁊ Alexan. de Imo. voluerunt in. d. l. si pupillus. ⁊ alij multi in locis infinitis, ⁊ que difficilius per liberam personā acquiritur ꝙ possessio ⁊ dominium allegata. l. j. multofortius. debent posse per eum acquiri possessio ⁊ dominium. authen. multomagis. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. de sacrosanc. eccles. facit. c. peruenit. de consecra. distin. ij. c. si in laicis. distin. xxxviij. c. nō existimemus. xiij. quest. ij. ⁊ quod voluit beatus Augu. in. vij. de ciuitate Dei. c. iij. ad fi. Et hec pars videtur mihi verior secundum quam si aliud n obstaret, videretur ꝙ dicta donatio valuerit: ⁊ consequenter ꝙ donatio subsequuta et facta per eundē nobilem Antoniū dicto nobili Petro, alteri eius nepoti, non preiudicauerit nec preiudicare potuerit ipsis nobilibus Guilielmo ⁊ Pontio. l. perfecta donatio. C. de donatio. que sub modo, ⁊ quod ponit Oldrad. consilio cxxxi. exordien. Ut eius de quo queritur aliqualiter notitia habeatur. ⁊ Joan. And. in additio. Spec. tit. de reb. ecclesiast. non alienan. super rub. facit. l. rem alienam. ff. de contrahen. emptio. ⁊ vendit. ⁊. l. id quod nostrum. cum suis simileb. ff. de regu. iur. Secundo vero facit contra dictam donationem, quia, vt puto, res donate excedebant in valore summam quingentorum solidorum, seu aureorum, ⁊ sic non videtur predicta donatio valuisse, saltem quatenus valor rerum, ⁊ bonorum huiusmodi excedebat dictā summam. l. sancimus. C. de donatio. cuius dispositio procedit etiam in donatione facta inter coniunctos. l. data. C. de donationi. nec videtur donatio huiusmodi fuisse firmata per iuramentum dicti nobilis Antonij: per id quod not. Bald. in. l. illud. versic. quinto quero. C. de sacrosan. eccles. qui pro hoc allegat: quia ad hoc, vt iuramentum aliquid operetur, tria debent concurrere: Primo ꝙ sit persona habilis, vel per iuramētum habilitata. Secūdo ꝙ forma generalis sit seruata. Tertio, ꝙ res nō sit prohibita. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de legat. j. sed iste donationes clandestine non interuenientibus actis sunt prohibite. l. donatio sine, ⁊ quod ibi glos. C. de donatio. ergo non validantur iuramento, nec oritur ex ijs obligatio naturalis: pro quo dicit Bald. facere quod not. Cyn. in. l. j. C. de sacrosanctis eccles. ⁊ Barto. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. ⁊ subiungit Bald. vbi supra ꝙ non possit renuntiari legi disponenti super insinuatione: quia non est introducta in fauorem donatorum, sed in odium accipientium

clande

clandestinas donationes, & ne quis prodigaliter vtatur sua substantia. arg. l. imperator. ff. ad Trebel. legi vero statuenti solennitates in actibus hominũ non potest renunciari. l. nemo. ff. de lega. j. Pro hac opinione multa inducit Salicet. in. l. penult. C. de donationi. Et hanc opinionem Baldi fuerunt multi sequuti, tam in scribendo, quam in consulendo, & quidem Ange. eius germanus consil. lviij. exordiente, Quidam paterfamilias. vbi etiam refert eundem Bald. eius germanum pro hac parte consuluisse in ciuitate Castelli, & se consilio illius adhesisse eandem sententiam sequutus est Bald. in dicta. l. data. C. de donatio. Roma. in. l. Modestinus. ff. eod. titu. Guliel. de Cug. in dicta. l. illud. Pro hac parte consuluit Anton. de Plac. in quodam eius consil. exord. Circa hoc videtur quod inter consi. Franc. de Cur. quod est lxvij. cui se subscripserunt Hiero. Tor. Joan. Pute. & Nicoli. de sancto Nazar. & hanc partem sequutus est idem Francis. de Cur. in addit. predicti consilij, vbi etiam plurimos commemorat & refert tenentes hanc partem, pro qua etiam consuluit Andr. Barba. in quodam suo consil. exordien. Sapienter & optime predixit Psalmista. quod est inter consilia Francis. de Cur. lxvj. vbi etiam Francis. de Cur. inherens huic parti, ponit remissiones: istam opinionem sequutus est Joan. Fab. in §. alie. institu. de donatio. & Anto. de Cum. in tracta. de simon. questio. lxiij. vide Bartho. Sozin. consil. lxxviij. in. ij. quesito. in prima parte. & consi. ccxv. in secunda parte. Contrariam partem, scilicet, quod imo possit cum iuramento renuntiari legi disponẽti de & super insinuatione. tenuit Jo. Andr. in additio. Specu. tit. de instrumen. editio. §. porro. in vltima magna additio. quem sequitur Joan. de Imol. in sua solenni repetitione. c. cum contingat, in decimo membro. versicu. sed dubium est quid iuris si interueniat iuramentum. de iureiuran. vbi etiam pro hac parte multa inducit & respondet motiuis Bald. & Salice. hanc partem sequutus est Frede. de Sen. consil. cclxxxi. exordiente, Casus talis, &c. Angel. in dicta. l. sancimus. §. fin. Baldus in dicto cap. cum contingat. & in. §. & cum retro. institu. de donationib. Alexand. de Imol. in dicta. l. nemo. qui multos commemorat tenentes hanc partem, & pro qua dicit se sepissime consuluisse, quod & verum est, prout videri potest, in remissionibus quas ponit Francisc. de Cur. vbi etiam alios plurimos commemorat sequentes hanc partem in additio. ad dictum consil. lxvij. Et dicit Alexan. de Imo. consil. iiij. in primo volu. vbi pro hac parte consuluit se vidisse consilium recolende memorie domini Joan. de Ana. quod exorditur, In nomine sancte Trinitatis. Visis et ponderatis ijs que in scriptura donationis, &c. & quod in illo refert se alias vidisse elegans consilium cuiusdam domini Pacis, de Acqui. qui dicebat quod licet Bart. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiussorib. specifice non decideret istum casum: tamen per rationes quas ibi ponit Barto. videtur quod donatio valeret, & in dicto consil. referebat quod do. Petr. de Vbald. de Perusio: ita consuluerat. & dicit Joan. de Anan. quod illi consilio domini Pa. fere se subscripserant omnes docto. Bononie, & precipue Joan. de Imol. dominus Floria. de sancto Pet. dicit etiam Alexan. quod consilium do. Joan. de Ana. viderat subscriptum a celeberrimis docto. domino Jaco. de Zoc. de Scora, & Angel. de Are. dicit etiam recordari se alias consuluisse dum legeret Ferrarie, & quod pro eadem parte consuluerunt celeberrimi Jurisconsulti do. Francis. de Are. Maria et Zoc. Et est verum quod pro hac parte consuluit, & quidem eleganter, et subtiliter Francisc. de Are. consil. ij. & in alijs quibusdam que non refero. Hanc partem etiam videtur tenuisse Angelus consil. xcj. exordien. Pro parte negatiua, versicu. superest igitur videre, &c. Panor. in. c. cum contingat. & consilio. cvij. in secundo vol. Joan. de Imo. in. l. Modestinus. ff. de donatio. & Joan. Campe. in repetit. dicte. l. nemo potest. vbi etiam dicit istam partem esse veriorem. Et referre horum omnium motiua, & rationes esset condere librum, non consulere: & re vera non potest dici quin iste articulus sit difficillimus: & super quo cum sibi occurrisset casus, noluit consulere Ange. Are. pro aliqua partium, prout ipse refert in. §. alie. institu. de donat. mihi tamen videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod opinio Joan. And. tenentis renuntiationem, de qua supra, firmari iuramẽto, fulciatur pluribus & fortioribus rationibus: & que videri possunt, tam in dicta additione ad Specula. quam per Joan. de Imo. in dicta sua solenni repetitione, cap. cum contingat, in decimo membro, vbi etiam opportune respondet, vt iam dixi motiuis Baldi & Saliceti: Pro hac opinione etiam inducit multa, & subtilia fundamenta Francis. de Aret. in dicto consilio. ij. & Alexand. in multis consilijs cui propterea magis inhereo: & maxime in hoc, casu in quo nõ videtur posse dici quod dicti nobiles Pontius, & Gulielmus tunc absentes & forte minores dictum nobilem Antonium donatorem circumuenerint, vel alias fraudulenter induxerint ad sibi faciendum donationem superius mentionatam. Et sequendo hanc partem, & huic tertio quesito respondendo, dico quod prima donatio videtur potior & ipsi nobiles Gulielmus, & Pontius iura potiora habuisse & habere in rebus donatis propter clausulas translatiuas, scilicet retentionis vsusfructus, & constitutionis precarij propter quas videtur fuisse in eos translata possessio ciuilis & dominium: non est tamen hic articulus, vt apparet ex predictis sine dubio. Propter quod esset bonũ euitare controuersiam, & litem, & consequenter sumptũ magnum qui ob hoc fieri posset, & nunquam recuperabitur per victorem in causa a victo, pro eo quia attentis opinionibus predictis, ac earũ & cuiuslibet earundem defensionibus, & quidem non contemnende authoritatis, sed famosissimis, quilibet censebitur habere iustam causam litigandi, vt voluit Bald. in authen. generaliter. C. de episcop. & cle. do. Cardi. Floren. in cle. ij. de mag. Petr. de Ancha. post antiquos in cle. ne Romani in principio de elect. docto. & maxime moder. in. c. vt debitus. de appella. Panor. in. c. calumniam. de pen. & domin. Jason Mayn. in. l. properandum. versicul. prima est. C. de iudi. & huius dicti ratio est quia doctor habet potestatem glosandi & interpretandi, &c. & eius opiniones fuerunt probabiles. c. j. cum ibi not. de postula. prela. gloss. in. l. j. C. de legi. & in. l. j. C. de professo. qui in vrb. Cõstan. &c. libr. xij. ¶ Ad quartum respondeo, quod non. l. profecta. C. de do. a. que sub modo facit. l. rem alienam ad fin. ff. de contrahent. emption. & vendit. l. id quod nostrum de regulis iuris, & l. j. cum suis simili. C. de bo. mater. Et per hec patet responsio ad quintum, ad quod etiam facit. l. ij. & iij. & l. generaliter in princ. C. de reuocan. donat. non enim debet donatum auferri. c. non enim. xxij. q. ij.

¶ Rubr. De feu. & legi. libe. ¶ Epitome. ¶ Consi. cccl.

¶ Cum viuentibus parentibus nullam filij dicantur habere legitimam, quamuis parentibus filij omnia iura in matrimonij contractu pro re certa etiam cum iuramento remiserint: non tamen comprehenditur legitima, quam nec habebant, nec in contractu expresse abiurarunt. Vasquinus Filiolus.



Quesitum Est an renuntiatio & quietatio, quas de bonis paternis & maternis cum iuramento dudum, anno scilicet, Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, & de mense Octobris fecisse legitur nobilis Sibilia Requisitio, e, filia naturalis, & legitima nobilis Scate feri Requestoni, extendi debeat etiã ad supplemẽtum legitime, ita quod obstantibus renũtiatione, & quietatione huiusmodi factis, anno & mẽse predictis dicto nobili Requestono & nobili Ludouice eius patri & matri, nihil vltra ea de quibus in instrumento matrimonij tunc contracti inter eam & nobilem Joannem Pascalis, alias Mercaderij nihil etiam pro supplemẽto legitime, si quid ei deerat, aut desit petere possit eadem Sibilia. Dubium oritur ex eo, quia in renuntiatione, & quietatione huiusmodi, nulla facta est specialis mentio de legitima aut supplemento illius quod videbatur requiri ad illius exclusionem. l. si quando. §. & generaliter & quod ibi docto. communiter. C. de inoffi. testa. & quod per dictum. §. not. Guil. de Cug. Alb. Bald. & Ange. in. l. de ijs. ff. de transac. Sed prima facie videtur, quod hec non obstent, in hoc casu, pro eo quia, vt iam dixi, in renuntiatione & quietatione predictis interuenit iuramentum: quod videtur habere vim expressi vt voluit Bald. in l. j. versic. secundo queritur vtrum generalis renũtiatio, &c. C. commo. Pro quo allegat. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. quod etiam in terminis nostris voluit Roma. in. l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obli. Geor. Na. in repe. c. quis pactũ in quinta limita. versi. aduerte tamẽ, &c. de pac. in. vj.


& videtur prima facie fuisse de mente domini Iasonis in dicta. l. si quando. §. & generaliter. versicu. limita predicta valde singulariter, & in. l. j. versic. sexto adde, &c. iuncto versiculo, limita predicta duobus modis. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Et quod iuramentum habeat vim specifici consensus, circa id in quo interuenit consensus. voluit Alexan. de Imo. in dicta. l. j. in additiom. ad Bald. & in. l. senium. C. qui testamen. face. pos. Sed contrarium, scilicet, quod renuntiatio & quietatio predicte non extendātur ad legitimam seu supplementum illius videtur esse verius, pro eo, quia, vt dicit Francisc. de Are. in. d. l. j. §. si quis ita. ff. de verbo. obligat. Multum refert vtrum renuntiatio generalis sit inualida, non quia deficiat consensus: sed quia est indiscreta, iuxta nota. in simili. in. l. cum Aquiliana. ff. de transactio. an vero dicamus quod renuntiatio generalis, alias valida, non videatur intellexisse de hoc iure. Nam primo casu propter reuerentiam sacramenti valet renuntiatio, sicut valet obligatio, quando quis iurat in genere, & in confuso quod obseruabit omnes contractus per se faciendos, iuxta ea que not. Barto. & Bald. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Sed in secundo casu quando, scilicet, in verbis generalibus renuntians, non videtur comprehendere ius quod nunc petit, sicut in filio, vel filia, qui petit legitimam: hic renūtiatio non habet locum in isto iure ex defectu consensus, & tunc succedit regula quam ponit Barto. in. l. si quis pro eo. versic. fin. ff. de fideiussorib. que probatur in. l. fin. C. de non numera. pecu. & in l. fina. ff. qui satisda. cogan. scilicet, quod quando contractus deficit ratione consensus tantum importat iuramentum quantum contractus simplex, & nō vltra. Et idem voluit Andr. Barba. consil. lv. exordien. Preclare scribitur Sapientie septimo, &c. versic. preterea faciat quod voluit Angelus in secunda parte. Facit ad premissa, quia iuramentum non auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti addit vinculum religionis. argu. l. Titius. in fin. ff. ad Trebell. & quod ponit Oldrad. consil. ccxxxviij. exord. Cum mulier donatrix, &c. cuius dictum cōmemorat Bal. in. d. l. fina. circa princip. C. de non numera. pecu. quemadmodum ergo quietatio, & renuntiatio generales facte sine iuramento, non videntur extentende, etiam ad legitimam seu supplementum illius. d. l. si quando. §. & generaliter. ita nec videntur renuntiatio, & quietatio huiusmodi si iurate extiterint debere extendi ad legitimam seu supplemētum illius. Et hanc partem videtur etiam sequi do. Ias. May. in. l. sed & si. §. quesitum. ff. si quis cau. ad quem locum remisit, in dicta. l. si quando. §. & generaliter. versi. limita predicta. & in dicta. l. j. ff. si quis in ius voca. non ierit: & respondet do. Iason May. in dicto. §. quesitum. ad dictū Bald. in dicta. l. j. versic. secundo queritur, &c. C. commoda. & ad dictam. l. cum pater. §. filius matrē. ff. de legat. ij. cui etiam respondet Andre. Barba. in dicto consil. lv. quorum tamen responsiones non refero causa breuitatis. Istam partem etiam sequitur Francisc. de Cur. consil. lxxv. vbi deducit multa in quibus iuramentum non habet vim expressi, & quod iuramentum solum trahitur ad id in quo consentitur, & non vltra, quodque iuramentum non trahitur nisi ad eos casus ad quos traheretur renuntiatio non iurata, per id quod not. Cyn. & Salic. limitantes dictum. §. filius matrem. in dicta. l. j. C. commoda. vbi etiam Alexand. in additio. ad Bald. & idem Bart. Bald. & Ange. in dicta. l. sed & si. quis superstitis. §. quesitum. allegat & alia quamplurima facientia pro hac parte, que quia possunt ibi videri non refero. Nec predictis obstat id de quo in dicto instrumēto, scilicet, quod dicta Sibilia dederit, cesserit, & remiserit omnia iura, omnesque actiones & rationes quascunque, que & quas habebat, & sibi competere poterant super dictis bonis, tam paternis quam maternis, presentibus & futuris: dictis eius, patris & matri presentibus stipulantibus, &c. Tum quia nec in illis verbis fuit facta specialis mentio legitime. De qua propterea sensisse non videtur. dicta. l. si quando. §. & generaliter. & quod superius dixi. Tum & quia illa verba que & quas habet, & sibi competere possent: debēt intelligi de eis que vel quas habebat, & que sibi ex aliqua existēti causa cōpetere poterant, per id quod not. Bart. in. l. post emancipationem. ff. de libe. leg. & quod not. idem Barto. in simili. in. l. qui Rome. §. duo fratres. versicu. sexto quero. ff. de verbo. obliga. & in dicta. l. si quis post emancipationem. & alij in alijs locis de eo qui remisit id quod habebat, vel habere sperabat in talibus, &c. quia hec verba referuntur ad id quod habebat, vel habere sperabat, ex causa existenti, huiusmodi autem nō est legitima, pro eo quia viuente patre, nihil debitum dicitur filio proprie: per id quod not. Bartol. in. l. fin. ff. de libe. agnoscend. Ioannes de Imola. in. l. lex Cornelia. ff. de vulgari & pupillari, & alij in alijs locis. Ex quibus omnibus videtur, vt supra dixi, quod renuntiatio & quietatio predicte, non trahuntur ad legitimam, seu supplementum illius: & quod propterea eis non obstantibus, possit ipsa Sibilia, petere supplementum huiusmodi.

¶ Rubrica, Quomo. & quan. iudex. ¶ Consilium. ccclj.

¶ Epitome.

¶ Iudex qui de facto aliquem non citatum excommunicauit, eundem de facto & non citatum potest absoluere. Vasquinus Filiolus.

1 ¶ Citatio excommunicationem precedat, vel monitio, etiam in notorijs: & antequam quis declaretur incidisse in sententiam excommunicationis.
2 Absens an & quando excommunicari potest.
3 Notorium proprie quando dicatur.
4 Ordinis obmissio an & quando sententiam excommunicationis vel eius declarationem reddat nullam.



SIue dicamus bone memorie reuerendissimum dominum in Christo patrem domin. Tossanum Caballicensem episcopum pretensum commissarium Apostolicum seu Conseruatorem, excommunicasse egregium virum domin. Bernardū de Tribussatis & consortes: siue (quod verius existimo) declarasse eosdem in sententiam excommunicationis incidisse propter illam pretensam erectionem penicellorum Delphinalium: puto quod idem domin. episcopus citare debuerit prefatos dominum Bertrandum, &
1 consortes: & quod alias contra eos nō citatos procedere non potuerit ad sententiam excommunicationis contra eos proferēdam etiam si pretendi posset quod illa pretensa citatio & alia de quibus, vt puto, in dicto processu quem non vidi fuissent notoria. Et quidem non si dicamus primum, pro eo quia non potest quis excommunicari, nisi precedente monitione. c. sacro, de sentent. excommunica. fertur enim excommunicatio ab homine ratione contemptus. c. ij. de constitu. in. vj. propter quod opus est monitionem precedere, quia alias non constaret de contemptu: & hinc dicitur quod nunquam fertur excommunicatio, nisi ratione contumacie, vt not. glo. in. c. episcopi. xj. q. iij. & quod etiam in notorijs sit opus citatione, vel admonitione, contra eum qui pretenditur deliquisse & vt possit contra eum sententia excommunicationis proferri: tenuit gl. secundum vnam lecturam quam sequuntur Ostien. Ioan. And. Ioannes de Imol. Panor. & Moder. in. c. cum sit Romana. super gl. fi. de appella. processit igitur secundum hoc idem dom. episcopus de facto, & contra prohibitionem iuris, de qua in d. c. sacro. qui propterea & de facto, & ea facilitate qua contra eos sic processerat potuit procedere ad reuocationem male per se gestorum, etiam parte non vocata: per id quod habetur in. l. j. §. j. ff. si muli. ven. nomi. & quod no. Bald. in c. inter quatuor ad fi. de maior. & obedien. gloss. in. l. minor in princ. ff. de euictio. quam reputant singularem Bald. & Sali. in. l. dies. festos. C. de ferijs & in. l. post sententiam. C. de senten. & interloqu. omnium iudi. Bald. in. c. ij. de rescrip. Ioan. de Imo. & moder. in. l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nuntia. multas remissiones ponit Alexan. de Imol. in l. si pacto quo penam. &c. vbi etiam do. Iason May. C. de pact. Et hoc etiam fuit in terminis de mente Bald. in. d. l. si pacto. vbi post gl. in. c. excommunicatos. xj. q. iij. voluit quod si iudex proprio motu aliquem excommunicauerit, potest etiam proprio motu reuocare excommunicationē nemine citato. Et idem colligitur ex dictis eius a contrario sensu, si ad petitionem alterius illum excommunicasset: & si rite non processisset: & hoc colligitur ex eo, quia secus esse dicit si rite processisset & ita sentit quod hoc facere possit vbi rite non processit. Certū est enim quod ex his que not. glo. vel doct. argui potest a cōtrario sensu: vt colligitur ex his que not. doct. reprehendendo gl. in. l. si Meuio & Titio. §. in legatis. ff. de leg. j. Ang. in auth. de nō eligen. secū. nub. versi. & predi

predicta vera, ⁊c. colla. j. Nic. de Ubal. in suo tract. de succes. ab intesta. in secunda parte principali. ⁊ Jo. de Jmol. in l. qui testamento. §. mutuo. ad fin. ff. de testa. ad quod facit. c. sane. el. j. xxiij. q. ij. Non possunt igitur dicti do. Bernar. ⁊ consortes pretendi esse excommunicati, in vim sententie dudum late per dictum quondam reuerendum do. Caballicensem episcopum. Si vero dicamus eundem quondam do. episcopum, non quidem excommunicasse prefatos do. Bernardum ⁊ alios, sed declarasse ꝙ per eos gesta, seu pretensa malefacta, inciderint in sententiam excommunicationis. dico ⁊ respondeo, ꝙ ipse do. episcopus hoc facere non potuit nisi vocatis dictis do. Benardo, ⁊ alijs etiam si illa propterea pretendebātur, ⁊ pretenduntur incidisse in sententiā excommunicatiōis, fuissent notoria: per id qđ no. Hosti. in d. c. cum sit romana. super glo. fi. vbi finaliter residet, ꝙ nullus absens etiam notorius criminosus sit cōdemnandus nisi sit contumax ⁊ sic citatus: per ea que habentur in. iij. q. ix. per totum ⁊. l. ea que. C. quomo. ⁊ quand. iud. ⁊. c. ad nostrā. el. iij. vbi bona gl. de iureiu. ⁊ dicit Host. hoc esse iustius ⁊ hoc sequuntur Jo. de Jmo. ⁊ alij in. c. cum sit Romana. §. pro eo. quia multi dicuntur notorij qui nō sunt. c. consuluit de appella. ⁊ quia etiam ꝙuis aliquis notorie cōmiserit aliquid, pone homicidium, vel aliud de genere prohibitorum, propter quod videtur esse puniendus forte tamen habet legitimas defensiones, ⁊ exceptiones, que sunt admittende. c. ex parte. el. ij. de offi. dele. ⁊. c. literas. ad fi. de restitu. spolia. quod etiam no. Jo. de Jmo. Pa
2 nor. ⁊ moderni in dicto. c. cum sit Romana. fateor † autem ꝙ vbi notorium esset, ꝙ nullam excusationem haberet absens, tunc non requireretur citatio, ⁊ hoc casu procedunt not. in. c. cum olim. de re iudi. ⁊ quod habetur in. l. j. §. ꝙ si de frumentaria. ⁊ ibi Barto. C. de administra. re. ad ciuita. pertinen. ⁊ quod habetur. in. c. licet episcopus. de preben. in vj. a contrario sensu, ⁊ quod no. Barto. in. l. ictus fustium. ff. de his qui not. infamia. ⁊ do. Prepo. in dicto. c. cum sit Romana. veri. not. ex text. ibi absentem, ⁊c. iunctis his que no. idem do. Prepo. in eo. cap. veri. aut loquimur quo ad alias sententias. Sed hec non obstant eisdem do. Bernardo, ⁊ alijs: quia non fuit, nec est notorium eisdem non comperysse aliquam excusationem, seu exceptionem: quin imo nec apparet, saltem de ipso do. Bernardo, ꝙ ipse vllo vnꝙ tempore, ante illam pretensam declarationem, habuerit notitiam literarum apostolicarū: per quas pretenduntur inuadentes terras ecclesie ipso facto incurrisse in sententiā excommunicationis. Non etiam apparet, ꝙ ipse interfuerit electioni dictorum pennicellorum seu etiam ꝙ ipse illos vel preceperit, vel consuluerit, seu etiam persuaserit erigi in locis in quibus erecti extiterunt: insuper, nec ꝙ loca huiusmodi sint infra terrā ecclesie, ⁊ postremo (ꝙ etiā sufficeret) non apparet eum sciuisse, ante dictam pretēsam erectionem, loca illa fuisse, vel esse in terris ecclesie: de quibus omnibus opportune opposuisset idem do. Bernardus si, prout oportuit, fuisset citatus, ⁊ sic iuste impediuisset illam pretensam declarationem que parte non citata nō audita, ⁊ nulla, premissa cause declaratione, ferre non potuit nisi nulliter. Cum enim illud pretensum factum, non esset factum notorij permanentis, sed transeuntis: si tamē ⁊ quatenus factū notorie extiterit, prout nō fuit, quinimo nec factum quoad hunc dominum Bertrandum. nec esset factum inexcusabile, vt iam dixi, sed propter multa excusabile ⁊ valde excusandum: non debuit, nec de iure potuit idem dominus episcopus super eo procedere nec ipsum dominum Bertrandum declarare incidisse in sententiam excommunicationis eo non citato, ne eidem domi. Bernardo sic auferretur excusatio ⁊ defensio que est de iure naturali, ⁊ auferri non potest. clementin. pastoralis. versicu. ceterum. de re iudicata. l. non tantum. C. de appellationib. ⁊ in capit. primo. de causa possessionis ⁊ proprietatis. ⁊ ita tenet Hostiensis in dicto capitu. cum sit Romana. ⁊ Antonius de Butrio, post prolixam disputationem. in capit. vtrum. vbi etiam Panormitanus. in fine commenti. de cohabitatione clericorum ⁊ mulierum. Pro quo facit. l. secunda. in fine. ⁊ quod ibi Bartolus. ff. si quis in ius vocatus non ierit. ⁊. l. tertia. §. si ad diem. ff. de re militari. quam ad hoc adducit Baldus in. l. presbyteri. C. de episcopis ⁊ cler. quod etiam voluit Franc. de Are. consilio. clxv. ex ord. Sicut Joannes dicit in Apocalypsi, ⁊c. in tertio dubio. ⁊ si tenēda esset opinio quam refert Jnnocen. in. d. c. vestra. ⁊ quam sequi videtur Bald. in. l. ea quidem. C. de accusat. ⁊ Angel. in. l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. x. que hoc ha-
3 bet ⁊ asserit † ꝙ vbi notorium non potest per inficiationem fieri dubium, vt puta, quia est notorium omnibus, tunc possit ferri sententia parte non citata, secus tamen est si per negationem possit fieri dubium, vt puta, quia non est notum omnibus vniuersaliter, sed forte maiori parti populi, vel vicinie, vel est notum in vna prouincia, seu loco, ⁊ non in loco vbi iudicium agitur: adhuc quoad hūc casum procederet quod predixi: quia esto, citra preiudiciū veritatis, ꝙ dicta pretensa coerectio pēnicellorum notoria extitisset apud Signianātium, vel in locis circumuicinis, ⁊ quod in illa interfuisset idem dominus Bernardus, dicta tamen declaratoria sentētia non fuit ibi lata, sed in alio loco, vbi illud pretensum notorium non presumitur fuisse notum, nec potuit esse notorium, nisi postꝙ fuit ibi probatum, secundum Bald. authen. qui semel. C. quomodo ⁊ quando iudex, nec potuit probari nisi parte citata, quia testis receptus ⁊ examinatus parte nō citata, nullum facit indicium, secundum Bartolum in. l. maritus. ff. de questio. pro quo l. si quando. C. de testib. ⁊. c. ij. eod. tit. ⁊ quod voluit Franc. de Are. in. c. causam que. de testib. Preterea esto ꝙ in sententia excommunicationis obmissio ordinis non redderet sententiam nullam: secus tamen est in sententia, per quam quis declaratur incidisse in sentētiam excōmunicationis:
4 quia † obmissio ordinis reddit eam nullam, prout eleganter ⁊ subtiliter ostenditur per Francisc. de Are. in dicto consilio, in tertio quesito. qui etiam inibi reddit optimas rationes que possunt ibi videri. Ex quibus omnibus vna cum alijs iam scriptis in schedula non potuit declarari, ⁊c. concludo dictā pretēsam declarationē fuisse ⁊ esse nullam. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius, ⁊c.

¶ Rub. De suis ⁊ legit. ¶ Epitome. ¶ Consilum. ccclij.

¶ Summatur vt in primo.

1 ☞ Substitutio de Joānona ⁊ suis ordine successiuo fieri censetur.
2 Differētia inter substitutionē Titio ⁊ suis liberis factam, ⁊ Titio ⁊ suis heredibus.
3 Legitimam capere qui potest, potest ⁊ alienare, quamuis bona sint restitutioni subiecta.


Amice Charissime ⁊ domine per honorāde Leonarde Sacci, vidi processum qui est inter nobiles Jaumetum Romesani ex vna parte, ⁊ nobilem dominam Joānonam Nicolanam coniugem vestram. Et omnibus exacte consideratis valde dubito ꝙ dicta Joannona in hac causa succūbet, pro eo quia multa sunt que faciunt cōtra eam: ⁊ primo
1 quidem quia † licet nobilis quondam vir Joannes Bonifacij, qui in primo gradu heredem vniuersalem insolidum ⁊ vnicam sibi instituit nobilem Guerdensem eius vxorem sibi ipsi testatori instituerit, ⁊ dicte Guersende substituerit nobilē Catherinā bonifacij ⁊ suos heredes ex suo corpore, ⁊c. fueritꝙ ⁊ sit quondam nobilis Joānona filia naturalis ⁊ ligitima eiusdem Catherine, non tamen censentur predicta Catherina ⁊ Joannona simul inuitate, vel institute vel substituto, sed ordine successiuo: ⁊ primo quidem eandem Catherinam ⁊ ea non superstite seu superuiuente ipsa Joannona vxore vestra: ⁊ hoc contigit: pro eo quia viuens non habet heredē. l. j. ff. de hered. vel act. ven. quod etiam voluit Joan. de Jmol. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ⁊ posth. pro quo etiam fuerunt multa allegata, ⁊ deducta ex aduerso: non igitur videtur, ꝙ quandiu vixit dicta quōdam nobilis Catherina, dicta nobilis Joānona habuerit ius in fideicommisso prefate Catherine, ⁊ suis heredibus relicto: ⁊ hoc dico in vim dicte substitutiōis: quinimo plus dico non esse sine dubio an post mortem predicte Catherine potuerit ipsa nobilis Joannona pretendere se fuisse, ⁊ esse substitutam, supposito ꝙ ipsa non fuerit, nec esse velit heres predicte Catherine, eius quondam matris.
2 Et quidem videtur ꝙ non pro eo † quia dictus quondam Bonifacij non simpliciter instituit ⁊ substituit prefatam Catherinā ⁊ liberos ex suo corpore descendentes, sed instituit ⁊ substituit eandem Catherinam ⁊ suos heredes, ⁊c. inter que videtur esse longa differentia: per ea que notat Bartol. Paulus de Cast. ⁊ Alexand. de Jmola in. l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebel. ex quorū dictis in simili videtur posse colligi ꝙ non suffecerit, aut sufficiet dicte nobili Joan-

none fuisse filiã dicte quondam Catherine, sed etiam opus est quod ipsa fuerit, vel sit eius heres, ad hoc vt possit vel valeat, pretendere se ius habuisse, vel habere in bonis dicti quondam Bonifacij in vim, scilicet substitutionis superius mentionate ⁊ si esset heres non posset venire contra alienationes factas per dictaz Catherinam. l. que a patre. C. de restit. mili. l. cũ a matre. C. de rei vẽd. l. venditori. C. de re. alie. nõ alie. l. secũda. C. si quid in frau. pat. ⁊ l. si creditoribus. C. de seruo pign. da. manumis. Uerum fateor ꝙ in d. l. ex facto. §. fin. videntur aliter loqui gloss. ⁊ Jo. de Jmo. quam loquantur Bar. ⁊ alij predicti ⁊ ideo non omnino firmo. Sed est adhuc quod multum obstat dicte nobili Joannone, scilicet ꝙ cum dicta Chatherina, fuerit vnica filia dicti quondam nobilis Bonifacij sibi competijt in bonis eius legitima, in qua grauari nõ potuit. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. ⁊ l. simus. in princ. C. de inofficio. testamento. ⁊ que erat tertia pars bonorum dicti quõdam nobilis Bonifacij, eorum scilicet que superfuerant deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa authen. de triẽ. ⁊ semis. §. primo. colla. tertia ⁊ transumptiue in authent. nouissima. C. de inofficio. testamen. iuncta. l. Papinianus. §. quarta. ff. eod. titu. ⁊ quod no. Barto. in. l. ex facto. la grande. ff. de heredi. institu. ⁊ Bald. in. l. quoties. C. eo. titu. Quatenus etiam videretur posse dici dictam nobilem Joannonam fuisse sibi substitutam, nõ solum vulgariter, sed etiam per fideicommissum: videtur ipsa Catherina, potuisse detrahere quartam trebellianicam: ⁊ hoc nisi dicta quondam Gersendis illam sibi detraxisset. l. prima. §. denique nec. ff.
3 ad trebel. ⁊ hec erat quarta pars residua. Et † iste due quarte faciunt semissem, hoc est dimidiam partem bonorum dicti quondam Bonifacij. Et vsque ad has duas quartas, seu illarum valorem videtur potuisse prefata Catherina alienare de bonis dicti quondam Bonifacij restitutioni subiacentibus: per id quod not. scribentes in. l. Marcellus. §. res que. ff. ad trebellia. Alexan. de Jmol. consi. iij. in tertio volu. Pau. de Castr. in. l. filium quem. C. familie erciscũ. quod etiam fuit de mente Bald. consilio. lxxxvi. exordien. Petrus Nicolai in prima parte. Et saltem nulli est dubiũ quin potuerit eadẽ Catherina alienare de bonis dicti nobilis Bonifacij vsque ad tertiam partem per id quod voluit Cyn. in authen. res que in fin. ⁊ quod ibi Alberic. C. commu. de lega. Bald. in. l. ij. C. ad legem falci. ⁊ consilio. xxxix. exordien. Punctus questionis, ⁊c. in secunda parte, consi. clxiiij. exordien. Jn ecclesia regi. ⁊ consil. clxxxix. exordien. Queritur vtrum filius, ⁊c. in tertia parte ⁊ in. l. potest. ff. de legatis primo. Oldra. consi. cvij. exordien. circa ius municipale. versicu. ad tertiam questionem, ⁊c. ⁊ versi. sequen. Francis. de Aret. consi. cxcvj. versicu. preterea. And. Barba. in repeti. c. Raynaldus. de testa. ⁊ fuit de mente Pau. de Castro. in. d. l. Marcellus. §. res que, ad fin. Quo fit vt oportuerit parte dicte nobilis Joannone deducere ⁊ proponere, que bona fuerunt dicti quondã Bonifacij, ⁊ de eorum valore tempore mortis, ⁊ que bona alienata, vel consumpta extiterint, per dictã Catherinã, anteꝙ venderet cẽsum, de quo in actis, ⁊ dominiũ directum, ⁊c. ⁊ de illorũ valore vt sic videri possit vtrum ante venditionem dictorũ cẽsus ⁊ dominij directi alienasset de bonis dicti Bonifacij vltra tertiam partem: ⁊ ꝙuis de his aliquid fuerit deductum, non tamen ad plenum. Preterea non fuit probatũ, ⁊ sic non video quomodo dicta nobilis Joannona possit impugnare venditionem dictorũ census ⁊ dominij, ⁊ obtinere in hac causa, ⁊ maxime nisi deduceretur ⁊ probaretur ꝙ ante alienationẽ huiusmodi ipsa alienauit de bonis dicti quondam Bonifacij, vltra legitimam sibi debitã, que erat tertia pars bonorum huiusmodi, ⁊ vltra trebellianicã que vel sibi ipsi Catherine debebat, vel fuerat debita dicte Garsendi eius matri heredi institute. ⁊ de restituẽdo post mortem grauate: que pauco tẽpore vixit post mortẽ mariti: vt colligitur ex actis, ideo sup his aduertite: displicet enim ⁊ multũ displicet, ꝙ nõ possun aliter scribere sed cogor ex debito scribere quod mihi videtur, non alia preterꝙ vt bene valeatis. ex Carpen, die. xx. mensis Martij.

Rubri. De edicto diui Adri. tollen. Consilium. ccclij.
Epitome.

Remedium. l. fin. C. de edic. di. Adri. tol. venientibus ab intestato non competit, et substituti per fideicommissum bona defuncti propria authoritate occupare non possunt. Uasqui. Filio.



Ad id quod primo queritur an remedium. l. fi. C. de edic. diui Adria. tol. competat etiam heredibus venientibus ab intestato. respondeo ꝙ non secundũ Spec. tit. de testamen. §. sequitur. versicu. quid de succedente abintestato: vbi etiam Joães And. in addit. ⁊ idem voluit ibi Bald. Et hec est communis sententia, quam tenent Cyn. Salic. Flug. ⁊ Alexand. de Jmola in. d. l. fi. vbi etiã dicit ꝙ venientes abintestato possint implorare, ⁊c. hoc sequitur dominus Jason May. Fateor tamen ꝙ Bald. in dicta. l. fin. dicit contrarium, sed durum esset contra stimulum calcitrare: ⁊ in consulendo, vel iudicando recedere a communi opinione. l. j. versiculo, crebrior apud veteres opinio. ff. de officio questor. ⁊ quod not. Ostien. Joan. And. ⁊ alij in. c. j. de constitut. ⁊ legiste in. l. cum prolatis. ff. de re iud. Ad secundum dico ⁊ respondeo ꝙ substitutis per obliquũ, hoc est per fideicommissum, vt sic excludãt vulgares, ⁊ pupillares, non licet sua authoritate ingredi ⁊ occupare bona hereditaria, in quibus se pretendunt substitutos: ⁊ hoc dico regulariter, pro quo videri poterunt Ang. Alexan. de Jmola ⁊ alij in. l. filiam fratribus. ff. ad Trebellia. ⁊ ideo existimo, ꝙ contra tales potest intentari interdictum quorum bonorum, quod est possessorium adipiscende: de quo magis opinor, ꝙ de petitione hereditatis: ⁊ hec quoad illa que tempore facte occupationis nõdũ possidebãtur per heredẽ venientẽ abintestato: q2 quoad illa que iã possidebãtur, per veniẽtes abintestato, ⁊ que postea fuerũt per substitutos propria authoritate occupata, ipsi substituti forte perdiderũt iura sua, ⁊ inciderũt in penã. l. meminerint cũcti. C. vnd. vi. ⁊ l. extat. ff. quod met. cau. ⁊ videri potest quod ponit Bartolus consilio suo exordiente, Missus in possessionem, ⁊c. Baldus in. d. l. fin. C. de edic. diui Adriani tol. Pet. de Anchar. cons. cclxxj. exordiente, Jn primo dubio, ⁊c. ⁊ consilio. ccxciij. exordien. Uideretur prima facie dicendum. dominus Felinus in. c. exhibita. de iud. ⁊ dominus Jason Mayn. in. l. fina. C. de iure deliberandi.

Rub. De acquir. posses. Epitome. Consi. cccliij.

Spoliatum ante omnia restituendum esse, verum est si petitorio agatur: potest enim reus super possessorio actorem reconuenire. U. F.



Recordor Quod cum alias post oblationem, ⁊ productionem certorum articulorum, exordientium, Ut vobis nobili, ⁊c. parte honorabilium virorum Surethi, et Gulielmi Joannis in causa quam pro tempore defendendo habebant cum nobili Raymoneto Audigerij, in prima instãtia productorum, fuissent parte eiusdem Raymoneti quedã friuole ratiões ad impediendũ admissionem articulorum huiusmodi allegate ⁊ fundate super eo quod pretenderetur, quamuis falso, fuisse parte dicti Raymũdi intentatum possessorium iudicium: ego parte dictorum singulorum ⁊ pro dfensione articulorum predictorum dictaui ⁊ scripsi schedulam exordientem, Dicit Bartolus in. l. Gallus, ⁊c. in processu prime instantie productam ⁊ insertam, in quibus allegaui ⁊ deduxi multa ⁊ varia fundamẽta, per que ostendi non fuisse, vel esse verum ꝙ parte dicti Raymoneti fuerit intẽtatũ possessoriũ iudiciũ, que si placet ibi videbũtur: verum prout experiẽtia docuit loquutus sum surdo, ⁊ scripsi ceco, aut ei qui ⁊ literas ignorabat, ⁊ sine consilio vel cũ consilio improbo, aut viri penitus iura ignorantis processit ad decisionem contentionis, que erat super admissione dictorum articulorum, ⁊ per quam decreuit illos non fore admittendos donec reintegrato dicto nobili Raymoneto Audigerio in eius pretensa possessione arboris nucis, in actis dicte cause designate, seu valoris ⁊ estimationis eiusdem: cuius sentẽtia, siue ordinatio fuit ⁊ est nulla, ⁊ cessante nullitate notorie iniqua ⁊ iniusta nulla quidem, quia, vt dixi, ⁊ hoc notorie apparet ex actis cause predicte, idẽ nobilis Raymonetus nullũ possessorium iudicium intentauit. Et si verum esset, prout non est, quod ipse intentasset possessorium recuperande, erant nihilominus articuli predicti admittendi ⁊ signanter illi, in quibus fuit parte dictorum Joannis, ⁊ Gulielmi effectualiter propositum ꝙ tam ipsi ꝙ eorum predecessores tenuerunt, ⁊ possederunt terram, de qua in actis a tempore, ⁊ per tempus de

pus de cuius initio hominum memoria non existit: ⁊ non solum terrã ipsam, sed etiam nucem predictam: vtpote existentem, ⁊ sitam in dicta terra, tenuerunt ⁊ possederunt, a decem vel viginti vel etiam triginta annis, ⁊ alias a tempore natiuitatis illius, ⁊ citra, vsq; tamen ad tempus scissionis. Jura enim quibus cauetur possessionem violenter ablatam esse: restituendã ante omnium contentionem intelliguntur, ⁊ intelligenda sunt quoad contentionẽ habendam super petitorio, seu proprietate, vel de illa, prout apparet ex his que no. Hosti. in. c. j. super verbo, contentionem. de resti. spo. vbi Host. supplet, vel exponit habẽdam in petitorio, ⁊ subijcit, ꝙ in possessorio oportet haberi contentionem, si negetur actus possessionis ⁊ eiectionis fieri per probationem. c. cõsultationibus. de offi. deleg. ⁊. c. ex parte. §. j. de restitu. spo. Et idem voluit Jo. And. in. d. c. j. super verbo contentionẽ, vbi subaudit de proprietate idẽ Panor. versi. oppono vlterius cõtra tex. ⁊c. vbi voluit, ⁊ est verũ, ꝙ reus potest se defendere super possessorio, ⁊ etiã actorem reconuenire. c. olim de restit. spo. ⁊. c. fi. de ordi. cogni. Et subiungit, ⁊ ꝙ etiam vbi ius commune est, contra rem possidẽtem, potest nihilominus idem reus se defendere super possessione aduersus actorem pretendentẽ se spoliatũ, pro quo allegat dom. de Rota decisione. cliij. que est. cclx. exordiẽs, Si rector alicuius parochie agat, ⁊c. vbi, si placet videri poterit. Supposito igitur, citra preiudicium veritatis, ꝙ dictus nobilis Raymonetus, ꝓposuisset, se possedisse terram, ⁊ arborem de quibus in actis, ⁊ se fuisse spoliatum possessione arboris huiusmodi, ⁊ nihilhominus petijsset se in possessione illius reintegrari: tamen quia dicti Sirrelli pretendunt se ⁊ suos predecessores possedisse terram predictam, a tempore de cuius contrario vel initio hominum memoria non existit: ⁊ nucem predictam a tempore natiuitatis illius vsq; ad tempus scissionis, erunt profecto audiendi quia si probent, vel saltem melius probent q̃ dictus Raymonetus se probasse pretendat. ipsi obtinerent etiam in possessorio, si illud fuisset intentatum, prout non est, quia per talem probationem excluditur intentio dicti nobilis Raymoneti: nec facit ad rem ꝙ pretendat ipse Raymonetus se probasse per aliquos testes, ꝙ ipse terrã ⁊ arborem huiusmodi possederit: quia esto ꝙ ita sit, citra preiudicium veritatis probabunt forte per longe, ⁊ numero plures, ⁊ multo etiam meliores, scʒ dictus Jo. ⁊ Guil. ꝙ imo tam ipsi, q̃ eorum predecessores, de quibus in dictis articulis tenuerint, ⁊ possederint terram, ⁊ montem predictas, per tẽpus, ⁊ tẽpora, de quibus in eisdem articulis: ex quibus omnibus inferebatur, ⁊ apparebat, ꝙ ipsi Surrecte non possunt spoliasse eundem Raymonetum, sua vera possessione, propterea ꝙ illã continuat, non innouat, nec suum aduersarium spoliat. Primum probatur per id quod no. glo. in cle. ij. super verbo innouari: vt lite penden. ⁊ Jo. And. eo. tit. sup rub. Secũdũ probatur in. d. c. olim. ⁊. c. cum venisset. de restitu. spo. quod etiam voluerunt do. de Rota in dicta decisione. cclx. Panor. in. d. c. j. ⁊ Gemi. in capit. ad decimas. de restitutione spoliatorum. in sexto. Sunt ⁊ alia multa que induci possunt ad impugnationem dicte inciuilissime ordinationis: sed quia ad virum peritũ est mihi sermo, ego vlterius non insisto. Que omnia dixerim sub correctione domini melius sentientis.

¶ Rubrica, de De dona. ¶ Epitome. Consilium. ccclv.

¶ Summatur vt in notabili secundo. V. F.

1 ☞ Cancellata nota debitum an probet. ⁊ nu. 5.
2 Nouatio hodie regulariter non fit, nisi hoc ita caueatur. ⁊ numero. 4.
3 Mandatum mihi negotium an ⁊ quando alteri mandare possim.
6 Rei duo debendi videntur obligati alter pro vtroq;.



Ex Themate cõsultationis mihi transmisse parte nobilis viri Joã. Risso multa eliciuntur dubia, quibus respõdeo breuiter ⁊ succincte, prout infra. Et primo ad primum ꝙ cum magister Bartholomeus Chape pretensus creditor ex vna parte ⁊ dictus nobilis Joãnes ⁊ nobilis Percevallus ex alia tempore factarum prorogationis ⁊ promissionis de quibus in tertio capitulo dicte consultationis, que scilicet facte extiterunt anno Domini millesimo quingentesimo ⁊ die septima mensis Aprilis: inter cetera voluerit idem Chape notam sumptam per magistrum Joannẽ de Burgũdia, cancellari ⁊ aboleri per exhibitionem contractus inter partes predictas tunc celebrati ⁊ initi non potuit dictus Chape in vim pretẽse obligationis seu obligationum de quibus in dicta nota clamorem exponere in curia came-
1 re contra dictum nobilem Joannem Risso: pro eo † quia illa nota, vt pote cancellata non probat illam pretensam summam, de qua in illa deberi per id quod habetur in. l. emptor. §. Lucius. ⁊ quod ibi glos. Bart. Ang. ⁊ doc. ff. de pact. ⁊ quod notat Rofre. q. xlvij. exordiente, Ordinatum est a duobus contrahentibus, qui habebant inter se instrumenta communia cancellari: ⁊ post eum Joan. Andr. in addit. Spec. tit. de instru. edi. §. ostenso. in addit. exord. dicit Rolandinus: mihi videtur, ⁊c. versic. iterũ sciendum est ꝙ Rofred. ⁊c. ibi in questione prima dicit instrumẽtum fidẽ nõ facere. ⁊ Pau. de Cast. cons. xxxv. exor. Viso instrumento. vers. ⁊ si dicatur quidquid ille dixerit, nõ propterea ⁊c. pro hac parte multa possunt induci, quia ⁊ pro ea multa inducit Rofre. vbi supra, sed causa breuitatis supersedeo.
2 ¶ Ad secundum dico ⁊ † respondeo, ꝙ per secundum cõtractum confessionis librorum non videtur facta nouatio precedentis obligatiõis illius scilicet in qua dictus nobilis Joannes Risso, tenebatur dicto Chape quia hodie non fit regulariter nouatio, nisi hoc conueniatur inter partes. l. fi. C. de nouat. ¶ Ad tertiũ dico ⁊ respõdeo, ꝙ † licet
3 prefatus Chape iuxta conuentionem inter eum, ⁊ dictum Risso habitũ anno predicto M. cccccc. ⁊. vij. mẽsis Aprilis posset dum ⁊ quando sibi visum foret vendere, ⁊ alienare libros de quibus ibi pretio meliori quod reperiri posset, notificando prius dictis Risso seu eorum alteri, vel alteri pro eis: non potuit tamen facere commendam de qua in dicta consultatione, ⁊ illos tradere alteri ⁊ pro illis vendendis. Tum quia in dicta conuentione dictum est quod ipse Chape posset libros huiusmodi vendere, ⁊ pretio meliori, ⁊c. in quo videtur electa industria persone dicti Chape ⁊ de quo verisimiliter magis confidebat dictus Joannes Risso, q̃ de alio per ipsum Chape deputando: non ergo potuit idem Chape alteri committer. l. in vsucapione. §. item adijciendum. versic. quod si is quoq;. ⁊ quod ibi Bar. ⁊ doctor. ff. de diuer. ⁊ tempora. except. c. is cui. secundo responso. de offic. deleg. in. vj. ⁊ quod notat dominus Felin. in. c. fin. versic. is autem cui. de offic. deleg. ⁊ doct. in. l. quod quis. vbi etiam do. Jason Mayn. versic. secundo limita dictam regulam. C. de procurat. Cui dicto non obstat. l. j. §. magistrum. ff. de exercit. act. ⁊. l. quicunq;. in fi. ff. de instit. act. Quoniam respondeo ꝙ illa iura loquuntur in habente generale mandatũ ad negotia cuiusmodi non fuit idem Chape, sed solum habuit facultatem vendendi libros, de quibus in nota: non etiã obstat. d. c. is cui. primo responso. de offic. deleg. in. vj. ⁊ quod notat Bart. in. l. si ego. ff. quod vi aut clam. ⁊ dicta. l. in vsucapione. §. item adijciendum. ⁊ doctor. maxime dominus Jason Mayn. versic. secundo limita, ⁊c. ibi secus vbi data esset. Quoniam respõdeo ꝙ dicta procedunt eo casu quo esset limitata forma mãdati, puta vendendi pro tanto pretio, quod factũ non fuit in casu de quo queritur, sed dictum fuit, ꝙ vendere posset pretio minori, ⁊c. non ergo obstat dicto nobili Joanni, nec suffragatur prefato Chape predicta conuentio, seu facultas sibi data de vendendo: tũ ⁊ q;, vt colligitur ex tenore dicte pretense conuentionis, idem Chape tenebatur ⁊ debebat antẽq̃ vendere aut alienare posset libros predictos, aut aliquos ex eisdem iniũgere dictis Risso, aut eorũ alteri, non solum quod vẽdere vellet libros predictos, aut eorum aliquos, sed etiam pretium quod de eis reperiret. Et hoc satis sonant verba dicte conuentionis, a quibus non licuit eidem Chape discedere. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ⁊. l. non aliter. ff. de leg. iij. Et supposito citra preiudiciũ veritatis, ꝙ verba conuẽtionis huiusmodi essent in hoc aliquãtulum obscura siue dubia, prout non sunt deberet fieri interpretatio contra eundem Chape qui se fundat ex verbis cõtract⁹. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verborum obligat. ⁊. c. contra eum de reg. iur. in. vj. quod etiam voluit Alexan. de Jmol. in. l. si pascenda. ff. de pact. And. Barb. consi. lxiij. exor. Sapienter scribitur tertio Paralipomenon, in prima parte.

Preterea non est verisimile ꝙ dictus nobilis Ioan. Risso, vtpote sciēs pericula maris, ⁊ que quotidie vel propter discursiones hominum, vel propter tēpestates, seu vētos, vel alia que quotidie cōtingūt, senserit ꝙ libri predicti deberēt deferri apud Barbariā ⁊ per mare, propter que fuit ipse Chape in culpa faciendo commēdam de qua supra, ⁊ dictos libros tradendo illi patrono per eum scilicet, in Barbaria vendendos: ⁊ hoc quo ad quotā ⁊ partē cōcernentem dictum nobilem Ioā. tunc ignorantem, ⁊ prorsus inscium, propter quod non excusaretur idem Chape, etiā si forte verū esset, ⁊ probaretur, ꝙ dicti libri casu perijssent.
4 ¶ Ad quartum † dico ⁊ respōdeo, ꝙ nec per responsionē, quam fecisse dicitur ille Balchesio Catelani, facta videtur nouatio obligationis supra mentionate, illius scilicet in qua prefato Chape, tenebatur, dictus nobilis Ioā. per ea que habentur in dicta. l. si. C. de nouat. ¶ Ad quintum dico ⁊ respondeo, ꝙ clamor expositus in vim illius preten
5 se obligationis, de qua in nota recepta per dictū de Burgundia, fuit male expositus pro eo, quia ante illius expositionem voluit idem Chape, notam predictam cancellari, ⁊ licet illa nō fuerit fortasse re ipsa, seu de facto vtpote per inductionem pluuie non fuit in totū vitiata, fuit tamen verbis cancellata: quod sufficiebat ad inualidationem dicte note ⁊ quo ad hoc vt nō probaret aliqd deberi: per id qđ habetur in. d. l. emptor. §. Lucius. ⁊ quod ibi docto. ff. de pac. ⁊ quod not. Rofred. ⁊ Ioan. And. in locis superius allegatis in respondendo ad primum quesitum. Et non solum nota predicta non probat, sed nec instrumentum ex ea degrossatum, vt etiam voluerunt Rofred. ⁊ Ioan. Andr. in locis predictis. Quo vero ad alium clamorem, qui expositus est in vim alterius, ⁊ postea facte obligationis: puto ꝙ ille de rigore opponi potuerit, ⁊ ꝙ ad elisionē intētiōis partis aduerse: non sufficiat opponere de dictis libris, sed ꝙ illi pro securitate, ⁊ pignore summe debite traditi extiterunt: ⁊ ꝙ non teneatur idem Ioan. satisfacere de debito, nisi illi primittus restituantur: quia de stylo curie camere rationum, non admittuntur nisi quedam ⁊ quidem pauce exceptiones, de quarum numero non est exceptio predicta: non ergo videtur admittenda, per id quod no. Bar. in. l. j. §. ⁊ parui. ff. quod vi aut clam. Sali. in. l. ita nobis pudor. C. de adulte. Io. de Imo. ⁊ Angel. Are. in. l. fina. ff. quan. appel. sit. ⁊ cano. in. c. ex parte. de offi. deleg. Et hoc dico, saluo stylo dicte curie: putarem tamen eodem stylo saluo, ꝙ offerendo pecuniam, dictus nobilis Io. posset eundē Chape reconuenire, ⁊ agere contra eum actione pignoratitia: pro obtinēda restitutione predictorum librorum. ¶ Ad sextum dico ⁊ respondeo ꝙ si contingat hunc nobilē Ioā. contra se reportare sententiā ⁊ soluere debitum, ipse poterit agere actione pignoratitia contra eundē Chape, pro ea parte, pro qua libri predicti eidem pertinebāt: ⁊ istud satis colligitur ex predictis. ¶ Ad septimum dico ⁊ respōdeo, ꝙ dicti nobiles Io. ⁊ Perceuallus fuerunt duo rei debendi, prout patet ex forma obligationis. Et qr nō fuit renuntiatum noue cōstitutioni de duobus reis, sed beneficio diuidendarum, actionum, de quo in authen. de duobus reis. in princip. ⁊ §. j. colla. j. ⁊ transumptiue in authent. hoc ita si pactum fuerit. C. de duobus reis. satis videtur posse dici ꝙ iure communi, prefatus nobilis Ioannes insolidū conuentus posset de hoc beneficio opponere, sed vt non conueniantur nisi pro dimidia parte, si tamē bona dicti quondā Perceualli sint soluēdo quo ad aliam partem, ⁊ vt videtur, dictus Chape tenetur probare ꝙ dicta bona non sint soluendo, per id quod no. Bar. in. l. in duobus. §. vbi duo. ver. sexto quero. ff. de duo. reis. ⁊ Sali. in dicta authen. hoc ita. versicu. quero nono quis debeat probare. Et hoc bene probari videtur in dicto authen. de duobus reis. in princi. iuncta gl. super verbo, interim. verum existimo ꝙ dicta curia camere rationum non admitteret istam exceptionem, prout nec admittit exceptionem parte fideiussoris oppositam ne scilicet conueniatur priusquam principalis debitor, seu bona illius discussa extiterint: qr, vt dicunt Bar-
6 tol. ⁊ Salicetus. in locis supra allegatis, duo rei † debendi videntur inuicem, vnus scilicet pro altero fideiubere. Esset tamen videndum quid de stylo obseruaretur in curia predicta quia ille tenaciter seruandus est.

¶ Rub. De subdi. Uasal. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccclvj.

¶ Uasalli de Auronis subditos suos vetare nequeūt qn ⁊ alibi domicilium habeant, pascuis vtantur, possessiones francas possideant, ⁊ blada sua per queuis iumenta excutiant. U. F.

1 ☞ Domicilium duobus in locis habere permissum.
2 Pascua alicuius loci ad quos pertineant: ⁊ an domini locorum illa possint alienigenis concedere vtenda vel in emphyteusim.
3 Edere titulos suos municipes dominis vassallis locorum non teneantur, per quos eorum predia ostendi possint esse emphyteutica.
4 Expensarum pro limitatione agrorum factarum vassalli non sunt immunes, sicut nec subditi.
5 Grana sua calcari per queuis iumenta quilibet in suo facere an possit.


Indultum a iure beneficiū non est alicui auferēdum, regula, indultum. cum suis simil. de regul.
1 iur. in. vj. Cum † ergo sit a iure indultum, vt possint homines in duobus locis, vel etiam pluribus habere domicilium. l. assumptio. §. viris prudentibus. ff. ad municipal. ⁊ c. j. cum suis similib. de sepult. in. vj. quod etiam voluit glossa in. c. statutum. super verbo, eiusdem ciuitatis. vbi etiā doctor. de prescrip. in. vj. hoc non est auferendum hominibus dicti loci de Auronis: qui propterea possunt habere domicilium, non solum in dicto loco de Auronis, sed etiā in alijs locis circunuicinis, vtpote in Salone, ⁊ Pellissana, nec sunt cogēdi loca huiusmodi deserere, ⁊ omnino manere in loco de Auronis p̄ p̄dicta: ⁊ per hec patet responsio ad pri
2 mū quesitū. ¶ Ad scđm respōdeo ꝙ † pascua loci ⁊ territorij de Auronis vidētur quoad vsum ⁊ vtilitatem illorum pertinere ad vniuersitatem ⁊ incolas dicti loci, per id quod notat glo. in. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. ⁊ Alber. in. l. imperatores. ff. de seruitu. rustic. pred. ⁊ l. testatrix. §. j. ff. si seruit. vend. vbi notanter dicit, ꝙ pro modo possessionū, quilibet de illa vniuersitate debet vti pascuis ne ibi habens modicas possessiones in iniuriam ⁊ dānum aliorū plures habentium magnam bestiarum quātitatem alios impediat in pascuis: quia ciuilis modus in istis seruandus est. l. si cui. ff. de serui. facit. l. item si fundi. ⁊ l. vsufructuarium. §. fina. ff. de vsufruc. ⁊. l. cum. hi. §. modus. ff. de transac. Non igitur vidētur reuerēdissimus in Christo pater ⁊ do. dominus Arelatēsis archiepiscopus superior, ⁊ dominus Parerius, ⁊ alij quondam dicti castri posse alij vel alijs apascairare, arrendare, seu vendere herbagia seu pascua dicti territorij, inuitis vel non consentientibus vniuersitate ⁊ hominibus dicti loci: quod etiam sunt centum anni, ⁊ vltra ꝙ fuit eis conuentum ⁊ promissum, ⁊ ita postea vsqꝫ ad hos annos obseruatum, ⁊ obseruari debet: tum ratione conuentionis ⁊ promissionis: tum ⁊ quia, vt iam dixi, ita obseruatum est a centum annis ac vltra, ⁊ per eos. Cum ⁊ quia predia dicti territorij sunt pro maxima parte hominum, ⁊ incolarum dicti loci: ergo habendus est eorum consensus. l. in cōcedendo. ff. de aqua pluuia arcen. l. per quem locū. ⁊ l. quintus Mutius. ff. de seruit. rusticor. pred. ⁊ quod voluit Old. consilio. xxx. versic. quarto quero ⁊c. ibi dico ad hoc ꝙ eorum omnium cōsensus requiritur: multa etiam pro hoc inducit Petrus de Antibo, ⁊ que bene faciunt in suo diuersorio longe post medium, versiculo, exoritur ex his alia questio, vtrum dominus alicuius castri possit apascairare alienigenis, seu extraneis territorium castri. Et quemadmodum non possunt prefati reuerendissimus domini, ⁊ condomini pascua seu herbagia predicta alij seu alijs concedere, scilicet apascairando, arrendando, vel vendendo: ita nec videtur posse dare in emphyteusim, seu ad nouum accapitū terram in qua consistūt pascua seu herbagia predicta, ⁊ hoc inuitis, ⁊ non consentientibus vniuersitate ⁊ hominibus predictis, quod non est faciendum. arg. l. preses. ⁊ l. si manifeste. C. de seruit. ⁊ aqua. l. ij. ad fin. C. ad leg. Aquil. facit. l. sed ⁊ si quid. §. sed nec seruitutem. cum. l. seq. ff. de vsufruc. Possunt ⁊ alia multa pro hac parte allegari ad ostendendum, ꝙ non solum nō possunt prefati reuerendissimus dominus ⁊ alij condomini terram predictam ad nouum accipitum cōcedere, si ⁊ quatenus communis sit inter eos, ⁊ homines dicti loci: sed nec possent, si esset eorum propria attenta conuentione ⁊ promissione de qua supra, ⁊ dicto lōgissimo vsu: per ea que habentur in. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quot. ⁊ esti.

c. hoc quippe. iij. q. vj. c. l. j. §. vlti. ff. de aqua pluuia arcen. et in c. j. ad fi. et quod ibi glo. de prescri. in vj. et quod no. Hos. et doct. in c. super quibusdam. §. preterea de verbo. significa.
3 ¶ Ad tertium quo queritur, an † homines dicti loci, cogendi sint exhibere titulos quorundam suorum prediorum existentium in loco, vel territorio de Auronis et de quibus nescitur, sub cuius ex prefatis reuerendissimo do. et aliis. domino directo, et maiori seignoria teneatur: quinimo nec scitur an predia huiusmodi, sub dominio alicuius teneantur, an ve sint allodialia et quos in veritate et in eorum conscientiis dicunt se exhibere non posse, etiam allegantes occupationem et inuasionem dicti castri, olim factam per dominum Raymundum de Turena: et de qua inuasione et occupatione, vt puto, loquitur instrumentum mihi exhibitum, receptum anno domini M. cccxcix. et de mense Aprilis in quo etiam dicitur eos omnes qui pro tempore inibi habitabant, fuisse bonis suis spoliatos, et a loco predicto auffugisse. Ad hoc inquam tertium quesitum dico et respondeo eosdem homines non esse cogendos ostendere dictos pretensos titulos, quos dicunt se non habere, nec sciunt aut credunt predia seu bona huiusmodi se tenere et possidere sub dominio directo alicuius ex predictis reuerendissimo domi. Arelatensi archiepiscopo et aliis. Pro quo allegasse sufficiat quod not. Angelus in. l. pretor ait. §. j. ff. de eden. et quod in simi. no. Bart. et docto. post Andre. de Baru. in c. j. de conducto. lib. xj. Alua. in c. j. in princ. de controuer. inuest. et do. Jason. May. versic. an autem rex. pro quorum dictis facit. l. cogi. C. de peti. heredi. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de reiuendi. et c. vt nostrrum. cum suis sim. vt eccle. benefic. facit etiam, quia domini ciuitatum, seu villarum, oppidorum, castrorum et aliorum locorum non fundant de iure communi eorum intentionem quoad dominium terrum et prediorum existentium in ciuitatibus, villis, oppidis, et aliis huiusmodi: per id quod no. Hostien. Jo. And. in nouel. Panor. et alii in c. minus de iureiur. multas remissiones ponit Fran. de Cur. consi. lxxv. exordien. Dominus Ludo. etc.
4 ¶ Ad quartum † dico et respondeo quod cum limitatio territoriorum et iurisdictionum de qua in casu, vtiliter facta extiterit, et illa concernat, non solum comodum et vtilitatem hominum et vniuersitatis predictorum, sed etiam commodum et vtilitatem dictorum reuerendissimorum domi. et aliorum: ipse reueren. do. et alii, debent contribuere in sumptu et expensis vtiliter factis, in et circa predictam limitationem: regula qui sentit onus, etc. ibi et econtra et quod ibi glo. de regu. iur. in. vj. facit. l. soluendo. ff. de
5 nego. gestis. ¶ Ad quintum dico et respondeo, quod † nisi vel ex conuentione, vel alias propter precedentes inhibitiones quibus per tempus legitimum parirum extitisset impediantur homines dicti loci de Auronis conducere animalia: sed etiam extranea seu dominorum extraneorum pro calcandis eorum bladis, ipsi videntur hoc posse facere, etiam sine consensu predictorum dominorum cum quilibet sit in re sua, moderator et arbiter. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. et ven. et c. de his. ad fin. cum suis sim. de sepul. Est enim insolitum nisi forte precesserint conuentiones, aut saltem antique inhibitiones que vtrum ille ciuiles et iuste extiterint, ipsi viderint qui fecerunt aut fieri preceperunt velle impedire homines vnius castri, ne pro libito animalia conducant et ea immittant vel immitti requirant in territorio de Auronis pro calcandis eorum granis et hoc sine licentia dictorum reueren. do. et aliorum vt sic isto medio et per indirectum inuitentur et cogantur illa calcari facere, per animalia fortasse alicuius ex ipsis et profecto hoc velle non debent prefati reueren. do. et alii. pro eo quod prestatio seruitiorum insolitorum, vel indebitorum presumitur a dominis per metum extorta. secundum Bald. qui hoc no. in c. j. §. pactiones. de pa. costa. Alb. in c. j. qualiter vassal. iura. debeat. fideli. in vsi. feud. Alexan. de Jmo. in. l. j. §. que onerande. ff. qua. re. actio. non da. et Fran. de Aret. consi. xiiij. versi. venio nunc ad tertium dubium, etc. post medium ibi sicut enim prestatio seruitio. et consi. xxiiij. Que omnia dixerim, etc.

¶ Rub. De municipib. et ori. ¶ Epito. ¶ Consil. ccclvij.

¶ Municipale statutum, per quod filia iam matrimonio collocata et dotata nullum habeat pro supplemento legitime regressum, non est improbatum. V. F.

1 ¶ Exclusus a successione an et quando a legitima exclusus esse videatur. et nu. sequen.
2 Statutum vt dicatur sublatum quid requiratur.
3 Testis vt valoris bonorum fidem faciat qualiter deponere debet.
4 Juramentum plenioris probationis super funeris impensa an et quando heredi deferendum.



Jso Processu cause cepte et pendentis indecise per et inter honestam mulierem Annetam Pluuiale, vxorem et personam coniunctam honorabilis viri magistri Fracisci de Muratoribus apothecarii Sisterici, actricem ex vna parte, et honorabilem virum Ponsonium Pluuiali, eius fratrem reum ex alia, et his que fuerunt hincinde proposita, deducta et probata: dico et respondeo sub correctione cuiuslibet domi. melius sentientis, quod idem Ponsonius alio non apparente fuerit et sit ab impetitis, parte dicte Annete absoluendus, causis, rationibus, et motiuis sequentibus. Et primo quidem ratione statuti recolende memorie, domini Guilielmi olim comitis Forcalquerii, quo effectualiter caueri dicitur, quod quicunque siue castellanus siue miles siue burgensis siue rusticus filiam suam alicui collocauerit in matrimonio et illam dotauerit, siue mater post mortem mariti filiam suam seu fratres post mortem patris sororem suam in matrimonio collocent et dotent: filia, vel soror huiusmodi non possit postea venire, seu succedere in bonis patris, vel matris, vel fratris, vel sororis: si tamen frater aliquis, vel filii fratrum, vel filie supersint, nisi nominatim pater, vel mater, frater, aut soror aliquid in suis testamentis reliquissent, et de quo statuto facta est fides per publicum instrumentum parte dicti Ponsoni in causa productum, et in nullo ex aduerso impugnatum, insertum folio. cxviij. vnde cum post mortem honorabilis quondam viri Marini Pluuiali patris dictorum Ponsoni et Annete, ipsa Anneta matrimonium contraxerit cum dicto magistro Francisco de Muratoribus, et dotata extiterit per honestam mulierem Margaritam Verdillone relictam dicti quondam Marini, et matrem eorundem Ponsoni et Annete, non videtur ipsa Anneta potuisse, aut posse aliquid petere pro supplemento obstante et refragante statuto superius mentionato, et eam in hoc casu
1 excludente a paterna et vniuersali successione: quia † cum quis ab illa excluditur, nec legitima sibi debetur, cum illa sit portio eius quod debetur abintestato. l. parentibus. C. de inoffic. testamen. quod etiam voluit Angel. consilio. ci. exordien. Statuto cauetur, quod si aliquis decesserit abintestato, etc. Paul. de Cast. in. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. et demonstrat. et consilio. cviij. exord. Super eo de quo queritur. Jta etiam firmat Alexand. de Jmola consilio. lxviij. exordiente, Circa premissam consultationem, etc. in quarto volumine: vbi etiam refert quod sepenumero requisitus extiterit, quod consuleret per huiusmodi statutum filiam non excludi a legitima, et quod id semper facere recusauerit: hoc etiam sequitur dominus Jason May. in. l. si quando. §. et generaliter. C. de inoffic. testamen. vbi etiam refert id ipsum consuluisse Raph. Cuma. in quodam suo consilio exordiente, Spectabilis dominus miles. Et supposito, citra preiudicium veritatis, quod huic statuto opponi possit quod illud nunquam receptum extiterit, vel quod non fuerit obseruatum per id quod notant doctores in. c. j. de treu. et pa. Franc. de Are. Alexand. de Jmo. consil. cxxxij. exord. Visa facti narratione. hic tamen non apparet, quod statutum huiusmodi non fuerit per subditos receptum, nec quod dispositioni illius fuerit contrauentum, vt sic dici possit eidem fuisse
2 derogatum per contrariam obseruantiam: quia † ad ipsius sublationem non sufficit desuetudo, hoc est quod illud non fuerit seruatum, sed opus est quod in casu occurrenti, seu casibus occurrentibus fuerit contrarium obseruatum, per id quod notant canoniste in. c. Joannes. de cler. coniug. et Jo. Fa. in. §. ex non scripto. institut. de iure nat. gent. et ciuili. Et cum de non receptione predicti statuti, aut de contraria obseruantia in occurrentibus casibus non appareat, vel appareat illud videtur obseruandum per predicta: fateor tamen, quod contra id, quod superius dixi de statuto excludente filiam a successione: videtur sentire Salic. in auf. nouissima. q. xij. C. de inoffic. testamen. et Alexan. de Jmo. consilio. vij. in secundo volu. scilicet quod statutum excludens filiam ab vniuersali successione non censeatur eam excludere a petitione legitime, nisi in statuto huiusmodi fiat mentio de legitima: et ideo non procedit hic articulus sine qualiquali

liquali dubitatiõe. ¶ Secũdo, ⁊ hoc est optimũ fundamẽtum, quod facit contra dictam Annetam, quia ipsa non probauit bona dicti quondam Marini eius patris ascendere ad valorẽ de quo articulauit: quãuis enim aliqui testes parte eiusdem Annete in causa producti, ⁊ examinati, sup secundo articulo eius pretensi libelli, ⁊ in quo fuit articulatum de valore octo mille florenorum deposuerunt ⁊ dixerunt contẽta in articulo huiusmodi, fuisse ⁊ esse vera: ipsi ta
3 men † non probant dictum valorem: quia ad hoc vt testis probet rei valorem ipse debet reddere causam dicti sui etiã non interrogatus: quia valor nõ percipitur immediate per sensum corporis, sed iudicio intellectus ⁊ per discursum rationis: vt colligitur ex his que no. Inno. in. c. cum causam que inter archiepiscopum. de testi. per docto. in. l. solam. C. eo. titu. per Bar. in suo tracta. de teste ad quod bene faciũt no. per Barto. in. l. ij. ad fi. C. de rescind. vendi. ⁊ idẽ voluit Bald. in. l. fi. in fin. C. de iur. domi. impe. Panor. in. c. cum causam que inter Y cono. de testi. ⁊ Pau. de Ca. in. l. pretia rerum. ff. ad leg. fal. vbi etiam Alexan. de Imol. qui multos refert quod maxime debuit, ⁊ debet procedere in hoc casu, in quo testes predicti, non de valore, seu extimatione vnius mutonis aut bouis, seu etiam alienatione predij vrbani, vel rustici, vtpote talis domus, seu prati, sed totius patrimonij dicti quondam Marini, ⁊ qui pretẽdatur fuisse diues ⁊ opulentus, quia in extimatione seu taxatione, opus est, non solum inspectione omnium ⁊ singulorum bonorum, mobilium immobilium se mouentium: creditorũ seu nominũ ⁊ iurium, sed etiam longo discursu rationis: pro eo quia licet bona ipsa, scz mobilia, immobilia, ⁊ se mouentia videri possint ⁊ inspici: ⁊ sic percipi sensu corporeo non tamen videri potest, aut sensu corporeo percipi eorum valor sed opus est discursu actiõis, ⁊ iudicio intellectus: qr pretia rerum variantur secundum tempora ⁊ loca in quibus sita existunt. Item ⁊ secundum ꝙ sunt vel maius, vel minus obnoxia seruituti, vel oneribus ⁊ quãuis forte pretẽdi possit testes predictos causam reddidisse, quia scz viderunt illa: tamen non sufficit quoad id de quo queritur, scz quoad valorem predictorũ bonorum, qui videri nõ potest quãuis forte suficiat quoad id quod in dicto articulo proponitur dictum quondã Marinũ tempore vite ⁊ mortis, tenuisse, ⁊ possedisse multa bona mobilia, immobilia, ⁊ se mouentia: per id quod not. scribẽtes in. d. l. solam. ⁊. l. testium. C. de testi. Preterea certum est ꝙ legitima non debetur, nisi deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffi. testa. ⁊ quod no. Bar. in. l. ex facto la grande. ff. de hered. institu. Bal. in. l. quotiens. C. eo. tit. post Iacob. Butri. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. ante igitur detractionem legitime dicte Annete ⁊ aliorum liberorum dicti quondam Marini debet detrahi funeris impensa dicti quondam Marini ⁊ es alienum eiusdem: de funeris vero impensa facta per dictum Põsonum, fuit parte ipsius articulatum in calce seu pede articulorũ exordientium vt vobis, ⁊c. insertorum fo. lxxxiij. Et quãuis illa omnia non probantur, multa tamen videntur probari per attestationes primi ⁊ vltimi testiũ, qui super illis examinati in multis conueniunt. l. vbi. cum suis sim. ff. de testi. ⁊ vbi
4 non conueniunt, deberet † dicto Ponsono saltem in his, in quibus scit veritatem deferri iuramẽtum in supplementum plenioris probationis: per id quod habetur per scribẽtes in. l. in bonefidei. C. de re. credi. in. l. admonẽdi. ff. de iureiuran. ⁊. c. fina. eo. titu. Preterea dictus Ponsonus fidẽ fecit de multo ere alieno, dicti quondã Marini ⁊ quidẽ de centũ ⁊ qnquaginta florenis monete, quos se debere olim cõfessus fuit idẽ Marinꝰ bone memorie reuerẽdo in Christo patri, dño Corrardo Diguensi episcopo prout cõstat per instrumentum, seu notam insertam folio. cvj. ⁊ quam summam dictus Ponsonus soluit, prout constat nota inserta fo. cvij. Fecit etiam fidem de multo ere alieno ⁊ debitis solutis: quibus detractis, ⁊ que detrahi debẽt ante detractionem legitime, etiam, si essemus in casu, in quo supplementum legitime peti possit, apparebit ꝙ dos pro dicta Anneta constituta, ⁊ alia sibi donata ascendunt ad valorem dicte pretense legitime. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De furtis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccclviij.

¶ Furem nocturnum quomodo licet occidere: diurnum autem, si se telo defendat: nec fuga occidentis nocturnum facit contra eum aliquod indicium ad inquirendum cõtra eum de delicto: item ꝙ in criminalibus causis criminaliter intẽtatis iudex si vult, potest admittere procuratorem.



NOn Possum plene, seu etiã tute scribere super merito cause, quam defendendam habere dicitur honestus vir, Georgiꝰ Vayrelli cũ venerabili viro domino pretẽso procuratore fiscali curie Manassi, vel de Saletis: pro eo quia nõ habeo processum ordinatum, nec videre possum quo ordine acta extiterint ea, que in schedulis, ⁊ petijs mihi missis trãscripta extiterint: solum igitur respondebo ad certa dubia mihi missa in quorum capite scribitur, dubia consultanda sequuntur. Et primo ad primum dico ⁊ respondeo, ꝙ cum pro iurisdictione ordinaria presumatur: vt not. glo. Inno. Panor. ⁊ alij in. c. cum in iure. de offi. deleg. si nobilis Sestoris qui se gerit pro iudice predictorũ locorũ talis reputetur, presumitur ꝙ talis sit, etiam alias non constito: secus autem est in iudice delegato: quia non sic presumitur pro delegatata iurisdictione: vt notãt doct. in. d. c. cum in iure. ¶ Ad secundum dubium dico ⁊ respondeo, ꝙ licet iudex regulariter procuratorem admittere non debeat in causa criminali criminaliter intentata. §. in criminalibus. v. q. iij. ⁊. l. penul. §. ad crimen. cum suis similb. ff. de public. iudic. si tamẽ eum admiserit, valet id quod cum eo interim actum extitit, anteq̃ contra eũ opponatur exceptio. l. ita demum. C. de procur. l. filiusfamilias. §. veterani. ff. eo. tit. Ea etiam que fiunt cum falso procuratore valent per consensum partis. l. licet. ff. de iud. ⁊. l. iij. §. falsus. ff. rem rat. habe. Et ꝙ acta in causa criminali cum procuratore admisso valeant, tenuit glos. in. c. j. de iud. in. vj. Bald. in. d. l. ita demum. vbi dicit istam esse communem opinionem: idem tenuit Bal. in. l. seruum quoq3. §. publice. ff. de procu. hoc etiam voluit Iacob. de Aret. in. l. quanuis. C. de transact. ⁊ tenuit Ro. decisione. cccclxxxij. exord. Si clericus contra laicum intẽtabat crimen, ⁊c. ⁊ Alexand. de Imola in. d. l. penult. §. ad crimen. propter quod dico ꝙ iudex non debebat vlterius inquirere contra dictum Georgium, si fuisset absolutus, nisi eo casu quo facere potuisset: si idem Georgius personaliter se defendens absolutus extitisset. Ad id vero quod vlterius queritur in secundo dubio, de tortura, dico ⁊ respondeo, ꝙ cum iste occisus esset fur nocturnus, ille potuit impune occidi per eundem Georgium, pro recuperatione sui equi. l. itaq3. §. lex. ff. ad legem Aquil. not. glos. ⁊ Bart. in. l. furem. ff. ad leg. Cornel. de sicar. pro quo est bonus tex. in. c. si perfodiẽs. de homic. not. gl. in. c. j. §. si quis hominẽ. de pac. ten. ⁊ eius viol. quod procedit etiam, si idem fur se non defendisset: vt voluit glos. ⁊ post eam Bart. in. d. l. furem. Richardus de Saly. ⁊ Saly. eius nepos. in. l. si vt allegas. C. ad leg. Cornel. de sic. ⁊ ibi assignãt bonas rationes: cur hoc potius fieri possit de fure nocturno, q̃ de fure diurno: idem etiam voluit Ioan. Fab. in. d. l. si vt allegas. ibi reprehendens Iacob. ⁊ Pet. non facientes differẽtiam inter furem nocturnum ⁊ diurnam: eis enim, vt affirmat idem Ioan. Fab. resistit. d. c. si perfodiens. in fi. ibi, inuenitur impune scilicet occidi nocturn furẽ quoquomodo vbi etiam super dicto verbo, quoquomodo. hoc voluit Ioan. And. in nouel. exponẽs quoquomodo, id est siue se defendat siue nõ: pro quo allegat. c. tua. §. vnico. de homi. pro hac sentẽtia bene facit. d. l. itaq3. §. lex duodecim tabularũ. vers. interdiu autem, ⁊c. ⁊ dictum. c. perfodiens. vers. diurnum autem, ⁊c. propter illam dictionem aduersatiuam, autem. vbi est sermo de fure diurno, qui telo se defendit: ex quo datur intelligi, ꝙ in casu precedenti erat solum discrimẽ, hoc est periculum perditionis rerũ ablatarum: quia alias non esset aliqua aduersatio in iure, ⁊ in facto inter dictos casus, que tamen esse debet propter dictam dictionẽ aduersatiuam. Et ita no. Richar. ⁊ Bartho. de Salic. in. d. l. si vt allegas. ⁊ hoc etiam fuit ibi de mente Bald. Ex quibus infero eundem Georgium Vayrelli non esse torquẽdum: nec puto. ꝙ propter recessum, seu pretensam fugam dicti Vayrelly sit presumendum contra eum, ꝙ ipse iniuste, vel alias impune dictum furem occiderit. argu. eorum que no. Bart. in. l. j. ff. de penis proscri. vbi Bart. limitans per se notata in. l. lege Cornelia. ff. ad Sylleya. dicit ꝙ si aliquis aufugiat, vel stet cautus non eundo per terram, postquam accusatus est in crimine capitali, non est presumptio contra eum: quia iuste facit si timet arg. d. l. j. Et hanc limitationem sequitur Alex. de Imol. in. d. l. lege Cornelia. ⁊ Arg.

Areti. in.

Are. in tracta. malefi. super verbo, quod fama publica. ver. an fuga sit sufficiens indiciū, ꝛc. Cum itaqꝫ eidē Georgio Vayrelli ante recessum, dictū, ꝛ relatū extiterit, ꝙ cōtra eū inquireretur, potuit iuste timere, ne propter pretensum homicidiū etiā lege permissuꝫ, ꝛ sic impunibile, molestaretur, vel alias periculo exponeretur: queadmodū ille qui crimē vel casum sibi impositum nullomodo perpetrauit, pōt iuste timere: vt dicit, Bar. ꝛ sequuntur Alexan. ꝛ Ange. vbi supra. ¶ Ad tertiū, in quo queritur, an ꝓpterea releuādus sit a pena pro eo q ille pretensus occisus est incognitus, nec scitur eius nomē, aut cognomē: dico ꝛ respōdeo, ꝙ ignorātia huius hominis, aut nominis, aut cognominis eiusdem, nihil facit quoad casum nostrum, sufficit autem constare de occisione hominis: vt voluit Bal. ꝛ post eū Ang. ꝛ Jo. de Jmo. in. l. quotiens. §. si quis nomē. ff. ꝛ de her. insti. Pro quo allegat Bal. gl. quā reputat singularē. ij. q. viij. c. libellorū. Quo vero ad alia dubia nō puto oportere laborare pro illorū solutione, cū, vt predixi, dictū pretēsum homicidium sit impunibile: ꝛ q adnotatio quā facere tentauerunt dñi officiarij predictorū locorū, nō habuit iuris effectū: vt plene demonstrauit egregius vir, do. Ant. de Porna, iurium professor eximius.

¶ Rubrica, De iurisdict. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccclix. ¶ Decanus ꝛ capitulum eclesie maxime cathedralis sunt iurisdictionis capaces alias de iure cōi pertinentes ad episcopuꝫ ꝛ non solum ex conceptione speciali, sed etiā ex prescriptiōe ꝛ cōsuetudine: nisi in casibus episcopo reseruatis.



Illud Certum est, ꝙ decanus ꝛ capitulū maxime cathedralis eccleñe sunt capaces iurisdictionis alias de iure cōmuni episcopo pertinētis. c. irrefragabili. §. excessus cū ibi. no. per gl. ꝛ doc. de offi. ordin. Et potest iurisdictio huiusmodi eidem decano ꝛ capitulo nō solū ex cōcessione seu speciali priuilegio de quo nō dubitatur cōpetere, sed etiā ex prescriptione, seu ex consuetudine, ꝑ quā queri pōt iurisdictio ordinaria. l. j. C. de emāci. libe. c. cōquestus. ix. q. iij. quod etiā voluit Gaufri. in sum. de offi. Archi. circa. fi. ꝛ de off. ordi. versi. ordinariā iurisdictionē, ꝛc. no. Archi. ꝛ Jo. Andr. in c. cum episcopus. de off. ord. in. vj. gl. Panor. ꝛ alij, in. c. pastoralis. eo. tit. in antiquis. Panor. in. c. auditis versicu. ex predictis, ꝛc. de prescrip. ꝛ idē Panor. ꝛ Anto. de Butri. in. c. cū contingat. de for. cōpe. Et in dubio decanus ꝛ capitulū, vel alius prelatus inferior episcopo acquirēs iurisdictionem in ciuitate, vel parte diesesis videtur eā acquirere: exclusiue quoad episcopū: hoc est, vt sic eidē episcopo auferatur, ꝛ acquiratur prefato inferiori: nisi in casibus, in quibus remanet iurisdictio penes episcopum: vt verbi gratia data negligentia prelati inferioris, vel in casu appellationis, aut alijs quibusdā, per ea que voluit Jo. anti. gl. relat⁹ per gl. in. c. pastoralis. de offi. ord. pro quo facit. c. ij. de exces. prela. c. cū cōtingat. de fo. cōpe. d. c. irrefragabili. §. excessus. c. dilecti. de app. ꝛ. c. cognouimus. xviij. q. ij. idē voluit gl. in c. pastoralis. secuta opinionē Jo. ꝛ post eā Panor. i. d. c. pastoralis. ver. quoad scdm dubiū, ꝛc. ꝛ idē in. d. c. cū cōtingat. versi. sed quero q supra dixi, ꝛc. idē in. d. §. excessus. versic. item nota ꝙ in dubio. ꝛc. Pro quo est bonus text. in. capi. auditis. ꝛ ꝙ ibi Panor. de prescrip. post Archidi. ꝛ Joan. And. in. d. c. cum episcopus. Et hoc fuit de mente Gaufr. in summa de offi. ordi. ver. sed queritur an episcopus eodē modo, ꝛc. iuncto. ver. itē queritur etiā de Metropolitano. Cum igitur tam egregius vir, domi. modernus decanus ecclesie Valentiñ. ꝙ sui in decanatu predecessores, fuerint in possessione per se, vel per eorū officiarios pro tempore per eos deputatos, exercendi iurisdictionem a tanto tempore, ꝛ citra, ꝙ de initio vel contrario hominum memoria non existit: ꝛ tam in causis ciuilibus, ꝙ criminalibus in dominos canonicos, ac clericos beneficiatos, ꝛ incorporatos eidē ecclesie absqꝫ eo, ꝙ a tēpore huiusmodi bone memorie reuerendi do. Valentineñ. epi, seu eorū pro tpe officiales, vel vicarij, se de causis personarū huiusmodi qñolibet se intromiserint, ꝑterꝙ in casib⁹ specialiter, ꝛ nominatiui exceptis, vel precedēte negligentia, aut defectu eorundem do. decani ꝛ capituli, ꝛ in causa appellatiōis palā infertur eosdē do. decanū, ꝛ capitulum cōtra personas predictas iurisdictionē acquisiꝭsse. Et quidē nō accumulatiue, sed exclusiue ad dictū do. Valētineñ. epm per predicta. Et cū capitulū predictū, tā per se, ꝙ per officiarios pro tēpore deputatos, etiā omnimodā iurisdictionē exercuerit a predicto tēpore, ꝛ citra contra do. decanos, qui pro tēpore extiterūt, absqꝫ eo, ꝙ de eorū causis se quomodolibet intromiserint do. episcopi, ꝛ qui fuerint pro tempore, vltra, vel aliter ꝙ de causis aliorū do. canonicorū ecclesie, consequēter infertur capitulū huiusmodi sibi quesiuisse iurisdictionem cōtra dictū do. decanū, non accumulatiue, sed exclusiue ad dictum do. episcopū. Jta vt queadmodū se intromittere non debet, seu potest de causis aliorū, nisi in casibus superius mētionatis, ꝛ latius expressis in sententia inferius mentionata, ita nec se intromittere debeat, aut valeat de causis eiusdē do. decani. Et ꝙ eisdē do. decano, ꝛ capitulo competierit, ꝛ cōpetat contra quos supra, omnimodo alta, ꝛ bassa iurisdictio, nō accumulatiue, sed exclusiue ad ipsuꝫ do. episcopū, probatur vltra predicta, ꝛ clare colligitur ex verbis ꝛ serie sententie, alias apostolica authoritate promulgate inter bone memorie reuerendissimum in Christo patrem dñm Amedeū de Saluciis, diaconum cardinalē, dicte Valentineñ. eccle. tunc administratorē ex vna parte, ꝛ domi. tunc decanum, ꝛ prefatum venerabile capitulum, ꝛ presertim ex primo capitulo eiusdē sentētie, vbi do. apostolic⁹ iudex declarauit ꝛ diffiniuit ꝙ in canonicos, ꝛ clericos, ceterosqꝫ incorporatos, ꝛ beneficiatos omnimoda iurisdictio alta ꝛ bassa vbiqꝫ, ꝛc. spectaret ꝛ ꝑtineret ad decanū ꝛ capitulū: hoc etiā clarius colligit̄ ex capit. exor. Jtē volumus, ꝛ declaram⁹ ꝙ sīpdicte persone omnes seu, ꝛc. vbi a generali seu regulariter a iudiciria iurisdictione prefatis do. decano ꝛ capitulo in ꝑsonas de quib⁹ ꝑmiserit, excepit idē do. iudex specialiter ꝛ nominatim quatuor casus. Preterea etiā in capitulo huiusmodi, vers. in omnib⁹ autē casibus supradictis ꝛ personis, ꝛc. excepit idē do. iudex duos alios casus, licet generaliter, scꝫ casuꝫ defectus, seu negligentie eorundē do. decani, ꝛ capituli, ꝛ casum appellatiōis in quibus voluit, ꝛ declarauit iurisdictionē deuolui ad dictum do. episcopū: ꝛ que firmata est regula in ceteris. l. quesitū. §. deniqꝫ. ꝛ quod ibi Bar. ff. de fun. instr. ꝛ. l. nā ꝙ liquide. in fi. cū suis simil. ff. de pen. leg. ea etiā fuit ꝛ est vis exceptionis huiusmodi, vt per eā declaretur virtus indefiniti, seu obscuri sermonis ꝛ precedētis dispositi, si quod precesserat. ar. l. si. §. cui dulcia. ff. de trit. vi. ꝛ ole. le. quia precedētia declarātur per sequentia. l. si seruus pluriū. §. fi. de leg. j. Si enim iurisdictio predicta nō exclusiue, sed accumulatiue ad episcopū eisdē do. decano ꝛ capitulo ꝑtineret, quomodo diceretur ad eūdē do. episcopū deuolui in casu negligētie, vel appellationis. que etiā nō data neglegētia, vel appellatiōe nō intētata eidē epo spectasset. Preterea quomodo diceretur in. d. vers. in oībus autē, ꝛc. iurisdictionē deuolui ad eundē epm data negligētia prefatorū do. decani ꝛ capituli: si presumerem⁹ iurisdictionē cōpetere prefatis decano ꝛ capitulo nō exclusiue ad epm, sed accumulatiue: ꝛ sic nō soluꝫ ipsis sꝫ etiā episcopo queadmodū dicerētur decanus ꝛ capitulū negligētes, ita ꝛ eps: q ab initio ꝓcedere potuerat: ꝛ si nō deberet ad eū, qui sui ipsius neglegētiā corrigere non potest, sed superiorē, scꝫ reuerendiss. in Christo patrem do. Vienen. archiepiscopū deuolui iurisdictio: per ea que habentur in. c. postulastis. ꝛ ꝙ ibi docto. in. d. c. irrefragabili. Preterea quod superius dixi, clarissime colligitur, ꝛ appa ret ex his que habēt̄ in instrumēto predicte sentētie, in capitulo, Jtem volumus ꝙ predicta omnia ad futura nō ad preterita extēdantur, ꝛc. vbi voluit idē do. iudex, ꝙ si aliqui ex his qui ante dictam eius sniam erāt de iurisdictione capituli, per ipsam sniam reducerētur ad iurisdictionē episcopi, hactenus ante sniam deliquissent, aut deliquisse dicerētur in aliquo, cuius cognitio diceret̄ pertinere ad predictū capitulū: idē do. eps nullā haberet iurisdictionē in eisdem casibus, nec aliquid posset ab illis qui antea deliquissent, aut deliquisse dicerentur exigere vel habere. Ecce ergo ꝙ idē do. iudex expresse protestat̄, ꝙ huiuscemodi ordinatio, seu snia nō extēderetur ad ꝑterita: ꝛ recte. c. ij. de constit. Ex quo intulit ꝙ quoad illos, qui ante sniam huiusmodi puniri poterāt per capitulū, licet per eandē sniam translati dicerētur, imo trasferrētur ad iurisdictionē episcopi, nullam haberet eps iurisdictionē quoad delicta ante sniam huiusmodi ꝑ eos ꝑpetrata: ꝙ nō fuisset, si iurisdictio cōtra illos, ꝛ alios cōpetijsset pfatis do. decano, ꝛ capitulo accumulatiue, ꝛ nō exclusiue ad predictū epm. Ex quibus omnibus infero, ꝙ cū casus in quo egregius vir do. Joānes Despinay pretēsus do. Vallentiñ. epi vicarius excōmunicasse dicitur egregium virum do. decanū, ꝛ quosdā alios do. canonicos. ac clericos beneficiatos, ꝛ icorporatos Valētineñsis ecclesie, non sit de casibus superius mētionatis, fuerit, ꝛ sit excommunicatio huiusmodi, vtpote lata a non suo iudice

nulla vt no. gl. in c. presenti. de sentẽ. excõi. in vi. Pro quo allegat. c. ij. de cõsue. τ c. cũ olim. de priuig. Idẽ fuit de mẽte Panor. in c. cũ cõtingat. de offi. dele. τ Gemi. in d. c. presenti. quod procederet etiã si prefatus. do. Despinay pro defensione pretensorũ iurium dicti do. Valenti. episcopi, vel sue ecclesie, tanq̃ pars procedere potuisset: q2 licet gladio materiali possit quis se aduersus omnes defendere, gladio tamẽ spirituali, cuiusmodi est excõicatio se defendere non potest, nisi contra homines sue iurisdictiones: vt voluit Innoc. τ post eum Gemi. in c. dilecto. de sentẽ. excõ. in vi. Et etiã q eidem do. Despinay refragetur, τ obstet, scz q non est episcopus, τ sic non est ille cui pretẽditur ius cõpetere. Et q̃uis in d. c. cũ contingat. de offic. deleg. τ in c. ꝑ tuas. de senten. excõ. ponantur duo exempla nullitatis sententie excõicationis: primũ videlicet, cum proponitur promulgata post legitimã appellationem: secundũ, cum allegatur, q intolerabilis error fuerit expressus in eadẽ: quibus casibus indubie excõicatio est nulla. d. c. per tuas. Sunt tamen multi alij casus, in quibus excõicatio est nulla: quos no. gl. in d. c. presenti. super verbo, cautelã. in quibus quis, vtpote excõicatione nõ ligatus, absolutione non indiget. d. c. cum cõtingat. circa mediũ. potest autẽ petere ad cautelam se absolui: τ cui absolutio huiusmodi, scz ad cautelam ante omnia concedi debet. c. solet. §. in prima igitur. τ c. venerabilibus. de sentẽ. excõi. no. Panor. in d. c. cũ cõtingat. τ q absolutio ad cautelã habeat etiam locũ quando excommunicatio dicitur nulla ex defectu iurisdictionis, firmat Io. And. in d. c. solet. q etiã ibi placuit Hostien. propter identitatẽ rationis. Et idem voluit ibi Gemi. versi. quero an absolutio, τc. referens q idem tenuit Vincen. in c. ab excommunicato. de rescrip. Quod autẽ dicta pretẽsa excõicationis sententia fuerit, τ sit iniqua, τ iniusta, plene prosequutus est egregius vir, do. Guil. Meynerij: τ ideo super hoc articulo nõ insisto. Dico tamẽ, prout ipse dixit, q nõ solum potuerunt prefati do. decanus, τ alij adire do. Metropolitanũ Vienne per viam appellationis, sed etiã per viam querele: cum idẽ do. Despinay, prout ipse pretendit, τ affirmat ex suo pretenso officio, τ vt pars non ad partis instantiã processerit. pro quo allegasse sufficiat notata per Panor. in c. ab excommunicato. de rescrip.

¶ Rub. De vulg. τ pup. substi. ¶ Epito. ¶ Consi. ccclx.

¶ Substitutio hoc modo facta, eos inuicem substituo: cũ solum contineantur vulgaris τ pupillaris, τ non fideicommissaria, altero pubere mortuo, τ post aditam hereditatez, nõ admittitur substitutus in vim talis substitutionis, sed ab intestato succedunt fratres vtrinq3 coniuncti, exclusis consanguineis tantum, necnon matre quoad proprietatẽ bonorum si conuolauerit ad secundas nuptias vsufructu partis hereditarie apud eam manente.



Iso Casu mihi exhibito parte honorabilis mulieris Augustine Berengarie: exord. factũ tale est, quidã Raymundus Berengarij, τc. τ dubijs ex eo elicitis, dico τ respondeo breuiter τ succincte ad dubia, τ quesita huiusmodi ꝑut infra. Premittens q libenter vidissem testamentũ honorabilis quondam viri Raymũdi Berengarij: τ sic intelligere potuissem an in vim alicuius pretense substitutionis potuerint superstites, aut aliqui eorundem succedere Francesie, τ Iacobo Berengarij vita functis: quod videre non valeo ex sola inspectione casus mihi transmissi. Et quidem non quoad prefatam Francesiã: q2 in casu huiusmodi nulla est facta mentio de aliqua pretensa substitutione eidem Francesie facta: etiam nec quoad prefatum Iacobum: q2 in institutione de eo, τ Ioanne eius fratre facta nihil aliud refertur, nisi q prefatus quondã Raymũdus eosdem Ioannẽ τ Iacobum heredes vniuersales instituit, τ ipsos inuicem substituit, vel ipsos inuicem substituendo: que si ita se habeant, τ sic factum fuerit sine adiectione aliorum verborũ per dictũ quondã Raymũdũ, illa breuiloqua substitutio facta ꝑ verbũ inuicẽ, τc. ab initio ꝯprehẽdit pupillares: pro eo q2 Io. τ Iaco. erãt impuberes: sed illa expirauit quoad dictum Iacobum: pro eo quia factus maior quatuordecim annis vita functus est, τ decessit. l. in pupillari. ff. de vulga. τ pupillari. comprehendit etiam ab initio vulgarem: sed illa expirauit, pro eo, q2 vt audio, prefatus quõdã Iaco. se immiscuit bonis, τ hereditati dicti quondã Raymundi eius patris. l. post aditã. cum suis simi. C. de impub. τ alijs substit. Nõ autẽ cõprehendit substitutionẽ fideicõmissariã: pro eo q2 si verba se habeant, vt premisi, τ vt ponũtur in dicto casu, ibi non est aliquod verbum denotans tractũ temporis: quod tamen est necessariũ ad hoc, vt substitutio breuiloca fideicõmissariã cõtineat: vt no. Io. de Imo. in l. Lucius. ff. de vul. τ pup. Ex quibus infertur q si ita dictũ sit, τ nihil aliud in substitutione facta inter dictos Ioãnem τ Iacobũ, prout superius retuli, nihil habere potest in vim substitutionis huiusmodi dictus Ioãnes superstes. Et est igitur perinde ac si nõ fuisset dicto Iacobo substitut⁹, quo casu dicendũ esset ad primũ dubiũ, q prefatus Ioannes, τ Augustina superstes successerint eidẽ Iacobo eorũ fratri equis portionibus, repulsa Clemẽtia sorore cõsanguinea: aut. de her. ab intest. §. reliquũ. τ aut. defuncto. C. ad Tert. exclusa etiã τ repulsa eorũ matre quoad bona, que fuerunt dicti quondam Raymũdi, excepto vsufructu: proeo quia conuolauerit ad secundas nuptias. authent. ex testamento. C. de secun nuptijs. τ in corpore vnde sumitur. τ per hoc patet responsio ad dictũ primũ quesitum, τ duo sequũtur. Ad quartũ respondeo, vt supra, q Francesie succedũt prefati Ioãnes, τ Augustina, quoad bona que fuerunt dicti quondã Raymũdi exclusa, seu repulsa Clementia: pro eo quia dũtaxat erat soror eius cõsanguinea: dicti vero Ioãnes τ Augustina eius frater τ soror vtrinq3 coniuncti existunt: τ sic in ipsius Frãcesie successione eandẽ Clemẽtiam excludunt per iura preallegata. Excludũt etiã dictã matrẽ quoad bona que fuerũt dicti quõdã Raymũdi testatoris: nisi quoad vsumfructũ eius virilis partis. d. auth. ex testamento. C. de secun. nupt. que erat quarta pars: pro eo quia tempore mortis eiusdẽ Frãcesie supererãt mater, Ioãnes, Iacobus, τ Augustina: sed de hoc curandũ non est: pro eo quia predicta mater mortua est, sic vsusfructus sibi cõpetẽs vel debit⁹ cõsolidat⁹ est cũ ꝓprietate, τ extinct⁹ seu finitus. §. finit. instit. de vsufr. ¶ Ad quintũ patet respõsio ex predictis, si verba substitutionis se habeãt, vt predixi. Debet eniz prefata Augustina habere de legato sibi relicto, quod est ducẽtorũ florenorũ, centũ τ quinquaginta: quia pro alijs quinquaginta cõfundũtur actiões centũ, videlicet a dicto Ioãne ratiõe medie partis hereditatis, in qua fuit ab initio heres institutus per dictũ quondã Raymũdũ, τ quinquaginta ratiõe illi⁹ partis, pro qua idẽ Ioãnes succedit Iacobo eius fratri: qui eidẽ Augustine tenebatur in alijs centũ florenis. Pro alijs vero quinquaginta sunt actiões eiusdẽ Augustine confuse: pro eo q2 ipsa succedit pro medietate, vt predixi, eidẽ Iacobo, τ sic illos petere nõ potest l. si ab eo. τ q ibi gl. C. de neg. gest. τ l. si vxor. cum suis simil. C. de bon. auth. iud. poss. habebit etiã dicta Augustina dimidiã partẽ. Ad vltimũ dico τ respõdeo bonũ esse differre editionẽ seu cõfectionẽ libelli, donec visum fuerit testamẽtum dicti quondam Raymũdi: quia alias cõfici non potest multũ secure, sed quasi diuinando, quod facere nolem.

¶ Rub. De rescin. ven. ¶ Epitome. ¶ Consilum. ccclxi.

¶ Vilitas pretij τ pactũ de retrouẽdẽdo licet fm aliquos sufficiãt ad hoc, vt cõtract⁹ sonãs in vẽditionẽ ꝓsumatur pignoratitius, q2 tñ in hoc casu dr venditorẽ donare plus valẽtiã seu maiorẽ valorẽ etiã si esset vltra dimidiam iusti pretij non videtur interuenisse vilitas ꝓtij: nec etiam venditionem esse rescindendam.



Iso Processu agitato per τ inter nobilem, τ honestã mulierem dñam Ioannonã Nicolai vxorẽ, τ personã coniunctã nobilis viri Leonar. Sacco, actricem ex vna parte, τ nobilẽ virũ Guiliel mũ Pauli reum ex alia: remaneo anceps τ dubius propter duo: primum quia esto q hec duo, scz, pretij vilitas, τ pactũ de retrouẽdendo sufficerẽt ad hoc, vt cõtractus sonãs in venditionẽ presumatur, τ presumi debeat esse cõtract⁹ pignoratitius, vel simulatus in fraudẽ vsurarũ: vt voluit glo. in c. cõquestus de vsur. τ in c. ad nostram. de emptio. τ vendit. Archid. in c. plerisq3. xiiij. q. iiij. Ioan. de Imo. τ Anto. de But. in c. illo vos. de pignor. τ Panor. in d. c. ad nostram. qui etiam ita consuluit consil. lxxvi. exordien. Tria succincte videnda sunt: cuius tamẽ contrariũ voluerunt Iac. de Are. τ Cyn. quos ibi sequuntur Bald. τ Sali. in l. iij. C. plus val. q agi. Ioan. And. in d. c. illo vos. Flora. τ Pet. de Ancha. in allegato. c. ad nostrã. τ idem And. Sic. quãdo deceptio esset citra dimidiã iusti pretij: quia tamen in instrumento venditionis, quam

frei

feciſſe dicũtur nobilis Antoneta de Clamoto, ⁊ Ant. Nycolai, mate ⁊ filius Joã. Pauli mercatoris Maſſilie, ipſi Antoneta ⁊ Anto. eidẽ Paulo donauerunt maiorẽ valentiã etiã ſi dimidiã iuſti pretij excederet: nõ videtur dicta prima opinio ſine dubio procedere: ꝑ eo qꝛ hic fuerũt duo cõtractus: vnus venditionis, alius donationis pluris ſeu maioris valẽtie, quos certũ eſt fieri potuiſſe, vt colligitur ex his que no. Bar. ⁊ Alexã. de Jmo. in. l. ſi qs cũ aliter. ff. de verbo. obliga. Bal. ⁊ Sali. in. l. ij. C. de reſcin. vẽdi. ⁊ Ange. Are. in. §. actionũ. verſi. quero quid ſi in inſtrumẽto, ⁊c. inſtitu. de actio. ⁊ colligitur ex dicto Azo. in ſumma. C. de reſcin. vend. verſ. vel niſi dixerit ſe donare, ⁊c. cũ enim quilibet ſit moderator rei ſue. l. in re mãdata. C. mand. ⁊. l. polla. C. de his quib. vt indig. potuerũt iſti nobiles Antoneta, ⁊ Anto. partim vẽdere predium de quo in actis, ſcꝫ eatenus quatenus prediũ huiuſmodi, ſeu valor illiꝰ, vel partis eiuſdẽ cõmenſurabatur, cum pretio dato, ⁊ partim donare, ſcꝫ quatenus excedebat, quinimo vt dicũt doct. vbi ſupra ſciẽs valorẽ rei quã vẽdit, ⁊ eã vẽdens minori pretio, nõ põt regulariter cõtrauenire ex capite deceptionis, etiã ſi fuerit leſus vltra dimidiã iuſti pretij. Et hoc contingit, qꝛ ſciẽs valorẽ, ⁊ nihilominus ſic vendẽs, cenſetur donare maiorẽ valentiã. multofortius ergo hic, vbi hoc fuit expreſſum. quod ſi ita eſt, fuit ergo prediũ partim vẽditũ, ⁊ partim donatũ: quatenus pretiũ non cõmẽſurabatur, ⁊c. Et ita nõ videtur interueniſſe pretij vilitas. Secundũ ꝑpter ꝙ maneo dubiꝰ ex eo inſurgit, qꝛ dicta do. Joanno. in eius libello expreſſe propoſuit, ⁊ deduxit dictũ Paulũ emiſſe a prefatis nobilibus Antoneta ⁊ Anto. terram, ⁊c. pretio ducẽtorũ viginti quinqꝫ florenorũ: quã ꝑpterea videtur eſſe cõfeſſa. l. cũ pretiũ. C. de lib. cauſ. ⁊. l. ij. ⁊ ꝙ ibi Cyn. Bald. Alex. de Jmo. ⁊ alij. C. de inſti. ⁊ ſubſti. ⁊. l. rura. ⁊ ꝙ ibi doct. C. de omni ag. deſer. lib. xj. ⁊. gl. j. in fi. in. c. j. de cõfeſ. in. vj. ⁊ hanc aſſertionem acceptauit pars aduerſa: nõ enim debuit ſic dici: ſꝫ debuit ꝑponi, ꝙ idẽ Pau. eidẽ Joã. ⁊ Anto. mutuo dederat ſummã predictã, ⁊ ꝙ pro illius reſtitutione, ſeu ſecuritate, prefati Joãna ⁊ Anto. obligauerãt, ⁊ pignori dederãt eidẽ Paulo terrã, ⁊c. Verũ qꝛ inſtrumentũ ſonat in cõtractum vẽditionis, ⁊ emptionis nõ in cõtractũ mutui ⁊ pignorationis, debuiſſet deduci cõmunis valor illius terre tꝑe cõtractus, ⁊ pactũ de retrouendẽdo vt ſic ex his duobus preſumeret terrã predictã non fuiſſe ꝑ dicta ſumma venditã, ſed pignori datã: ꝙuis inſtrumentũ ſonet in venditionẽ, ⁊ emptionem. Preterea puto, ꝙ hec fuerit rei veritas, ſcꝫ, ꝙ pecunia de qua ſupra fuerit mutuata, ⁊ pro illius reſtitutione terra obligata. hoc igitur ſuppoſito poterat dicta nobilis Joãnona de Clamoto experiri actiõe pignoratia ꝑ recuperatione dicte terre, oblata predicta pecunia: niſi ex fructibus per aduerſariũ perceptis fuiſſet eiſdẽ ſatiſfactũ. quorũ neutrũ reperio ſufficiẽter ꝑpoſitũ, aut deductũ, ⁊ minus ꝓbatũ. vt ſic appareat eandẽ nobilẽ Joanno. ⁊ Antonetã agere potuiſſe predicta actione: qꝛ ea actione, vtpote nondũ nata agi nõ põt, anteꝙ̃ totũ debitũ ſolutũ extiterit, aut alias de eo ſatiſfactũ. l. ſi rem alienam. §. omnes. iũctis his que ibi no. per glo. ⁊ doc. ff. de pig. actio.

¶ Rub. De reuoc. don. ¶ Epitome. ¶ Conſili. ccclxij.

¶ Dos conſtituta filie non reuocatur propter ſuperueniẽtiam liberorum.

1 ¶ Donatio mera facta extraneo de quota bonorum reuocatur propter ſuperuenientiã liberorum: ſecus in donatione ob cauſam. l. ſi vnꝙ̃. C. de reuocã. dona.
2 Dotis conſtitutio non eſt mera donatio.
3 Dñium ⁊ poſſeſſio transferũtur per retentionẽ vſuſfructꝰ.
4 Vſufructuarius cedẽs extraneo vſumfructũ, illũ amittit.



Onſiderato caſu mihi exhibito parte nobilium Jacobi de Theſano, ⁊ Ludouice Guitarde, ⁊ dubijs ex eo elicitis: dico ⁊ reſpondeo ad dubia huiuſmodi prout infra: premittens tamen pro illorũ faciliori
1 ſolutione, ꝙ licet † mera donatio facta perſone extranee de quota bonorum reuocetur propter ſuperuenientem liberorum natiuitatem. l. ſi vnquam. ⁊ quod ibi doctores. C. de reuocand. donation. de quo etiã per gloſſam ⁊ doctor. in capitu. fina. de donationibus. ſecus tamen eſt in donatione ob cauſam, cuius dicti illa eſt ratio: quia. d. l. ſi vnꝙ̃. que loquitur in donatione, intelligenda eſt in donatione propria: ſcilicet, que fit ex mera liberalitate: non in donatione impropria, vt voluit Angelus ⁊ Baldus in aliquibus lecturis in. d. l. ſi vnquam. ⁊ Romanus in. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio in. xlviij. fallen. facit quod notat gloſſa in. l. ſi pater. §. fina. ff. de donationibus. Dos autem non eſt mera donatio, ſed eſt donatio, vel potius datio ob cauſam: pro quo allegaſſe ſufficiat notata per gl. ⁊ doctores in authent. de teſtamento. C. de collat. Pater enim cogitur dotare filiam: quia dotare illaꝫ eſt paternum officium. l. fin. C. de dot. promiſſ. ⁊ datur dos pro oneribus matrimonij ſupportandis. l. pro oneribus. C. de iure dot. Et quod donatio ob cauſam, non ſit proprie donatio, ſed potius datio ob cauſam: tenuit Bartolus in. l. ij. C. de cõditione ob cauſam. Bartolus, Paulus de Caſtro, Romanus, ⁊ Alexander de Jmola in. l. finali. ff. eodem titulo. His premiſſis dico ⁊ reſpondeo ad primum queſitum, ꝙ per natiuitatem duarum nobilium Aymarij, Guitardi, ⁊ Magdalene Sardie, que nate dicuntur poſt dotem conſtitutam per eundẽ Guitardi, pro ⁊ nomine dicte nobilis Ludouice, de medietate omniũ bonorũ eorũdẽ Guitardi, ⁊ Sardie, non cenſetur conſtitutio huiuſmodi reuocata: ⁊ quidem non inſolidum: per dictam. l. ſi vnquam. quia, vt
2 predixi, loquitur ⁊ procedit in mera donatione: † cuiuſmodi non eſt dos. Nec etiam reuocata eſt in parte: pro eo quia adhuc ſuberat, de quo poſſent dicte filie habere legitimam: que quoad dictum nobilẽ Aymarium, ⁊ bona eius non aſcendit, niſi ad dimidiam tertie partis: habet enim idem Aymarius, vt colligo ex caſu, quatuor filias: quarum legitima eſt triens, ſeu tertia pars. authen. de trien. ⁊ ſemiſ. §. j. ⁊ tranſumptiue in authen. nouiſſima. C. de inof. teſtamen. hec autem tertia pars diuidenda eſt in quatuor partes: ⁊ ſic quelibet illarum duarum filiarum ſi pater moriatur quatuor filiabus ſuperſtitibus, non habebit niſi duodecimã partẽ. Quo vero ad aliam mediam partem, ꝙ prefati nobiles Aymarius, ⁊ Magdalena donaſſe dicuntur eiſdem nobilibus de Theſana, ⁊ Ludouice, exiſtimo quod quatenus donatio huiuſmodi concernit dictum nobilem de Theſano, illa reuocata extiterit per. d. l. ſi vnꝙ̃. quia idem de Theſano eſt dictis donatoribus extraneus: ⁊ eſt ſibi facta donatio de quota bonorum: quatenus vero donatio concernit dictam nobilem Ludouicam puto quod illa non ſit reuocata: cuius illa eſt ratio, quia donatio facta alteri ex liberis, non reuocatur per liberos poſtea natos: niſi quoad hoc, vt habeant debitum bonorum ſubſidium: hoc eſt legitimam: vt notat Salicetus ⁊ doctores in. l. prima. C. de inoffic. donat. hanc autem legitimam habere poterunt in parte concernente dictum nobilem de Theſana: non dico tamen ꝙ illam quartam partem habere debeant inſolidũ: quia illorũ legitima ad tantũ non aſcendit. ¶ Ad ſcõm dubium dico ⁊ reſpondeo ꝙ, vt predixi, dicta dotis conſtitutio facta de medietate bonorum dictorum Guitardi ⁊ Magdalene, non eſt reuocata: etiã nec eſt reuocata donatio facta poſt mortẽ de alia medietate: quatenus tñ illa cõcernit prefatã Ludou. ꝑpter ꝙ exiſtimo prima facie, ꝙ ſi ꝓſupponeremꝰ pactũ de quo ibi valuiſſe, illud pactũ nõ eſſet reuocatũ: ſꝫ vt videt ex his que narrãtur in caſu ꝓdicto pactũ hmõi fuit pactũ future ſucceſſiõis: qḋ vtpote de iure reprobatũ, nõ valet. l. hereditatẽ. C. de pac. cõuen. tã ſuper dot. ⁊. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ⁊ qḋ ibi ꝑ doc. ff. de ver. obl. de quo etiã ꝑ doc. in. l. licet. ⁊. l. fi. C. de pac. Ad tertiũ queſitũ dico ⁊ reſpõdeo, ꝙ cũ per retẽtionẽ vſuſfru-
3 ctus factã ꝑ prefatos Aymariũ ⁊ Magdalenã, dñium † ⁊ poſſeſſio illius dimidie partis bonorũ in dotem conſtitute trãſlata extiterint in dictũ nob. Jacobũ, maritũ ⁊ pſonã cõiunctã. l. quiſquis. ⁊ ꝙ ibi doc. C. de don. non potuit idem Aymariꝰ hãc dimidiã partẽ alienare vel inaliũ trãſferre: qꝛ nemo plus iuris, ⁊c. l. traditio. ff. de acq. re. do. c. gratia. j. q. j. ⁊ c. Daybertũ. j. q. vij. Quo vero ad aliã dimidiã partẽ ꝙ poſt mortẽ donauerint, puto ꝙ alienatio valeat: poterit tñ eadẽ Ludouica poſt mortẽ dictorũ nob. Aymarij ⁊ Magdalene experiri in vim hypothece, vel Saluiani interdicti, ſi pro obſeruatiõe illiꝰ donatiõis bona obligata extiterint. ¶ Ad quartũ dico ⁊ reſpõdeo ꝙ dictꝰ nob. Jacobꝰ poteſt experiri ⁊ agere cõtra emptores, ⁊ ab eiſdẽ repetere bona in eos alienata, nõ quidẽ inſolidũ, ſꝫ ꝑ dimidia parte ſibi in dotẽ cõſtituta: qꝛ quoad illã dimidiã partẽ, ea alienare nõ potuit: qꝛ nemo plꝰ iuris, ⁊c. d. l. traditio. ff. de acq. rer. do. ⁊. c. gratia. j. q. j. Et ꝙ̃uis prefati Aymarius ⁊ vxor ſibi reſeruaſſent vſumfructũ ad vitã, non tamẽ potuerunt etiã vſumfructũ huius partis in alium transferre. §. itẽ ſi

nitur.ꝛ ꝙ ibi gl.insti.de vsufr.quinimo vt ibi no.Jo.Fab.
4 vsufructuarius ꝙ non solum non trãsfert vsumfructum in extraneum, quando illum extraneo cedit, sed etiã illũ amittit ꝛ pdit,ꝛ est simile in feu.de feu.alie.in prin. ¶ Ad quintum dico ꝙ dicta bona alienata, poterit idem nobilis Jacobus, pro dicta dimidia parte repetere, non solũ post mortem ipsorum nobilium Aymarij, ꝛ vxoris, sed etiam eisdẽ viuẽtibus: qꝛ pro illa medietate nõ potuerunt predia huiusmodi alienari. ¶ Ad sextũ respondeo, ꝙ pro dicta dimidia parte poterunt dicta bona repeti etiã pretio non restituto: aut etiã exigi cautio idonea, de vtẽdo ꝛ fruendo arbitrio boni viri.l.j.ꝛ.l. vsufructu.cũ suis simi.C.de vsufr.erit tamen necessarium offerre libellum aptum, ꝛ pertinentem: ꝛ insuper dico ꝙ si prefati Aymarius ꝛ Magdalena vxor dissipent bona, poterit idẽ Jacobus non obstante retentione vsusfructus facta per dictos Aymariũ ꝛ Magdalenã petere ꝙ dicta dimidia pars bonorũ sibi in dotẽ per eosdẽ constituta, eis auferatur, ꝛ sibi tradatur: vel saltem sequestretur: prestita cautione sup assecuratione vsusfructus huiusmodi dimidie partis: p ea que ponit Joã. And.in addi. Spec.tit.de don.inter vi.ꝛ vro.§.fi.ad fi.ꝛ Bar.in.l.si cõstante.in prin.in.ix.q.secunde partis principalis.ff.sol.matri. Nisi forte secundũ Jo. de Jmol. ipsi cõiuges parati essent satisdare eidem nobili Jacobo: si enim in casu dissipationis bonorum fiat, ꝙ predixi, contra patrẽ,ꝛ ad filiorum instantiã ne eorum bona dissipentur, multo fortius hoc fieri debet in casu nostro pro dote dicte nobilis Ludouice cõseruandi, ne pereat: quia doti debentur multa priuilegia: ꝛ hoc est certissimũ, super quo nõ insto. ¶ Pro responsione ad aliud quesitum ꝙ fit de bonis ꝛ iuribus matris nobilis Armande Guitarde, cessis ꝛ remissis prefatis nobilibus Jacobo, ꝛ Ludouice, vidissem libenter instrumentũ cessionis ꝛ remissionis huiusmodi, ꝛ sic intelligere potuissem quo titulo seu iure facta sit cessio, ꝛ remissio huiusmodi: ꝛ an p eam, vel per cõsensum in ea adhibitũ, dict⁹ nobilis Aymarius dictorum iurium debitor perdiderit vsumfructũ: ꝛ ꝙ facere non possum: pro eo qꝛ nõ exhibetur, nescio etiã si bona ꝛ iura, seu dos matris eiusdem Armande consistant in pecunia dũtaxat: vel etiã in corporibus, an videlicet in mobilibus vel in immobilibus, aut vtrisqꝫ: ꝛ ideo non possuz faciliter ꝛ sine multis scriptis respondere ꝙ multo facilius facere poterã si habuissem plenam informationem. Solutio enim colligit̃ ex his que no.Bar.ꝛ Joã. de Jmo.in.d.l. si cõstante, loco superius allegato.ꝛ Jo.and.in.d.§.fi.ad fi. Mandetur mihi veritas facti, hoc est in quibus bonis ꝛ rebus dicta bona materna consistant, ꝛ ego respõdebo in specie: interim vero dico, ꝙ si bona predicta consistant in iuribus, hoc est in actionibus: vt quia deberetur dos in pecunia consistens, possent dicti Jacobus ꝛ Ludouica officio iudicis obtinere eundem Aymariũ cogi, ꝛ cõpelli ad sibi exsoluendũ huiusmodi pecuniã: vt illã saluã habeãt.per ea que no. Bar.in.l.si cõstãte.loco superius allegato, pro quo allegat.l.imperator.ff.ad trebel.ꝛ.l.fi.§.quibus.C.de sentẽ. pas.nisi forte secundũ Jo.de Jmo.ibi, prefatus Aymarius esset paratus satisdare de pecunia exsoluẽda post mortem eiusdem Aymarij: super quo articulo vlterius non insisto donec habuerim pleniorem informationem.

¶ Rubrica, De testib. ¶ Epitome. ¶ Consil.ccclxiij.

¶ Testes singulares, extra articulata deponentes, ꝛ cõmodum reportãtes ex sua depositione, nõ probant: nec etiam in vim illorum debet deferri iuramentum suppletorium.



Visio Processu cause agitate per ꝛ inter prouidos viros Georg.Joã. ꝛ Stepha.Guineti fratres, ꝛ heredes honorabilis quondã viri Roleti Guineti de Jnsula, actores ex vna pte, ꝛ Petrũ Helie reum ex alia. Dico illas esse partes reuerẽdi in Christo patris dñi regentis comitatus Venaysini seu eius locũ tenẽtis, vt sniam condẽnatoriã pferat, p eisdẽ Guinetis, ꝛ cõtra dictũ Helie: vtpote plene probantibus debitum parte eorum petitum ꝛ hoc per publicum instrumentũ in hac causa exhibitum, ꝛ productũ: ꝛ parte ipsius Helie recognitũ: cui cũ in nullo impugnatũ extiterit standũ est.l.cum precibus.ꝛ ꝙ ibi.gl.ꝛ docto. C. de probat. c.ad aud entiam.de prescrip.c.illud.de presump.c.dudum. de conuer.cõiuga.c.cũ Jo.Eremita.de fid.instr.c.porro.de priuileg.ꝛ.l.iurisgentium.§.quod fere.ff.de pac.no.gl.in.§. item verborum.ꝛ.§.si scriptum.institu.de inutili stipulatio. ꝛ.§.fi.instit.de fideius.ꝛ Bar.in.l.heredes palã.in prin.ff. de testa. Quod autẽ prefati Georgius, Joãnes, ꝛ Stephanus heredes fuerint, ꝛ existãt dicti quõdã Roleti, probatum est cõfessiõe partis aduerse: fuit itaqꝫ, ꝛ est intẽtio predictorũ Guinetorũ sufficiẽter fundata. His autem nõ refragãtur, neqꝫ obstãt opposita, ꝛ excepta parte dicti Helie in quadã eius pretẽsa schedula exord. Ad fines ꝛ effectus, ꝛc. Et primo quidẽ nõ, ꝙ opponitur de solutiõe quinquaginta florenorũ facta, vt ex aduerso pretenditur, per prefatum Helie de quinquaginta florenis: quia cum obligatus existeret in centũ, ꝛ viginti vno florenis, superfuit ꝛ super est magna summa. Cuius dimidia excedit summã partem prefatorũ Georgij, Joãnis, ꝛ Stephani in hac causa petitã. Non etiã obstat quod opponitur in.iiij.ꝛ.v. articulis dicte pretẽse schedule: in.iiij. videlicet, de solutiõe sex saumatarũ bladi facta, vt pretenditur, anno Domini M.cccclxxxiij. ꝛ tempore messium: ꝛ in.v.de solutione duodecim saumatarũ bladi facta, vt contẽdit pars aduersa, anno Domini M.cccclxxxiij. ꝛ tempore messiũ: tum quia hec non probãtur, ꝛ quidem non per primum testem, scilicet per Petrum Leonardi: quia, vt ex illius depositione colligitur, ꝛ apparet, ipse super dictis.iiij.ꝛ.v. articulis dixit, ꝛ deposuit se nihil scire. Preterea que continentur in depositione per eum facta, vt pretendit de ꝛ super contentis in dictis articulis in causa que inter ipsas partes agitabatur in curia insule: ꝛ cui depositioni se retulit: de qua depositione non constat. Jlle enim alie attestationes, quas fecisse pretendũtur ipse Leonardi, ꝛ alij, de quibus infra, ꝛ que reperiũtur inter acta, seu producta in hac causa, non apparent facte in causa que inter easdem partes penderet: sed in causa tunc pendente inter Rostagnum Guineti, ꝛ ipsum Helie: ꝛ sic inter alias partes. Non igitur videtur attestationes predicte esse ille, ad quas se retulit testis prementionatus: ꝛ sic eius dictum non obstat: tum ꝛ quia in attestationibus huiusmodi dixit ꝛ deposuit ꝙ suo videre erant decẽ anni, vel circa, ꝙ ipse nomine Roleti receperat nouem vel decẽ saumatas bladi a Gulielmo Helie, ꝛ in eius area, quas cum quadriga ad domum dicti Roleti, ꝛ in eius horreo portauerat. cuius ea de causa non valet depositio: etiã si prima ratio cessaret: quia ex illa reportaret cõmoduz, ꝛ se per eã exoneraret ab obligatiõe, qua teneretur, si ita esset, dicto Gulielmo Helie: pro quo portare ꝛ expedire tenebatur dicto quondã Roleto: vel quia teneretur eisdẽ Guinetis, si ratificarẽt pretẽsaz receptionẽ factã per ipsuz testẽ, vt deponat noĩe eiusdẽ Roleti: pro quo allegasse sufficiat.l. omnibus. ꝛ quod ibi Sal.vers.quero nunc de procuratore: ibi, aut in negotio quod gessit, ꝛc.C.de testib.Bar.in.l.deferre.§.idẽ decreuerunt.ff.de iure fis.Jo.de Plat.in.l.cũ perimas.C. de naufragijs.li.xj.ꝛ Panor.in.c.insuper.vers. sed circa predicta querit̃ quid de eo, qui fuit administrator, ꝛc.de testib. quod etiã voluit Pau.de Cas.cons.cxl.ꝛ Alber.de Male. in suo tract.de testi.in.iij.parte.j.partis.§. quid de aduocato. Ad impugnationẽ depositiõis huius testis: etiã facit, ꝙ in.d.iiij.art.articulatũ est de solutiõe sex saumatarũ bladi. Jste vero dicit se recepisse.ix.vel.x. saumatas: in.v. fuit articulatũ, ꝙ anno sequẽti fuerũt solute.xij.summate. Jste vero testis deponit ꝙ lapsis tribus annis post receptionẽ dictarum sex saumatarũ bladi, ipse ab eodẽ Helie, ꝛ nomine dicti Roleti recepit vnam quadrigatã annone: quo fit, vt nõ videatur deponere sup articulatis, sed extra ea: ꝛ sic nõ probat per ea que no.Bar.in.l.si duo patroni.§.idẽ Julianus.ff.de iureiur. Preterea etiã dicte pretense solutiones sex saumatarũ bladi ab vna parte, ꝛ.xij. ab alia, nõ probãtur p depositionẽ cuiusdã Bartholomei Quinsoni: tũ qꝛ in dicta sua pretẽsa depositione se refert ad depositionem alias factã per eũdẽ in causa precedẽte inter dictas partes: de qua, vt dixi in impugnatiõe depositiõis primi testis, nõ apparet: tũ ꝛ quia ex eius pretẽsa depositione, si illa valeret reportaret cõmodũ: exoneraretur enim ab obligatiõe, qua teneẽ eidẽ Helie, si illas ab eodẽ receperit, p vt dicit. Non est igitur eidẽ credẽdũ.d.l.oĩbus.ꝛ per id quod not. Bart. Sal. Jo.de Pla. Panor. Pau.de Cas.ꝛ Alb. de Male. in locis superius allegatis. Valet etiã ad impugnationem hui⁹ testis vel cõtrarietas que est inter ei⁹ dictã pretẽsaz depositionẽ, ꝛ depositionẽ primi testis: vel saltẽ ei⁹ singularitas. Deponit enĩ prim⁹, vt predixi, ꝺ sex saumatis primo, ꝛ deinde post lapsuz triẽnij p se receptis, ꝛ portatis, iste vero scđs testis ꝺponit de.xij. saumatis, nõ qđẽ simul, vel p partes receptis, ꝛ portatis p dictũ primũ testẽ, sꝫ p se: ꝛ ꝙ illas infra duos annos noĩe eiusdẽ Helie ꝛ ad requisitionẽ dicti

Roleti

Roleti, portauerit in horreo dicti Roleti. Preterea nec etiam probatur per depositionē cuiusdā Sarmeti Poterij tertij testis: tum quia ex illa reportaret cōmodum, si valeret, dicit enim ꝙ eo tēpore, quo pro carrateyrono eidem Helie seruiuit, ipse transuehi fecit cum quadriga, ⁊ equis eiusdem Helie vnam quadrigatam bladi apud domum dicti Guineti. Non igitur obstat, vt predixi, in alijs impugnationibus: tum quia non deponit de aliqua certa q̄titate bladi. Ad cuius impugnationem etiam facit contrarietas dicte eius depositionis, vel singularitas. Preterea aduertendum est ꝙ, vt apparet ex actis cause huius, prefatus Guil. Helie reperitur obligatus multis ⁊ varijs obligationibus, vltra ⁊ preter obligationē dictorum cētum ⁊ viginti vnius florenorum, prout parte dictorum Guinetorū plenissime deductum est. Et quidem primo in octo saumatis annone, seu earum pretio: vt constat nota sumpta per magistrum Jaco. Baluii. anno domini M.cccclxxvij. ⁊ die xxiij. mensis Septembris. que q̄uis cācellata extiterit: probat tamen illas fuisse debitas, seu earū pretium. l. qui tabulas. ⁊ ꝙ ibi Bar. ⁊ doct. ff. de fur. reperitur etiam fuisse obligatus in duodecim saumatis annone, seu earum pretio: prout constat nota sumpta anno domini M. cccclxxxi. ⁊ die. xij. mensis Januarij: que licet cancellata appareat, probat tamē fuisse debitā. d. l. q tabulas. vbi itaq; appareret, prout non apparet de aliqua pretensa solutione alicuius quantitatis annone, posset ⁊ deberet presumi, ꝙ illa facta extitisset pro dictis q̄titatibus. Nisi forte quis diceret, ꝙ solutiones de qbus in hac causa, fuerint facte tēpore obligationis dictorum centum ⁊ viginti vnius florenorum. sed istud non obstat: quia ex depositionibus dictorū pretensorum testium non apparet de tempore dictarū pretensarum solutionū: q̄uis enim dictus Petrus Leonardi in dicta alia sua pretensa depositione facta in causa precedente inter Rostagnū Guineti, ⁊ prefatum Helie, dixerit ꝙ suo videre erant decem anni, vel circa. ⁊c. ex hoc tamen non habetur aliqua certitudo temporis: quia nō apparet quibus anno, mense, ⁊ diebus interrogatus extiterit: ⁊ idem dico de depositiōe dicti Sarmeti Poterij. Dictus vero Bartholomeus Quinsoni de tempore nihil dicit: ⁊ sic non apparet precise probatum, ꝙ iste pretense bladi quantitates, de quarum solutione opponitur, solute extiterint, post dictam obligationem centum ⁊ viginti vnius florenorum. Potuit enim, si tamen verum est aliquam solutionem esse factam, partim fieri ante proxime dictam obligationem, ⁊ pro dictis octo saumatis, ⁊ alias post, ⁊ pro dictis duodecim saumatis. Non est igitur probata intentio dicti Guil. Helie, pro eo quia: vt probatum est, non concludit eius intentionē. Et non solum non probauit plene idē Guil. Helie dictam eius intentionē, sed nec semiplene vt palam colligitur ex predictis. Sunt enim testes predicti, vt predixi, singulares in dictis eorū depositionibus: ⁊ in nullo contestes, ⁊ insuper depositio cuiuslibet impugnatur vt predixi, ita vt nullus fuerit, vel existat omni exceptiōe maior. Quo fit vt etiam eidem Gulielmo Helie deferri non debeat iuramentum in supplemētum probationis plenioris. per ea que habentur per tex. ⁊ scribentes in. c. fi. de iureiurando. in. l. in bone fidei. C. eodem tit. ⁊ in. l. admonendi. ff. eodem titulo.

¶ Rubrica, De de iure codicillor. ¶ Consilium. ccclxiiij.
¶ Epitome.

¶ Testamento nullo ratione preteritionis clausula codicillaris hꝫ locū: ⁊ operatur vt preteritus teneatur restituere heredi scripto retenta sibi vnica quarta: itē minor remittens cum iuramento non potest cōtrauenire remissioni nisi fuerit lesus vltra dimidiā iusti pretij.



VIso Et perspecto casu mihi exhibito cū dubijs ex casu huiusmodi pertinenter elicitis, ⁊ testamento, pbi quondā viri Jaco. Aliberti: Dico ⁊ respōdeo sub correctione cuiuslibet dñi melius sentiētis ad dubia huiusmodi, ꝙ lꝫ testamentū dicti quondā Aliberti fuerit nullū quoad heredis institutionem: ꝑpter preteritionē Jaussone eius filie (attēde tamē ꝙ si fuisset substituta, videretur sufficere. p id ꝙ no. Alex. de Jmo. in. l. inter cetera. ad fi. ff. de lib. ⁊ posthu. ⁊ in. l. si pater impuberes. ff. de vulg. adde ꝙ no. doc. in. l. si pr̄. C. de insti. ⁊ substit. ⁊ multo fortius si fuisset instituta post mortē instituti quia tollentur dies, ⁊ condictio. l. scimus. §. cum autem. cum ibi notat. per doctores. C. de inoffi. testamē.) naturales ⁊ legitime, nate ante testamentum huiusmodi, ⁊ tunc viuentis, vtpote, que nec instituta, nec exheredata extiterit. l. inter cetera. ⁊ duabus sequentibus. ff. de liberis ⁊ posthu. l. j. ff. de iniusto rupto ⁊ irri. testamen. ⁊ authen. vt cum de appel. cog. §. aliud quoq; capitulum: ⁊ transumptiue in authen. ex causa. C. de liberis preteritis vel exherdat. tamen quia in testamento predicto posita est clausula codicillaris, per quam idē quondā Jacobus testator voluit ꝙ si dictū eius testamentū, non valebat iure testamenti, valeret iure codicillorū: cēsetur prefata Jaussona ⁊ honesta mulier Catherina Aliberte eius soror, vtpote proximiores ab intestato eiusdē quondā Jacobi earū patris, rogate de restituēdo hereditatē prefato Raymoneto heredi instituto. l. ex testamēto. ⁊ quod ibi not. C. de fideicōmis. l. quia autē. in prin. ⁊ quod ibi not. ff. si quis omis. caus. testa. ⁊. l. ex ea scriptura. §. vnico. ff. de testa. vid. Joan. de Jmo. in. c. Raynutius. de testa. ⁊ Jaso. in auth. ex causa. C. de liber. preter. vel exher. operatur enim dicta clausula codicillaris etiā quando testamentū deficit ex causa preteritionis: vt est lex singularis ꝫm lecturā Hug. in. l. si patroni. §. fin. ff. ad Trebel. ⁊ hoc ibi sequitur Ang. quod etiā voluerūt Cy. Bar. Bal. ⁊ alij cōmuniter in. d. auť. ex causa. ⁊ Jac. de Bel. in quadā sua disputatione exor. Queritur, pater vel mater condidit testamētū, ⁊c. Dy. in. l. codicillis in si. ff. de leg. ij. Bar. in. l. vnica. ver. quinto quero. ff. de iur. cod. quāuis gl. tenuerit cōtrariū in. d. auť. ex causa. sed quod prius dixi, tenetur communiter a doc. Uidentur ergo, vt predixi, prefate Jaussona, ⁊ Catherina rogate de restituēdo hereditatē dicti quōdam eorū patris prefato Raymoneto earū patruo: poterant tamen detrahere vnā quartā, non duas: cum grauamē fuerit purū non cōditionale, vel in diē. Pro quo alleg. sse sufficiat. l. Papinian⁹. §. meminisse. ⁊ quod ibi gl. Bar. ⁊ doc. ff. de inof. testa. l. q̄q̄. ⁊ quod ibi gl. Jac. Bu. ⁊ doc. C. ad le. Fal. de quo Jac. de Belloui. in auť. de resti. ⁊ ea que pa. §. quamobrē. ⁊ per Bal. in. l. Jubemus. C. ad Treb. ⁊ Joan. Pe. de Ferra. in suo trac. libel. tit. forma libel. quo agit ex substi. in gl. super verbo, ac per fideicōmissum. circa princ. vers. patet similiter ⁊ aliud memorie cōmēdandū, ⁊c. Pro quo etiā cōsuluit Bar. cons. mihi. viij. exor. Factū tale proponitur. Erat autē vtilius eisdē filiabus, ꝙ legitimā detraherent, que est tertia pars bonorū dicti quond m Jacobi, earum patris. authē. de triē. ⁊ semi. in prin. ⁊ transumptiue in auth. nouissima. C. de inof. testa. q̄ quartā trebellianicā, que non est nisi quarta pars bonorū ⁊ hereditatis. Et vt tam predictis quesitis, quorū ordinē non sum sequutus, q̄ ei de quo queri potest ad cāz quietātie, seu remissiōis ⁊ donatiōis facte per p̄fatā Catherinā dicto Raymoneto eius patruo: dico ꝙ nisi ipsa Catherina lesa extiterit in dicta remissione vltra dimidiā iusti pretij, ipsa nō potest venire cōtra, obstātibus iuramēto ⁊ renūtiatione beneficij minoris etatis, ⁊ restitutiōis in integrū. Pro quo allegasse sufficiat auth. sacramenta puberū. ⁊ quod ibi doc. C. si aduers. vend. Si vero decepta ⁊ lesa extiterit vltra dimidiā iusti pretij, puto ꝙ ipsa Catherina possit cōtrauenire: saltem remedio l. ij. C. de rescind. vend. c. pen. de emp. ⁊ vend. Cui nō obstat pretēsum iuramentū per candē prestitū: quia cum per illud reperiatur duntaxat renūtiasse beneficio minoris etatis, ⁊ restitutiōis in integrū, nō cēsetur eadē Catherina exclusa a beneficio. d. l. ij. per ea que not. gl. ⁊ doct. in. d. l. ij. ⁊ canon. in. d. c. pen. quod etiā voluit Joan. de Jmo. in. iij. membro sue solennis repetitionis. c. cū cōtingat. de iureiur. Etiam nec obstat ꝙ in fine instrumenti dicte pretense remissionis prefata Catherina iurauit omnia, vniuersa, ⁊ singula in instrumento, huiusmodi descripta attendere, ⁊c. ⁊ contra non venire, ⁊c. Quoniam respondeo, ꝙ eum iuramētū huiusmodi simpliciter prestitum extiterit, illud hoc solū operatū est, ꝙ per ipsū reputata est ipsa Catherina maior. xxv. annis: licet re vera, prout apparet ex instrumēto huiusmodi minor existeret. Et sic perinde haberi debuit, ac si tūc maior. xxv. annis existēs quietasset, ⁊ remisisset sine iuramēto. per id quod not. glos. ⁊ post eam Bar. Bal. ⁊ doct. magis communiter in. d. l. ij. C. de rescinden. vend. glos. Joan. de Jmola Panor. ⁊ doctores magis communiter in dicto. c. penultimo. de emptione ⁊ vendit. Et Ostien. in dicto. c. cum contingat. versiculo, quid si deceptus est, ⁊c. de iureiurando. Super quo tamen vlterius non insisto: cum per ea, que mihi narrantur, in facto non intelligam eandem Catherinam fuisse deceptam vltra dimidiam iusti pretij.

¶ Rubric. Ad Trebel. ¶ Epitome. Consilium. cclxv.

¶ Grauatus de restituendo detrahit duas quartas, legitimam scilicet ⁊ trebellianicam si grauamē est conditionale: que detractio fit in vna, aut pluribus rebus arbitrio iudicis, non autem detrahentis: in quibus imputatur quidquid iudicio testatoris perceptum est.

1 ☞ Legitima liberorum quanta.
2 Intellectus glo. in verb. licet ipsas. in. c. Raynaldus. de testamen.
3 Detractio seu deductio quartarum quomodo fienda.
4 Donatio facta filio in potestate imputatur in legitimam.
5 Legitimam aut aliam quartam petens non eligit, sed ea debet dari arbitrio iudicis.
6 Filius in sua legitima est creditor in vna quaqʒ re pro certa rata.



Viso Et pensato casu mihi exhibito, parte venerabilis, ⁊ egregij viri, domini Martini Auderij, iurium professoris contra ⁊ aduersus honestam mulierem, Joannam, relictam honorabilis quondam viri Antonij Auderij: Insuper ⁊ dubijs ex casu huiusmodi elicitis, vna cum instrumentis testamenti honorabilis quondam viri Lamberti Auderij, patris eorundem domi. Martini, ⁊ Antonij: ac etiam diuisionum, seu partendarum factarum, inter eosdem do. Martinum, ⁊ Antonium: vna cum copia pretensi testamenti dicti quondam Antonij. Premitto ꝙ facilior rel pōsione fienda ad quesita huiusmodi, ꝙ hic non est dubium, prout nec esse debet, quin locus fuerit, ⁊ existat, in persona eiusdem do. Martini substitutioni dudum facte, per dictum quondam Lambertum. Cum enim prefatus Antonius vita functus sit, ⁊ sine liberis decesserit superstite eodē do. Martino, ⁊ sic purificata extiterit cōditio, sub qua superstiti primo ab humanis decedenti fuerat substitutus: palam infertur substitutionē huiusmodi sibi locum vēdicasse in personam ipsius do. Martini. Et quidem non vulgarem, cum idem Antonius decesserit post aditionem, seu immixtionem paterne hereditatis. l. post aditam. C. de impub. ⁊ alijs substitu. non autem pupillarem, cum factus pubes decesserit. l. in pupillari. ff. de vulg. ⁊ pupil. sed fideicommissariam, in vim cuius bona ⁊ hereditas prefati quōdam Lamberti, que videlicet delate ⁊ deuolute extiterunt eidem Antonio, reddi debent, ⁊ restitui ipsi do. Martino per prefatā relictam heredem pretensam dicti do. Antonij: saltē detractis de iure detrahendis. Et quāuis super articulo detractionis huiusmodi, an videlicet detrahi possint due quarte, vel vna duntaxat, presertim in hoc casu, in quo, vt dicitur, prefatus quondā Anto. institutus, ⁊ de restituendo grauatus, dicitur nullū confecisse inuentariū, fuerint inter antiquos, ⁊ hodie inter modernos doc. existāt multe ⁊ varie opiniones: tamē quia idē do. Martinus, vt pote ⁊ bonus, ⁊ vir multū peritus, iuxta magis cōmunem opinionē scripsisse reperitur duas quartas posse detrahi, ex persona eiusdem Anto. scz quartā debitā iure nature, ⁊ quartā trebellianicā. Ego super hoc articulo non insisto. Adijciens tamen ꝙ legitima prefati quondam Anto. nō
1 † est dimidia trientis, sed quinta pars semissis bonorum dicti quondā Lāberti: q: cum proponatur eundē Lambertum ab humanis decessisse superstitibus quatuor filijs masculis, ⁊ vna femina, horū omnium legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorū eiusdē quondā Lāberti: authen. de triē. ⁊ semi. §. j. ⁊ trāssumptiue. in auth. nouissima. C. de inoff. test. huiusmodi autē semis veniebat equis portionibus diuidēdus inter quinqʒ liberos. Et sic legitima cuiuslibet fuit decima pars bonorū dicti quondā Lamberti. Potest igitur decimā partē de predicto fideicōmisso pro legitima detrahere dicta Joāna relicta ⁊ heres eiusdē quondā Antonij, prius tamē deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inof. testa. trebellianica vero erit quarta pars residui: hoc est quarta pars eius quod est remāsurum detracta legitima: vt colligitur ex his que no. gl. in c. Raynaldus. in verbo, licet ipsas. de testa. Joan. de Imo. in l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. ⁊ pul. ⁊ ꝙ voluit Jo. And. in regula, qui prior in questiōe de possis. de reg. iur. in. vj. in mercuria. Quod autē dicit gl. in verbo, lz ipsas
2 † has quartas tantum facere, quantum facit dimidia, ⁊ econtra: verū habet in eo casu, in quo defuncto testatori superfuit vnicus filius. Cuius propterea legitima est triens ⁊ sic quatuor vncie: quarta vero pars residui, que est quarta pars octo vnciarum, que quidē partes sunt due vncie: que vna concurrētes, hoc est cum quatuor vncijs, faciūt sex vncias: ⁊ sic dimidiam partem assis, sed in casu nostro, vt predixi, legitima dicti quondam Antonij non fuit triens, aut dimidia pars triētis, sed quinta pars semissis, hoc est dimidie partis. Et quamuis iste quarte debeantur, vel cōpetant in singulis rebus defuncti: vt communiter notant doct. in. l. filium quem. C. famil. ercisc. l. scimus. §. repetitionē. C. de inoffic. test. Bart. ⁊ doct. in. l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. ⁊ doct. in. c. Raynaldus. de testa. per. l. Plautius. ⁊. l. lineā margaritarū. ff. ad leg. Falcid. realis tamen detra-
3 ctio, seu † deductio nō est fienda de singulis rebus, nisi ita procederet de cōsensu partium: sed est fienda in vna re, vel pluribus, prout infra. Primo enim inspicitur voluntas, ⁊ dispositio testatoris, si de illa appareat, ⁊ illa est seruanda: ⁊ de hoc nullus dubitat: sin autem ille cui competit ius detrahendi quartas huiusmodi aliquid vendiderit, ipse tenetur hoc in eis imputare. l. Marcellus. §. res que ab herede. ⁊ quod ibi doc. cōmuniter. ff. ad Trebel. quod etiam voluit Azo in summa. C. ad Treb. quod ita procedit, vt etiā esto, ꝙ heres, qui alienauit de bonis hereditarijs. vellet bona huiusmodi redimere, ne illa sibi imputet in quartā trebellianicā, hoc facere nō possit inuito fideicōmissario: quia cum hoc ius eidem fideicommissario acquisitum extiterit per alienationem factam ab herede, non potest ipse heres eo inuito hoc ius sibi auferre: maxime cū hoc fuerit in odiū heredis alienātis introductū: vt voluit gl. in. d. §. res que. Pro hac conclusione, quam posuit Ang. in. d. §. res que. quem ibi sequūtur Joan. de Imo. ⁊ Alex. de Imo. ⁊ quem etiam posuit Ang. in. d. l. in quartam. facit regula, mutare consilium. de reg. iur. in. vj. ⁊. l. vnica. §. si rem depositam. ff. depos. tenetur igitur dicta Joāna sibi imputare in dictas quartas vineam alienatā per prefatū Antoniū. Preterea esto, ꝙ domus chaucherie, quam eidem quondam Antonio legasse pretenditur ipse quondā Lambertus, non veniret in restitutionē fideicōmissi vniuersalis, propter ea que habentur per gl. ⁊ doc. in. l. cum virū. C. de fideicōmis. ⁊ in. d. l. Marcellus. §. quidā. tamē imputari deberet in legitimam eiusdē quondā Antonij: cum eandē chaucheriā habuerit ipse Antonius iudicio testatoris, ⁊ de substantia eiusdē. l. quoniā nouella. ⁊. l. omnimodo vers. ⁊ hec quidē. C. de inof. testa. pro quo facit. l. etiā. §. pen. ff. de bo. lib. ista est doctrina Bar. in. d. l. in quartā. ver. venio ad quartā iure nature debitā, ⁊c. quē nullus scribētiū post eū quoad hūc casum impugnat, sed sequūtur: ⁊ pro qua vltra pdicta allegat Ang. in. d. l. in quartā. no. per. gl. in. l. illud. C. de coll. vbi etiā hoc sequitur Alex. de Imo. vbi plus dicit post Bart. ⁊ alios cōmuniter in. d. l. in quartā. ⁊ Bal. in repetit. c. si pater. de testa. in. vj. quod etiā donatio facta filio in potestate, que regulariter requirit confirmari morte donātis. l. antepen. C. de do. int. vir. ⁊ vxor. ⁊ sic habet vim supremi iudicij, seu relicti: per ea que habētur ⁊ not. doc. in auk. ex testamēto. ⁊ l. si donatione. C. de coll. imputatur in legitimā. Quo vero ad quartā trebellianicā, an etiā debeat predicta chaucheria in eā imputari: Dico imprimis ꝙ nullus scribētiū super hoc articulo dubitat quin imputari debeat pro ea parte, quā idē Antonius iure hereditario habuit: ⁊ sic pro dimidia parte. quo vero ad aliā dimidiā partē, quā iure plegati habuit ab eodē do. Martino, an videlicet etiā illa imputari debeat in trebellianicā: de hoc sunt due opiniōes: vna fuit Joan. de Are. tenentis ꝙ sic, quē sequitur Cy. in. d. l. filium quem habentē. post mediū. vers. tertio oppo. ego dixi, ⁊c. id ipsum voluit Bar. in. d. l. in quartā. vers. vt ergo ista materia circa trebellianicā, ⁊c. ibi, q: aut queritur de imputatiōe quoad ipsū coheredē. idē voluit ipse Bar. ⁊ Pau. de Castr. in. l. deducta. §. numis acceptis. ff. ad Trebl. idē Sal. in. d. l. filiū quē. pro qua opinione allegari solet. l. Nesennius. ff. ad leg. Fal. per quā. l. idē videtur tenuisse Bar. in. d. l. filiū quem. in fi. sentiūt enim omnes isti, ꝙ licet in trebellianica deducenda aduersus extraneum, hoc est aduersus non coheredē, imputari non debeat ea pars corporis hereditarij quā habuit grauatus iure prelegati, illā tamen imputare debet in trebellianica detrahēda aduersus coheredē grauati. Cū itaqʒ detractio trebellianice in hoc casu fiēda sit aduersus dictū do. Mart. coheredē eiusdē quondā Ant. debet etiā dicta pars habita iure prelegati, ⁊ sic tota chaucheria imputari in trebellianicā. Jo. vero de Imol. in. d. l. in quartam tenuit contrarium, scilicet ꝙ pars habita iure prelegati in

ti in trebellianicam imputari non debeat. per. d. l. in quartam. versic. pro ea vero parte, &c. & allegatam. l. deducta. §. numis. Et idem tenuerunt Ang. Jo. de Imola & Raph. in. d. §. numis acceptis. respondentes ad. d. l. Mesennius. quod illa debet intelligi quando est corpus non hereditarium illud quod percipiebatur a coherede: vel pecunia, vt etiam voluit ibi glo. sed si esset corpus hereditarium, tunc solum illud quod capitur iure hereditario debet computari in trebellianicam: secundum eos, & pro hoc adducunt rationem que traditur in glo. super verbo, a coherede: in fin. que vniformiter concludit respectu coheredis & extranei. ergo vt dicunt vtrobique idem videtur dicendum. arg. l. illud. ff. ad leg. Aquil. Et huic opinioni videtur adhesisse Alex. in. d. l. in quartam. magna tamen est authoritas Jacob. de Are. Cyn. Bart. & aliorum predictorum. Propter quod non videtur esse tutum recedere ab eorum opinione: & vbi recedendum videretur parum tamen prodesset eidem Joanne cum per ea que superius dixi appareat totam chaucheriam debere imputari in legitimam eiusdem quondam Antonij. ¶ Ceterum si, vt predixi, imputatis vel computatis vinea & chaucheria predictis in quartas prementionatas, adhuc aliquid restet pro earum supplemento detrahendum: videndum restat an eadem Joanna relicta & heres prefati Antonij, eligere valeat vnam rem hereditariam, puta domum dicti quondam Lamberti, vel plures pretiosas, in quibus supplementum huiusmodi detrahat: Ad quod respondeo, quod licet super hoc doct. aliquantulum varient,
5 tamen illa videtur esse communis opinio, quod † ipsa Joanna hanc rem eligere non valeat: siue loquamur quoad trebellianicam, siue quoad legitimam: sed debeat expectari iudicis arbitrium: qui poterit eidem dare, seu supplere quartas prementionatas in vna vel pluribus rebus, vel eligere ipsas res de voluntate eiusdem domi. Martini, vt concludit. Bart. Ang. & Joan. de Imo. post eum. in. l. in quartam. ff. ad leg. fal. & not. in. l. ij. C. eod. titu. Non enim potest etiam filius eligere ad arbitrium suum pro trebellianica, vel legitima, nisi quando prius alienauit, quod condictio fideicommissi existeret, vt plene declaratur. in. d. l. Marcellus. §. res que. per Bart. & alios. ff. ad trebel. Et ita tenet Bart. in. l. suus quoque. in vltima questione. ff. de heredi. instit. & idem tenet ibi Joan. de Imo. declarando plenissime istum articulum quidquid ibi senserit Bald. Et licet Cyn. & Rayne. dixerint, quod quia in legitima filius est creditor, habeat potestatem eligendi legitimam in vna re per. l. creditoris. ff. de distrac. pign. hec tamen opinio non est communis. & contrariam tenet Joan. de Imol. in. d. l. in quartam. sequendo Bart. & plenius in. d. l. suus quoque. in princip. Et Bald. in. d. l. scimus. §. repletionem. C. de inoff. testam. vbi referens dicta Cyn. tandem non stat in eis, sed dicit quod assignatio legitime fieri debeat in re mediocri ad arbitrium boni viri. Et hoc & plenius & prolixius declarat idem Bal. vbi omnino videndum est in. d. l. filium quem. habentem. versi. vlterius queritur de tali questione, filius rogatus, &c. C. fa mil. ercisc. vbi etiam respondet ad. d. l. creditoris. ff. de di-
6 stract. pign. que est fundamentum Cyn. dicens, quod † licet filius dicatur creditor in legitima, non tamen est creditor pro legitima in vna re, sed in vna quaque re pro certa rata. vt. l. si patronus. §. i. ff. de bon. liber. quod declarat Bart. in. d. l. in quartam. Quo fit, vt si velit in vna re detrahere integram legitimam, vel supplementum, manifestum sit quod in illa re plus vult quam sibi debeatur: ergo iniuste facit. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. indebi. vnde sicut debitor inuito creditore non potest soluere aliud pro alio. l. secunda. in principio. ff. si cert. peta. ita & creditor non potest accipere vnam rem pro alia: quia hoc esset vsurpare, quod sibi non debetur. Et hec est intentio Bald. in. d. l. filium quem. vt patet ex verbis eius sed in casu. d. l. creditoris. ff. de distract. pignor. creditor potest eligere vnam rem: quia ex pluribus rebus habet quemlibet obligatum in solidum: vt plene declarant gloss. & Bartol. postea in. l. moschis. in principio. ff. de iur. fis. & probatur in. l. quandiu. C. de distract. pign. orati. non igitur sunt isti casus similes. & sic non procedit fundamentum Cyn. quod etiam voluit Fran. de Are. consil. clvi. exord. Diligenter visis, & consideratis testamento, &c. versic. preterea non licuit, &c. etiam Alexan. de Imo. in. d. l. Marcellus. §. res que. versic. quid autem in legitima. vbi proposita questione an legitima possit in vna re deduci, & factis multis remissionibus ad multos, super articulo huiusmodi scribentes dicit eam esse super hoc articulo breuem conclusionem, quod sit in arbitrio iudicis, arg. l. non amplius. §. fin. & l. seq. ff. de leg. j. & d. l. scimus. in princip. C. de inoffic. testa. & l. ij. C. quan. & quib. quarta pars debea. libro. x. Et esto quod filius eligere posset rem aliquam, in qua legitimam duceret, non esset tamen eidem assignanda in re meliori, sed in mediocri: vt voluit Bald. in d. l. filium quem. versic. vlterius queritur. & in. d. l. scimus. §. repletionem. Salic. in. d. l. filium quem. versic. & sunt hec bene ponderanda: quia ex ijs infero, &c. Et hoc ideo contingit ne dum filio fauere desideramus, fideicommissarij commoda fraudemus. l. fin. §. sed & si quis. C. communia de lega. l. legato generaliter. ff. de lega. j. & auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. quod si procedat etiam vbi facienda est deductio legitime per filium aduersus substitutum etiam fortasse extraneum, multofortius procedere debet in casu nostro, in quo fienda est deductio, non per filium dicti quondam Lamberti, sed per Joannam relictam eius filij, & non contra extraneum substitutum, sed contra filium dicti quondam Lamberti. Accedat premissis quod, vt audio, facta deductione predicte legitime, quinimo & dictarum duarum quartarum in chaucheria & vinea superius mentionatis, paucum restabit pro supplemento detrahendum: quo fit vt cum alia bona supersint, in quibus suppleri potest, non videatur rationabile, seu iustum quod deductio seu suppletio huiusmodi fiat in re meliori, & multo maioris pretij quam sit ipsum supplementum: quinimo & tota legitima: pro quo bene facit quod voluit Bald. in. l. sancimus. in fin. incipij. C. de dona. Dicit enim quod si ego, & tu habemus commune hospitium, nec possit commode diuidi, ille debet anteferri cuius est maior pars: quia maior pars debet aliquid operari. ¶ Ceterum quod libros dicti quondam domini Martini, & quos sibi legasse dicitur egregius quondam vir do. Martinus Auderij eius patruus, qui deinde fuerant in manibus, & sub administratione prefati quondam Lamberti patris, & legitimi administratoris bonorum huius do. Martini, tenebatur idem pater eosdem illesos conseruare, & de eis quoad proprietatem, rationem reddere eidem do. Martino. l. cum oportet. §. si cum tacitus. C. de bon. que liber. quod etiam voluit Bald. in addi. ad tractatum Bart. de duob. fratri. circa princip. versic. sed quid si filius habet aduentitia bona, &c. Et idem dicit Bald. in matre si dilapidet bona filij, in quibus habet vsumfructum. l. hac edictali. §. omnibus. C. de secun. nupt. Et licet pro ea parte, pro qua idem do. Martinus heres extitit eiusdem quondam Lamberti, confusa fuerint iura, & actiones contra patrem competentes, non tamen pro ea parte pro qua heres extiterat prefatus Antonius. l. si ab eo. cum ibi not. C. de negot. gest. ¶ Aduertendum est ad vnum, quod in meis allegationibus omisi an videlicet, per illam conuentionem quam fecisse leguntur prefati do. Martinus, & Antonius, anno Domini. M. cccc. xcj. & die. xv. mensis Aprilis, per quam voluerunt, & consenserunt, & pactum expresse solenne & validum inierunt, quod substitutio facta per dictum quondam Lambertum valida esset, & in suis robore & firmitate perpetuis temporibus remaneret, &c. censeatur esse renuntiatum detractioni legitime, & trebellianice. Dico & respondeo, quod do. Guid. pa. in decisio. parlamenti Dalphinalis, decisione. cccc. xxvij. exordien. Si quis filius iuret, &c. multa inducit ad probandum partem negatiuam, & tandem subiungit se ita vidisse concludi per dominos. Pet. autem de Anch. consil. mihi. clij. exordien. Pulchra sunt dubia de quibus queritur, &c. aliter loquitur. Dicit enim quod cum quarta trebellianica detrahitur contra voluntatem defuncti, quod est, quando non apparet eundem voluisse illam detrahi. c. Raynaldus. in fin. de testa. & l. Titia. ff. ad l. falc. ille qui approbat testamentum, & iudicium defuncti, non potest postea contrauenire. l. non putauit. §. si quis sua manu. ff. de bon. pos. contra tabul. l. post legatum. de petit. heredit. & l. fin. de inoffic. testamen. Et quod talis approbatio illum priuat Trebellianica, quia per approbationem videtur approbans remittere ius fideicommissi. Legitimam vero non censetur remittere per rationes quas ibi ponit. Super quibus non insisto.

¶ Rub. De iure delibe. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccclxvi.

¶ Heres moriens intra annum a die mortis testatoris transmittit ius deliberandi ad eius heredem: in vim cuius debet preferri, non solum venientibus ab intestato, sed etiam substitutis.



Etiam Si verum esset, quod non adita hereditate nobiles quondam, & honeste mulieris Claudie perdicis, nobilis & egregius quondam vir do. Guilielmus Fabri, legum doctor, & per eam heres vniuersalis institutus ab humanis decessisset: quia tamē ille vita functus est, & decessit infra annum, quinimo infra paucos dies a tempore mortis dicte quondam nobilis Claudie, ipse transmisit ius deliberandi ad eius heredem: in vim cuius debuit idem heres preferri non solum proximioribus abintestato eiusdem quondam Claudie, sed etiam substitutis vulgariter per ipsam Claudiam, si qui fuissent, per ea que plenissime examinat Joan. de Imo. in. l. si paterfamilias. versic. vltimo inducitur ista lex, &c. ff. de heredi. insti. Ang. Aret. insti. de vulg. substitu. §. si seruum. versi. quis autem preferatur, &c. Pro quo allegari solet. l. cum antiquioribus. & quod ibi docto. C. de iur. delib. ꝙ etiam voluit Joan. Pet. Ferra. in sua practi. titu. for. libel. quo agi. ex substit. super verbo, substituit vulgariter. versicu. quid si heres ante mortem. ꝙ si procedat vt dicunt doctor. prefati etiam quoad substitutum vulgariter multofortius, aut saltem non minus procedere debet quoad proximiorem abintestato, qui neque institutus, neque substitutus extitit. l. quandiu. ff. de acquiren. hereditat. Super quo articulo, vtpote non dubio, non insisto.

¶ Rubr. De seruitutib. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccl xvij.

¶ Ut in secundo & quarto collectaneis.

1 ¶ Edificare in suo etiam vsque ad celum cuique licet.
2 Dominus habens molendina in quibus homines longissimo tempore blada eorum moluerunt, non tamen potest prohibere eos ne molendina construant, vel alibi molant: nisi sit princeps, aut supremus dominus: vel hanc seruitutem sibi deberi probet vel ex pacto, &c. vel cum eis inhibuerit, inhibitioni acquieuerunt. & nu. 4.
3 Seruitus non cadit in libero homine, nec eius possessio.
5 Preiudicium non fit singularibus personis per contractum factum a maiori parte populi vel vniuersitatis.
6 Mandato quantuncunque generali etiam cum libera nunquam venit ꝙ quis possit donare.
7 In prohibitis certo casu permissis non statur verbo dicentis casum permissum subesse.
8 Consilium generale, speciale, & syndici, quid.
9 Voluntas non presumitur mutata.



Viso Et examinato casu mihi exhibito parte vniuersitatis, & hominū oppidi, seu Castri de Solerijs & dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico & respondeo ad dubia huiusmodi prout infra. Premittens tamen ad illorum faciliorem solutionem, ꝙ etiam presupposito, ꝙ vniuersitas & homines eiusdem loci ab antiquissimis temporibus pro molendis eorū bladis accesserint ad molendina magnifici viri do. Moderni eiusdem loci, & suorum predecessorum, non propterea impedienda est predicta vniuersitas, vel homines prefati quominus sibi edificent, & faciant in suis predijs molendina, & sua blada in illis molant aut moli faciāt, & emo-
1 lumentū ꝙ inde percipitur, percipiant. Cuiq; † enim licitum est edificare in suo etiam vsque ad celum: etiam dato ꝙ alteri noceat. l. fluminum. §. fin. cum duabus. ll. seq. ff. de dam. infec. l. si in eo. ff. de aqua plu. arcen. l. fi. & ꝙ ibi Ang. ff. de vsuca. l. altius. & l. & si in edibus. C. de serui. & aqua. l. fi. C. de serui. & l. fi. §. penul. ff. quod vi aut clam. & c. significāte. & ꝙ ibi Ostien. Joan. Andr. in nouel. Panor. & docto. de appella. & Bartholo. Cepol. in suo tracta. serui. sub rubrica, de furno. quamuis enim idem dominus cuius predecessores, & ipse dicuntur tempore longissimo inibi habuisse molendina, prohiberi non valeat, quominus eisdem vtatur. l. si quis diuturno. ff. si ser. vendi. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. & estiua. & arg. l. in summa. §.
2 idem Labeo ait. ff. de aqua pluuia. arcenda. ipse † tamen dominus alios impedire, vel prohibere non potest, quominus molendina faciant: nisi probet hanc seruitutem sibi deberi, vel ex pacto habito cum predecessoribus, vel quia alias cum vniuersitas vel homines vellent facere molendina, fuit eis inhibitum per ipsum dominum, vel eius predecessores: & ipsi acquieuerunt inhibitioni: & deinde completa est prescriptio: quo casu vt dicunt Ostiensis & Joan. And. in. d. c. significante. de appella. intelligi potest. l. & in prouinciali. & l. si manifeste. C. de serui. argu. l. j. C. que sit long. consue. non autem inchoari potuit, nec cucurrit prescriptio huiusmodi, nisi a tempore, quo ipsi voluissent edificare molendinum: & propter prohibitionem sibi factam destitissent. vt notant glos. & docto. in. l. qui luminibus. ff. de serui. vrba. predio. & in. l. j. C. de serui. Bald. in. l. item lapilli. versic. tertio quero. ff. de rer. diuis. & Cepol. vbi supra. Idem etiam canon. in. d. c. significante. facit ꝙ voluit Bald. in. §. prediorum. versicu. deinde quero quando quis, &c. Institu. de serui. vbi referens Pet. dicit, ꝙ seruitutū quedam sunt affirmatiue, vt seruitus aque ducende, & similes: quedam negatiue, vt ne altius edifices. Al dyciens ꝙ in negatiua seruitutum non acquiritur possessio, nisi cū volēs vti libertate, fuerit prohibitus ne ea vteretur, & ipse prohibitus prohibitioni huiusmodi obtēperauit. Ex hoc enim tempore prescribere incipit seruitutem, non ante. l. j. C. de seruit. & l. fin. ff. quemadmoduz seru. admitta. Preterea etiam premitto, ꝙ si vniuersitas & homines prefati vellent accedere ad alia molendina pro molendis eorum bladis, ipsi possunt hoc facere, quamuis longissimo tempore dicta eorum blada moluissent, aut moli fecissent in molendinis dicti magnifici domini. Ut post Pet. voluit Bald. in. d. l. j. versic. & ex predictis infert Petr. C. de seruitu. Talis enim accessus ad molendina factus est per modum mere facultatis: & cuius pretextu pretendere non potest idem dominus se adeptum alicuius iuris quasi pos-
3 sessionem. Et quia etiam seruitus non † cadit in libero homine, nec eius quasi possessio, nec etiam obligatio personalis inducitur per prescriptionem. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & oblig. hec Bald. vbi supra. idem notat Ambro. de Vina. in repet. l. de quibus. versic. idem dico ego si omnes de populo veniant ad molendum, &c. ff. de legibus. pro quo allegat. l. viam publicam. ff. de via publica. Cum enim accessus huiusmodi factus fuerit, vt predixi, per modum cuiusdam facultatis, non potest dici prescriptum. dicta. l. viam publicam. Quibus non obstant quedam pretense preconisationes, quibus asseritur fuisse prohibitum ciuibus habitatoribus & incolis dicti castri de Solerijs, ne alicubi preterꝙ in molendinis eiusdem magnifici domini eorum blada molerent, aut moli facerent. quoniam respondeo ꝙ non sufficit huiusmodi pretensas preconisationes factas extitisse: etiā si ille essent antiquissime, & sepius repetite: nisi eis obeditum & paritum exti-
4 terit: quia, vt predixi, † ad possessionem, seu quasi acquirendam, & multofortius ad prescriptionem complendā in seruitutibus, seu iuribus negatiuis, non sufficit fuisse inhibitum: sed opus est, ꝙ inhibitioni paritum extiterit: hoc colligitur ex not. per Ostien. in. d. c. significante: ibi, nec tamē alium volentem, &c. & ꝙ ibi Joan. And. in nouel. versic. et licet circa materiam sint, &c. & post Pet. Cyn. in. d. l. j. versiculo, sexto queritur. C. de seruit. Et Bald. in. d. §. prediorum. versic. deinde quero ibi, ideo dic secundum Petr. &c. institu. de seruitu. Cum igitur non obstantibus pretensis prohibitorijs preconisationibus de non molendo alibi, vniuersitas, & homines pro eorum libito voluntatis moluerunt alibi, & in alijs molendinis, dici non potest fuisse prescriptum contra eos, vt non molant in alijs molendinis: quinimo fuit acquisita quasi possessio iuris inhibendi. Possunt igitur molere vbi volunt, & vel in dictis molendinis, vel alijs que dicuntur esse alterius condomini loci predicti de Solerijs, vel etiam in alijs, & alibi existentibus: quia molere hic, vel alibi est mere facultatis. Sed forte ad hec opponet aliquis de eo quod notat Ostiens. et sequitur Joan. And. in. d. c. significante. vbi dicunt, ꝙ licet ille qui longo tempore vsus est furnis, aut molēdinis, alium volentem de nouo edificare furnum, vel molendinum prohibere non possit, nisi probet hanc seruitutem sibi deberi, vel ex pacto, cum predecessoribus habito, vel quia alias volens edificare fuit prohibitus, & ille acquieuit prohibitioni. Hoc tamen secundum eos fallit in domino ville, qui hanc seruitutem sibi deberi asserit. De quo sentire videtur ꝙ ipse possit prohibere, etiam si non probet ex pacto, vel prescriptione sibi deberi seruitutem. Pro quo allegauit. c. quo iure. viij. distinctio. Sed respondeo ꝙ istud non obstat: quia cum text. allegatus per Ostiens. & Joan. And. loquatur non quidē in omni domino alicuius loci, seu

seu ville, sed in principe, ipsi debent intelligi loqui de domino ville, qui & princeps est, non de alio inferiore: vide Ostiens. & Joan. And. in c. dilecto. de offic. archidia. quia glos. & doct. intelligendi sunt secundum iura que allegant: vt voluit Bart. in. l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. lega. & post multos alios doct. Alexan. de Imo. in. l. si constante. versic. tertio respondent ꝙ glo. illa, &c. ff. solu. matri. idem sentit Alexan. de Imo. in. l. si prius. versic. eadē glos. ibi, eo ipso, &c. ff. de noui ope. nuntia. & consi. cxxxviij. exordiente, Opportune consideratis ijs, &c. versic. non obstat ꝙ modo dixi, &c. in primo vol. Cum igitur magnificus dominus de Solerijs non sit princeps, vel supremus dominus dicti loci de Solerijs, in eo non habent locum notata per Ostien. & Joan. Andr. in loco preallegato. Et quanuis vniuersitas & homines prefati, si de alio non appareat eundem magnificum dominum compellere non valeāt ad eorum blada molendum in dictis eorum molendinis: vt post Pet. voluit Bald. in. d. §. prediorum. instit. de seruitutibus. Tamē idem dominus etiam ab eis qui mihi sua blada moli faciunt, exigere non debet vltra id, ꝙ ab antiquo exigere consueuit. Cui non suffragatur quedam pretensa transactio celebrata, & inita, vt dicitur inter eum ex vna parte, & honorabiles viros dominos syndicos, & consilium commune loci predicti de Solerijs ex alia, anno videlicet, Domini M.cccclxxxvj. & de mēse Decēbris. Et quidem non quoad singulares personas dicti loci, vel contra eas, que eidem transactioni non interfuerunt, vel illi non consenserunt. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. etiam si in transactione huiusmodi interfuisset maior pars vniuersitatis, & hominum eiusdem loci: per ea que notat glos. quam doct. communiter approbarunt in. l. ij. C. que sit lon. 5 consuet. que vult ꝙ per cōtractum † factum a maiore parte populi, vel vniuersitatis fieri non possit preiudiciū singularibus personis. c. cum omnes. de constitu. l. j. in prin. de magistra. conuenien. & plene per Bar. in. l. quod maior. ff. ad municipal. ꝙ saltem debuit procedere in hoc casu, in quo negotium erat principaliter singulorum, nō principaliter vniuersorum, & secundario singulorum. per id ꝙ not. Bald. in. d. l. ij. versic. quero nunquid per pactum. C. que sit long. consuet. Et ista non obstant, si forte de eis opponerētur not. per Bald. in. l. iiij. §. actor. ff. de re iudic. l. sicut. ff. quod cuius. vniuers. no. l. penult. C. de donat. inter virū et vxo. & l. ciuitas. ff. si cert. pet. que secundum Bald. vbi supra intelligi debent, quando negotiū est principaliter vniuersorum, & secundario singulorum: non autem quādo est principaliter singulorum. Cui distinctioni, vt mihi videtur, non omnino impertinēter, vel inepte adaptari potest quod not. Panor. in. c. fin. de ijs que fi. a maio. par. capitu. Non igitur obstant not. per Bart. in. d. §. actor. & alijs locis preallegatis. quinimo Bald. voluit fortius. in. l. j. C. ne fil. pro patre. ꝙ etiam sentit in. l. j. §. quibus. ff. quod cuius. vniuersi. nomi. & aperte Paul. de Castr. in. l. ciuitas. & §. actor superius alleg. ꝙ dicta opinio Barto. nullo modo procedit & mouetur, quia oportet, ꝙ primo fiat statutum, ꝙ syndicus obligare possit personas singulares: & postea fiat syndicatus: & si aliter fiat, talis syndicatus non haberet vim legis: quia alia est forma legis cōdende, in qua requiritur maior deliberatio. l. humanum. C. de legib. & alia constituendi syndicum. Pro quo allegant similia super quibus non insisto. Etiam nec quoad vniuersitatem dicti loci de Solerijs debuit, vel de iure potuit dicta pretensa transactio eidem domino suffragari: quia licet syndici, et alij administratores reipublice trāsigere valeant de re dubia. l. preses. C. de transactio. Non possunt tamen donare: 6 quia in mandato quantumcunq; † generali etiam cum libera, nunquam venit, ꝙ quis possit donare. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fin. & l. seq. ff. de pact. & l. filiusfamilias. in princi. ff. de donatio. Hic autem non fuit transactum super re dubia, cum enim consueuissent vniuersitas & homines predicti ab antiquissimis temporibus, & citra molere sua blada in predictis molendinis ad rationem trium engranadoyrarum bladi pro qualibet sarcina, & propterea se poterāt legitima exceptione tueri, ne ad plus soluēdum cū effectu cogerentur, nō potuerūt prefati syndici, & cōmune consilium exceptionem huiusmodi remittere: quia hoc facere posse, est posse donare; quod talibus non licet, vt predixi. Pro quo facit. l. si quis delegauerit. ff. de nouat. per ꝙ l. not. ibi Barto. ꝙ procurator habens generale mandatum cum libera, non potest remittere exceptionem peremptoriam. idem dicit Bart. & plenius in. l. fin. ff. de ijs que in fraud. credit. Bald. Sali. & moder. in. l. pactum creditoris. C. de pact. Nec dicat aliquis, ꝙ hic esset dubium, an prefati vniuersitas & homines tenerentur ad rationem quinque engranadoyrarum pro sarcina quoniam respondeo, ꝙ de hoc non cōstat: nec est super hoc assertioni dictorum 7 transigentium fides adhibenda: quia † in prohibitis, certo casu permissis, non statur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de proba. l. cum quis decedēs. §. Titia. ff. de leg. iij. Preterea cum nulla lis adhuc precederet inter dictum dominum ex vna parte, & prefatos vniuersitatē & homines ex alia, de super dictis pretēsis quinq; engranadoyrijs, ipsique vniuersitas & homines essent futuri rei, cum causa ipsa super eis inchoata extitisset: & propterea eodem domino non probante, prout nec probasset eius intentionem, venissent absoluendi, etiam si nihil prestitissent. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de rei vendi. & c. j. vt eccle. benefi. non video qualiter prefati syndici, & commune consilium dici possint bona fide transegisse adaugendo mulcturam de tribus, ad quinque engranadoyras. Pro quo facit ꝙ voluit Bal. in. c. j. de contro. inter vassa. ali. de benef. Dicit enim bonam vel malam fidem presumendam fuisse in vassallo transigente secundum statum cause. Nam si dubius erat euentus litis, presumitur bona fides, alias secus. l. cum ij. §. sed cum lis. ff. de transact. & d. l. preses. C. eo. titu. Cum igitur hic nulla esset causa, non poterat ex statu cause iudicari ꝙ euentus litis deberet esse dubius quoad vniuersitatem, & homines, propter quem debuerint moueri syndici, & commune consilium ad sic transigendum: & sic non est presumendum, ꝙ bona fide transegerint, sed mala: adijcio quod contra eos, & transactionem predictam facit, quia illa facta est pendente compromisso facto ex deliberatione consilij generalis, aut quasi, vna cum communi: & quod factum extiterat in duos viros peritos: per quorum sententiam, seu laudum deliberauerant dictum generale cōsilium, seu quasi commune illam pretensam controuersiam terminari, non per transactionem ineundam per dictum commune consilium, & syndicos per ꝙ videbatur facile interdicta facultas ipsi communi consilio transigendi, vel alias disponendi de ipsa pretensa controuersia sine generali consilio. argum. eius quod habetur in. c. si quem. §. secus. de procurat. in. vj. vbi si dominus in causa compareat, nō vt duntaxat procurator assistat, sed vt eam tractet, videtur procuratorem reuocare: facit etiam ꝙ voluit Bald. in. l. solet. §. sicut. ff. de offi. proconsul. vbi dicit, ꝙ quilibet inferior aduocando ad se causam coram vicario suo pendente, videtur eius iurisdictionem suspendere quoad illam causam: facit quod no. per Geminia. in. c. fin. de offi. vicar. in. vj. Et quemadmodum Papa per simplicem cognitionem de causa a se factam, videtur reuocare iurisdictionem de manibus inferioris quoad illam causam: vt not. Innoc. in. c. cum M. Ferrariensis. ad fin. & ꝙ ibi Anto. de Butr. Joan. de Imol. & Panor. de constitu. ita ordinarius inferior immiscendo se de causa vertente coram suo vicario, videtur iurisdictionem reuocare quoad illam causam, non quoad alias: ita Gemi. in. d. c. fi. de offi. vica. in. vj. huius ratio redditur, quia cum constituens vicarium eum possit ex toto reuocare. cle. fin. & ꝙ ibi gloss. de procur. not. docto. maxime Cardi. in cle. ij. de rescrip. Inn. & alij in. c. sua. de offic. vica. Ergo & ex parte. c. pastoralis. §. item cum totum. de offi. deleg. & l. que de tota. ff. de rei vendica. Ergo a simili videtur, ꝙ dictum consilium generale se intromittendo de dicta pretensa controuersia, & pro illius decisione compromittendo in viros peritos, vel compromitti ordinando, censeri debet tacite interdixisse ipsis communi consilio, & syndicis, ne de controuersia huiusmodi soli se intromitterent, vel alias eam tractarent: ꝙ facere potuit, vtpote id cuius erat causa, vt domini: est enim generale consilium in dicto loco populus eiusdem loci: syndici vero & consilium commune, officiarij ipsius generalis consilij, seu populi, ad quod pertinet creatio & destitutio & syndicorum & consilij communis, quod si ita est, imo quia ita est, potuit consilium generale tacite & expresse consilio communi vel syndicis inhibere ne se de cōtrouersia antedicta intromitterent: per predicta. Non igitur potuerunt transigere post dictam ordinationem, presertim pendente compromisso. Et ita non valuit dicta pretensa transactio. Quibus non obstat ꝙ ex aduerso, a parte dicti magnifici domini pretenditur, scilicet ꝙ cum a tempore transactionis huiusmodi homines predicti mulcturam soluerint

iuxta

iuxta quantitatem, seu summam in transactione mentionatam censeri debeant transactionem predictam ratificasse, ⁊ illam approbasse, quoniam respondeo, ꝙ cum semel voluerint dictam pretensam controuersiam terminari, ⁊ decidi per peritos eligendos, ⁊ qui pro decisione huiusmodi electi extiterant, non presumitur mutata † eorum voluntas
9 c. maiores. de baptis. c. a nobis. el. ij. de sent. excom. l. cũ tacitum. ⁊ l. quinquaginta. ff. de probatio. Quod maxime procedere debet in hoc casu, non obstante dictis pretensis solutionibus factis post transactionem: quia non solũ post, sed etiam certo tempore ante idem magnificus dominus eandem quantitatem certo tempore recipere tentauerat, ⁊ de facto receperat: quod fit, vt licet postea homines prefati continuauerint in solutione eiusdem quantitatis, non propterea videantur approbasse trãsactionem antedictã: ne presumantur suum iactare voluisse, aut donasse, ⁊ suo iuri renuntiasse quod presumendum non est, vbi potest assumi alia coniectura. l. cum de indebito. ff. de probatio. l. si cum aurum. l. si is cui. §. Flauius. ff. de solutio. ⁊ l. quibus diebus. §. dominus. ff. de conditionib. ⁊ demonstra. quod etiam voluit Bald. ⁊ plenius Paul. de Cast. in. l. que dotis. ff. solu. matri. ⁊ Bald. in. l. si procurato. falso. ff. de condictio. ob caus. idem dicit Pau. de Cast. consil. lxiij. exordiente, In causa quam magnificus, ⁊c. versi. item non obstat, ⁊c. Angel. consil. xc. exordien. cum lis ⁊ questio, ⁊c. et Petr. de Ancha. consil. xxxi. exordien. Subtiliter et copiose, ⁊c. Cum itaqȝ hic possit assumi alia coniectura, ꝙ approbationis renuntiationis iuris, ⁊ donationis predictarum, videlicet ꝙ illi soluerint ne in non soluendo iuxta quantitatem, que ab eis extorta extiterat, etiam ante trãsactionem per aliquod tempus, viderentur eum spoliare, et sic facerent rem illicitam, illa potius assumenda est.

¶ Rub. De tutel. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccclxviij.

¶ Tutor si nõ confecit inuentarium, aut rationes reddere recusat, potest contra eum iurari in litem.

1 ☞ Tutela testamentaria habet consonantiam cum pupillari substitutione.
2 Tutor testamentarius non cogitur conficere inuẽtarium si fuerit per testatorem releuatus: secus tamen de libro rationum.
3 Pupillus non alendus apud eum qui ei est successurus.
4 Filia cum iuramento renuntians bonis paternis, non potest dicere testamentum nullum ex causa preteritionis.



Viso Ae considerato casu mihi exhibito parte Jacobi Turni de petralata, ⁊ dubijs ex eodem elicitis, dico ⁊ respondeo breuiter, ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout sequitur. Et primo ad primũ: pro cuius solutione premitto, ꝙ prouisio tutele eiusdem Jacobi, ꝙ fecisse dicitur prouidus quondam vir, Thomas Turni auus paternus dicti Jacobi videtur fuisse defectuosa: eo presertim, quia tutela
1 † testamẽtaria, cuiusmodi pretenditur fuisse ista, habet consonantiam quandam cum pupillari substitutione: que pupillaris substitutio fieri non potest, nisi per patrem, vel alium habentem pupillos: vel pupillas in sua potestate. l. moribus. in princ. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ qui non sunt post mortem illius substituentis in potestatem alterius recasuri. d. l. moribus. §. nepotibus. ibi, ⁊ deinceps si qui, ⁊c. ⁊ probatur hoc vt primo dixi in. l. quo tutela. ff. de regu. iur. Cum igitur nõ possit auus pupillariter substituere nepoti in potestatẽ sui patris recasuro. d. §. nepotibus. ergo etiã nõ videtur posse. d. Turni de iure prouidere nepoti pupillo in potestatem eius patris recasuro. Quod etiam videtur voluisse glo. in. d. l. quo tutela. §. nemo. ꝙ si ita est, imo quia ita est, videtur dicta prouisio nõ valuisse: pro eo quia idem Jacobus erat recasurus, ⁊ de facto recidit in potestatem Joannis Turni eius quondam patris. Non obstat l. si hereditas. §. qui filium. ff. de testamen. tute. quia nepos ibi non recidit in potestatem sui patris: cum pater de medio sublatus extiterit superstite auo, eodẽqȝ patre ipsius. Ceterum etiam si tenuisset prouisio, nõ debuit tamen, nec de iure potuit dictus Bertrandus gerere, vel administrare tutelam, ⁊ bona dicti Jacobi Turni, nisi precessissent ea de quibus per glos. ⁊ Bart. in. l. legitimos. ff. de legiti. tut. ⁊ l. tutores. C. de administra. tuto. per Bald. in. l. j. §. item solent: ff. de offic. prefect. vrb. ⁊ Ange. Are. in. §. actionũ. in materia tutele. versic. octauo quid incumbat tutori, ⁊c. Que si obseruata non fuerint, potest tutela sibi decreta cassari: ⁊ ipse Bertrandus remoueri ẽm Bart. ⁊ doct. vbi supra. Super quibus, an videlicet obseruata extiterint, necne, nihil respõdere valeo, cum non viderim decretum administrationis. Fateor tamen ꝙ vbi testamentaria prouisio valuisset, non cogebatur idem Bertrandus confi-
2 cere inuentarium: quia ab ea † fuerat releuatus per dictum quondam Thomã. De inuentario loquor ꝙ ab initio nisi releuatus extitisset, facere debuerat, non de libro rationum, quem facere debuit de receptis, ⁊ impensis, durante sua administratione: quia cum ab huiusmodi libri confectione releuatus non fuerit, illum facere debuit. l. j. §. de officio. ff. de tutel. ⁊ ratio. distrahen. quem si non fecerit, vel finita tutela eum reddere recuset Jacobo pupillo, poterit contra eum iurari in litem. d. §. de officio. ⁊ ꝙ ibi glos. ⁊ Bart. Et quia, vt audio, ipse Bertrandus cepit, et quotidie capit presias, ⁊ reuenutas eiusdẽ Jacobi sine inuentario hoc est libro rationum, nõ videtur sine dolo. l. tutor qui repertorium. ff. de administ. tuto. Preterea cum dicatur intercepisse, ⁊ sibi appropriasse de bonis eiusdem Jacobi sui pupilli, non censetur esse sine suspicione, quinimo nec sine dolo. l. tutor. §. nunc videamus. ⁊ ꝙ ibi gloss. super verbo, intercepit. ff. de suspect. tuto. Et quamuis potuerit alienare animalia superflua dicti Jacobi. l. lex que tutores. in fin. C. de administ. tuto. Non tamen potuit alienare animalia necessaria ad culturam agrorum: quinimo nec animalia non superflua. d. l. lex que tutores. in fi. arg. a cõtrario sensu, ꝙ est validum in iure. l. j. §. j. ff. de offi. eius, cui mandat. est iurisdi. de quo. Bald. in. l. conuenticula. C. de episco. ⁊ cleri. insuper cum idem Bertrandus fuerit pluries requisitus parte dicti Jacobi vnici pupilli, ⁊ cuius patrimonium amplum est, ⁊ bone reuenute: vt eidem alimenta administret, ipse tamen hoc facere recusauit, ⁊ recusat: ita vt nisi Deus ⁊ ipsius Jacobi pia mater aliunde sibi prouidisset de ipsis alimentis, fuisset ipse Jacobus millies fame extinctus. Propter ꝙ etiam redditur ipse Bertrandus non modicum suspectus. d. l. tutor que. §. tutor qui ad alimẽta. ff. de suspec. tuto. l. fi. ff. vbi pup. educa. debe. ⁊ §. si quis tutor. ibi, ergo vt suspectus remoueri poterit, qui non prestat alimenta. insti. de suspec. tutor. cui Bertrãdo nõ suffragatur, si forte dicat ꝙ alimẽta prestare parat⁹ fuerit, ⁊ existat eidẽ Jacobo, dũtamẽ cũ eo maneat: quoniam respondeo, ⁊ dico ꝙ cum idem Bertrandus in vxorem duxerit Ludouicam Turne, sororem dicti Jaco-
3 bi, ⁊ sibi substitut ã, ⁊ sic † eam, apud quã est proxima spes successionis ipsius Jacobi, non debet ipse Jacobus penes eosdem ali. l. ij. C. vbi pupil. educ. deb. de quo Angel. Aret. in. d. §. actionum. in materia tutele. versic. vigesimo nono. ⁊ econtra, ⁊c. ibi, vnum tamen tene cordi, ꝙ nunqȝ, ⁊c. insti tuta de actionib. Preterea cum, vt predixi, bona predicta sint magne reuenute, ⁊ propterea idem Bertrãdus annis singulis, vel vendiderit, vel vendere potuerit multos fructus, cumqȝ vendiderit etiam magnam quantitatem animalium bouinorum, ⁊ vt dicitur quindecim numero, ⁊ sexaginta saumatas bladi, que annua in hereditate reperit post mortem prefatorum Thome ⁊ Joãnis patris, ⁊ filiẽ: debuit ipse pecunias ex bonis huiusmodi reductas conuertere in emptionem prediorum, vel collocare ad lucrum honestum, penes aliquem mercatorem nomine ipsius Jacobi: per ea que not. Barto. in similib. in. l. diuus. ff. ad legem Falcid. ⁊ Bald. in. l. tutore. ⁊ in. l. j. ad fi. C. de condi. indebi. ꝙ quia non fecit, videtur non excusari a culpa: vtpote legis contemptor. propter que existimo, ꝙ esto, ꝙ forsitasse propter hec, vel eorum aliqua non deberet idem Bertrandus, vtpote cõiunctus in affinitate dicti Jacobi pupilli ab ipsius tutela remoueri, propter infamiam vitandam: secundum Salic. in. l. tutores. C. de administ. tuto. ⁊ l. si tutor aliquo. ff. de suspect. tuto. deberet tamen toadiutor curator sibi adiungi: vt ibi. vbi glos. dicit illud esse contra filium: postea dicit posse remoueri, sed non bene firmat: sed ꝙ possit remoueri, videtur firmare glos. instit. de suspectis tuto. §. ostendimus. ⁊ ibi Ange. Aret. ⁊ Bar. in. l. ꝙ si forte. §. j. ff. de solutio. ⁊ ibi Joan. de Jmol. qui hoc videtur relinquere iudicis arbitrio. ¶ Modus autẽ procedendi contra dictum Bertrandum erit, ꝙ mater dicti Jacobi contra eum libellum offerat, eũ accusando de suspecto, ⁊ causas suspicionis allegat: vel etiam ꝙ erit lenius, poterit eadem mater adire spectabilem virum dominum iudicẽ loci, ⁊ sibi

& sibi suspicionis causas explicare eius nobile officiũ excitando, & illud implorando: vt eis verificatis, & constito de eisdem, possit ipse do. iudex prouidere indemnitati pupilli dando tutori predicto coadiutorem & curatorẽ, sine quo administrare non possit iuxta illa que habẽtur in. d. l. si tutor aliquo. & in. l. eum quem. C. de suspect. tuto. & Barto. in dicta. l. quod si forte. §. j. vel eum remouere, si sibi videatur. ¶ Ad secundum quesitum respondeo q̃ nõ obstante pretensa remissione redditionis rationum, tenetur, & tenebitur idem Bertrandus rationem reddere de per eum administratis, ac receptis, & expensis: pro quo pro nunc allegasse sufficiat q̃ not. Ange. Are. in. d. §. actionum, in materia tutele. versic. vigesimo quinto quero. quid important illa verba, &c. Angel. consil. mihi. cxl. Alexan. de Imo. consilio mihi. xlvij. in. j. volu. & Joan. Petr. Ferra. in sua practica. titu. forma libel. quo agitur ad reddendam rationem tutele. super verbo analogistas esse volo. Verum est tamẽ, q̃ non fiet in compotis reddendis scrupulosa inquisitio: hoc est, vt culpe leuis, vel leuissime siue negligentie ratio habeatur: vt dicunt doct. communiter. ¶ Ad tertium dico, q̃ eidem Jacobo prouidendum est de alimentis: et illa poterunt decerni per dictum do. iudicem: vt probatur in iuribus superius allegatis, videlicet in. d. l. tutor quoq;. §. tutor qui. ff. de suspect. tuto. l. fin. ff. vbi pupil. educ. debe. & §. si quis tutor. institu. de suspec. tut. ¶ Ad quartum dico & respondeo q̃ per ea que dixi, apparet quomodo sit procedendum contra dictum tutorem. & hoc presupposito q̃ idem Jacobus nondum compleuerit decimum quartum annum. Si vero eundem cõpleuisset, posset petere sibi prouideri de curatore, de & cum cuius authoritate & licentia compellere possit dictum Bertrandum ad reddẽdum rationem de per eum rectis, & administratis, & reliqua consignandum. ¶ Ad quintum & vltimum respondeo, q̃ licet prefata Ludouica & eius soror fuerint preterite in testamento prefati quondam Thome, earum patris: quia tamen ille contente dotibus, pro & earũ nomine per ipsum quondam Thomam constitutis, cum iuramento renun-
4 tiauerant bonis paternis, nõ potuerunt ex capite preteritionis pretendere testamẽtum predictum fuisse nullum: per ea que voluit Bald. in. l. filio preterito. ff. de iniust. rup. & irri. testamen. ad q̃ facit. l. j. §. si parens. & q̃ ibi nota. ff. si quis a paren. fuer. manumis. & C. quamuis pactum. & q̃ ibi not. de pact. in. vj. de quo per Jaco. in suis libel. tit. de condictio. ex lege omnimodo. de quo in decisionibus parlamenti Dalphinalis, decisione. cccccxcviij. exord. Item q̃ non est necesse q̃ pater instituat, &c. Ex quibus infero, q̃ non obstante preteritione predictarum filiarum, valuit testamentum prefati quondam Thome: & cum dicto quondam Joanni per compendiosam substitutionem factam per verbum commune, substituit, substitutus extiterit Jacobus eius filius, censetur idem Jacobus fuisse etiam vulgariter dicto Joanni eius patri substitutus: per ea que no. Bart. in. l. Centurio. versicu. quero vtrum substitutio compendiosa facta per verbum commune, &c. ff. de vulga. & pupil. & Alex. de Imol. in. l. precibus. versicu. attende tamen, quia etiam isto casu quando a pagano, &c. C. de impube. & alijs substi. ab hac autem vulgari substitutione potuit testamentum prefati quondam Thome vires assumere, & sic in vim illius potuit eidem Thome succedere dictus Jacobus substitutus si verum sit, q̃ viuo prefato Thoma testatore Joãnes eius filius ab humanis decesserit, pro quo allegasse sufficiat not. per Alex. de Imol. in. l. si pater filium. ff. de vulga. & pupil. & l. apud Julianum. §. idem Julianus. ff. ad trebel. in quibus locis videri possunt multe remissiones, super quo articulo, vtpote non multum dubio, vlterius non insisto. Premissa autem dixerim, &c.

¶ Rub. De lege Aquil. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccclxix.

¶ Actione legis Aquilie vt quis teneatur ad emendandum damnum datum sufficit leuissimam culpam interuenisse ex parte damnum dantis: & non tantum condemnatur quantum res valebat tempore damni dati, sed quanti plurimi eo anno fuisset.



In facto ponitur q̃ ijs diebus nõ longe decursis, existentibus Guilielmo Barbe, filio prouidi viri Bertrãdi Barbe, & Antonio seruitore, seu famulo prouidi viri Antonij Roberti in loco, seu nemore vulgo dicto Rochecolumbe, dicto vero Guilielmo in loco superiore, seu altiore, & prefato Antonio famulo vna cũ quodam mulo eiusdẽ Antonij Roberti in loco inferiore: prefatus Guilielmus post prohibitiones sibi factas per prefatũ famulum, ne ligna inferius projiceret proiecit fustem, seu petiam ligni, que sic proiecta, seu verius dictus Guilielmus cum ea mulum predictum interfecit. Quesitum est, an idem Guilielmus teneatur dicto Roberti emendare dictum mulum, vel de illo eidem satisfacere. Ad q̃ respondeo breuiter & succincte, q̃ cum ad hoc, vt aliquis teneatur actione legis aquilie ad emendandum damnum per se alteri illatum, non requiratur dolus, seu etiam lata culpa: sed sufficiat leuis culpa, vel etiam leuissima. l. in lege Aquilia. ff. ad. l. Aquil. not. gloss. in. l. illud. ff. de liber. caus. & l. homo liber. §. j. ff. de acquir. rer. do. idẽ no. gl. in. c. si culpa. de iniu. & dam. dat. palã est, & manifestũ si res ita se habeat, prout in facto presupponitur eundem Guilielmum teneri ad emendationem dicti muli. l. ij. & alijs multis iuribus. ff. ad leg. Aquil. & non solum tenetur emendare quãtũ valebat idẽ mulus tempore occisionis illius, sed etiam quanti plurimi fuit eo anno, quo occisus est, vt verbi gratia, si tempore occisionis valebat duntaxat viginti florenis, & in aliqua parte anni occisionis valuisset triginta florenis, tenetur idem Guilielmus ad triginta florenos. l. ij. in princ. ff. ad leg. Aquil. & instit. eod. tit. in princ. Et quia casus iste non videtur mihi habere aliquam difficultatem, ego vlterius non insisto.

¶ Rub. De arbitris. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccclxx.

¶ Renuntiantes in compromisso cum iuramento recursui ad arbitrium boni viri, non possunt postea recurrere, nisi probent arbitros dolose & inique arbitratos.



Prout Apparet ex instrumento cõpromissi dudum celebrati et initi per & inter vniuersitatem, seu honorabiles viros dominos syndicos, nomine illius ex vna parte, & Guilielmũ Cassani, & quosdã alios particulares ex alia ipsi Cassani, & alij renuntiauerunt etiam cum iuramento recursui ad arbitrium boni viri: quo fit, vt cum ex discursu libelli parte eiusdem Cassani in hac causa oblati, nõ appareat fuisse propositum, vel deductũ arbitros parte vniuersitatis, ac dictorum Guilielmi, & particularium assumptos, & electos inique & dolose arbitratos extitisse, seu etiã ipsos Cassani, & alios in magna quãtitate oppressisse, aut lesisse, non fuit, nec est ipse Cassani contra proprium eius iuramentum recipiendus, & admittẽdus ad prosequutionem dicti eius pretensi libelli, prout colligitur ex ijs que not. docto. communiter in. l. societatem. §. arbitrorũ. ff. pro soc. & c. quintauallis. de iureiuran. & in alijs multis locis. quamobrem cum tam ex compromisso superius mẽtionato, de quo constant publico instrumento, q̃ parte vniuersitatis loci predicti Carumbi exhibetur, & producitur, q̃ per confessionem dicti Guilielmi Cassani factam in dicto eius libello, appareat de renuntiatione superius mentionata, nec parte ipsius fuerit deductus dolus dictorũ arbitrorum, non etiã magna oppressio, vel lesio eiusdem Guilielmi Cassani, petunt honorabiles viri syndici & syndicatorio nomine vniuersitatis superius mentionate, seu eorũ legitimus actor, actorio nomine eorundem dictum Cassani a prosequutione cause huius rejici & repelli, ac repellendum, & rejiciendum fore ordinari. & deinde se a presenti iudicio relaxari, & alias in & super premissis, & singulis eorũdem, ius ac debitam, & celerem iustitiã sibi fieri & ministrari vestri reuerendis. patris, & viri egregij do. Nicolai Lisij de Valterris legum doctoris eximij, & cuiuscunq; alterius in hac causa ius reddẽtis, seu redditurí iudiciale officium in opportunis humiliter implorando. premissa dicentes, proponentes, & fieri requirentes. Saluo iure corrigendi, &c.

¶ Rub. De pignorib. & hypothec. ¶ Consilium. ccclxxj.

¶ Epitome.

¶ Hypothecaria actione agens que probare debeat, siue agat contra debitorem, siue contra illius heredem, siue contra tertios possessores.



Difficultas Principalis processus agitati per & inter nobilē Antonium de Laye supplicantem ex vna parte, & Antonium Arnulphi, Joannem Vallaryis, & alios supplicatos, videtur in hoc consistere, an videlicet sufficeret, & sufficiat eidem nobili Antonie probasse contra dictos supplicatos, actione hypothecaria conuentos, quod tempore donationis mille florenorū, de qua in actis, & generalis obligationis, seu hypothece facte per nobilem quondam virum Franciscum de Laye, seniorē, vel postea, idem nobilis Franciscus donator, & obligator teneret, & possideret, vt & tanquam sua bona in totius cause huius latius mentionata, que vt in actis deducitur, titulo concessionis in emphyteusim facte per heredem eiusdem nobilis Francisci postea peruenerunt ad dictos supplicatos: super quo articulo & glos. & docto. tam antiqui quam moderni videntur varie loquuti: vt apparet ex iis que no. glo. in. l. j. ff. de saluia. inter. & in. §. item seruiana. instit. de actionibus, in. l. rem alienam. ff. de pigno. actio. & in. l. cum res. C. si alie. res pigno. dat. sit. in quibus locis videri potest. docto. controuersia. Sed vt mihi videtur, omissa ampliori recitatione opinionum glo. & doct. prefata nobilis Antonia non videtur probasse sufficienter ad victoriam obtinendam. Cum enim egerit, & agat non quidem contra dictum Franciscum, vel eius heredem, sed contra tertiū possessorem, tenebatur ipsa probare nō solum quod idem quondam Franciscus tempore hypothecationis predicte, vel postea tenuerit, & possederit, sed etiam quod illa tenuerit cum titulo: per id quod voluit glos. & quod ibi plene per Bart. in. d. l. rem alienam. ff. de pigno. actio. quod etiam voluit Albe. in. d. l. cum res. circa fin. versic. & licet sint subtilia, &c. vbi etiam affirmat se vidisse cōmuniter obseruari. idem voluit Angelus Are. in. §. item seruiana. versic. tertio casu principali quando, &c. vbi relatis opinionibus, tandem mandat teneri opinionem Bar. quam dicit in practica obseruari: nisi appareat de fraude facta in damnum creditoris. Preterea si dicamus opinionem Barto. de qua in. d. l. rem alienam, et aliorum predictorum non esse veram, quatenus in ea asseritur, quod creditor agens contra extraneum, etiam si causam habeat a debitore, debeat indistincte probare possessionem debitoris, & titulum non esse verum: & esse verius id, quod dicit Cyn. in. d. l. cum res: distinguens inter extraneum habentem causam lucratiuam a debitore, & eum qui habet onerosam, & quod in primo casu sufficiat probare possessionem debitoris: in secundo non: quam distinctionem videtur sequi Bald. in. d. §. item seruiana. & in. l. de rebus. C. de don. ant. nup. Jaco. But. in. d. l. cum res. Flor. in. l. ante omnia. ff. de proba. istud adhuc non suffragatur eidem nobili Antonie, pro eo quia hic nō est propositum prefatos supplicatos habuisse causam lucratiuam ab ipso debitore, sed onerosam & quidem non a debitore, sed ab heredibus debitoris. & sic dictum Cy. approbatū per Bal. Jac. But. Flo. & alios magis communiter nō suffragaretur eidem Antonie, sed esset cōtra eam: ita vt dicamus Cy. Bal. Flo. & sequaces sensise, quod prefata Antonia probare debuerit possessionē dicti quondā eius debitoris, & titulum. Adiicio etiam quod dictum Cyn. quatenus dicit, quod creditori agenti hypothecaria actione contra extraneum habētem causam lucratiuam a debitore, probare sufficiat possessionē debitoris limitari debeat, & restringi, vt ita demum procedat eo casu, quo arguitur dolus actoris: quod plenius expressit Flo. in. d. l. ante omnia. & Ang. Are. in. d. §. item seruiana. Cuius illa est ratio, quia alias titulus possessoris etiam lucratiuus excluderet probationem possessionis nude debitoris, propter publicianam, quam habet ad rem petendam ipse successor. l. i. cū multis sequentibus. ff. de publi. habet ergo talis successor hypothecaria cōuētus, exceptionē, dolo facis, &c. Et quamuis Sali. videatur aliter loquutus, & voluisse quod probatio solius possessionis sufficiat, si tamen attēdatur ad dicta Sal. illa non faciūt pro eadē Antonia, imo cōtra eā: loquitur enim Sal. in hypotheca speciali, in qua quemadmodum propter mendacium non liceret debitori conuento referre questionem dominij, vel dicere rem nō fuisse suam: ita nec ei qui ab eo causam habet, & qui eam tanquam suam ipsius debitoris ab eo acquisiuit. Hic autem sumus in hypotheca generali: quo casu si conueniatur actione hypothecaria aliquis particularis successor, etiam causam habens a debitore, dicere potest hanc rem particularem, pro qua nunc conuenitur, non fuisse debitoris: & non solum licet hoc allegare, sed etiam hoc facere posset idem debitor, si pro ea conueniretur nec in hoc argueretur eius dolus, posset enim fateri se obligasse omnia bona sua: & eo non obstante dicere hanc rem non fuisse suam: & propterea nec obligatam. Et hoc voluit Salicetus, in dicta. l. cum res. versiculo, & hoc clarum in obligatione speciali, &c. quod si procedit in casu, in quo loquitur Salicetus, scilicet in debitore conuento, multofortius procedit, vel non nimis, in habente causam ab eo etiam lucratiuam. Fateor quod, vt refert Cyn. in. d. l. cum res. & post eum Albe. Jacob. Bald. antiquus gloss. quod quemadmodum sufficit agenti actione hypothecaria probare contra debitorem, quod bona fide possideret: pro eo quia sibi non licet referre questionem. arg. l. si inter colonū. §. j. ff. de pign. ita etiam sufficit contra causam habentem ab ipso debitore. l. quod ipsis & l. in omnibus. §. non debeo. ff. de reg. iur. pro quo etiam inducuntur alia fundamēta pro Cy. & Alb. vbi supra. Et hanc opinionē videtur tenuisse Albe. Sal. secundū Jo. And. in addi. Spec. tit. de sol. §. j. versi. sed pone, &c. & Albe. in. d. l. cum res. cuius dictum secūdum eum transcripsit Spec. in. d. versiculo sed pone: quorum si vera esset opinio, obtinere deberet prefata Antonia, eo maxime quia, vt refert do. Guid. pape, decisione. cccxxxij. de Stylo patrie Dalphinatus seruatur, quod probato quod debitor possidebat rem hypothecatam vt suam, tanquam dominus tempore obligationis, iudices consueuerunt decernere hypothecariā creditori contra tertios possessores. Et quod ita etiam secundum hunc stylum vidit iudicari in eminenti curia parlamenti Dalphinalis, quod si ita est, putarem hanc consuetudinem esse obseruandā quia minime mutāda sunt, &c. l. minime. & l. si de interpretatione. ff. de. legi. facit quod not. glo. & quod ibi doct. in. l. nemo. C. de senten. & interlo. omni. iudic. Si vero hoc verū non existat, dubito de iure huius mulieris: tum propter predicta in prima parte allegata, tum quia non reperio parte dicte Antonie deductum, quod prefatus Frāciscus donator bona fide possideret &c. Quod tamen erat necessarium, etiam si in hoc casu procederet: quod voluit glo. in. d. l. cum res: quia illa exigit possessionem, & bonam fidem: bona fides vero nunquam presumitur, nisi deducatur vel expresse: vt voluit Ang. in. l. eū qui. §. si. versicu. sis tamen cautus ff. de publi. & idē Angel. in. d. §. item seruiana. vel saltem tacite, vt colligitur ex iis que not. Panor. in. c. si. versic. sed an sit necesse. de prescrip. tum & quia non est parte dicte Antonie deductum, quod isti rei habuerint predia, de quibus in actis a dicto quondam Francisco donatore, vel ab herede eius. Fateor quod hoc deductum extitit per supplicatos, sed non vidi responsiones parte eiusdem Antonie factas: vt intelligere possem an huic positioni, & alteri, in qua deductum est quod Francisco donatori successerunt vniuersaliter Jacobus, & Joānes filij, fuerit responsum per verbū credit, vel nō credit, quod ideo dico, quia si per verbum non credit, non posset ipsa Antonia vti his positionibus, que negate extitissent: no. Spec. titu. de posit. §. viij. versi. sed secundum premissa, &c. Albe. in. l. non erit. §. si. ff. de iureiur. & Bart. in. l. non vtique. ff. de exceptio.

¶ Rub. De fluminibus. ¶ Epitome. ¶ Consi. ccclxxij.

¶ Ut in primo & secundo collectaneis.

1 ¶ Jus piscandi in flumine publico omnibus competit: quia de iuregentium quod tamen per consuetudinem acquiri potest. 2.

3 Testes extra articulata, & non iurati deponentes, non probant.

4 Voluntas factis & verbis declaratur, melius tamen factis.



Viso Processu cause agitate per & inter venerabilem virum do. Claustrum, & procuratorem reuerendi in Christo patris domini abbatis sancti Victoris, domini loci Aurioli ex vna parte, & vniuersitatem hominū & incolarū eiusdem loci Aurioli ex alia: respondeo, & opinior, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod non obstantibus preconizationibus, seu inhibitionibus parte eiusdem do. abbatis, vel sui predecessoris factis de non piscando in riperia, & infra certos limites in actis cause huius plenius mentio

mentionatos, potuerint & possint vniuersitas & homines prefati piscari in eadem riperia, etiam infra dictos limites: & propterea non debuerit nobilis vir dominus baiulus loci Aurioli facere, aut fieri mandare proclamationes, aut inhibitiones in eadem causa latius mentionatas: & a quibus parte eiusdem vniuersitatis reperitur appellatum ad magnificum virum do. iudicem primarum & eius tribunal, seu sedem: cum enim vt apparet per depositiones testium parte eiusdem vniuersitatis in hac causa productorum, riperia predicta, seu flumen sit peremne & publicum, nullus prohibendus est, quominus in eo piscetur & pisces capiat: quia vsus eius in communi omnibus patet. §. flumina. & quod ibi glos. & docto. institut. de rerum diuisione. l. finali. ff. de vsucapioni. & l. iniuriarum. §. si quis me. ff. de iniurijs. nec potest quis per prescriptionē acquirere, vt solus piscetur in publico flumine, vel illius diuerticulo. dicta. l. fina. & quod ibi Bartolus, in versicu. quando competit ex iure, &c. ff. de vsucapio. Joan. Fab. & Ange. Aret.
1 in dicto. §. flumina. Hec enim † piscandi in flumine publico facultas competit de iure gentium. d. §. flumina. & ideo nullo modo prescribitur secundum Barto. vbi supra. pro quo allegat. d. l. fina. & l. viam. ff. de via publi. quibus non obstat. l. si quisquam. ff. de diuers. & tempo. prescriptio. quoniam respondeo prout colligitur ex ijs que not. Joan. Faber, & post eum Ange. Aret. §. flumina. & videtur fuisse de mente Bald. ff. de rer. diuisio. in rub. versi. hic ergo queritur ibi. & hec prescriptio, &c. quod quis per prescriptionem acquirere non potest, vt solus piscetur in publico flumine, vel illius diuerticulo. d. l. fin. Sed hoc ius posset quis ac-
2 quirere † per consuetudinem: vt verbi gratia, si quis pluribus annis solus piscatus extiterit, & alios piscari prohibuerit, sciente populo, & non contradicente: eo enim casu videtur, vt dicit Joan. Fab. quod possit sibi ius querere ex tacito consensu populi. & secundum hoc videtur Joan. Fab. intelligere. d. l. si quisquam. vel etiam potest dici secundum glos. in. l. fin. & l. si quisquam superius allega. & quod vtrobique per Bart. quod in casu dicte. l. si quisquam. ille prohibens piscari erat, & fuerat pluribus annis solus in quasi possessione piscandi. Cui dicto adijciendum est, quod etiam ille prohibuerat alijs, ne inibi piscarentur, & illi inhibiti paruerant inhibitioni: nec contrauenerant. vt voluit Christop. Por. in dicto. §. flumina. quod dicit bene declarari per Bald. in. l. in tantum. in princip. ff. de rer. diuisi. Pro hoc etiam allegat ea que habentur in. l. si prius. ff. de no. oper. nuntiatio. Non enim ad querendum possessionem in talibus sufficit inhibuisse etiam pluries, nisi paritū fuerit inhibitionibus. vt colligitur ex ijs que notat Ostien. in. c. significante: ibi, nec tamen alium volentem, & quod ibi Joānes Andr. in nouel. versi. & licet circa materiam sint, &c. de appellatio. & post Petr. Cyn. in. l. j. versicu. sexto queritur. C. de seruit. & Bald. in. §. prediorum. versic. deinde quero ibi, ideo dic secundum Pet. &c. institu. eod. tit. & idem Bald. in. l. item lapilli. versic. tertio quero. ff. de rer. diuis. & Joan. Fab. in. §. eque. versi. sed quis erit modus probandi. instit. de actioni. cum itaque probatum non extiterit, quinimo nec propositum parte dicti do. abbatis, quod prefati vniuersitas & homines paruerint dictis pretensis inhibitionibus, palam infertur non esse probatum quasi possessionem iuris impediendi eosdem vniuersitatem & homines, quominus pro libito voluntatis piscentur, & pisces capiant in flumine predicto, etiam inter dictos limites. Cui non obstat si forte dicatur ex aduerso, quod aliqui testes parte dicti domini abbatis in hac causa producti, deposuerant homines Aurioli abstinuisse a piscatione: quia respondeo quod illis quatenus deponunt de hoc, nō est credendum: cum in hoc
3 deponant † extra articulata: per ea que notant Bar. & alij in. l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de iureiuran. Deponunt enim non iurati: non ergo probant huiusmodi pretensam paritionem, seu obedientiam: & si attendatur ad processum cause huius, non solum non est probata paritio, que probari debuit, sed probatum est contrarium: scilicet, quod non fuerit paritum, & non solum per testes parte vniuersitatis in hac causa productos, sed etiam per testes partis aduerse, & per illud pretensum parlamentum ex aduerso productum, in quo pretenduntur cōdemnati aliqui particulares de Auriolo ad causam piscationis facte in predicto flumine. Per que satis apparet non esse paritum dictis pretensis inhibitionibus: apparet etiam de cōtradictione: quia non minus quis contradicere censendus est per factum contrarium inhibitioni, quam per verba: quia non refert an voluntas declaretur verbis, an factis, de quibus ibi, nam quid interest, &c. ff. de legib. l. facit. l. Paulus. ff. rem ratam haberi. l. si tamen. §. ei. ff. de edilit. edic. & l. fin. ff. de diuor. Et forte facta fortiora sunt ad declarandum voluntatem, quam verba: que sepe proferuntur contra intentionem proferentis. c. dilecti. de appellatio. & c. extimant. xi. questio. ij. secundum Panor. consil. mihi. cexxiij. exordien. Illud de iure queritur, vtrū visa remissione, &c. Pro quo optimus text. in dicta. l. si tamen. §. ei qui. & dicta. l. Paulus. Et hec quoad materiam possessoriū. Quo vero ad materiam petitorij, etiam non videtur idem dominus abbas habere bonam causam, rationibus & motiuis in alia schedula exordiente, Christi sacratissimo nomine, eiusque sacratissime matris inuocato, &c. Que omnia sunt allegata circa finem, que refricare, nec iterum in medium deducere esset potius aures delicatas obtundere, quam frugi esse. Que omnia dicta sint sub benigna correctione omnium insignium dominorum doctorum, vltra modum melius sentientium.

¶ Rubrica, De consuetudinib. ¶ Consilium. ccclxxiij.

¶ Epitome.

¶ Ut consuetudo alicuius prouincie aut regionis sit alicuius emolumēti, aut valoris, locumque habeat, in primis, & ante omnia necessario requiritur vt sit inita totius (et precipue maiorum) populi scientia, eorumque omnium consensus: que omnia sunt precipua, ad veram, puram, perfectamque consuetudinem inductam.

1 ☞ Possessorium erigendi non potest intentari contra eos, a quibus nihil exactum est.
2 Prestatio indebita & insolita presumitur per metum extorta.
3 Scientia populi & eius consensus necessaria ad inducendam consuetudinem.
4 Uerba narratiua in antiquis semiplene probant.



Etiam si curia seu clauarius loci Aurioli intentare potuisset possessorium retinende contra eos, a quibus alias latas exegisset, cuius contrarium videtur colligi ex ijs que not. Joan. Andr. & Panor. in cap. peruenit. de censi. Barto. in. l. fin. ff. quorum bonorum. Pet. in. l. incertis annis. & ibi per Baldum. C. de pactis. & post Cynum, Baldus in lege secunda. C. de seruitu. & aqua. Non potuit tamen huiusmodi pretensum possessorium intentare con-
1 tra eos a quibus lata † nunquam exegisset: vtpote contra quos dici non poterat fuisse, vel esse, prout nec est, in possessione seu quasi ab illis latas exigendi. Non enim dici potest esse in possessione, seu quasi exigendi ab vniuersitate, & hominibus singularibus: pro eo quia ab aliquibus exegisse pretenditur: quemadmodum dici non potest esse in possessione iurisdictionis seu quasi populi vnius loci, vel hominum illius, qui contra vnum ex illis iurisdictionem exercuit. Pro quo allegasse sufficiat notata per Innocentium, Ostiensem, & Joannē Andream, in capit. cum dilectus. de capell. monacho. Res enim inter alios acta, alijs regulariter nocere non debet. capit. penultimo, de re iudicata. & capitu. inter dilectos. §. porro. cum suis similibus. de fide instrumento. Et maxime non debet huiuscemodi pretensa possessio de persona in perso-
2 nam extendi in istis pretensis latis: que † vtpote de iure communi indebite, & etiam regulariter insolite presumantur, & presumi debent per metum extorte. per ea que notat Baldus in cap. primo. §. pactiones. de pace Constantie. Aluarot. in cap. primo, qualiter vassalli iurare debeant fidelitatem. Alexander de Jmola in lege prima. §. que onerande. ff. quarum rerum actio non datur. & Franciscus de Are. consilio decimoquarto, exordiente, Uiso & diligenter considerato themate, &c. versiculo, venio nunc ad tertium dubium. ¶ Nec opponat mihi aliquis quod forte ratione consuetudinis ex tacito consensu omnis populi, seu eorum maioris partis illius fuerit in dicto loco Aurioli interductum, vt late exigi possent: quoniam ego respon

deo, q consensus populi, seu maioris partis illius, nō est
3 probatus: quinimo nec scientia populi, † seu maioris partis ꝛ consensus, parte dicte curie fuerūt propositi, vel deducti: quod tamen erat necessarium secundum communes in iure scribentes: sine ijs enim non inducitur consuetudo: vt pote que sunt causa immediata cōsuetudinis. Pro quo allegare satis est not. per Bart. ꝛ doct. in. l. de quibus. ff. de legi. per doct. in. l. j. C. que sit lon. consue. ꝛ per cano. in. c. fi. de cōsue. Et hec quoad pretēsum possessoriū, in quo, vt mihi videtur sub benigna supportatione dñi mei, ꝛ preceptoris, debuerūt obtinere vniuersitas ꝛ particulares, a quib⁹ probatū nō reperitur fuisse latas exactas. ¶ Quo vero ad petitoriū, illud certū est curiā prefatā, seu dictū dominum clauariū nihil probasse, per quod in illo obtinere debeat. Nō enī, vt predixi, debētur late de iure cōmuni seu ordinario: vt etiā apparet per quoddā pretensum capitulū, in hac causa parte dicte curie productum insertum fol. clxx. non est etiā probatus, imo nec deductus aliquis titulus, ratione cui⁹ dici possent debite: etiā nec est probata prescriptio: ꝛ presertim contra vniuersitatem, vel contra eos, a quibus nihil probatur exactū: qꝛ quoad eos, vt predixi, curia dici nō potest fuisse in quasi possessione exigendi. Ergo quoad eos nō prescripsit reg. sine possessione. cum ibi not. de reg. iur. in. vj. cui accedat illud vulgare dictū, tantū prescriptū, quantū possessum etiam nec prescripsisse videtur quoad illos, a quibus pretēditur ipsa curia, vel clauarij pro tēpore exegisse: tū vel quia nō videtur plene probasse quod ab aliquo exegerit, vel qꝛ nō probauit, exactionē huiusmodi, presertim que fuit sine titulo; factam esse per tēpus sufficiens. Prim⁹ enim testis, scz. Victor Robaudi deponit de auditu dici, ꝛ sic nō proba. l. testiū. cū simi. C. de testi. Deponit etiā q a decē annis citra hoc dici audiuerit: ꝛ sic nō deponit, q tēpore litis cepte preterissent multi anni. Etiā Antonius Robaudi quoad materiā possessorij nihil probat: Et quidē nō quatenus deponit se vidisse latas exigi a triginta annis citra: qꝛ hoc dictū non cōcludit, q durātibus triginta annis, vel per eos curia, vel clauarij qui fuerūt pro tēpore, latas exegerint. c. licet. ꝛ q ibi Ostien. Joan. And. super verbo, ꝛ citra. ꝛ doct. de probat. Bart. in. l. Celsus. versic. sed circa huius mēbri, ꝛc. de vsucap. Bald. in. l. falsus. in. ij. oppositione. C. de fal. ꝛ in. l. iudicia. C. de rei vendica. Non etiā probat quoad illud Augebium Artuselli: qꝛ non deponit de tēpore, nec quoad alias personas: quia illas nō nominat. Et idē dicendū est de depositione Antonij Artuselli deponētis esse triginta annos vel circa, q bus nomine vniuersitatis loci predicti Aurioli exegit a duabus personis, de quib⁹ non recordatur. Preterea etiā depositio do. Antonij de Combis nō probat. ꝛ quidē non cōtra eos, quos nominat, nō etiā nocet eius depositio per eū nominatis, ꝛ a quibus dicitur exegisse: tum qꝛ nō deponit de tēpore certo, vt sic videri possit quo anno, seu quib⁹ annis ab illis latas exegerit: non etiā deponit de tempore sufficiēti, inspectis tēporibus inchoationis cause huius, ꝛ depositionis illius: tum ꝛ qꝛ quoad eū nominatos, ꝛ exactiones quas fecisse pretendit, nō habet contestē: ꝛ sic non probat. l. iurisiurādi. C. de testi. ꝛ c. tam literis. cū suis simi. eod. tit. Victor Langenti, ꝛ do. Antonius Langenti monachus, deponūt de auditu dici: quorū propterea depositio nō probat. d. l. testiū. Beatrisia Artafelle etiā deponit de auditu: ꝛ ideo quoad hoc sibi nō creditur. Dicit etiā se alias fuisse pignoratā: sed nō videtur in hoc habere contestem: nisi forte quis dixerit, q imo Angelinus Artafelli sit contestis. Sed istud nō videtur multū prodesse: qꝛ quoad pignorationē factā pro lata, idem Angelinus deponit de auditu dici a dicta Beatrisia matre. Quo vero ad solutionē, quamuis dicat se soluisse, seu numerasse pecuniā: dicit tamē q tempore solutionis huiusmodi ignorabat causam, pro qua id debebatur q soluebat: ꝛ sic non potest soluisse pro lata: quod tamē esset necessariū ad prescriptionē, ꝛc. ꝛ vt in posterum cogi possent ad solutionem late: per ea que not. Bart. in. l. cum de in rem verso. de vsu. Sali. in. l. si certis annis. in. j. quest. ꝛ q ibi Bal. ꝛ Alex. de Jmo. C. de pact. Et idem Alexan. de Jmo. consi. xij. exord. Super primo dubio, ꝛc. Et quia idem Angelinus nō deponit se soluisse pro lata: vt pote ignorās causam, ꝛc. Dici non potest habere in contestē prefatū Antoniū Robaudi. Bertrandus Valentini deponit de auditu dici: ꝛ sic nō probat Jacobus Bartholomei deponēs se alias exoluisse, nō habet contestē: non etiam deponit de tēpore sufficienti: dicit enim q sunt decem aut viginti anni, vel circa, suo videre, vbi minus tēpus inspiciendū est: ꝛ sic tempus decem annorum: quia dubia probatio debet interpretari cōtra producentem. c. in presentia. de probat. not. Alex. de Jmol. in l. inter stipulantē. §. si stichum. ꝛ ibi Bart. versi. quandoqꝫ sunt verba prolata, ꝛc. ꝛ quod ibi Alex. de Jmo. versi. item inquantū Bart. ꝛc. ff. de verb. oblig. Deponit etiā de lata exacta pro clamore negato: Dominus magister Bernardus Sicole, nō deponit de tēpore sufficienti, etiam quatenus deponit contra Amedeū Valentini, non habet cōtestem: ꝛ quatenus deponit de illis pretensis laterijs per eū confectis, nihil ad rem, illa enim potuerunt ꝛ possunt confici: sed illa cōfectio nō probat solutiones, que sunt necessarie. Et sic huius depositio nihil nocet: Idem dicendum est de depositione magistri Joannis Roque. Finaliter ꝛ postremo quoad petitorium nō nocet depositio nobilis Symonis Alamandi. Et quidem non quatenus deponit de extractione illorū pretensorum laterorum: quia, vt superius dixi, confectio laterioū huiusmodi nihil nocet quoad prescriptionē iuris exigēdi latas. Esto enim q per huiuscemodi confectionē dici posset curia esse in quasi possessione conficiendi lateria, vel, si magis placet, ipsam curiam prescripsisse ius illa conficiendi: q ridiculum est, non tamē inferretur, q propterea prescriptum sit ius latas exigendi. per id quod ponit Rota decisio. cccxcviij. exordien. Si aliquis episcopus habeat collationē, ꝛc. glo. ꝛ Bart. in. l. j. §. si quis. ff. de itinere, actuqꝫ priuato. ¶ Instrumentū vero vēditionis parte dicte curie in hac causa productum, ꝛ insertū fol. xliij. quatenus inibi fol. xlvj. fit sermo de latis, non nocet postquā nec probatur, nec deducitur illum pretensum venditorem, vel suos authores habuisse ius percipiendi latas: quod tamē erat necessariū. l. cum res. ꝛ q ibi glo. ꝛ docto. C. de probat. cui non obstat si forte dicatur, q
4 verba etiam † narratiua in antiquissimis, vel antiquis instrumentis probāt saltim semiplene: quoniā respondeo, q esto, q hoc verū existeret, hoc tamen nō prodesset dicte curie: pro eo, quia secundū communē opinionē illud instrumētum in hac materia ꝛ simili, dicitur antiquum: a cuius confectione cucurrerunt centū anni, vt no. Alex. de Jmo. multos referens in. l. cū aliquis. C. de iur. delib. q dici non potest de dicto pretenso instrumēto. Fuit enim cōfectum, seu facta pretensa vēditio, de qua ibi, anno Domini. M. cccc xvj. ꝛ die. ix. mēsis Januarij. Preterea nō potest quoad dictū pretensum petitoriū prefata curia ius pretendere in latis, in vim consuetudinis: quia, vt predixi, illa non est probata, quinimo nec deducta. Ex quibus mihi videtur sub correctione cuiuslibet melius sentientis, q alio nō apparente domini arbitri, ꝛc. debent ferre sententiā pro vniuersitate, ꝛ hominibus loci predicti Aurioli.

¶ Rubr. De sepul. ꝛ de venat. ferar. ¶ Consil. ccclxxiiij.

¶ Epitome.

¶ Simoniacum est quid exigere vel petere pro aperienda terra cimiterij, vel pro lecto: nec cōsuetudo in contrarium valet. Item q venatio ꝛ aucupium de iure cuiuis permittuntur.

1 Pecuniam aut aliquid aliud petere aut exigere non licet pro aperienda terra cimiterij, aut pro lecto.
2 Intellectus cap. ad Apostolicam. de simon.
3 Consensus ꝛ scientia populi requiruntur ad inducendam consuetudinem.
4 Venari ad animalia fera cuiqꝫ licet de iure.
5 Reipublice interest ne quis re sua male vtatur.
6 In prohibitis certo casu permissis nō statur verbo dicentis casum permissum subesse, nec contra.
7 Jus piscandi in flumine publico omnibus commune.



Visis Alijs quesitis, ꝛ dubijs positis, descriptis in schedula mihi exhibita, exordiente, Factum est tale, questiones sequentes, ꝛc. ac rationibus ꝛ motiuis hincinde allegatis: dico ꝛ respondeo breuiter ꝛ succincte ad huiusmodi dubia, prout infra, sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sentientis. Et primo omisso primo quesito, quod fit super piscarijs: cum illi responsum extiterit in alia schedula. Venio ad secundum factum ꝛ formatum super lectis, seu apertione cimiterij oppidi, seu castri Aurioli. Cui respondeo, quod cum terra cimiteriata, seu sacra, vel benedicta, ꝛ ad se

ad sepeliendũ Christi fideles deputata vendi non possit.c. dictum.el.ij.j.q.j.c.questa est.⁊.c.post ꝙ.xiij.q.ij.⁊.c.abolende.⁊ ꝙ ibi not.glo.Osti.Jo.And.Hẽri.Bohic.⁊ Pan. de sepul.non potest,nec de iure debet reuerend. in Christo
1 pater, do. abbas monasterij S. Victoris aliquid † exigere vel petere pro cõcedenda licentia aperiendi terrã cimiterij castri premẽtionati,vel pro lectis, hoc est terra,in qua sepeliuntur. Et hoc est,quod ponderauit Osti.in.d.c. abolẽde. dicit enim,caueat igitur sibi petẽs:si enim dicat, ꝙ pro terra siue officio detur,succumbet: qꝛ simoniacũ est. d.c.abolende.nec prodest cõsuetudo.per id ꝙ habetur in. c. non satis.⁊ ꝙ ibi Osti.de simonia. ⁊.c.fi.de consuet. hoc etiã not. ponderauit Jo.And.in.d.c.abolende.in fin. ⁊ etiã fuit de mẽte Pan.in.d.c.abolẽde.versi.quo autẽ ad secundũ,si bene capiãtur verba. Attenta igitur forma petitionis, quã facit idem do. abbas,⁊ quã colligo ex cõtentis in predicta schedula,dico ⁊ respõdeo eundẽ do.abbatẽ male petere aliquid sibi dari, vel pro cõcedenda licẽtia aperiẽdi terrã cimiterij,vel ꝑ lectis.Nec eidẽ reueren. do. abbati suffragatur, quod parte eius deductũ reperio in quadam alia schedula exord. Si sequẽtes petitiones facit,⁊c.in.ij.arti. quatenus ibi pretẽdit se,⁊ predecessores fuisse in possessione exigendi cubilia decedentiũ,⁊c.a tãto tẽpore ꝙ de cõtrario hominũ memoria nõ existit.qm̃ respõdeo, ꝙ cũ verbũ exigẽdi, violentiã notet, sicut pro certo resp.j.c.suã.c.ad nostrã. ⁊.c. nõ satis resp.j.de simo. not.Ostiẽ.⁊ post eũ Jo. And. in.c.ad apostolicã.de simo. nõ potuit per huiusmodi pretẽsam possessionẽ exigẽdi introduci pia fideliũ cõsuetudo: de qua lo
2 quitur.d.c.ad apostolicã.illa enim † requirit liberalitatem soluẽtiũ,nõ coactionẽ, vel exactionẽ:hinc no. Osti.⁊ doct. in.d.c.ad apostolicam. ꝙ si ij qui dedernt,dederint coacti, hoc fuit simoniacũ.c.suã.c.cuz in eccle.de simo. ⁊ cõtra ius naturale:⁊ sic prescribi nõ potuit:⁊ cõsequẽter nec est consuetudo.c.fi.de consue.⁊.c.que cõtra.viij. distin. Preterea multa requirũtur ad introductionẽ consuetudinis: vt elegãter allegatũ est ꝑ egregiũ virũ do. Joannẽ Barles iuriũ professorẽ eximiũ,q̃ deberẽt deduci,⁊ de ijs fides fieri: que nõ puto hic interuenisse:⁊ inter cetera prout ipse tãgit,re
3 quiritur † sciẽtia totius populi,aut maioris partis,⁊ consensus illi⁹:qꝛ cõsensus est causa immediata cõsuetudinis prout cõmuniter not.scriben.in.l.de quib⁹.ff.de legi.in.l.j. C.que sit long.cõsue.⁊ in.c.fi.de cõsuetu. Deinde omisso tertio quesito,super latis clamorũ,⁊c. cũ illi fuerit respõsum in alia schedula, venio ad quartũ quesitum, in quo est sermo de presia animaliũ ferorũ grossorum, que pro tẽpore
4 capiũtur in territorio Aurioli. Ad quod respõdeo, ꝙ † cuilibet licitũ est,⁊ de iure permissuz venari ad leones,apros, vrsos,ceruos,⁊ alia animalia syluestria:⁊ tam in suo,ꝙ in publico loco,⁊ alieno.⁊ qđ capit,iuregentiũ efficitur capiẽtis.l.j.in fi.ff.de acqui.rer.do.⁊.§.fere.insti. de rer. diuisio. not.Jaco.Rebu.⁊ Jo.de Plat.in.l.j.C.de vena. fera.lib. xj.nec de iure debet dñis locorũ aliqua pars animaliũ huiusmodi, etiã si capta essent in predijs ipsorũ dominorũ:qꝛ vt prediri,illa fiũt capiẽtis,etiã si capta essent post prohibitionẽ ingressus factã per dñm fundi. vt no.glo.in.l.diuus. ff.de serui.rusti.pred.per.d.§.fere.insti.de rer.diuisio.⁊.l.fi. §.sed cũ in secũda.C.de fur.no.Cepol.in suo tract.de serui. tit.de aucupatione,in prin. Et vt dicit Jaco.Rebuf.in.d. l.j.C.de vena.fera. licet quis possit prohibere, ⁊ defendere volentẽ ingredi fundũ suũ ꝑsius defendẽtis, seu prohibentis,causa inibi venãdi,ne illũ ingrediatur.d.l.diu⁹.l. quod enim.§.plane.ff.de acqui.rer.do.⁊.d.§.fere.insti. de rer.diuis.nõ tamẽ possunt comites, barones, vel dñi tẽporales habẽtes iurisdictionẽ iuste facere prohibitionẽ generalẽ,⁊ sub pena, ꝙ nullus audeat venari in eorũ nemorib⁹ seu forestis apros, ceruos, vel alias feras: nisi foresti ⁊ nemora huiusmodi essent parietib⁹, vel sepe circundate: ita ꝙ fere adeo sic essent in eisdẽ incluse, ꝙ ab eis exire nõ valerẽt. Si autẽ prefatus do.abbas pretẽdat sibi deberi, vel quadrantẽ,vel aliã petiã de feris huiusmodi ꝑ venãtes captis, vel pro tẽpore capiẽdis, sibi incũbit probatio:cũ vniuersitas ⁊ homines dicti loci Aurioli habeãt intentionẽ fundatã de iure cõmuni, vbi aduertẽdũ est, ꝙ licet prescripsisset ius huiusmodi quadrãtis cõtra beaussarios, hoc est eos q cũ balista,⁊ beaussa,seu herba venenosa venantur, ⁊ capiũt animalia huiusmodi: pro eo forte, qꝛ sine licẽtia dñi, vel curie cũijs nõ venãtur:nõ tamẽ ex hoc inferretur, ꝙ etiã ius ꝑcipiẽdi quadrãtẽ, vel aliã petiã prescripsissent contra alios aliter,hoc est sine balista,⁊ beaussa,⁊ licẽtia venãtes. per ea que not.Bar.in.d.l.j.§.si quis.ff.de itine.actuqꝫ priua. Et que ponit Rot.decisio.cccxcviij.exord. Si aliquis episcopus habeat collationẽ,⁊c.cui accedat illud vulgare,tantũ prescriptũ,quãtũ possessum, ꝙ maxime debet hic procedere, vtpote in casu odioso,⁊ in quo nititur idẽ do.abbas detrabere naturali facultati, ⁊ iuri gẽtiũ, quo talia animalia primo occupãti cõcedũtur,etiã si capta extiterint i alieno. Ad quintũ respõdeo,⁊ dico, ꝙ licet fortasse, vt dicit Jacob. Rebuf.in.d.l.j.de vena. fera. excessiua venatio perdicũ,que fit cũ instrumẽto vulgariter dicto,sauma,per quam spoliaretur terra auib⁹ huiusmodi,ac tot ⁊ tãte caperẽtur, ꝙ postea inueniri nõ possent,vel saltem raro, inhiberi va
5 leat,ne nimis cõtinuẽtur.pro eo, qꝛ interest † reipublice ne re sua quis male vtatur.§.fi.insti.de ijs qui sunt sui, vel ali. iur.⁊ quia talis venatio esset patrie damnosa: tamẽ vbi nõ sic spoliatur territoriũ,nec damnificatur respublica,quinimo,vt audio,nisi perdices caperẽtur,etiã cũ lumine dãnificarẽtur in plurimo incole,⁊ habitatores illius oppidi, et etiam venatione nõ obstãte semper inibi reperiũtur multe perdices,non est fiẽda inhibitio huiusmodi:cũ enim de iuregentiũ has aues,queadmodũ ⁊ alia animalia fera venari ⁊ capere liceat: vt apparet ex predicto,nec inhibitio venationis,⁊ captionis earundem, vtpote libertati naturali cõtraria fiẽda sit,nisi ex causa:qꝛ beneficiũ iuris,⁊c. ⁊ qꝛ longe difficilius auferũtur ea,que sunt de iure gẽtiũ, ꝙ ea,que sunt iuris positiui, si cesset causa, vt qꝛ nõ fuit damnũ reipublice, imo cõmodũ,non spoliatur, vel priuatur territoriũ auib⁹ huiusmodi:cũ semper, ⁊ cõtinue in eo multe reperiãtur,nõ est fiẽda prohibitio:qꝛ cessante causa,⁊c.c.cum cessante.de appel.⁊ vbi idẽ do.abbas,vel curia pretenderet contrariũ,eidẽ incũbit probatio: queadmodũ in regulari
6 ter prohibitis † certo casu permissis,nõ statur verbo dicẽtis casum permissum subesse.l.quidã decedens.§.Titia.ff. de leg.iij.⁊.l.qui testamẽtũ.ff.de probat.no. Joan.And.in addi. Specu.de reb.eccle.non alie.super rubrica in regulariter permissis certo casu prohibitis stari non debet verbo dicentis casum prohibitũ subesse:vt cõtrariorũ eadẽ sit disciplina. Et qꝛ ei qui dicit, incumbit probatio.l. verius.ff. de prob.⁊ qꝛ etiã regulariter quis probare tenetur id,quod est fundamentũ sue intẽtionis. pro quo allegasse sufficiat. l.actor.C.de proba.⁊ ꝙ voluit Bart.⁊ Alex.in.l.hoc iure. ff.de verb.oblig. Ad sextũ quesitũ dico,⁊ respondeo, ꝙ cũ vsus publicorũ fluminũ,sit cõmunis,sicut vsus viarum publicarũ,⁊ litorũ.l.ij.§.j.ff.ne quid in loc.publi.⁊.l.flumi
7 num.in princ.ff.de dam.infec.qui vsus hoc operatur,⁊ inducit, vt ius † piscandi omnib⁹ cõmune existat.§.flumina. ⁊ ꝙ ibi glo.⁊ doct.instit. de rer.diuis.⁊ Bal.in.l. lapilli.ff. eo.tit.nõ debuit prefatus do.abbas, vel eius officiarij prohibere,vel alias impedire vniuersitatẽ,vel homines eiusdẽ loci Aurioli, quomin⁹ iuxta facultatẽ de iuregentiũ eisdẽ attributã,⁊ cõcessam,piscarẽtur,⁊ pisces caperẽt in predicto flumine:etiam infra limites de quibus in processu inter partes ipsas agitato. Fuerũt igitur inhibitiones inciuiles,⁊ iniuste:⁊ quinimo nulle: vtpote facte non premissa cause cognitione, ⁊ parte inaudita. pro quo allegasse sufficiat not.per Bar.in.l.j.C.de execu.rei iudica.per alios in.l. iudex.C.cõmina.episto. pro gramma.⁊.l.de pupillo.§.meminisse.ff.de ope.no.nunt.⁊ ꝑ Ang.Are.in.§.curare.insti. de actio. ꝙ etiã satis cõfessus est idẽ do.abbas in.viij.artic. schedule exor.vers.appareat. inserte in processu piscature. fo.xlvj.quod si ita est,imo qꝛ ita est,potuerũt vniuersitas ⁊ homines impune contrauenire, ⁊ piscari. Fuerũt ergo sententie cõdẽnatorie cõtra eos promulgate, vtpote late cõtra innocẽtes,inique,⁊ iniuste. Et sic nõ potest idẽ reueren.do. abbas,quẽ audio esse virũ valẽtissimũ, ⁊ nihil in eo deesse, que ꝑtinẽt ad bonũ virũ,⁊ verũ religiosum in bona cõsciẽtia exigere illas pretẽsas pecuniarias summas, in qb⁹ aliqui particulares cõdemnati extiterũt. pro quo si placet, videatur quod voluerit sane memorie do. Innoc.papa.iiij. ⁊ post eũ Ostien.vir quidẽ doctissimus,cõscientie timorate, ⁊ alij omnes.in.c.quia pleriqꝫ. de immu.eccle. Nec puto ꝙ eũdẽ reuerẽ.do.abbatẽ in aliquo defendat,seu iuuet quoddã pretẽsum rescriptũ,seu priuilegiũ recolẽde memorie illustris.do. Renati:tũ causis ⁊ rationib⁹ alias ꝑ ipsaz vniuersitatẽ allegatis:tũ ⁊ qꝛ cõcessio de qua i eo, videt expirasse ꝑ mortẽ.d.quondã do. Renati. Cõcessum est enĩ vt abũdanti⁹ de piscib⁹ ꝑdicti fluminis sibi prouideret,⁊ ꝑ sua cõplacẽtia,⁊ amenitate q̃ oĩa cessantitũ ⁊ qꝛ cũ vt audio,incole ⁊ habitatores ex piscibus, quos capere consueuerunt, ⁊ capiunt in predicto flumine,reportent, ⁊ reportare consueuerunt multa commoda,⁊ propterea fuerit, ⁊ sit damnosum

vniuersitati, et hominibus predictis, illud nõ valuit. l. ij. §. merito. et §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publ. et presertim valere nõ debuit: vtpote concessum contra ius gentium, et id quod de iure gentiũ eidem competit, quod regulariter, et sine magna causa fieri non debet: per ea que not. glo. Cyn. et alij doct. in. l. fin. C. si cont. ius vel vtil. public. Et vt videtur sola taciturnitas eius emolumẽti, quod percipere consueuerũt homines prefati, videtur fuisse causa sufficiens ad inualidationem dicte pretense concessionis: per id quod post alios not. Pan. in. c. ad audientiam. el. ij. de rescrip. per. l. j. ff. de nata. restit. et. l. si non cognitio. et quod ibi nota. C. si contra ius vel vtilit. publ. et quod not. Inno. in. c. cum dilecta. de rescript. de quo plenius do. Felin. in. d. c. ad audientiam. §. amplia primo. versic. amplia secundo, etc.

¶ Rub. De tutel. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccclxxv.

¶ Tutor per matrem pupillis datus debet per iudicem causa cognita confirmari, alias datio non tenet: qui si insufficiens reperiatur, debet iudicem remoueri, et alius in eius locum subrogari.

1 ☞ Mater de tutore efficaciter liberis non prouidet: sed requiritur confirmatio iudicis.
Verbi solet, vis.
2 Testatoris voluntas quando pro lege non seruetur.
3 Tutor qui sua culpa remouetur a tutela perdit legatum sibi a testatore factum.



Quia Ut not. Cy. in. l. j. C. de confir. tut. mulieris cõsiliũ est fragile: et quia etiã mulier in sua potestate eius liberos nõ hz, nõ potest mater etiã eius liberos impuberes heredes instituens, illis
1 † efficaciter prouidere de tutore: quum sit necessaria iudicis cõfirmatio, et illius inquisitio. l. fi. in fin. ff. qui pe. tutor. Per quẽ tex. hoc not. Cyn. et Alb. in. l. mater. C. de testa. tutel. et idẽ tenuit ibi Sali. dicẽs relatis opinionibus, hãc esse verã: pro quo inducit verbũ solet, in. d. l. mater. quod nõ necessitat. l. j. C. quo. et quan. ind. Et per qđ secundũ Sali. datur intelligi, quod quandoque nõ cõfirmatur: et sic aliqua inquisitio requiritur: quo fit vt bene, et laudabiliter fecerint do. locumtenẽtes dñorum viguerij, et iudicis loci Pontis sancti Spiritus, si nõ velo leuato, aut ex abrupto, seu alias importune processerint ad confirmationẽ tutele liberorũ, et heredũ, honora. quondã viri Petri Serreti, et do. Tonete de Stãssiues, quã eadẽ Toneta dedisse, seu reliquisse pretẽditur cuidã Arnando de Borna: sed more prouidorũ virorũ, et bonorũ magistratuũ, quibus cura esse solet, et esse debet de pupillis, dicente Propheta, imo Deo per Prophetã, pupillo tu eris adiutor: prius inquisierũt cũ multis et bonis viris, et tã existẽtibus de cognatiõe dictorũ liberorũ, quam alijs, qui oẽs cõmuni opinione, et voto nominarũt honorabilẽ virũ Joannẽ Augereti, et non solũ nõ nominarũt dictũ Arnaudũ, sed etiã dixerũt, presertim pro maxima eorũ parte, quod idẽ Arnaudus nihil possidet. Adiecit etiã honora. vir Guiliel. la Boysse granaterius de Lapordier, eundẽ Arnaudũ nõ esse sufficientẽ ad regẽdũ, et gubernãdũ liberos premẽtionatos: pro eo quia nõ curat, nisi de magnis prãdijs, et cenis faciẽdis: et tãdẽ repulso eodẽ Arnaudo, prout repelli debuit, prouiderunt de eodem Augereti. Nec in hoc dici debẽt trãsgressores legis: quamuis licet volũtas testatoris regulariter pro lege seruãda sit. auth. de nup. §. disponat. colla. iiij. l. j. C. de sacros. eccl. et. c. vltima
2 voluntas. xiij. q. ij. Hoc † tamẽ aliquãdo fallit, et signanter quando testatoris volũtas cõtrariatur vtilitati pupilli: eo enim casu nõ debet iudex sequi testatoris volũtatẽ, etiã si ille fuerit pater, de quo tamẽ, vt pote, cuius cõsiliũ est prudẽtius, et firmius, quam cõsiliũ matris, lex magis cõfidit, quã de matre. vt dicit Cy. in. d. l. j. C. de cõfir. tuto. et quod eo casu nõ debeat iudex sequi paternã voluntatẽ, inquãtum videt eã cõtrariari vtilitati pupilli, probatur in. l. vtilitatẽ. ff. de cõfir. tut. vbi est casus de hoc secũdũ Ang. in. d. l. j. C. de cõfir. tuto. Nec solũ debet idẽ Arnaudus repelli a tutela, sed etiã a pretenso
3 legato sibi facto: quia eius culpa et defectu contingit † quod tutela sibi relicta confirmata nõ extiterit: est enim, vt audio, et cõtra eũ reperio propositũ, et obiectum, homo incuriosus, et negligens, prodigus in expendendo tam in bãquetis, quam in vestimentis, ac noctu, dieque intendẽs quibuslibet ludis, scortis, quibus non mirum si agnati, cognati, affines, et alij boni viri restiterint, et resistãt, ne is tutelã habeat. Et ita nõ est eis, aut predictis pupillis imputandũ, sed malis moribus, ac culpe, et defectui eiusdẽ Arnaudi: non igitur debet habere legatũ quasi per eũ stet, quominus tutela eidẽ cõfirmetur, et ipse eandẽ exerceat. pro quo pro nũc satis est allegare in arg. l. meuia. ff. de annuis lega. l. quid autẽ. in fi. et quod voluit Bal. in. l. Nesenius in fi. ff. de excus. tu. Si enim ille qui propter suspicionẽ a tutela remouetur, legatũ habere nõ debeat, cur nõ idẽ dicemus de illo, cuius mores tales existũt, vt propter suspicionẽ tutela sibi cõfirmari nõ debeat: profecto si nõ fallor, nõ occurrit michi bona ratio: cũ eadẽ causa videatur vtrobique: ergo idẽ ius statui debet. l. illud. ff. ad leg. aquil. et. l. a Titio. ff. de verb. ob. Que dixerim, etc.

¶ Rub. Ad trebellianũ. ¶ Epitome. ¶ Consi. ccclxxvj.

¶ Ut in primo collectaneo.

1 ☞ Heres grauatus restituere sub cõditione hereditatẽ cum tantũ retineat legitimã et trebellianicam, non tenetur ad legata restantia, quinimo iam soluta repetere potest.
2 Legitima debetur deducto ere alieno, et funeris impensa.
3 Legata multipliciter relinquuntur.
4 Fideicommissarius tenetur ad expensas necessarias vel vtiles factas in re restitutioni subiecta.



Viso Ac diligenter considerato casu mihi exhibito parte egregij viri do. Martini Auderij iuriũ professoris eximij, exor. Quondã discretus vir Lambertus, etc. Ac dubijs ex casu huiusmodi subtiliter elicitis, ac responsionibus mibi subiunctis, dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout infra: premittens imprimis, quod hic nõ est dificultas, nec factũ dubiũ de ere alieno, qualiter videlicet solui debeat per heredẽ, et fideicommissariũ: de hoc enim, et quoad hoc est tex. indubitatus in. l. ij. et ibi per omnes scribentes. C. ad trebel. de quo etiã glo. in. l. j. §. fi. ff. eod. tit. sed est dificultas, et questio de legatis qualiter videlicet solui debeãt in casu de quo queritur si que adhuc restẽt ad soluẽdũ, et etiã super repetitione iam solutorũ. super quo salua correctione cuiuslibet domini melius sentiẽtis, videtur michi dicẽdũ quod cũ apud heredẽ honorabilis quondã viri An-
1 tonij Auderij sint dũtaxat remãsure, scilicet, quarta† debita iure nature, et quarta trebellianica, heres nõ tenetur ad legata restãtia ad soluẽdũ: quinimo etiã potest repetere soluta. Moueor quia legitima debet detrahi pro squãlegata. l. fi. §. et si pfatã. C. de iur. delibe. et voluit Benedi. Capra. in cõsi. exor. Petrus Andree. etc. et fuit de mõte Oldra. consi. michi. lxxxix. exor. quidã habẽs tres filios. etc. in fi. vbi dicit, quod onus legatorũ nõ minuit legitimã, pro quo allegat. l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. testa. quod procedit etiam si illa essent legata pia: quia etiã per illa nõ minuitur legitima secũdum Bart. qui ita not. in. l. Papinianus. §. si Imperator. ff. de inoficio. testamen. et in. l. si quis ad declinandam. in fin. C. de episp. et cler. detrahitur etiam ante trebellianicam legitima: vt colligitur ex ijs que no. glo. in. c. Raynaldus. super verbo, licet ipsas. de testa. quod etiã voluit Jo. And. in regula, qui prior, in questione de porris, de reg. iur. in. vj. in mercuria. et Jo. de Imo. in. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vul. et pupil. heres igitur nõ cõtribuit in legatis ratione legitime, quã retinet. Etiã nec cõtribuit ratione trebellianice: quia illa debetur sine onere legatorum. d. l. j. §. fi. et quod ibi gl. ff. ad trebel. et. l. fi. C. eo. ti. qđ etiã voluit Old. in. d. cõsi. xcix. in fi. Pro quo allegat. d. l. fi. C. ad trebel. et not. in. d. l. ij. C. eo. tit. et. d. l. j. §. fi. et quod ibi no. ff. eo. tit. qđ dicit Old. procedere, presertim si sit in residuo, qđ sufficiat ad legata, et quod trebellianica retineatur sine onere legatorũ, fuit de mẽte scribentium in. l. ij. C. ad trebel. quatenus inibi sentiũt, et no. quod vbi heres non retinet in quotitate vltra quartam trebellianicam, tunc non tenetur ad legata, quod ibi expresserunt Cyn. Alberic. et alij. Et si opponat quispiam quod relicta, et heres dicti quondam Antonij, hic retineat vltra quartã trebellianicã: quia vt predictũ est, retinet legitimã: respõdeo quod istud nõ est retinere in quotitate hereditatis vltra quartã: quia legitima nõ est quota hereditatis, sed quota bonorũ secundum Jaco. But. qui ita not. in. l. si quis in suo. C. de inoficio. testa. quẽ refert Bal. in. l. quotiẽs. C. de hered. instit. et Andr. Sicu. in repe. d. c. Raynaldus. et hoc etiam voluit Bart. in. l. ex facto. la. ij. versic. istud displicet mibi, etc. ff. de hered.

2 here. instit. Legitima † enim debetur deducto ere alieno, & funeris impensa. d. l. Papinianus. §. quarta autē. ff. de in officio. testa. quarta autē bonorū deducto ere alieno, nō est pars hereditatis. l. non amplius. §. fi. ff. de leg. j. quod etiā voluit Bart. in. d. l. ex facto. Ex quibus infertur non obstare not. per docto. in. d. l. ij. C. ad Trebel. quatenus ibi not. quod vbi heres retinet vltra quartā trebellianicam, tenetur pro illo pluri ad onus legatorū: quia doct. loquuntur vbi retinet plus in quotitate hereditatis: quod nō est hic, quia vt predixi, legitima in qua, seu propter quā plus retinet, quam sit trebellianica, nō est quota hereditatis, sed quota bonorū: & sic nō sumus in illis terminis. Et quod in casu nostro nō teneatur heres ad solutionē legatorum, fuit satis de mente Oldrad. in. d. consi. xcix. Et puto vt predixi, quod non solum non teneatur heres prefata ad solutionē dictorū legatorū, seu partis eorundē, sed quod etiam possit sibi prouidere quoad soluta, scilicet, per vim retētionis fiende in restitutione fideicommissi vniuersalis. Nec me mouet ad contrariū dicendū, quod quondam honora. vir Lambertus Auderij testator, voluerit legata per eū relicta exsolui per heredes: quasi videatur ea ab ipsis nominatim reliquisse: & sic legata pro media parte, videātur fuisse ad onus prefati quondā Antonij: quoniā respōdeo, & dico quod legata † possunt relinqui

3 multipliciter: vnomodo nominatim, & sub nomine proprio ab herede, vel a fideicommissario: vt verbi gratia, si in casu nostro testator dixisset, volo legata predicta exolui per do. Martinū, & Antonium, tunc dicerētur nominatim relicta ab heredibus. Aliquādo vero possent relinqui simpliciter: verbi gratia, si in casu nostro idem testator simpliciter legasset, nec expressisset, per quos voluisset legata exsolui. Aliquādo etiā possunt legata relinqui ab herede, nō tamen nominatim sub nomine proprio, sed sub nomine appellatiuo, vt verbi gratia, in casu nostro, dict⁹ testator legata solui voluit, & non dixit per do. Martinū, & Antoniū, & sic nō nominatim sub nomine proprio, sed dixit velle exolui per heredes. Et sic quanuis nominatim, hoc tamen fuit sub nomine appellatiuo: quibus casibus legata censentur, non dico es alienū, sed onus hereditariū: prout hec colliguntur ex not. per Pau. de Cast. Alex. de Imo. & alios in. l. qui quadringenta. ff. ad Trebel. nunc ad propositum id quod dicit Bar. in. d. l. fin. C. ad Treb. & alij in. d. l. qui quadringēta. quod legata relicta nominatim ab herede, debent per ipsum heredem exsolui, nō per fideicommissarium, intelligendum est quando illa relicta fuerunt nominatim ab herede, & sub nomine proprio, non sub nomine appellatiuo: vt quia dixit testator, volo legata solui per Antoniū, &c. vt no. Alex. de Imo. in. d. l. qui quadringēta. ¶ Ad secundum quesitum dico, & respōdeo, quod si domus,

4 de qua in casu, † restituatur eidem do. Martino, ipse tenebitur ad expensam necessariā, vel vtilem in ea factam, non secundū valorem, vel extimationem temporis facte reparationis ab initio: quia tunc domus erat prefati Antonij reparantis: & ea nō est vsus pendēte cōditione, sed secundū valorē edificij tēpore quo debet restitui. & hec probantur in l. domos hereditarias. ff. de lega. j. secundū Joan. de Are. Bar. Bald. Ang. Alex. de Imo. & modernos. Nec debet talis expensa cum fructibus, seu pēsione domus compensari: quia pendente cōditione, domus fuit heredis non fideicōmissarij. Et ideo heres interim lucratur fructus. vt not. glos. singularis in. l. emptor. in princi. super verbo, superfluum. in fin. ff. de rei vendic. not. Alexan. de Imo. post alios in. d. l. domos hereditarias. Et ad hoc allegauit illam glos. Bald. Ang. & Joan. de Imo. in. l. in insulam. §. j. ff. solut. matri. in hoc enim casu limitātur, & locum non habent. d. l. emptor. & l. sumptus. ff. de rei vendic. quia ille loquuntur quando res ipsa tēpore perceptorū fructuum erat simpliciter aliena, in casu vero nostro quāuis domus esset restituēda in euentū conditionis, que venit per mortē dicti Antonij sine liberis vita functi, interim tamen, hoc est pendente conditione, erat sua eiusdem Antonij, non aliena. Et quanuis conditio postea euenerit, euentus tamen illius non trahitur retro quoad dominium, & fructuū cōmodum secundum Bar. & alios in. l. fin. §. sed quia cum sequen. C. commu. de lega. per. l. j. §. j. ff. ad Silleian.

¶ Rubr. De tutel. & ratio. distra. ¶ Consilium. ccclxxvij. ¶ Epitome.

¶ Heres tutoris tenetur rationem reddere administrationis non obstante lapsu. xxx. annorum: non tamen in eum sicut in tutorem iuratur in litem.



Viso Casu mihi exhibito parte nobilis & Generosi viri Hērici Gruelli, heredis vniuersalis cum beneficio inuentarij spectabilis quondam viri, domini Petri Gruelli: contra & aduersus heredes liberorū defuncti viri Guineti Balli, dico & respōdeo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, prescriptionem de qua in casu huiusmodi non obstare, quominus idē nobilis Henricus conueniri valeat pro reddenda ratione tutelaris administrationis dictorū liberorum: quia cum idem dominus Petrus Gruelli, & teneretur, & se teneri intelligeret, vtpote vir peritissimus ad reddendam rationē huiusmodi, nō potuit ipse quādiu vixit, prescribere. c. possessor malefidei. de reg. iur. in. vj. & c. fi. de prescrip. quorum dispositio secundū magis cōmunē opinionē modernorum doctorū, etiam sibi locū vendicat in prescriptione personalium actionū, vt colligi potest ex ijs que post Bart. & contra eum no. Ang. Peru. Joan. de Imo. Ang. Are. & alij moderni: in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca. Anto. de Butr. in. d. c. fi. de prescrip. & Jo. And. in. c. per tuas. de dona. quāuis, vt refert do. Guido Pap. magnificum Dalphinale parlamentum concluserit alias contrariū: sequutum opinionē Bart. Ostien. & quorundā aliorū, prout ipse refert decisione. cxcix. error. An capitulū malefidei possessor, &c. Dico tamen quod nisi probetur bona, de quibus in inuentario, peruenisse ad manus eiusdē nobilis Henrici, nō poterit cōtra eum iurari in litē. l. alio. C. de in lit. iuran. Etiā puto quod quatenus dicti heredes conueniūt eundē nobilem Henricū heredē prefatū pro pretensis fructibus, & presijs bonorū dictorū quondā liberorū, ipsi tenētur probare fructus fuisse perceptos in ea quantitate, &c. Nec potest cōtra eum iurari in litē: pro eo quia librū de receptis, & administratis, quē idē quondā do. Petrus, facere debuit. l. j. §. officio. & quod ibi omnes scribentes. ff. de tute. & ratio. distra. nō exhibet: eo quia illum nō habuit, neque habet: quamuis contra eundē do. Petrū iurari posset, si viueret: hec colliguntur ex ijs que eleganter prosequitur Barto. consi. mihi. cxlv. exord. Cum predicta examinarem plura alia dubia occurrerunt, &c.

¶ Rubr. De donat. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccclxxviij.

¶ Donatio facta per patrem filio in potestate si iurata extiterit, valet alias non: emancipato vero facta etiam sine iuramento valet.



Vidi Casum mihi missum parte prouidi viri Joannis Raynardi de Buxo, & dubia ex casu huiusmodi pertinēter elicita: ad que respōdeo vt infra. Et primo ad primum dico, quod si prouidus vir Guilielmus Raynardi de bonis suis disponat in fauorē eiusdē Joannis eius filij, per viā testamenti, aut alterius vltime volūtatis, ipse dispositionē huiusmodi poterit reuocare: quia vltima volūtas defuncti est ambulatoria vsque ad vite supremū exitū. l. iiij. ff. de adimen. leg. propter quod respōdeo, quod vtilius esset eidē Joanni, quod predicta dispositio fieret per modū donationis inter viuos, quam per modū testamēti aut alterius vltime volūtatis. Caueat tamē dictus Joānes ne in hoc decipiat dictū eius patrem nec vijs illicitis eūad hoc faciendū inducat: quia vt veritas dicit, hoc est Christus redēptor & saluator noster nihil prodest homini si vniuersum mūdū lucretur, detrimētū vero, &c. Dico insuper quod si idē Guilielmus dictū Joannē emancipet, & in emācipatione & causa illius sibi donet donatione, inter viuos, nō erit necessariū obseruare solennitatē quam Dalphinale statutū ponit de nō faciēdis donationibus, nisi obseruatis ijs de quibus ibi: quia Dalphinale statutum huiusmodi expresse excipit, seu reseruat donationes tūc factas vel faciendas cā emancipationis, vel cōtēplatione matrimoniorū: vt patet in dicto statuto. versi. in premissis autē, &c. Et cōsulo quod primo fiat emācipatio, & deinde statim post, fiat donatio causa huiusmodi emācipationis, que valebit irreuocabiliter tanquam facta filio emancipato l. ij. C. de inoff. don. & l. sine emācipatis. cū suis simil. C. de dona. Et per hoc patet responsio fere ad omnia alia quesita. Licet enim donatio inter viuos facta per patrem filio in eius potestate existenti regulariter nō valeat ab initio. d. l. ij. C. de inoffi. dona. & l. donationes. cū suis simi. C. de don. int. vir. & vxo. tū donatio facta filio emācipato valet: per iura predicta. Dico ēt quod si fieret filio nō emācipato & existēti in ptāte

donatoris, illa valerét, si in ea interueniret iuramentũ: secundum Bald. qui ita not. in. l. ij. C. de vsucap. pro dona. & in repet. l. ij. ff. de iureiuran. & sequitur Alex. de Imo. in l. si donatione. C. de collat. quamuis aliqui contrariũ tenuerint: sed quod predixi tenetur communiter per docto. Ad aliud in quo est sermo de lege municipali, iam patet respósio: quia si fiat donatio causa emancipationis, non erit necessariũ obseruare illam legem. Ad id vero quod vlterius queritur de loco, in quo fieri valeat huiusmodi donatio. dico quod & emancipatio de qua supra. & donatio poterũt fieri, vel in loco Buxi, vel in alio loco vbi voluerit idem Guilielmus: dũ tamen fiat emancipatio corã aliquo iudice. vt probantur hec in. l. j. & qꝫ ibi per doct. C. de emancipa. libe. & l. datam. C. de donat. facit. l. j. C. de contrah. emptio. & vend. Et cum sic facta fuerit, erit irreuocabilis donatio: vt predixi, duntamẽ caueatur ab omni fraude, & deceptione, & mala subornatione, a quibus cauendũ est: & ita consulo. Si autẽ prefatus Guilielmus dictũ Joannem eius filium emancipare nollet, tunc expediret obseruare legẽ municipalem de qua supra, & vocari facere duos, aut tres de proximioribus, si illi reperirentur in loco: aut si non reperirentur, vel vocati venire nollent, essent vocandi duo, aut tres alij probi: sub quorũ presentia, & coram aliquo magistratu fiat donatio huiusmodi cũ iuramento de non reuocando eam: que fieri poterit in loco Buxi, vel alibi prout elegerit donator.

¶ Rub. De iur. delib. ¶ Epitome. ¶ Consiliũ. ccclxxix.

¶ Heres cum beneficio inuentarij soluens quibusdã creditoribus, aut legatarijs, nõ propterea priuatur beneficio inuentarij, vt ceteris creditoribus aut legatarijs teneatur vltra vires hereditarias: maxime cum iusta causa motus id fecerit.

1 ☞ Legitime factum penam non meretur.
2 Legata pia non subiacent legi falcidie.



N Casu mihi exhibito parte nobilis, & generosi viri, Henrici Gruellis vniuersalis heredis cum benefici o inuentarij spectabilis quondam viri, domi. Petri Gruelli, exordien. Factũ tale est, &c. & dubijs ex casu huiusmodi subtiliter elicitis: dico & respondeo prout infra, premittens, qꝫ dubiũ huiusmodi habet duas partes: prima pars concernit solutionẽ factã Nicolao, & Joanni Fogassie fratribus de Vapinco: alia vero pars cõcernit solutionẽ factã venerabili conuentui beati Francisci, seu fratrũ minorũ Grationopo. Premitto insuper, qꝫ legitime † factũ penã nõ meretur. l. Gracchus. C. de adulte. l. sancimus. cum suis simi. C. de admini. tut. Adijcio qꝫ quelibet causa, etiam si est iniusta excuset a dolo, & a pena, que ratione illius incurretur. l. igitur. §. pen. ff. de liber. caus. not. glo. in. l. j. in fin. ff. de abig. & l. plagij, la ij. C. ad. l. Flaui. de plag. vbi etiã dicit glo. qꝫ error iuris, qꝫuis nõ sit iusta causa, excusat a dolo. Quibus premissis dico & resp ódeo quoad dictã primã partẽ, qꝫ cum eidẽ nobili Gruelli soluere licuerit prefatis Fogassie creditoribꝰ, vtpote primo veniẽtibꝰ, & qui primo sentẽtiã seu iudicatũ ꝑ se ferri obtinuerũt, & deinde bona capi, inquãtari, & liberari, viuẽte eodẽ quondã do. Petro debitore. l. fin. §. & si prefatũ. & qꝫ ibi per doct. C. de iure delib. de quo Osti. in summa. tit. de testa. §. ad quid heres. vers. sed quid si nõ sufficit, &c. Dici nõ debet idẽ Gruelli ratiõe pretẽsi doli penã incurrisse, vel alias aliquid egisse qꝫ sibi imputari debeat per alios creditores vel legatarios dicti quondã do. Gruelli, quod maxime procedere debet i hoc casu, in quo missio in possessionẽ de qua in eo, fuisset & sibi, & alijs magis damnosa, quã fuerit venditio bonorũ inibi mentionatorũ, & quã missionẽ pati cogebatur: nisi alias eisdẽ Fogassie solutionẽ impẽdisset: tanqꝫ cõpulsus per magistratũ, corã quo prefati Fogassie sentẽtiã obtinuerãt: nec in hoc potest dici eisdẽ gratificasse. arg. l. si is a quo. ff. de rei ven. Et nõ solũ potiꝰ ipse nobi. Gruelli heres bona predicta vendere pro satisfaciendo creditoribus ante factis, sed etiã bona dare insolutũ. d. l. fin. §. si vero creditores. C. de iur. delib. Preterea si heres cũ inuentarij beneficio, & qui de bonis defuncti innẽtariũ cõfecit, nõ ideo qꝛ aliqua bona in eo ponere omisisset, bñficio inuentarij priuari debeat, vt ꝓpterea ꝑdat iura sibi debita, vel vt alijs creditoribꝰ, & legatarijs teneatur vltra vires hereditarias. d. l. fi. §. licẽtia. & qꝫ ibi Cy. Fulg. Pau. de Cast. & Alex. de Imo. vbi etiã de hoc ꝑ Sali. referẽtem ita se cõsuluisse multominus dicto beneficio priuari debet nobilis Henricus, qui inuentarium solenniter, & alias legitime cõfecit, & nihil occultauit, vel substraxit, sed solum vt maius damnum sui ipsius, & aliorum creditorum, & legatariorum effugeret, vendidit aliquas ex rebus hereditarijs, vt dictis Fogassie satisfactionem impẽderet, & obuiaret predicte missioni in possessionẽ: ex qua & sibi & alijs inferendum erat graue damnũ. ¶ Quo vero ad secundam partem eiusdem quesiti, est maius dubium: non quidem de perditione dicti beneficij: quia non puto eundem nobilem Gruelli ob hanc causam beneficium perdidisse: sed an perinde haberi debeat quoad alios creditores, ac legatarios, ac si illi conuentui non soluisset: quasi sit quod ei imputari debeat, per id quod no. glo. in. d. l. fi. §. & si prefatam. & qꝫ ibi glo. super verbo, & eis satisfaciant, & post eũ Salic. & Alex. de Imo. per. l. dolo. ff. ad leg. falcid. sed tamen hoc non obstante, puto eum non teneri: quia prout ponitur in facto, idem do. Gruelli hoc fecit, vt euitaret reductionem bonorum & hereditatis dicti quondam domini Gruelli, per qꝫ si facta esset, conditio sui ipsius, & aliorum creditorum, & legatariorũ facta fuisset deterior, habuit ergo causam vendendi de bonis predictis, vt eidem conuentui satisfaceret: ergo excusari debet a dolo, & pena, que ratione illius incurritur: a quibus, vt predixi quelibet causa etiam iniusta releuat, & excusat. Non obstant not. per gl. Sali. & Alex. de Imo. in. d. §. & si prefatam. quia illa procedunt vbi idem nobilis Gruelli putasset legatum prefato conuentui non deberi. Adijcio & vbi nõ sufecisset aliqua causa, propter quã potuisset potius eidẽ conuentui solutionem impẽdere, qꝫ alijs legatarijs prout hic fuit, vbi etiam attendendum est, qꝫ cum hoc legatum fuerit, & sit pium, qꝫ propterea nõ de
2 falcatur † per leg. falc. auth. de eccle. titu. §. si quis autẽ heres. & transumptiue in auth. similiter. C. ad. l. falc. illud detrahendũ est, & soluendum, vt es alienũ, vt sensisse videtur Bart. in. l. ex asse. ff. ad leg. falc. & apertius Pau. de Castr. in. l. si quis testamẽto. §. apud Julianũ. ff. de leg. j. vbi ex inibi per eum not. colligitur, qꝫ si esset legatũ factum filie pro dote, ipsa preferretur ceteris legatarijs. l. ij. §. si spõsa. & ibi Barto. ff. de priui. credi. Et subiungit idem Pau. in. d. §. apud Julianum. idem videri in relictis ad pias causas: vt ante omnia deducantur cum de ipsis non detrahatur falcidia. & dicit Pau. qꝫ ita videtur sentire Bart. in. l. si quis seruum. §. fi. ff. de leg. ij. & d. l. ex asse. per. l. sed si non seruus. & l. eris alieni. ff. ad. l. falc. & sic nõ est quod alij legatarij, quibus saltẽ legatũ est, nõ in piam causam, eidẽ nobili Gruelli imputare valeant, quod maxime procedit, si nesciunt bona dicti quondam domini Petri Gruelli omnibus sufficere. Pro quo facit. l. fi. C. ne vxo. pro mari. & alia allegata per Spec. tit. de instru. editio. §. edicto. versic. quid si soluit vni legatum: vbi voluit idem Spec. qꝫ licet heres cum beneficio inuẽtarij soluerit vni legatũ, nihilominus tamẽ habet beneficiũ inuẽtarij. arg. l. voluntarie. C. de execu. tuto. l. j. C. de his qui spon. mune. sub. libr. x. & d. l. fi. C. ne vxor pro mari. Cui nõ obstat. d. auth. sed cũ testator. C. ad. l. falc. & qꝫ voluit Spec. titu. de testa. §. j. versi. pone quidam instituit, &c. ibi si vero pluribus, &c. tum qꝛ vt dicit Jo. And. in. d. versi. quid si vni. d. auth. sed cũ testator intelligitur de illo, qui subtiliter nouerat mensuram substantie defuncti, vt etiã dicit ibi tex. in errante autẽ secus est: vt ibi not. tum & qꝛ ita demũ est locus ei de quo ibi, quando legata sunt indebita: pro eo qꝛ est locus falcidie: vel quia per eam resecantur: secus vero vbi propter aliã causam sunt indebita: nam eo casu soluens indebitũ, etiam si sciat iuris effectum, non sibi preiudicat in alijs secundum Barto. qui ita not. in. d. auth. sed cum testator. versi. oppono de. l. error. &c. per. d. l. fi. C. ne vxor pro marit. De quo per doct. in. l. nõ dubium. C. de testa. Esto itaque qꝫ bona dicti quondam domini Petri non sufficerent creditoribus, & legatarijs eiusdem, non propterea perdidisset idem nobilis Gruelli beneficium inuentarij quoad hoc, vt teneretur vltra vires hereditarias satisfacere creditoribus hereditarijs, & legatarijs: nec impediretur in prosequtione eorum, que sibi debebantur: etiam dato qꝫ falcidiam detrahere non valeret.

¶ Rubr. De substitut. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccclxxx.

¶ Verba, & suos, & verba, si sine liberis, cum non importent tract um temporis, non faciunt substitutionem fideicom

commissariam: item aliquando intelliguntur de masculis tantum, veluti si pia causa sit substituta heredi, si sine liberis decesserit: item ꝙ iuramentum non validet cõtractum, quando interuenit lesio enormis, maxime in filiabus minoribus.

1 ☞ Substitutus per verbum, ⁊ suos, quando censeatur vulgariter tantum substitutus, ⁊ quando etiam per fideicommissum.
2 Verba, si sine liberis, in substitutionibus posita, qualiter intelligenda.3.
Testatorem plus dilexisse neptes ex filio, quam filias proprias.
3 Testatoris dispositio quem intellectum recipiat.
4 Filij positi in conditione non censentur substituti.
5 Liberorum maior est fauor quam pie cause.
6 Heres qui est de liberis testatoris, rogatus restituere detrahit legitimã ⁊ trebellianicã: ⁊ an fructus eas minuãt.7.
8 Iuramentum confirmat contractum alias nullum, cum sponte prestitum est.
9 Presumptio seductiõis adest in immoderate gestis quantũcunq; iuratis, maxime in iuuenibus.
10 Iuramentum non debet esse iniquitatis vinculum.
11 Reuerentia magna est sufficiens causa ad rescisionem contractus.
12 Causa limitata limitatum parit effectum.



Dubia Elicita ex casu mihi transmisso parte nobilium Marie ⁊ Dalphine Ysnarde, non videntur esse modica: ⁊ presertim primũ, quo queritur, an ipse nobiles Maria et Dalphina videantur fuisse substitute per nobilem quondam virum Laurentium Ysnardi, earum auo paterno nobili Joanni Ysnardi filio eiusdem Laurentij ⁊ patri earundẽ Marie, ⁊ Dalphine. Ad quod dubium videtur dicendum ꝙ non, saltẽ quoad hoc, vt post aditionem seu immissionẽ paterne hereditatis factam per dictũ quõdam nobilem Joannem, ipse nobiles Maria ⁊ Dalphina possint ⁊ valeant in vim alicuius substitutionis facte per ipsum Laurentium eidem succedere, etiam post mortem Joãnis: nõ enim dubito quin per illud verbũ, ⁊ suos, videãtur prima facie, ⁊ si id, de quo infra nõ obstaret, ipse nobiles Maria ⁊ Dalphina eidẽ nobili Joanni earum patri substitute: ⁊ qui vel non valente, vel nolente dicto nobili Laurentio suo patri succedere potuerint ipsa Maria ⁊ Dalphina dicto nobili Laurentio earum auo paterno in vim vulgaris substitutionis succedere: per ea que notat glos. ⁊ quod ibi per Bart. Paul. de Cast. Alexan. de Jmola, ⁊ alios scribentes in.l. Gallus.§.quidam recte. ff.de liber. ⁊ posthu. Sed per hanc substitutionem eidem Laurentio succedere non possunt: pro eo quia illa expirãt per aditionem, seu immissionẽ paterne hereditatis factam per dictum quondam Joannem.l. post aditam. ⁊ quod ibi per doct.C.de impuber. ⁊ alijs substitũt. Sed in hoc restat dubium an prefate nobiles Maria ⁊ Dalphina censeãtur
1 † fuisse substitute eidem Joanni suo patri etiam per fideicommissum propter illud verbum, ⁊ suis, positum in substitutione de qua in casu, aut propter illa verba, si sine liberis, de quibus etiam in eodem casu, super quo videtur dicendum ꝙ non. Primo ⁊ quidem nõ per verbum, ⁊ suos. per id quod notat glo.in.d.l.Gallus.§.quidam recte. ex cuius dictis colligitur substitutum de quo ibi fuisse vocatũ vulgariter. Et idem videtur ibi sentire Bartol. quod expressius firmat ibi Paul.de Cast. dicit enim sibi videri ꝙ vbi est ordo necessitatis precise, vel causatiue procedat quod dictũ est: sc; ꝙ substitutus solũ cẽseat substitut⁹ vulgariter: ⁊ ita loquit gl. quasi testator videatur se retulisse ad necessitatẽ huiusmodi: s; vbi nõ esset ordo necessitatis, sed dũtaxat affectionis: vt verbi gratia, si quis instituat fratrem suum, ⁊ liberos eiusdem tenendo opinionem Bart. ꝙ videantur vocati ordine successiuo, tunc ipsius fratris filij vocantur in duobus casibus: scilicet si frater vel non potuerit, vel noluerit acceptare hereditatem. Et sic in casum vulgaris substitutionis vocantur etiam si frater acceptauerit, ⁊ postea moriatur: ⁊ sic in vim fideicommissarie substitutionis, secundum Paulum de Castro qui ita notat: vbi supra. Que si ita se habeant, videtur quod in casu, de quo queritur, censeri non debeant prefate nobiles Maria, et Dalphina per fideicommissum substitute: pro eo quia prefatus quondam Laurẽtius precise necessitabatur instituere, vel exheredare, dictum Jo. eius filium, ⁊ causatiue prefatas Mariam ⁊ Dalphinam. Facit ad premissa, quia etiam si idem Laurentius dixisset, Joannem filium meum vniuersalem heredem mihi instituto, ac Mariam ⁊ Dalphinam eidẽ substituo: non tamen censerentur ipse Maria ⁊ Dalphina substitute per fideicommissum: pro eo, quia non esset adiecta dictio denotans tractum temporis.l. iam hoc iure. in verbo, in vulgarem tantummodo.ff.de vulga.⁊ pupil. ⁊ colligitur ex is que no.gl.in.d.§.quidam recte. dum dicit, vel sic filium, ⁊c. ⁊ ꝙ ibi Bar. ⁊ no. Bar.in.l. Centurio. post medium.ff.de vulg. ⁊ pupil. dum tractat an compendiosa substitutio contineat vulgarem. in versi. secundo oppono ad predicta, ⁊c. ⁊ in.l. Lucius. qõ. penul.ff.de vulga. ⁊ pupilla. Etiam non videntur prefate nobiles Maria ⁊ Dalphina per fideicommissum substitute propter illa verba, si sine liberis, ⁊c. Pro quo allegare sufficiat.l. si quis ita heres instituatur si legitimus. cum gl.ff.de heredi.instit.l. ex facto etiam.eod.titu. ⁊.l.potest.iuncta.l.sequenti. ⁊ ꝙ ibi Bald. ff.de vulga. ⁊ pupil. ⁊ ꝙ not.glo. ꝙ ibi sequuntur Jacob.de Aret. Cyn. Rayne. Barto. Bald. Ange. Joan. de Jmol. ⁊ moderni.in.l. Lucius. la.ij.ff.de hered.insti. Joan. And. in addi. Specu.titu.de testa.§.j.versicu. huic questioni, ⁊c. Petr.de Cornetis, ⁊ Bart.in.d.l. Centurio. ⁊ in.l. si cum dotem.in prin.ff.solu.matri. ⁊ in.l. si sic.ff.de lega.iij. ⁊ ꝙ ponit Bald.in.l.ꝙ satis.C.de bonis que libe. ⁊ in.l. cunctos populos. ver. venio ad quintũ responsum.C.de sum.trini. ⁊ fide catho. ⁊ Joan.de Jmo. ⁊ Pau.de Cast.in.l.filiusfamilias.§.cum quis.ff.de leg.j. vbi etiam referunt istam esse communem opinionem, scilicet ꝙ filij vel liberi positi in ordine non censeantur substituti. quod etiam consulendo firmat Pet.de Ancha.consi.mihi. cxxvj. exordiẽ. Ponderanda, ⁊c. idem firmat in.c. si pater.de testa.in.vj.in.c. licet. de vot. ⁊ in repe.c. in presentia. versi. decimo quero. de probatio. Et ꝙuis multi docto. teneant opinionem.d.gloss. que est in allegata.l. Lucius. multi tamẽ eam impugnant. prout apparet ex his que no. Andr. Sicu. Fulg. ⁊ Barba. in repet.l. cum acutissimi. post medium. ver. aggredior nũc secundam dubitationem, ⁊c.C.de fideicommis. contra quẽ prout refert Pau.de Cast.in.d.l.filiusfamilias.§.cũ quis. ⁊ consi.cccxxvj.exord. Dubitatio vertitur. ⁊c. tenuit Bal. in antiquis recol.in.l.j.C.de condi.inser. Quod maxime videbat procedere hic quia fauore liberorũ dicti nobilis Jo. Ysnardi, ⁊ vt haberent bona, ⁊ hereditatem prefati Laurentij, videtur idem Laurentius in dicto suo testamento apposuisse conditionem illam, si sine liberis, ⁊c. vt expresse dicit glo.in.d.l.filiusfamilias.§.cum quis. ⁊ ita videtur qd non sit, quod repugnet quominus videantur ex hoc prefate Maria ⁊ Dalphina tacite substitute, etia; si verba vsq; quaque non conuenirent: vt dicit tex.in simili.in.l. fideicõmissa.§.hec verba.ff.de leg.iij. facit.l. vnum ex familia.§. fi.l.peto.in prin. ⁊.l. cum proponeretur.ff.de leg.ij. vbi fideicommissum inducitur ex tacita voluntate: ex quo extant alique coniecture, licet verba sint defectiua: quam opinionem dicit Pau.de Cast.in.d.consilio semper sibi placuisse.in puncto iuris, que saltem videretur facere in hoc casu, in quo non solum sub verbis, si sine parte, ⁊c. posite sint conditionaliter dicte nobiles Maria ⁊ Dalphina, sed etiam dispositiue propter verbum ⁊ suos. Pro quo facit ꝙ in simili voluit Petr.de Ancha.in repe.c. si pater. de testa. in vj. vbi limitãdo gl.d.l. Lucius. ⁊ ꝙ ibi doct. sentit eam procedere, ⁊ esse veram, nisi testator aliquo onere grauasset filios filiorum: quia ex hoc videretur eisdẽ reliquisse.l. alia. in fi.ff.de alimen. ⁊ ciba.lega. quod etiam videtur voluisse Barto.in.d.l.centurio. versi. quero vlterius.ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ Pau.de Castr.in.l.hereditas ad statum.ff. de heredib.institu. ¶ Tamen ijs non obstantibus videtur adhuc prefatas nobiles Mariam ⁊ Dalphinam non fuisse substitutas in hoc casu: ⁊ eas, seu earum superexistentiam non impediuisse quominus dom. Petr. Ysnardi prefati Joannis quondam frater in vim expresse substitutionis succederet: quia vt apparet ex testamento dicti quondam nobilis Laurentij, idem Laurentius tempore illius habebat multas filias naturales, ⁊ legitimas: quarum nemine; heredẽ vniuersalem instituit: nec etiam substituit, nisi post mortem omnium suorum heredum masculorũ, ⁊ dicti quõdam do. Pet. sed eas in certis quantitatibus, seu summis particulariter instituit. dictum vero Joannem, ⁊ alios liberos masculos sui ipsius testatoris, si qui nascerẽtur, sibi
2 vniuersales heredes instituit. Quo fit vt dicta verba, si sine li

beris posita in substitutione, intelligi debeant non gene-
raliter de quibuslibet liberis, sed specialiter de liberis ma-
sculis: hoc est vt ita demū deberet repelli dictus dominus
Petrus substitutus, si superessent liberi masculi: quia
non est presumendum prefatum Laurentium testatorem
plus dilexisse neptes ex filio, q̃ filias proprias sui ipsius:
nec voluisse easdem proprias filias esse deterioris cōditio-
nis, q̃ dictas neptes. l. si viua matre. C. de bo. mater. quod
tamē esset, si per illa verba, si sine liberis, intellexisset idem
testator tam de feminis, q̃ de masculis: quia neptes fecis-
sent deficere conditionem, non autem filie. Propter quod
videtur ꝙ verba illa, si sine liberis, debeant restringi ad ma
sculos: pro quo faciunt notata per Barto. in. d. l. Gallus.
§. etiam. versic. quero iuxta predicta, testator, ⁊c. ⁊ quod vo-
luit Richard. Malumb. ibi per eum relatus in quadam
questione per eum disputata. Etiam faciunt pro dicta re-
strictione notata per Bartol. in. l. fin. ff. ad Trebel. vbi di
cit, ꝙ pater qui excludit filias feminas ab vniuersali insti-
tutione, censetur etiam easdē voluisse excludere a reciproca
substitutione: argumen. l. Lucius. §. pater. ff. ad Trebellia.
Cum igitur in casu nostro plus dilexerit, ⁊ pretulerit idem
testator masculos feminis, etiam proprijs filiabus in insti-
tutione vniuersali, ⁊ in substitutione expressa facta de di
cto domino Petro: ergo ⁊ in substitutione predicta cen-
sendus est pretulisse dictum dominum Petrum prefatis
suis neptibus: hoc est filiabus dicti quondā nobilis Joan-
nis. Et reperio ꝙ Paul. de Cast. consilio. lxxix. exordien.
Casus iste frequenter contingit, ⁊c. refert se alias in contin
gentia facti consuluisse pro ista parte in fauorem pij loci
substituti filio testatoris, si sine liberis decederet: ⁊ tenuisse
ꝙ verbum, filijs, debeat ibi accipi, pro filijs masculis, ⁊ ad
eos restringi: quanuis alias appellatione filiorum veniāt
etiam filie femine, ob quod in illo consilio concluserat ꝙ
filia femina superstes filij non repellebat pium locum sub-
stitutū: ⁊ hoc ne videretur testator plus dilexisse neptem
ex filio, quam proprias filias: ⁊ dicit ibi Paulus quod
post eum qui primo consuluit, consuluerunt omnes do-
ctores Florentini collegialiter, quasi omnes aduocati con
sistoriales vno excepto. Demū domini Raphaeles Pa-
due existentes, ⁊ quod Fulgosius dicit se ita tenuisse in. l.
prima. C. de cond. inser. ⁊ quanuis idem Paulus de Cast.
in consilio huiusmodi referat doctores Bononienses nō
collegialiter consuluisse contrariū in dicto casu, ⁊ tenuisse
ꝙ illa verba filijs, ⁊ liberis, intelligebantur etiam de femi-
nis ⁊ de natis ex feminis ⁊ sic quod illa neptis excludebat
locum pium substitutum. d. l. j. C. de condit. inser. l. libero-
rum. ff. de verborum signif. l. cum auus. ff. de conditionibus
⁊ demonstrationib. ⁊. l. cum acutissimi. C. de fideicommis-
sis. ⁊ quod idem consuluit collegium Auenionis: ⁊ quod
quia postea visa fuit questio dubia propter multas ratio-
nes, que hincinde allegabantur, postea pluries requisitus
pro prima parte consulere recusauit: tamen in dicto consil.
lxxix. idem Paulus voluit, quod vbi substitutus est de
descendentibus testatoris, prout dicit fuisse in illo casu, in
quo tunc consulebat, quia erat alter filius testatoris: vt
etiam est in hoc nostro casu: prima pars seu opinio erat ve-
rior: scilicet quod neptis premortui filij non excludat pa-
truum substitutum: quia testator censetur habuisse respe-
ctum ad agnationem suam masculinam: ⁊ voluisse bona
remanere in familia suorum descendentium masculorum.
Et hoc videtur maxime procedere in patria, seu loco, in
quo est statutum, quod superexistentibus masculis femi-
nas excludit, ⁊ repellit: prout esse audio in Prouincia:
quia testator censetur ad communem vsum, ⁊ statutum ha
buisse respectum: vt etiam voluit Paulus in dicto consil.
pro quo facit dictum Petri de Ancharano in. l. tres fra-
tres. ff. de pactis. relatum per Alexandrum de Jmola in
dicta. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellianum. ⁊ per
Andream Siculum in. c. Raynaldus. de testamentis.
Dicit enim idem Petrus, quod si statutum disponat,
quod filij masculi excludant feminas in successione pa-
rentum, et testator illius municipij simpliciter sibi insti-
tuat heredes vniuersales suos filios, non videtur insti
tuisse filias: ex eo quia testator videtur disposuisse ita vt
disponit statutum municipij. Et sic videtur exclusisse femi
nas: cum in successionibus parentum stante prefato statu-
to, diuersa sit conditio, ⁊ natura masculorum ⁊ feminaruꝫ:
secus autem esset, si extraneus instituisset filios patris: q2
tunc veniunt etiam femine. l. si quis ita dederit. in princip.
cum suis similibus. ff. de testamen. tutel. quoniam statutū
de illis non disponit. dicit etiam alibi Petr. de Ancha. ꝙ
3 dispositio † testatoris recipit in dubio intellectū, vt videa-
tur voluisse id, ꝙ ab intestato ex dispositione iuris erat ser
uandum. argu. c. causam. de rescrip. ⁊. l. quero. §. inter loca-
torem. ff. loca. multa alia similia inducit do. Andre. Sicul.
vbi supra. videtur itaqꝫ ex ijs omnibus inferri, ꝙ licet su-
perexistentia liberorum positorum conditionaliter in sub-
stitutione, regulariter excludat substitutū ex expressa men
te testantis. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de leg. j. ⁊. l. Lu-
cius. ⁊. se. cum suis simi. ff. de de here. insti. hoc tamen fallit
in hoc casu: pro eo quia verbum liberis, positum in dicta
substitutione, videtur intelligendum de masculis. Et sic
cum masculi non superfuerint, sed sole femelle, non vide-
tur ꝙ ex mēte prefati testatoris debuerit repelli dictus do.
Petr. substitutus. ꝙ si verum sit, minus viderentur dicte
nobiles neptes substitute: quia minus est excludere, ⁊ re-
pellere substitutum, q̃ in vim substitutionis inuitari, ꝙ col
ligitur ⁊ apparet ex ijs que no. glo. ⁊ docto. magis commu
4 niter. in. d. l. Lucius. vbi cōmuniter dicunt filios, † vel li-
beros positos in conditione non censeri substitutos, sed ne
mo negat quin eorum superexistentia repellat substitutum
⁊ reuera si ante tempus huiusmodi testamenti conditum
erat statutum de quo supra, puto non posse defendi dictas
nobiles Mariam ⁊ Dalphinā neptes fuisse substitutas.
Si vero esset conditum postea, non traheretur ad preteri-
ta per ea que habentur in. c. ij. in fi. cum suis simili. de consti
tu. Superesset tamen adhuc magna difficultas propter il-
lam varietatē que fuit in casu superius relato, ⁊ in quo re-
fert Pau. de Cast. se, ⁊ docto. Florētinos. ⁊ dominos Ra
phaeles consuluisse vnū: ⁊ doctores Bononienses, ⁊ Pe-
rusinos non collegialiter, ⁊ collegium Auinionense consu
luisse aliud: quinimo remanet hic maior difficultas: pro eo
quia in casu proxime relato fuerat pius locus substitutus:
hic autem filius masculus testatoris substitutus extitit: ꝙ
5 videtur facere pro opinione Pau. quia † maior est fauor li
berorum quam pie cause. Sed contra opinionem Pau. ⁊
pro opinione doctorum Bononiensium Perusinorum, ⁊
collegij Auenionensis multum faciunt iura superius alle
gata: scilicet. l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. ⁊ substi.
l. cum accutissimi. C. de fideicommis. ⁊. l. cum auus. ff. de cō-
di. ⁊ demonstra. ⁊ ꝙ not. Bal. ⁊ Sali. in. d. l. cum acutissi-
mi. vbi dicunt dispositionem illius text. procedere etiam si
filius testatoris esset substitutus: quia nihilominus ex con
iecturata mente testatoris. liberi filij defuncti excludūt pa-
truum, ⁊ ita fuit de mente gloss. in. l. j. C. de don. cau. mor. se-
cundum Jo. de Jmo. qui hanc glo. reputat singularem. in
l. si cui. ff. eo. ti. ⁊ pro dicto Bal. ⁊ Sali. est casus ad literam
in. d. l. cum auus. Preterea cum iste testator sciuerit distin
guere inter suos posthumos masculos, ⁊ feminas, cur con-
iecturabimus eū distinguere nescijsse inter liberos mascu-
los, ⁊ feminas prefati quondam Joannis, ⁊ suorum post-
humorum masculorum, non videtur bona ratio. Et tamē
in institutione per eum facta, instituit, vt predixi, dictum
nobilem Joannem, ⁊ posthumos masculos sui ipsius testa
toris, equis portionibus, ⁊ suos. attende ꝙ dicit, suos, ⁊ in
distincte, ⁊ postea in substitutione dictum est, si sine liberis
etiam indistincte. per quod videtur sensisse non solum de
masculis, sed etiam de feminis: postquam appellatione li-
berorum veniunt etiam femine. l. cognoscere. §. liberorum.
ff. de verbo. signi. erat enim eidem testatori facile distingue
re inter suos, ⁊ suos, ac inter liberos ⁊ liberos: ⁊ ꝙ verisi-
militer fecisset. arg. c. ad audientiam. de deci. ꝙ quia non fe
cit, non videtur ab eius verbis recedendum. l. ille. §. cum in
verbis. ⁊. l. non aliter. cum suis simi. ff. de lega. iij. ⁊ his pre-
suppositis, ꝙ in casu nostro appellatione suorum, ⁊ libero
rum, veniant etiam femine, videtur dicendum ꝙ dicte no-
biles Maria ⁊ Dalphina fuerint substitute. Pro quo pos
sunt allegari multe, ⁊ varie rationes allegate, ⁊ inducte pro
hac parte per And. Sicu. in. d. repe. l. cum acutissimi. ⁊ que
saltem in hoc casu procedere debent. per ea que dicta sunt
supra ¶ Ad secundū quesitum dico ⁊ respōdeo, ꝙ presup-
posito ꝙ dicte nobiles Maria ⁊ Dalphina censeantur sub
stitute, prefatus dominus Petrus heres institutus per
6 dictum nobilem Joannem eius fratrem, potuit † ex eius
persona secundum magis communem opinionem detrahe
re duas quartas: scilicet legitimam ⁊ quartam Trebellia-
nicam. c. Raynutius. ⁊. c. Raynaldus. de testamentis. de
quo per glos. Bartol. ⁊ alios in. l. Papinianus. §. memi-
nisse. ff. de inoffic. testamen. ⁊. l. q̃q̃. C. ad legem Falcid. ⁊
Joan. de Jmol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. ⁊ pup.
Et cum

Et cum dicto nobili Laurentio superfuerint duo filij masculi, & quatuor filie quorum omnium legitima fuit semis seu dimia pars bonorum eiusdem Laurentij: authentico, nouissima. C. de inoffic. testament. & in corpore vnde sumitur. qui semis erat equis partibus, si aliud non obstabat, diuidendus: & sic legitima Joannis ascendit ad vnam vnciam: que primo detrahenda est & deinde detrahenda est pro quarta trebellianica quarta pars residui: vt colligitur ex ijs que no. gl. in c. Raynaldus. super verbo, licet ipsas. de testa. Joan. And. in regula, qui prior. in questione de portis. de regul. iur. in vj. & Joannes de Jmola in dicta. l. coheredi. §. cum filie. Ad id vero quod queritur de fructibus perceptis, dico impri-
7 mis † quod percepti per dictum quondam Joannem non minuunt eas: & quidem non legitimam: quia illa debetur de substantia testatoris. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testamen. non etiam trebellianicam: quia ij sunt percepti iudicio testatoris per eum qui erat de liberis primi gradus. Pro quo allegasse sufficiat. l. iubemus. C. ad Trebel. & quod notat glossa, & doctores in. l. in fideicommissariam. in principio. ff. eodem titulo. Quo vero ad fructus perceptos post mortem dicti Joannis, distinguendum est inter eos, qui percepti extiterint negligentia prefatarum neptium fideicommissum non petentium: & eos qui percepti extiterint mora, hoc est, propter contradictionem eiusdem domini Petri non restituentis, quamuis requisiti: iuxta determinationem Bartoli & aliorum in dicta. l. in fideicommissariam. Et forte si dicte neptes ignorauerint testamentum dicti quondam earum aui, non esset malum dicere, quod fructus percepti per dictum dominum Petrum, antequam de testamento huiusmodi notitiam habuerint, imputari debeant in trebellianicam: per id quod de absente dicit Bartolus in dicta. l. in fideicommissariam. ¶ Ad aliud vero quo queritur an quietantia seu renuntiatio facta per dictas neptes, easdem impediat a substitutione? Dico & respondeo quod supposito eo de quo in casu, scilicet quod primum sumptum quietantie huiusmodi pro parte scriptum extiterit per dictum quondam dominum Petrum, quod etiam asseruit notarius, qui illud degrossauit, ipsum primum sumptum fuit, & est suspectum: argumen. authent. de triente & semiss. §. & quod sepe. per quem. §. hoc voluit Baldus in. l. contractus. versiculo, deinde quero, &c. C. de de fide instrumen. Et si suspectum existat, non probat: quia suspicio falsi pro falsitate habetur: nisi a parte producente veritas probetur. l. penultima, & quod ibi Baldus in prin. C. de probationibus. & apertius Archidiaconus in cap. in memoriam. xix. distinctione. vbi vero probaretur veritas aliter, quam per dictum pretensum instrumentum, prima facie videretur dictam pretensam quietantiam eisdem nobilibus Marie & Dalphine obstitisse, & obstare saltem ratione iuramenti: contra eas enim, & pro dicto domino Petro seu eius heredibus faciunt vulgares regule: prima quod remittentibus iura sua, non est amplius ad illa regressus. l. queritur. §. si venditor. ff. de edil. edic. l. prima. §. semel. ff. de successor. edic. & capit. quam periculosum. vij. questione. j. Secundo contra eas facit iuramenti authoritas, qua confirmatur minoris contractus alias nullus defectu solennitatis de iure introducte. authentico, sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. Tertio per ipsum iuramentum confirmatur contractus de iure canonico, qui alias de iure ciuili erat nullus. c. cum contingat. & cap. mulieres. eodem titulo in. vj. Confirmatur preterea per iuramentum contractus a iure ciuili prorsus reprobatus: vtpote super futura successione. c. ij. de pactis, in sexto. Deinde & de iure canonico datur regula, quod omne iuramentum seruandum est, quod sine dispendio salutis eterne, & alterius detrimento seruari potest: dicto capitu. cum contingat. & capitulo, si vero. eodem titulo. Propter que videtur prefatas nobiles Mariam, & Dalphinam non posse conuenire. ¶ Sed ijs non obstantibus, que mihi videntur non obstare, dico contrarium. Et moueor sequen-
8 tibus rationibus: iuramentum enim † tunc demum confirmat contractum alias inualidum, & beneficium restitutionis, & alia similia excludit, cum sponte prestitum est, scilicet non vi, dolo, aut metu. capitulo, cum contingat. & capitulo, licet mulieres. & capitulo, quamuis pactum, superius allegatis: & ita intelligitur verbum, sponte, positum in dicto authentico, sacramenta puberum. & in corpore vnde sumitur. Dolus autem presumitur in contrahente cum minore propter enormem lesionem, vt probatur in l. n superstite. C. de dol. vbi est textus notabilis. l. omnes. §. Lucius. ff. de ijs que in fraudem creditor. & in. l. qui testamentum. ff. de proba. de quo per Barto. in. l. si societatem. §. arbitrorum. versicu. quero nunquid possit renuntiari, &c. ff. pro soc. pro quo facit quod voluit Bald. in. l. hac edictali. §. item sacramenta. versicu. quarto quero. de pace tenen. inter subdit. & iuramen. firmand. in vsib. feudo. vbi dicit quod ex enormi lesione presumatur minorem iurantem fuisse dolo circumscriptum, & licet videatur postea dicere hoc non seruari de consuetudine: quia minores faciunt refutationem eorum quondam tutoribus, & curatoribus: & quod tales refutationes seruantur: vt no. gloss. in. l. ij. §. contrarium. ff. de contra. iudi. tutel. postea tamen declarat consuetudinem procedere, vbi non arguitur dolus, & fraus, cum inibi subdit, quod gl. ibi mature loquuta est. quia dicit, quod tunc valet refutatio, quando non interuenit fraus & dolus: subdit etiam Bal. quod boni presides talia iuramenta & illicitas extortiones per capturam persone faciunt relaxari, & cassari. per. l. illicitas. ff. de officio presidis. & quod pluries ita fieri vidit. Et pro hoc quod dolus presumatur in contrahente cum minore propter enormem lesionem, videtur optime facere. l. si quis cum sciret. ff. pro empto. secundum intellectum Jacob. de Are. communiter approbatum, vbi non videtur bonefidei emptor, qui emit a minore, quem sciebat protinus in malum vsum consumpturum, & illa venditio inualidatur tanquam prodigi: nec validatur iuramento: secundum ea que not. ff. de verborum obligationibus. l. is cui bonis. per Barto. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. Quod si ita est, multo fortius videri debet malefidei, qui contrahit cum minore, quem cognoscit contrahendo consumere, & ledi enormiter & debet contractus huiusmodi reprobari: nec debet iuramento validari, saltem ad tollendum beneficium restitutionis. Et hanc sententiam sequutus est Antonius de Butrio, in dicto capitu. cum contingat. versicu. quartus casus principalis vel in minore iurante non contrauenire ratione enormis lesionis, dicens se in facto consuluisse: quod est verum & incipit consilium, iuris rigor plurimum obuiat huic mulieri. Cum enim, vt audio, fideicommissum de quo supra quod veniebat eisdem nobili. Marie & Dalphine restituendum, esset magni valoris, magna bonorum effusio in quietatione, & remissione superius mentionatis interuenit, & que non solum magna, & effusa liberalitas reputaretur in duobus adolescentibus, & mulierculis, sed etiam in vno magno mi-
9 lite: in talibus autem immoderate † gestis quantumcunque iuratis maxime ab ijs, qui sunt in iuuenili etate, adest presumptio seductionis: tum quia iactationes non presumuntur a iure nisi a mala causa. c. super hoc de renuntiatio. tum quia talis immensa liberalitas repugnat nature mulierum: de quibus dicit lex, quod earum genus est auarissimum. l. si ego. ff. ad Velleyanum. & l. si stipulata. in fi. ff. de iure dotium. hec & alia multa inducit Antonius de Butrio in dicto eius consilio. Etiam pro hac parte facit quia iuramen
10 tum † non est adinuentum vt esset iniquitatis vinculum. capitu. inter cetera. xxij. questio. iij. & rursum iuramentum debet habere tres comites: veritatem videlicet, iudicium & iustitiam capitu. animaduertendum. xxiij. questione. ij. in hoc vero casu euidens presupponitur iniquitas: cum in eo & mulieres & minores. xxv. annis pretendantur pro summa duorum millium florenorum remisisse iura que habebant in bonis dictorum quondam Laurentij & Joannis ascendentia ad duplum, &c. iuris enim presumptione, & fragile, & infirmum est etatis huiusmodi consilium, ac multorum insidijs & captionibus expositum. Et ideo dicit text. quod naturalis equitas suadet talibus subueniri. l. prima. ff. de minoribus. Accedat preterea nimia patrui reuerentia: quoniam puelle, & existentes in domo, & sub regimine patrui senis, docti, & astuti, & circa extortionem huiusmodi remissionis peruigilis: quod saltem ex eo apparet, quia eius propria manu scripsisse refertur totum primum sumptum illius pretense remissionis vsque ad versicu. exceptioni hu-
11 ius contractus, &c. Hec autem magna reuerentia † est causa sufficiens ad rescissionem contractus: sicut & metus. l. j. §. que onerande. ff. quarum rerum actio non datur: quia ergo ex qualitate facti dolus colligitur. l. j. & quod ibi no. ff. de dol. proculdubio videtur dicendum dolum interuenisse in remissione, & quietatione superius mentionatis. Et pro hac parte reperio Petrum de Ancha. sepissime consuluisse: vt videri potest in consilio. clxxxj. exordien. Visa diligenter, &c. & consi. cccxxxiiij. exordien. Jn supradicta quietatione, &c. & in alijs multis, hec etiam voluit idem Petr. in repeti. c. canonum statuta. versi. ego etiam consului in ciuitate

Senarum. etiam pro hac parte consuluit Rapha. Cuma. consilio. clxxx. exord. Videtur prima fronte dicendum, ꝛc. vbi etiam dicit ꝙ iuramētum dolo extortum non validat contractum, nec minorem iurantem representat maiorem, cum non valeat: vt notat glos. in d. l. hac edictali. §. item sacramenta. in verbo, querimoniam. quanuis dolus non vitiet contractum, nisi causam ei dederit, secundum ea que habentur in. l. eleganter. in principio. ff. de dolo. ꝛ in. l. dolus. C. de rescinden. venditio. tamen iuramentum saltem ad confirmandum interpositum vitiat: quia cum lex loquitur de iuramento confirmatorio, exigit dolum ꝛ metum abesse. Possunt igitur prefate nobiles Maria ꝛ Dalphina, si de remissione ꝛ quietatione huiusmodi sufficienter appareret contrauenire ex capite enormissime lesionis, ꝛ ratione doli presumpti quod maxime etiam ex illo colligitur: quia quanuis idem quondam dominus Petrus, ꝛ ingenio, ꝛ manu multum laborauerit, vel has nobiles ab auitina successione, ꝛ alijs iuribus repelleret: si tamen attenditur ad dictum pretensum instrumentum, dicte nobiles Maria, ꝛ Dalphina non renuntiauerunt beneficio. l. ij. C. de rescinden. vendi. ꝛ. c. penultimo, de emptione ꝛ ven. nec iurauerunt non venire contra ex capite beneficij de quo in his iuribus: solum enim pretenduntur cum iuramento asseruisse, se fuisse ad plenum informatas de certas pretensis iuribus, ꝛ renuntiasse beneficio minoris etatis, ꝛ restitutionis in integrum: ac etiam promisisse, ꝛ iurasse quod aduersus renuntiationem beneficij minoris etatis, ꝛ restitutionis in integrum iuratam, seu aduersus iuramentum, dispensationem non impetrarent quacunqꝫ occasione, ꝛc. Per que verba non apparet easdem nobiles se exclusisse, aut excludere voluisse, nisi a beneficio minoris etatis, ꝛ restitutionis in integrum: non autem ab alio, quod dicitur ratione excedentis deceptionis dimidiam partem, ꝛc. de quo habetur in dictis iuribus proxime allegatis: ꝛ diuersum est a beneficio minoris etatis, ꝛ restitutionis in integrum, prout aperte colligitur ex ijs que notat glossa ꝛ doctores in authentico, sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. solum ergo censeri debent excluse a beneficio
12 minoris etatis ꝛ restitutionis in integrum: quia † causa limitata parere debet effectum limitatum. l. in agris. ff. de acquiren. rerum domin. Et hoc etiam voluerunt communiter omnes scribentes in. d. c. cum contingat. Nec opponat mihi aliquis, ꝙ in remissione, ꝛ quietatione huiusmodi prefate nobiles Maria ꝛ Dalphina iurauerint nō impetrare dispensationem contra renūtiationem, seu aduersus iuramentum quacunqꝫ occasione, lesione parua, seu maxima: quoniam respondeo ꝙ hec non obstant: quia vt apparet ex contextu dicti pretensi instrumenti, iste nobiles non iurant non venire cōtra quietationem, ꝛ remissionem predictas, vel non petere dispensationem contra iuramētum sic prestitum: sed renuntiant beneficio minoris etatis, ꝛ restitutionis in integrum: ꝛ cum iuramento promittunt ꝙ aduersus hanc renuntiationem, seu iuramentum non impetrabunt dispensationem quacunque occasione, lesione, ꝛc. Ubi itaqꝫ ex capite lesionis etiam maxime vellent venire cōtra inquietationē pretextu beneficij minoris etatis vel restitutionis in integrum, vel etiam si vellent petere dispensationem aduersus iuramentum, per quod se astrinxerunt ad non veniendum contra dictam renuntiationem, tunc possent fortasse pretendi velle venire contra iuramentum a se prestitum: sed veniendo contra dictas quietationem ꝛ remissionem non beneficio minoris etatis ꝛ restitutiōis in integrū, sed ex beneficio. d. l. ij. C. de rescin. vend. quod datur etiam maioribus enormissime deceptis: non censeantur ipse nobiles venire contra iuramentum, ꝛ promissionem predictas, quod ore aperto voluit Anto. de But. in. d. c. cum contingat. in quarto membro. Pro quo allegat. d. l. ij. C. de rescinden. vend. ꝛ quod notat glossa ꝛ Joannes And. in. d. c. penult. de emptione ꝛ vendit. glossa ꝛ Bartol. in dicta. l. ij. quod etiam videtur voluisse Joan. de Jmola in repetitione dicti. c. cum contingat. in tertio membro.

¶ Rub. de secund. nup. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccclxxxj.

¶ Mulier secundo nubens non petito filijs tutore, nec ratione reddita, ꝛ reliquis restitutis, etiam si id fecerit vnius periti cōsilio incurrit penas legis prime, ꝛ authent. eisdem penis. C. de secūd. nupt. a quibus tamen potest per principem releuari.



Presuppositis his de quibus in supplicatione superius mentionata, existimo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis prefatam nobilem Margaritam incidisse in penas de quibus in. l. j. C. de secun. nup. authen. de nupt. §. si autem tutelam. ꝛ ꝙ ibi Barto. ꝛ Ang. ꝛ transsumptiue in auth. ijsdem penis. ꝛ ꝙ ibi omnes scribentes. C. de secun. nup. nec puto quod consiliū vnius etiam si sibi consuluisset, ꝙ posset nubere sine metu pene ratione non reddita, ꝛ reliquis non restitutis excuset: pro eo quia cum ciuitas Arelatēsis esset, ꝛ sit locus insignis, ꝛ propterea in ea fuisse presumantur, ꝛ erant multi doctores, ꝛ viri periti, peti debuit consilium a multis, per id ꝙ voluit Bald. in. l. iuris ignorantia. ꝛ quod ibi Fulgo. ꝛ Alexand. de Jmo. C. qui admit. ad bon. pos. quod etiā tenet Raph. in. l. si duo. ff. de acqui. here. Debet enim volens excusari propter iuris ignorantiam in lucris captandis consulere plures, ꝛ prudentiores. l. vtiqꝫ. §. culpa. ꝛ ꝙ ibi Ange. ff. de rei vendi. Et q̄uis Bar. in. l. in bonorum. ff. de bono. poss. videatur sensisse, quod consilium vnius periti etiam malum excuset eum, qui consilium huiusmodi sequutus est: Bald. tamen ꝛ alij predicti hoc dictum limitant, ꝛ restringunt ita demum procedere, ꝛ esse verum, si in illo loco non erant alij viri periti. Pro quo dicto ponderat Fulgo. in dicta. l. iuris. ꝙ iura inibi per gloss. allegata loquuntur in numero plurali. Ad idem adducitur text. in. c. statutum. in xta principium. de rescrip. in. vj. Et pro hoc etiam faciunt nota. per Barto. in prohemio ffo. rum in fine princip. ꝛ in l. prima in principio. de ventre inspiciendo. ꝛ in. l. fina. ad finem. ff. de sica. ꝛ in. l. prima. §. fin. ff. de verbo. obliga. alias remissiones ponit Alexan. in. d. l. iuris. Puto igitur vt super hoc me expediam, quod licet eadem nobilis Margarita ab vno etiam perito consilium habuisset, est tamen ꝙ sibi potuerit, ꝛ possit imputari, postquam in dicta ciuitate erant, vt opinor multi viri periti, ꝛ sic credo eandem nobilem non euasisse penas superius mentionatas. Post tamē aduersus penas huiusmodi facta debita sufficienti ꝛ vera narratione de predictis, ꝛ alijs opportunis releuari per serenissimum dominum nostrum Frācorum regem, prouincie comitem cum debita, ꝛ sufficienti derogatione predicte authē. ijsdem penis. per ea que no. glo. ꝛ doct. in. l. si omnis C. si contra ius vel vtili. publi. Et proderit si prouisio obtinenda dicat impartiri ꝛ concedi proprio motu, ex certa scientia, ꝛ regia authoritate.

¶ Rub. De his que in testamē. delen. ¶ Consi. ccclxxxij.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo collectaneo.

1 ¶ Testamentum deletum repertum apud testatorem presumitur ab ipso consulte deletum vel cancellatum: secus si apud alium reperiatur. 4.

2 Argumentum a contrario sensu in quibus vti liceat.

3 Instrumentum debiti repertum apud debitorem cancellatum presumitur sibi a creditore traditum: secus si apud tertium.

5 Scriptura notarij requirit ad sui essentiam, tres perfectiones.



Dicit Joan. de Jmo. in. l. proxime. §. si. ff. de ijs que in testamē. delen. ꝙ penes quencunqꝫ reperitur testamentum siue clausum, ꝛ sigillatum, siue apertum, vel in aliquo cancellatum, vel inductum, presumi debeant cancellatio, ꝛ inductio huiusmodi fuisse consulte facte, ꝛ sic cum voluntate testatoris: preterꝙ in relicto libertatis, vel pie cause: pro quibus allegat no. per gl. in. c. ex literis. de fide instru. ꝛ ꝙ habetur in. d. l. proxime. §. si. ꝛ ꝙ ibi Bar. ꝛ not. p Bar. in. l. Labeo. ꝛ. l. postquam. ff. de pac. Dicit insuper idem de Jmol. vbi supra, quod presumi debeat cancellationem, vel inductionem huiusmodi fuisse factas tempore testamenti: pro quo allegat in argum. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. ꝛ quod voluit Bald in. l. prima. ff. de ijs que in testa. delen. Sed Petrus prout refert, ꝛ sequitur. Cynus in. l. si vnus. C. de testamen. tenuit quod licet deletio, seu indu-
1 ctio testamenti reperti penes testatorem, facta † presumitur ab eodem testatore: secus est tamen, si testamentum huiusmodi

modi penes eum repertum nõ extiterit. l. si chirographum. ff. de proba. ꝛ idem voluit Baldus in dicta. l. si vnus. vers. querit hic Pet. ꝛ idem ibi Salicet. versic. in dubio autem an presumatur, ꝛc. referens ꝙ idipsum tenuerit Rayner. argumen. l. postquam. ff. de pactis. idem Angelus in dicta l. si vnus. pro quo facit quod post Jacobum de Are. voluit Baldus in. l. prima, in fine. ff. de his que in testamen. delen. vbi querens post Jac. Are. an in dubio testamẽtum presumatur consulte deletum, dicit ꝙ sic, si reperitur apud testatorem. ar. d. l. chirographum. ff. de proba. ꝛ. l. Labeo. ff. de pact. ergo a contrario sensu, secus est si testa mentum huiusmodi non reperiatur penes testatorem: sed penes
2 alium: quo argmento non solum † licet a contrario sensu legum, aut statutorum, sed etiam a contrario sensu notatorum per doct. ꝛ magistros in. l. qui testamento. §. mulier in fine. ff. de testamen. ꝛ hec opinio videtur esse magis communis: propter quod non videtur esse tutum in iudicãdo ab ea recedere: per ea que notant docto. in. c. j. de constitut. in. c. prudentiam. in princ. de offi. deleg. ꝛ in. l. cum prolatis. ff. de re iud. Cum igitur testamentum prouidi quondã viri Joannis Martini, seu nota illius, que cãcellata extitisse pretenditur, non penes eundem Martini, sed penes notarium, ꝛ quidem non penes eum, qui eam recepisse dicitur, sed penes alium, presumi non debet per predicta, ꝙ illa cãcellata extiterit per prefatum Martini, ꝛ sic consulte: sed potius per alium, ꝛ sic inconsulte: ꝛ ita prefate Margarite nocere non debeat. Quibus non obstat quedam pretensa scriptura facta in pede predicti testamenti: ꝛ vt pretenditur sequentis tenoris. Die. xxiij. Augusti. lxx. P. T. Joanne de Fide Petro teste. Joan. Borbon Vigueto Desiderij ꝛ Jacobo Pariseli. Cum quia cum scriptura huiusmodi si ꝛ quatenus in ea aliquid veritatis contineri valeat, facta extiterit non quidem anno, mense, ꝛ die testamenti superius mẽtionati, ꝛ tempore illius, vel statim post ipsum, sed post ex longo interuallo, illa fidem non facit, vtpote carentis suis substantialibus: signanter in nomine Pape Imperatoris, ꝛ cuiuslibet alterius principis loco, ac nomine, signo, suscriptione notarij, de quibus per glossam in. l. generali. C. de tabula. lib. x. Panor. ꝛ doct. in. c. j. de fide instru. post Spec. in loco mihi allegato: dicta igitur pretensa scriptura nullam fidem facere potest. Presertim etiã cum illa nihil dicat, nec per eam appareat quis cancellauerit, vel induxerit testamentum superius mentionatũ, vel qui cancellanti ꝛ inducenti authoritatem, vel licẽtiam prestiterit: etiam nec apparet quis vel cancellationem, vel inductionem prementionatas fecerit, vel qui verba predicta die xxiij. Augusti ꝛ reliqua scripserit. Sũt igitur verba huiusmodi habenda perinde ac si ibi descripta non fuissent. Quo casu cãcellatio, vt superius dixi, vtpote vel facta, vel reperta penes tertium, nõ noceret prefate Margarite: pro quo facit, quod in simili voluit Alexand. de Imola ꝛ post eum Jason de May. in. l. Labeo. ff. de pact. Dicunt enim
3 ꝙ si † instrumentum debiti reperiatur cancellatum apud tertium, nõ propterea inducitur presumptio: pro quo alle. Ang. in. d. l. si vnus. C. de testamen. volentem ꝙ illud non noceat creditori: arg. l. cancellauerat. in fine. ff. de his que in testamen. delen. Pro quo adducit idem Alex. quia quãdo instrumentum cancellatum reperitur esse penes debitorem presumitur ei traditum per creditorem vigore solutionis debiti: quo soluto creditor tenetur ei dare instrumentum debiti: vt notat idem Alexand. in dicta. l. Labeo. merito ergo videtur debitor liberatus: que ratio cessat, quãdo reperitur penes tertium, cui tradi potuit instrumentum causa custodie vel ob aliam causam. Et quia super ista materia reperio fuisse plene scriptum per egregium virum dominum Georgium de Bartonis, presertim in quadam schedula exord. Viso testamento, ꝛc. non videtur multum insistendum vlterius: hoc excepto, ꝙ allegata ex aduerso per spectabilem virum dominum Guilielmum Meynerij, iurium professorem eximium, in schedula exordiẽ. Iura eleganter, ꝛc. quatenus mihi pretenditur, ꝙ iura allegata per dictum dominum Georgium, loquuntur in testamento in scriptis: ꝛ quod in testamento nũcupatiuo videt esse aliud, secundum Paul. de Cast. in. l. si. ff. de his que in test. delen. Quoniam respondeo, ꝙ licet Paul. de Cast. id dicat, ꝙ in dicta schedula recitatur, ipse tamẽ in eis nõ persistit, sed subiungit, ꝙ licet semel viderit ita consultũ Florentie per quosdam: alij tamen hoc minime approbarunt: ꝛ hoc putat idem Paul. esse securius quia testator totam vim probationum censetur posuisse in instrumento: ꝛ ideo
4 † si illud cancellauerit, censetur voluisse irritare totam voluntatem, per que apparet quod de mente Pau. de Castr. fuit, quod iura predicta procedant in testamento nuncupatiuo, seu instrumento, vel scriptura de eo confecta. Etiam nec obstare videt, ꝙ in dicta schedula opponitur de suspicione falsitatis note predicti testamenti propter cancellationem, ꝛc. Pro quo allegantur not. per glo. ꝛ docto. in. l. iubemus. C. de proba. ꝛ per Bald. in. l. si veritas. C. de fidei commis. quoniam respondeo, quod illa proced unt in instrumento penes partem existente, ꝛ per eam producto, ꝛ raso, cancellato, vel inducto in loco suspecto, remanente instrumẽto seu tenore illius: in alijs illeso. Hic autem loquimur in nota tota cancellata, ꝛ penes tertium reperta: quã non est verisimile fuisse cancellatam per ipsam Margaritam: per predicta. Alijs autem in schedula predicta allegatis fuit alias responsum. Consulo tamen, ꝙ prefata Margarita, seu eius heredes instent, ꝛ procurẽt quod nota predicti testamenti degrossetur, ꝛ redigatur in formam publicam: quod fieri debet: pro eo quia habet perfectiones requisitas ad hoc, vt degrossari debeat. inquit enim Bald. in. l. contractus. C. de fide instru. ꝛ refert, ꝛ sequitur Paul. de Castr. consi. ccv. exordien. Ad primum quesitum, ꝛc. quod
5 † tres sunt perfectiones requisite ad hoc, vt scriptura notarij fidem faciat. Prima, quod contineat locum, ꝛ tempus actus celebrati, ꝛ testes necessarios. Secunda, quod contineat perfectionem actus. Tertia, quod contineat subscriptionem notarij cum signo. Primas duas perfectiones habet nota superius mentionata: sed non habet vltimam: quia non est adhuc redacta in mundum. Sed due prime perfectiones sufficiunt ad hoc, vt perueniatur ad vltimam etiam per alium notarium de commissione iudicis: si ille qui notam confecit, mortuus est. c. cum. P. tabellio. de fid. instru. ita dicit Pau. de Cast. in consilio superius mentionato. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De donationibus. ¶ Consilium. ccclxxxiij.

¶ Epitome.

¶ Donationi causa mortis si apponatur pactum iuratum de eam reuocando, aut eidem non contraueniendo, censetur esse inter viuos: nec per statutum quod annullat donationes, cum illa sit iurata, cassatur, aut infringitur.

1 ☞ Donatio in qua fit mentio mortis in dubio censetur causa mortis: tamen fallit si fuit pactum quod non possit reuocari.
2 Juramentum seruandum quod potest seruari sine dispendio salutis eterne.
3 Pactum appositum contra substantiam contractus non potest transire in alium contractum.
4 Juramentum facit valere rem eo meliori modo quo valere potest.
5 Donatio iurata non debet reuocari propter dispositionẽ statuti: ꝛ etiam si alias esset nulla iuramento firmaretur ꝛ numero. 6.



Asu Viso parte nobilis, ꝛ honorabilis viri Antonij Dalbonis mihi exhibito, ꝛ dubijs ex casu huiusmodi elicitis. Dico, ꝛ respõdeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum dico, ꝛ respondeo, quod licet donatio in qua
1 fit mẽtio mortis, regulariter † presumatur in dubio esse donatio causa mortis. l. senatus. §. j. ꝛ. l. Seya. ff. de donatio. causa mortis. ꝛ. l. Seya. ff. de dot. preleg. de quo. Cy. in. l. ij. C. de iure dot. glo. ꝛ doc. in. l. finali. C. de pac. ꝛ. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. ꝛ per Bald. in. l. si mortis. C. ad leg. falcidiã. tamen quia in donatione de qua in dicto casu, nobilis Margarita donatrix conuenit, promisit, ꝛ ad sancta dei euangelia iurauit donationem eidem nobili Antonio eius fratri factam attendere, tenere, obseruare, complere, firmiterꝗ ꝛ inuiolabiliter obseruare: nunquamque contrafacere, dicere, vel venire de iure vel de facto: ac donationem huiusmodi nullo vnꝗ tempore, verbo, vel in scriptis tacite, vel expresse, reuocare aut reuocari facere, censenda est donatio huiusmodi fuisse, ꝛ esse in effectu donatio inter viuos. l. si alicuĩ. §. Marcellus. ꝛ quod ibi gloss. super verbo, nullo casu ꝛ apertius. in. l. vbi ita donatur. ff. de donatione causa mortis. not. gloss. in. l. sed in-

terim. ff. de donat. inter virum & vxor. & Baldus in l. ij. C. de iure dotium. hoc voluit Franciscus de Are. consilio mihi. lxxiiij. exordiente, Mature ponderatis, &c. versiculo, prima ratio, &c. facit quod voluit Bald. in l. cum quis. ff. de conditio. ob caus. vbi querit an valeat pactum, quod donatio causa mortis non possit reuocari. & arguit quod non & tandem concludit, quod immo valeat pactum, quod faciat donationem huiusmodi esse donationem inter viuos. d. l. vbi. ff. de donat. causa mort. idem & per eandem. l. voluit Alexand. de Imo. quando factum est pactum, quod donatio reuocari non possit, prout ipse notat in l. que dotis. versicu. sexto limitatur. ff. sol. mat. & Paul. de Cast. consil. xcviij. quod incipit, Notandum est primo, quod licet donator iste, &c. fuit igitur donatio inter viuos: per consequens irreuocabilis. §. alie autẽ. cum suis similib. institut. de donat. nisi forte peruenisset postea aliquid ex casibus, propter quos reuocari potest donatio inter viuos, de quibus in l. fina. iunctis his de quibus per doct. C. de reuocan. donat. & c. fin. & quod ibi glos. & doctor. de donat. ¶ Sed forte opponetur de eo quod notat glos. in d. l. si alienam. §. Marcellus. super verbo, accepit. que videtur expresse decidere, quod vbi est factum pactum de non reuocando donationem causa mortis, subintelligitur nisi totius prime voluntatis peniteat: sed istud nõ obstat: tum quia glossa illa loquitur quando fit pactum ne donatio causa mortis aliquo certo casu reuocetur: hic autem factum est pactum ne vllo modo reuocetur: quod hoc operatum est, vt donationem factam causa mortis trãsire fecerit in donationem inter viuos. d. l. vbi ita donatur. contra quam loqueretur glos. si intelligeret, quod etiam facto pacto de non aliquo modo reuocanda donatione causa mortis, non posset donatio huiusmodi reuocari: tum etiam quia glos. predicte contradicit alia glos. que est in d. l. senatus. §. mortis causa. ff. de donat. causa mor. & hec vltima videtur verior: vt colligitur ex his que post Iacob. de Are. notat Bart. & doct. in d. l. si alienam. §. Marcellus. quatenus tamẽ loquitur de donatione causa mortis facta extra testamentum, & codicillos: dicta ergo glossa nõ obstat. Etiam nec obstare videtur quod ponit Ang. consilio mihi. ccxc. exor. Domina Antonia de Florentia. vbi videt voluisse, quod licet donator promiserit omnia & singula contenta in donatione attendere, obseruare, & perpetuo firma & rata habere contra que ea vel eorũ aliqua non dedisse, nec fecisse, nec etiã dare, nec facere in futurũ possit eidẽ donator per penitẽtiã totius volũtatis huiusmodi donationẽ causa mortis reuocare: quod etiã videtur voluisse Alex. in d. l. que dotis. versi. sed iuxta hoc cadit dubitatio, &c. quoniã respondeo, quod hic nõ solum est factum pactum de quo supra: sed etiam fuit conuentum de donatione non reuocanda: & ita sumus extra terminos consilij Ang. Preterea ex casu super quo consuluit Ang. nec ex verbis eius colligitur, quod donatio illa iurata extiterit: ea autem de qua in presentiarum sermo habetur, iurata

2 reperitur: quod fit vt cum iuramentum per † eandem nobilem Margaritam de non contraueniendo, aut reuocando eandem donationem prestitum, seruari possit sine interitu &c. illud seruandum sit. c. cum cõtingat. & c. quẽadmodum. cum suis similib. de iureiuran. Forte vero, & vt mihi videtur, fortius opponetur contra donationem predictam, quod illa non transierit in donationem inter viuos. de l. cum precario. ff. de precar. & quod per illam l. voluit Bartol. in d. l. vbi ita donatur. in prima oppo. vbi dicit Bartolus quod

3 quando † pactum apponitur contra substãtiam cõtractus nec pro eo transire potest in alium contractum: quia verborum significatio hoc non patitur, vt transeat in formam alterius contractus: & tunc non valet pactum: etiam Bal. in l. ij. vers. quero an valeat pactum, &c. C. de iure emphyt. sentit, quod vbi pactum implicat contradictionem, non valet: in casu vero nostro hoc contigisse videtur, in quo non est dictum dictam nobilem Margaritam donare causa mortis: quo casu propter pactum factum contra substantiam donationis causa mortis transit donatio causa mortis facta. d. l. vbi ita donatur. nec est, vt bene declarat Bartolus aliqua repugnantia vel contradictio: sed dictũ est eam donare donatione causa mortis: que verba videntur habere expressam repugnãtiam ad donationem inter viuos. Nam si expresse donauit donatione causa mortis, quando dici potest, quod non hac donatione, sed donatione inter viuos donauerit: re vera, si non desipio, istud videtur esse vrgens contrarium: super cuius solutione potius vellem audire, quam audiri: attamen, sub correctione cuiuslibet domini

4 melius sentientis, dico et respondeo quod † cum iuramentum eam vim habeat, vt rem valere faciat omni eo meliori modo, quo valere potest. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. & vt predixi, seruari possit sine interitu, &c. illud seruari debeat per ipsam Margaritam. d. c. contingat. cum similib. ¶ Venio ad secundum quesitum, in quo queritur an presupposito quod donatio de qua supra, fuerit, & sit donatio inter viuos, illa debeat censeri valida, vel inualida: pro eo quia est facta de omnibus bonis presentibus & futuris. super quo articulo dico, quod prefata nobilis Margarita fecit duas donationes: quamuis eodem contextu. vnã videlicet prefato nobili Antonio, de medietate bonorum inibi expressorum: aliam vero sui ipsius Margarite liberis procreatis, & procreandis de omnibus alijs suis bonis presentibus & futuris. Et quamuis de hac facta dictis liberis dubitari valeat, an saltem valuerit quoad tunc presentia: propter ea que not. Barto. Sali. & moder. in l. fina. C. de pactis. Ioan. de Imol. & Alexand. de Imol. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. tamen quia iste articulus non concernit prefatum Antonium, sed liberos eiusdem Margarite, ego super eo non insisto: hoc excepto, quod quia iuramentũ, vt predixi, facit rem valere omni eo meliori modo, quo valere potest. d. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis secundo. not. Barto. in l. si quis pro eo. versus finem. ff. de fideius. censeri debeat predicta donatio fuisse valida ad minus, quoad tunc presentia: & debet potius censeri valida quoad tunc presentia, licet inualida quoad futura: quam econtra videlicet inualida quoad presentia, & valida quoad futura: quia in dubio fieri debet interpretatio contra proferentem. l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. & l. veteribus. & quod ibi per Bar. ff. de pactis. Debet igitur fieri interpretatio contra dictam Margaritam proferentem: & sic quod valeat donatio respectu bonorum presentium: quod sine dubio est maioris preiudicij iuxta illud, ad presens oua, cras pullis sunt meliora: vt not. in l. cum ij. ff. de transac. Et ita etiam consuluit Franciscus de Are. consilio. liiij. exordiente. In causa magistri Blasij de Cor. &c. in fine. & quidquid sit de validitate, vel inualiditate donatiõis predicte, in toto, vel in parte. illud certum est, quod propterea donatio facta prefato nobili Antonio censeri non debeat inualida: nõ enim per eam abstulit sibi prefata Margarita facultatem testandi. Non etiam debet vtile, & taxatum de quo certi sumus vitiari per inutile. ¶ Ad tertium quesitum dico, & respon-

5 deo, † cum predicta donatio fuerit iurata, illa dici non potest fuisse nulla, vel reuocanda propter dispositionem statuti Dalphinalis super donationibus inter viuos non fiendis, nisi cum solennitate, de qua ibi: pro quo allegare sufficiat. d. c. cum contingat. & quod ibi gloss. & docto. de iureiuran. & quod not. Barto. & docto. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. Et quod habetur per glo. text. & doct. in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. Nec opponat aliqs quod lex ciuilis, & pari ratione statutum etiam laicorum potest inualidare contractum, quantuncunque iuramento firmatum. l. non dubium. & quod ibi Bal. C. de legi. l. si qs inquilinos. §. fin. & quod ibi Bal. de legat. primo. l. que sub cõditione. ff. de cõdi. insti. Vel etiam quod lex habeat vim apostolici quantum ad remissionem iuramenti. l. adigere. §. fina. & quod ibi glo. ff. de iure patro. quod videtur voluisse Bal. in multis locis. quoniam respondeo, quod predictum statutum non remittit iuramentum, nec disponit: quod eo nõ obstante valeat contractus quinimo nec de eo facit aliquã mentionem, in sua dispositione: vt est videre ex tenore illius quãuis postea procedens ad alium articulum, hoc est querelarum interponandarum super reuocatione donationũ, faciat de iuramento mentionem, ibi, vocatis donatarijs, & iuramenti si interuenerit obtẽta dispensatione, vbi de iure fuerit obtinenda. Et loquitur ibi statutum tam de querelis, que interponerẽtur contra donationes factas seruata solennitate eiusdem statuti, quam super alijs: propter dictionem implicatiuam, etiam: quo fit, vt quemadmodum nec annullat, nec annullare presumitur iuramentum interpositum in donatione facta iuxta solennitatem eiusdem statuti, ita nec annullat iuramentum prestitum in donatione non solenni. Quod etiam ex verbis illius colligitur. quatenus inibi est sermo de obtentione dispensationis iuramenti: vbi, vt inquit text. de iure fuerit obtinẽda: per que verba clare patet non esse dispositum per statutum, quod eo nõ obstãte possit donator impugnare donationem, & venire contra eam. Et si per statutum huiusmodi hoc dispositum extitisset, subesset questio, an statuto hoc fieri possit:

propter

propter ea que habentur in.c. venerabilem.de elect.c.fin.de fo.compe.per Bar.in.l.omnes populi.in.iij.q. principali, versic.Item si statutũ diceret, ⁊c.ff.de iustit.⁊ iure.⁊ quod plene prosequitur Alex.de Imo.consi.lix.exor.Viso instrumento,⁊ titulo questiõis,⁊c.in.j.vol.⁊ consi.cij.quod exorditur,Cum statutum,⁊c.in.iij.vol.super quibus,vtpote non necessarijs,vlterius non insisto.Non etiam puto ꝙ donatio predicta dici debeat nulla, vel infringi, pro eo qꝛ facta
6 est de bonis dotalibus:quia cũ † fuerit iurata,illa fuit per iuramentum confirmata.d.c. cum cõtingat. Non enim solum obligatur eadẽ Margarita propter iuramẽtũ ad obseruantiã donationis antedicte, sed etiã formata est donatio huiusmodi iuramento:vt probatur in simili in.c.ꝙuis pactũ.de pact.in.vj. vbi renuntiatio alias nulla de iure ciuili firmatur iuramento:⁊ idẽ etiam sentit gl.⁊ tenent doc. communiter in alio simili.in.d.aut.sacra mẽta puberũ.⁊ ꝙ contractus in casu.d.c.cũ cõtingat.firmetur iuramẽto,tenuit gl.in.d.c.ꝙuis pactum.Barto. in.d.l.si quis pro eo. in.iij.memb.de fideius.Alb.Card.Flor.Ioan.de Imola ⁊ Panor.in.d.c.cum contingat.vbi etiã firmat idẽ Cal.hoc idem tenuisse Io.Monac.in.d.c.ꝙuis pactũ.idem tenuit Fred.de Sen.consi.cxlij.exor.Punctus questionis,⁊c.Et hec est cõmunis opinio doc.de iure scribentiũ,a qua prout dicitur in locis vulgaribus,nõ est in iudicãdo recedẽdum: cũ nec notorie male sentiat, nec rationabiliter cõuincatur. Etiã nec puto donationẽ predictã debuisse vel debere reuocari propter natiuitatẽ liberorũ,si qui postea nati extiterint:vel in futurum nascentur ex Margarita: quia hic fuit cogitatum de liberis nascituris,ꝙ ideo patet,quia prefata Margarita donauit liberis natis ⁊ nascituris.Non igitur obstat.l.si vnꝙ.C.de reuoc.don.que eo casu nõ procedit: vt voluit Bar.in.l.Titia.§.imperator.ff.de leg.ij.pro quo facit.l.qui iure.ff.de testa.mil.quãuis enim.d.l.si vnꝙ, cẽseatur introducta fauore liberorum,potest tamẽ illi renũtiari: vt voluit Bart.vbi supra,Ioan.de Imo.in.d.c.fi.de don. ⁊ in.d.c.cum contingat.circa.fi.Roman.consi.xvj.⁊ And. Sicul.vulgo Barbat.in repet.c.Raynaldus.de testa.pro quo facit,quia reuocatio que fit ex dispositione.d.l.si vnꝙ, fit ex quadam tacita voluntate donatoris, si in donatione dictũ esset,dono tibi,si liberos non suscepero:vt not.Bal. in.d.l.si vnꝙ.Cum igitur in casu nostro cogitauerit de liberis nascituris:⁊ tam iam natis,ꝙ illis donauerit omnia alia sua bona,non videtur ꝙ abinitio subintellecta extiterit predicta conditio.

¶ Rubr.De substitutionibus. ¶ Consilium.ccclxxxiiij.

¶ Epitome.

¶ Verba hec, filium meum heredem instituo, ⁊ suos:ꝙ si sine prole legitima decedat,sibi substituo Titiũ:quandoqꝫ vulgarem tantum,quandoqꝫ vero ⁊ fideicomissariam continent.



IN Facto ponitur, ꝙ dudum fuit in humanis nobilis ⁊ potẽs vir Petrus de Croso do.castri de Ludersio, qui anno Domini M.cccclxxviij.⁊ die.xvij.mensis Iulij fecit, ⁊ condidit eius vltimũ nuncupatiuũ testamẽtũ,in quo inter cetera inibi disposita ⁊ fieri ordinata,fecit ⁊ instituit eius heredẽ vniuersalem nobilem ⁊ generosum virum Blasium de Croso, eius filium naturalem, ⁊ legitimum , ⁊ suos, ⁊ sibi si sine prole legitima de se ⁊ de legitimo matrimonio procreata, seu procreanda decederet, substituit in omnibus, ⁊ singulis bonis iurisdictionem eiusdem loci de Ludersio tangentibus,solum ⁊ duntaxat primogenitum filium masculum nobilis Claudie de Croso eius filie, ⁊ ex ipsius proprio corpore,⁊ de legitimo matrimonio tunc procreatum, seu procreandum:fecit ⁊ alias substitutiones in dicto eius testamento plenius scriptas, ⁊ declaratas in casu parte nobilis ⁊ generosi viri Ioannis de Croso primo genito dicti Blasij mihi exhibito exordiente,Titius quidam veniens ad mortem, ⁊c. Qui testator permanens in voluntate huiusmodi vita functus est, ⁊ decessit superstite ⁊ sibi superuiuente dicto nobili Blasio eius filio, ⁊ vniuersali herede:qui vt dicitur distraxit,⁊ dissipauit maiorẽ partem totius hereditatis ⁊ bonorũ dicti quondã nobilis Petri eius patris,⁊ presertim eorũ in quibꝰ idẽ nobilis Petrus substitutiones fecit:⁊ alias prout in dicto casu plenius exponitur.Quesitum est de sequẽtibus.Primo an idem nobilis Ioannes censendus sit per verba de quibus supra, eidem Blasio eius patri substitutus.Secundo,an presupposito quod per verba huiusmodi idem Ioannes censeri debeat fuisse,⁊ esse eidem Blasio substitutus,valeat,⁊ possit ipse Ioannes petere sibi restitui bona dicti quõdam nobilis Petri testatoris:ea videlicet in qbus extitit substitutus.Et vtrum in ipsius preiudicium potuerit idem Blasius pater alienare bona hereditaria.Et an de bonis huiusmodi satisfieri debeat creditoribus eiusdem Blasij patris.
¶ Viso superius mentionato,⁊ dubijs predictis,dico,⁊ respondeo ad illa prout ecce,⁊ primo ad primum: premittẽs pro illius faciliori solutione, ꝙ hic non est dubiũ quin ꝑ illud verbum,⁊ suos,fuerit ipse nobilis Ioãnes eidem nobili Blasio eius patri vulgariter substitutus:⁊ quin vel nõ valente,vel nolente dicto Blasio eidem quondam nobili Pet.eius patri succedere:poterit idẽ Io.eidẽ nobili Pet. suo auo paterno in vim vulgaris substitutionis succedere per ea que no.gl.⁊ quod ibi per Bar.Pau.de Cast.Alex. de Imo.⁊ alios in.l.Gallus.§.quidã recte.ff.de libe.⁊ posthu.sed hec vulgaris substitutio expirauit per aditionem hereditatis,seu immistionem dicti nobilis Blasij.l.post aditã.C.de impub.⁊ alijs substi.Restat ergo dubiũ in hoc an prefatus Io.censeatur etiam per fideicommissum fuisse substitutus dicto nobili Blasio,ꝑpter illud verbũ,⁊ suos, positum in dicta substitutione,aut propter illa verba, si sine prole,⁊c.de quibus etiã in dicta substitutione. Super quo videtur prima facie dicendũ ꝙ non. Et primo quidem non per verbũ,⁊ suos,per id quod no.gl.in.d.l.Gallus.§. quidam recte:ex cuius dictis colligitur substitutum fuisse vocatũ vulgariter.Et idem videtur ibi sentire Bar. quod expressius firmat Pau.de Cast.in.d.§.quidã recte.vbi sibi videri dicit,ꝙ vbi est ordo necessitatis precise, vel causatiue,procedat ꝙ dictũ est:scꝫ,ꝙ substitutus solũ cẽseatur substitutus vulgariter.Et ꝙ ita loquatur glo.quasi testator videatur se retulisse ad necessitatẽ huiusmodi:sed vbi non esset ordo necessitatis,sed duntaxat affectionis,vt verbi gratia,si qs instituat fratrẽ suũ,⁊ liberos eiusdẽ, tenendo opinionẽ Bar.ꝙ videãtur vocati ordine successiuo, tunc ipsiꝰ fratris filij vocabuntur in duobus casibus,scꝫ,si frater vel nõ potuerit,vel noluerit acceptare hereditatẽ: vel etiã si acceptauerit,⁊ postea moriatur:que si ita se habeãt,videretur ꝙ in casu de quo queritur,cẽseri nõ debeat idẽ Io. per fideicõmissum substitutus:pro eo qꝛ prefatus quondam Petrus precise necessitabatur instituere,vel exheredare dictũ Blasium eius filium,⁊ causatiue prefatũ Io.Pro quo facit:qꝛ etiam nõ cẽseretur nobilis Pet.nepos ex filia per fideicõmissum substitutus,si prefatus quondam testator dixisset, Blasiũ instituo,⁊ primogenitũ nobilis Claudie filie mee substituo:pro eo qꝛ non esset adiecta dictio denotãs tractũ tẽporis.l.iam hoc iure.in verbo,in vulgarẽ tantummodo. ff.de vulg.⁊ pupil.⁊ probatur ex no.per gl.magnã.in.d.§. quidã recte.dũ dicit,vl sic,filiũ,⁊c.⁊ ꝙ ibi Bar.⁊ no.Bar. in.l.centurio.post mediũ:dũ tractat an cõpendiosa substitutio cõtineat vulgarẽ.ver.secundo oppono ad predicta, ⁊c.⁊ in.l.Lucius.q.pen.Etiam non videtur idem Pet.nepos ex filia per fideicõmissum substitutus,sub conditione, si idem nobilis Blasius sine prole,⁊c.per id ꝙ no.glo.magis cõmuniter approbata in.l.Lucius.el.ij.ff.de here.insti. quam tamen prout apparet ex his que not.Andre.Sicul. vulgo Barba.in repe.l.cũ acutissimi.post mediũ.versi.aggredior nunc secundã dubitationẽ,⁊c.C.de fideicommiss. multi impugnãt:⁊ cõtra quã idẽ Barba.adducit multa ⁊ magna fundamẽta.Et vt dt Pau.de Ca.cõsi.ccxxxvj.exor. Dubitatio vertitur,⁊c.cõtra eã tenuit Bal.in antiqs recollectis in.l.j.C.de cõdi.inser.Nã si,vt dicit,testator fauore liberorũ,⁊ vt habeat bona,videatur apposuisse cõditionẽ, si sine ⁊c.vt expresse dicit gl.in.l.filiusfamilias.§.cũ qs.ff.de leg.j. vel etiã lex que talem conditionẽ subintelligit ex cõiectura ta mente defuncti.d.l.cum acutissimi. C.de fideicõmis.⁊.l. cum auus.ff.de cõdi.⁊ demon.quid repugnat ꝙ ex hoc tacite videãtur in casu.d.l.Lucius.liberi substituti,vel in casu nostro dicti nobilis Pe.nepos,licet verba vsquequaqꝫ nõ conuenirẽt.vt dicit tex.in simili.in.l.fideicõmissa.§.hec verba.ff.de leg.iij.facit.l.vnũ ex familia.§.fi.l.peto.in prin. ⁊.l.cum proponeretur.ff.de legatis.ij.vbi fideicommissum inducitur ex tacita voluntate, ex quo extant alique coniecture: licet verba sint deffectiua,⁊ hanc opinionem dicit Pau.in dicto consilio sibi semper placuisse in pũcto iuris

que saltem videretur procedere in hoc casu, in quo non solum sub verbis, si sine prole legitima, &c. positus est conditionaliter, sed etiam dispositiue propter verbum, & suos. pro quo facit quod in simili voluit Pet. de Anch. in rep. c. si pater. de test. in. vi. vbi limitãdo gl. d. l. Lucius. & quod ibi per doct. sentit eam procedere, & esse veram, nisi testator aliquo onere grauasset filios filiorum: quia ex hoc videretur eisdẽ reliquisse. l. alio. in fi. ff. de alimen. & cib. leg. quod etiam videtur voluisse Bar. in. l. Cẽturio. vers. quero vlterius. ff. de vulg. & pup. & Paul. de Cast. in. l. hereditas. ad Statiũ. ff. de here. insti. propter que & alia multa que adduci possent, si opportunitas se offerret, dico pro nũc sub correctione cuiuslibet melius sentientis, ꝙ non obstantibus superius allegatis pro parte contraria, videatur idem nobilis Petrus dicto nobili Blasio eius patruo substitutus per fideicommissum. Ad secundum quesitum non est opus respondere: cum illi plene responsum extiterit

¶ Rub. De subdi. vassa. ¶ Epitome. ¶ Cons. ccclxxxv.

¶ Subditi alicuius qui cõuenerunt & promiserũt soluere census & alia iuxta cõsuetudines alterius loci, ad hoc possunt compelli etiam si dominus per cẽtum annos steterit, quibus non exegit talia seruitia.

1 ☞ Certa sunt que ex probationibus fiendis possunt certificari.
2 Inueterata obseruantia habet vim tituli & priuilegij.
3 Legem non tollit non vsus.



PErspecto Casu mihi exhibito, & ijs, que super eo elegãtissime scripsit reuerendissimus pater & vir egregius do. Antonius de Borna iurium professor eximius: dico & respondeo ꝙ etiã presupposito, ꝙ homines de Fayno non possent talliari de iure cõmuni, vel alias cogi per dominum loci de Fayno ad contribuẽdum in casibus mihi mentionatis, vt videtur sensisse Joan. An. in addit. Spec. tit. de feud. §. quoniam. vers. & not. ꝙ vassalli, &c. in addit. exordien. Huc vsqꝫ Rofred. &c. per Jacob. in suis libel. in rub. de caus. ex quib. vassal. quan. est de iur. scrip. deb. amit. feud. cuius contrarium voluit Specul. in d. §. quoniam. versic. & not. & ante eum Rofred. in suo trac. libellorum sub rub. sacra. cuius. vassal. & que contine. sacra. de quo per Jo. Raynau. in comprehens. c. imperialem. §. firmiter. versi. quero vltimo, &c. & multis sequentibus, post Joan. Blan. in summa. tit. quib. mod. feud. amit. tamen quia prout ponitur in facto, ipsi hoies de Fayno in suis recognitiõibus recognouerũt & pmiserũt, ac etiã se submiserũt soluere census expressos, & alia vsagia consueta, iuxta vsus & consuetudines nobilium, & valuasorum castri, & mãdamenti Nabini, ipsi de Fayno talliari possunt, & contribuere tenẽtur in predictis casibus, si tamen verum sit, ꝙ ita fieri, & obseruari consueuerit in castro, & mandamẽto castri Nab. in: nec debeat submissio, recognitio, & promissio huiusmodi ex eo impugnari, ꝙ dicti homines de Fayno nõ se submiserint conuenerint, & promiserint specifice, & nominatiꝫ cõtribuere in dictis casibus. Quoniã respõdeo, ꝙ licet submissio, recognitio, & promissio huiusmodi videantur incerte, quia
1 tamen possunt † ex fiendis probationibus certificari & declarari per probationem vsus, obseruantie, & consuetudinis, ille debent cẽseri certe. l. Mela. §. quidã. ff. de ali. & cib. le. l. quidquid. C. de aduoc. diuer. iud. l. ij. C. que sine cer. qũti. profer. & l. in summa. ff. de re iudic. hoc voluerunt in simili Pet. Cyn. Bal. Sal. & doct. in. l. priuilegia. C. de sacro san. eccles. per que patet non obstare. c. auditis. & quod ibi per doctor. de prescript. imo fortius facit pro, si bene inspiciatur textus illius: non est autem dubium, quin prefati homines de Fayno se potuerint ad vsus, consuetudinem, & obseruantiam huiusmodi obligare, prout eleganter ostendit dominus de Borna. potuit etiam per consuetudinem inueteratam induci, quod homines castri & mandamenti Nabini ad premissa tenerẽtur. l. cum satis. §. caueant. C. de agricolis & cens. libro decimo. facit. c. super quibusdam. §. preterea & quod ibi glos. de verborum significatio. & quod habetur in. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotidia. & estiua. & c. primo, de prescriptionibus, in sexto, per que
2 iura probatur, quod talis inueterata † obseruantia habet vim tituli, & etiam priuilegij. Nec puto, quod huic domino de Fayno, obstare debeat quod ex aduerso ponitur: scilicet, quod nec ipse, nec sui predecessores dictos homines talliauerint, vel eos ad contribuendũ compulerint in pretio terre empte: si tamen verũ sit, ꝙ casus eosdẽ talliãdi, vel compellendi non occurrerit. per ea que voluit Bar. in. l. in filijs. C. de decur. libro. x. per dictũ do. de Borna pertinentissime allegatis, & ꝙ Jo. de Pla. & ꝙ no. idẽ Bart. in. l. cũ scimus circa mediũ. & ꝙ ibi Jo. de Pla. C. de agri. & censi. lib. xi. vbi per illũ ter. secundũ eundẽ Bar. est optimũ arg. ꝙ si terre recomẽdate teneãtur alicui ciuitati, vel principi in suis caualcatis, nutrire exercitum, vel dare pecuniam, & per centum annos nunꝙ prestiterint, pro eo ꝙ ciuitas vel princeps non indiguit, nõ perditur hec facultas, ꝙ etiã voluit Lud. Rom. ff. de arbi. in repe. rub. Sal. in. l. imperium. ff. de iuris. om. iud. ad ꝙ facit, ꝙ voluit Ang. in quodã suo consi. exord. Jam sunt quinquaginta anni. in fi. &c. vbi consuluit, ꝙ si Janunenses ab imperatore obtinuerint priuilegiũ exercẽdi represalias contra Florentinos, & eo centũ, vel pluribus annis vsi non extiterint, pro eo ꝙ nullus Florẽtinus transiuit per eorũ districtũ, nõ propterea perdiderunt priuilegiũ: quod etiã confirmatur per id quod dicit Joan. And. in. c. Joannes. de cleri. cõiug. dicit enim ꝙ non vsus
3 † non tollit legem, quando homines nõ sunt vsi illa lege, pro eo ꝙ casus nõ accidit. Et ita volũt ibi doc. etiam facit ꝙ voluit Jo. And. in addi. Spe. in. tit. de feud. super rubr. vbi tenet, ꝙ vassallus non prescribit libertatẽ aduersus dominũ, qui eius seruitio vsus non est: pro eo ꝙ non occurrit casus in quo esset opus eius seruitio, ꝙ refert, & sequitur Panormi. in. c. ad audientiam. & quod ibi Joan. de Imol. de prescrip. Etiam optime facit quod not. Floria. & Ange. in. l. hec autem iura. ff. de seruitu. vrbano. predio. vbi voluit, ꝙ si dominus steterit per centum annos, quod vassallo non imposuerit onus, vel seruitium, vel etiam ciuitas in castro sibi subiecto per centũ annos vsa non fuerit iurisdictione, nõ propterea prescribitur. d. l. in filijs. C. de decurio. libr. x. Possunt & alia multa pro hac parte induci: sed quia premissa cũ alijs per dictũ do. Anto. allegatis, mihi videntur sufficere, ego vlterius non insisto. Concludẽs cũ eo, & eius opinioni adherendo, ꝙ si constet de submissionibus, recognitionibus, & promissionibus superius mẽtionatis, insuper & de consuetudine castri & mãdamẽti de Nabini possint homines de Fayno talliari, & compelli ad cõtribuendũ in pretio censuum, & redituum per ipsum dominũ de Fayno acquisitorum.

¶ Rubr. De testamen. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccclxxxvj.

¶ Testamentum ab initio quidem validũ, si postea fiat irritum, validetur tamẽ per clausulã codicillarem cõceptam in futurũ, tunc in eo grauatus detrahet duas quartas: itẽ ꝙ ex contractu inito cum minore propter enormẽ lesionem presumatur dolus, poteritqꝫ talis cõtractus quantuncũqꝫ iuratus rescindi.

1 ☞ Grauatus de restituendo per clausulam codicillarem pure, detrahit vnam quartam.
2 Pene binuborum locum habẽt tam in viris, quam in mulieribus.
3 Testatoris dispositio habet vim legis.
4 Juramenti vis & electus. & nu. 5. & 8.
6 Dolus presumitur in contrahẽte cũ minore propter enormem lesionem.
7 Mulierum genus auarissimum.
8 Juris ignorantia presumitur in minore.



VIso Diligẽter casu mihi exhibito parte nobilis & generose mulieris, do. Honorate Rodulphe, & dubijs ex eodem elicitis, dico, & respondeo ad eadẽ dubia prout infra. Et primo ad primum dico & respondeo prout, & quemadmodum egregius vir dominus Franciscus Palmacij, iurium professor eximius eidem respondit; qui dixit plenam veritatem & eius responsioni adhereo. Jtem facio super secundo quesito, hoc excepto, ꝙ, sub sua correctione dixerim, mihi videtur, quod cum per clausulam codicillarem, de qua ibi, fuerint ipsa nobilis Honorata, & sorores rogate, non quidem sub conditione, vel in diem, de restituendo bona, & hereditatem testatricis earum matris, nobili viro Alziario

Alziario Rodulphi, earũ patri, heredi instituto, non po-
1 tuerũt † ipse filie detrahere, nisi vnam quartam: ſm cõmu-
nem opinionẽ, de qua per gl. Bart. Bal. Ang. & doct. in l.
Papinian9. §. meminisse. ff. de inof. test. per gl. & Bar. in l.
§§. C. ad leg. Fal. per Bal. in l. filium quem habentẽ. vers.
item quero quid si filius. C. famil. ercifcun. & Panor. in c.
Raynutius. de testamẽ. fateor ꝙ si testamentum ab initio
valuisset, vt quia illius tempore non fuissent nate prefate
Honorata, & sorores, & clausula codicillaris fuisset cõcepta
de futuro: quia testamẽtum ab initio valuisset, licet postea
per earũ natiuitatem fuisset ruptum, potuissent ipse Ho-
norata & sorores detrahere duas quartas: prout hec colli-
guntur ex his que not. Bal. Ang. in d. §. meminisse. & Bal.
in d. l. filium quẽ. vers. item quero, &c. Sed quia hoc testa-
mentum ab initio fuit nullum, & clausula concepta de pre-
senti, ille censentur pure grauate: & sic non detrahetur, nisi
vna quarta: & ita reperiuntur Bar. Bal. & alij pluries con-
suluisse. ¶ Ad tertium quesitũ etiã respondeo, prout idem
do. primo cõsulens, cuius respõsioni non obstat ꝙ pretẽdi
tur, iura sequentia conuolantes ad secunda vota, extan-
tibus liberis ex primo matrimonio, loqui in mulierib9 bi-
2 nubis: quoniã respondeo, prout etiã ipse dixit ꝙ eedẽ † pe-
ne locũ habẽt in viris binubis. auth. de nup. §. si vero expe
ctet. & auf. de nõ elig. sec. nub. mul. §. quia vero contra binu
bos. & in l. generaliter. §. pen. C. de secun. nupt. not. Azo in
summa eod. tit. §. pen. vers. quecũq3. Cy. in l. hac edictali. §.
his illud. C. de secun. nup. Joan. And. in addit. Spec. tit. de
secun. nup. super rub. Bal. in l. femine. circa fin. prin. versic.
quero quid econtra, &c. & consuluit Old. consil. mihi. lxxv.
exor. Quidã habuit vxorẽ, ex qua duos habuit filios: vxor
decessit, &c. de quo per Matth. de Mat. in suo trac. suc. ab
intest. in iij. memb. & pleni9 per Lud. Bolog. in addit. Nec
prodest ad penas legis euitandas, ꝙ nobilis quõdam Si-
lona de Rosseto testatrix, in eius testamento dixerit, & vo
luerit ꝙ prefatus nobilis Alziarius posset de medietate
bonorũ sui ipsius nob. Silone toties quoties eidẽ placeret
& sibi videretur faciendũ, disponere, & ordinare ad libitum
voluntatis: quoniam esto ꝙ eadem nobilis Silona imper
tiri potuisset licentiam iterum matrimonium contrahẽdi
sine metu penarum legalium eidem nobili Alziario, vt vo
luit Bal. in l. filium quem habentẽ. vers. item ex eo quod li
tera dicit, &c. C. famil. ercis. & in l. femine. C. de secun. nupt.
3 motus ea ratiõe, quia sanctio † testatoris equiparatur san-
ctioni legis. auth. de nup. §. disponat. coll. iiij. tamẽ non vi
detur per verba predicta ipsa nobilis Silona licentiã pre-
dictam fuisse impertita: pro quo pro nũc allegasse sufficiat
quod voluit Raph. Fulg. consi. lxiij. exord. Blasius quon
dam Joannis Petri, &c. vbi idem voluit in eisdem termi-
nis, vel parum differentibus. ¶ Uenio ad quartum quesi
tum, super quo primo dico, ꝙ contra eãdem nobilem Ho-
noratã & pro dicto nobili Alziario faciunt vulgares regu-
le: prima est, ꝙ remittentibus iura sua non est amplius ad
illa datus regressus. l. queritur. §. si venditor. ff. de edili.
edic. l. j. §. semel. ff. de succes. edict. & c. quam periculosum.
cum ibi not. vij. q. j. Secundo contra eam facit iuramenti
4 † authoritas, qua cõfirmatur cõtractus minoris alias nul
lus defectu solennitatis de iure introducte. authen. sacra-
menta puberum. C. si aduers. vend. Tertio quia per ipsum
iuramentum firmatur contractus de iure canonico, qui
alias de iure ciuili erat nullus. c. cum cõtingat. de iureiur.
& c. mulieres. eod. tit. in vj. confirmatur preterea per iura-
mentum contractus de iure ciuili prorsus reprobatus, vt
pote super futura successione. c. ij. de pact. in. vj. & nimirum
si grandẽ authoritatem ius canonicum iuramento presti
terit, quia etiam a lege diuina magnã habet authoritatem:
vt etiam in ea dictum sit, Redde Deo iuramenta tua. c. si
peccatũ. xij. q. ij. & c. & si Christus. de iureiur. vnde & de iure
canonico datur regula, ꝙ omne iuramẽtum seruãdum est,
ꝙ sine dispẽdio salutis eterne, vel alterius detrimẽto ser-
uari potest. d. c. cũ cõtingat. propter que videtur prefatam
nobilẽ Honoratã venire nõ posse cõtra remissionẽ, quieta
tionẽ, donationẽ, & alia per eã cũ iuramẽto cõuenta: & quod
illa exclusa extiterit ab omni remedio predictorum resci-
siuo, & quidem quod contrauenire non possit beneficio mi-
noris etatis, & per beneficium restitutionis in integrum,
hoc satis clarum est: cum beneficium huiusmodi soluatur
etiam per vnicum iuramentum a minore prestitum. auth.
sacramenta puberum. C. si aduers. vend. quod etiam voluit
Glossa in l. ij. C. de rescinden. vend. quatenus ibi not. & post
eam doct. magis cõmuniter, ꝙ minor per iuramentum re-
putatur maior. idẽ no. gl. in c. pen. in fi. ij. gl. de iureiurand.
¶ Sed his non obstantibus, que mihi in ꝓposita questione
obstare nõ videntur dico contrariũ: & ꝙ remissio, quietatio, & do-
natio predicte fuerint nulle: vel ꝙ saltẽ possit eadẽ Hono-
rata petere secũ dispensari de iuramento, & iuramẽtis per
eandẽ prestitis. Et deinde easdẽ impugnare, & obtinere il-
larũ rescissionẽ, quatenus de facto, vel alias ꝓcesserũt: put
per multa, & magna fundamẽta clare prosequutus est, & o-
stendit dictus do. primo scribẽs: qui adeo materiã collegit
vt nihil addi possit, nec addi expediat. rei enim satis demõ
strate frustra adijcitur demonstratio. l. j. §. si. ff. de dot. prele.
Etiam plenitudo additione non indiget. c. bene quidem.
xcvj. dist. Propter que decreueram nihil vlterius scribere,
ne diceretur mihi illud Horatij: In siluam ne ligna feras:
aut cũ eadẽ dicã ex superfluo, aut si nõ voluero dicere, ab eo
dem do. primo scribente, occupata sunt melioratũ vt satis
faciã votis partis, dicã vnũ verbũ. Et primo quidẽ ꝙ iura
5 mentũ tunc demũ cõfirmat cõtractũ alias † inualidũ, & be-
neficiũ restitutionis & alia similia excludit, cũ sponte presti
tum est, sine vi, sc3 & dolo. c. cũ contingat. c. licet mulieres. &
c. quis pactũ: superius allegatis. & ita intelligitur verbum
sponte, positũ in d. authẽ. sacramenta puberũ. & in corpore
6 vnde sumitur. Dolus † autem presumitur in contrahente
cum minore propter enormẽ lesionẽ: vt probatur in l. si su-
perstite. C. de dolo. vbi tex. not. l. omnis. §. Lucius. ff. de his
que in frau. cre. & l. qui testamentũ. de prob. & p Bar. in l. si
societatẽ. §. arbitrorũ. vers. quero nunquid possit renuntia
ri. ff. pro soc. Bal. etiam in l. hac edictali. §. sacramẽta. ver.
quarto quero. de pace iura. firman. in vsib. feudo. tenet ꝙ ex
enormi lesione presumatur minorem iurantem dolo fuisse
circũscriptũ. Et licet videatur postea dicere hoc non serua
ri de consuetudine. quia minores faciunt refutationẽ eorũ
tutoribus, & curatoribus. & ꝙ tales refutationes seruantur
vt no. gl. in l. iij. §. contrariũ. ff. de con. iudic. tutel. postea ta-
men declarant consuetudinem procedere vbi non arguitur
dolus & fraus: cum ibi subdit, ꝙ glo. ibi mature loquuta
est, q3 dicit, ꝙ tunc valet refutatio qñ nõ interuenit fraus &
dolus: subdit etiã idẽ Bal. ꝙ boni presides talia iuramen-
ta, & illicitas extortiones, per capturã persone faciunt rela-
xari, & cassari. per. l. illicitas. ff. de offi. presi. & ꝙ pluries ita
fieri vidit. Et hanc putãt aliqui fuisse mentẽ Dy. dicẽtis
iuramentũ non obesse minori nisi minor sit certioratus de
beneficio restitutionis, quasi presumatur dolo deceptus.
Cuius opinionẽ sequutus est Cy. in l. ij. C. de rescin. vẽdi.
Jo. And. in c. pen. de emp. & vendi. Et hec opinio vt dicit
Jo. de Jmo. in l. sciendũ. ff. de verb. oblig. habet multã equi
tatẽ & quem ibi sequitur Fran. de Are. & ita voluit Bald.
quoad propositum nostrũ in d. l. ij. C. de rescind. vendi. & in
d. l. hac edictali. §. itẽ sacramẽta. in vltima. q. distinguendo,
cũ dicit, ꝙ aut minor qui iurauit, contraxit cũ authoritate
tutoris, aut sine. primo casu vt dicit, non potest per eum pe
ti restitutio: secundo casu peti potest, etiã si interuenisset de
cretum iudicis q3 scientiã iudicis nõ interpretatur sciẽtia
adulti: ita not. ipse Bal. in d. l. ij. vers. sed hic dubitatur. C.
de rescin. vend. Et pro hac sententia ꝙ dolus presumatur
in contrahente cum minore propter enormẽ lesionem, vide
tur optime facere. ff. pro emptor. l. si quis cũ sciret: secundũ
intellectum Jac. de Are. approbatũ. vbi non videtur bone
fidei emptor, qui emit a minore, quẽ sciebat protinus in ma
lum vsum consumpturũ: & illa venditio inualidatur tanꝗ̃
prodigi: nec validatur iuramento secundũ ea que not. ff. de
verb. oblig. l. is cui bonis. per Bar. in l. si quis pro eo. ff. de
fideius. Quod si ita est, multo fortius videri debet male fi-
dei, qui contraxit cum minore, quẽ cognoscit contrahendo
consumere, & ledi enormiter, & debet contractus huiusmo
di reprobari: nec debet iuramento validari, saltem ad tol-
lẽdum beneficium restitutionis. Et hanc sententiã sequu-
tus est Anto. de Butri. in d. c. cũ cõtingat. versic. quartus
casus principalis, &c. in minore iurãte nõ cõtrauenire rõne
enormis lesionis: dicẽs se in facto ita cõsuluisse: & est verũ,
cui9 cõsiliũ exordit, iuris rigor plurimũ obuiat huic mulie
ri, &c. Cũ enim vt ponit in facto, bona materna, in quibus
eadẽ nobilis Honorata & eius soror successerũt, vel que ad
eas spectabãt, valerẽt decẽ mille florenis, & ipse nobilis Al
ziari9, q ex paterno officio tenebat dotare dictas ei9 filias
p modo, & qualitate psonarũ & bonorũ de suo patrimonio.
l. fi. C. de dot. promis. & l. quero. ff. de iure dot. opulentus &
diues existeret, magna fuit bonorum effusio in quietatio-
ne, & remissione, superius mentionatis: & que nõ solũ ma-
gna & effusa liberalitas reputaret in muliercula, s3 etiã in

quolibet, etiam in milite: in talibus autem immoderate gestis quantūcunque iuratis, maxime ab his qui sunt in iuuenili etate, adest presumptio seductionis: tū quia iactatiões nō presumūtur a iurenini a mala causa. c. super hoc. de renunt. tū quia talis immēsa liberalitas nature mulierum repugnat:
7 de quibus lex dicit, quod fearū genus auarissimū existat. l. si ego. ff. ad Velleia. & l. si stipulata. in fi. ff. de iure dot. hec & alia multa motiua inducit Ant. de But. in d. eius cons. Etiam pro hac parte facit, quia iuramentum non est adinuentum vt esset iniquitatis vinculū. c. inter cetera. xxij. q. iiij. & rursum iuramentū debet habere tres comites: veritatē videlicet, iudicium, & iustitiam. c. animaduertendum. xxij. q. ij. & c. quanto. de iureiuran. in hoc autem casu euidens presupponitur iniquitas: cū & mulier, & minor. xxv. annis pro duobus mille florenis, & modico pluri remiserit summā quinque milium, quoad bona materna: & quidquid vltra habitura erat in bonis paternis: iuris enim presumptiõe, & fragile & infirmum est etatis huiusmodi consilium, & multorum insidijs, & captionibus expositum: & ideo dicit text. quod naturalis equitas suadet filiabus subueniri. l. j. ff. de minorib. Accedat ad hoc sexus fragilitas, que sepe consueuit etiam contra propria cōmoda laborare: accedat propterea nimia patris reuerentia: quoniam puella, & existens in domo patris: hec autem nimia reuerentia est causa sufficiens ad rescissionem cōtractus, sicut metus. l. j. §. que onerande. ff. quar. rer. act. non dat. facit. c. sane. de renūt. quia ergo ex qualitate facti dolus colligitur. l. j. & quod ibi notatur. ff. de except. dol. proculdubio videtur dicendum dolum interuenisse in remissione, & quietatione superius mētionatis. Et pro hac parte reperio Pet. de Anc. sepissime cōsuluisse, vt videri potest consil. clxxxj. exor. Visa diligēter narratione, de qua supra, &c. consil. cccli. versic. restat vltimo de quodam dubio, &c. consilio. ccccxxiij. exor. In supradicta quietatione, & pacto gratuito, &c. & Paul. de Castro in terminis nostre questionis, allegatus per dictum dominum primo allegantem consilio. clxxvij. exordien. Contra superius consulta facere videntur, &c. vbi per eum inducuntur multa & equa & magna fundamenta: premissa etiam voluit Pe. de Ancbar. in repetitione. c. canonum statuta. versiculo, ego etiam consului in ciuitate Senarum, &c. de constit. etiam pro hac parte consuluit Rapha. Cumanus consil. cxxx. exor. Videtur prima fronte dicendum, &c. vbi etiam dicit quod iuramentum dolo extortum non validat cōtractum, nec minorem iurantem representat maiorem: vt not. gl. in l. hac edictali. §. item sacramenta superius allegata. in verbo, querimoniam. & quod ibi Bal. quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, vt predixi, & not. Bart. de sacramento per metum interposito: in d. authen. sacramenta puberum. in fi. Quanuis enim dolus non vitiet contractum, nisi causam ei dederit, secūdum ea que habentur in l. eleganter. in principio. ff. de dolo. & in l. dolus. C. de rescinden. vend. tamen iuramentum saltem ad confirmandum vitiat: quia cum lex loquitur de iuramento confirmatorio, exigit dolum & metum abesse: nec reiteratio iuramenti magis confirmat quietationem, remissionem, & alia predicta: sed magis ostendit, & iniquitatem multiplicat. arg. l. doli mali. §. diuersum. ff. de nouat. Preterea aduertendum est in hoc casu, quia, vt puto, prefata nobilis Honorata errasse presumitur non solum in hoc facto, vel circa valorem bonorum suorū, sed etiam in iure: quatenus videlicet existimauit testamentum dicte quondam nobilis Silone eius matris de iure valuisse: & omnia eius bona in vim illius spectasse, & pertinuisse dicto nobili Alziario: & quatenus etiā non cogitauit, quod per contractū secūdi matrimonij idē nobilis Alziarius priuatus extiterit proprietate omniū bonorū: que ab eadem Silona ad ipsum peruenerant: que † iuris ignorātia presumitur in minore. l. regula. in prin. ff. de iur. & fac. ignor. quo fit, vt cum prefata Honorata dicta iura ignoraret, non videatur de eis cogitasse: iuramentum autem non trahitur ad incogitata. l. finali. C. de non numer. pecu. l. fin. ff. qui satisda. cogant. & c. veniens. de iureiurando. Ad quod facit, quia iuramentum obligationem non auget: sed ei intra suos limites manenti, addit religionis vinculum: vt voluit Oldradus consil. clxxxvij. exordiente, Cum Mulier donatrix, &c. & consilio. ccliij. quod incipit, Ex forma statuti, &c. Pro quo allegat dictam. l. finalem. C. de non numerata pecunia. l. si libertus. ff. de oper. lib. c. petitio. & d. c. veniens. & quod ibi per Inn. & Hostien. de iureiurā. hoc dictum Oldra. commemorauit Bal. in d. l. fi. circa principiū. C. de non nume. pecu. nec oponat mihi aliquis, quod prefatus nobilis Alziarius bona dicte quondā Silone tenuerit, vt & tanquam legitimus administrator prefatarū nobilium Honorate & sororis. Quoniā respondeo, quod prefate filie hoc potuerunt ignorasse: scz quod earum nomine, hec bona administraret. Etiam predictum iuramentum extendi non debuit ad illam bonorum medietatem, que eidem nobili Honorate & sororibus veniebat restituenda in vim substitutionis post mortem ipsius Alziarij: etiam si ipse non conuolasset ad secūda vota. l. de his cum suis simi. ff. de transac. Ex quibus omnibus cōcludo vna cum prefato do. primo scribente, prefatā nobilē Honoratam, posse petere, & debere obtinere dispensationem pretensi iuramenti, & iuramentorū per eam prestitorum: quod intelligo post mortem dicti nobilis Alziarij: quia ante nō potest: cum sit filia naturalis, & legitima eiusdē nobilis Alziarij, & in ipsius potestate existat. l. lis nulla. ff. de indi. interim vero non curret prescriptio: quia non valenti agere, &c. l. j. C. de bo. mater. l. j. §. fi. C. de anna. excep. Poterit autem & secrete protestari coram do. officiali, &c. vel etiam coram notarijs, & testibus se intendere petere dispensationē, &c. tempore & loco opportunis: cum scilicet fuerit sublatū obstaculum patrie potestatis.

¶ Rub. De codicillis. ¶ Epitome. ¶ Consi. ccclxxxvij.

¶ Codicillis hereditas dari vel adimi non potest: item quod cōpendiosa substitutio facta in testamento & in codicillis reuocata, eatenus censetur reuocata, quatenus operaretur fideicommissum.



Viso casu mihi exhibito parte nobilis viri Petri de Ulmo, & intellecto dubio, quod ex casu huiusmodi elicitur, dico & respondeo ad dubium huiusmodi prout infra. Pro cuius solutione premitto, quod vltima volūtas est ambulatoria vsque ad vltimum vite exitum. ff. de adimē. leg. l. quod si iterum. l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de dona. inter vir. & vxor. & c. vltima voluntas. cum suis simi. xiij. q. ij. premitto insuper quod licet hereditas directo dari nō possit, vel adimi in codicillis. l. hereditas. ff. de his quib. vt indig. & l. hereditatem. cum suis simi. C. de codicil. dari tamen potest, vel adimi verbis obliquis, dictis. ll. & l. quidam. §. j. C. de neces. here. insti. & l. ij. §. fi. cum suis simi. ff. de iure codicil. Quibus premissis dico & respondeo, quod quia substitutio facta de propinquiore masculo Manguinariorum, fuit, & est compendiosa facta per verbum substituo, quod est cōmune. l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. l. generaliter. C. de insti. & substi. & l. precibus. C. de impub. & alijs subst. no. Bar. in l. Centurio. circa fin. ff. de vul. & pupil. illa cōprehendit duas substitutiones: scz vulgarem & fideicommissariam: vt voluit Bar. & docto. in d. l. Cēturio. & Alex. de Imo. in d. l. precibus. vers. in eadē. ibi est alia, &c. vbi etiam per alios scribentes. quatenus igitur occurreret casus vulgaris substitutionis: vt verbi gratia, si ante mortē dicti testatoris moriātur prefatus nobilis Petrus, & omnes eius liberi masculi: vt si post mortē eiusdē testatoris ipsi Pet. & liberi masculi eiusdē repudiarēt hereditatē prefati testatoris, ita quod ipsi, vel eorū aliquis, nollēt esse eius heredes, tunc propinquior masculus Manguinariorum posset succedere in vim vulgaris substitutionis, non obstante reuocatione predicte substitutionis facta in codicillis: quia substitutione vulgari pōt testamentū vires sibi assumere. Pro quo allegatie sufficiat no. per Alex. de Imo. in l. si pater filium. ff. de vulg. & pupil. & l. apud Julianum. §. idem Julianus. ff. ad trebel. licet igitur dicamus hereditatem adimi posse in codicillis: quod fieri nō potest. d. l. hereditatum, & alijs iuribus superius allegatis: posset propinquior Manguinariorū masculus succedere in vim vulgaris in casibus superius mētionatis: sed quatenus occurreret casus fideicōmissarie substitutionis, vt verbi gratia, si post mortē prefati testatoris dictus nobilis Pet. adeat, & acceptet eius hrditatē, quis postea moriatur sine liberis masculis, vel sui liberi masculi sine alijs liberis, dico quod dictus propinquior masculus Manguinariorum nihil petere poterit iure super bonis prefati testatoris in vim dicte fideicōmissarie substitutionis: quia licet, vt predixi, hereditas adimi non possit in codicillis, fidecommissum tamen in eis adimi potest. hoc est, reuocari potest, quemadmodum & dari: vt sic contrariorū eadem sit disciplina. Pro quo videtur tex. in l. si
8 (placed beside line beginning "nerant: que † iuris")

in l. si quis ita. §. finali. ff. de adimend. legat. & quod reuocatio huiusmodi quatenus eueniret casus dicte fideicommissarie substitutionis, valuerit & valeat, probatur per ea que not. Joan. de Imol. in casu multo magis dubio. in l. si ita scriptum. §. regula. ff. de liber. & posth. que saltem in hoc casu habent locum: nec huic dicto obstant, imo faciunt quod si bene inspiciantur ea que not. Barto. in l. si iure de legat. iij. Dicta autem reuocatio non nocet institutioni facte de dicto nobili Petro: nec substitutioni facte de eius liberis masculis: quia dictus testator illas non reuocat, sed duntaxat substitutionem factam de propinquiori masculo Mâguinariorum: remanent igitur firme. l. sancimus. C. de testa. & l. precipimus. in fine, cum suis simil. C. de apellat. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De tutel. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccclxxxviij.

¶ Tutor a iudice pupillis datus expresse cauere debet & promittere de illis defendendis, & eis vtilia procurando & alias talis datio non valet, & debet ab administratione remoueri.



IN Prouisione tutele honeste impuberis Claudie Durandi, quam fecisse dicitur honorabilis vir magister Joannes Viuonis notarius tunc pretensus locumtenens egregij viri, do. iudicis Aurayce de honorato Borrilhoni, debuit idem Borrilhoni specialiter promittere, quod prefatam Claudiam pupillam defenderet. l. fin. §. omnem autem. vbi etiam hoc notant Cyn. Bart. Ang. & Salic. C. de administrat. tutor. & Bartol. in l. legitimos. ff. de legiti. tutor. Bartol. Paul. de Cast. Alexand. de Imola in l. pretor. in principio. ff. de noui oper. nunt. Angelus in authen. vt hi qui oblig. §. fin. Alexander de Imola consil. cxxix. exord. Consideratis his que in prescripto themate, &c. & Paul. de Cast. cons. ccclij. versic. postquam iste tutor, &c. & Angel. Aret. in §. actionum. in materia tutele, versiculo, octauo quid incumbat tutori. &c. instit. de actionib. & idem Ang. in §. fin. in materia tutele. versic. sexto obijcitur, quod non iurauit, &c. instit. de except. Nec sufficit quod idem Honoratus promiserit vtilia dicte Claudie Durande procurare, & inutilia pretermittere: vt expresse voluit Bart. in d. l. pretor. vbi etiam idem voluerunt Paul. de Cast. Roma. & Alexand. idem Bart. in d. l. legitimos. idem etiam Cyn. Bart. Ang. & Salicet. in d. §. omnem. & idem Salicet. in l. tutores. versic. quero. xv. C. de administrat. tutor. & Alexand. de Imola in d. consilio cxxix. vbi, & in d. l. pretor in principio, bene respondet dicto Bal. qui prima facie videretur sensisse contrarium in d. l. fin. §. omnem quatenus ibi sentit idem Bald. sufficere quod in tutelis & curis debet apponi, quod tutor & curator promittant subire defensionem pupilli sine vlla cunctatione, vel mora, vel equipollens. Dicit enim idem Ang. respondendo in d. consilo, quod posito quod Bald benediceret, eius tamen dictum predictis non obstaret: pro eo quia ex verbis eius non infertur, quod sufficiant illa verba: scilicet, & promisit vtilia facere, & inutilia pretermittere: quia tex. in d. §. omnem. requirit quod tutores specialiter promittant, quod ipsi sine cunctatione, sine mora defensionem minorem subibunt, quod promissum non videtur formaliter, & specialiter per illa verba, Promitto vtilia facere, & inutilia pretermittere esto quod dici posset hoc esse generaliter, seu sub generalitate promissum, sed hoc non sufficit. d. §. omnem. vbi non requiritur specialis promissio: vbi tamen per alia verba, quam per ea que formaliter posita sunt in d. §. omnem. esset promissa specialiter in effectu defensio, satis esset: hec fuit intentio Baldi in d. §. omnem. & quod non sufficiat promittere facere vtilia, & inutilia pretermittere, clare apparet per ea que notat Baldus in addit. Specu. titulo, de tutoribus; versiculo, tutor tenetur, &c. Ex quibus omnibus infero, quod datio tutele huiusmodi cassanda est, quod aperte fuit de mente Bart. in dicta. l. legitimos. ad finem principij, versicul. & aduerte. vbi refert se vidisse multas tutelas cassari propter omissionem promissionis de defendendo, &c. & quod datio tutele aliter facta non valeat, tenuit verbo aperto Salice. in dicto. §. omnem. in principio, & Et alexander de Imola consilio predicto, & Angelus Aretinus in dicto versiculo, octauo, quid incumbat tutori, &c. Et satis fuit de mente Cy. in dicto. §. omne. vbi dicit, quod propter omissionem promissionis de defendendo reprobantur facta tutorum. Debet igitur idem Honoratus tanquam non tutor propter omissionem promissionis huiusmodi, & quia etiam de defendendo non cauit, remoueri ab administratione tutele dicte Claudie Durande: quam de facto gessit, & gerit. Cui non obstat quod voluit Paulus de Castro in dicto consilio. ccclij. quatenus ibi sentit, tutorem consanguineum non esse reuocandum ab administratione propter omissionem dicte promissionis: quoniam respondeo, quod Paulus ibi loquitur in tutore dato in testamento cuius datio valuit: licet non valuerit decretum administrationis propter dictam omissionem. Sed hic loquimur in eo qui datus est a iudice, & cuius datio non valuit propter dictam omissionem: & sic in eo qui nunquam fuit, nec est tutor. Et puto quod super huiuscemodi articulo potest egregius vir do. iudex. Liurayce ex suo incumbenti officio procedere, & non pati quod iste qui tutor non est, bona pupille administret: per ea que scripsit egregius vir do. Guil. Meynerij iurium professor eximius: cum enim dicta Claudia vtpote pupilla, sit persona miserabilis, hoc est digna misericordia, per ea que no. Inno. & doc. in c. significantibus. de offi. deleg. & Bar. in l. j. C. quan. imper. inter pupil. & vidu. potest & debet idem do. iudex eius officium etiam non petitum impartiri: per ea que no. Bar. in l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Dicit enim quod iudex debet eius officium exercere: quod intelligit per precedentia: etiam si non fuerit imploratum: alias punitur. Pro quo allegat l. sancimus. §. j. C. de admini. tuto. & l. nec quidquam. §. aduocatos. ff. de offi. proconsul.

¶ Rub. De solutio. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccclxxxix.

¶ Liberatio a debito contingit deposito & consignatione eius quod debetur, maxime facta volente creditore: cum satisfacit qui quomodo voluerit creditor soluit.



CUm Probi viri Petrus, Jo. Stepha. & Jacob. Gaumare animo soluendi deposuerint sexaginta duos florenos, in quibus teneri dicebantur prouido viro Ant. Filioli loci de Auisano, illi videntur a debito huiusmodi liberati. l. obsignatione. C. de solu. l. acceptam. & quod ibi per Sali. in. iiij. oppo. C. de vsu. & l. qui mutuam. §. j. ff. manda. quod presertim procedere debet, quia depositum huiusmodi factum est de consensu prefati Anto. & in manibus eius, que ipse pro depositario nominauit, & elegit, & ita censetur per huiusmodi depositum eidem Filioli satisfecisse: quia satisfacere est sicut voluerit creditor, &c. l. si rem. §. omnis. ff. de pigno. act. & argu. c. consuluit. de vsur. per que iura hoc no. Spec. titu. de obliga. & solu. §. ij. versi. quid si lata. idem dicit Bal. in l. per diuersas. versi. decimotertio quero. C. manda. pro quo allegat. §. vendite. insti. de rer. diuisi. Quod si ita est, pono quia ita est, non immerito petierunt & petunt dicti Petrus & fratres instrumentum debiti cancellari.

¶ Rubrica, De triente & semisse. ¶ Consilium. cccxc. ¶ Epitome.

¶ Legitima duarum filiarum & trium neptium ex filio, que pro vna filia computantur, est triens siue tertia pars bonorum quondam patris filiarum, & aui dictarum neptium.



COnsiderato Casu mihi exhibito parte honeste mulieris Joannete Marine neptis ex filio prouidi quondam viri Anto. Marini senioris, & dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico & respondeo ad dubia huiusmodi breuiter & succincte prout sequitur. Et primo ad primum respondeo, quod cum eidem quondam Antonio superfuerint due filie naturales, & legitime, tres neptes ex Antonio quondam filio predefuncto, que tanquam succedentes in locum eiusdem filij sui patris tenent vicem vnius, legitima omnium bonorum, hoc est duarum filiarum & trium neptium est triens: hoc est tertia pars bonorum dicti quondam Antonij senioris. authentico, de triente & semisse. §. primo. & transumptiue in authentic. nouissima. C. de inof. testamen. hec autem tertia pars debet diuidi in tres partes, seu tres tertias, quarum omnium partium vnam habere debent

dicte tres neptes equaliter inter eas diuidendam: si ergo ponamus quod bona dicti quondam Antonij senioris valerent duobus mille florenis, legitima dictarum duarum filiarum, et trium neptium ascendit ad sexcentos sexaginta sex florenos, et octo grossos, qui primo debet diuidi in tres partes, quarum quelibet ascendit ad ducentos viginti duos florenos, duos grossos, quinque pataquos, et vnum denarium: et vna istarum debebatur dictis neptibus, que diuidenda est in tres partes, quarum alteram habere debet prefata Joanneta pro sua legitima: que, si non fallor, ascendit ad septuaginta quatuor florenos, et septem pataquos. Ex quibus infertur quod cum eadem Joanneta habuerit in dotem centum florenos, et quedam alia, non potest eadem Joanneta aliquid vlterius petere pro sua legitima.

¶ Rubrica, De testamen. ¶ Epitome. Consilium. cccxcj.

¶ Minor quatuordecim annis, item cecus testari non possunt, nisi obseruatis certis solennitatibus: quibus propterea abintestato succedunt proximiores agnati.



Masculus Minor quatuordecim annis testari non potest. l. si frater. C. qui testa. fac. poss. l. ij. C. quan. prouoca. non est neces. §. preterea. institut. quib. non est permis. fac. testamen. et l. qua etate. et quod ibi glos. et doc. ff. de testamen. Etiam cecus testari non potest, nisi cum solennitate, de qua in. l. hac consultissima. C. qui test. fac. pos. nisi testaretur inter liberos suos, secundum Bal. Ang. Sal. Pau. de Cas. et Alex. de Imo. in. d. l. hac consultissima. quo fit, vt si verum sit, quod Antonius Michaelis filius quondam naturalis et legitimus, ac heres vniuersalis defuncti viri Joannis Michaelis, tempore cuiusdam pretensi testamenti per eundem editi, nondum compleuisset quatuordecim annos, aut saltem nondum attigisset vltimum diem anni decimi quarti, dictum eius pretensum testamentum fuit, et est nullum: vtpote factum ab eo, qui testari non poterat. d. l. si frater. et aliis iuribus ad hoc superius allegatis. Preterea etiam fuit nullum dictum pretensum testamentum, si tempore illius idem Antonius erat cecus: et hoc propter omissionem solennitatum. d. l. hac consultissima, que in eo obseruate non fuerint: put clare colligitur ex sola inspectione instrumenti, seu scripture dicti pretensi testamenti: et hec sunt sine dubio. Ex quibus infertur, quod in his casibus, et eorum quolibet, eidem Antonio succedunt, et succedere debent vniuersaliter honorabiles viri Ludouicus, et Petrus Michaelis, eiusdem Antonij patrui: vtpote eius proximiores in gradu cognationis. auth. de hered. abintest. §. si vero neque fratres. et auth. post fratres, fratrumque filios. C. de legit. hered. Preterea vbi esset verum, quod tempore dicti pretensi testamenti, quod idem Antonius compleuisset quatuordecim annos. vel saltem vltimum diem decimi quarti anni attigisset, nec cecus extitisset: quia tamen vt audio, ille vita functus est, et decessit sine liberis, est locus substitutioni dudum facte per dictum quondam Joannem eius fratrem de propinquiore in parentela: in vim cuius possent prefati Ludouicus et Petrus Michaelis quondam patrui eiusdem Antonij petere a pretensis heredibus ipsius Antonij, sibi restitui bona, et hereditatem, que quondam fuerunt prefati Joannis Michaelis, detractis detrahendis: detrahende vero essent due quarte: scilicet quarta debita iure nature, que est tertia pars omnium bonorum prefati quondam Joannis. authen. de triente et semisse. §. primo. et trasumptiue in authentico, nouissima. de inofficioso testamento. Et quarta trebellianica est quarta residui: vt notat glossa in capitulo, Raynaldus. super verbo, licet ipsas. de testamentis. Joannes Andreas in regula, qui prior. in questione, quam ibi facit de portis, de regulis iur. in. vj. et Joannes de Imola in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari et pup. et effectualiter iste due quarte in hoc casu ascendunt ad valorem dimidie partis bonorum prefati quondam Joannis.

¶ Rub. De donationib. propter nup. ¶ Consil. cccxcij.

¶ Epitome.

¶ Filio matrimonium contrahenti pater non cogitur donare partem bonorum etiam vsque ad legitimam: dotare tamen filiam tenetur, et ad hoc cogi potest.



Ponitur In facto, quod de, et cum authoritate, licentia, et consensu prouidi viri Joannis Gauterij patris naturalis et legitimi honesti iuuenis Raymundi Gauterij eius filij, idem Raymundus matrimonium, licet clandestinum, contraxit per verba de presenti cum honesta iuuencula, Philippa, filia quondam naturali et legitima Stephani Fare cui Raymundo in dotem, et pro dote sui ipsius constituit, et assignauit ipsa Philippa omnia bona sua: nunc autem parentes, seu cognati, affines, et amici eiusdem Philippe dicunt, et affirmant se non permissuros, aut passuros, quod ipse Raymundus eandem Philippam ad domum patris trasducat, nisi pater ipse, qui quinque liberos habere dicitur, scilicet duos masculos, et tres filias nuptas, que dotibus contente bonis paternis renuntiauerant, donet ipsi Raymundo dimidiam partem omnium bonorum suorum. super quo quesitum est, an ad hoc faciendum cogi possit. Ad quod respondeo breuiter et succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod licet patris officium sit dotare filiam, hoc est pro filia dotem constituere marito: pro filio facere donationem propter nuptias. l. fina. C. de dot. promissio. facit. l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. ercisc. et l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. et propterea possit pater cogi de iure facere donationem propter nuptias pro filio: quemadmodum cogi potest constituere dotem pro filia, tamen non potest pater cogi ad donandum filio, quod procedit etiam quoad eius legitimam: in illa enim nullum ius habet filius quandiu pater viuit. l. prima. §. si impuberi. et quod ibi Barto. ff. de colla. bono. et quod etiam voluit Barto. in. l. si. ff. de libe. agnoscen. Joan. de Imol. in l. lex cornelia. ff. de testa. Panor. in. c. Raynutius. in fi. eo. titu. in. c. transmisse. qui filij sint legiti. Joan. de Imo. in. l. cum dotem. ff. solu. matrimo. quod etiam satis colligitur ex ijs que magis communiter volunt docto. in authentic. si mulier. C. de sacrosanct. eccle. Propter quod laudo, quod si dictus Joannes Gauterij sponte velit donare ipsi Raymundo quartam partem dictorum eius bonorum, idem Raymundus illa cum gratiarum actione pro nunc recipiat, nec contendat eum cogere ad plus donandum. Fateor, vt predixi, quod de iure communi cogi posset donare dicte Philippe donatione propter nuptias tantum de bonis suis quantum ascendit dos eiusdem Philippe. authentic. equalitas. et quod ibi gl. et doct. C. de pact. conuen. tam sup. dot. de quo Panor. in. c. fina. de dot. post. diuor. resti. sed vt no. glo. in. d. authen. equalitas. dispositio illius de consuetudine non seruatur et ita se habet consuetudo in Dalphinatu: vbi licet constituantur dotes pro mulieribus, quamuis etiam fiant pacta super lucris hincinde faciendis, non tamen consueuerunt fieri donationes propter nuptias, que equarentur dotibus, et sic non puto dictum Joannem Gauterij cogi posse ad donandum donatione propter nuptias ipsi Philippe tantum, quantum ascendit ipsa dos, est ergo melius, vt predixi, vt prefatus Raymundus gratis recipiat, quod sibi gratis offertur. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubri. De procuratorib. ¶ Epitome. Consil. cccxciij.

¶ Sciens aliquem in iudicio comparere nomine sui ipsius et patiens, videtur illum procuratorem constituisse.

1 ☞ Actio personalis fundum non sequitur.
2 Tacens in iudicialibus videtur consentire: secus in extra iudicialibus.
3 Judicium redditur in inuitum.
4 Confessio facta in processu nullo, valet, et preiudicat confitenti.



Viso Ac diligenter perpenso casu mihi exhibito parte egregij viri domini Joannis Cornilye iurium professoris eximij, et dubijs ex casu huiusmodi subtiliter elicitis, dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout ecce. Et primo ad primum, quod etiam supposito quod transactio de qua ibi, posset ex aliquo capite, vel ratione per ipsum domi. Cornilye modernum rectorem capellanie ibi mentionate impugnari, et agi prima actione ad censum primo impositum, non esset tamen fortasse hoc consulendum eidem domi.

domine Corinthe: pro eo, quia difficile erit probare, quod isti
futuri aduersarij, liberi videlicet, domine Mabilie, fue-
rint heredes illius do. Beatricis de Beniuento dicte ca-
pellanie fundatoricis: et ita non poterit tute contra eos ex-
periri actione personali pro solutione arreragiorum: etiã
si per eam probetur eosdem liberos tenere et possidere bo-
1 na eiusdem Beatricis: quia † actio personalis non sequi-
tur fundum. l. j. §. si heres. ff. ad Trebell. et l. fin. §. Lucius.
ff. de contrahen. emptio. l. fideicõmissum. §. tractatũ. ff. de
iudicijs. et l. eris alieni. C. de dona. agere vero hypotheca-
ria, aut Saluiano interdicto esset forte periculosum in hoc
casu: propter prescriptionem, et alia que forte possent oppo
ni. ¶ Ad secundum dico, quod super hoc, an videlicet eo ipso
quod ego scio aliquem procuratorio nomine mei ipsius in iu-
dicio comparere, censear illum constituere procuratorem:
sunt opiniones: prout colligitur ex not. per Inno. et alios
canonist. in c. ex parte decani. de rescript. Panor. in capit.
quanuis. de re iudica. et plenissime per Alexan. de Imol.
post Bart. et alios, in l. sepe. ff. de re iudic. et vt dicit Alex.
de Imo. in d. l. sepe relatis opinionibus, et earum sequaci-
bus, iste articulus est valde dubius: et vt affirmat, vtraque
pars est sustentabilis. Omissa autem recitatione opinionũ
huiusmodi, quia volo esse breuis: et quia de negotio viri
peritissimi est mihi sermo, adhereo pro nunc opinioni, et
dicto Inno. in d. c. ex parte decani. quem sequuti sunt Ar-
chidiaco. et Joan. Andreas in c. qui ad agendum. de pro-
curatorib. in vj. Innocen. in cap. inter dilectos. in glo. su-
per verbo, inter alios. de fide instrumen. et in cap. in nostra
glo. penult. de procur. et c. cum in iure. in glo. magna. de of-
ficio deleg. Cardin. Floren. in c. cum olim. el. j. de offic. de-
2 legati, et in c. ex parte. vbi dicit, quod in iudicijs est speciale,
vt tacens videatur consentire: licet secus sit in extraiudi-
cialibus, quando non agitur de fauore tacentis. l. filiusfa-
milias. §. inuitus. ff. de procurat. Hanc etiam opinionem
sequitur Bald. in l. ij. §. voluntate. ff. soluto matrimo. et in
l. Julianus. ff. qui satisda. cogan. vbi dicit, quod de hoc est ca-
sus in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport.
Paul. de Castro in d. l. sepe. per rationem illius. l. et per. l.
qui patitur. ff. manda. idem tenet ipse in l. Caius. ff. de pi-
gnorat. actio. per. l. j. §. magistrum. ff. de exercito. actio. et l.
fin. C. quod cum eo. eandem opinionem sequutus est Ro-
manus in l. que dotis. ff. soluto matr. vbi pro hoc dicit esse
casum in c. fin. de iureiur. inducendo satis subtiliter: eam
etiam tenuit quoad casum nostrum Panor. in c. ex parte
decani. et in c. quanuis. preallegatis facit ad premissa, quia
do. Joannes Bastoni, qui pro domina Mabilia interue-
nit, comparuit pro rea, et sic pro ea que propterea necessario
3 habebat se defendere: quoniam iudicium† redditur in in-
uitum. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verbo. obliga. et l. quo-
tiens. §. j. ff. de noxa. et sic videtur vtiliter fecisse idem dom.
Bastoni comparens pro eadem Mabilia: vt no. per An-
tonium de Butr. in Clem. j. de procurat. quod etiam exi-
stimo fuisse de mente Alexan. in hoc casu: quanuis alias
magis videatur sensisse contrarium in d. l. sepe. vers. quar
to saluari potest. Preterea esto quod ex scientia et patiẽtia cen
seri nõ deberet quis constituere procuratorem eum quem
scit agere, vel defendere procuratorio nomine suipsius sci-
entis, et patientis: tamen scientia et patientia huiusmodi
saltem induceret presumptionem mandati contra domi-
num: hoc est, contra scientem et patiẽtem: nisi probet illum
non esse procuratorem. et ita proprie loquitur Innoc. in d.
c. cum in iure. de officio deleg. in magna glo. quod dictum
est singulare secundum Joan. de Imo. in d. l. sepe. et appro
bat Anto. de But. in d. c. quanuis. et idem Anto. et Joan.
de Imo. in allegato. c. ex parte decani. et in d. c. qui ad agen
dum. quod maxime procedere debet in hoc casu, vbi prefa-
ta Mabilia non solum sciuit, et passa est eundem do. Basto
ni comparere procuratorio nomine eiusdem, et eam defen-
dere, sed etiam eum nominauit suum procuratorem: vt le-
gitur in processu, fol. lvj. col. ij. vbi apparet eandem domi-
nam Mabiliam dixisse se esse contentam stare ordinatio-
ni domini officialis, et in causa procedere summarie, et de
plano, vocato tamen domino Joanne Bastoni eius pro-
curatore. et per hoc etiam probatur scientia eiusdem Ma-
bilie. dictus vero do. Bastoni non solum in causa predi-
cta interuenit ante id, de quo supra: sed etiam postea, et plu
ries, testantibus actis. Illud autem certum est, quod cõfessio
4 † facta etiam in processu nullo, valet et preiudicat confiten
ti: quia, vt dicit Innoc. in c. qualiter et quando. el. ij. illa nõ
requirit telam iudicij: et nocet non solum in ea instantia, in
qua facta est, sed etiam in alia. ¶ Ad tertiũ dico et respon
deo quod arreragia debentur successori, per allegata in dicto
casu, respondendo ad dictum dubium, et de hoc not. Ge-
minia. in cap. presenti, ibi allegato. et plenissime Panor. in
repetitione. c. cum esses. versic. secundo principaliter que-
ro, etc. de testamen. vbi videri potest. De hoc etiam plenis-
sime, et pro ista parte ponit Paul. de Lyasa. in sua dispu-
tatione mihi. vij. exordien. Lata sententia, etc. in j. questio.
¶ Ad quartum respondeo, quod nisi esset periculum interpo
nende oppositionis, vel appellationis parte cẽsuariorum,
non esset forte malum procedere: vt scriptum est in respon
sione ad dictum quartum dubium: sed dubitandum est, ne
opponant vel appellent ipsi censuarij: quod si ita fieret, esset
periculosum. ¶ Ad quintum respondeo, prout respõsum
est, quod bonum est dare interrogatoria contra istos liberos,
in quibus interrogentur an sint heredes, aut bonorum pos
sessores prefate quondã Mabilie: et an insolidum, aut pro
parte: et si pro parte, pro quota, et pro quota parte quilibet
eorum heres existat. Post predicta aliquãtulum substiti,
pro eo quia dominus Antonius Girardi predecessor ve-
ster in capellania, videbatur egisse nõ nomine capellanie,
sed suo, quod si ita fuisset non videretur in vos translata in-
stantia, sed opus esset nouo processu: per ea que no. Inno.
et cano. in c. quia quinto, de iudic. Ostien. in c. ex parte. ver
siculo, hoc autem notandum, etc. de alie. iudic. mutan. caus.
fact. et Rota. decis. mihi. ccclxxvij. et exorditur, Ex hoc in-
surrexit aliud dubium, etc. Quibus tamen nõ obstãtibus,
puto vos in illa instantia successisse: et illam ad vos trans-
latam: quia re vera, idem do. Girardi censetur egisse no-
mine capellanie. Pro quo allegasse sufficiat, quod plene et
re vera subtiliter prosequutus est: et voluit Pau. de Lya.
in dicta sua disputatione mihi. vij. exor. Lata sentẽtia, etc.
in ij. questio. que videri potest, et videre delectat, quia sub-
tilis et elegans.

¶ Rubrica, Si seruitus vendice. ¶ Consilium. cccxciiij.

¶ Epitome.

¶ Possessio seu consuetudo et antiqua scindẽdi ligna in
nemore alterius territorij, et ea in suos vsus conuertendi,
habet vim tituli, et concessionis, eaque est seruanda, dunta-
men nemus sufficiat incolis et habitatoribus loci in quo
situm est nemus, et alijs.



VIso Casu mihi exhibito parte vni-
uersitatis, et hominum loci Po-
dulhanterij, territorij, et iurisdictionis
Prouincie, cõtra quosdam particulares
habitatores, et incolas loci Freyssinose,
territorij, et districtus Dalphinalis, et du
bio ex casu huiusmodi elicito: dico et respondeo breuiter et
succinte, et sub correctione cuiuslibet dñi melius sentien-
tis ad dubium huiusmodi: quod si prefati homines Freys
sinose, tam per se, quam per eorum predecessores fuerint in pos
sessione, seu quasi scindendi, et capiendi ligna in nemore, de
quo ibi, et ea secum deportandi ad dictum locum Freyssi-
nose, et hoc per tempora legitima: vt ponitur in casu: hoc
est, per tempus de cuius initio hominũ memoria non exi-
stit, huiusmodi possessio, seu consuetudo tenenda est, et pa-
riter est defendenda secũdum Ostien. Joan. Andr. Pan.
et alios, qui ita not. in c. dilecti. de arbitr. pro quo dicto al-
legari solet. c. cum sint. et c. ad apostolice. de decim. l. si quis
diuturno. ff. si seruit. vendic. l. ij. §. fin. ff. de aqua plu. arcen.
et cap. super quibusdam. §. preterea. cum suis simil. de verb.
significa. habet enim talis antiquissima possessio vim con-
cessionis tituli. §. propterea. pro quo facit. c. j. in fin. de pre-
script. in vj. et quod habetur in l. hoc iure. §. ductus aque.
ff. de aqua quotid. et esti. et in c. mos antiquus. distinc. lxv.
et in c. hoc quippe. iij. questio. vj. Fateor secundum Ostien.
Joan. And. Panor. et alios, in d. c. dilecti. de arbit. quod vbi
nemus predictum non sufficeret incolis, et habitatoribus
dicti loci Podulhanterij, et prefatis hominibus loci Freys-
sinose, tunc in perceptionem lignorum, preferendi essent
vniuersitas et homines eiusdem loci Podulhanterij: vt-
pote domini nemoris, de quo supra. argu. c. suggestum. de
decimis. et c. quid per nouale. §. fin. de verbo. signifi. de quo
est bonus tex. in l. preses. C. de serui. et aqua. ad quod etiam
facit secundum Joan. And. in d. c. dilecti. c. presenti. de of-
ficio ordin. et c. secundum. §. vbi autem, de decimis. in vj.
quod procederet etiam si consuetudo esset, quod data certa pe

tunie quantitate prefati homines de Freyssinosa, et sui predecessores consueuissent ligna scindere, et percipere in predicto nemore. l. venditor. §. si constat. ff. commu. prediorum. Quod etiam voluerunt Ostien. et Joan. Andr. in dicto. c. dilecti. et Paulus de Castro in allegata. l. venditor. §. si constat.

¶ Rubri. De naturalibus liber. ¶ Consilium. cccxcv.
¶ Epitome.

¶ Ubi fit mentio de filio respectu certe qualitatis, nõ continetur nepos qui est alterius qualitatis. Item quod non potest capere spurius, applicatur venientibus abintestato, et habetur pro non relicto.

1 ¶ Dispositio conditionalis testatoris est seruãda, postquam conditio est purificata.
2 Dispositio precedens alias efficax non debet propter superuenientem prolem inualidari per. l. fin. C. de naturalibus liberis.
3 Nepos auo non succedit abintestato, nisi conceptus extiterit in vita eiusdem.
4 Intellectus. l. fin. C. de natur. liber.
5 Lex odiosa et penalis loquens in masculino, non comprehendit femininum.
6 Neptis non succedit auie cum amita, nisi ex persona patris.
7 Portio deficiens in personam filie excluse accrescit coniunctis.
8 Restitutione verbali facta vniuersali commissario ipsi competit beneficium. l. fin. C. de edicto diui Adriani tollendo.
9 Beneficium. l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. tantũ datur institutis aut substitutis.
10 Intellectus. l. j. C. de natur. liber.



Viso Processu cause agitate per et inter nobilem virum Lancelotum de Comerijs filium donatũ nobilis et potentis quondam viri Hugonis de Comerijs, supplicantem, ac nobilem Philippã de Comerijs, et quosdã alios inibi plenius mẽtionatos, supplicatos: videtur sub benigna supportatione huius insignis curie, et cuiuslibet alterius dñi melius sentientis, quod idem nobilis Lancelotus debuerit, aut debeat in hac causa obtinere: saltem quatenus concernit dictam nobilem Philippã, seu eius heredem. Sufficienter enim apparuit, et apparet de intentione dicti nobilis Lanceloti. Et quidem quod bona, de quibus agitur, fuerint nobilis et egregie quondam mulieris do. Francesie de sancto Petro, cõstat et apparet tam ex propositis, et deductis hincinde, quam ex depositionibus testium in hac causa productorum. Apparet insuper quod ipsa do. Francesia pridem, de anno Domini. M. cccclvij. et die. xxvj. mensis Maij, condidit eius testamentum, in quo heredem vniuersalem instituit, et nominauit dictum nobilem Hugonẽ de Comerijs eius filium naturalem et legitimum, et eidem Hugoni, si sine liberis masculis ex suo proprio corpore, et de legitimo matrimonio procreatis, ab humanis decederet, substituit prefatum nobilem Lancelotum, et nobilem Artus eiusdem Lanceloti fratrem: cui si sine liberis masculis, et c. substituit eũdem Lancelotum. Apparet inquam hoc per publicum instrumentum testamenti dicte quondam do. Francesie, primo parte nobilium Joannis de Mogis, domini de Castellarijs, et Joanne de Comerijs productũ: insertum fol. xiij. et deinde parte eiusdem nobilis Lanceloti, insertum fol. xxxviij. Preterea etiam clare apparet, quod mortua eadem domina Francesia dictus quondam nobilis Hugo bona et hereditatem eiusdem adiuit, et quod postea sine liberis masculis vita functus est, et decessit. Etiã mors dicti Artus sufficienter probata est: probatur enim per testes eum fuisse in illo discriminoso, et erumnoso conflictu guerre de Montblery, et postea non apparuisse: et ibi fuisse famam quod ipse inibi occisus extiterat. per que sufficiẽter apparet de morte, saltem quoad id, de quo agitur in hac causa, vbi non agitur de preiudicio irrecuperabili. arg. l. fi. §. si quis in bello. vbi etiam hoc not. Bart. et plenius Angelus. ff. de his qui not. infa. et Salic. in. l. si quidem. C. soluto matri. quod autem sine liberis masculis decesserit, eo ipso apparuit, et apparet, quod non constat liberos huiusmodi superfuisse. l. ex facto. §. si quis ante susceperit, et quod ibi Bart. Ange. et Pau. de Cast. ff. ad Trebel. quod maxime procedere debet in hoc casu, vbi non apparet eundem nobilẽ Artus vllo vnquam tempore liberos masculos, vel alios suscepisse. Hec autem de quibus, vt predixi, sufficienter apparet, videntur sufficere eidem nobili Lanceloto supplicãti ad victoriam obtinendam in hac causa: saltem quatenus concernit dictam nobilem Philippam, seu dictos pretensos eius heredes ita enim voluit, et disposuit dicta quondam domina Francesia, vt mortuo dicto quondam nobili Hugone de Comerijs, ipsis Lanceloto et Artus fieret restitutio bonorum de quibus in hac causa: et mortuo eodem Artus fieret restitutio portionis eundẽ concernentis ipsi
1 nobili Lanceloto. Cuius dispositio cum purificata † extiterit, seruanda est. authen. de nupt. §. disponat testator. collatio. iiij. et. c. vltima voluntas. xiij. questione. ij. Habent enim homines liberum arbitrium sibi concessum in rebus suis. l. in re mandata. et quod ibi Barto. et doct. C. manda. et. l. polla. C. de his quib. vt indi. facit quod voluit Ostien. in summa. tit. de constitu. versic. si tangit ius meum, et c. Facit etiã l. sed et si lege. §. consuluit. ff. de petit. hered. que si procedãt in contractibus, vel in voluntatibus inter viuos, multo fortius peocedere debent in vltima voluntate: postquam aliud velle non possunt vita functi. l. j. C. de sacrosan. eccle. facit ad premissa, quia quemadmodum si deficiat conditio, sub qua aliquis fuit heres institutus, vel substitutus, institutio vel substitutio huiusmodi euanescit. l. suus quoque. l. Lucius qui fratrem. ff. de heredib. instit. l. j. et. l. qui liberis impuberibus. ff. de vulga. et pupil. et. l. si heredi plures. cum suis similib. ff. de conditionib. institu. Cuius illa est ratio, quia conditiones demõstrant voluntatem testatoris: que semper inspicienda est. l. in cõditionibus primum locum. ff. de condictio. et demonstr. Ita dispositio conditionalis adueniente conditione sumit effectum. l. cedere diem. ff. de verbo. signifi. l. pecuniam. ff. si cert. petat. et. l. qui heredi. §. fin. ff. de conditio. et demonst. per que iura hoc voluit Bar. in quadam eius disputatione, exord. Perusine ciuitatis statuto, et c. Pro quo facit. c. olim. el. j. de restitu. spoliato. l. sub conditione. de solut. et. l. qui absenti. §. j. ff. de acquiren. posses. per que iura idem voluisse videtur Alex. de Imol. consil. lxxviij. exordien. Uisis quam eleganter et in facto, et in iure, et c. in. iiij. vol. Et quãuis dicta nobilis Philippa ad impugnationẽ substitutionis superius mẽtionate, et boni iuris eiusdem nobilis Lanceloti, proposuerit ipsum Lancelotum fuisse filium spurium dicti quondã nobilis Hugonis, et per eum susceptum ex Francesia de tractu, pretensa vxore legitima Petri Bonan: et quod propterea cũ se affirmet fuisse filiam naturalem et legitimam dicti quõdam Hugonis, et sic prolem legitimam prefate quondam domine Francesie, non potuerit eadem Francesia dictis Artus et Lanceloto relinquere vltra vnciam. l. fin. cum ibi not. C. de natur. libe. Istud tamen obstare non videtur in hoc casu: tam quia, nec apparet, nec etiam in facto proponitur, quod prefata quondam nobilis Philippa nata esset, vel saltem in vtero concepta tempore testamenti, siue mortis eiusdẽ do. Frãcesie: quod tamen videbatur necessarium. per id quod habetur in. d. l. fin. que ibi, nulla legitima sobole subsistente: et ibi, vbi legitima soboles minime faciat impedimentum, et ibi, ea enim subsistente, et c. videtur exigere quod tempore re-
2 licti, subsistat legitima proles: et sic non videtur quod propter superuenientem sobolem legitimam debeat precedens dispositio alias de iure valida, et efficax, in aliquo inualidari: quod saltem procedere debet in hoc casu, in quo prefata Philippa nihil petere poterat ex dispositione. d. l. fin. nisi tanquam pretensa proximior: et vt succedens ab intestato dicte quondã do. Francesie quoad id, in quo prefatos Artus et Lancelotum substituere non poterat. per id quod in simili voluit glos. secundum vnam lecturam, et post eã doct. in. l. j. C. de secun. nupt. et quod habetur in. l. j. et. ij. C. de natura. liber. et quod not. Ange. Paul. de Cast. et Joan. de Imo. in. l. si is qui. ff. de vulg. et pupil. vbi sentiunt quod id, quod aufertur ei, qui solidum capere non potest, applicetur venientibus ab intestato, et quod censeatur pro non relicto. Certum est autem
3 quod † nepos, vel neptis auo, vel auie ab intestato succedere non potest, nisi saltem conceptus extiterit in vita eorumdem. l. Titius. et. l. item pretor. ff. de suis et legiti. hered. et. §. cum autem. versic. plane. institu. de hered. que ab intest. deferunt. que iura etiam hodie procedunt, vbi nepos, vel neptis ex eorum persona succedere voluit. vt colligitur ex his que not. Joan. glos. et doct. in. d. versic. plane. et Ang. Are. in. §.

in. §. posthumorum. instit. de exher. liber. quamuis ex persona patris virtute transmissionis per eum facte, succedere valeant. l. j. C. de his qui ante apert. tabul. not. docto. in. l. si quis filio. ff. de iniust. rupt. & irri. testa. & Dyn. in. l. Gallus. ff. de liber. & posthu. sed hoc dicte Philippe, aut prefatis eius pretensis heredibus, prodesse non potest: tum quia non est heres eiusdem quondam Hugonis, & sic ad eum non est facta transmissio huiusmodi per prefatū Hugonem. pro quo allegasse sufficiat quod voluit Salice. in. d. l. j. versicu. quero secundo. C. de his qui ante apert. tab. & plenius Ange. Aret. in. d. §. posthumorum: tum etiam quia hoc ius auferendi nunquam fuit penes dictum quondam Hugonem pretensum patrem eiusdem nobilis Philippe: cuius delicti odio prefati Artus, & Lancelotus pretenduntur fuisse pro parte incapaces: quia ipse est qui in generatione dictorum Artus, & Lanceloti deliquit, si quem in ea deliquisse appareat, non prefata quondam domi. Francesia. d. l. fin. versicu. filijs enim naturalibus, &c. ibi, in nepotibus autem. C. de naturalib. liber. Nec etiam ipsi Artus & Lancelotus. c. nasci de adulterio. distinct. lvj. Ergo hoc ius sibi non competijt. l. si quis solidum. ff. de hered. instit. & si non competierit, illud transmittere non potuit. l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. c. gratia. j. questio. j. &. j. quest. vij. cap. dagobertum. Preterea presupposito citra preiudicium veritatis quod prefata Philippa fuisset nata, vel concepta tempore testamenti, siue mortis dicte quondam domine Francesie, de quo tamen non constat, adhuc non obstaret eidem Lanceloto predicta. l. fin. C. de natura. liber. quia
4 † illa videtur loqui in masculo: dum dicit, cuidam qui iustum filium, &c. quo fit, vt cum illa odiosa existat, tanquam facta ad tollendum, aut saltem minuendum potestatē relinquēdi nepotibus, aut neptibus, quam antea habebamus. d. l. fin. versic. filijs enim naturalibus, &c. restringi debeat ad terminos in quibus loquitur: & quia loquitur in masculo, in masculo intelligi debet non in femina. Lex enim
5 † odiosa & penalis, loquens in masculino genere non comprehendit femininum. vt colligitur ex his que not. Dyn. & Bar. in. l. j. ff. de verb. sign. vbi concludūt, quod vbi sumus in odio irrationabili, masculinū non concipit femininum. pro quo allegant text. in. l. quisquis. §. filiarū. C. ad l. Iuliam maiest. facit ad premissa. l. quicunque. & quod ibi nota. per glos. & docto. C. de seruis fugit. quod autem. d. l. fin. C. de natura. liber. sit odiosa, & penalis, not. Paul. de Castro in. l. Gallus. versic. quid si is, &c. ff. de liber. & posthu. vide Ias. in. l. si quis maior. C. de transact. Iustum est enim sua vnicuique committi. l. nemo. C. de Iude. hinc dicunt Odofred. Cyn. Bald. & alij in. l. j. C. de secun. nup. imo hoc dicit text. quod pena est mulieri infra annum luctus ad secunda vota conuolanti, non posse dare in dotem, vel alias in testamento relinquere secundo viro vltra tertiam bonorum suorum partem. & est odium, de quo in dicta. l. fin. odium irrationabile: pro eo, quod auus vel auia sine aliqua sui culpa puniuntur circa liberū arbitrium disponendi de bonis suis: quod liberum arbitrium, seu illius libertatem, vt dicit Bald. in l. dudum. C. de contrab. emptio. quis habere non dicitur, siue non possit quod bonum est in se, siue non possit quod bonum est sibi, siue non possit quod bonū est alij. Et pro predicta interpretatione, vt videlicet in casu. d. l. fin. masculinum non comprehendit femininum, bene facit ratio publice vtilitatis: ne videlicet, vltima voluntas subuertatur que fuit in hoc casu, vt moriente prefato quondam nobili Hugone sine liberis masculis, bona eiusdem do. Francesie testatricis essent penes dictos substitutos. Et sic debet iuuari. & ita etiam consuluit Pau. de Castr. vel in terminis proprijs, vel in casu eque dubio, prout ipse refert in. d. l. Gallus. §. quid si is. versic. sed ego habui casum, &c. refert enim quod cum quedam mulier habens filiam nuptam, & dotatam, & ex filio naturali & legitimo predefuncto nepotem bastardum, illum bastardum heredem vniuersalē instituisset, & dicte eius filie modicum quid iure institutionis reliquisset, ipse consuluit, quod cum dicta. l. fina. sit odiosa, & remanauerit ad tollendum potestatem relinquendi, quam antea habebant auus & auia, illa debebat restringi ad terminos, in quibus loquitur per rationes per eum allegatas. Porro si premissa cessarent, que non cessant, adhuc videretur quod prefata Philippa ex capite predicto nihil petere possit: quia cum tam tempore testamenti dicte quondam Francesie, quam etiam tempore mortis prefati quondam Hugonis, superesset nobilis Ioāna de Comerijs, filia naturalis & legitima eiusdem Francesie, sibi competijsset, & hodie competeret, si alicui competijsse, vel competere dici possit ius auferendi id, in quo pretenditur eosdem Artus, & Lancelotum non potuisse substitui, et non
6 ipsi Philippe: non enim potest succedere neptis † auie sue cum amita, nisi ex persona patris, & tanquam succedens in locum eius. §. cum filius. instit. de heredi. que ab intestat. deferun. quemadmodum igitur hoc ius non competijt dicto quondam Hugoni post mortem Francesie eius matris, tam pro eo, quia ipse erat, qui circa procreationem sobolis huiusmodi deliquerat, si quem tamen deliquisse appareat, quā pro eo quia fuit heres insolidum eiusdē Francesie, & prefati Artus, & Lancelotus vocantur eo tempore, quo non erat futurus idem Hugo in rerum natura. argumen. l. in tempus. ff. de heredi. instit. & eorum que notat Ioan. de Imo. in. l. Lucius. ff. de vulga. & pupil. ita nec videtur competijsse dicte nobili Philippe eiusdem Hugonis filie: & consequenter nec dictis eius pretensis heredibus. authen. de nupt. §. soluto. versic. si vero filio, &c. Pro quo videtur bene facere, quod not. Alexan. de Imol. in. l. pactum quod dotali. versic. secundo casu principali, &c. C. de collat. vbi dicit, quod nepos matris excluse non potest succedere auo cum auunculis: sed debent ad portionem, que alias matri cōpetijsset, si non fuisset exclusa, admitti auun-
7 culi per ius accrescendi: quia † portio que deficit in personam filie excluse accrescit coniunctis. l. j. quando non peten. par. quod ius accrescendi est potētius successorio edicto. Et sic nepos qui est sequens in gradu impeditur venire per successorum edictum. d. l. j. secundum vltimam lecturam glos. approbatam. & l. meminimus. post medium ibi, si ex secundo gradu, &c. C. de legit. heredib. quod ibi in fi. ponderat Bald. & in. l. cum emancipatus. §. qui duos. ff. de contra tabul. Nec sibi persuadere debuit ipsa nobilis Philippa se potuisse venire ad bona dicte quondam Francesie in vim pretense substitutionis de ipsa facte, per eandē Francesiam: quia illa ita demum inuitata reperitur, si prefati nobiles Artus & Lancelotus sine liberis masculis decesserint: quod quia nondum factum est quoad ipsum Lancelotum, nec authore Domino fiet, non est locus huic pretense substitutioni: quia ante conditionem purificatā non habet locum conditionalis dispositio. d. l. cedere diem. ff. de verbo. signifi. & alijs iuribus superius inductis ad probandum quod conditionalis dispositio sumit effectum conditione adueniente. Nec sufficit cōditionem simpliciter euenire, vel impleri: sed opus est quod impleatur in forma specifica. l. qui heredi. in princip. & l. Meuius. ff. de condi. & demonstra. Non potuit igitur dicta quondam nobilis Philippa, nec hodie possunt dicti pretensi eius heredes, experiri vel agere in vim huius asserte substitutionis. Preterea
8 illud certum est, quod facta verbali restitutione † vniuersali fideicommissario, iuxta. l. facta. & l. restituta. in princi. ff. ad Trebellia. competit eidem fideicommissario beneficium. l. fina. C. de edic. diui Adria. tollen. secundum Cyn. Bart. Bald. & alios in. l. fin. C. de edicto diui Adria. tollen. quo fit, vt cum nobilis vir Antonius de Comerijs dominus de Vors, fuerit & sit heres dicti quondam nobilis Hugonis in vim vulgaris substitutionis de eo facte, a qua propter defectum posthumorum dicti quondam nobilis Hugonis, & mortem nobilis Rodulphi de Comerijs in precedentibus gradibus institutorum incepit testamentum eiusdem Hugonis vires habere. l. si pater filium. secundū lecturam glos. approbatam. ff. de vulg. & pupil. quod etiā probatur in. l. iij. §. fin. & in. l. Gallus. fere per totam. l. ff. de liberis & posthum. & in. l. Thais. §. Splendophorus. ff. de fideicommis. liber. & ipse do. de Vors eidem nobili Lanceloto restituerit bona, & hereditatem de quibus in hac causa: prout satis colligitur ex instrumento transactionis celebrate & inite per & inter eundem do. de Vors, & dictū nobilem Lancelotum, de qua apparet publico instrumento in hac causa producto, & inserto fol. cxciiij. potuerit & possit ipse nobilis Lancelotus intentare beneficium. d. l. fina. C. de edicto diui Adria. tollen. & in vim illius petere se immitti in possessionē bonorū, de quibus in hac causa: quod facere non potuit dicta quondam nobilis Philippa: Et quidem non tanquam pretensa substituta per dictā quondam dominam Francesiā: quia, vt predixi, substitutio de ea facta nondum est purificata: & sic in vim illius peti non potuit huiusmodi immissio. per ea que not. Cyn. & docto. in. l. j. C. de edic. diui Adria. tollen. & idem Cyn. in. d. l. fin. versic. quid si sub conditione, &c. pro quo allegat. d. l. cedere diem. ff. de verbo. significa. Et si facta esset purificatio,

non

non tamen facta est fideicommissi restitutio: antequam tamen dictum beneficium non competit: vt not. communiter omnes. in d. l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen. Nõ etiã tanquam pretensa proximior prefate quondam do. Francesie: quia vt predixi eidem non competijt ius auferendi dicto nobili Lanceloto fideicommissum sibi relictum per dictum Franciscum, & si sibi competijsset, non poterat tamẽ vtpote, quoad hoc nec instituta, nec substituta per eãdem Francesiam intentare dictum beneficium: quod nõ datur nisi
9 † institutis aut suestitutis post latam verbalem restitutionem: secundum doct. qui ita communiter not. in d. l. fi. Preterea non videtur esse omittendum, quod prefatus dom. de Vors, heres, vt predixi dicti quondam nobilis Hugonis, in vim transactionis de qua supra, cessit, & remisit eidem nobili Lanceloto omnia iura sibi competentia in & super bonis dicte quondam do. Francesie: quod facere potuit. vt not. Bald. in. l. si is qui. ff. de vulga. & pupil. Dicit enim institutum a patre spurij posse sibi eundem spurium heredem instituere, & sibi inter viuos donare, & quicquid vult, elargiri. quod secundum Alexan. de Imo. in d. l. si is qui. versi. si tamen volumus sustinere opinionem Bal. &c. saltem procedit vbi concessio huiusmodi fieret titulo oneroso. Pro quo allegat, quod licet vir & vxor sint suspecti de fraude, circa contractus inter se celebratos. l. j. ff. de dona. inter vir. & vxor. Et tamen si vere constet de titulo, cessat fraudis presumptio. l. quod autem. §. si maritus. ff. eo. tit. ita eadem ratione in proposito siue accipiat spurius ab herede patris, siue etiam ab ipso patre, vt voluit glo. in. l. qui testamentum super verbo modum. ff. de probat. Cum igitur remissio de qua supra, facta fuerit titulo oneroso illa valuit. Et quanuis Bart. in d. l. si is qui. videatur quoad hoc tenere contrarium: eius tamen dictum non videtur obstare: tum quia. l. j. C. de natu. liber. in qua principaliter videtur Bart. se fundasse: pro eo, quia inibi prohiberi videtur etiam per mediam personã aliquid transferri in spu
10 rium, etiam ex titulo emptionis: loquitur † & intelligitur de spurijs natis ex personis constitutis in dignitate illa, de qua ibi, secundum eundem Bart. qui vbique hoc notat, scilicet. in. l. hereditas. C. de ijs quib. vt indig. in. l. fin. ff. eo. tit. & in d. l. j. in fin. C. de natu. libe. in quibus spurijs etiam militant alia specialia. Nam licet relictum regulariter vadat ad succedentes ab intestato. vt habetur & notat in. l. si pater. C. de heredib. instit. tamen alius modus seruatur in spurijs natis ex personis preallegatis: vt patet in. d. l. j. Cum ergo dicta. l. j. sit exorbitans, non debet extendi ad alios spurios. l. fin. C. de interdic. matri. l. ius singulare. & l. quod vero. ff. de legi. Et ita not. Bart. in d. l. hereditas. & in. l. fin. ff. de ijs quib. vt indign. & in d. l. j. in fin. C. de naturalib. liber. que propterea non obstat: etiam nec obstant. d. l. si is qui in bon. ff. de acquir. heredit. & l. j. & ij. C. de repud. heredit. quia loquuntur quando mala fide fuerint acquisita. vt not. Alexan. in d. l. si is qui in bonis. Preterea vt voluit Bart. in d. l. si is qui in bonis. Institutus per patrem spurij, potest instituere spuriũ testatoris premortui, etiam quoad bona, que fuerunt eiusdem patris: & hoc pro eo, quia cessat omnis fraudis suspicio. l. edicto. §. sed bere dem. ff. de alie. iudi. mutan. caus. fact. Suspicio ergo fraudis secundum mentem Barto. est id, quod impedit ne heres patris spurij possit donare, vel alias inter viuos transferre bona eiusdem patris in spurium: que suspicio hic cessat, & cessare debet: tum propter longum processum inter eosdem do. de Vors, & nobilem Lancelotum agitatũ: cuius euentus potuit eidem do. de Vors esse dubius: tum & pro eo, quia in remittendo paruit voluntati, & dispositioni domine Francesie: cui per medium dicti quondam Hugonis vniuersaliter successit.

¶ Rubrica, De heredi. ab intesta. ¶ Consilium. cccxcvj.

¶ Epitome.

¶ Filia renuntians bonis paternis non sibi preiudicat, quominus possit cum alijs succedere eius fratribus & sororibus ab intestato vita functis.

1 ☞ Contractus virtus non extenditur ad alium, quam ad eum qui in eo nominatus est.



Vidi casum, siue factum mihi ex hibitum in duabus schedulis: quarũ vna incipit, Magister Hubertus de Domo, &c. alia vero exorditur, anno Domini M. lxxxi. & dubium ex casu huiusmodi elicitum. Ad quod respondeo breuiter & succincte, & sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis: quod renuntiatio quam fecisse dicitur honesta mulier Beatrisia, filia quondam naturalis & legitima defuncti viri magistri Humberti de Domo, & nunc vxor honorabilis viri magistri Claudij Fabri notarij, non sibi preiudicauit, aut preiudicat, quominus petere potuerit, & possit tertiam partem illorum trium liberorum eius fratrum, et sororum qui ab intestato, & post mortem dicti quondã magistri Humberti patris communis decessisse asseruntur. Cuius illam assigno rationem, quoniam renuntiatio in vno facta, non inducit exclusionem in alio. l. si domus. ff. de seruit. vrba. predio. l. scimus. C. de iure delibe. & l. j. §. videndum. cum simili. ff. de successo. edict. Cum igitur prout in facto de quo supra constitutio dotis facta fuerit pro omnibus iuribus, actionibus, petitionibus, & demãdis eidem Beatrisie competẽtibus, & competituris super bonis suis auitinis, & paternis, nõ subintelligitur facta esse pro
1 bonis fraternis, aut sororinis: quia virtus † contractus non extenditur ad alium, quam ad eum, qui in eo expressus est. l. ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. oblig. & l. ad probationem. C. de probatio. nec refragatur huic dicto, quod dici potest, & dicitur, quod bona que fuisse dicuntur dictorum trium fratrum, aut fratris, & sororum, fuerint eorum aui & patris, vel alterius eorundem: & sic dici potuerũt auitina, aut paterna: quoniam respondeo, quod cum bona huiusmodi ex aditione, seu immistione auitine, & paterne hereditatum, & desierint esse aui, & patris, & totaliter in dominiũ eorundem fratrum, siue fratris & sororum transierint. l. j. §. veteres. ff. de acquir. possessio. l. heres per seruum. cũ ibi not. in glos. ff. de acquir. hered. & l. sed si plures. §. si filio. ff. de vulga. & pupil. merito consequens est, vt bona ipsa mutatione persone nouum assumpserunt statum. l. cũ patronus. ff. de legat. ij. c. j. de iur. patro. in vj. & l. Paulus. §. fin. eod. tit. not. Bald. in. l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & pup. Pro quo facit, quod voluit Roma. consil. clviij. exord. Circa primum, quo queritur, &c. in primo quesito, vbi consuluit quod renuntiatio facta de paterna successione non preiudicat renuntianti in fraterna. Et hec que dico, intelligo dum tamen prefati fratres defuncti, seu frater, & due sorores ante eorum mortem paternis & auitinis bonis se immiscuerint: & pro eorũ heredibus se gesserint. Existimo tamen secundum equitatem, quod vbi Claudius & Guilielmus fratres dicte Beatrisie, reperirẽtur enormiter lesi, vt quia videlicet putabant constituere dotem pro omnibus iuribus, que Beatrisia habebat tam in bonis, que quondã fuerant eorum aui & patris, licet postea pro parte deuenissent ad dictos tres defunctos, quam pro sexta parte, quam ab initio habuit in bonis eius patris, & pro legitima, quam habuit in bonis aui: & propterea constituerunt multo maiorem dotem, quam cõstituissent pro illa sola sexta parte, quam habuit ipsa Beatrisia ab initio in bonis paternis, & pro legitima, que sibi competebat in bonis auitinis: existimo inquã, quod ipsa Beatrisia, & eius vir deberent contentari de altero duorũ, videlicet, de dote predita, vel de tertia parte bonorum paternorum: vt sic tantum habeat in illis, quantum vnus ex dictis fratribus: & de legitima quam habet in bonis aui: quia ex hac lesione videtur debere presumi, quod constituentes dotem intenderent pro predictis omnibus, vel duntaxat pro dictis sexta parte, & legitima. per id quod not. Barto. in. l. semper in stipulationibus. ff. de regul. iur. vbi dicit, quod si quis domum aliquam vendiderit vsque ad talem domum, pro pretio puta centum, an includatur illa alia domus: quia dictũ est vsque ad talẽ domũ: dicit quod hoc presumitur ex pretij qualitate: sic dicam in casu isto, quia si ex summa dotis appareat illam fuisse excessiuam habito duntaxat respectu ad dictam sextam partem, & legitimam prefatã, dicam here intelligi, & presumi quod pro omnibus constituta extiterit: alias secus. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De societa. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccxcvij.

¶ Societas non presumitur inter fratres contracta ex eo quod bona paterna longo tempore habuerunt indiuisa.

Emisse

1 ☞ Emisse quis presumitur de propria ipsius pecunia, non de communi.

2 Bona nomine proprio alicuius empta non sunt communia inter eum & eius fratres.



Casu viso, mihique exhibito parte honorabilis viri Petri Monerii notarii, & dubiis ex eodem elicitis, dico & respondeo breuiter & succincte prout infra: premittens tamen, & presupponens, quod nulla societas cōtracta extiterit inter prefatos magistrum Petrum, Colinum, & Guilielmum ex conuentione inter eos celebrata: nec etiam facto: vt quia idem magister Petrus non eis cōmunicauit lucra sua facta in arte notariatus, vel alia extra causam bonorum paternorum. Nec etiam ipsi Colinus, & Guilielmus eorum lucra, si que fecerint extra causam dictorum bonorum paternorum eidem Petro communicauerunt: & sic non fuit inter eos alia societas, nisi quod mortuo prouido quondā viro Dalmacio Monerii, eorum quondam patre, ipsi Petrus, Colinus, & Guilielmus bona paterna communiter & pro indiuiso vsque ad hec tēpora possederunt: tempore autem intermedio idem magister Petrus acquisiuit, vt opinor, bona de quibus in casu. Quibus presuppositis, dico & respondeo imprimis quoad arrendamentum de quo ibi, quod cum illud factū extiterit per ipsum Petrum, suo ipsius proprio nomine, vna cum Pontio, tunc nō possunt dicti Colinus, & Guilielmus pretēdere aliquam partem in lucro facto per dictum Petrum ad causam dicti arrendamenti: etiam si de pecunia communi inter eum, & dictos eius fratres, vel de pecunia redacta ex bonis cōmunibus eorundem Petri, Colini, & Guilielmi esset facta solutio domino preceptori Pugeti Vallis, postquam vt in dicto casu presupponitur, idem magister Petrus tutor nō erat, aut curator prefatorum Colini, & Guilielmi. pro quo allegasse sufficiat not. per Bart. in. l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de administr. tuto. per Bald. Salic. & alios. in. l. si patruus. ff. commu. vtriusq. iudic. Fateor tamen quod si dicta pecunia, de qua facta est solutio predicta, fuisset communis, vel ex communibus bonis redacta, ipse teneretur satisfacere eisdem Colino, & Guilielmo fratribus, de quotis eos concernentibus: si autem non appareat ex qua pecunia satisfactum extiterit de dicto arrendamento, an videlicet de propria pecunia eiusdem magistri Petri, aut de pecunia communi inter eum, & dictos eius fratres, vel de pecunia
1 redacta ex bonis communibus inter eos: dico † quod in dubio presumendum est quod de propria pecunia eiusdem magistri Petri facta fuerit solutio huiusmodi. l. si defunctus. C. arbitr. tutel. quod etiam voluit Bart. in. d. l. Titium, et Meuium. §. altero. Cuius dictum saltem procedere debet in hoc casu: cum, vt audio, prefatus magister Petrus esset bonus, ac expertus, ac diligens notarius, & alias laboriosus, & industriosus. Debet igitur censeri pecuniam huiusmodi ex eius industria quesiisse. per id quod in simili voluit glos. in. l. cum oportet. §. j. super verbo, ex eius substantia. versic. item quid si dubitetur. C. de bon. que liber. Bal. in authen. licentiam. C. de episco. & cleric. Innoc. in. c. cum in officiis. de testa. & Roma. consil. iij. exordien. Viso themate, &c. Non tenetur igitur idem Petrus, lucrum predictū, si quod sit, dictis eius fratribus cōmunicare: ne quod & suis laboribus, & prospera fortuna accessit, ad fratres perueniens luctuosum ei accedat. institu. per quas personas nobis acquir. §. j. not. Specu. tit. de iudic. §. peti. versic. vt autem circa hoc, alias est. §. & Romana. in dicto consilio. ¶ Aliud vero quo queritur de illo blado eidem magistro Petro certis annis exhibito, dico & respōdeo quod etiam idē Petrus non tenetur illud communicare dictis eius fratribus: & hoc siue bladum huiusmodi fuerit sibi per fratrem Franciscum monachum simpliciter, vel in recompensam laborum per eundem sumptorum donatum, vel etiam datum in solutum pecunie per eundem magistrum Petrū pro eodem expense; Et quidem non si fuit donatum, nisi probaretur eidem donatum contemplatione ipsius, & fratrum suorum: quia alias in dubio presumēdum est sibi donatum contemplatione ipsius, & non alterius, arg. l. nec adiecit. ff. pro soc. not. Bald. in. l. cum oportet. in princ. C. de bon. que liber. & Joan. Pet. Ferr. in sua. practic. for. libel. quo agit. pro here. vel. re sing. diui. super verbo, communiter & pro indiuiso. versic. quid ergo si processerunt in illo communi errore, &c. Etiam nec communicandum est dictis fratribus, si datum fuerit dictum bladum in recompensam laborum per ipsum Petrum sumptorū. per id quod not. Spec. in. d. versi. vt autem & Rom. in eius consi. superius allegato. Non etiam si est datum in solutum expensarum, &c. per eundem Petrum factarum, accedendo Romam, &c. Fateor tamen quod si illa expensa esset facta de pecunia communi inter eum, & alios suos fratres, vel de pecunia redacta ex bonis communibus inter eos, ipse teneretur prout dixi in alio articulo dictis eius fratribus satisfacere de eorum quotis. Si vero non appareat de qua pecunia facta fuerit expensa huiusmodi, an videlicet propria, vel communi. Dico quod cum idem magister Petrus esset vir, & sit industriosus, laboriosus, & diligens, presumendum est quod de propria: per ea que superius dixi. ¶ Ad id vero, quod vlterius queritur de bonis per eūdem magistrum Petrum acquisitis de pecuniis per eundem lucratis: dico & respondeo presupponendo vt supra, quod inter eum & dictos eius fratres non fuerit contracta societas expresse per conuentionem & pactum, vel tacite per mutuam communicationem lucratorum hincinde: quod bo-
2 na acquisita per eundem magistrum Petrum † & suo proprio nomine non sunt communia inter eum & dictos eius fratres nec illis communicanda: sed propria, quod procederet etiam si fuisset empta ex pecunia communi: per id quod habetur in. l. penul. C. si quis alteri vel sibi. & d. l. si patruus. C. commu. vtri. indi. l. si ex ea pecunia. C. de rei vend. l. ad probationem in. fi. C. de proba. facit quod not. Bar. in. d. l. Titiū & Meuium. §. altero. ff. de administr. tutor. Si vero ipse magister Petrus bona paterna inter eū & fratres communia gubernauerit, rexerit, & administrauerit tanquam maior, puto quod teneatur reddere rationem de per eum administratis rectis, & gubernatis: in qua rationem ponet per eum recepta de bonis communibus. Ponet etiam expensam per eum factam necessariā, vel vtilem vt pote in reparationibus domorum, in solutione debitorum, pro cultura agrorum, pro recollectione fructuum: & in aliis huiusmodi, & si de fructibus receptā non fecerit, existimo quod sufficere debeat dictis fratribus, quod aliqui boni probi in hiis experti, & qui habeāt notitiam bonorum paternorum, taxent, & extiment quot saumate vini verisimiliter excreuerint vno anno alium supportāte, in vineis communibus: quot saumate annone, seu frumenti, siliginis ordei, & auene: Et sic de aliis granis, quot quintalia feni, & sic de aliis, & si ipsi fructus, aut pars eorum vēditi extiterint per eundem magistrum Petrum, taxent & extiment quantum verisimiliter venditi fuerint, aut vendi potuerint annis singulis, vno anno alium supportante: & si essent homines, qui recordarentur quo pretio fuerit vendita saumata frumenti, siliginis, & aliorum predictorum tali anno, & quo sequenti anno, & sic de aliis.

¶ Rub. De probatio. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccxcviij.

¶ Iudex si pro actore, qui causam in libello deductam cū suis qualitatibus non probauit, ferat sentētiam, reus rite poterit appellare cuius quidem appellationis forma hic inseritur.

1 ☞ Causa in libello per actorem deducta, per eum est probanda: alias non obtinebit: etiam si probaret aliā causam legitimam.



Dicit Inno. in. c. j. versi. nos dicimus, &c. de lit. contest. quod causa ex qua quis aliquid petit, talis esse debet, que necessario inferat ius petendi, & quam probari necesse est per petentem. Hinc voluit idem Innoc. in. c. cum contingat. de offic.
1 delega. quod nisi † causa in libello deducta probetur per actorem, ille non obtinet, etiam si probet aliam causam legitimam. pro cuius dicto bene facit. l. habebat. in princip. ff. de instito. l. non possumus. ff. si pars hered. petat. & l. quidam. ff. de in rem vers. quod etiam fuit de mente Bart. in. l. j. §. illud autem. ff. de aqua quotid. & esti. & in. l. edita actio. circa princip. versic. venio ad causam, &c. C. de eden. Joan. de Imo. in. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborū obligat. Paul. de Cast. consil. l. exordien. In causa que vertitur, &c. & cons. ccvj. exordi. Super primo dubio dicendū est, &c. & Petr. de Anchar. consil. lxij. exord. In causa que vertitur inter Philippum, &c. Etiam Panor. ex dictis Innoc.

Innoc. Ioan. And. in c. conquestus. de foro compet. colligit, quod fundans se in libello super certa qualitate, si eam non probet, succumbit quod satis patet secundum eum: quia si illa non probatur, non videtur illud factum in iudicium deductum: vt not. in c. cum sit. de foro compet. et per Cyn. in l. ij. de probat. vbi dicit quod si fiat inquisitio, vel accusatio de insultu cum armis, vel de percussione cum sanguinis effusione, si postea probetur insultus, sed non cum armis, vel percussio, tamen sine sanguinis effussione, venit reus absoluēdus: quia nō videtur hoc factū probatū fuisse in iudicio deductū deficiente qualitate. facit. c. fin. de restitutio. spoliatorū. Quo fit, vt cum venerabilis vir do. Aymo de Ponte in causa, quam habet, et prosequitur contra et aduersus Josse Crescas iudeum, pro causa eius pretense petitionis deduxerit quādam assertam donationem, seu remissionem sibi factam de debito inibi mētionato, sub hac, scilicet conditione, si idem do. Aymo non esset pro debito huiusmodi obligatus curijs spiritualibus, et tēporalibus Auenionis, sibi necessarium sit ad victoriam obtinēdam probare hāc causam, scilicet donationem: et quod illa facta extiterit sub conditione predicta. Quod si ita est, imo quia ita est, non est nunc admittendus idē Aymo ad detractionem quam facere conatus est in quibusdam pretensis articulis additionalibus exordientibus, Addendo positionibus, etc. Detrahit enim curias temporales: et vbi prius dixerat sibi donatum, vel remissum sub conditione si pro dicto debito obligatus non esset curijs spiritualibus, et temporalibus Auenionis. Nunc autem ponit sibi donatum, aut remissum sub hac scilicet conditione, si curijs spiritualibus Auenionis obligatus nō esset. Inter que multum refert non solum quoad factum, sed etiam quoad iuris effectum. Quoniam in primo casu ad purificationem dicte pretense donationis exigitur, quod idem Aymo nec curijs spiritualibus, nec temporalibus submissus, vel obligatus existeret: quia in decimoseptimo articulo eius pretensi libelli, hoc positum est copulatiue pro quo allegasse sufficiat. l. si is qui ducenta. §. cum ita, et quod ibi glo. Bartol. et doct. et §. vtrum. ff. de reb. dub. in secundo vero casu sufficeret ad purificationem dicte pretense donationis, siue remissionis ipsum do. Aymonem non fuisse obligatum curijs spiritualibus, quia hoc solum positum est in conditione. Patet igitur eundem Aymonem vel mutasse causam petitionis, vel cause qualitatem: quorum neutrum facere sibi licet vt predixi, quia lis fuit contestata super alia
2 † causa: hoc est super alia, et diuersa donatione, vt pote facta sub alia et diuersa conditione ab ea, que nunc pretenditur, et multofortius sub alia et multum differenti qualitate, quamobrem ex ijs debuerint, et debent dicti pretensi articuli reijci, et repelli, et pars aduersa condemnari in expensis per ipsum Josse sustentis a tempore productionis eorundem. Et quia vos venerabilis, et egregie vir domine iudex maior ordinarie Carpeñ. eosdem articulos a decē diebus citra per vestram pretensam interlocutoriam sententiam admisistis, et admittendos decreuistis, petit idem Josse seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem ordinationem, et admissionem huiusmodi reuocari, et in melius reformari: et eam in melius reformando, eosdem pretensos articulos reijci, et repelli, et repellendos fore ordinari, alioquin sentiens se causis, et rationibus predictis per dictam vestram pretensam ordinationē fuisse, et esse oppressum, et grauatum timensque imposterum fortius opprimi, et grauari a dicta vestra pretensa ordinatione, iurisque et iustitie denegatione, et a vobis, et tota vestra audientia et sede in ijs scriptis prouocat, recurrit, et appellat ad. S. do. N. Papam, et sanctam sedem apostolicam reuerendissimosque in Christo patres, et do. do. legatum, et gubernatorem Auenionis, et comitatus Venasini, ac etiā reuerendum in Christo patrem, do. Regentem eiusdem comitatus, et egregium virum dominum iudicem appellationum, et nullitatum ipsius comitatus: ad illumque et illos ad quem, seu quos sua huiusmodi appellatio prouocatio, aut recursus de iure stylo consuetudine vel alias quomodolibet deuolui poterit, et debebit petens semel, secundo, et tertio, ac cum tanta quanta potest, et debet instantia apostolos, et literas dimissorias sibi dari, et concedi protestans quod per eum non stat, stetit, nec stabit quominus illos recipiat, si sibi concedātur, quodque possit, et valeat causam hanc per viam appellationis recursus aut nullitatis, prosequi: inhibens, se submittens, et alias agēs prout et quemadmodū in talibus est fieri consuetum. De quibus omnibus vna cum vestra grata responsione si quam faciendam duxeritis, alias siue petit a vobis notario hic presente literas testimoniales, et publicum instrumentum sibi fieri, et confici: hic astantes pro testibus inuocando.

¶ Rubrica, De Subdit. vassall. ¶ Consilium. cccxcix.
¶ Epitome.

¶ Qui est in possessione longa pecoris depascendi, et animalia immittendi in aliquo loco, nisi causa cognita non debet turbari aut alias molestari.

1 ¶ Procuratores et renderij non possunt dominis preiudicare, nisi quatenus hoc habent in mandatis.
2 Spoliare vel turbare aliquem in sua possessione non licet nisi causa cognita, et parte audita.



Viso Ac mature perspecto casu mihi exhibito parte nobilis, et generosi iuuenis, Michaelis de Spina domini de Aulanco, et dubijs ex casu huiusmodi subortis, et elicitis: dico et respōdeo ad dubia huiusmodi, prout infra: et primo ad primum respondeo, quod videri debet facultas, seu potestas procuratorum et renderiorum, qui dicuntur fecisse inuestituras inibi mentionatas: vt sic valeat, et possit intelligi, an procuratores, et renderij huiusmodi potuerint face-
1 re dictas inuestituras: certum est enim † eos non potuisse preiudicare eidem nobili Michaeli, nisi quatenus hoc habuerint in facultate, et mādatis, arg. eius quod habetur in l. transactionis placitū. C. de trans. l. si procur. C. de procu. et l. non abstulit et quod ibi glos. C. de nouatio. ¶ Ad secundum dico, et respondeo, quod prout colligere potui ex clausula transactionis mihi dimissa in solutione censuum, et seruitium, scilicet quatuor, vel duarum eminarum annone, et ciuate, et duorum grossorum, aut duorum solidorum: non inspiciuntur hereditates seu bona, sed homines: quoniam prout ibi refertur, omnes homines loci Pogeti, et quilibet eorundem habentes boues tenentur pro censu soluere annis singulis do. eiusdem loci quatuor eminas annone, quatuor eminas auene, et duos grossos: qui vero non habent boues, vel habent vnum duntaxat, et Brasserij tenētur annis singulis soluere duas eminas annone, duas eminas auene, et duos solidos. Et ibi non distinguitur, an alias sint pauperes, vel diuites: vel etiam an habeant hereditatem, seu bona vnius, aut pluriu. Et ideo dico quod licet vnus emat hereditates, aut bona plurium, non propterea compellitur soluere vltra quatuor eminas annone, auene, et duos grossos, si boues habet, vel vltra duas eminas annone, et auene, et duos solidos si boues non habet. ¶ Ad tertium respondeo, et dico, quod si dominus de Aulācho, vel alius sufficienti potestate fulcitus legitime inuestierit emptores, vel alios possessores bonorum de quibus ibi, non potest ipse do. bona huiusmodi eidem auferre, ea ratione: quia soluere recusant duos census, seu eminas, ac grossos, seu solidos predictos duplicatos: quia ad hoc non tenentur. Si vero bona huiusmodi tenerentur de, et sub dominio directo eiusdem do. Aulāci, et emptores, vel alij possessores fuissent de eis inuestiti, et retēti, posset ipse do. iure prelationis dicta bona retinere: nisi vellet se obligare ad census, etc. quia in electione domini directi est inuestire, vel retinere iure prelationis res venditas, que mouentur, et tenentur de, et sub dominio directo eiusdem. ¶ Ad quartum respondeo, et dico, quod postquam inibi presupponitur quod homines Rupis supra Burū, possunt ponere, immittere, et depascere eorum boues aratri in territorio de quo ibi, do. Aulanci non potest facere defensum, seu defensum nisi etiam pateretur, quod boues aratri predictorū hominum ibi depascerentur: quia in secus faciendo, eosdē homines, vel spoliaret, vel turbaret in eorū possessione: quo-
2 rum neutrū † facere licet, nisi parte audita, et causa cognita. Bene verum est, quod nisi prefati homines, seu vniuersitas predicti loci Rupis, alias acquisiuissent ius immittendi, et depascendi dictos eorum boues aratri in territorio premētionato, vel alias essent, et fuissent in possessione eosdē inibi depascendi per tempus de cuius initio memoria nō extitat, hoc est per centum annos, posset dictus dominus Aulanci per actionem negatoriam agere, et experiri contra dictos homines, seu vniuersitatem predicti loci Rupis: et in hac causa vincere, nisi homines, vel vniuersitas probarent

probarent sibi constitutam seruitutem pecoris pascendi: vel quod in predicta possessione extiterint per tempus de quo supra proxime. Pro quo pro nunc allegasse sufficiat ea, que not. Petr. Jaco. in suis libel. super rubr. de seruit. peco. pascen. Non enim vlterius insisto super isto articulo, donec sufficientius certificatus aut informatus extitero super iis. ¶ Ad quintum & vltimum respondeo, quod supposita antiqua, & perpetua possessione immittendi, & depascendi auere grossum, & minutum dicti domini de Aulanco in territorio Montisbruni, non possunt homines eius dem loci in preiudicium dicti domini facere facere denesia, & confines, prohibendo ipsi domino Aulanci, ne animalia sua in illis denesiis immittat: quia non licet eis eum turbare, vel spoliare sua possessione, seu quasi immittendi, & depascendi dicta eius animalia in ipso territorio Montisbruni: & si turbarent, vel spoliarent, posset experiri contra eos suis remediis. Fateor tamen quod si dicti homines, vel vniuersitas Montisbruni agerent contra eum actione negatoria, idem dominus succumberet, si non probaret sibi, vel predecessoribus suis fuisse constitutam seruitutem iuris depascendi sua animalia in dicto territorio, vel quod ipse & predecessores sui fuerunt in possessione eadem animalia depascendi in dicto territorio per tempus, de cuius initio, vel contrario hominum memoria non existit: prout dixi in alio articulo.

¶ Rub. De testamentis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccc.

¶ Testamenti instrumentum, siue alterius dispositionis licet errore notarii, vel alias, sit falsum, si tamen potest dispositio seu testamentum aliter probari, valet, & seruabitur: cum notarii error seu falsitas non debeat partibus nocere.



Viso Casu mihi exhibito parte honorabilis mulieris Francesie Jouberte sororis prouidi quondam viri Peyroni Jouberti mercatoris Valentie: & dubiis ex casu huiusmodi elicitis: dico & respondeo ad dubia huiusmodi prout ecce: Et primo ad primum dico, & respondeo quod licet sit difficultas, & dubium, an propter falsitatem de qua in casu, dici debeat totum instrumentum testamenti dicti quondam Peyroni esse falsum, & inefficax: ita vt nihil probare valeat: vt colligitur ex iis que habentur, & not. per glossam & Bartholo. Brixi. in cap. si ad scripturas. x. distinctio. & per Legistas in. l. si ex falsis. C. de transactionibus. Si tamen testamentum, seu dispositio dicti quondam Peyroni probari valeat per testes sufficientes in numero: & qui testificentur, & deponant se fuisse rogatos, & presentes in dispositione, & testamento huiusmodi, ipsum testamentum remaneret, & esset validum: quamuis dictum pretensum instrumentum de eo sumptum, falsum extiterit. Cuius illa est ratio: quia hec sunt separata & diuersa: in instrumento enim non consistit substantia testamenti, seu dispositionis, aut contractus. l. contrahitur. ff. de pignor. nisi in casibus in quibus scriptura esset de substantia, qui enumerantur per glos. in cap. j. de censi. in. vj. & alii per alios de quorum numero non est casus presens. Ex nullitate igitur vel defectu instrumenti, non infertur nullitas testamenti, vel alterius dispositionis. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. l. si maritus. C. de donatio. int. vir. & vxo. l. inter stipulantem. §. sacram. versic. sed hec dissimilia. ff. de verborum obligat. l. fin. ff. de calum. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. posses. & l. de bonis. & quod ibi not. ff. de carbo. edict. Ad quod facit. l. j. l. sicut iniquum. l. si solennibus. & l. non idcirco. C. de fide instru. & quod voluit Pau. de Castr. consil. mihi. xcix. exordien. Notandum est, quod prefatum statutum, &c. & consilio. cclii. exordien. Si bene consideretur iste Adonicus habet intentionem fundatam, &c. & Alex. de Jmola in. l. seruum filii. §. eum qui chirographum. ff. de legatis primo. facit etiam quia quemadmodum error notarii parti nocere non debet. l. errore. C. de testament. ita nec sibi nocere debet notarii falsitas, duntamen alias probetur testamentum, vel alia dispositio. Et per hec patet responsio ad alia quesita, & dubia: quia ex predictis satis infertur honorabilem mulierem dominam Francesiam Joubertenon debere ab intestato equaliter succedere dicto quondam Peyrono suo fratri cum Joanne & Guillioto Jouberti suis fratribus: quia idem Peyronus mortuus non est intestatus. Etiam satis infertur, quod relicta per dictum quondam Peyronum honeste mulieri Joanne Cobone, valent, & tenent non obstante impugnatione per eam facta: quia ipsa non impugnauit voluntatem, & dispositionem dicti quondam Peyroni, sed malam, & falsam scripturam notarii, qui falso, vel alias contra veritatem scripserat verba de quibus in dicto casu.

¶ Rubrica, ¶ De errore calculi. ¶ Consil. cccci. ¶ Epitome.

¶ Verba finalis computi in quo exprimuntur certe cause non extenduntur ad debita ex alia causa in dicto computo non expressa, etiam si in fine fuisset subiecta clausula generalis.



Viso Instrumento finalis computi dudum facti per, & inter egregium quondam virum do. Philippum Roberti tunc prepositum Vapincen. ecclesie, ex vna parte, & nobilem virum Joannem Abonis ciuem eiusdem ciuitatis, ex alia: seu copia, aut duplo eiusdem instrumenti, ac etiam copia, seu duplo cuiusdam appodixe scripte vt in ea asseritur propria manu eiusdem nobilis Joannis, & tam sua, quam egregii quondam viri, domini Guilielmi Meyssonerii olim Vapincen. canonici, manibus subscripte, & signate: dico & respondeo quod in dicto finali computo non centientur comprehensi quinquaginta ducati mentionati in predicta appodixa, & quos ipsi dominus Guilielmus & nobilis Joannes Abonis soluere promiserunt, & iurauerunt reuerendo patri, & egregio viro domino Guilielmo Rober. olim decano Vapincen. ecclesie: quoniam vt apparet ex tenore & contextu dicti finalis computi, ibi duntaxat enarrantur due cause, ex quibus idem nobilis Joannes censebatur debitor dicti domini Philippi, vniuersalis heredis prefati quondam domini Guilielmi Roberti. Prima erat locatio, seu arrendamentum eidem nobili Joanni factum per dictum dom. Decanum de prebenda quadam: & quam conductionis titulo idem nobilis Joannes ab ipso dom. Decano, habuerat, & tenuerat. Secunda causa erat, mandatum seu procuratorium eidem nobili Joanni factum per dictum dom. Decanum de recipiendo, recuperando, & exigendo debita: imo verius credita eiusdem do. Decani. Et in vim cuius idem nobilis Joannes diuersas pecuniarum summas dicto do. Decano debitas, a diuersis & pluribus personis exegerat, & recuperauerat. Ecce quod hic nihil exprimitur de debito predicto quinquaginta ducatorum. Illud autem quod consequenter subiicitur in instrumento locationis, seu arrendamenti superius mentionati, quod pariter idem nobilis Joannes quandam suam domum dicto d. Philippo preposito locauerat, & quod ipse Joannes diuersas pecuniarum summas, & quantitates vice, & nomine prefatorum do. Decani & prepositi diuersis, & pluribus personis soluerat, tradiderat, & expediuerat. dici non potest comprehendere insolidum, vel pro parte dictum debitum quinquaginta ducatorum: quia hec verba non ponuntur, vt comprehendant alias causas, in quibus idem nobilis Joannes debitor tunc existeret ipsius do. prepositi: sed vt alleuient eundem nobilem Joannem quoad summas per eum tunc debitas ex dictis duabus causis: scilicet arrendamenti, & prebende superius mentionate, & mandati, ac recuperationis & exactionis predictorum debitorum. Et hec clare patent intuenti tenorem & contextum narratiue predicti instrumenti, que etiam postea bene declarantur in dispositiua. in versic. de omnibus iis, &c. ibi ad causam arrendamenti dicte prebende. Et in versi. & etiam ad causam omnium bonorum ibi, exactorum & recuperatorum. Verba igitur dicti finalis computi non comprehendunt dictum debitum quinquaginta ducatorum: ergo nec ad debitum huiusmodi se extendit dictum finale computum: quia in contractibus fit stricta interpretatio. l. quidquid astringende. ff. de ver. obl. & l. veteribus. ff. de pact. not. Alex. de Jmol. in. l. si extraneus. ff. de condict. ob cau. & in. l. non solum. ff. solu. matr. Et videtur hoc rationabile, & iuri consonum, vt finale computum de quo supra, vel etiam alia dispositio aut contractus inter partes celebratus non se vltra extendat, quam sonent verba quibus partes vse extiterunt. Et vt locum non habeat huiusmodi computum, vbi verbis locus non extitit. arg. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acq. her. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. & esti. l. iiii. §. quotiens. ff. de dam. infect. & l. ita autem. cum simili. ff. de admi. tuto. facit, quia nedum vnaquaque

clausula, sed etiam vnumquodque verbũ a contrahentibus prolatum debet esse cum virtute operandi, si fieri potest. l. hac lege. ff. de contrab. emp. ꝛ l. si stipulatus. ff. de vsur. Hec sunt verba Bal. C. de contrab. emp. in rubrica. q. ix. relata per Alex. de Imol. consi. cxvij. exordiente, Visis supra narratis, ꝛc. quod etiã voluit Ang. cõsi. ccl. exord. Ser Symon de Regio. Et procederent predicta, etiam si in dicto finali computo fuisset subiecta clausula generalis: quia illa deberet restringi ad duas causas superius mentionatas: duntamen restrictio huiusmodi fieri posset salua ratione recti sermonis. l. si ex pluribus. ff. de solu. ꝛ l. si de certa. ꝛ quod ibi communiter per doct. C. de transac. de quo Bartol. in. l. Aurelio. §. Caius. ff. de liber. legat. idem Bar. Ang. ꝛ moderni in. l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. aliquid ponunt alij in. l. tres fratres. ff. eod. titu. Super quo tamen articulo vlterius non insisto: quia in computo predicto non est posita aliqua clausula generalis, per quam necessarium existat recurrere ad ista suffragia.

¶ Rubrica, De triente ꝛ semisse. ¶ Consilium. ccccij.

¶ Epitome.

Legitima quatuor liberorum aut pauciorum est triẽs bonorum testatoris: quinque vero aut plurium, est semis: in qua nepotes siue neptes succedunt in stirpes non in capita, ꝛ in quam dos materna est imputanda si pater stipulatus a principio fuerit sibi reddi: si vero reddi filie non imputatur.



Udum fuit in humanis prouidus vir Jacobus Cumatez: cuius bona deducto ere alieno, ꝛ funeris impensa, valebant communi estimatione tempore eius vite, ꝛ mortis, sex mille florenis: qui viuens in humanis maritauit honestam mulierẽ Ludouicam Cumatesse eius filiam naturalem, ꝛ legitimam: ꝛ pro ea constituit, ꝛ assignauit centum libras. Idem Jacobus mortuus est superstitibus ꝛ sibi supermanẽtibus, honestis mulieribus Joanna, Honorata, ꝛ Frãcesia eius filiabus naturalibus, ꝛ legitimis, Joanna, ꝛ Joanna eius neptibus seu felezenis naturalibus, ꝛ legitimis ex honesta quondam muliere Ludouica Cumatesse, eiusdem Jacobi quõdam filia naturali ꝛ legitima predefuncta. Et etiam superstite honesta iuuẽcula Ludouica dicti Jacobi nepte, seu felezena naturali, ꝛ legitima ex honorabili quondam viro magistro Petro Cumate, dicti Jacobi quondam filio naturali, ꝛ legitimo predefuncto. Qui Jacobus condidit testamentum, in quo heredes vniuersales sibi instituit prefatas Joannam, Honoratam, ꝛ Francesiam eius filias. Dictis vero Joanne, ꝛ Joanne felezenis, ꝛ cuilibet earundem legauit quinque florenos, in quibus ꝛ dote predicta eas particulares heredes instituit, ꝛ ijs contentas esse voluit, iussit, ꝛ ordinauit. Dicte autem Ludouice filie prefati magistri Petri, etiã certam summam pecuniariam iure institutionis reliquit. Quesitum est de sequentibus. Primo quanta sit omniũ bonorum liberorum legitima. Secundo, an prefate Joanna, ꝛ Joanna vocari debeant ad huiusmodi legitimam in capita, vel in stirpes, hoc est an ipse Joanne, ꝛ quelibet earundem tantum habere debeant pro earum legitima, quãtum vna ex dictis, Joanna, Honorata, ꝛ Francesia: an vero tantum duntaxat, quantum haberet, ꝛ habere deberet dicta Ludouica earum quondam mater, si viueret. Tertio, an dicte Joanna, ꝛ Joanna imputare debeant predictam dotem maternam in dictam eorum legitimam, an vero vltra ꝛ preter dictam dotem habere debeant integram legitimã. Quarto, an id quod eis deest de legitima petere possint in bonis, ꝛ substantia dicti quondam Jacobi. Et quia hec materia iam visa est, ꝛ trutinata per viros doctissimos, ergo breuiter me expediam, ꝛ pauca dicam. Cum multos sermones effundere opus non sit. Respondeo igitur predictis dubijs. Et primo ad primum, quod legitima dictorũ sex liberorum est semis, seu dimidia pars bonorum dicti quõdam Jacobi. authen. de trien. ꝛ semis. §. j. ꝛ transumptiue, authen. nouissima. C. de inoffi. testa. Dixi autem semis, seu dimidia pars bonorum dicti quondam Jacobi, non bonorum, ꝛ hereditatis: quia legitima debetur deducto ere alieno, ꝛ funeris impensa. Et ideo legitima non est quota hereditatis, sed bonorum. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. testa. not. Bar. in. l. ex facto. ff. de here. instituendis. Ad secundum dico, ꝛ respondeo, quod prefate Joanna, ꝛ Joanna succedere debent in dicta legitima in stirpes, non in capita: hoc est tantum habere debent pro legitima, ꝛ non vltra, quantum habuisset prefata quondam Ludouica earum mater, si viueret: per iura per alterum ex prefatis dominis plene allegata in schedula exordiente. Concurrentibus in successione, ꝛc. Et istud non habet dubium. Cuius sententie non obstat, quod per alterum ex prefatis egregijs dominis pretenditur, scilicet, quod quia dicte Joanna, ꝛ Joanna vocantur ad legitimam dicti quondam Jacobi earum aui materni, non quidem ex persona prefate Ludouice, sed ex sua propria: ꝛ sic debet esse secus in hoc casu, quam eo casu quo eedem Joanna, ꝛ Joanna vniuersaliter, ꝛ ab intestato succederent dicto earum auo cum suis materteris: quasi tunc censeantur succedere non ex propria persona, sed ex persona Ludouice matris. Quoniam dico istud non esse ponderandum: quia cum prefata Ludouica decesserit viuo dicto Jacobo eius patre, nec delata fuit, nec deferri potuit sibi paterna hereditas: quo fit, vt etiam si idem Jacobus decessisset intestatus, debuissent ipse Joanna, ꝛ Joanna eidem succedere ex earum proprijs personis, non ex persona dicte quondam Ludouice: quod etiam voluit Bartol. in. l. j. §. si sit. ff. de colla. dot. ꝛ in. l. ij. C. de liber. prete. Cy. in. l. fin. C. de adulter. ꝛ Alexand. de Imol. in. l. illam. C. de colla. Et fuit de mente eius in. l. pactũ. versi. primo casu dic, quod nepotes, ꝛc. eisdem tit. ꝛ lib. post Bar. ꝛ Joan. de Imo. in. l. qui superstitis. ff. de acqui. hered. in illa. q. an renuntiatio bonorum paternorum facta per filiam, noceat nepotibus, si contingat filiam, eandemque matrem nepotum ab humanis decedere viuente suo patre auo nepotum. Preterea ista est regula, quod legitima est semis, vel tertia pars eius quod quis est habiturus ab intestato. Semis quidem quando sunt quinque liberi, vel vltra: tertia vero quando sunt quatuor, vel infra. dicta authent. nouissima. Ponamus nunc dictum Jacobum esse mortuum ab intestato: nemo est qui nesciat quod huic succedere deberent dicti eius sex liberi: dicte vero Joanna, Honorati, ꝛ Frãcesia, ꝛ earum quelibet, pro quinta parte: Ludouica filia Petri, pro quinta parte, ꝛ Joãna, ꝛ Joanna pro alia quinta parte: eo quia posite sunt in locum, hoc est vt dicit Bart. in. d. l. j. §. si sit. ff. de colla. dot. ꝛ in. d. l. ij. C. de liber. preter. in gradum dicte quondam Ludouice earum matris. Haberent igitur de bonis Jacobi aui, si valerent sex mille florenis, mille, ꝛ ducentos florenos: ergo legitima earum que est semis eius quod erant habiture ab intestato ascendit ad sexcentos. Et istud non videtur mihi dubium. ¶ Pro responsione ad tertium voluissem videre instrumentum constitutionis dotis, ꝛ intelligere, vel videre an prefatus quondam Jacobus auus, expresse, vel tacite, stipulatus extiterit predictam dotem dicte quõdam Ludouice, eidem Ludouice reddi, an vero sibi ipsi, an vero fuerit stipulatio simpliciter facta: si enim esset aut expresse, aut tacite stipulatus dotem reddi dicte quondam Ludouice, dico quod hec dos non deberet imputari in legitimam, sed vltra, ꝛ preter dotem huiusmodi, deberent dicte Joanna, ꝛ Joanna habere integram legitimam: vt plene prosequitur, ꝛ doctorum cateruam hoc tenentium inducit Alex. de Imol. in. d. l. illam. versic. vltimo tangit hic Bal. de quo etiam per eum consil. xxiiij. exordi. visis dubijs, ꝛc. in. j. volu. ¶ Ad quartum respondeo, quod sic, etiam si hoc esset relictum in pecunia: possunt enim dicere se nolle habere legitimam in pecunia, sed in bonis ꝛ corporibus hereditarijs. vt voluit Bar. ꝛ post eum Joan. de Imol. ꝛ doctores communiter. in. l. suus. in principio. ff. de heredi. instituendis. Bald. in. l. scimus. §. repletionem. C. de inofficio. testamen. ꝛ Ale. in. l. non amplius. §. fin. ff. de lega. primo. Et ita, secundum hoc fuit conceptus libellus pro dictis Joanna, ꝛ Joanna auferendus.

¶ Rub. ¶ De reb. eccles. non alienand. ¶ Cons. cccciij.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo ꝛ secundo collectaneis.

1 ☞ Agenti condictione ex causa reintegranda opponi non potest exceptio dominij: sed debet fieri restitutio possessionis.

2 Alienatio rei ecclesiastice non seruata solennitate, ꝛ facta in casibus non permissis, non tenet.

3 Presumptio iuris ꝛ de iure non admittit probationem in contrarium, nisi per confessionem.

Uale

4 Male fidei possessor de iure canonico multo tempore prescribit.
5 Iudex ex suo officio actorem repellit, vqi sibi constat actionem non competere.


Egare Non possum quin motiua mihi missa re vera & magna, & solennia existant: & quin super primo articulo, an contra titulo possidentem detur condictio. c. reintegranda. iij. quest. j. sunt diuerse opiniones. Veruntamen vt scit paternitas vestra reueren. Angel. Are. in loco per vos allegato scribit pro parte affirmatiua: pro eadem parte scribit Alexand. consilio. cxvij. per vos allegato. vbi refert, & affirmat idipsum tenuisse Antonium de Butr. in cap. sepe. de restitutio. spoliato. Ioan. Calder. in. c. cum ad sedem. eod. tit. Panormi. in cap. si diligenti. de prescrip. et Roma. in. l. rem que nobis. ff. de acquir. possessio. & refert idem Alexan. consil. ij. in primo volum. quod idem tenuerunt Anto. de Butr. & Panor. in. d. cap. sepe. & nouissimi doct. in. d. l. rem que nobis. Uerum in illo consi. nihil super hoc decidit: quia decisio huiusmodi articuli tunc necessaria nō erat intentioni eius partis. Idem Alexan. consil. vj. exordiente, Circa processum, &c. versic. non obstat etiam: dicit
1 quod secundum veras conclusiones agenti cōdictione ex† canone, reintegranda opponi non potest exceptio dominij, vel similis: sed debet ante omnia fieri restitutio possessionis. allegat Anto. de Butr. in. d. cap. sepe. quem etiam dicit affirmare, quod ita est de mente Innocen. & Ioan. And. in cap. post electionem. de concess. preben. ipse etiam Alexan. dicit hoc fuisse de mente Bart. in. l. si coloni. C. de agrico. & censi. lib. xj. allegat preterea Panormi. in dicto. c. sepe. & c. si diligenti. etiam allegato. & Roma. in. d. l. rem que nobis. & per hec respondet ad ea, que not. Bart. in. d. l. rem que nobis. & in. l. manifestissimi. §. sed cum in secūda. C. de furtis. Ad. l. vero sint autem. §. si duobus. ff. de publi. respondet, quod ibi agebatur petitorio, non possessorio: idem vero Alexander in. l. naturaliter. §. nihil commune videtur pro hac parte scripsisse: dicit enim post Barto. in. l. si coloni. quod siue interuenerit violentia, siue non, quando agitur possessorio recuperande reijcitur exceptio dominij. pro quo allegat Innoc. in. d. c. post electionem in finalibus verbis. qui ita tenet: & ibi Ioan. And. refert etiam Anto. de Butr. in d. c. sepe. dixisse quod si intentetur remedium canonis reintegranda, reijcitur exceptio dominij: sicut quando intentatur interdictum vnde vi. quod etiam fuit de mente Innoc. in d. c. sepe. vt refert dixisse Anto. de Butr. & probatur secundum Alexan. in. d. l. si coloni, & subiungit idem Alex. predictum remedium sibi locum vendicare, siue per vim ceciderit quis a possessione, siue per negligentiā, siue per quancunque aliam causam. Patet igitur quod licet idem Alex. in hoc fuerit varius, tamen potius videtur adhesisse huic opinioni: quod & in consilijs multis, & in lectura, quā illi de qua in dicto consil. xvij. illa enim dicitur esse alicuius doctoris opinio, quā magis deliberate tenet. l. diui fratres. ff. de iure patro. magis autem deliberate tenere dicitur eam, quā sepius repetit: secundum Barba. in sua Ioanni. c. Raynaldus. de testa. vbi etiam attendendum est, quod docto. per Alex. allegati pro negatiua in. d. consil. cxvij. vt plurimū sunt legiste: exceptis Io. de Imo. & Bald. quos nemo ignorat fuisse vniuersales homines: econtra vero Inno. Ioan. And. Anto. de Butr. Panor. fuerunt magni canoniste: quibus fortasse, vt cum reuerentia dixerim, potius est credendum in hoc articulo, in quo, vt predixi, etiam secū habent magnos legistas. Et ita mihi videtur sub correctione eiusdem vestre reuerende paternitatis. ¶ Pro responsione
2 ad secundum articulum premitto, † quod res ecclesiastice alienari nō debent, nisi in quatuor casibus, quos si mento commendo, notant doctor. in. c. nulli. de reb. ecclesi. non alien, & seruata solennitate. c. sine exceptione. xij. questio. ij. secundum communem opinionem docto. in. d. c. nulli. & in authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccles. & si aliter fiat alienatio, illa est nulla: tum defectu forme, qui inducit nullitatem: quia forma dat esse rei. c. tua. de ijs que fiunt a prela. tum defectu casus liciti. d. c. nulli. & quod ibi Panor. quod etiam voluit Panorm. in. d. c. tua. a iure enim prohibetur alienatio rei ecclesiastice: ergo illa est nulla, si non fit in casu concesso. l. non dubium. C. de legi. & in regula, que cōtra ius. de quo plenius per Panor. in. d. c. nulli. Iste ergo qui & in casu non permisso, & solennitate non seruata, recepit illa bona ecclesiastica in emphyteusim, contra iurium interdicta mercatus est, ergo mala fide. l. quemadmodum. in fine. & quod ibi Iacob. Rebuf. & Ioan. de Platea. C. de agric. & censit. lib. xj. Et est hec presumptio, secundum Ioan. de
3 Plat. ibi iuris † & de iure, contra quam non admittitur probatio. l. antique. & quod ibi nota. C. ad Velleia. & l. fin. a. C. arbitr. tutel. nisi per cōfessionem. Et quamuis talis sic mala fide mercatus, secundum iura ciuilia prescribat tempore longissimo, scilicet. xxx. vel. xl. annorum. l. cum scimus. §. illud. C. de agric. & censi. lib. xj. quia eo tempore, & secundum dicta iura tollitur omne ius. l. omnes. & l. sicut. C. de
4 prescriptione triginta annorū: secus tamē† est de iure canonico. cap. fin. de prescriptio. & reg. possessor male fidei. de reg. iur. in. vj. quod etiam voluit Ioan. de Pla. in dicta. l. quemadmodum. Non potuit ergo ille primus recipiens, vtpote male fidei possessor, prescribere. A tempore vero quo in ijs bonis ille habuit successorem, non cucurrerunt xl. anni, qui requiruntur ad prescriptionem contra ecclesiam: per iura vulgaria. Et si cucurrissent, posset querianmala fides authoris noceat, &c. Sed de hoc querere non expedit. Preterea pars aduersa non opponit de prescriptione: ergo illa eundem non releuat etiam si huiusmodi prescriptionis exceptio notorie competeret: quia licet vbi ex actis constat iudici aliquam actionem non competere,
5 possit idem† iudex ex suo officio actorem repellere per. gl. que est in. l. vbi pactum. C. de pact. quam doct. communiter sequūtur. & ibi, & in. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. & in. l. lecta. ff. si certum petat. & in. l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verbo. obliga. & in. l. vnica. C. vt que desunt aduoca. & idem est, vt possit iudex ex suo officio supplere, etiam si non opponatur, quando exceptio inest ipsi actioni: vt verbi gratia, in pactis incontinenti appositis: vt voluit Barto. in. d. l. lecta. & in dicto. §. pactus. & alij communiter in dictis locis: secus autem est, quando inest, sed venit extrinsecus: vt in pactis appositis ex interuallo: vel in exceptionibus procedentibus ex alia equitate: vt etiam voluit Barto. in dictis locis. & Alexan. in dicto. §. qui ita. & plenius in. d. l. qui ita. C. vt que des. aduoca. vbi etiam ponit aliquam diuersitatem inter docto. sed hec non obstat in casu nostro. In terminis autem proprijs habeo decisionem parlamenti in qua concluditur opus esse oppositione, & adducuntur infinita similia de fideiussore conuento ante principalem, &c. qui si non opposuerit, condemnatur. De tertio possessore conuento actione hypothecaria, & alia que & longum, & tediosum esset referre, mittam, si libuerit. Quod autem prescriptionis exceptio non tollat ipso iure actionem, not. Salic. in. l. sicut. C. de prescript. xxx. anno. quam docto. sequuntur communiter. Nec etiam inest ab initio actioni, & sic non obstant not. per Bar. quatenus dicit, quod vbi apparet iudici non competere actori actionem, vel vbi ab initio exceptio inest actioni, potest iudex ex suo officio opponere, &c. Id autē quod de decreto opponitur, non obstat: quia illud fuit nullum propter omissionem cause cognitionis. pro quo allegasse sufficiat, quod voluit Paul. de Cast. consil. xcj. exordiente, Super eo quod queritur. Petr. de Anch. consil. mihi. xcj. exordiente, Uisis diligenter, &c. & Angel. Aret. in. §. tripli. institu. de actionib. Hec insulse, & in motu, ideo si placet, veniam dabit eadem vestra reueren. paternitas, & pro eo more quo summe iustitie, & veritati afficitur, omnia examinabit.

¶ Rubrica, De secundis nupt. ¶ Consilium, cccciiij.

¶ Epitome.

¶ Mulier transiens ad secunda vota non perdit bona sibi delata per mortem suorum filiorum.


N Facto ponitur, quod dudum fuit in humanis honorabilis Petrus Aymarij de Saone, frater Claudij Aymarij, qui Petrus ex honesta muliere Guilhelmeta Foucherie procreauit, & suscepit tres filios masculos naturales & legitimos: & deinde vita functus est, superstitibus, & sibi superuiuentibus prefatis Guilielmeta vxore, & tribus eorundem filijs masculis liberis communibus. Post hec autem ab humanis hi tres decesserūt, & intestati vnus post

alium decesserunt, dicti tres filij masculi, superstite prefata Guilielmeta eorum matre: que bona & hereditatem eorundem adiuit, & acceptauit, & pro herede eorum se gessit, & reputauit. Dicta autem Guilielmeta postea matrimonium contraxit cum prouido viro Jaquemino de Eimery, qui deinde mortuus est nullis liberis relictis, ibi autem superstite, & superueniente eadem Guilielmeta eius vniuersali herede. Et quia bona prefatorum quondam Petri Aymarij, & Claudij fratrum fuerunt vsque in hos dies tenta, & possessa communiter & pro indiuiso, & nunc possidentur per ipsam Guilielmetam tanquam heredem dictorum eius filiorum, & per nepotes seu felezenos dicti quondam Claudij, & heredes eiusdem per medium suorum parentum. Petit ipsa Guilielmeta bona huiusmodi partiri, & inter eos diuidi. Econtra vero prefati nepotes, & felezeni dicunt, & pretendunt eandem Guilielmetam bona predicta, & ius quod habebat in eisdem perdidisse, ac debuisse, & debere applicari eisdem nepotibus, seu felezenis: pro eo, quia ipsa conuolauit ad secunda vota, & matrimonium cotraxit cum dicto Jaquemino. Quesitum est quid iuris? Pro solutione precedentis dubij, premitto quod prefata Guilielmeta successit ab intestato dictis eius filijs. l. j. cum suis similib. C. ad Tertullia. Quo presupposito, dico & respondeo ad quesitum, quod licet eadem Guilielmeta postea conuolauerit ad secunda vota, & matrimonium contraxerit cum dicto quondam Jaquemino, non propterea perdidit bona sibi delata, per mortem dictorum suorum filiorum: quia si mulier transiens ad secunda vota, nullos habeat liberos, ipsa soluta est penis legalibus, secundum Bald. in authen. ex testamento. C. de secun. nup. Causus dicti illa assignatur ratio, quia aut pene secundarum nuptiarum infliguntur fauore filiorum primi matrimonij, & tunc mortuis illis nullus superest fauor: pro eo, quia causa fauoris cessat: aut infliguntur alia ratione, & tunc ille sublate sunt per dictum Apostoli: de quo in cap. cum secundum. de secun. nupt. Et pro ista determinatione Bald. qui loquitur in terminis nostris facit. l. femine. §. una. C. de secund. nupt. vbi dicit text. quod si mater nullam ex priore matrimonio habuerit successionem, vel natus, nata ve decesserint, omne quod quoquomodo perceperit pleno proprietatis iure obtineat. Et quod in casu nostro prefata Guilielmeta priuari non debeat successione dictorum suorum filiorum, postquam ex ea nulli supersunt liberi: voluit etiam Bald. in d. l. femine. C. de secund. nupt. & Bart. ante eum in d. authen. ex testamento. & consil. mihi. liij. exordiente, Angelus Racie habebat vnum filium, &c. in fin. Bald. consilio mihi. xlj. exordiente, Ad euidentiam est premittendum, &c. in quarta parte. Angel. in authen. de non eligen. secun. nuben. Salice. in authen. vxore mortua. C. de secun. nupt. Petr. de Ancha. consil. mihi. cclvij. exordien. Premittam casus indubitatos, &c. Nicol. de Voald. in suo tractatu de succes. ab intest. in secunda parte princip. & Franciscus de Are. consil. mihi. clv. exordien. Periculosum est, vt Hieronimus ait, &c. versic. primum est quod illi qui dicunt, &c. ibi. & propterea preter istos duos casus. Et vt mihi videtur istud non habet aliquam difficultatem, cum in hoc conueniebat omnes doct. quamuis glos. in dicta auth. ex testamento, contrarium senserit, quatenus ibi innuit, quod d. l. femine. in fin. sit hodie correcta, que ab omnibus communiter reprobatur. Et contra quam refert Bar. in auth. ex testamento. se dixisse consulendo & iudicando quinque vicibus.

Rubrica, De testamentis. Consilium. cccev.

Epitome.

Pestis tempore in rure testamentum factum, si non sint septem testes inscripti, de iure ciuili nullius est emolumenti, ac valoris: De iure vero canonico, precipue si concernat causam piam, valet.

1 Testamentum in rure factum tempore pestis cum minori numero septem testium est nullum de iure ciuili: de iure autem canonico valet inquantum concernit piam causam. & nume. 5.
2 Intellectus cap. relatum. & cap. cum esses. extra de testamentis. & nume. 4.
3 Subtilitas que veritatem ledit, non prodest.
6 Jus diuinum distinguitur per ius ciuile.
7 Dos mortua filia penes quem remanere debeat.
8 Casus a consuetudine omissus habetur pro omisso.



Jn his Dubijs mihi oblatis, & super quibus postulatur responsio secundum iuris veritatem, & communem doctorum opinionem, & in consilijs, & in iudicijs obseruandam dico, & respondeo breuiter & succincte ad dubia, & quesita huiusmodi, prout infra. Et primo ad primum quo queritur an
1 testamentum factum in rure tempore pestis valeat † cum numero quatuor testium, & sine notario: dico & respondeo, quod licet Bald. in l. fi. C. de testamen. senserit quod validum sit testamentum conditum cum minori numero testium eo tempore, quo impossibile est ampliorem numerum reperiri: vt puta propter pestem, vel quia in loco existit qualitas similis: vt verbi gratia, in carceribus tyranni: allegans ad hoc not. per Bart. in l. j. ff. de bono. posses. ex testa. mili. hoc tamen salua reuerentia tanti doctoris, non videtur id dixisse Bart. quinimo videtur ibi voluisse contrarium: dum dicit, quod bonum esset prouidere quod testamentum validum esset eo casu, quo impossibile est testatorem habere perfectum testium numerum. Vult ergo Barto. quod nisi in hoc emanet noua principis prouisio, sit testamentum nullum. & contra Bald. est bonus text. in l. conficiuntur. §. codicilli. ibi, quid enim si sufficientem testium, &c. ff. de iure codicil. vbi vult text. quod alias habilis ad testandum, valide testari non possit, si ex aliquo casu sibi deficiat integer testium numerus. Etiam cotra eum facit, quia licet Paganis, vel alijs qui iure militari alias testari non poterat, concessum extiterit, vt testamentum validum facere possint sine pleno testium numero eo casu, quo sunt in loco hostili: quod non est ex alia causa, nisi quia presumuntur ibi non habere facultatem integri testium numeri. Quamuis ergo in alio loco desit facultas numeri huiusmodi, testamentum tamen erit nullum. Si enim in omni loco, vbi adest facultas, daretur testamenti validitas, frustra lex dedisset expressam validitatem testamento facto in loco hostili, quam tamen dedit l. fin. ff. de testamen. milit. & dicta. l. j. ff. de bonorum possessio. ex testamen. milit. Et contra Bald. tenuit Ange. in dicta l. conficiuntur. §. codicilli. & per illum text. & idem videtur fuisse de mente Alex. de Jmo. in dicta. l. j. ff. de bonor. possessio. ex testamen. milit. & in l. scriniarios. C. de testamento milita. in quibus locis videtur idem Alex. adhesisse opinioni Angel. in dicto. §. codicilli. & apertius hoc voluit in dicta. l. vna. ff. de testamentis. vbi etiam refert Fulgosius & Paulus de Castro hoc tenuisse: & idem fuisse de mente Barto. in dicta. l. j. C. de bono. posses. ex testa. milit. idem etiam tenuit Roma. in repetit. auth. similiter in. xxxiiij. speciali vltimarum voluntatum. versicu. ceterum pone quod testator eo loco, vel tempore, &c. C. ad leg. falci. huic autem dicto non obstat, quod existentes in actu bellandi tempore guerre testari possint, & valeant coram imperfecto testium numero ad instar militum. d. l. j. ff. de bono. poss. ex test. mil. & l. fin. ff. de test. mili. Et quod tempus guerre, & mortalitatis equiparentur. vt not. Barto. in l. naturaliter. ff. de vsuca. & ca. o. in c. ex transmissa. de prescrip. quasi tempore pestis dicatur esse prelium inter Deum & homines. Quoniam respondeo quod in casu. d. l. fin. ff. de testa. mili. cum simili. illud est ibi concessum in priuilegium preliantibus. Ad secundum quesitum dico, & respondeo, quod c. cum esses. & c.
2 relatum. de testa. habent varios intellectus: prout colligitur ex ibi not. per glos. & doct. Et omissis † alijs opinionibus dico, quod aliqui opinati sunt, & dixerunt illud. c. cum esses. debere intelligi generaliter, & quod per ipsum fuit generaliter derogatum legibus cotrarijs: & hec videtur fuisse opinio. Ala. Lauré. Tancr. Vincen. & Joan. in d. cap. cum esses. & Osti. in summa tit. de test. §. qualiter conficiuntur, versic. Joan. tamen scripsit. & in d. capi. cum esses. Vbi etiam dicit idem Osti. hanc opinionem esse verissimam: & quod pro ea facit lex diuina, lex canonica, & generalis consuetudo ecclesie ipsa veritas, que Deus est, que magna est, & preualet in omnibus secundo Esdre. c. x. Pro contraria opinione dicit esse humanam legem, & perniciosam subtilitatem, & timorem, ne quid falsitatis committatur. l. fin. C. de fideic. Et conferens idem Osti. has opiniones adinuicem dicit, primam opinionem habere iura potiora: & ideo ei standum.
3 arg. C. de edict. diui adria. tol. l. fi. non enim † prodest subtilitas, que veritate ledit. quinimo ipsam merito recusabit iudex. l. sicut. §. ante pe. ff. qui. mo. pig. Sed nec obest secundum timor falsitatis: quia de quolibet presumendum est, quod sit bonus

bonus.cap.j.de seruti.in ordi.facien. ꝛ licet illud cap.cum esses.videatur exigere duos, vel tres testes cum presbytero parochiali testatoris, vbi tamen loco parochialis presbyteri interuenirēt alij duo testes idonei, hoc videtur sufficere:secundū Ost.in.d.c.cum esses. quia quantūcunqȝ dignitatis aliquis existat,ei soli non creditur: quinimo ꝛ ei duo idonei preferuntur. c. cum a nobis de testib.ꝛ l. iurisiurandi.C.eod.tit.si ergo creditur duobus idoneis, ꝛ presbytero parochiali,multofortius, vel non minus credendum est quatuor idoneis, ꝙ etiam ꝛ apertius voluit Specu. tit.de instru.edit.§.cōpendiose,versic.item per ius canonicum,ꝛc.Et ꝙ per dictum.c.cum esses derogetur generaliter omnibus legibus contrarijs,tenuit. Bar.Brixi. §.q.iiij.§.j.Anto.de Butri.ꝛ Panor.ꝛ Ludouic.Rom. in repet.authen.similiter.C.ad.leg.fal.Et secundum hanc opinionem,si testamentum,de quo queritur factum fuerit sub presentia duorum testium idoneorum,ꝛ presbyteri parochialis,vel aliorum duorum testium idoneorum,loco illius valuisset,non solum quoad relicta pia,sed etiam quoad alia: ꝛ non solum in foro ecclesiastico, sed etiam in foro seculari:ꝛ nedum in terra ecclesie,sed etiam in terra imperij, vel alterius principis temporalis. Contrariam † vero

4 opinionem , scilicet ꝙ generaliter non fuerit derogatum legibus contrarijs,tenet glo.in.d.c.cum esses,dicens illud procedere in relictis ad pias causas: quia non est verisimile ꝙ dominus Papa voluerit vnico verbo legibus derogare.arg.l.si quando.C.de inoffi.testa.ꝛ.c.ecclesia vestra, de elect.ꝛ subiungit glo.in. d.c.cum esses, quod nec forte posset Papa tollere leges, quantum ad eos,qui non sunt de sua temporali iurisdictione.arg.c.si duobus.de appel. ꝛ c.nouit.de iudi. Floria. etiam in d.c. cū esses.addens ad dictam secundam rationē glo.dicit,ꝙ imo sine forte Papa quoad illos qui non sunt de sua temporali iurisdictione legem tollere non posset : quia quantum ad illos non potest se intromittere, nisi ex causa speciali: puta ratione peccati,vel alia simili ratione in iure expressa.d.cap.nouit. Et hanc secundam opinionem tenuit Jo.§.q.iiij.§.j. Et quamuis hec opinio subdiuidatur in multas , illa tamen videtur esse magis communis quoad casum de quo que-

5 ritur, que † habet,ꝙ in relictis ad pias causas sufficiant duo testes,siue in foro seculari,siue in foro ecclesiastico,per id, ꝙ habetur in.d.c.relatum. Jn relictis vero ad non piā causam,ꝛ in terris ecclesie subiectis seruatur dispositio.d. c.cum esses, sed in terris imperij seruatur ꝙ testamentum non valeat nisi in eo interueniat solemnitas requisita per leges ciuiles: secundum quā exiguntur regulariter septem testes,etiam si fuerit testamentum nuncupatiuum. l. hac consultissima.§. per nuncupationem. C. de testam.§.fin. insti.eod.tit.ꝛ.l.ij.C.de bono.poss.secundum tab.quam secutus est Joan.Andr.in.d.c.cum esses. que secundum doctores videtur esse consuetudine roborata,ꝛ consequenter seruanda per id quod habetur in.l.minime.ff.de legib. Et hanc opinionem videtur sequi Frede de Senis.cons. mihi.ccxvij.exor.factum tale est, quidā nomine Petrus veniens ad mortem,ꝛc.Petrus de Ancha.ꝛ Flor.in.d.c. cum esses. vbi de hoc plenissime Joan.de Jmola, cui hec opinio communis videtur verior per.d.c.cum esses.inducendo prout ipse inducit. in.d.ca.cum esses. versic.sed aduerte quia verior,ꝛc. Et hanc partem visus est velle exequi Jnno.in.c.que in ecclesiarum.de consti.vbi expresse di-

6 cit,ꝙ ius diuinum potest distingui † per ius ciuile. Et ibi exemplificat de numero septem testium, qui requiruntur in testamentis.Esto igitur ꝙ iure diuino cautum sit,ꝙ in ore duorum,vel trium testium,stat omne verbum.d.c.cum esses,ꝛ.c.in omni negotio.de testi.nihilominus tamen potuit ius ciuile ex causa, vt pote propter falsitates euitandas,distinguere hoc ius diuinum, ꝛ distinguendo prouidere,quod in testamentis interuenire deberent septem testes,ꝛ istud dictum Jnno.communiter prosequuntur canon.ꝛ etiā legiste,in.l.fin.C.si contra ius vel vtil.publi.vbi hoc etiam tenet glo.ꝛ Bart. in l. omnes populi.ff.de iust. ꝛ iur.dum tractat super quibus possint fieri statuta. Et quicquid dixerit Anto. de Butri.in.d. ca.cum esses.ipse tamen fatetur,quod forte opinio.Joan.Andr.seruaretur in practica, a qua non videtur esse tutum recedere secundum Joan.de Jmol. ibi. Ex quo potest defensari ꝛ hanc partem visus est velle sequi Rapha.Fulgo. consilio.xxix. exordiente, Punctus questionis talis est,ꝛc.Et huic opinioni , vt pote magis communi, ꝛ que de consuetudine seruari consueuit,videtur mihi inherendum tam in consulendo, quam in iudicando. ¶ Superest respondere tertio quesito,super quo dico,ꝙ ipsius solutio videtur dependere ex illa disceptatione , que olim fuit , ꝛ hodie est tam inter antiquos glossatores,quam eorum sequaces: vt habetur in.l.dos a patre profecta. C.soluto matrimonio.ꝛ in l. post dotem.ff.eod. titulo. Si enim vera esset de iure opinio domini Martini , vtriusque iuris doctoris eximij eiusque sequacium,scilicet ꝙ ab humanis decedente filia

7 familias in matrimonio:etiam † patre superstite,deberet dos ab ipso patre profecta remanere apud liberos, certum esset ꝙ dos de qua queritur, remanere deberet penes nepotem ex filia predefuncta excluso proauo.auth. de hered. ab intesta.§.j.ꝛ transumptiue in authentico, in successione. C. de suis ꝛ legit. liber. cum suis similibus. Sed quia tam antiqui scilicet Bulga.Joan.Azo,ꝛ gl.quam etiam eorum sequaces communiter tenuerunt , ꝛ hodie tenent opinionem contrariam esse de iure veram , licet opinio Mar.de consuetudine obseruetur , mihi videtur dicendum,sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ꝙ dos de qua queritur, debeat reuerti ad patrem , non deuolui ad nepotem defuncte mulieris : non obstante dicta consuetudine per glos. allegatam in d. l. dos a patre, quia cum ista consuetudo dictet,ꝙ dos remaneat apud virum propter filios eiusdem matrimonij , ꝛ illa sit contra ius,illa non debet extendi ad alium casum.l. si vero. §. de viro.ff.solu.matri. ꝛ. l. quod vero.ff. de legib.pro quo benefacit,quod voluit Bart.in d.l.post dotem.in.v.q.quam doct.ibi sequuntur. Et facit determinatio Jaco.Butri.in l.vnā.C.commu. vtr. iudi. dicunt enim ꝙ si filiafamilias mortuo primo viro superstitibus liberis communibus iterato nubat,ꝛ deinde sine liberis ex isto secundo matrimonio ab humanis decedat,superstitibus tamen dictis liberis ex primo matrimonio, isti non impediunt quominus dos reuertatur ad patrem,ꝛ idem consuluit Alexand.de Jmol. consil.cxv.exordiente,Uetus ꝛ trita admodum est questio, ꝛc. in primo volum. vbi respondet rationibus Bal. tenentis contrarium in.d.l.vnā.versic.vltimo quero, pater dedit dotem, ꝛc. Etiam pro hac parte facit ꝙ dicit Bartol.ꝛ sequuntur docto.in.d.l.post dotem,ꝛ in.d.v.q. ꝙ si maritus primo decesserit,ꝛ postea moriatur mulier liberis extantibus,non impediunt liberi prefati quominus eorum auus,idemqȝ pater defuncte mulieris dotem repetat,quia consuetudo de qua supra, ita demum locum habet, si filiafamilias decedat in matrimonio. ꝛ refert ibi Barto. ꝙ cum esset Bononie, audiuit sic determinatum fuisse per octo doct. Pro quo videtur casus in.l.Titius. ff.de pact.dota. Et ita etiam videtur sensisse, ꝛ consuluisse Bald.consil.vij.exordiente, Petrus maritauit filiam. in tertia parte. consuluit etiam Rapha.Fulgo. consil.lxvj. exordient.ser Barnerius de Fassia, ꝛc.ꝛ Paul. de Castr. consil.cxxvij.exordiente, Primo videndum est qualis fuerit dicta donatio,ꝛc.Etiam voluit Ang.Are.in.§.fuerat, versicu.quid econtra si filia decedat. institu. de actio. facit etiam pro dicto patre , quia docto.loquentes in ista materia communiter dicunt dotem remanere apud quōdam virum filie propter liberos matrimonij contracti inter defunctam filiam , ꝛ virum superstitem: pater autem huius nepotis non fuit vir filie defuncte , sed gener. Nec etiam hic nepos est de liberis huius matrimonij contracti inter defunctam filiam,ꝛ virum superstitem de immediatis liberis loquor,de quibus loqui videntur doctor. in hoc casu , quamuis sit de liberis mediatis: quia non nego quin hic nepos natus extiterit ex corpore huius defuncte mulieris, ꝛ superstitis viri: per ea que voluit Bal. ꝛ sequuntur doct.in.l.j.C.de condictio.inser.ꝛ Joan.de Jmol.in.l. Lucius la secunda.ff.de here.insti.non sumus ergo in terminis dicte consuetudinis : standum est igitur dispositioni iuris communis,que facit pro patre.d.l.dos a patre. quia non debemus extendere consuetudinem vltra casum suū:vbi ius cōmune disponit contrariū.l.de quibus.ff.de legi.ꝛ.d.l.si vero. §.de viro.quia sicut lex corrigens aliam legem non corrigit nisi in casu suo,vt notant glos.ꝛ doct. in authenti.quas actiones. C. de sacrosanct. eccle.ita nec consuetudo derogans legi, derogat,nisi in casu expresso ab ipsa consuetudine , etiam si eadem ratio videretur subesse vt notat glossa,ꝛ doctor. in l.j.C. que sit longa consue. Guilielm.de Cuneo.in.d.l.de quibus. ff. de legib.ꝛ plene Antonius de But. in. ca. fin. de consuet. ꝛ benefaciunt

not. per Bart. in l. omnes populi. in vj. questio. principali.
8 ff. de iustit. & iur. Casus † enim a consuetudine omissus haberi debet pro omisso. l. commodissime. ff. de liber. & posth. l. si extraneus. ff. de condict. ob caus. & l. si cum dote. in principio. ff. solu. matri. facit. l. si socius pro filia. versi. verum in proposito, &c. ff. pro socio.

¶ Rubrica, De liberis preteritis. ¶ Consilium. cccc vj.

¶ Epitome.

¶ Filia simpliciter renuntians bonis maternis, ea a matre preterita dicit eius testamentum etiam de equitate canonica nullum: secus tamen si cum iuramento.



N Casu ponitur, quod mater condidit testamentum, in quo heredē vniuersalem eius filiam instituit: cuidam autem eius filie legauit quinque florenos monete, &c. & vnum caputium panni viridis: pro quibus eam voluit esse contentā de omnibus bonis suis, ita quod nihil petere possit in & super bonis suis. Quesitum est an testamentum huiusmodi fuerit, vel sit nullum ratione preteritionis dicte filie: super quo dico esse aduertendum, an filia huiusmodi alias & valide renuntiauerit cum iuramēto bonis maternis: iuxta materiam. c. quamuis pactum. de pactis in. vj. eo enim casu obstante iuramento, non posset ipsa filia impugnare testamentum predicte eius matris. pro quo allegasse sufficiat quod voluit Petr. Jaco. in suis libel. tit. de condict. ex leg. omnes ex testamen. versic. sed quid erit si filius. quod etiam voluit Bald. in l. filio preterito. ff. de iniust. rupt. & irrito testam. pro quo videri potest. quod voluit Georg. Nat. in repetit. dicti cap. quamuis pactum. & quod ponit do. Collecta. deci. curie parlamenti Dalphinalis, decisione. Dxcviij. exordiente, Item quod nō est necesse, &c. Si vero eadem filia sic vt premissum est, non renuntiauerit bonis maternis, tunc dico & respondeo, quod aut querimus de iure ciuili, aut de equitate canonica. Si de iure ciuili, tunc respondeo quod licet quidam dicere voluerint, quod vbi pater, vel alius superior minus solenniter testatur inter liberos, sufficiat quoquo relicti titulo relinquere: vt est glos. in auth. nouissima. C. de inofficio. testamen. & in cap. si pater. in verbo, instituit. de testamen. in. vj. & sequitur Anto. de Butr. cum certa modificatione, in c. Raynutius. de testa. quam partem etiam sequitur Jacob. Butrigar. in authent. nouissima. & Mattheus de Mathes. in notabili suo. cxl. ita intelligens eandem authen. nouissima. argu. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. tamen Jaco. de Are. Pet. & Cynus in d. authen. nouissima. reprehendentes glos. dicunt, quod dicta auth. corrigitur per authen. vt cum de appell. cognosc. §. aliud quoque capitulum. collatio. viij. Bald. in repetitio. d. c. si pater. de testamen. in. vj. & Joan. de Jmol. in d. cap. Raynutius. & hec opinio est tutior: secūdum quod dicit glos. in dicto cap. si pater. quam etiam sequitur Salicetus & Fulgos. in dicta authen. nouissima. Bald. & Salicetus in l. fin. C. famil. erciscun. & Lanfran. in repetit. cap. si pater. versicu. circa secundum principale quid sit de iure ciuili. Et sic finaliter quoad hunc articulum adhereo egregie dictatis per egregium dominum Joānem Alardi iurium professorem, tanquam precedentibus secundum opinionem magis communem, & fulcitam potioribus rationibus: quinimo text. hūc casum decidenti in d. §. aliud quoque capitulum. Si vero queritur quid iuris sit de equitate canonica, quod ideo premittendum non duxi, quia forte testamentum de quo supra conditum est in terra ecclesie, cuius validitati propterea sufficeret canonica equitas in eadem terra: per ea que not. moder. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. cano. in c. j. de noui ope. nuntia. Jo. And. & sequaces, in c. cum esses. de testa. tunc esset magis dubiū: propter ea que not. Osti. & Abbas antiquus, in d. c. Raynutius dicētes, quod aliud sit de equitate canonica, que non videtur considerare subtilitates iuris ciuilis argu. c. dilecti de iudi. & mouentur per text. d. c. Raynutius non supplendo aliquid ad istam partem tenuit Bald. in. d. l. finali. C. famil. ercisc. ¶ Sed his non obstantibus dico, quod etiam de hac canonicā equitate sit nullum, quod etiam videtur sensisse glo. in d. cap. Raynutius super verbo, relinquens, & idem magis communiter sequuntur doctor. idem videtur sensisse glos. in c. j. de testam. in vj. vbi dicit tutius esse tenere, quod intelligatur, quod in d. c. Raynutius reliquerit iure institutionis. Et idem videtur sensisse Antonius de Butr. Petr. de Ancha. & Joan. de Jmol. Pro quo facit, quia in dubio nō debemus inducere discordiam inter ius canonicum, & ciuile: sed potius debemus illa inuicem concordare. l. j. C. de inoffi. don. & ca. cum expediat. de elect. in vj. Et hec opinio videtur Joan. de Jmol. in d. c. Raynutius esse communis quam etiam sequitur, & pro ea multa allegat Lanfran. in d. capit. si pater, versicu. circa primum Osti. & Abbas, &c. Et huic adhereo.

¶ Rubrica, De vsuris. ¶ Consilium. cccc vij.

¶ Epitome.

¶ Contractus ex hoc censetur vsurarius quod dans aut mutuans merces in omnem euentum vult capitale esse saluum.

1 ☞ Pecunia proprie mutuatur, & etiam est disposita ad emendum: potest etiam locari ad pompam.



Existimo Sub correctione cuiuslibet Domini melius sentientis, quod arrendamenti contractus dudum celebratus, & initus, per & inter venerabilem virum dominum Antonium Bal, castri de Luco pretensum tutorem, & tutorio nomine Jacobi Meynerij, & fratrum ex vna parte, & prouidum virum Bartholomeum Ganolli mercerium, habitatorem ville Brinonie, fuerit & sit illicitus, & de iure reprobatus: vtpote vsurarius, saltem quatenus concernit centum florenos in contractu huiusmodi mentionatos, & in fraudem vsurarum celebratus, quatenus concernit pretensas merces imbi, & plenius in quadam parcella exordien. Sec si la mercadarie que ay agut, plenius declaratas, & expressas. Et primo quidem, vt predixi, ille censetur vsurarius ratione dictorum centum florenorum: quia quemadmodum pecunia non est vendibilis, vt dicit Laurentius de Rodulph. in repetitione cap. consuluit. in prima parte. questio. xxvj. de vsuris. Ita nec
1 est locabilis, sed proprie est † mutuabilis: hinc dicit ipse Laurentius de Rodulph. in eadem repetitione questio. xxxij. post Archidiaco. in cap. si feneraueris. xiiij. questio. iij. quod si eo modo posset locari pecunia, sicut equus, vel domus, non esset vsura, aliquid acciperet vltra sortem pro locatione pecunie: sed illa ī proprie locatur, & proprie mutuatur. Pecunia enim quantum est de se, & habito respectu ad eum qui concedit, & cui tantundem reddi debet, non deterioratur per vsum: & inquantum est de se, nullam parit vtilitatem vtenti, sicut facit equus, vel domus, que proprie locantur: Ad quod facit, quia quando pecunia locatur, vt conducens eam expendat, ea consumpta non redditur illa, sed alia eiusdem generis. l. cum quid. ff. si certum petat. sed in equo vel domo locatis, est secus. Et sic quemadmodum vsus pecunie non potest proprie vendi, sic nec locari: quoniam pecunia non est disposita, nisi ad emendum, vt dicit beatus Joannes Chrysostomus super Mattheum, & habetur in palea ejiciens. distinctione
2 lxxxviij. Non nego quin pecunia locari † possit, aut commodari possit ad pompam. l. iij. §. penultimo. & l. sequenti. ff. commoda. not. glos. in cap. primo. xiiij. questio. iij. et cap. conquestus. de vsuris. sed in casu nostro non apparent dicti centum floreni locati ad pompam: & ideo proxime dicta non obstant, etiam si parte dictorum Meyneriorum pretenderetur dictos centum florenos fuisse ad pompam locatos: quia in prohibitis certo casu permissis, non statur verbo dicentis, casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de probationib. & in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legatis. iij. notat Joan. Andr. in additionib. Specul. titu. de rebus eccles. non alienandis, super rubri. Etiam nec videtur dictus arrendamenti, seu locationis contractus fuisse licitus, quatenus concernit merces predictas: pro eo, quia, vt apparet ex forma contractus huiusmodi idem dominus Antonius videtur voluisse saluum esse capitale in omnem euentum: voluit enim quod in fine sex annorum redderentur dicte merces, & non solum redderentur merces ipse, sed prout easdem receperat idē dominus Bartholomeus in parcella de qua superius ante facta fuit mentio: & sic sub valore, & extimatione, de quibus

de quibus ibi propter illa verba, prout recepit in parcella: alias enim si voluisset esse contentus restitutione earũdem mercium, seu mercantiarum, etiam si tunc fuissent deteriorate, seu alterius estimationis, aut valoris, sufficeisset dicere dictas mercantias: quia per hec verba hoc satis expressum esset: & ita illa verba, prout recepit in parcella superfluerent, quod non est dicendũ: quia nedum vna queque clausula, sed etiam vnum quodque verbum a contrahentibus prolatum debet esse cum virtute operãdi, si fieri potest. l. si stipulatus. in princ. ff. de vsur. l. hac lege. ff. de cõtrahen. emp. hec sunt verba Bal. C. eodem tit. super rubrica. q. ix. Voluit igitur idem dominus Antonius reddi & restitui in fine dictorum sex annorum huiusmodi mercantias, sub valore tamen & estimatione trecentorum florenorum, sub quibus dicebantur arrendari, & tradi in parcella: & probatur iste intellectus per ea que notat Bart. in extrauagan. ad reprimendum. super verbo, prout. & Bald. in repetitio. Paduana. l. edita. versicu. post hoc dicamus de dictione, prout. C. de eden. & hoc etiam satis exprimitur in instrumẽto dicti pretensi arrendamenti: vbi posit illa verba, reddere, restituere dictas mercãtias, prout recepit in parcella signata, vel saltem florenos trecentos pro eisdem subiunctũ est iuxta pretium rate rerum in ipsa parcella designatarum: voluit igitur ipse dominus Antonius reddi post finẽ sex annorum mercantias predictas sub valore & estimatione superius mentionatis, aut pro illis trecentos florenos, ad quod ille taxate & estimate extiterant: & sic habere & reddi voluit capitale saluum: & in nullo deteriorari: & nihilominus habere singulis annis dictorum sex annorum & pro arrendamento triginta duos florenos: quod nõ est licitum prout apparet a contrario sensu eorum que notat Ioan. de Ana. in c. nauiganti. versicul. vndecimo queritur, &c. de vsur. pretera aut idem Bartholomeus erat durantibus dictis sex annis merces predictas venditurus, aut illas easdem retenturus: si venditurus non erat, equum quod post factam venditionem, & traditionem huiusmodi, etiam si alie ex pecunia redacta empte extitissent, idem Bar. soluere pecuniam, de qua in arrendamento: quia merces venditerant facte aliene, & empte non erant effecte merces dictorum Meynerionũ. l. qui vas. §. fin. ff. de fur. notant doc. in. l. si patruus. C. cõmun. vtriusq. iudic. & doct. in. l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de administr. t. tutor. Si vero erat merces huiusmodi retẽturus, & etiã illis vsurus ad suum commodum, nõ erat equum quod post lapsum sex annorum ille vel eis similes restituerentur, prout recepte extiterant in parcella, hoc est sub valore, & estimatione florenorum trecentorum: sed sufficere debuisset quod redderentur sub eo valore, sub quo tunc existerent: & sic etiam deteriorate, vel trite ratione vsus dictorum sex annorum, cum pro illis & dictis centum florenis essent habituri prefati Meynerij durantibus sex annis florenos trecentos: & sic tantum quantum ascendebant merces huiusmodi.

¶ Rubr. De contumac. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccccviij.

¶ Contumax quis, quid contumacia, quod vnica sit contumacia iudicialis scilicet: & quod inter contumaciam & moram multum intersit.



Recordor me alias scripsisse super articulo, sup quo iterũ solicitor & requiror: & dixisse, quod presupposito citra preiudiciũ veritatis, quod vel per prefixionẽ certi termini, vel per interpellationem extra iudicium legitime factam, magnificus quondam vir dominus Hector de Petra, vel magnificus vir dominus Antonius de Petra eius filius, & modernus do. de Petra in mora constituti extitissent, non propterea dici debuerunt esse in contumacia, aut contumaces: nisi trino edicto, aut vno peremptorio pro omnibus sui presentiam facere contẽpsissent, vel alias mandato superioris, aut iudicis parere pretermisissent. Et quod propterea contra eundem dominum Antonium clamor exponi non potuerat parte nobilis & generosi viri domini Berengarij de Ruppefolio, de & pro summa octingentorũ scutorũ auri pro quatuor pretẽsis & preteritis solutiõibus obstante pacto dudum celebrato & inito per & inter predecessores vtriusque partis, quo caueri reperitur, quod solutiões dotis de qua ibi tã in soluẽdo, quam in restituẽdo, si casus restitutiõis eueniret accumulari nõ possent nec deberẽt, aut valerẽt partes inibi mẽtionate cõuenari, aut cõpelli in vno anno tantũ, nisi & dũtaxat pro vna solutiõe: hoc nisi pars rea in contumacia existeret. Pro quibus, vt opinor, allegaui, & deduxi iura, & rationes que inibi videri possunt quarũ replicationi non insisto, perseuerans tamen in sententia huiusmodi dicto, vt & predixisse opinor, quod dictum etiã probatum est per alia iura plene allegata, & deducta in schedula exordien. vt per vos magnificum & potẽtem, &c. in causa inter eosdem modernum do. de Petra, & de Rupefolio pẽdente indecisa parte eiusdem. do. de Petra oblata & producta. Quibus nec refragantur, nec obstant proposita, deducta, & allegata parte ipsius do. de Ruppefolio in quadam ipsius schedula articulata, in hac causa producta. Et quidẽ non contenta in primo & sequentibus articulis vsque ad decimumquartum inclusiue, super quibus non insisto. Non etiam contenta & allegata in decimoquinto, & decimosexto articulis schedule huiusmodi, quatenus idẽ do. de Ruppefolio, seu egregius vir do. aduocatus, aut pcurator eiusdem, allegat, & pretendit duplicẽ esse contumaciam: vnam videlicet iudicialẽ, de qua loqui affirmat iura parte ipsius, do. de Petra, allegata & inducta. Aliam vero extraiudicialem, quod proprie dici affirmat quandã superbiam, a cum, quod est simul, & timeo times, siue negligentiã a contemno. vt post Hugo. in deriuationibus no. Card. Flo. in clemẽ. j. de dolo & contu. in aliquid fieri debitum non faciendo: vt in non soluendo debitum, debite, & extraiudicialiter solui requisitum: quam proprie dici affirmat moram, que de iure causatur per debitam interpretationem de soluendo loco, & tempore congruis: vt in casu subiecto factum: tum quia licet in multis iurium passibus loquantur docto. de contumacia, & contumace, vt videri potest in ijs que no. gl. Bar. & docto. in. l. fina. ff. de in integ. restitu. & in. l. ex consensu. §. fina. ff. de appella. Cyn. Alexand. de Imol. & alij. in. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudi. & Cardi. Floren. in d. clemen. prima. versic. pro quorum omnium, &c. de dolo & contu. nulli tamen affirmant docto. huiusmodi duplicem esse contumaciam, scz iudicialem, & extraiudicialem: quinimo, vt ex eorum dictis colligitur, omnis contumacia est iudicialis. quod etiam voluit Papin. qui, vt refert Cardi. in. dicta clemen. j. versi. Papi. autem dicit eum dici contumacem, qui superiores contemnit: quod etiam probatur in l. contumacia. ff. de re iudi. vbi dicit tex. quod cõtumax est qui tribus edictis propositis, vel vno pro tribus euocatus presentiam sui facere cõtempsit. Pro quo facit. c. causam, ibi, iudicio vestro parere contempserit. & c. prout. ibi, contumaciter iuramento contempto recessit. de dolo & contuma. Et huic vltimo dicto Papi. videtur adhesisse Cardi. per ea que no. gl. in. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. & Bal. in. l. j. in. fi. C. de constitu. Nec probatur, pace sua salua dixerim, in. c. cum in tua. qui matri. accusa. poss. quod aliqua sit contumacia extraiudicialis: nec Gem. hoc dicit in. c. ordinarij. §. j. in glo. super verbo libere. de offi. ordina. in. vi. Quinimo magis sentit contrarium, & quod aliud sit contumacia, aliud mora, que vel ex vera, vel ex ficta interpellatione contingit satis colligitur ex ijs que no. Cyn. in. d. l. properandum. §. sin autem reus. vbi dicit, quod sicut est vera contumacia, & ficta sic est vera interpellatio, que constituit quem in mora, & ficta: vera interpellatio dicitur, que fit expresse ab homine. l. mora. ff. de vsu. ficta vero dicitur, que fit tacite ab ipsa lege, vt in persona minorum. l. Titia Seio tesseram. §. vlumas. ff. de lega. ij. & l. in minorum. C. in quib. cau. cessat in integrũ resti. Non est ergo contumacia idem, quod mora. Preterea si mora, que constituitur vel ex vera hominis interpellatione, vel ex dici prefixione esset idem quod contumacia vera, vel ficta, seu presumpta, & qui in tali mora constitutus extitisset, esset verus contumax aut fictus, &c. iuxta distinctionem contumaciarum, & contumacium, quam pro suo modo ponunt docto. in. d. §. sin autem reus. in. l. fina. ff. de in integ. restitu. d. clemen. j. vbi etiam Ioan. Andr. de dol. & contuma. & in. l. consensu. §. fina. ff. de appella. Si diximus contumaciam huiusmodi esse veram: & qui sic contumax est, esse contumacem verum multa insurgunt inaudita: scilicet, quod qui vere & a parte legitime interpellatus extiterit, postea condemnatus appellare non possit, & alia multa contra viros contumaces introducta: si vero talem contumaciam diximus esse fictam, & qui sic contumax est, esse fictum contumacem videbuntur duo obstare: & forte plura: primum quidem quod non videtur bene sonare, quod vera mora, sit ficta cõtumacia, & verus morosus, fictus cõtumax. Secundũ quod cum vt alias dixi in contractibus fieri debeat

stricta interpretatio.l. quidquid astringende. ff. de verbor. obligationib.ꝛ.l. veteribus.ff.de pact.ꝛ propterea debeant in eis verba accipi secundum propriam significationem, si secundum eam accipi possunt, non secundum impropriam prefati domini contrahentes intelligi debēt sensisse de vera contumacia, non de ficta: puto autem nullum responsurum quod talis pretensa contumacia, nec sit vera, nec ficta, ꝛ ꝙ qui sic cōtumax est, non sit verus aut fictus: quia nihil ponitur sub genere, quod nō reperiatur in aliqua eius specie: contumacia autem ꝛ contumax diuiduntur, vt predixi: ergo vbicunque erit contumacia, ꝛ contumax erit consequenter contumacia vera, et contumax verus, aut contumacia ficta, ꝛ cōtumax fictus, ꝛc. iuxta varium modum loquēdi, que in hoc habent diuersi. Restat igitur prefatos dominos Hectorem ꝛ Antonium non potuisse dici contumaces: etiam si verum sit, ꝙ illi vel per diei prefixionem, vel per veram hominis interpellationem fuissent in mora constituti: postq̄ presupponimus eos non fuisse citatos: pro quo facit.c.venerabilem. in princip. de electio. vbi dicitur, quod pars non citata contumax iudicari non debet. Et ita mihi videtur sub correctiōe cuiuslibet domini melius sentientis.

Rubri. De pactis. Epitome. Consilium.cccclx.

Obligatio inter patrem ꝛ filium in ipsius potestate existentem non contrahitur de iure ciuili, nisi fuerit iuramento vallata: quod operatur vt pacta inter eos inita seruari debeant.



Illud Certum est, ꝙ licet de iure ciuili inter patrem ꝛ filium in ipsius patria potestate existentem, ciuilis obligatio regulariter cōtrahi non valeat, hoc tamen fallit in contractu vallato iuramento: hinc dicit Baldus in.l.iij. C. de vsucap.pro dona. ꝛ in repetition.l.ij. ff. de iureiuran. ꝛ sequitur Alexand. de Imola in.l. si donatione. C. de collat. quod dōatio facta per patrem filio, validatur iuramento: quia iuramentum est de iure naturali: quo iure non curatur patria potestas: ꝛ idem voluit Ambrosius de Vina. in quodam suo cōsilio, exordiente, Pridem fuit contractum matrimonium, ꝛc. post Guil. de Mōtelan. in clemē. Romani. de iureiuran. Barthol. Vulpis, ꝛ Catho Sic. in l. si quis pro ea. ff. de fideiussor. Pactum etiam per quod filiafamilias dote contenta promisit, ꝛ cum iuramento conuenit non habere regressum ad bona paterna, validatur iuramento.c. quanuis pactum. ꝛ quod ibi doctor. de pact. in.vj. de quo doct. in authen. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit: ꝛ.c. cum contingat. de iureiuran. quo fit vt pacta, ꝛ conuentiones celebrate, ꝛ inite per ꝛ inter dictum Eynardū ꝛ Guilielmū Grossi eius filium, ꝛ in ipsius potestate constitutum, seruari debeant ratione iuramenti per dictum Guilielmum prestiti. d.c. quanuis pactum. vbi de hoc videtur esse textus. Consulo tamen dicto Eynardo pro contentionibus, ꝛ discordijs euitādis inter eius filios, ipse disponat, ꝛ testetur de bonis suis, ꝛ heredes instituat prout deliberauerit: dictum vero Guilielmum heredem particularē instituat in rebus ꝛ pecunia sibi donatis, ꝛ in aliqua pecuniaria summa magna, aut parua prout voluerit idem Eynardus. Cum enim ea que iam donata extiterunt ipsi Guil. pro omnibus iuribus actionibus droyturis, ꝛ portionibus ac iure quocūq; ipsi Guilielmo competentibus, aut competituris quomodocunq; in bonis paternis ꝛc. dempta ꝛ reseruata legali escheuta, ꝛ successione legitima, dum ꝛ quando venerit, ꝛ locū sibi vendicabit, ascendāt longe vltra legitimam eiusdem Guilielmi Grossi, que est decima nona pars bonorum dicti Eynardi cum supersint nouem liberi. authent. de triente ꝛ semis. §.i. collatio.iij. ꝛ transumptiue in authent. nouissima. C. de testamen. nihil vlterius petere poterit idem Guilielmus: ꝛ quidem non iure legitime, vel pro ea: quia eam habet ꝛ longe vltra: nec etiam propter illam factam reseruationem de escheuta, et successione legitima dum ꝛ quando casus euenerit, ꝛ locum sibi vendicabit: quia sic non eueniet casus legitime successionis quoad eū, qui nec ex testamēto, nec ab intestato inuitabitur ad legitimam successionem. Que omnia dixerim breuiter et succincte, et sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Rub. De decimis. Epitome. Consilium.ccccx.

Animalium que pro medietate anni depascūtur in vna parochia, ꝛ pro alia medietate in alia, decima fetuum diuidi debet inter rectores vtriusq; parochie, nisi aliud consuetudo disponat.



Ponitur In facto, ꝙ prouidus vir Joan. Alacris, cuius predecessores, ꝛ ipse, parochiani extiterunt loci Playsiani, licet nunc aliquando se conferat, ꝛ aliqua parte anni inhabitet locum Mirindoli, habet animalia, veluti auere minutum, ꝛ alia, que pro parte anni nutriuntur, ꝛ depascūtur in territorio dicti loci Playsiani, ꝛ in decimaria prioratus eiusdem loci: ꝛ pro parte in territorio dicti loci Mirindoli, ꝛ decimaria prioratus loci huiusmodi: que, vt dicitur anno preiudicialiter elabente, fetus suos ediderunt in loco suo, seu territorio Playsiani. quesitū est an decima fetuum, seu agnorum ꝛ animalium huiusmodi, spectet ꝛ pertineat insolidum prioratui, ꝛ priori Playsiani, anve spectet ꝛ pertineat prioratui ꝛ priori Mirindoli, vel vtriq;: ad ꝙ respondeo breuiter ꝛ succincte sub correctione cuiuslibet melius sentientis, ꝛ ꝙ super hoc seruanda est consuetudo, si que sit, ꝛ de illa appareat. arg.c. cum sint. §.j.c. ad apostolice. §.j. de deci.c. de vxore. §. j.ꝛ.c. certificari. de sepul. ꝙ etiam voluit Ostiē. in.d.c. ad apostolice. versi. respondeo, si apparet, ꝛc. ꝛ in summa titu. de deci. §. cui danda. versi. sed mixte, ꝛc. ꝛ Albe. in suo dictiona. in verbo, decima. §. decima tertio. si vero non appareat de consuetudine, tunc dicit Ostiē. in.d.c. ad apostolice: ꝙ si per partem anni annualia morantur in parochia domini sui, ꝛ per partem in aliena parochia, tunc equum est, vt inter ipsas parochias viriliter diuidatur decima. argu.l. qui saltum. ff. de lega.iij. ꝛ.c. relatum. ꝛ. §. vltimo. de testam. facit.c. fina.j.q.ij. ꝛ.c.j. §. lampades. de offi. custo. Et per eadem iura dicit glo. in.d.c. ad apostolice equum esse quod si per medietatem anni animalia depascuntur in territorio vnius ecclesie, ꝛ per aliam medietatem in territorio alterius ecclesie, decima diuidatur inter ipsas ecclesias, idem fuit de mente beati Thome secunda secunde qō. lxxxvij. articulo. iij. in responsione ad secundum arg. dicit enim ꝙ pastor, qui diuersis temporibus in duabus parochijs gregem pascit, debet proportionaliter vtriq; ecclesie decimas soluere: Et in hanc sententiam, tanq̄ vltimo loco recitatam videtur declinare Alberi. in suo dictio. in verbo, decima. §. decima tertio. versic. sed secundum Alanum, ꝛc. Et hoc nisi, vt predixi, consuetudo aliud disponeret, sequendo igitur istam sententiam vtpote magis communē, q̄uis Ostiē. aliter dicere visus sit in.d. §. cui danda. versi. sed mixte, ꝛc. Dico ꝙ decima de qua supra, diuidi debet inter prioratus, seu priores predictos, ita ꝙ si pro medietate anni depascuntur animalia in territorio, seu parochia Playsiani, ꝛ pro alia medietate in territorio, seu parochia Mirindoli decima diuidi debet per medium.

Rubr. De public. in rem actione. Consilium.ccccxj.

Epitome.

Vt in secundo collectaneo.

1 Actio illa in libello videtur intētata, que ex narratione resultat.
2 Publiciana non competit, sine traditione, aut quasi, aut possessionis adeptione.
3 Dominium in ecclesiam de rebus ei venditis aut donatis, vt transeat sine traditione, est speciale.



Vidi Processum agitatum per, ꝛ inter honorabilem virum Petrum de Abbatia actorem ex vna parte, ꝛ venerabilem virum dominum Petrum de Accutassio reum ex alia. Et licet hincinde multa dici possint, ꝛ valeant, tandem tamen, ꝛ conclusiue existimo dictum de Abbatia non posse in hac causa obtinere. Pro cuius dicti declaratione premitto, ꝙ vt dicit Barto. ꝛ post eum alij docto. in.l. Gallus. §. quidā recte. ff. de liber. ꝛ posthu. illa actio videtur fuisse in libello
1 † intētata, que ex narratione resultat: pro quo allegat Bar.

ea que

ea que dici solent in l. j. §. j. ff. de eden. & in l. edita. C. eodem tit. Alexand. vero in d. §. quidam recte multa inducit, que possunt ibi videri: quo fit, vt cum in libello eiusdẽ de Abbatia narratũ extiterit domum, de qua in actis, spectasse, & pertinuisse iure dominij, seu quasi, bone memorie reuerẽdo in Christo patri domino Garcie de Mota olim Olorensi episcopo, a quo idem de Abbatia causam habere pretendit, censeatur idem de Abbatia alternatiue libellando intentasse reiuendicationem, & publicianam, sed in neutra istarum obtinere potest. Et quidem non in reiuẽdicatione: pro eo quia non probauit dominium huiusmodi sibi spectare iure dominij: & hoc certum. Multa enim necessaria sunt ad probationem illius: vt apparet per ea, que habentur per textum glos. & doctor. in l. cum res. C. de probatio. que probata non extiterunt. Non etiam in publiciana: & hoc multis de causis: tum quia non est probata, quinimo nec proposita, aut deducta traditio, seu quasi, vel adeptio
2 possessionis domus, de qua supra: sine † qua tamen publiciana non competit emptori, donatario, vel alteri huiusmodi intelligo ex persona sui ipsius. l. siue autem. in princ. & §. j. & l. cum sponsus. ff. de public. not. glossa magna in §. sed iste. institut. de actionib. & in tantum est necessaria tra-
3 ditio, seu quasi, q̃ licet alias sit speciale † in ecclesia, vt in rebus ei venditis, vel donatis, transeat dominium absq; traditione. l. fin. C. de sacrosan. eccl. tamen est magnum dubium apud maiores vtrum ecclesie competat publiciana non facta traditione: & cõsequenter nũquid. d. l. fin. habeat locum in publiciana: super quo articulo Joan. And. & post eum Card. Floren. & Panor. in c. ij. de consuet. tenet quod non: motus rationibus de quibus ibi: idem tenet Specul. tit. de emphyt. §. nunc aliqua. versicu. l viij. Cap. Flor. in c. abbate sane. de re iud. in vj. & Bald. in l. quoties. C. de rei ven. & in l. j. versi. caue tibi, &c. C. si plures vna sentent. Fateor quod multi contrarium tenent in hoc articulo: sed non sumus in his terminis. Tum etiam quia non est allegata bona fides, que tamen secundum Angelum in l. eum qui. §. publiciana. versiculo, sis tamen cautus. ff. de public. tum & quia domus aliter confinata est in instrumẽto venditionis dudum facte dicto domino de Mota, quam in libello parte ipsius de Abbatia in hac causa oblato: nec est probata, quinimo nec deducta corporis identitas: quo fit vt presumantur esse due domus, non vna. l. Pomponius scribit si frumentum. §. finali. ff. de rei vendicat. l. j. & quod ibi Bartolus. C. si vnus ex pluribus appella. notat Bartolus in l. demonstratio falsa. in fi. de conditionibus & demonstrationibus. & Joãnes Andreas in c. auditis. de in integrum restitut. quo fit vt esto, quod nos essemus in casu, in quo alias posset donatarius, qui non possedit, intentare publicianam ex persona sui actoris, deberet tamen idem de Abbatia succumbere, vtpote non probans, quod pro domo de qua supra, publiciana competierit coram domino de Mota. Preterea in instrumento approbationis & venditionis factarum per bone memorie reuerendissimum in Christo patrem, & dominum dominum cardinalem de Supo, asseritur quod domus illa pertineret camere Apostolice: nec inibi aliquid exprimitur, per quod appareat eundem dominum cardinalem, vel nobilem Arnautonum de Montegaudio potuisse procuratorio nomine eiusdem vendere rem camere Apostolice. Et sic non videtur idem quondam dominus de Mota bona fide emisse, sine qua publiciana non competit. Que omnia dixi, vt plenius videant, & quod rectius fuerit consulant domini aduocati eiusdem domini de Abbatia.

¶ Rub. De testibus. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccccxij.

¶ Testes post publicationem possunt recipi super nouiter deductis & articulatis.


I Attendatur ad ea, que in causa mota, & pendente inde cessa per, & inter vniuersitatem & homines Castrinoui Dalmaceni actores ex vna parte, ac vniuersitatem & homines loci de Manassio & alios, de quibus in actis, reos originarios ex alia: hincinde proposita, deducta, & allegata extiterunt tam in prima, quam in secunda instantijs, nihil reperitur propositum, aut deductum parte vniuersitatis & hominum loci Castrinoui Dalmaceni, quod non tendat ad hunc finem, & effectum, de quo in libello parte eorundem vniuersitatis, & hominum, in prima instantia oblato, in quo eorum parte pretenditur non licuisse domino preceptori Pegeri Vallis, accusare, vel assas vniuersitati & hominibus loci predicti Manassij licentiam concedere immittẽdi, tenendi, & depascendi eorum animalia in territorio, de quo in actis. Quodq; propter huiuscemodi accusamentum, seu concessam licentiam, nullum ius competierit, aut competat dictis de Manassio, in vim cuius licuerit, aut liceat dicta eorum animalia immittere in territorio, de quo supra. Nihil etiam reperitur propositum, aut deductum parte dictorum de Manassio, & aliorum, quod nõ tẽdat ad hunc finẽ & effectum, vt a petitis parte dictorum de Castro nouo absoluantur, & relaxentur, ita vt dicere verum sit dictos de Manassio, & alios nullibi reiecisse, aut reijcere contra dixisse, aut contradicere, quominus vniuersitas & homines dicti loci Castri noui eorum animalia immittant, teneant, & depascant in dicto territorio. Quinimo parte eorum de hoc expresse facta est protestatio in prima instantia. xiiij. articulo schedule exordientis, Quia triplicationi, &c. inserta fol. ccccx. nullibi contradixisse inquã preterq̃ in schedula, exordien. Satisfaciendo allegatis, &c. parte dicti domini preceptoris, & aliorum in hac causa producta. Quo fit vt non obstante deductione possessionis seu quasi immitendi tenendi & depascendi dicta eorum animalia in territorio de quo supra facta parte eorum de Castro nouo ad finem prementionatum ac testium productione, publicatione, & percunctatione, seu visione eorundẽ admitti debeant ipsi de Castro nouo ad probandum ea, que parte eorum fuerũt nouissime proposita, & deducta in schedula exordient. Ad fines vtiliores, &c. Et hoc maxime quatenus ex deductis in dicta schedula satisfaciendo, &c. dicti aduersarij aut aliqui eorundem cẽseri possent conclusisse in negatoria actione, & concludendo petijsse q̃uis nulliter, & alias sub verbis generalibus, & obscuris declarari eisdem de Castro nouo nullum ius competijsse, aut competere immitendi, tenendi, aut depascẽdi dicta eorum animalia in territorio de quo supra: quia hic non solum variatur finis ad quẽ tunc alias proposita extitit possessio, de qua supra, & ad quam nouissime proponitur q̃ sufficeret: per id quod habetur in c. veniens. el. ij. & quod ibi gloss. super verbo, quos vtraq; pars. Inno. & docto. de testib. ad quod not. Innoc. in c. causam que. eodem titu. & Barto. in l. cum lite mortua. versicu. secundus effectus, &c. ff. iudi. solui. Sed etiam est alia causa & de alio hic disputatur: vt colligitur ex predictis: quo casu nulli dubium quin non obstante publicatione testium, &c debeant illi, vel alij recipi super eisdem articulis. Preterea hec que nouissime deducta sunt, nunq̃ deducta extiterunt in hac causa seu controuersia pendente inter partes: & sic nulla ex parte obstare debet. c. fraternitatis. de testib. & cle. testibus. eod. titu.

¶ Rubrica, De prescriptionibus. ¶ Consilium. ccccxiij.

Epitome.

¶ Possessor malefidei, & debitor alterius, nunquam prescribunt de iure canonico, cui in hoc statur.

1 ☞ Capit. fina. de prescrip. & c. possessor malefidei. de regu. iur. in. vj. procedunt etiam in debitore sciente se alterius debitorem.

2 Peccatum prescribentis non tollitur per negligẽtiam nõ petentis.

1 NOn Solum † in malefidei possessore rei aliene, sed etiam in debitore, eo videlicet qui se scit debitorem alterius, sibi locum vendicat. c. possessor malefidei. de regu. iur. in. vj. & c. fi. de prescr. Quo fit vt cum prouidus quondam vir Antonius Rayzolis se sciret, & cognosceret debitorem defuncti viri Honorati, non potuerit idem Rayzolis, vtpote in malafide existens, quandiu fuit in humanis, prescribere: per dicta iura q̃ etiam colligitur ex ijs que not. Joã. And. & Petrus de Anch. in capit. secundo. de exceptionibus. in vj. Ang. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. Antonius de But. in c. fi. de prescript. Bal. in l. j. versic. sed vlterius oppono. C. de seruitu. & a qua. & consilio. clxxj. exordiente, Queritur an sciens se debere, &c. in iij. part. Pet. de Anch. consilio mihi quinto exordiẽte, Pro parte nobilis viri, &c.

& consilio.cxxxvij.exordiente, Visa predicta facti narratione, &c. Paulus de Castro consilio.cclxxxij. exordiente, Visis iis, &c. in secundo dubio. & Ioannes de Imola in dicta.l.sequitur.§.si viã.vbi etiam refert, & affirmat istam esse cõmunem opinionem: & quamuis Bart.in dicto.§.si viam. videatur sensisse cõtrarium: ex iis tamen que ipse notat in l.omnes populi.in.ij.q.principali.ff.de iustitia & iure.colligitur, quod primo dicit esse verius: & hoc propter vitandum peccatũ debitoris, in quo esset, si eo sciente se esse de-
2 bitorem prescriptio procederet: quia † peccatum prescribẽtis non tollitur per negligentiã non petentis: & hanc opinionem sequutus est Romanus in.d.§.si viam. Et hec opinio maxime debet procedere in hoc casu, in quo idem quondam Reyzolis non solum sciebat se esse debitorem, sed etiam iurauerat certis terminis, & dilationibus eo viuente preteritis, & elapsis: pro quo allegasse sufficiat quod notat Ostiensis hoc tenens in summa titu. de prescriptionibus.§.que res prescr.versi.oppono tamen, &c. Humber. de Bouem, in sua solenni repetitione, authentico, sacramenta puberum.§.superest videdendum nouissime. versic. tertius effectus. C. si aduersus vendit. & Panormitanus in dicto capitulo finali, de prescriptionibus. Et esto quod lege ciuili aliter dispositum extiterit, quia tamen lex ciuilis quatenus hanc prescriptionem cum mala fide admittit, sequendus est canon, non lex ciuilis, etiam in foro seculari: per id quod notat gloss. in dicta regula, possessor male fidei. doctores in capitulo primo, de noui operis nunt. & in.l. priuilegia. C. de sacro sanctis ecclesiis. possent & alia multa pro hac parte allegari: sed quia premissa sufficiũt, vlterius non insisto: hoc excepto, quod quamuis aliqui viri fuerint tenere contrarium, hoc tamen heredes dicti Reysolis efficaciter non releuãt: tum quia possent conueniri actione hypothecaria, aut Saluiano interdicto, cum possideãt res obligatas, & que per dictum quondam Reysolis tenebantur tempore facte obligationis, vel postea possesse extiterunt: tum etiam quia cogi possunt liberare animam defuncti a peccatis: per id quod habetur in capitulo finali, de sepulturis. & in.c. in literis de rapt.

¶ Rub. De substitut. ¶ Epitome. ¶ Consil.ccccxiiij.

¶ Substitutio ad sui validitatem requirit septem testes: fideicommissaria tamen quandoque quinque testibus contenta est.



Substitutio, Quã fecisse pretenditur defunctus vir Bonifacius Giraudi, de Benedeto Giraudi eius fratre, non valuit, nec valere potuit defectu solẽnitatis test.u.n. Et quidẽ non in vim vulgaris: quia quẽadmodum heredis institutio pro sui efficacia regulariter exigit septem testes.l. hac consultissima. cum suis similib. C. de testam. ita, & vulgaris substitutio, que est secunda institutio, & per quam deficiente primo gradu, hoc est gradu institutionis, succedit immediate testatori: hinc dicimus quod adita hereditate vulgaris substitutio euanescit, l. post aditam. C. de impuberum & aliis substitutio. nõ etiam valuit in vim fideicommissarie: quia illa etiam exigit regulariter septem testes: ideo autem dico regulariter, quia si fieret in codicillis, vel in testamẽto cum clausula codicillari, si non valet, &c. sufficerent quinque secundum communes & vulgatas conclusiones, super quibus vtpote non necessariis, nõ insisto: quia in dicta pretensa substitutione nõ interuenerunt quinque testes: etiam nec valuit, aut valere potuit dicta pretensa substitutio tanquam pupillaris: quia quemadmodum pupillus si testari posset, nõ posset extraneum sibi heredem instituere in testamẽto imperfecto, hoc est non solenni, ita nec pater potest eius filio impuberi in testamento minus solenni, siue imperfecto, pupillo substituere extraneum: per id quod habetur in dicta.l. hac consultissima.§.ex imperfecto.C. de testamentis. & per Bartolum in.l. secunda, versiculo, quarto requiritur, &c. ff. de vulgari & pupillari. quod etiam voluit Bartolus in dicta.l. secunda, versiculo, sed quero quid si testamentum minus solemne, &c. Ioannes de Imola in capitulo, Raynutius. in materia pupillari. de testamentis. Alexander de Imola in dicta.l. secunda, versiculo, sexto requiritur. hoc etiam, & plus voluit Salicetus in.l. si in testamento. C. de impuber. & aliis substitut.

¶ Rubr. De societat. ¶ Epitome. ¶ Consilium.ccccxv.

¶ Societas inter coniuges non solum rei particularis, sed etiam omnium bonorum presentium & futurorum, dũ tamen id ex causa donationis non fiat, contrahi potest.

1 Instrumenti degrossati si dubitatur de fide, recurritur ad prothocollum.
2 Ex duabus schedis que presumatur originalis & matrix scriptura.
3 Repugnantia si est inter duo instrumenta super eadem re confecta, tunc neutra scriptura probat.
4 Defectus testes resultans ex amicitia suppletur per numerum testium.
5 Societas omnium bonorum an inter coniuges contrahitur, non tamen ex causa donationis.
6 Iudicium debet probari per duos testes.
7 Depositio vnius testis non sufficit in causis arduis ad delationem iuramenti suppletorii.
8 Hereditas in contractu non potest dari.
9 Pactum contra bonos mores non validatur statuto aut consuetudine.
10 Hereditas debetur vel ex testamento, vel ab intestato.



Controuersia Quam mouisse & suscitasse leguntur Petrus Columbi, & consortes, cõtra & aduersus honestas mulieres Bartholomeam de sancto Flore, relictam prouidi quondã viri Ioannis Tutele, & honestam iuuenem Egidiam, eiusdem quondam Ioannis filiam naturalem & legitimam, & vniuersalem heredem, mota est pretextu & ad causam quarte partis bonorum prefate Bartholomee, seu vt aptius loquar, dimidie partis illius pretense medietatis, quam eadem Bartholomea olim donasse pretenditur ipsi Egidie eius filie: aut pro ea in dotem cõstituisse probo quondam viro Bertrando Columbi, & dimidie partis bonorum dicti quondã Ioannis Tutele, in quorum bonorum possessione, & pro partibus, seu quotis huiusmodi petierunt ipsi Petrus & consortes se rassasiri. Et quia difficultas controuersie huiusmodi videtur pro parte occasionem sumpsisse ex diuersitate scripturarum factarum per magistrum Guilhelmum Fabri notarium, de & super pactis, & conuentionibus que facte pretenduntur per & inter prefatos Bartholomeam Bertrandum & Egidiam, mihi videtur aliquid fuisse & esse de scripturis huiusmodi premittendum: in primis quod vel ex inaduertentia notarii, qui processum mihi missum degrossauit, vel alias matrimonium, & alia de quibus in eis leguntur facta diuersis diebus: primo enim secundum datam de qua in illo folio papiri per cruces inducto, & quod repertum dicitur in bursa prothocollorum dicti Guilhelmi Fabri & insertum, folio clxxxiij. legitur matrimonium & alia, de quibus ibi, facta fuisse anno domini M. cccclxxxviij. & die tertia mensis Maij: secundum vero datam alterius schede, matrimonium & alia de quibus ibi, facta leguntur anno predicto, & die quarta mensis Maij: secundum autem datam pretensi instrumenti parte prefati Petri in hac causa producti, & inserti, folio. vi. matrimonium & alia de quibus ibi, facta leguntur anno incarnationis dominice. M. cccclxxxvij. & die quarta mensis Martij. Ex quarum scripturarum variatione multa possunt inferri: super quibus tamen nõ videtur multum insistendum: quia puto erratum forte per
1 degrossantem. Preterea † premittendum est, quod quando dubitatur de fide instrumenti degrossati, & in formam authenticam redacti, recurrendum est ad prothocollum: vtpote cõtinens primam & matricem scripturam: per id quod habetur in authen. de tabel.§. illud quoque, & quod ibi Ange. De quo Bar. in.l. si librarius. versic. si vero scripserit. ff. de regu. iur. in.l. sempronius proculo. ff. de leg. ij. & in.l. si quis ex argentariis.§. pretor ait. & ibi Alex. de Imo. ff. de ede. Pro quo bene facit secundum Alex. in.d.§. pretor ait.l. velutian ver. vel minus plene, &c. eod. titu. Potest tamen de hoc queri que ex dictis duabus schedis censeatur esse prothocollum dicti pretensi instrumenti: propter ea que no. Alberic. in.l. contractus. versi. quero vtrum prothocollum ibi, tabelliones enim. C. de fid. instrum. Dicit enim quod notarii primo notant in quaterno papiri diem, annum, locũ, testes, & alia substantialia instrumentorum, & legunt corã partibus, & partes confirmant: & istam scripturam appellant prothocollum.

collum, id est primam scripturam. Deinde magis distincte ponunt seriem contractus in quaternis membranis, que appellantur imbreuiature, quibus preponunt signũ suum, ꝛ subscribunt, hec sunt imbreuiature confecte per me talem notarium, tali anno, ꝛ indictione: ꝛ subiungit idem Albe. ꝙ ad istas scripturas recurritur, quando dubitatur de fide instrumenti traditi partibus. ¶ Paulus autem de Cast. consilio. cciiij. exordiente, Ad primum quesitum dicẽdum est, ꝛc. sentit quod licet schedula notarij defuncti contineat nomina testium, ꝛ quod coram eis anno, mense, ꝛ die illis ꝛ in tali loco actus talis gestus est, sit perfecta, vt authenticari, ꝛ in publicam formã redigi valeat per subrogandum a iudice: illa tamen nomen prothocolli contineri non videtur: cum secundum communem vsum loquendi prothocolla dicantur libri notariorum cõtinentes originales scripturas: licet secundum eum scriptura schedule huiusmodi magis dici deberet prothocollum, quam illi libri: eo quia ista est magis originalis, ꝛ prima, cum nullam habeat precedentem, sed libri sic: quia conficiuntur ex talibus schedulis: prothocollum enim dicitur a prothos, quod est primum: vt notat glossa in auth. de tabel. §. penultimo super verbo, prothocollum. Et sic ex dictis verbis ¶ Paulus de Castro videretur colligi, quod inter dictas duas schedu-
2 las, illa † videatur esse prima, ꝛ matrix, seu originalis scriptura, que reperitur per cruces inducta: ꝛ idem fuit de mẽte ¶ Pauli consilio. ccxxx. exordiente, Dubitatur primo, ꝛc. versiculo, nono, dubitatur, ꝛc. dictus etiam magister Guilielmus interrogatus, respondit illam fuisse primam: ꝛ se illam scripsisse ꝛ super ea recitasse, seu publicasse contractum matrimonij dictorũ Bertrandi ꝛ Egidie, ꝛ aliorum, ꝛc. ¶ Propter quod videretur, ꝙ vbi dubitatur de fide instrumenti parti expediti, potius recurri deberet ad dictam schedulam inductam, ꝙ̃ ad aliam que scripta reperitur in libro: nisi forte dicamus licuisse dicto magistro Guilielmo corrigere illam primam schedulam, nouum prothocollum faciendo: vt videtur voluisse Joannes Andreas in addit. Specul. titulo, de instrumen. edit. §. instrumentum. versic. sed nunquid profecto, ꝛc. in addit. exordiente, ¶ Putat Nicola. ꝛc. ꝛ Alexander de Jmola consilio. lxx. exordiente, Viso processu, ꝛc. versiculo, primo enim non videtur obstare, ꝛc. in primo volumine: vbi multa inducit que possunt ibi videri. Et inter cetera refert, ꝛ verum est, Baldum in. l. Jmperator. versiculo, sed nunquid per vnum instrumentum, ꝛc. ff. de statu hominum. quesijsse an per vnum instru-
3 mentum probetur error alterius: ꝛ determinasse † ꝙ si est repugnantia neutra scriptura valet. l. scripture. C. de fide instrumen. notat idem Bald. ꝛ Jmola in. l. cum proponebatur. ff. de legat. ij. sed si in vna est plus, ꝙ̃ in altera, aut illud plus potest reduci ad minus, vt in summis, ꝛ valet de minori summa. arg. l. diem. §. si plures. ff. de arbit. aut non potest reduci: vt quia vna scriptura est plenior, ꝙ̃ altera: vt quia continet plura capitula, ꝛ tunc pleniori scripture standum est. argumen. l. si ita scriptũ fuerit; Titius. ff. de hered. instituen. ¶ Possunt ꝛ alia multa hic dici, sed quia non videtur necessarium, super his insistere causis, de quibus infra, ego vlterius non progredior. ¶ Probatur enim per testes in hac causa productos, ꝛ ita etiam aliquando confesse sunt prefate Bartholomea ꝛ Egidia, seu egregius vir, do. earum procurator, eandem Bartholomeam constituisse, ꝛ assignasse in dotem ipsius Egidie dimidiam partem suorum bonorum: de hoc enim deponunt multi testes super nono articulo schedule, exordientis, Ut vobis magnifico, ꝛc. inserte fo. xxxiij. Etiã probatur per multos testes ex aduerso productos, ꝛ examinatos super. xj. articulo eiusdem schedule, prefatos Bertrandum ꝛ Egidiam contraxisse societatem omnium suorum bonorum, tunc presentium, ꝛ futurorum: quibus potius credi debet, ꝙ̃ illi schede inducte. ¶ Pro quo allegasse sufficiat cõmunem doctrinã, de qua per doc. in. c. cũ Joãnes Eremita, de fi. instru. in. l. in exercẽdis. C. eod. tit. ꝛ per Bar. ꝛ alios in. l. j. §. si dubitetur. ff. queãd. test. ape. Et ꝙuis aliqui ex predictis testibus sint cõsanguinei, vel affines prefatorũ ¶ Petri Columbi, ꝛ consortiũ, aut alterius eorũdem: non propterea videtur a testimonio repellendi: cum etiã frater regulariter admittatur pro fratre, saltem in causis ciuilibus: per id quod voluit Azo in summa. C. de testib. gl. ꝛ Albe. in. l. parentes. C. eod. tit. gl. in. c. cũ canonicis. ꝛ. c. insinuante. ꝛ ibi Jnnoc. de of. deleg. Spec. tit. de testib. §. j. vers. sed nunquid frater, ꝛc. ꝛ Bart. in. l. qui testamento. §. quecunq;. vers. quero quid in fratre, ꝛc. ff. de testamen. Multo fortius ergo admitti debent alij consanguinei in gradu remotiores vel affines, in quibus non est tãta affectio: ꝛ esto ꝙ testes huiusmodi nõ essent omni exceptiõe maiores quia tamẽ sunt plures duobus, id ꝙ deest in idoneitate, suppletur per numerum, per id quod, not. Jac. Butri. in. l. iij. post princip. ff. de testi. vbi dicit ꝙ licet testes amici non faciant integram fidem. d. l. iij. in verbo amicus: tamẽ si tres testes amici producti extiterint in casu, in quo alias sufficiebant duo integri, supplebitur propter tertiũ,
4 ꝛ sic † propter maiorem numerum, defectus resultans ex amicitia. ar. l. ob carmen. §. fi. ff. de testi. ¶ Pro quo glo. in. d. l. tertia. §. j. in verbo, numerus. ꝛ voluit Jo. de Jmo. in. d. l. qui testamento. ff. de testa. ¶ Pro quo facit, quod no. gl. in. l. si quis ex argentarijs. §. j. cum ibi not. per Barto. ꝛ Alexã. de Jmo. ff. de eden. per Pau. de Cast. consi. xciij. exordien. Non sequendo ordinem, ꝛc. ꝛ Jo. And. in addi. Specu. tit. de notorio crimine. §. fama. in addi. incipiente, allegato supra, ꝛc. ꝛ Nico. de Neap. in. l. excusantur. in prin. ff. de excusa. tutorum. ¶ Preterea dicti testes sunt pro maiori parte testes instrumentarij qui propterea vtpote a partibus approbati videntur esse idonei: per ea que not. Bal. ꝛ Sali. in d. l. parentes. Restat igitur concludendum probatum esse parte dictorum ¶ Petri Columbi, ꝛ consortium, quod prefata Bartholomea non solum partem quartam, sed partẽ dimidiam omnium bonorum tunc presentiũ, ꝛ futurorũ, constituerit in dotem pro dicta Egidia. Est etiam probatum, ꝙ affrayramentum de quo supra factum extiterit de bonis tunc presentibus ꝛ futuris. Nec videtur, ꝙ affrayramentum huiusmodi valeat cum effectu impugnari, ex eo
5 quod † societas omnium bonorum contrahi non valeat inter coniuges. l. cum hic status. §. sed si inter virum. ff. de dona. inter virum ꝛ vxor. Et hoc pro eo quia videtur cõtrahi causa donationis. l. societas. §. donationis causa. ꝛ ꝙ ibi gloss. ff. pro socio. que prohibetur inter coniuges. ff. ꝛ. C. de dona. inter vir. ꝛ vxo. Quoniam respondeo ꝙ hec non obstant esto enim ꝙ societas prohibeatur contrahi, inter coniuges ex causa donationis. d. §. si inter: nõ tamen prohibetur passim ꝛ indistincte: quinimo contrahi permittitur tã rei particularis, ꝙ̃ omnium bonorum. l. vxorem. in prin. ff. de lega. iij. ꝛ. l. alimenta. §. fina. ff. de alimen. ꝛ. ciba. legat. Et presertim non debuit prohiberi in hoc casu, in quo apparet illam non esse contractam causa donationis. Dicti enim coniuges sibi inuicem communicarunt bona sua tunc presentia ꝛ futura. Et sic prefatus Bertrandus octuaginta libras Turonen. ꝛ oues sexaginta: ꝛ prefata Egidia illã dimidiam partem, que etiam eidem Bertrando in dotem constituta extiterat: que non probatur ascendere vltra ducentos, ꝛ quinquaginta florenos: quia si prout oportet, attendatur ad depositiones testium super hoc articulo productorum, bona dicte Batholomee non probantur valuisse tempore facte constitutionis, vltra quadringentos, aut quingentos florenos. Etiam sibi communicarunt futura: ꝛ licet idem Bertrandus non esset multum industriosus, sed satis simplex, ꝛ realis, laborabat tamẽ, ꝛ negotiabatur ruralibus, in quibus non requiritur tanta industria, ꝛc. ꝛ in ijs acquirere poterat: ꝛ per consequens eadem Egidia. Non igitur videtur hec societas contracta extitisse ex causa donationis, que vt dicit gl. in. d. l. societas. §. donationis causa. sic contrahi dicitur, quando sic conuenitur, vt in ea nihil ponat alter contrahentium: vt verbi gratia, nec pecuniam, nec operam, ꝛ lucrum tamen ad eum pertineat: hec enim non est societas: quinimo alius cum illo sic cõtrahẽs magis dicitur eius mercenarius. preterea si dici posset affrayramentum predictum contractum extitisse ex causa donationis, quod non videtur ista donatio fuisse mutua, ꝛ reciproca: quia isti contrahentes hincinde ponebant in affrayramento ꝛ quesita, ꝛ querenda: talis enim donatio nõ est prohibita inter coniuges. l. quod autem. §. si vir. ff. de donatio. inter vir. ꝛ vxorem. non enim dici posset vera donatio, sed onerosa, per ea que not. gloss. in. l. licet inter priuatos. C. de pact. ¶ Pro quo facit, ꝙ voluit Oldra. consi. cxxx. exordien. Ad habendum aliqualem notitiam, ꝛc. ꝛ sequitur Joan. And. in addi. Specu. titu. de instrumẽ. edito. §. porro. versi. fuit etiam aliqua questio, ꝛc. Albe. ꝛ Salice. in d. l. fina. C. de pact. Ange. in. l. hereditarium. ff. de bon. autho. iud. possid. ꝛ in. l. sancimus. C. de dona. Joan. de Jmo. ꝛ alij, in. l. Aquilius Regulus. ff. eod. titu. Pro quo etiam facit quod in casu multo magis dubio not. Cy. Bal. Sali. ꝛ Pau. de Cast. in. l. si pater puelle. C. de inoffici. testamen. Adijcio etiam ꝙ hic interuenit iuramentum, vt deponunt testes, per quod firmatur donatio inter coniuges: vt not.

Bart. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. ⁊ in. l. Seius ⁊ Augerius. in fin. ff. ad leg. falci. Freder. de Senis, consilio suo cxxxvii. Ioan. de Lig. in. cle. Romani. de iureiur. Franc. de Are. cons. lxxiiii. exord. Diligenter ⁊ mature ponderatis, ⁊c. versic. sed dubium est propter iuramētum. Alex. de Imola cons. clvii. in. ii. vol. Ioan. de Imo. in. c. cum continfiat. de iureiuran. Pet. de Anch. cons. cclxxxvi. ⁊ Barth. Veronen. in suis sing. in singulari, Secunda cautela est, ꝙ gat donatio cum iuramento, ⁊c. ⁊ Ioan. de Imola in. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de leg. i. vbi etiam dicit ita se consuluisse: reperiuntur etiam alii multi, ⁊ quidem non contēnende authoritatis viri, qui ita consuluerūt: ⁊ hec fuit originalis oppinio a qua, quia communis est, non esset in cōsulendo aut iudicando recedendum: nisi forte aliud de consuetudine seruaretur in patria. Nec videtur hic multū attendenda illa pretensa spes in succedendo Ioanni Tutele, vel aliis. per id quod habetur in. l. post emancipationem. ⁊ quod ibi Bart. ff. de liber. leg. ⁊ per eundem Bart. in. l. fin. C. de pac. Spes enim deduci potest in contractum. l. spem. C. de donat. quod tamen fieri non potest de pretensa spe hereditatis viuentis, intelligo in spem. d. l. fin. C. de pac. facit l. i. §. si ab impubere. in vers. prematura enim spes. ff. de col. bonor. ⁊ ꝙ spes non sit probabilis, hoc declarat Bartol. vt predixi. d. l. fi. in vltima. q. ⁊ in. l. qui Rome. §. duo fratres. in prima oppos. ⁊ plenius in sexta, vbi Ang. ⁊ moder. ff. de verb. oblig. Illud vero pactum pacte dictarum Bartholomee ⁊ Egidie propositum, ⁊ deductum in trigesimo septimo articulo schedule exordientis, Pro verificatione, ⁊c. inserte fol. lxxxviii. non reperitur, vt videtur, sufficienter iustificatum. De eo enim solum dixerunt aliquid ters primi testes: scilicet Thomas Tutele, Ioannes Bonefidei, ⁊ nobilis Iacobus Audiberti. Primus autē deponit pactum huiusmodi factum fuisse inter prefatos Petrum Columbi, ⁊ Ioannem Tutele in diuersorio vacce. Secundus autem deponit plene de pacto, ⁊ ꝙ eo presente: tempore contracti matrimonii inter dictos Bertrandum Columbi, ⁊ Egidiam factum extiterit in domo Ioānis Tutele. Tertius vero titulando dixit aliquid fuisse dictum, veruntamen affirmat se non esse bene certum, nec velle recipere in sua conscientia. Primus autem non probat: quia non fuit in contractu: ⁊ quia etiam deponit de pacto inter alios, ⁊ in alio loco contracto. Et esto quod illa conuentio de qua deponit idem Thomas, facta in diuersorio, si sufficienter probaretur, dici posset facere indicium, ⁊ adminiculari probationi pacti quod factum pretenditur tempore contracti matrimonii: quia tamen illa non probatur, nisi per vnum testem, nullum facit indicium, nec adminicula-

6 tur in aliquo eidem probationi: indicium † enim probari debet saltem per duos testes: vt notat glossa in. l. finali, ⁊ ibi Bartolus ⁊ alii. C. familie erciscun. Innocentius in. c. sicut. el. i. de symon. ⁊ Bartolus in. l. finali. ff. de questionib. ⁊ Angelus in. l. finali. ff. quod metus causa. Quod nisi fiat nihil releuat, nec potest iungi cum alia probatione ad eam intergrandam: per ea que ⁊ eleganter, ⁊ subtiliter voluit Baldus in. l. si quis ex argentariis. §. primo, in quarto notabili, versic. sed vt intelligatis, debetis scire, ⁊c. ff. de eden. quem commemorat ⁊ sequitur Alexander de Imola cons. xi. exordiente, Sentio in dubium rtuocari, ⁊c. ⁊ consilio xix. exordiente, In iis que in themat narrata sunt, ⁊c. in quarto volumi. dicit enim ipse Baldus quod licet ex pluribus speciebus probationum in sua specie perfectis simul cumulatis possit resultare perfecta probatio. iuxta id quod notat glossa in. l. secunda. §. etas. ff. de excusatione tutorum. secus tamen esset si species huiusmodi essent in sua specie imperfecte: ⁊ ideo secundum eum vnus testis deponens de veritate, vnus de fama, ⁊ alius de indicio, non probant: quia vnus testis deponens de fama, non probat famam, ⁊ vnus deponens de indicio, non probat indicium. Et sic probatio fame ⁊ indicii sunt in suis speciebus imperfecte: nihil igitur releuat dispositio dicti Thome: ⁊ idem videtur de prefato Audiberti, qui licet, vt predixi, dicat aliquid fuisse dictum, quod bona primo morientis peruenire deberent ad superuiuentem, subiungit tamen se non esse bene certum in suo intellectu, nec velle recipere in sua conscientia. Ex quibus verbis patenter colligitur istum effectualiter nihil dicere: non enim dicit sic conclusum, sed dicit aliquid fuisse dictum: potuit enim aliquid, imo multa dici de hoc pacto, hec tamen non concludi. Preterea si primo dixisset sic conclusum, postremo tamen subiunxit, se non esse certum, nec velle recipere, ⁊c. Et sic esset varius, aut titubans, ratione cuius repelleretur. iste etiam minus dicit, ꝙ testis deponens sibi videri: qui non probat iuxta no. per Io. And. in addi. Spec. titu. de teste. §. nunc tractandum prope finem. ⁊ Barto. in l. qui tamē. §. si arbiter. ff. de arbi. remanet igitur depositio

7 solius secundi testis, que † nō sufficit etiam ad delationem iuramenti in supplementum probationis plenioris: pro eo quia causa grauis est, ⁊ ardua. Et hoc secundum communem conclusionem doctorum. Vbi vero pactum de quo supra, probatum extitisset, remansisset illa difficultas, an illud de iure valuerit, ⁊ quidem videtur ꝙ non: vtpote factū

8 de futura successione: ⁊ sic de danda hereditate in † contractu. quod fieri non potest. l. pactum quod dotali. C. de pact. conuē. ⁊. l. stipulatio hoc modo concepta cum multis simili. ff. de verbo. obliga. ⁊ ponit ample Alex. de Imol. consil. xxiii. in. iii. volu. Nec videtur posse per consuetudinem introduci, vt valeat vt voluit Bal. in. l. ii. C. que sit long. consue. Alexā. de Imol. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. versi. an autem possit consuetudine, ⁊c. ⁊ in. l. pactum quod dotali. ⁊. l. fina. C. de pact. superius allega. ⁊ in. l. pactum. C. de colla. Pro quo dicto illud potissimū allegatur, ꝙ vbicunque pactum est reprobatum, eo quia est contra bonos mo-

9 res, non † validatur statuto, vel consuetudine: vt no. glos. C. de decre. decur. lib. x. quā ita declarat Bart. in. l. omnes populi. in. iii. q. principali. ff. de iust. ⁊ iur. hoc tamen pactū ideo a iure reprobatum est, q[uia] est contra bonos mores, ⁊ inducit votum captande mortis. Non ergo potest consuetudine introduci, vt valeat. licet Bald. senserit contrarium. in. l. cum archimedoram. C. vt in posse. lega. ⁊ in. l. de quibus. ff. de legi. Pro cui[us] dicto bene facit, quod voluit Io. de Imo. in. l. ille autem. in. fi. ff. de here. insti. sed prius dictū videtur securius, quod etiam sequutus est domi. Iason de Mayno. in. d. l. pactum quod dotali. Sed hec non viderētur obstare si dictum pactum fuisset probatum sufficienter quia licet pactū factum de succedendo simpliciter, vel vniuersaliter, secundum communem opinionem, non valeat: pro eo quia hereditas dari non potest in contractu. d. l. hereditas. ⁊ aliis vulga. ⁊ quia per pactum sic factum auferret sibi paciscens facultatem testandi: quod facere nō licet etiā indirecte, seu per obliquū: illud tamē pactū de quo in actis, nō videtur ex hoc reprobari: quia vt apparet tam per illas pretensas scripturas, quam etiam per testes, prefati coniuges sibi aliquid retinuerunt, videlicet Bertrandus viginti libras, ⁊ prefata Egidia aliquam summam pecuniariam ⁊ de his poterant ipsi disponere. Et sic per huiusmodi pactum non erat superstes vniuersaliter primo decedenti successurus, nec in quota hereditatis: sed solum in aliis bonis continet enim hereditas, iura actiua, ⁊ passiua. Et ita cessant ille due rationes, quas proxime dixi, ⁊ propter quas secundum docto. reprobatur pactum future successionis. Et vt videtur pro hoc facit determinatio Oldra. in. d. consilio. cxxx. ⁊ Ioan. de Imol. in. d. §. porro. vbi superius allegaui. Et hoc videtur fuisse de mente Alex. de Imol. in. d. consi. xxviii. in. iii. volu. vbi in multis locis loquens de simili pacto, ponderauit verbum, sine diminutione, in eo ap-

10 positum: licet enim hereditas vel vniuersalis successio † cōtinens iura actiua ⁊ passiua, solum debeatur ex testamento, vel ab intestato dicta. l. hereditas. quod non solum procedit, in tota hereditate, vel tota successione: sed ⁊ in quota que deberi non potest ex contractu: vt voluit Pet. de Ancha. ⁊ post eū. Io. de Imol. extra de test. super rub. quos sequutus est Alexan. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. ⁊ in. d. l. fina. prope finem. C. de pact. licet Petr. Cy. ⁊ Bal. ibi teneant contrarium. Pro primo dicto tamen stringit. d. l. pactum quod dotali, ⁊. l. hereditas. quanuis inquam hereditas, ⁊ vniuersalis successio, ⁊ tota, ⁊ quota: solum deberi possit ex testamento, vel ab intestato, non ex contractu: ex eo tamen promitti possunt, ⁊ deberi omnia bona presentia ⁊ futura aliquo reseruato, de quo possit sic paciscens disponere, vel testari, quod satis colligitur ex iis que no. doc. in. d. l. fina. C. de pact. ⁊ alibi in multis locis de donatione omnium bonorum presentium ⁊ futurorum: quam ideo affirmant communiter non valere: quia per eam aufertur indirecte libera testandi facultas. Si ergo talis aliquid retineret sibi vel de presentibus, vel de futuris, non videretur debere impugnari donatio. ¶ Motus autē ille qui parte dictarum Bartholomee ⁊ Egidie allegatus est in articulis exordientibus, Addendo articulis, ⁊c. insertis folio cxxxix. visus est prima facie esse optimum fundamentum ad rescisionem dicti affreyramenti, si sufficiēter probatus extitisset

extitisset: sed tamen plenius ponderata materia videtur non sufficere: quia licet proponatur metum, vel coactionem adhibitam circa matrimonium tunc contrahendum, non tamen id ipsum dicitur de affrayramento. propter quod videtur, quod etiam dato quod matrimonium dici potuisset meticulosum, ex hoc tamen non inferretur, quod dictum affrayramentum etiam fuisset meticulosum: per theoricam quam ponit Innocentius & sequitur Ostiensis Joannes Andreas, Antonius de Butrio, & alij doctores in c. cum locum. de sponsa. & eam commemorat Baldus in trac. schismat. vers. preterea expressum. videtur ibi, & hoc probatur. Preterea de dicto metu solum deponunt duo testes, quorum alter est familiaris, & persona domestica: scilicet illa Francesia, que propterea non est testis omni exceptione maior: quamuis forte super hoc posset deferri iuramentum in supplementum probationis plenioris: quia licet illud regulariter non deferatur in causis magnis, vel arduis, hoc tamen fallit quādo pars probauit plus quam semiplene: per ea qua notat Alexander de Imola in. l. iij. §. finali. ff. de iureiurando. & Panormitanus in. c. mulieri. eodem titulo. Possent etiam alij testes, si qui reperirentur in causa petitorij produci, non obstāte prima productione, & publicatione. Et hoc quia ad alium finem, vt infra dicetur.

¶ Quo vero ad coactionem, seu metum qui opponitur ad impugnationem donationis, seu constitutionis facte per dictam Bartholomeam, reperitur sufficienter probatum, quod Joannes Tutele erat vir mirabilis, & solitus verberare vxorem, quando contradicebat eius voluntati: & qui per eam tenebatur. Deponunt preterea prefata Margarita, & Martinus Molladille decimus quartus testis, quod prefatus Tutele eandem Bartholomeam verberauit: pro eo qui nolebat dotare prefatam Egidiam: per que videtur probatum esse cōstitutionem antedictam fuisse meticulosam. per ea que ponit Innocentius in. c. accedens. de conuersat. coniugat. Bartolus in. l. prima. §. que onerande. ff. quarum rerum actio non datur. in. l. ad inuidiam. C. quod metus causa. & in. l. ob turpem. versiculo, & ideo in questione de facto, &c. ff. de condict. ob turpem cau. & Panormitanus in. c. causam matrimonij. de officio deleg. Huic enim probationi suffragatur genus mulierum, quod est auarissimum. l. si ego. ff. ad Velleianum. & l. si stipulata. in fi. ff. de iure dotium. Et vbi non putaretur sufficiens probatio saltem deberet deferri iuramentum in supplementum probationis plenioris: per ea que dicta sunt in precedenti articulo: possent etiam alij testes produci, si qui essent in causa petitorij, non obstante publicatione facta: & hoc propter variationem finis agendi: per id quod habetur in. c. veniens. el secundo, & quod ibi glossa super verbo, quos vtraque pars. Innocentius, & doctores de testibus. & quod notat Innocentius in. c. causam que. eodem titulo, & Bar. in. l. cum lite mortua. versiculo, secundus effectus. ff. iudic. solui. Predicta concernunt materiam petitorij, super qua requisiit pars videri, & scribi propter finalem victoriam. Quo vero ad materiam possessorij, in qua processum est, & super qua lata est sententia: existimo spectabilem virum dominum vicesenescalem iuridice processisse quatenus sententia per eum lata concernit dimidiam partem illius dimidie partis donate, vel in dotem constitute per dictam Bartholomeā. Quo vero ad dimidiam partem bonorum que fuerunt Joannis Tutele: videtur quod sententia huiusmodi non possit bene defendi: quia videtur per testes sufficienter probatum, quod post mortem Joannis Tutele, dicti Bertrandus & Egidia tenuerunt & possederunt bona eiusdem Tutele. De hoc enim deponunt secundus, tertius, & septimus testis super. xviij. articulo schedule partis aduerse, exordiente, At vobis magnifico, &c. inserte fol. xxxiij. Et quamuis allegata per Paulum de Castro consi. cvj. exordiente, Dicta donatio sine dubio, &c. videantur refragari intentioni partis aduerse, illa tamen non concludunt in hoc casu: loquitur enim Paulus de Castro in dubio, & in casu donationis facte per virum vxori, que ipso iure erat nulla, tamquam a iure improbata: & ad cuius obseruantiam, vir donator non tenebatur, nec cogi poterat: quinimo si fuisset per eum facta traditio, illa non valuisset eo viuente. l. iij. §. sciendum. ff. de donatione inter virum & vxorem. Hic autem non sumus in dubio, quia testes deponunt dictos Bertrandum, & Egidiam possedisse, et bona rexisse, vt dominos. Preterea, vt dictum est, dictum affrayramentum non fuit nullum, sed validum, & efficax. Et ad cuius obseruantiam ipsi Bertrandus & Egidia vicissim sibi & mutuo tenebantur, & cogi poterant. Propter quod videntur dicta in consi. predicto, non obstare dicte parti aduerse. Et pro ea benefacere. l. ij. C. de acquirend. posse.

¶ Rub. De testibus. ¶ Epitome. ¶ Consil. ccccxvi.

¶ Testi non licet, nisi statim, & antequam possit loqui cum parte eum producente, se corrigere: item quod post publicationem testes non debeant repeti: ante vero, non nisi ex causa.

1 Intellectus. l. bonorum. ff. rem ratam haberi.



EX Actis Cause agitate in prima instantia per, & inter nobilem & honestam mulierē Pierram de Plana vxorem, & personam coniunctam nobilis & honorabilis viri, Pauleti Aydini ciuis Arenionen. Et nobilem Laurentium Rodulphi, actores originarios ex vna parte, & Guilelmum Aycardi reum originarium ex alia, videtur sufficienter iustificata intentio eorundem nobilium Pierre & Laurentij. Et nihil fuisse propositum, & probatum in instantia huiusmodi, quod eorundem actorum intentionem sufficienter elideret. quod etiam asseruit spectabilis vir. do. de Scalis qui in causa huiusmodi sententiam vltimam dicitur promulgasse, motus vt asseruit, depositionibus quorundam pretensorum testium coram eo, & in tertia instantia parte dicti Aycardi productorum: qui tamen, pace sua salua dixerim, moueri non debuit ad reuocandum sententiam primi iudicis saltem catenus, quatenus confirmata extiterat per magnificum virum dominum Cessantium Gartini iurium professorem eximium, & iudicem primarum appellationum. Et quidem non pretextu depositionis cuiusdam Jacobi Carterij, quia, vt apparet ex actis cause huius, idem Carterij in dicta prima instantia productus, & tempore depositionis per eum facte de, & super pretensis cessione, remissione, & quietatione iuris redimendi octauam, & dimidiam partem Buragulii in eisdem actis plenius mentionati, que facte fuisse pretendebantur parte dicti Guilelmi, dixit, & deposuit se de his non recordari: quamuis subiecerit, quod tunc essent quatuordecim anni elapsi, vel circa, quod ipso loquente existente in villa insule Martici, & in aula domus domine Joannote, Aymesse, idem Carterij viderat fieri quendam actum, siue contractum per manum notarij, de quo etiam dixit non recordari. Et hoc in presentia nobilis Joannis Arlatini, quid tamen contineret, ille actus, respondit non recordari, quo fit, vt postea non quidem statim, & antequam verisimiliter loqui potuerit cum eodem Guilhelmo producente, non etiam ante publicationem dicte eius pretense depositionis, sed diu post, hec omnia & ex annorum interualo, non potuerit eius dictum corrigere, nec deponere, prout visus est deponere in dicta tertia instantia. Non enim, vt voluit Innocentius in c. cum dilecti, de accusat. Bal. in. l. presbyteri. C. de episcop. & cleri. & Fran. de Are. in. l. quicquid astringende. ff. de verbo. obliga. testis correctio eum excusat, nec in eo presumitur recordatio veritatis, nisi fiat antequam testis loquatur cum parte, & ante apperturam processus: & quod tunc non liceat etiam voluit, Bal. in feu. titulo de controuer. inuesti. sub rubri. post glossam in authentico de testibus. §. quia vero. ad quod facit quod voluit Spec. titulo de testi. §. satis vtiliter. ver. sed nunquid & post eum. Matthe. Cardi. Florē. in cle. secunda ver. octauo quero. &c. de testi. qui loquentes de testibus repetendis ante publicationem, volunt eosdem testes nunquam posse nisi ex causa induci: vt si forte non fuerint de omnibus recordati, vel si non fuerint plene examinati. Per quod satis datur intelligi, quod hoc fieri non possit post publicationem, alias ad quid quererent an ante factam publicationem &c. quod etiam sentit glo. fi. post. Jo. & Laurentium in capit. cum causam. de testi. facit etiam quod fortiori ratione iuris authoritate confirmata ac corroborata voluit Antonius de Butrio in capitulo per tuas de testibus: qui in eadem fuit sententia quod licet iudex possit ex suo officio interrogare testem quādocunque ad partis instantiā hoc facere non potest, nec incōtinenti,

nec ex interuallo: siue hoc fiat, vt addāt, aut vt corrigant: ꝛ hoc metu subornationis, que presumitur, ꝛ vere in casu nostro, videtur non modica presumi: tempore enim dicte prime examinationis idem Carterius nihil dixit de Burdigulo, nihil de Joanne Aycardi, non nominauit illum Gastonis pretensum notarium: nihil etiam dixit de illis verbis, que vt nouissime deposuit, habita extiterant inter eum ꝛ dictum Joannem Aycardi super emptionē facta cum gratia redimendi: de quibus verisimilius debebat tunc recordari si hec vera erant, quam ex longo interuallo: non igitur videtur valuisse dicta secunda depositio. Ad cuius inualidationem etiam facit: quia vt ex ea colligitur, ipse reperitur aut varius, aut vacillans, non solum quia aliter nunc, quam tempore prime examinationis deposuit: sed quia nunc refert se dicte eius prime depositioni: ꝛ sic dicit se non recordari: quia ita primo dixerat: ꝛ cum hoc imo contra hoc subiunxit ea, que superius dixi de contractu facto super Burdigulo de Gastonis, ꝛ aliis predictis. Preterea etiam ad ipsius impugnationem facit, quia nihil deponit de specie contractus, nec per quos seu inter quos contractus huiusmodi celebratus extiterit: sed solum dixit, quod longum tempus erat, quod in aula domine Joannete Aymesse in villa insule Martici, factus est vnus contractus tangens Burdigulum Cabane Bosenque, qui factus est, prout sibi videtur per magistrum Gastonis notarium: de cuius substantia non recordatur: adiiciens quod in eo presentes erant prefati Joannes Aycardi, Joanneta, et nobilis Joannes Arlatam. Si enim testis ad sui dicti validitatem tactū plene narrare debeat, alias non probat: vt notat Baldus in .l. Lucius. ff. de iis qui notantur infamia. si probatio testis debeat necessario concludere: pro quia non probat hoc esse, quoad hoc contingit abesse .l. neque tales. ꝛ .l. ad probationem. C. de probationibus. profecto palam infertur eundem Carterium nihil probare. Etiam nec aliquid probat depositio cuiusdam Joannis Guille in dicta tertia instantia parte dicti Guilielmi examinati, ꝛ producti. Quoniā cum super huiusmodi pretēnsa cessione, remissiōe ꝛ quietatiōe pducti ꝛ examinati extitissent prefati nobiles Joannes Arlatam, ꝛ Jacobus Carterii, ꝛ eorum depositiones publicate, ac etiā per partes, seu earū procuratores, ꝛ aduocatos hincinde vise, ꝛ percunctate, non debuerunt alii testes super eisdem produci, ꝛ admitti, capitulo, fraternitatis. ꝛ quod ibi doctores. de testibus. ꝛ clemētina, testibus. eodem titulo. Que etiam in foro Cesaris seruanda sunt: secundum dominum Bartolum, totius iuris aurigam, Paulum de Castro, Franciscum, ꝛ modernos in .l. per hanc. C. de temporum appellatione. facit dictum auth. de testibus. §. quia vero. collatione septima. Cui non obstat si forte ex aduerso opponatur, ideo primam testium productionem factam parte dicti Guilielmi in prima instantia non fuisse rite factam: quia facta est parte absente, hoc est dicto nobili Laurentio, qui ante per aliquod tempus reuocasse pretenditur honorabilem virum magistrum Breillaudi: tum quia illa reuocatio non valuit, capitulo secundo, cum suis similibus. de procuratoribus. in. vi. tum ꝛ quia postea idem magister Breillaudi denuo constitutus per prefatum nobilem Laurentium eius procurator, cum gestorum ratificatione: quod fieri potuit etiam tacita .l. tertia. §. falsus. ff. rem ratam haberi. pro quo facit regula, ratihabitionem. ꝛ quod ibi glossa, ꝛ doctores de regulis iuris. in sexto. l. licet. ff. de iudiciis. ꝛ quod post glossam notat ipse dominus Bartolus, ꝛ moderni in .l. si mater. §. hoc iure. ff. de exceptione rei iudicate. dominus Bartolus ꝛ sequaces in .l. si tutor. C. in quibus causis in integrum restitutio nō est necessaria. Nec opponat aliquis quod hoc non procedat in gestis per procuratorem reuocatum .l. dispensatorem. ff. de solutionibus. vbi dicitur quod factum procuratoris reuocati ratificari non possit. Quoniam respondeo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod mandatum aliquando reuocatur ratione actus, aliquando ratione persone, aliquando vero dubitatur cuius ratione hoc fiat: quamuis igitur in primo casu ratum haberi non possit, hoc non procedit in secundo, ꝛ tertio casibus: vt notat dominus Baldus in .l. falsus. versiculo, tertio queritur, ꝛc. C. de furtis. quod si ita est, imo quia ita est, dicta pretensa reuocatio impedire non debuit quominus postea potuerint gesta per dictum Bertrandum ratificari, etiam ad commodum primo reuocantis, ꝛ postea ratificantis. Etiam nec opponat aliquis de .l. bonorum. ff. rem ratam haberi. quoniam respondeo, ꝙ illa loquitur in casu, in quo certo ꝛ limitato tempore debuit interuenire consensus, aut ratihabitio, que si non interueniat, imputatur consentire, aut ratificare debenti tanta renūtiatio, vt colligitur ex iis que not. Bald. ꝛ Salicetus. in .l. finali. C. ad Macedonianum. in casu autem nostro non erat tempus limitatum infra quod idem nobilis Laurentius teneretur prebere consensum gestis per prefatum Breillaudi, vel illa rata habere: cum hoc facere potuisset ꝛ pendente iudicio, ꝛ post latam sententiam contra eum, vel pro eo. vt colligitur ex dicta .l. licet. ff. de iudi. ꝛ ex not. per glossam, Bartolum ꝛ doctores in dicta .l. si mater. §. hoc iure. ff. de exceptione rei iudicate. Restat igitur prefatos nobilem Joannem Arlatam, ꝛ Jacobum Carterii fuisse rite receptos in prima instantia: et propterea non debuisse dictum Joannem Guille recipi ꝛ admitti in dicta tertia instantia, ꝛ admissum nihil probasse: dicta clementina. testibus, vbi hoc deciditur. Illud autem apparet sine quocunqꝫ fundamento, quod ex aduerso reperitur aliquando oppositum, scilicet quod ideo admissio libelli, seu articulorum in prima instantia parte dictorum nobilium Petri ꝛ Laurentii non valuit: quia facta vt aliquando pretendit pars aduersa die festi beati Ambrosii, vel vt alibi asseruit die festi conceptionis gloriosissime virginis Marie, vel die festi beati Nicolai: quio horum vtrunqꝫ falsum est: facta est enim admissio die septima mensis Decembris: qua die non celebratur festum beati Ambrosii, sed quarta Aprilis, nec festum beati Nicolai, sed sexta Decembris, nec festum conceptionis beate virginis Marie, sed die octaua eiusdem mensis.

¶ Rubri. Si contra ius vel vtili. publi. ¶ Consi. ccccxvii.

¶ Epitome.

¶ Toto hoc consilio impugnat quoddam rescriptum regium tanquam subreptitium ꝛ obreptitium: item ꝛ quedam alia motiua.

1 ☞ Partes non presumuntur velle quod non expresserunt, nisi tacite id inesset per consuetudinem.
2 Consuetudo ad sui probationem que requirat.
3 Juramentum excludit iurantem a beneficio in integrum restitutionis.
4 Veritati opinio, non opinioni veritas cedit.
5 Diu facti contingentiam, non iuris ministerium importat.
6 Judicio possessorio retinende possessionis vincit, qui habet iura potiora.
7 Dominium fundi dotalis soluto matrimonio ipso iure redit ad vxorem superstitem, sed non possessio.
8 Possessio bonorum presentium in societate acquiritur socio, sed non futurorum.
9 L. si vnquam. C. de reuocanda donatione, procedit solum in mera donatione.



Quoniam Cum peritissimo sermo habendus est, ero paucis contentus, ꝛ succincte respondebo super iis de quibus nunc interrogor. Et primo ad illud peremptorium, quod deduxerunt, ꝛ vt pretenditur, iustificarunt honeste, mulieres domina Bartholomea de sancto Flore, mater, ꝛ Egidia filia per processum, folio centenimosexto. Vbi insertum est rescriptum regium. Dico ꝛ respondeo quod rescriptum huiusmodi fuit in multis, vel surreptitium, vel obreptitium. Et primo quidem propter hoc, quia in eo folio decimoseptimo, exponitur prefatam Egidiam, ꝛ defunctum Bertrandum Columbi Affrayramentum inter se contraxisse, ac omnia eorum bona presentia, ꝛ futura sibi inuicem communicasse, cum pacto, ꝛ conditione, quod si vnus eorundem contrahentium moreretur sine herede legitimo, omnia bona peruenirent ad superuiuentem salua primo decedentis facultate, testandi pro ipsius anima ad voluntatem ꝛ nutum, ꝛ secundum bonorū facultates, quod pactum nō reperitur sufficienter

sufficienter probatum: etiam pro eo quia in rescripto huiusmodi folio sexagesimo octauo, exponitur prefatos contrahentes, & Bartholomeam matrem eiusdem Egidie per pactum, de quo supra, solum intellexisse de liberis, & quod ipsorum duntaxat superexistentia impedire posset effectum pacti, de quo supra: non autem superexistentiam collateralium: vel etiam ascendentium primi decedentis, quamuis magister Guilielmus Fabri notarius grossi ingenij aliter scripsisset, & per verba alterius sententie: que tamen intentio probata non apparet: & sic non obest. l. si repetendi. C. de condictio. ob causam. Nec sufficit dicere presumendum esse, quod partes hoc voluerint: postq̄ nec dixisse, † nec expressisse apparent: quod procedit nō solum in contractibus, in quibus non talis, nec tā larga sit interpretatio, sed etiam in testamentis. l. in ambiguo. ff. de reb. dubijs. l. quoties. circa principium. §. neq; enim. ff. de heredibus instituend. facit. l. iubemus. C. de testamen. in quibus tamen fit plenior interpretatio. l. in testamentis. ff. de regulis iuris. & in capitulo, cum dilecti. cum ibi notatis de donationibus. Et pro eo quia in predicto rescripto fol. xviij. expositum est illam esse patrie consuetudinem, quod toties quoties inter maritum & vxorem factum est affreyramentum in contractu matrimonij inseritur pactum predictū, quod post decessū vnius sine liberis decedētis eius superstes eidē succedat, que consuetudo non fuit probata: illi enim duo testes, qui super ea producti & examinati extiterunt, deponunt de facti contingentia: & alias multum imperfecta: super quo non insisto: quia, vt predixi, peritissimo loquor, vt videre potest probata per eos non concludere consuetudinem: insuper & pro eo, quia inibi expositum est dicto folio sexagesimo octauo pactum de quo supra fuisse consuetudine approbatum: quod etiam non apparet probatū: testes enim super hoc articulo interrogati non deponunt ad rhombum requisita ad consuetudinem: que † multa sunt, & inter cetera consensus populi,
2 aut maioris partis illius: vt notant doctores in. l. de quibus. ff. de legibus. Albericus. C. que sit longa consuetudo. super rubrica: canoniste in capitulo finali, de consuetudi. sunt & alia super quibus non insisto. Preterea & pro eo quia folio. lxix. exponitur quod grandis esset iniquitas & iniustitia, Si pour auoir mis, ou promis de mettre duntaxat octoginta libras Turonenses: & sexaginta oues de portu, cum bonis dictarum Bartholomee, & Egidie, que valent quatuor, aut quinq; mille libris Turonensibus: auus & fratres dict quondam Bertrandi lucrati essent dimidiam partem predictorum bonorum medio dicti affreyramenti: hic enim expressum est falsum propter illa verba, duntaxat, cum de cōtrario appareat ex verbis affreyramēti: non enim idem Bertrandus solum contraxit affrayramentum super predictis, sed etiam super omnibus bonis futuris: tacitum est si hoc dici oportet, quamuis non multum expediat illum tunc habuisse & parentes, & alios consanguineos, quibus succedere poterat: expressum est quātum bona prefatarum Bartholomee, & Egidie nunc valeant, non quantum tunc valerēt, aut si pretēdi possit illud fuisse expressum, non est probatum de tanto. Nihil enim tunc habuit eadem Egidia nisi dotem per dictam Bartholomeam matrem constitutam: que non probatur valuisse florenis sexcentis. Preterea & pro eo quia in dicto rescripto expositum est affreyramentum huiusmodi fuisse per metum contractum: quod tamen, vt alias dixi, non reperitur probatum, ex quibus cum alias scriberem in hac causa existimaui hoc rescriptū in nullo releuare prefatas mulieres: quia quidquid sit in literis surreptitiis ad lites, in gratiosis tamen surreptio ipso facto ipsas vitiat; quod procedit non solum in literis Pontificis, sed etiam aliorum principum; secundum Panormitanum post alios in capitulo, ad audientiam. el secundo, de rescriptis. pro quo allegat. l. primam. ff. de nat. restit. & l. & si non cognitio. C. si contra ius. & Innocētium in capitulo, cum dilecti. de rescriptis, multas remissiones ponit Felinus in dicto capitulo, ad audientiam. versiculo, amplia secundo hanc regulam, &c. Quod autem rescriptum huiusmodi fuerit gratiosum, negari non potest: hoc enim apparet ex illius serie, & in multis locis: & signanter in eo, quod man-
3 dat eandē Egidiā restitui in integrum, que tamē per iuramentū se prestitū a beneficio huiusmodi, etiā si lesa fuisset exclusa extiterat. etiam presupposito q̄ de illo certiorata non fuisset: secundum Bartolum quem repulsa opinione Cyn. doctores communiter sequuntur in multis locis: licet vt alias dixi, nō putem eandem Egidiā fuisse lesam ea lesione, propter quam potuerit obtinere dictum beneficiū. ¶ Preterea cum pretendatur fundamentum quod dudum assumpseram super. l. minus instructus. C. de acquirenda possessione. non fuisse sufficiens causis allegatis in duabus schedulis productis in causa, per quas pretenditur eidem legi fuisse sufficienter responsum. Dico fundamentum huiusmodi fuisse, & esse sufficiens: & primo quidem ad id, quod opponitur in prima schedula, quod insistens possessioni predij, vel hereditatis non habens animum possessionem acquirendi, sed dudum, & antea acquisitam continuandi, illam non acquirit. secundum glo. quā Bartolus reputat ibi singularem. in. l. tertia. in principio. ff. de acquirenda possessione. Respondeo quod illa gloss. impugnatur a docto. & contra eam tenent ibi idem Bartolus. Angelus, Joannes de Imo. & Alexander de Imo. Ang. in. l. si in venditione. ff. communia prediorum. Bartolus in. l. gerit. ff. de acquirenda hereditate. Barto. Angelus, & Joannes de Imola. in. l. sequitur. §. idem Labeo. ff. de vsucapionibus. & Baldus in disputatione incipiente, accusatus de vi turbatiua, &c. & Joannes de Imola. in. l. qui fundum. ff. pro emptore. Et quia hec est cōmunis, & fulcita iuribus, & rationibus, non est ab ea recedendum: cum ratio euidens non vigeat: secundum communes sententias docto. in capitulo primo, de constitutionibus. in capitulo prudentiam. in principio. & in. l. cum probatis. ff. de re iudicata. Ad aliam vero rationem, in qua dicitur presumi posse dictum Columbi inhabitasse domum, & bona rexisse tanquam maritum, dico quod cum id & per depositiones testium appareat Columbi & Egidiam possedisse, & rexisse bona tanquam dominos, &c. non est ad presum-
4 ptionem recurrendum quia veritati † opinio, non opinioni veritas cedere debet. Et quamuis ex dispositione consuetudinis possessio bonorum dicti quondam Joannis Tutele continuata, vel translata extiterit in dictā Egidiam sine apprehensione, contra dispositionem. l. cum heredes. in principio. ff. de acquirenda possessione. quod negari potest: nihil tamen obest quin post mortem eiusdem Joannis Tutele, & sic postquam ipsa Egidia effecta est possessor, censeri debeat eadem Egidia tanquam obligata tradidisse possessionem pro parte & indiuiso: & hoc in patiendo, &c. dicta. l. minus instructus. Et quamuis Baldus videatur voluisse quod ad hoc, vt per scientiam, & patientiam huiusmodi censeatur tradidisse ille qui obligatus erat, requiratur animus, vt ipse not. in. l. penultima. versiculo & not. quod in ista inuestitura. C. de executione rei iudicate. ipse tamen post glossam quam ibi sequuntur Cynus Bartolus Paulus de Castro, & alij in dicta. l. minus instructus. aliter loquitur, & idem ibi Albericus qui
5 omnes volunt aduerbium † diu, ibi positum importare facti contingentiam, non iuris mysterium. Ad illa vero, que ipse Bartolus & Paulus de Castro. in. l. qui iure. ff. de acquirenda possessione. & Innocentius. in capitulo cum ecclesia. super verbo, assuisse. de causa possessionis & proprietatis. est facilis responsio: nō enim loquuntur in sciente, & patiente obligato, &c. sed in eo, qui alias pati non tenebatur. Et sic non est propter quod debeat presumi. Casus autē non est aliquo pacto in ea que in vim affrayramēti tenebatur, eratq; obnoxia ac deuincta expedire res & bona tam mobilia quā immobilia pro dimidia parte, e quisq; portiōibus: quod vero dicitur in mediumq; profertur eādem dominam Egidiam, non habuisse animum nec fuisse in sua voluntate dimittere quoquomodo possessionē: ad id ego respondeo (sub correctione cuiuslibet domini doctoris melius sentientis) quod si constaret eandem dominam Egidiam non habuisse illum animum nec voluntatem, ista esset bona, equa, sufficiensq; ratio. d. l. minus instructus cederet daretq; locum huic veritati: sed de hoc nō apparet. Propter quod non apparet presumptio. l. scilicet, q̄ illa habuerit animum dimittendi & tradendi pro dimidia parte postquam passa est dictum Bertrandum tanquam condominum possidere, & regere bona, &c. Ad id vero quod dicitur prefatam dominam Egidiam adhuc existere infra annum, & diē a morte dicti quondā eius patris, patet responsio, ex hijs que supra dixi post gl. & doc. in. d. l. minus instructus: qui cōmuniter sentiunt sufficere momentū temporis. Ad id vero q̄ vlterius opponitur & dicitur q̄ vbi-
6 cunq; duo concurrunt in possessorio retinende possessionis,

ille prefertur qui habet potiora & antiquiora iura. Dico, ꝙ hoc placet pro nunc, sed nego minorem subintellectum, videlicet ꝙ quoad dimidiam partem cōicatam per affreyramentum, &c. ipsa Egidia habeat potiora, & antiquiora iura: quia cum illa communicauerit, & deinde sciens possideri passa sit, ipsa desiit habere ius in hac parte per predicta. procederet vero quod pretenditur per egregium dominum schedulantem, si hec pars possessa pretenderetur iuris, vel tituli ab alio habiti, nō ab ipsa. Ad id vero quod vlterius opponitur, & dicitur restitutionem in integrum peti posse ope exceptionis, dico hoc nō prodesse dicte Egidie: tum quia per iuramentum exclusa est a beneficio huiusmodi, vt predixi: nec sibi suffragatur absolutio obtenta, seu dispensatio: tum quia cum illa prestita fuerit parte non vocata, illa non valuit secundum communem opinionem in capitulo primo, & capitulo, debitores. de iureiuran. De quo satis plene Alexander de Imola consil. ccxxxiiij. exordiente, Uisa facti narratione, &c. tum & quia cum non solum fuerit ipsa Egidia obligata ad non veniendum contra affreyramentum, sed etiam fuerit contractus affreyramenti huiusmodi iuramento firmatus, secundum magis communem conclusionem, non videtur posse obtineri renuntiatio iuramenti quoad hoc, vt proficiat ad rescissionem: vt etiam prosequitur Alexander de Imola in dicto consilio, vbi videri potest. quia propter negotiorum occupationem, & quia nuntius festiuus est, non possum plene videre. Preterea ista restitutio in integrum, vtpote cōcernens materiam petitorij, non videtur posse peti per viam exceptionis in materia possessorij retinende: per ea que notat Bartolus in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda posses. & glossa in. l. si de eo. §. fin. eodem tit. & Angelus Aretinus in. §. quadrupli in materia interdicti vti possidetis. institut. de actionib. Nec videtur eadē Egidia lesa in patiendo possideri, &c. postquam per contractum ad hoc tenebatur: passa est enim id quod quelibet diligens ad hoc obligatus passus extitisset: ergo, &c. l. fina. C. de in integrum restitut. minor. Non nego tamen quin serenissimus dominus posset, & potuisset in hoc casu concedere beneficium restitutionis in integrum. Est enim princeps, & Imperator in regno, & alijs terris suis: & sic supra ius. c. proposuit. de cōcessione prebend. sed opus esset exponere, & narrare id, quod est probatū, ad euitādū omnē surreptionem, & obreptionem. Insuper ad id quod dicitur a sufficienti diuisione dictam Egidiam concessisse, aut dicessisse, aut sumus in dubio: dico quod quia apparet de titulo, ac scientia, & presentia eiusdem Egidie, quod consequenter apparet eam cōsensisse iuris presumptione: dicta. l. minus instructus. Et sic non obstat glossa, que est in regula, is qui tacet. de regulis iur. in. vj. distinguens inter concupissibile &c. que etiam non loquitur, nec locum habet, quando precederet titulus: quia alias loqueretur contra textum: dicte. l. minus instructus. Postremo ad responsionem que datur in predicta schedula, dico & respondeo, quod illa presupponit, quod dictum affreyramentum fuerit nullum, vel inutile, & contractum inter personas inhabiles ad contrahendum, & que non iurassent: quorum omnium cōtrarium puto esse verum: nec apparet, quinimo deductum est Egidiam habuisse illam reuerentiam ad prefatum quondam Bertrandum, propter quam non fuerit ausa cōtradicere, imo magis contrarium, pro eo quia dictum est illum fuisse simplicem, &c. ¶ Ad contenta in alia schedula, exordiente, Plura sunt demonstrantia, &c. folio. ccxxvij. quatenus concernunt vel illam dimidiam partem, quam in dotem constituit dicta Bartholomea eidem quondam Bertrando suo genero, vel dimidiam huius dimidie, que est quarta pars bonorum eiusdem Bartholomee, sufficiens, vt opinor, patet responsio partim ex predictis, & partim ex alias scriptis: quibus addi potest, quod licet ipso iure per matri-
7 monij solutionem redeat dominium fundi dotalis † ad vxorem superstitem, non tamen possessio. l. dotis actione. C. soluto matrimonio. quia sola ratione dici poterat eandem Egidiam nō potuisse agere possessorio pro dicta eius dote insolidum, vel pro parte: etiam si affreyramentum factum non fuisset. Quo vero ad ipsam Bartholomeam constituentem, cum non sit stipulata dotem sibi reddi, palam est eam agere non potuisse. Aliam rationem, in qua dicitur, quod licet vbi contrahitur societas, acquiritur
8 † possessio socio, quoad bona quesita, seu presentia: non tamen quoad futura: respondeo, quod hoc est verum: sed tamen non obstat, quia licet ab initio possessio horum bonorum, de quorum possessione est contentio inter partes, non fuerit quesita ipsi quondā Bertrādo, quia nec illa possidebat prefata Egidia. Potuit tamen postea acquiri, scilicet post mortem Joannis Tutele, per cuius mortem eorum possessio continuata est in ipsam Egidiam, & deinde, vt predixi, pro parte acquisita dicto quondam Bertrando, etiam in instrumento appositum est precarium, ꝙ operatur translationem possessionis, & dominij, non solum quo ad tunc presentia, sed etiam quoad futura: non vt dominiū & possessio huiusmodi dici debeant ex tunc quesita, sed ex nunc. Et hec est magis communis sententia. Super qua tamen nō multum insisto in hoc casu, propter variationem scripturarum. Per premissa apparet non obstare quod vlterius opponebatur, aduersarios nō potuisse experiri pro communicatione horum bonorum, nisi actione personali pro socio: quia respondeo ꝙ hoc esset verum nisi ille Bertrandus vidente, & patiente predicta Egidia possedisset vt dominus. Id autem ꝙ opponitur, absurdū esse quod ipsi Columbi actionibus, & oneribus hereditarijs non subiecti habere possint & possidere medietatem bonorum, &c. non obstat, quia hoc contingit ex scientia & patientia predictis: idem enim esset in eo, qui vendidisset, & postea pretio non soluto, esset passus possideri rem venditam per emptorem. Preterea hic possunt conueniri ipsi Columbi, competenti actione pro huiusmodi oneribus supportandis. Ulterius vero non obstat id, ꝙ opponitur de literis regijs: quia vt predictum est, ille fuerunt surreptitie. Nō etiam probatum est ꝙ dicta Egidia fuerit lesa, propter reciprocam communicationem: hic enim non inspicitur quid euenerit, sed quid tunc erat, hoc est tempore contracti affrayramenti. arg. l. de fideicommisso. C. de transac. & l. si pater puelle. C. de inoffi. testamen. Pro quo facit. l. ex mille. §. primo. ff. de euictio. l. si voluntate. C. de rescindenda venditione. & capitu. cum dilecti. cum suis similibus. de emptio. & venditio. Ad id de quo postremo opponitur in literis mihi missis, scilicet ꝙ ex opinione mea si vera esset, sequeretur ꝙ prima fronte esset iniustum: videlicet, quod medio dicti affreyramanti ipsi Columbi nihil attinentes prefatis mulieribus in preiudicium liberorum, qui ex matrimonio eiusdem Egidie imposterum nascentur, haberent partem bonorum ipsorum Joannis Tutele, & Bartholomee, preter omnem intentionē contrahentium. Dico & respondeo ꝙ licet ex dicta mea pretensa opinione sequatur hos Columbos habituros hanc partem, non est tamen hoc iniustum: & quidem non quoad Bartholomeam, que in dotem constituit dictam dimidiā partem bonorum suorum: nec stipulata est eandem sibi reddi, nec etiam aliter conuenit, aut pacta est cum eadem Egidia, quominus posset, vel sibi liceret in & super bonis huiusmodi contrahere affreyramentum. Et si pacta esset quominus hoc facere liceret, adhuc non passus fuisset eadem Egidia inuita hoc facere. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. & l. ea lege. C. de condi. ob. cau. Et quod dicitur, quod hoc esset contra voluntatem eiusdem Joannis Tutele, qui voluit Egidiam filiam, & suos liberos sibi succedere: & post illam solum Bartholomeam. Dico quod istud non est contra voluntatem: non enim prohibuit contrahi affreyramentum, &c. quinimo illud cōtrahi audiuit, sciuit, & passus est, propter ꝙ debuit cogitasse, ꝙ in vim illius habiturus esset dictus quōdam Bertrandus dimidiam partem bonorum suorum, & postea per viam intestati, & sic per legalem alienationem translata est in ipsos Columbos. Quanuis enim potuerit idem Joannes dicta eius bona non relinquere Egidie filie, nisi forte vsque ad legitimam: postquam tamen relinquit, & ipsa acceptauit, sequutum est reliquum: scilicet ꝙ prefatus Bertrandus, & successiue isti aduersarij partem eorum habuerint, & habere debeāt. Cogitaueram autem ab initio an dictum affrayramentum posset rescindi ex natiuitate futurorum liberorum per. l. si vnquam. sed visum est mihi
9 quod non: pro eo quia non fuit † mera donatio, in qua solum locum habet lex illa, si vnquam, secundum communem conclusionem, loquitur enim in donatione, & sic in ea que proprie est donatio, cuiusmodi non est affrayramētum, de quo supra. Scribo non ꝙ vellē, sed quod mihi videtur, ꝙuis enim consuluerim, vt consului, & me teneret male consuluisse, nō tamen me puderet ex bonis & veridicis motiuis mutare cōsilium, & in fauorē harum, duarū, que me adierunt, & quarum cause afficior: vt enim dicit

Bald.

Bald. in.l.j. de ijs qui ante apertas tabulas decesse. quotidie in intellectu generantur noue opiniones ex nouis motiuis. allegat.l.sicuti.ff. de arbitris. Papa mutat constitutiones.c.non debet.de consanguinitate & affinit.& c.statutum. de rescriptis.in sexto. Papinianus, vir acutissimi ingenij, mutauit opinionem.l.final.§.sed cum in secunda. C.de furtis.hoc etiam fecit & Julianus, vir non contemnende authoritatis, & scientie:hoc etiam sepissime fecit Imperator Justinianus, in cuius scrinio pectoris, &c. hoc idem fecit beatus Augustinus capitulo, vides.xiij. questiõe.vij. hoc igitur facere profecto non me puderet, tamen facere deberem, & facerem.c.qualiter & quando.el primo, de accusationibus.

Rub. De iurisd. Epitome. Consilium.ccccxviij.

Jurisdictionem qui in aliquo loco exercet, aut officiarios pro ea exercenda constituit, presumitur iure dominij id facere.

1 Instrumentum non prodest, nisi ei qui in illo nominatus est, vel eius successori.
2 Instrumentum producens tacite fatetur in eo contenta.
3 Verba enuntiatiua in priuilegijs, vel instrumẽtis antiquis probant dominium.
4 Causa quelibet excusat a dolo.



Vidi Processum diu est ceptũ, & postea agitatum tam per & inter nobiles quondam Jacobum, & Antonetam Fresquete ex vna parte, & nobilem Bertrandum de Massilia, quam eorum successores pretextu & ad causam iurisdictionis oppidi, seu castri territorij, & districtus loci de Turrisso: & aliarum rerum, & iurium in actis cause huius plenius expressarum, qui re vera videtur mihi inuolutus, & infrascatus:tum propter ineptam, & alias minus sufficientem articulationem, & deductionem mediorum, quibus prefati Claperij, Fresquete, & do. de Olyolis se habere pretẽdebãt dominium, iurisdictionem, & alia iura in oppido seu castro ac territorio, & districtu dicti loci Turrissij:tum & propter multitudinẽ vt dixerim infinitam instrumentorum hincinde in ipsa causa productorum, & que pro eorum magna parte, vel non faciunt ad causam, vel saltem ea ratione, seu causa videntur ad eam impertinentia: quia non sunt deducta media, ex quibus apparere valeat, aut colligi instrumenta huiusmodi posse suffragari, aut prodesse parti instrumenta huiusmodi producenti:vtpote quia nec aliquis eius predecessor saltem de quo appareat in eis nominatus
1 extitit:cum † tamen instrumẽto iuuari non valeat, nisi qui in illo vel nominat⁹, vel ibi nominati vniuersalis, aut saltem particularis successor extiterit.l.ad probationem.la.j. iunctis ijs que ibi habentur per Baldum & alios.C.de probat.facit.l.fideiussores.§.pro Aurelio.ff.de fideiussor. l.fi.& quod ibi not.in principio per glossam & Bartolum C.de rebus cred.c.porro.de priuileg.& l.j.in principio.ff. de ijs que in testamen.delent. tum & propter inefrenatam multitudinem testium hincinde productorum:& super multis impertinenter ac etiam minus sufficienter propositum, videri & apparere potest ex processu cause huius, propter que re vera difficillimum est aliquid boni super eodẽ processu vel respondere, vel scribere:quibus vel saluis, vel premissis, dico mihi videri sub correctione cuiuslibet sanius sentientis, dictum nobilem Bertrandum non bene, nec iuste potuisse pretẽdere ea, que parte eius proposita extiterunt & deducta in quadam eius schedula, exordiente, Procedendo in causa principali, &c. inserta folio. x. signanter quatenus ibi pretendit ad quendam nobilem Algiarium de monte Albano, a quo se causam habuisse pretendebat, & predecessores, & fuisse dominos insolidũ castri, territorij, & districtus dicti loci Turrissij: & quatenus ibi negat prefatos nobiles Jacobum & Honoratum Claperij Antonetam Fresquete, & eorum predecessores inibi iurisdictionem aliquam habuisse. Cum tamen harum assertionum contrarium verisimiliter colligi possit, & colligatur ex instrumẽtis in processu cause huius parte eiusdẽ Bertrandi exhibitis, & productis:& presertim ex instrumento parte eius producto, & inserto folio. lxxxviij. & facto anno M.ccclxxxix.die.x.mensis Maij.quo caueri pretẽditur, ꝙ anno, mẽse, & die huiusmodi nobilis quondã Raymundus de monte Albano pretensus maior, seu superior domi. dicti loci de Turrissio, & eius territorij, & districtus, procuratorem constituit ad laudandum, & inuestiendum nobilem quondam virum, Raymundum Fresqueti emptorem medietatis indiuise castri de turrissio, & eius territorij districtus. Et que laudatio & inuestitura postea facte extiterunt per procuratorem eiusdem nobilis Raymundi, anno predicto, & die.xi.dicti mensis Maij: prout constat alio instrumento parte dicti domini Olyolis, in hac causa producto, & inserto. fol. xc. Per quorum productionem idem
2 do. de Olyolis censetur, & censeri debet fuisse tacite confessus contenta in eisdem. per ea que habentur in.c.cum venerabilis. & quod ibi Inno. de exceptio.c.cũ olim.de censi. faciunt no.in.c.imputari.de fid.instru.& l.post legatũ.& qd ibi Bar.in princ.ff.de ijs qui vt indig.& l.sicut iniquum.C.de fid.instru.& gl.in.c.presentium.de testi. Et iuuantur predicta instrumenta, & contenta in eis, per ea que habentur in quodam alio instrumento, parte dictorum Claperiorum. in hac causa producto, & inserto.folio.xxiij.quo apparet, ꝙ pridem, anno videlicet dom. M.ccclxxix. & die.iij.mensis Junij. nobilem quondã virum Pet. de Petraforo nepotem seu felezenum do. Jo. de Petraforo ratificasse venditionem factã per quondã do. Jo. de Petraforo, dicto nobili Raymundo Fresqueti de medietate castri de Turrissio. Produxit etiam idem do. de Olyolis aliud pretẽsum instrumentum, factum anno domi. M.ccccxiij. & die nona mensis Decembris, & insertum.fo.xcij.per quod pretendebat constare, & apparere ꝙ anno, mense, & die huiusmodi, prefatus quondã Ludo. Fresqueti condominus dicti loci de Turrissio, suo & nobilis Ysnardi Fresqueti eius fratris etiã condominis eiusdẽ loci nominibus, cõfessus fuerat, & recognouerat dicto nobili Raymundo de mõte Albano tenere, & tenere velle sub maiori dominio & signoria prefati nobilis Raymundi de mõte Albano, & alias prout ibi. Preterea attendendum est, ꝙ nobilis quondam vir, Ayellus de Pugeto, olim condominus Turrissij sub conditionibus, & modis, de quibus in instrumento infra mentionato, constituit in dotem, & pro dote nobilis Catherine eius sororis, nobili quondam viro Antonio Fresqueti tunc presenti, &c. medietatẽ iurisdictionis censuum, seruitiorum & aliorum de quibus ibi: prout constat instrumento in hac causa producto, inserto. folio. xxvi. & sumpto anno domini millesimo tricẽtesimooctuagesimo, & die decimaquarta mẽsis Augusti. Prout autem ꝙ ab isto Antonio descẽderint prefata nobilis Antoneta, & Ludouicus Fresqueti authores dictorum Claperiorum: quamuis ex defectu eorum, qui hanc causam duxerunt, hoc deductum non extiterit. Et quamuis alias non appareat de iure dictorum quondam nobilium Guilielmi & Ayelli de Pugeto: quia tamẽ instrumentum cõditionis dotis huiusmodi antiquissimũ est magnam facit presumptionem: quinimo probat. vt videtur ꝙ not. gloss. in.c.si papa.de priui.in.vj.& c.cum olim. de
3 censi.& Jo.de Imo.in.clemen.j.de proba.per verba † enim enuntiatiua contenta in priuilegijs, vel in antiquis instrumentis, probatur dominium antiquissimum:vt ibi, ꝙ etiam voluit Francis.de Are.consi.xxxvj.exordien.presupponitur in facto.circa medium.facit ꝙ voluit Bal.in.l.proprietatis.C.de proba.& l.conuenticulam.C.de episcop.& clericis. Etiam per multos testes parte dictorum Claperiorum in hac causa productos fuit iustificatum clarissime, & probatum prefatos nobiles Antonetam & Ludouicum Frasqueti fuisse in possessione, seu quasi castri territorij, districtus & iurisdictionis dicti loci de Turrissio: ibique habuisse officiarios pro iustitia ministranda: veluti iudicem baiulum, & alios, & qui eam inibi exercuerunt. Probatur etiam eos fuisse habitos, tentos, & reputatos palam & publice pro dominis eorundem castri, territorij, & districtus: prout hec & alia plurima facientia ad materiam plenius colliguntur ex depositionibus predictorum testium. Cum igitur prefatus quondam Ludouicus Fresqueti medietatem iurisdictionis pro indiuiso dicti castri de Turrissio dictis nobilibus Jacobo & Honorato vendiderit, prout constat, & apparet publico instrumento in ipsa causa producto inserto. fo. quinquagesimooctauo. & facto anno Domini M.ccccxxxvij. de mense Martij, cuius postea possessionem adepti extiterunt anno Domini M.cccc.xxxviij. & de mense Aprilis, prout constat in alio instrumento producto in causa, inserto folio. lxxx. Cumque

prefata quondam nobilis Antoneta Fresquete dederit, & donauerit prefatis Jacobo, & Honorato tunc presentibus &c. dominium & seignoriam quod, & quam habebat in castro de Turrissio, & eius territorio, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, &c. prout constat publico instrumento sumpto & facto anno Domini millesimo quadringentesimo septimo, & die. xvi. mensis Januarii inserto folio. xlix. Quorum possessionem fuerant prefati Claperii adepti, ac castrum, territorium, & districtum predicta tenuerũt & possederũt, & pro inibi exercẽda iurisdictiõe habuerũt officiarios, veluti iudicẽ baiulũ, & alios qui pro talib⁹ se gesserũt, reputauerũt, & nominarũt, fuerũt habiti, tẽti & reputati publice, & notorie palã infertur, vt superius dixerã, dictũ nobilẽ Berttandũ dominum de Oliolis non iuste pretendisse, aut pretendere potuisse prefatos Claperios, & eorum predecessores nullam tunc habere, vel antea habuisse iurisdictionẽ in castro, territorio, & districtu superius mẽtionatis. ¶ Nec procedit quod parte aduersariorum pretẽdebatur scilicet, q castrum, territorium, & districtus huiusmodi, & alia iura, que olim spectauerunt prefatis nobilibus Ludouico, & Antonete, & predecessoribus in commissum ceciderint: ea videlicet ratione, quia prefati nobiles Jacobus, & Honoratus inuestiturã non obtinuerant: quinimo nec petierant a prefato domino de Oliolis pretenso maiore, & superiore domino dicti castri de Turrissio, sed ab recolende memorie illustrissimo domino rege Renato: tum quia ab ipso illustrissimo domino Rege Renato, vtpote maiore & primo domino directo, & apud quem remansit dominium directum, debuit de iure communi peti & obtineri inuestitura, per id quod notat glossa, & post eam Alua. & Preposit. in c. imperialem. §. illud quoq. el. j. de probibita feud. alienat. idem voluit Jacob. Ardi. in summa, tit. quibus modis feud. amit. sub rub. an sufficiat consensus maioris domini. idem Joannes de Blaua. idem etiam voluit Joãnes Andreas in addi. Spec. titu. de feu. §. quoniam. versic. trigesimo octauo, &c. pro quo allegat certa iura, que possunt ibi videri. idem voluit Cyn. in. l. fin. q. fin. C. de iure emphyteut. idem voluit glossa in emphyteuta, vt not. in dicta. l. fin. & ibi Cyn. & alii, quod etiam voluit Azo in summa, eodem tit. versic. sed queri potest. Huius autem dicti reddi solent due rationes: prima propter frequẽtiam alienationum rerum feudalium, ex quibus primus dominus iuste timere potest amissionem sui iuris: secunda, quia apud alium infeudantem nullum dominiũ remansit: quia transtulit in vltimum alienantem: vt notat glossa tit. de lege Cor. §. similiter. & Joannes Andreas in d. vers. trigesimo octauo, &c. tum quia cum prefati nobiles Jacobus & Honoratus ignorarent dictum nobilem Bertrandum esse dominum superiorem dicti castri Turrissii, non est eis imputandum ad dolum, consequenter nec ad
6 penam doli: quia quelibet † causa etiam iniusta excusat a dolo, & pena que ratione doli incurritur. l. igitur. §. penult. ff. de liber. cau. notat glossa in. l. j. in fine. ff. de abigeis. & l. plagii. la secunda. C. ad leg. Fauiam. de plag. Non enim cõstitit eisdem Claperiis de alienatione locorum de Reuesco Bastite & pretẽsi iuris superioritatis, saltem priusq̃ fieret fides de quadam pretensa permutatione olim facta, vt asseritur per & inter dictum nobilem Bertrandum, & nobilem Alziarium de monte Albano.

¶ Rubrica. De causa possess. & propriet. ¶ Consi. ccccxix.

¶ Epitome.

¶ Possessionem antiquiorem probans in iudicio retinende possessionis vincit, etiam in beneficialibus: ceteris tamen paribus ille vinceret & qui probaret titulum.



IN Judicio possessionis retinende ille vincit, & vincere debet, qui probat antiquiori possessione: quia huiusmodi antiquior possessio cẽsenda est iustior: alia vero, & posterior presumitur clandestina. c. licet causam, & quod ibi per Innocentiũ super verbo, plures. versiculo, ad hoc potest respondere, q melioritas, &c. idem voluit ibi Panormitanus in octauo notabili, versiculo, tertio possessionis proprietas, &c. idem voluit dominus Bartolus in. l. prima. §. quod ait pretor. versiculo, ex predictis habes. ff. vti possidet. Cynus, Baldus, & Sali. in. l. j. C. eo. tit. Cy. videlicet, in versic. decimo queritur ibi: sed qualiter apparebit, quem melius probasse. Bal. vero in ver. a parte q aut probatur de possessione antiqui, &c. & Sali. in versi. nunc reuertor ad glo., &c. Et idẽ tenuit Jaco. de Are. prout refert Cyn. vbi supra idem voluit Bar. in consi. cxxj. exor. In qõne domini Cioli Pau. de Cast. consi. suo quinto exor. Causa que vertitur coram do. vicario. versi. secundo principaliter est videndum, & cõsi. clxxviij. quod incipit, fundamentum prefati do. vicarii nõ est bonum, &c. Alex. de Jmo. in. d. l. si duo. Jo. Ferra. in sua practica. tit. for. libel. pro turba. possess. in glo. super verbo, tenet & possidet. Nec oportet, vt videtur, qd ad victoriã obtinendam agens hoc iudicio, etiam in causa beneficiali probet titulum: q etiam in beneficialibus acquiritur possessio sine titulo vt colligitur ex iis que no. Pet. de Ancha. in repe. c. j. in prin. de regu. iur. in. vi. Anto. de Butri. in. c. ex insinuatione. de procu. & Panor. recitãdo in. c. in literis. ver. tertio oppo. habet, &c. de restitu. spolia. & quod ad obtinendum in iudicio huiusmodi, non sit necessarium probare titulum, videtur probari in. c. audita, & q ibi Panor. de restitu. spolia. quo fit, vt cum venerabilis & egregius vir dominus Joannes de Vaesco in hac causa supplicans, sufficienter probauerit de antiquiori possessione prioratus loci Saliẽtis, debeat ipse in iudicio per eum intentato obtinere: probant enim se adeptum possessionem, seu quasi huiusmodi prioratus anno domini M. ccccxc. & die septima mensis Nouembris. domini autem aduersarii eiusdem in hac causa, aut de nulla possessionis adeptione docuerint, aut si de aliqua docuerint, quia potius dicenda est inquietatio, seu turba, illa fuit & est recentior. Et quidem illa quã pretendit reueren. in Christo pater do. Abbas sancti Anto. ij. vtpote facta, si tamen facta appareat, anno predicto M. ccccxc. & die xv. mensis Nouembris. Et illa quam apprehendisse dicitur frater Joannes de monte Salino, vtpote que apprehensa pretenditur anno predicto, & die. ix. mensis Decembris. debet igitur per predicta idem do. de Vaesco, in hoc mero possessorio possessionis retinẽde obtinere: etiam si verum esset, quod domini eorum aduersarii in hac causa probassent, & ipse non: quia quamuis ceteris paribus, ille vincat, & vincere debeat in mero possessorio retinende, qui probat titulum. d. c. licet. §. q̃ autem. ibi maxime cui idem Fantini, &c. & quod ibi glo. super verbo possessionis titulum, & Panor. in. viij. notabili: & in ver. glos. in verbo, sed quare, &c. de probatio. Anto. de Butrio. in. c. in literis. versicu. oppono q agenti, &c. de restitutione spolia. & Cynus post Jacobum. de Aretio. in dicta. l. prima. versi. decimo queritur. ibi, item apparet que potius, & melius probasset. C. vti possidetis. vbi etiam Salicetus, versiculo quero nunc quarto. ibi aut neuter de antiquiori. &c. Bart. in. l. naturaliter. §. nihil commune. versic. secundo oppono circa predicta, &c. Et quod ibi Alexand. vnde dicit Bartolus, &c. sed si queritur an sententia lata, &c. ff. de acquirenda possessione. Bartolus in dicta. l. si duo. in princi. versicu. sed circa principium huius legis. ibi sed si vterque probat, &c. ff. vti possidetis. & in dicto suo consi. cxxij. exordiente. in questione domini Cioli, &c. Baldus in. l. qui accusare. circa finem. C. de edendo. Alexander de Jmol. consilio. cx. exordiente Viris accutissimus dubitationibus. in primo volumine & Angelus Aretinus in. §. quadrupli. in materea interdicti vti possidetis. versiculo si vero testes vnius vtriusque partis. instit. de actio. hoc tamẽ non procedit vbi cetera paria nõ existunt: vt in casu nostro, in quo parte de Vaesco probatum est de possessione antiquori: eo enim casu probans pessessionẽ huiusmodi vincit probantem possessionem recentiorem, etiam si est cum titulo, vt plene colligitur ex iis que not. Bartolus in dicta. l. si. duo. ipse & alii superius relati in dicta. l. prima. C. vti possidet. Nec opponat aliquis, quod hoc ita demũ procederet, si parte prefati. de Vaesco oppositum extitisset, quod pretensa possessio dictorum aduersariorum fuit, & est clandestina respectu possessionis sue alias non. per id quod not. & clarius Jo. de Jmo. Alex. & moderni in. l. si de eo. §. si. ff. de acqui. pos. quoniam respondeo, q oppositio huiusmodi non obstat; posset enim procedere vbi dicti domini aduersarii probassent se possedisse, & possidere; sed hoc non fecerunt solum etiam visi sunt probere, q post adeptam possessionem quam tamen, vtpote non vacuam, adipisci nõ potuerunt: & sic re vera nunquam possederunt. Non igitur fuit opus opponere, & opponendo deducere eorum pretensam possessio-

possessionem fuisse, vel esse clandestinam respectu possessionis eiusdem domini de Vaesco. Preterea nõ solum probauit dictus do. de Vaesco antiquiorem possessionem, seu quasi dicti prioratus Salientis, sed etiam titulum: probãt collationem de illo sibi factam per reuerendũ in Christo patrem dominum Joannem Andreã Gracensem episcopum, gubernatorem Auenionis, ⁊ comitatus Venaysini factam anno predicto, M.ccccxc. ⁊ die. iiij. mensis Nouembris: ac etiam facultatem, quam habet in conferendis beneficijs tam in Viennensi prouincia, in qua existit prioratus Salientis, q̃ quibusdam alijs. Et sic non solum probauit idem do. de Vaesco se habere possessionem, sed etiam titulum canonicum: sufficientem ad obtentionem, ⁊ acquisitionem huiusmodi prioratus, ⁊ suorum iurium: qui tamen sufficeret etiam si duntaxat collocaret predictã possessionem: per id quod magis communiter not. docto. loquentes in iudicio possessionis recuperande in dicto cap. in literis.

¶ Rubrica, De noui oper. nuntia. ¶ Consilium. ccccxx.
¶ Epitome.

¶ Nuntiatio noui operis facta cum cause adiectione: vt puta, quia nuntians est dominus directus, hanc vim habet, vt quicquid post nuntiationem edificatum fuerit, demoliatur, nisi per aduersarium probetur nullum ius nuntiandi competere nuntianti.

1 Nuntiatio Noui operis facta parte nobilis, ⁊ honorabilis viri Bartholomei Pauli, et per eum, Jacob Josse Auidor, fuit ⁊ est legitime facta: facta est enim cũ adiectione cause: quia idem Pauli est domin⁹ directus domus, de qua in actis, ⁊ hanc causam idem nobilis Pauli deduxit, ⁊ probauit in prosequutiõe dicte eius nuntiationis: quamuis ad causam huiusmodi exprimendam, vel probandam minime teneretur: postquam non apparet fuisse ex aduerso postulatum, vel petitum, hanc causam exprimi, ⁊c. Pro quo allegare sufficiat quod voluit glos. in. l. j. in princip. ⁊ quod ibi Barto. in oppo. penult. et in questio. ij. ff. de noui oper. nuntiat. Ex ea enim causa, et expressa ⁊ probata apparet interfuisse ⁊ interesse eiusdem nobilis Pauli, ne fieret viseta, de qua in actis: cũ ⁊ ex demolitione parietis fiat, ⁊ facta extiterit domus predicta deterior. Et ita hoc facere eidem Jacob nõ licebat, nec licet: per id quod habetur in authen. qui rem. ⁊ ꝙ ibi glos. et docto. C. de sacrosanc. eccles. faciunt not. per Joannem de Jmol. ⁊ docto. in. l. diuortio. §. si fundum. ff. solu. matrim. Apparet igitur eundem Pauli habuisse causam legitimam non fiendi: licet ad obtinendam demolitionem eius quod post ⁊ contra nuntiationem edificatum extitit, sufficisset eidem Pauli, quod idem Judens non probauerit certum esse eundem Pauli non habere ius nuntiandi. Et sic non debuit nuntiatio huiusmodi contemni, etiã si ius nuntiandi non habuisset. per id quod post Roffred. in libellis suis: voluit Bart. in. d. l. j. in princip. versi. oppo. supra, ne quis eum, ⁊c. ⁊ versicu. venio ad questiones, ⁊c. ff. de 1
noui operis nuntiat. ⁊ Specu. tit. de no. oper. nunt. versic. sed nunquid verum est. iunctis ijs que not. idem Specu. in princip. eiusdem tituli. Dicta etiam nuntiatio nõ quidem inepte, sed aptissime dicto videlicet Jacob, tunc presenti, ⁊ operarijs, ⁊ in opere, ⁊ per verba aptissima, ⁊ tam personaliter q̃ impersonaliter cõcepta, ita vt ne per ipsum Jacob, nec per illos operarios, nec etiam alios aliquid fieri potuerit post nuntiationem antedictam, quod demoliri nõ debeat: per iam optime, ⁊ congruentissime in hac causa allegata. Nec putet sibi suffragari idem Jacob parte sui deducta in quibusdam articulis exordient. Quod non licuerit, ⁊c. erunt enim, prout ⁊ sunt articuli huiusmodi impertinentes: vtpote tales, qui etiam si veri essent, ⁊ probati extitissent, non debebant, nec etiam debent impedire demolitionem eius ꝙ post nũtiationem edificatum extitit: debebant ergo repelli non admitti ad probandum. l. ad probationem. C. de probat. ⁊. l. non hoc. C. vnde cogna. ⁊ cap. cum contingat. cum suis simil. de offic. delega. Admissi ergo ⁊ etiam probati partem opponentem non releuant; pro eo, quia parte, ⁊ opponente, ⁊ resistente non sunt precise, sed conditionaliter admissi, scilicet, cum clausula, saluo iure impertinentium: ⁊ sic sub conditione, si admittendi extiterint. Et quia hec conditio purificata non extitit, illi habentur pro non admissis. Jta dicit Joan. de Jmo. in l. si quando. ff. de legat. j. ꝙ etiã satis voluit Bald. in. l. momentanee. in fin. C. qui legi. perso. ⁊ fuit de mente Bart. in l. ambitiosa. q. penult. ff. de decre. ab ordi. facien. Jllud autem, vt puto in dubium non vertitur, quin idem nobilis Pauli sufficienter probauerit dictam eius nuntiationẽ, ⁊ quot gradus, seu marchie edificate extitissent tempore facte nuntiationis. De hoc enim stat instrumentum, ⁊ depositiones multorum testium in nullo reprobatorũ: quibus propterea credẽdum est, per iura vulgatissima. Et vbi hec non sufficerent, deberet deferri iuramentum in supplemẽtum probationis plenioris. in. l. in bone fidei. cum suis similibus. C. de iureiuran. Probauit etiam ꝙ post nuntiationem predictam edificati sunt quatuor gradus, seu marchie, quinimo ⁊ plures. De hoc enim deponunt multi testes ad minus duo: de quo etiam apparere potest per euidentiam facti: per quam etiam post publicationem depositionum testium, ⁊ illarum notitiam fieri potest probatio: vt not. Bald. in. l. si quis testi: ad finem. de testibus.

¶ Rubrica, De pactis pignorat. ¶ Consilium. ccccxxj.
¶ Epitome.

¶ Fructus perceptos ex re pignori data tenetur imputare qui rem in pignus accepit, non obstantibus pacto ⁊ conuentione in contrarium.

1 ☞ Jntellectus cap. salubriter, de vsuris.

Licet Tempore trãsactionis dudum celebrate ⁊ inite per, ⁊ inter nobilem virum Antonium de Jolyes loci Pontis sancti Spiritus, ex vna parte, ⁊ nobilem virum Joãnem Esberardi eius socerum, dictus socer pro summa septingentarum viginti nouem librarum, ⁊ quindecim solidorũ turoneñ. in quibus remãsit debitor eiusdem Antonij, ipsi Antonio impignorauerit, ⁊ in pignus tradiderit iura, predia, ⁊ possessiones in instrumento transactionis huiusmodi plenius designatas, ⁊ descriptas per eundẽ nobilem Antonium tenendas, ⁊ possidendas donec, ⁊ quousq; sibi satisfactum extiterit de dictis septingentis ⁊ viginti nouem libris, ⁊ quindecim solidis turoneñ. Et quamuis etiã voluerit, ac pactus fuerit, ⁊ conuenerit idem nobilis Joãnes, ꝙ fructus ex iuribus, predijs, ⁊ possessionibus huiusmodi non computarentur in sortem dictarum septingentarum ⁊ viginti nouem librarum, ⁊ quindecim solidorum: ego tamen consulo eidem nobili Antonio, ꝙ ipse potius sibi solui expostulet summam predictam, q̃ sub spe pacti ⁊ conuentionis proxime mentionatarũ iura, ⁊ predia predicta retineat, donec de summa huiusmodi satisfactũ extiterit: quia re vera eis non obstantibus tenebitur idem nobilis Antonius fructus perceptos ⁊ percipiendos imputare in sortem. l. j. ⁊. ij. C. de pignor. actio. l. j. ⁊ vlti. C. de pactis pigno. c. j. c. ij. ⁊. c. conquestus. de vsur. Cui dicto non obstat. c. salubriter. de vsur. quoniam respondeo, ꝙ textus
1 ille † loquitur in fructibus perceptis ex predijs pignori datis genero pro dote constituta, quorum fructus maritus suos facit propter onera matrimonij, que sustinet. l. pro oneribus. C. de iure dotium. not. glos. in. d. cap. salubriter. Dicta vero summarũ per eundem nobilẽ Esberardi ipsi nobili Antonio debita, nõ est pecunia dotalis, sed est pecunia eidem nobili Antonio donata per quondam nobilem Antonium de Joyes eius patruum, ⁊ sic non sumus in casu dicti capituli salubriter: qui casus est exorbitans a iure communi: ideo non extendendus. l. quod vero. ff. de legibus. facit lex si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. Et quamuis pro defensione pacti de quo supra, facere videatur, ꝙ in vim transactionis predicte, ⁊ in ea idem nobilis Antonius dictũ nobilem Esberardi eius socerum liberauit, ⁊ quietauit de obligatione, ⁊ onere quibus tenebatur supportare onera matrimonij eiusdem nobilis Antonij, ⁊ nobilis Glaudete, ipsius nobilis Joannis Esberardi filie: mihi tamẽ magis placet pro omni scrupulo euitando, quod predixi, scilicet ꝙ non obstantibus pacto, ⁊ conuentione superius mentionatis, idem nobilis Antonius teneatur, ⁊ debeat computare fructus perceptos ⁊ percipiendos in sortem. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶Rubrica, ¶De triente, & semisse. ¶Consil. ccccxxij.

¶Epitome.

¶Legitima septem filiorum est semis bonorum testatoris quod si inter hos sint filie, que dotibus contente renuntiarunt bonis paternis, earum legitima quatenus excedit dotem, accrescit legitime aliorum: secundum Joannem de Imol. cui adheret author.

1 ¶Legitima est quota bonorum non quota hereditatis.
2 Legitime supplementum filie que renuntiauit bonis paternis, quatenus excedit dotem, quibus accrescat.
3 Verbum reuertatur, est verbum commune.



Legitima Septem filiorum est semis, seu dimidia pars bonorum, & hereditatis paterne deducto ere alieno, & funeris impẽsa. auth. de trien. & semis. §. j. Et transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta.
1 l. Papinianus. §. quarta. ff. eod. tit. legitima enim nõ † est quota hereditatis, sed est quota bonorũ, quia ante illius detractionem debet detrahi es alienum, & funeris impensa. d. §. quarta. not. Bartol. in. l. ex facto. la grande. ff. de here. instituen. Jaco. Butr. in. l. si quis in suo. ff. de inoffi. testament. & Bal. in. l. quoties. C. de here. instit. Est ergo legitima, vt predixi, septem filiorum dimidia pars bonorum, & hereditatis, prius deducto ere alieno, & funeris impensa: cum igitur nobili quondam & generoso viro Henrico Flote, superfuerint tres filij masculi ex secunda vxore, & quatuor filie ex prima vxore, vel liberi earundem, legitima horum omnium fuit dimidia pars bonorum eiusdem quondam nobilis Henrici. Et sic si supponeremus, prout audio, ꝙ bona eiusdem quondam nobilis Henrici inclusis summis dotalibus per eum solutis pro dictis eius filiabus, valuissent tempore eius mortis deducto ere alieno, & funeris impensa, quatuordecim mille florenis, legitima dictorum septem liberorum ascendisset ad valorem septem mille florenorum. Et sic legitima cuiuslibet ascenderet ad mille. Non tamen propterea fuit testamentum dicti quondam nobilis Henrici nullum: quia idem testator non reliquit iure institutionis nobilibus Joãni & Francisco, suis filijs, & cuilibet eorundem mille florenos, vel alias eorum integram legitimam. per id ꝙ habetur in. l. omnimodo. l. scimus. C. de inoffi. testa. & in auth. vt cum de appe. cognos. §. aliud quoqꝫ capitulum, & ꝙ ibi glo. Poterat tamẽ quilibet eorum, & hodie potest dictus nobilis Joannes agere ad supplementum dicte eius legitime. d. l. omnimodo. & l. quoniam in prioribus. cum suis similibus. C. de inoffic. testa. Preterea licet prefatus quondam nobilis Henricus, reliquerit dictis nobilibus Joanni & Francisco, & eorum cuilibet florenos quadringentos, poterant tamen & hodie potest idem nobilis Joannes petere eius legitimam in corporibus, & alijs bonis, & iuribus hereditarijs: & non recipere eam in pecunia numerata. vt not. Bart. in. l. suus quoqꝫ in fi. principij. ff. de here. insti. post Guil. in. d. l. scimus. Pro quo allegatur. d. l. scimus. §. repletione. idem voluit Joan. de Imol. in. d. l. scimus. in princip. Bald. in. d. l. scimus. §. repletionem. quod etiam voluit Ang. in. l. si pater. C. de insti. & substi. Alex. de Imo. in. l. non amplius. §. j. ff. de leg. j. Et potest peti legitima huiusmodi tota eodem contextu, non obstante ordinatione quam pater fecit. Pro quo allegasse sufficiat. d. l. quoniam in prioribus. cũ suis similibus. Et non solum potest peti predicta legitima, sed etiam fructus legitime. d. auten. de trien. & semis. §. prohibemus. & quod ibi doct. & auth. nouissima. & quod ibi glo. C. de inoffi. testa. ¶Ceterum quia dicte quatuor filie contente de summis dotalibus pro eis per dictũ quondam nobilem Henricũ earum patrem constitutis, quietauerunt bona paterna, & illis renuntiarunt: quesitum est
2 an † illud plus, quod petere poterant pro legitima, si non renuntiassent bonis paternis, debeat accrescere legitimis aliorum, vel hereditati: vt verbi gratia: pone, vt positum est, ꝙ legitima cuiuslibet ascendebat ad mille florenos, & sic legitima harum quatuor filiarum ascendebat ad quatuor mille florenos: pone ergo, ꝙ iste omnes nõ habuerint pro dotibus suis, nisi summam duorum millium florenorum, & de hac summa contente renuntiarunt bonis paternis: queritur ergo cui applicari debeant illi duo mille floreni quos in bonis petere possent, si non renuntiassent: an videlicet hereditati, & heredi vniuersali, vel legitimis omniũ fratrum: Dico, & respondeo ꝙ super hoc articulo varij varia dicunt: sed pro nunc referam duas opiniones: vna fuit Pau. de Castr. in. l. plane. §. si duobus. versicu. item quero quid si excluditur facto suo. &c. ff. de leg. j. qui videtur dicere, ꝙ vbi filia renuntiat patre viuente, vt in casu nostro, tunc illa habetur pro mortua, & non computatur in numero liberorum: pro eo quia tempore mortis, quo incipit deberi legitima, non viuente patre. l. j. §. si quis impuberi. ff. de collat. bonor. & not. in authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles. reperit se exclusam, & sic non incipit sibi deberi, prout nec deberi inciperet, si mortua esset. Et si hec opinio esset vera, & quod ibi dicit Paul. de Castro, cum dicte filie renuntiauerunt patre viuente, perinde esset ac si solũ superfuissent prefato nobili Henrico solum dicti tres masculi: & sic isti tres masculi habuissent pro eorum legitima trientem omnium bonorum dicti quondam Henrici: intelligo deducto ere alieno, funeris impensa, & etiam deductis illis summis dotalibus pro dictis filiabus constitutis prout in simili voluit Ang. in. d. l. Papinianus. §. vnde siquis, versic. vltimo circa istum articulum, &c. ibi, vbi vero, &c. Alia fuit opinio Joan. de Imol. in. d. l. plane. §. si duobus. qui videtur ibi sentire, ꝙ quatenus legitima filie que renuntiauit bonis paternis viuente patre, excedit dotem, illud plus accrescit legitime aliorum. Et hanc opinionem dicit Frã. de Are. sub dubio forte posse sustineri: secundum quem dicendum est ad quesitum ꝙ dicti duo mille floreni debuerũt accrescere dictis tribus masculis, cuilibet videlicet pro tertia parte: Et huic opinioni pro nunc inhereo, salua pleniori deliberatione, & sententia cuiuslibet alterius rectius sentientis. ¶Ad aliud quesitum, quo queritur, quis successerit prefato quondam Francisco, qui, vt audio, vita functus est, & decessit anteqꝫ haberet quatuordecim annos: Dico, & respondeo ꝙ prefatus nobilis Joannes, qui eidem reperitur substitutus per verbũ,
3 reuertatur †, quod est verbum commune: vt dicit Bar. in. l. centurio. versicu. sexto dubitatur, &c. ff. de vulg. & pupil. quod etiam voluit Joan. Andr. in. c. si presbyter de testa. in vj. & Joan. de Imol. in. c. raynutius. de testa. & ꝙ eidem Francisco succedere debuerit idem Joannes in vim pupillaris substitutionis comprehense in compẽdiosa facta per verbum commune, etiam si mater fuisset in medio: per id ꝙ voluit glo. in. §. qua ratione. insti. de pupil. substi. & moderni doct. magis communiter in. d. l. cẽturio. in materia compendiose substitutionis. & in. d. c. Raynutius. de test. c. si pater. eod. titu. in. vj. & l. precibus. C. de impub. & alijs substi. Quod maxime debet procedere in hoc casu, in quo in substituendo facta est expressa mentio de pupillari etate, & distribute etates: quo casu etiam voluit glo. magna. in fi. in. d. l. precibus, & in tali substitutione continẽtur due substitutiones scilicet expressa pupillaris, & fideicommissaria: sentiens ꝙ si eo casu moriatur in pupillari etate ille, cui facta est substitutio, venit substitutus in vim pupillaris, & sic repellitur mater: quia omnia bona deferuntur ad substitutum. l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulga. & pupil. & c. si pater. de testamen. in vj.

¶Rubrica, ¶De fid. instrum. ¶Consilium. ccccxxiij.

¶Epitome.

¶Non facit fidem, nec vim obtinet probationis, in tertij preiudicium, priuata scriptura: demum litigandi causa legitima, indemnem ab expensis reddit iustam causam habentem.



Non Prouidus vir Humbertus Boyssoni, alias Genodi habitator ville Caderossie, sed honorabilis vir Joannes de Vollaco speciator ciuitatis Arausceñ. condemnari debet in expensis in presenti causa factis: presertim vero, & maxime in ijs que facte extiterunt ante exhibitionem, & productionem cuiusdam pretense quietãtie, ꝙ fecisse dicitur honorabilis vir, magister notarius: tum quia dicta pretensa quietantia, vt pote scriptura priuata, & in forma scripture priuate facta, non probat pretensam solutionẽ, de qua in ea: & presertim non probat, nec probare potest in preiudicium

preiudicium dicti Genodi, quod illa facta extiterit anno, mense, & die, de quibus in eis: pro quo allegasse sufficiat quod not. Panormit. in capit. ij. versicu. circa primam speciem. ibi, sed alteri, &c. de fide instrumento. quamuis enim scriptura priuata probet contrascribentem, non tamen probat contra alium: aut quatenus concernit preiudicium alterius, etiam si recognita extiterit. Esto ergo quod dicta pretensa quietantia recognita extitisset per prefatum Chabaudi, prout non est, non propterea probaret contra dictum Genodi, quod illa scripta, aut facta extiterit pretensis anno, mense, & die, de quibus in ea. Et hoc ne idem Chabaudi, pro libito voluntatis per suam priuatam scripturam damnificare potuerit dictum Genodi: tum & quia cum idem Genodi habuerit causam legitimam litigandi usque ad tempus productionis dicte pretense quietantie, non est quod sibi imputari valeat. Cum enim haberet prefatum de Villario obligatum ad eum liberandum, & liberari faciendum dictum Ymbertum Genodi constante publico instrumento, potuit ipse impune pro liberatione huiusmodi instare, donec, & quousque de illa eidem appareret. Econtra vero idem de Villario si quietantiam se habere pretenderet, debuit, & debebat eandem exhibere: & in hac causa producere ab initio cause huius: quod quia non fecit, debet ipse in expensis in eadem causa factis, usque ad tempus dicte pretense productionis condemnari: per iura & rationes vobis venerabili ac egregio viro domino iudici Aurayce non ignotas: & alias, si opus fuerit, prout non est, plenius deducendas. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De secund. nuptijs. ¶ Consilium. ccccxxiiij.

¶ Epitome.

¶ Non potest plus relinquere pater binubus, aut binuba mater, vitrice, vel nouerce, quam vni ex filijs primi matrimonij, & precipue illi cui minus.

1 ¶ Binubo, binube ve potest infligi pena, non obseruata primi matrimonij, filiorum filiarumque affectione.



Recordor Quod cum alias scriberem super processu pendente indeciso, per & inter nobi. Perrotum de sancto Michaele, & Mariam Ysnarde coniuges, actores originarios ex vna parte, ac nobilem & generosum virum Fulquetum de Turre, dominum de Romolis, reos originarios, & tunc appellantes ex alia, dixi & respondi quod licet nobilis quondam Georgeta de Varaderia eiusdem Marie quondam mater, non reliquerit iure institutionis eidem nobili Marie, & nobili Dalphine Ysnarde, ipsius Georgete filiabus naturalibus & legitimis, & cuilibet earundem, nisi summam quingentorum florenorum, si tamen legitima eis, & cuilibet earundem debita in bonis dicte quondam Georgete, ascendebat, & ascendit ad valorem mille, & quingentorum florenorum, idem do. de Romolis poterat de legato per eandem quondam Georgetam sibi relicto retinere, vel habere mille & quingentos florenos non obstante. l. hac edictali. §. si vero plusquam. C. de secun. nup. Pro quo, si bene memini, allegaui multas rationes, & inter eas dixi, quod hec est pena binubi, vel binube, non posse plus relinquere, vel donare nouerce, vel vitrico liberorum primi matrimonij, quam vni ex liberis huiusmodi, illi videlicet, cui minus: vt voluit Azo in summa. C. tit. de secun. nupt. versiculo punitur autem parens, &c. & Ostien. in summa, eod. 1 tit. §. sic vidisti. in princi. que pena † eisdem infligitur propter non seruatam affectionem liberis prioris matrimonij, vel propter iniuriam eis factam: in eo quod eorum pater & binubus, vel mater binuba plus reliquit eorum nouerce, vel vitrico, quam vni ex eis, illi videlicet cui minus: & subiunxi, quod si ita erat, imo quia ita erat, maiori pena, vel saltem non minori affigi deberet ille binubus, aut binuba, qui nihil donauerat, aut reliquerat liberis primi matrimonij: sed totum reliquerat, aut donauerat eorum nouerce, vel vitrico, quam ille qui aliquid, minus tamen legitima, eisdem liberis aut reliquit, aut donauit: quia ille maiorem iniuriam eis intulit, vel minorem affectionem habuit ad eosdem: & tamen eo casu liberi primi matrimonij, idemque priuigni eatenus reuocant, & non vltra, vt ipsi & vitricus, vel nouerca concurrant viriliter, hoc est equis portionibus in donato, vel relicto. vt not. glos. in d. l. hac edictali. super verbo, diuidi. quam ibi sequuntur Cyn. Bal. & Salicet. Ex quo inferebam quod in casu, in quo binuba, vt in casu nostro, non sic preterierat affectionem, nec tantam intulerat liberis primi matrimonij iniuriam, debebant ipsi liberi duntarat eatenus ad reuocandum admitti, quantum ascendebat legitima cuiuslibet ex liberis, que in hoc casu minus pretendebatur ascendere, quam pars virilis ascenderet, si totum aut donatum, aut relictum extitisset dicto domino de Romolis. Nunc autem per allegationes mihi delatas, & editas per egregium virum dominum Jacobum Romey, iurium professorem eximium aliquid & quidem multum adducitur ad constituendum pinguiorem conditionem eiusdem do. Romolis scilicet, quod non solum possit, & valeat idem do. de Romolis petere, vel retinere de sibi legatis quantum ascendit legitima alterius ex prefatis nobilibus Maria & Dalphina: sed quantum ascendit pars virilis. iuxta mentem glo. in d. l. hac edictali. super verbo, diuidi: pro quo est similis. glo. in. l. quoniam preterite: super verbo, pertinere: ibi, vel aliter. vt not. &c. C. de secun. nup. pro quo dicto videtur consuluisse Bald. consil. cclxiij. exordiente secunde vxori, &c. in. iiij. parte. vbi ad literam dicit, prout refert idem do. Jacobus, & idem voluit, & plenius ipse Bald. in. d. l. hac edictali. versic. amplius circa istam materiam speculantes, &c. vbi allegat multas rationes que videri possunt. Nec videntur ipse nobiles Maria & Dalphina posse pretendere, & petere legitimam, & deinde reliquum diuidere cum ipso do. de Romolis, & sic tantum in reliquo concurrat, in virilem partem ipse do. de Romolis, vt videtur sentire glos. in. d. l. hac edictali. dum dicit, donatum vel relictum reuocari, vt sint equales. Et idem voluit in. d. l. quoniam preterite. & clarius in authen. quib. mo. natu. effi. sui. §. & quoniam varie. quam partem secuti sunt, vt refert Sali. in. d. l. hac edictali. Jacob. de Raue. Rayne. & Jaco. Butri. & sequitur idem Sali. licet Bart. & Bald. contra. Reuera ista sunt magna fundamenta: veruntamen vereor ne secure applicari non possint casui nostro, in quo, vt patet ex processu, prefata nobilis Georgeta vniuersalem heredem sibi instituit filium masculum secundi matrimonij: dictis vero nobilibus Marie, & Dalphine, & cuilibet earundem legauit, & iure institutionis reliquit quingentos florenos: dicto vero do. de Romolis eius secundo viro reliquit certam summam pecuniariam: & res alias seu iura, que excedunt summam quingentorum florenorum: & sic sumus in casu de quo per Bald. in. d. l. hac edictali. versicu. & primo quero de tali questione, pater iure institutionis, &c. Bald. vero in. d. consil. cclxiij. loquitur eo casu, quo mater binuba aliquid, licet modicum iure institutionis reliquerat filio primi matrimonij, & totum residuum eius secundo viro, qui sunt casus diuersi, & vario modo per Bald. determinati: vt apparet ex ijs que ipse not. in d. l. hac edictali. versic. & primo quero de tali questione: & versic. amplius circa istam materiam, &c. Et ob hanc causam cum primo scriberem in dicto casu, non curaui descendere ad hanc partem, tanquam securam: sed potius assumere elegi aliam partem, in qua tunc conclusi, scilicet quod idem do. de Romolis tantum posset retinere de sibi legatis, & relictis, quantum re vera ascenderet legitima cuiuslibet ex prefatis nobilibus Maria & Dalphina, & adhuc in hoc persisto: sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Rubrica, ¶ De restitut. spoliat. ¶ Consilium. ccccxxv.

¶ Epitome.

¶ Remedium can. reintegranda. iij. q. j. datur cuilibet, qui a possessione sine iusta causa cecidit: & non solum contra eum datur qui sine titulo possidet, sed etiam contra eum qui cum titulo.



Honesta mulier Jaumeta Bastide, & prouidus vir Jacobus Louerij eius filius sufficienter probarunt prouidum quondam virum Jacobum Louerij, eiusdem Jacobi quondam patrem naturalem, & legitimum, & Petrum Louerij ipsius Jacobi fratrem, tenuisse & possedisse communiter & pro indiuiso terram, & vineam in actis plenius mentionatam, & hoc usque ad tempus mortis, & decessus ipsius Jacobi patris: quinimo confessione partis aduerse in respondendo

spondēdo ad secundū articulum libelli, in causa oblati, constat & apparet terram & vineam huiusmodi spectasse et pertinuisse iure dominij, seu quasi eisdem Petro, & Jacobo fratribus. Probauerunt insuper, quod post mortem dicti Jacobi patris, prefatus Jacobus eius filius, & Benedictus, eiusdem Jacobi Conactoris frater, tenuerunt & possederunt terram & vineam huiusmodi multis annis, & vsque ad tempus venditionis de ea facte per prefatum Petrum eorum patruum, & tutorem. Et insuper etiam probarunt, quod tam tempore mortis dicti quondam Jacobi, quam venditionis vinee, & terre predictarum, prefati Jacobus, & Benedictus erant, & fuerunt minores quatuordecim annis. Et sic venditio & transportus facti de terra & vinea huiusmodi per dictum Petrum eorum tutorem, fuerunt, & sunt nulli, & de iure inualidi, quatenus concernunt dimidiam partem dictarum terre & vinee: vtpote facti contra dispositionem iuris communis, & non seruata solennitate. l. j. in princip. ff. de reb. eo. l. lex que tutores. C. de administra. tutor. l. non est. l. non solum. l. si quidam. & l. si predium. cum multis similib. C. de pred. minor. Quo fit, vt prefati Jacobus, & Antonius, qui pretextu & ad causam venditionis, & trāsportus huiusmodi a possessione dictarum terre ceciderunt, potuerint post easdem venditionem, & trāsportum agere, & experiri iudicio possessorio pro recuperanda possessione dictarum terre, & vinee: & quidem vel condictione indebiti. l. indebiti. §. sed & si nummi. vbi per Barto. ff. de condict. indebi. vel officio iudicis. per id quod not. Ostien. & alij post eum in. c. accedens. el. j. vt lite non contesta. & Anto. de Butr. in. c. sepe. de restit. spoliat. vel remedio. c. reintegranda. iij. questio. j. quod competit cuilibet, qui a possessione sine causa iusta ceciderit, & tam pro possessione ecclesiasticarum, quam aliarum rerum quarūcunque: secundum doct. magis communiter in. c. cū ad sedē. & c. sepe. de restitu. spoliat. Bart. in. l. si coloni. C. de agric. & censit. lib. xj. de quo moder. docto. in. l. rem que nobis. ff. de acquir. possess. Et datur hoc remedium non solum contra eum, qui sine titulo possidet, sed etiam contra eum, qui cum titulo possidet rem a cuius possessione sine causa cecidit, ille qui agit. vt not. Anto. de But. & Panor. in. d. cap. sepe. & moderni in. d. l. rem que nobis. Idem tenet Joānes Calde. in. d. c. cum ad sedem. Panormi. in. c. si diligenti. de prescripti. quod etiam fuit de mente Alexand. de Jmol. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. posses. de quo per eum plenius consil. lj. exordien. Viso & discusso processu. in primo volu. & consi. cxvij. exordien. Viso processu, &c. versic. plus dicit Anto. de Butr. in secundo volu. & Ang. Are. in. §. quadrupli. versi. sed quid si sine vitio, &c. ibi, sed reuerendissimus in Christo pater. institu. de actioni. & hoc remedio experti sunt, & experiuntur prefati Jaumeta & Jacobus, in quo propterea, cum vt predixi, legitime probauerint, non solum prefatum quondam Jacobum cum dicto Petro fratre, tenuisse & possedisse communiter, & pro indiuiso vineam, & terrā predictas, sed etiam probarūt ipsum Jacobum Conactorem, & dictum quōdam Benedictum filios eiusdem primi Jacobi easdem tenuisse, & possedisse communiter, & pro indiuiso. Et deinde illas seu earū possessionem peruenisse ad prefatum Boyzilli, & qui eas nūc tenet, seu verius occupat, & detinet. Nec est hic multum insistendum, an contra titulo possidentem detur predictum remedium: quia ex actis cause huius non apparet eundem Boyzili reum titulo possidere dictas terrā & vineā. Propter quod nihil ad rem, etiam si aliqui ex testibus deposuissent dictum Boyzili reum dictas terram & vineam possedisse vltra decem annos: tum quia sine titulo non prescribitur res immobilis spatio decem annorum, saltē de iure ciuili: & vbi, vel de illo iure, vel de alio prescriberetur, opus esset bona fide: per ea que habentur & not. in cap. si diligenti: de prescriptio. & c. j. eod. titu. in. vj. que non presumitur nisi saltem proponatur: vt not. Ange. in. l. eum qui. §. publiciana. versic. sis tamen cautus. ff. de publi. que tamē non fuit hic proposita, aut deducta parte dicti Boyzili, aut prefatorum Jaumete & Jacobi: & sic non obstat testium depositio, si qui sint, qui fortasse videantur deposuisse quod dictus Boyzili reus terram & vineam predictas possederit a decem annis, & vltra: quia, vt predixi, istud nō sufficit. Preterea testes huiusmodi deponunt quoad hoc super nō articulatis: & ita non probant. per ea que dicit Barto. in. l. si duo patroni. §. idem Julianus. ff. de iureiuran. Dicti etiā testes non testificantur, vel deponunt, quod ante litem contestatam: in hac causa ipse Boyzili dictas terram & vineam per decem annos possederit: quod tamen erat necessarium secundum Barto. in. l. Celsus. versic. item aduertat reus. ff. de vsucapionibus.

Rubrica, ¶ De prescriptionib. ¶ Consilium. ccccxxvi.

¶ Epitome.

¶ Prescriptio aduersus prestationem debitam per vniuersitatem quandam domino loci currere incipit a tempore cōtradictionis, nisi summa esset taxata, & dominus loci esset adeo potens, quod sibi non expediret eam exigere, alioqui sibi imputaretur negligentia.

1 ☞ Libertas non prescribitur, si is cui debebatur seruitus per centum annos ea non fuerit vsus, quia non indiguit.
2 Jurisdictio nō perditur etiam quoad possessionem, nisi ex quo vti volens, prohibetur ea vti.
3 Prescriptio longissimi tēporis introducta est in odium non petentium.



Quesitum Est a quo tempore currit prescriptio aduersus prestationem viginti quinque librarum, quam sibi deberi pretendit do. Sergegij per vniuersitatem seu homines eiusdem loci, occurrente altero de casibus imperialibus: an videlicet a tempore, quo cessatum est in solutione huiusmodi: an ve a tempore, quo occurrit alter ex casibus huiusmodi, aut a tempore contradictionis vniuersitatis, seu hominum predictorū? Ad quod respondeo breuiter & succincte, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, prescriptionem huiusmodi, seu tempus illius non esse incohoatam, aut cucurrisse a tempore, quo cessatū est. argu. l. in filijs. & quod ibi per illum text. not. Bart. Joan. de Pla. & alij. C. de decurio. lib. x. not. enim quod si aliqua ciuitas teneatur facere exercitum suis sumptibus, quando
1 † princeps vadit ad bellum, si talis ciuitas per centum annos steterit, quod nunquam fecit talem exercitum: quia princeps non indiguit, non perdit priuilegium. idem not. Bart. in. l. cum scimus. versic. in text. ibi, &c. C. de agrico. & censit. li. xj. quibus accedit quod not. Bal. & Ang. in. l. hec autem iura. ff. de seruit. vrban. predio. Jacob. Rebuf. in. d. l. in filijs. vbi loquitur in eo, qui potest exigere collectam pro filia maritanda: contra quem non currit prescriptio, si quadraginta annis steterit, quibus filiam non habuit. Et pro hoc possunt videri multe remissiones, quas copiosissime collegit Jason de May. in. l. beneficio. versic. tertio principaliter queritur. ibi, limita istam cōclusionem, &c. ff. de iustitia & iure. Dico igitur quod si illi, qui alias tenebantur ad soluendum in altero ex casibus, cessassent soluere per centum annos, quinimo & per ducentos, aut maius tempus, pro eo quia aliquis casus non contingit, & hodie casus cōtingeret, non possent isti se defendere, vel tueri per prescriptionem. An vero currere inceperit prescriptio a tempore quo casus occurrit, & pro quo nihil petitum est, nec solutū? Respondeo, quod ex dictis Bart. in. d. l. cum scimus. videtur colligi, quod etiam prescriptio, seu tempus illius incohoatum non extiterit a tempore casus occurrentis. Dicit enim ex text. d. l. §. illud quoque, optimum sumi argumentū, quod si terre recommendande tenentur dare ciuitati Perusij subsidiū in caualcatis, & exercitibus extra ciuitatem euntibus, & per centū annos steterint, quod non prestiterunt eo, quia ciuitas Perusina nō requisiuit, cum de suis gentibus esset copiosa nimis: vt non propter hoc dicte terre prescripserint libertatem dicti seruitij: nulla enim causa desidie potest communi Perusij imputari, ex quo necessitatem dicti subsidij non habuit. & hoc etiam videtur fuisse de mente Bald. in. l. imperium. versic. vltimo vnum dico, &c. ff. de iurisdictio. omnium iudic. vbi in simili not. iurisdictionem
2 † non perdi nō vtendo, etiam quoad possessionem: nisi ex quo vti volens, vti prohibetur: quia tunc perdit possessionem, & incipit prescribi libertas. Pro quo allegat. d. l. in filijs. & l. cum scimus. §. illud superius alleg. & l. ij. C. de seruitu. & aqua. Jn hanc etiam partem videtur inclinare Petrus antiq. in suo tract. muner. circa finem secunde partis. versic. sed pone iuxta istam materiam, &c. & do. Christoph. Nichel. in suo tractatu. versiculo, pone quod aliquis habeat homines censuales, &c. Dicunt enim quod si quis habeat

habeat homines taliabiles, aut censuales, quibus ex consuetudine taliam imponere valeat, et steterit per quadraginta annos, quibus taliam huiusmodi eisdem non imposuerit, & postea eidem illam imponere volenti, opponatur parte hominum praescriptionis exceptio, si homines duntaxat allegent tempus, quo durante non imposuit, hoc non sufficit: sed succumbent: quia tempus non est modus tollende obligationis. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obliga. Et subiunxit Christo. de Nicel. hoc expresse tenuisse Bald. & Ang. in d. l. hec autem iura. ubi dicunt, quod si dominus staret per centum annos, quibus nō requireret vassallum, ut praestaret servitia, vassallus nō praescriberet, nisi pro libero se gereret: ubi vero dicti homines non solum allegarent tempus, sed etiam remissionē, seu remissionis titulum, & ad ipsius remissionis probationem induceret lapsum temporis, tunc secundum eos deberent homines obtinere: per glo. que est in. l. cum de in rem verso. ff. de usu. que, prout dicunt, & ego non inficior, mille animas misit ad inferna: & est similis glos. in. l. servitutes: la grāde. ff. de servi. & in. l. j. ff. de aqua plu. arcen. Pro qua facit secundum. Pe. Anti. l. fina. C. de fun. patri. li. xj. & l. nemo C. de fund. rei priua. cod. lib. Etiam pro hac parte, scilicet quod non cucurrerit tempus a tempore, quo euenit alter ex casibus predictis, videntur facere multa ex allegatis per Jason. in d. l. beneficium. & hoc videtur ipse sensisse quatenus nititur limitare dictum Bart. positum in. l. usum aque. C. de aque ductu. lib. xj. ubi dicit Bart. not. l. istam contra illos, qui habent privilegium nimis largū de aliquo faciendo, & illo privilegio utuntur multum stricte: quia non poterunt postea eo uti magis large, quā fuerunt usi. hoc est dictum Bar. ꝙ Jason ubi supra dicit intelligendum, & limitandum non habere locum, quando nō essent usi magis large: pro eo quia nō sibi expediebat: quia tunc nunquam sibi preiudicant. & secundum hec videretur debere dici tempus praescriptionis fuisse inchoatum a tēpore facte contradictionis, quod etiam voluerunt Petr. Anti. & de Nichel. ubi supra, ꝙ putarem esse verum: si nō esset summa taxata, & do. dicti loci de Segrerio fuissent adeo potentes, & divites, quod eis non expediuisset, ut homines contribuerent in casibus occurrentibus. ut dicit Bart. in d. l. in filijs, & in. l. cum scimus. §. illud. Sed quia summa est taxata, & dicti do. fortasse non fuerunt sic opulenti, & divites quibus non expedierit illam summā exigere in casibus occurrentibus, videretur ꝙ eis, & huic domino moderno potuerit & possit imputari negligentia: & quod propterea: contra eos a tempore casus contingentis, cucurrit praescriptio longissimi temporis: que introducta
3 est in odium non petentium. l. sicut. cum suis simili. C. de prescrip. xxx. vel. xl. anno. noto. doct. in. l. more. C. de rei vendi. ¶ Ad aliud quesitum, dico & respondeo, ꝙ per rationes alias tam per spectabilem virum do. Franciscum Marchi, iurium professorem eximium, ꝙ per me allegatas, dictus do. Segrerij, tenetur probare, & ostendere qui sunt illi, qui faciebant tratam tempore pretense sententie arbitramentalis ex adverso allegate: & qui alias contulerant in dictis pretensis casibus regalibus: vel qui eisdem titulo hereditario, vel alias universali successerunt. Alij enim non tenentur: & hoc certum: & si qui sunt ex alijs qui onera huiusmodi recognouerint, vel illa soluere promiserint, recognitio & promissio huiusmodi videntur per metū extorte: per id quod not. Bald. in. c. j. §. pactiones. de pace constan. Alex. de Imol. in. l. j. §. que onerande. ff. quar. rer. act. non dat. Alua. in. c. j. quali. vassa. iura. debe. fideli. Jo. And. in. c. j. de prescrip. in vj. in nouel. quem allegat Fran. de Are. consi. xxiiij. exor. quatuor dubijs, &c. dicunt enim doct. prefati, ꝙ prestatio servitiorum insolitorum, vel indebitorum, presumitur per metum a dominis extorta. Nō enim alias presumerentur subditi suo superiori vel prestitisse, vel promisisse id, quod non debebant: & hoc ne suum iactare videantur. l. cum. de indebito. ff. de probatio.

¶ Rubrica, ¶ De accusationibus. ¶ Consil. ccccxxvij.

¶ Epitome.

¶ Formans libellum inquisitionalem contra aliquem debet in eo designare annum, mensem, diem & locum commissi delicti: alias inquisitus non tenetur respondere, nisi in grauioribus delictis. Item libellus non debet esse alternatiuus, aut alias incertus & obscurus.

Deliberando Super quodā pretenso inquisitionali titulo, parte venerabilis viri, domini Procuratoris fiscalis presentis curie, contra, & adversus prouidum virum Michaelem Raymūdi, in hac causa oblato, idem Michael, seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem, dicit & proponit titulum huiusmodi fuisse, & esse nullum, & ineptum, & alias talem, & taliter conceptum & formatum cui non tenetur idem Michael respondere: tum quia Dalphinales subditi, cuiusmodi est idem Michael, non possunt, nec debent ex officio curie, vel ad solius procuratoris fiscalis instantiam trahi in causam inquisitionalem, nisi in grauioribus delictis, cuiusmodi non est, nec esse potest illud pretensum delictum, si tamen delictum est, prout not. super quo curia presens nititur, & satagit contra eum inquirere: tum & quia in titulo huiusmodi non ponuntur annus, & mensis, quibus idem Michael scidisse, & cepisse pretēditur arbores quercoreas, & alias, & fustes, in mandamento dicti loci de Saletis. Nō etiam ponitur locus specialis, in quo arbores & fustes huiusmodi scidisse, & cepisse pretenditur quod tamen fieri debuisset: per ea que ponit Bartol. & docto. in. l. edita. C. de eden. Bart. in. l. item exigit. ff. de dol. & in. l. pretor edixit. in princ. ff. de iniur. & in. l. ij. §. si publico. versic. quero utrū in inquisitione. ff. de adult. post Jaco. Butri. insti. de publi. iudi. circa princi. idem voluit Sali. in. l. ea quidem. versicu. sed qui propter denuntiationes. ibi, quero quarto. C. de accusa. Ang. consil. clxxv. exordien. visis actis predictis, & alius Ang. in. §. ex maleficijs. versicu. dixi etiam in libello hoc anno, &c. insti. de actio. & in suo tracta. malefi. super verbo, de anno presenti: tum & quia dictus assertus titulus est alternatiuus: quatenus ibi dicitur eundem Michaelē scidisse, & cepisse arbores quercoreas, aut alias: & sic ratione alternationis huiusmodi est dubius, & incertus. & l. Pretor edixit. §. quod autē. & ꝙ ibi gl. ff. de iniu. Et ut dicit ibi glo. huiusmodi incertitudo nocet, & vitiat titulum: prout etiam sentit ibi Bart. dicit enim huiusmodi incertitudinē vitiare libellum. Ex quibus omnibus petit ipse Michael, seu dictus eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem, dictum pretensum titulum reijci & repelli, ac repellendum fore, & esse, ac illi respondere non teneri ordinari. Et alias ac debitam, & celerem iustitiam sibi fieri, & ministrari vestrum iudiciale officium in opportunis humiliter implorando. Premissa dicens, proponens, & fieri requirens saluo iure corrigendi, &c.

¶ Rubrica, ¶ De edendo. ¶ Consilium. ccccxxviij.

¶ Epitome.

¶ Libri rationum plene probant contra scribentem & eius heredem: pro se vero non item: sed tātum presumptionem pro eo inducunt.

Ponitur In facto, ꝙ licet nobilis Bartholomeus Vincentij pretensus creditor honorabilis quondā viri Antonij Stayhj, in summa quingentorum quinque florenorum quatuor grossorum, & viginti unius denariorū monete Auenionis currentis, & septem saumatarum annone, simulauerit summam, seu debitum huiusmodi, ac omnia universa & singula iura, omnesque & singulas actiones reales, & personales, ciuiles, & pretorias, que & quas habebat, & sibi cōpetebant contra liberos & heredes dicti quondam Antonij, se donare, cedere, & remittere prouido quondam viro Bertrādo Stayssij speciatori, & mercatori Auenionis, ipse tamen nobilis Bartholomeus habuit, & recepit de & pro debito huiusmodi a prefato Bertrando, florenos nonaginta, prout dicitur apparere in pretensis libris rationum eiusdem Bertrādi Stayssij: quorum copia expedita fuit: & tradita in ea parte prefatis heredibus ad fines recuperandi, & ab eis exigendi dictam summam quingentorum quinque florenorum quatuor grossorum viginti unius denariorum & septem saumatarum annone, de quo etiam, ut audio, testificabitur & deponet idē nobilis Bartholomeus. Preterea etiā ponitur in facto eundē quondam Bertrandum posuisse, & descripsisse diuersis temporibus, & diebus in dictis eius libris, ꝙ ipse mutuauerat, & alias

alias expediuerat, et tradiderat multas et diuersas pecunie quantitates, et res alias de quibus ibi. Quesitum est de sequentibus, et primo an libri predicti fidem faciant contra dictum Bertrandum, seu honestam mulierem Angelicam Stayssie eius filiam, et heredem. Secundo an presupposito quod illi fidem faciant contra eundem Bertrandum, vel prefatam Angelicam eius filiam, et heredem possit ipsa Angelica exigere a dictis heredibus dictos quingentos quinque florenos quatuor grossos, viginti vnum denarios, et septem saumatas annone. Tertio an dicti libri fidem faciant, pro prefato Bertrando seu Angelica eius filia et herede. ¶ Viso casu predicto: et dubiis ex eo elictis, dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout ecce. Et primo ad primum, quod libri predicti fidem faciunt contra dictum Bertrandum, et prefatam Angelicam eius heredem. l. quedam. §. nummularios. et quod ibi glo. et doct. ff. de eden. not. Bart. in. l. admonendi. versicu. circa secundum, etc. quem doct. ibi communiter sequuntur. ff. de iureiuran. Bart. in. l. nuda. ff. de dona. Anto. de Butri. et Panor. in. c. ij. de fid. instrumen. et de hoc vt dicit Jason de May. in repetit. d. l. admonendi. versic. secundo principaliter est videndum. ibi, primo casu, etc. Et si opponatur quod cum dicti pretensi libri scripti extiterint in absentia prefatorum heredum, saltem in ea parte, in qua dicitur dictum Bertrandum Stayssij dedisse, et soluisse eidem nobili Bartholomeo dictos nonaginta florenos, non debeant libri huiusmodi, seu pretensa confessio eisdem heredibus prodesse, nec nocere dicto Bertrando Stayssij seu Angelice eius heredi. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. Dico quod hoc non obstat: rationibus et motiuis positis per Bart. in. d. l. nuda. et plenius per Panor. in. d. c. ij. versi. secundo casu. ad quas remisisse sufficiat. Probatur igitur per dictum librum, quod licet dictus nobilis Bartholomeus simulauerit se donare dicto Bertrando Stayssij debitum de quo supra, idem tamen Bartholomeus dedit de et pro debito huiusmodi dictos nonaginta florenos. Ex quibus infero, dictum quondam Bertrandum non potuisse, nec hodie posse eandem Angelicam a dictis heredibus exigere, pretextu et ad causam debiti huiusmodi vltra dictos nonaginta florenos. l. fin. versic. sed et si quis. C. mand. et per hoc patet responsio ad secundum quesitum. Ad tertium quesitum dico et respondeo, quod libri predicti plene non probant pro eodem quondam Bertrando, vel dicta Angelica. l. exemplo. C. de proba. not. Bart. in. d. l. admonendi. versi. circa secundum ibi, aut continetur aliquid, etc. pro quo videatur glo. in. c. ij. de fid. instru. et in cle. j. de vsu. et quod not. Bart. in. l. nuda. C. de proba. ideo autem dixi plene, quia dicit ibi Bart. se putare, quod pro scribente, vel eius herede aliquam presumptionem inducerent, si contingerent rationes alicuius defuncti, qui fuisset bonus homo. arg. l. qui cum maior. §. fin. ff. de bonis liber. et hoc secundum eum voluit dicere text. in. l. rationes. C. de proba. vbi dicit, quod sole rationes defuncti ad probationem non sufficiunt: tamen adminiculantur, vt cum aliis inducant probationem. Et dictam opinionem Bartol. videtur sequi Anto. de Butrio, et Panormita. in. d. capitu. ij. de fide instrum. Nec opponatur aliquis, quod cum, vt predixi super primo quesito, fidem faciant contra eum, qui libros scripsit, et eius heredem, etiam fidem facere debeant pro eodem: quasi non liceat prefatis heredibus acceptare libros predictos quatenus pro eis faciunt, et eos impugnare quatenus contra: quoniam respondeo, quod hec oppositio procedere posset in capitulis connexis, non in separatis. per id quod habetur in. l. publia. §. fin. ff. de po. et quod not. Bar. in. l. Aurelius. §. idem quesiit. ff. de liber. lega. et Panor. in. c. ij. versicu. sed nunc vltra alios. de fid. instru. Et quamuis per statutum, vel consuetudinem induci possit, quod scripturis campsorum, vel mercatorum detur plena fides, quasi tales scripture tunc nitantur publica authoritate: per ea que not. Bart. et Ang. in. d. l. quedam. §. nummularios: et Bal. in. l. comparationes. C. de fid. instru. huiusmodi tamen consuetudo, si esset indiscreta, non valeret. vt not. Bald. in. l. j. C. de confes. et sequitur Panor. in. c. bone. el. ij. versicu. secus dicit si consuetudo, etc. Alex. de Jmol. et Jason de May. in. d. l. quedam. §. nummularios. Ponit exemplum Bald. et sequuntur predicti, quando consuetudo haberet quod crederetur omni scripture mercatoris, etiam pro sexlla enim non valeret cum est prona ad committendum falsum: et sic careret ratione contra id, quod habetur. iiij. distinctio. can. erit autem lex. Et quamuis huic limitationi videatur obstare. c. cum dilectus. de fid. instrumen. illud tamen non obstat: quia ibi non dicitur quod stetur scripture in fauorem scribentis. Non est igitur ad hunc trahendum sensum vt ius commune quantum fieri potest, minus ledatur.

¶ Rubri. ¶ De iure emphyteu. ¶ Consilium. cccclxxix.

¶ Epitome.

¶ Loca erema seu guasta dare in emphyteusim perpetuam, et eorum herbagia vendere non licet dominis castrorum de iure communi: etsi tamen de consuetudine vel alio speciali iure potest licere.

1 ☞ Exemplum non probat, nisi producatur originale.
2 Confirmatio ex certa scientia facta non operatur, nisi fiat a principe, vel vero domino.
3 Mandato quantumcunque generali non venit quod quis possit donare nisi exprimatur.
4 Libera ab initio, et de iure primeuo omnia erant.
5 Facta non presumuntur, nisi probentur.
Ex possessione de presenti an presumatur in preteritum.
6 Dominis locorum ex consuetudine pascua locorum eremorum vendere licet, non iure communi.
7 Possessor antiquior an et quatenus possit allegare malam fidem moderni possessoris.
8 Jure datoris resoluto, resoluitur ius acceptoris.
9 Potestas certis finibus limitata non egreditur materiam limitatam.
10 Emptor in materia. l. ij. C. de rescind. venditio. vel reddit rem emptam, vel pretium supplet, prout magis sibi expedit.
11 Datum ab eo qui dare non potest, habetur pro non dato.
12 Scientia eius contra quem prescribitur, non requiritur in prescriptione immobilium.
13 Opponere de iure tertij quatenus liceat.



Viso Et ponderato processu cause mote, agitate, et iandiu ventilate per et inter vniuersitatem et homines loci de Auseto, supplicantes, seu actores ex vna parte, et nobiles, et generosos viros Antonium, et Petrum Matharoni supplicatos, et reos ex alia: ac etiam casu mihi exhibito, et dubiis ex eo subtiliter elicitis: dico et respondeo ad dubia huiusmodi breuiter et succincte prout infra, sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sentientis. Et primo quidem ad primum, quod ille pretense confirmatio, et concessio de quibus in eo, non profuerint, nec prodesse possunt quoad victoriam obtinendam in hac causa dictis vniuersitati et hominibus: tum quia de illis non constat: ille enim magister Ludouicus Molini de Seneua, qui instrumentum parte predictorum vniuersitatis, et hominum in hac causa ad verificationem dictarum pretensarum confirmationis, et noue concessionis productum recepisse dicitur rogatus non extitit, vt de ipsis pretensis confirmatione, et noua concessione literas, vel instrumentum conficeret. Licet igitur 1 † ille pretense litere regales confirmationis, et concessionis huiusmodi, seu earum assertus tenor in instrumento inser tus extiterit, ipsum tamen instrumentum confirmationem et concessionem insertas non probat. authen. si quis in aliquo documento: et quod ibi per docto. C. de probat. de quo Canoni. in. c. cum in iure peritus. de offic. delega. Ostiens. in cap. abbate. versic. sed contra, quia videtur, etc. et ibi Panormit. versic. in glos. in ver. fiat fides, etc. de verbo. signific. Cui dicto non obstant not. per Ostien. et Joan. And. in. c. venerabilis. de confir. vti. vel inuti. quatenus ibi sentiunt aliud esse in instrumentis, et aliud in innouatione priuilegij Apostolici per Papam facta: et quod per tale priuilegium innouatum fiat probatio, si in eo, vel ipsius innouatione inseratur tenor priuilegij. Quoniam respondeo, quod hic non est sermo, an per literas innouatorias, vel confirmatorias precedentis priuilegij, et in quibus illius tenor fuit insertus, probetur ipsum priuilegium. Sed est sermo, an per illud pretensum instrumentum de quo supra, confectum non quidem de concessione priuilegij, aut de innouatione, et confirmatione illius, sed de gestis per illum quondam nobilem Guygonetum Jarente, et alios, eo tempore, quo se mitti, et induci in possessionem castri predicti de Auseto probentur pretensa priuilegia, et alia parte vniuersitatis et hominum predictorum in causa allegata, vel etiam pretensa confirmatio

matio eorundem, & aliorum noua concessio: qui casus est multum diuersus: & cui adaptari nō possunt ille rationes diuersitatis inter priuilegia, & alia instrumēta, & per Osti.
2 & alios post eum allegate in. d.c. venerabilis. tum † & quia licet confirmatio facta ex certa scientia, alias multa consueuerit operari: vt apparet per ea que not. docto. in cap. j. de transactio. & in.c.j. & d.c. venerabilis. de confirma. vtil. vel inutil. Ostien. in summa, eod. tit. §. quis sit effectus. versic. effectus autem corroboratur. & Oldrad. consil. mihi. ccvj. exordien. Factū tale est, dominus Nicolaus papa. iiij. &c. versic. & dato ꝙ defectus aliquis, &c. tamen in hoc casu vel nihil, vel parum videtur operata: vtpote non facta a principe, vel vero domino, sed a recolende memorie illustrissi. domina Maria tunc tutrice, & baiula viri principis et comitis Prouincie, & Forcalquerij: que propterea non videtur potuisse remittere, vel donare iura, vel bona princi-
3 pis: quia † in mandato quātumcunq; generale existat, etiā cum libera, non venit ꝙ possit donare, nisi exprimatur. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fi. ff. de pact. facit. l. pactum curatoris. & ꝙ ibi doct. C. eod. tit. & l. preses. cum suis similibus. C. de transact. Nisi forte quis dicat, & verius ꝙ hoc fallat in tutore regis, vel illustrium personarum: quia talis donare potest: pro eo, quia hoc cōuenit persone minoris, secundū Inno. & Ioan. And. in. c. grandi. de supplen. negli. prela. & sequitur Iason May. in. d. l. pactum curatoris. qui pro hoc allegat text. in. l. cum plures. §. penultimo. & in. l. sequen. in princip. ff. de adminis. tuto. & in. l. j. §. j. ff. de tute. & ratio distrahen. Et ideo non videtur ista vltima ratio esse multum efficax. nec videtur etiam esse multū insistendum, an dicta pretensa confirmatio dici possit surreptitia, vel obreptitia: presuppositis pro veris ijs de quibus in dicto primo quesito: quia esto ꝙ ex illo capite videtur posse impugnari cōfirmatio, si in ea apposita non esset clausula, ex certa scientia, non tamen videtur impugnari noua concessio & donatio eorū, de quibus ibi: quas vt dixi, videtur potuisse facere ipsa domina Maria. ¶ Uenio ad secūdum quesitum, super quod dico, & respondeo, ꝙ hic queritur de multis propter multitudinē iuriū, de quibus in primo quesito: sed omissis alijs, solum loquar de terra gasta, seu erema, ac iure illā apascayrandi, dandiq; ad censum, seruitium, & in emphyteusim concedendi, super quibus prefatus nobilis Antonius me magis requisiuit. Dico igitur, ꝙ licet reges, & alij domini terrarum fundent de iure communi eorum intentionem, non tamen illam fundant super singularibus rebus, & possessionibus suarū terrarū seu prouinciarum: nec super vtili dominio, nec super directo. cap. nimis. vbi per Ostien. Ioan. And. & Panor. & doct. de iureiuran. Multa enim sunt bona allodialia, &
4 a iure primeuo omnis persona, & omnis res libera est, nisi inquantum violentia illata est. §. ius autem. instit. de iure natura. & §. j. instit. de liber. not. glos. in cap. quanquam. de censib. in. vj. & ꝙ comites & domini temporales non fundēt intentionem suam de iure communi respectu proprietatis rerum existentium, & sitarum infra limites sue prouincie, seu terre, tenuit Panor. in. c. si diligenti. de prescriptio. vbi videri potest. Nec solum procedit hoc in alijs dominis temporalibus sed etiā in imperatore secundū glos. ꝙ cōmuniter sequuntur doct. in. l. bene a zenone. C. de quadrien. prescri. quamuis igitur vt dicit Oldra. consil. mihi. xix. exord. Factum tale est, quedā vniuersitas, &c. olim illustres domini reges Sicilie, comites Prouincie, & Forcalquerij habe-rent ex Imperiali priuilegio iura imperialia in Prouincia, & comitatibus huiusmodi: non tamen fundabant eorū intētionem de iure communi quoad dominia fundorum, seu rerum particulariū: vt ille in dubio cēserentur esse sue. Nec puto, quod ex hoc ꝙ hodie serenissimus domi. noster Francorum rex, eorundem comitatuū comes, seu eius curia fere in omnib' alijs oppidis, seu castris, & locis domanialibus habet ius, seu facultatē dandi terras gastas, seu eremas ad nouū accapitū, & in emphyteusim perpetuā, censendi sint illustres domini retro comites, hoc ius habuisse in dicto castro de Auseto: tum quia hoc est quid facti: &
5 † facta non presumūtur, nisi probentur. l. in bello. §. facte, ff. de capti. tū quia esto, ꝙ ex presenti possessione, seu quasi iurium, de quibus ibi, deberet presumi in preteritum quoad oppida, vilagia, seu castra, & permulta loca alia, in quibus eadem curia possessionē huiusmodi, seu quasi nūc obtinet pro eo quia status presens potest cōcurrere cū naturali veritate antecedentis status: nec habet contra se necessariam temporis preteriti veritatem: iuxta theoricam Bal. in. l. j. §. si magistratus. ff. de magistr. conuenien. & l. ex persona. C. de proba. quam approbasse videtur Fran. de Arecon. consil. xv. exordiente, reuerendissime pater, & domine, &c. tamen ex huiusmodi presenti possessione, seu quasi iurium quoad alia loca non videtur debere presumi in preteritū quoad possessionem, seu quasi eorundem iurium respectu huius oppidi de Auseto. quia ex separatis non infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. versic. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obliga. l. Papinianus exuli. ff. de minori. & l. maritus. cum suis similibus. C. de dona. inter vir. & vxo. Preterea supposito ꝙ ex hac presenti possessione, seu quasi, iurium predictorum presumi deberet in preteritum, etiam quoad dictum oppidum de Auseto, quod non credo: hoc tamen non videretur multum prodesse dictis nobilibus Antonio & Petro Matharoni: & hoc pro eo quia ipsa quondam illustris domina Maria, non solum confirmauit, sed etiam de nouo concessit, & donauit: quod videtur potuisse facere, vt predixi: quia tutrix viri illustris, & hec quoad terram eremam, seu gastam. Quo vero ad ius depascayrandi, seu locandi, vel vendendi herbagia, an istud facere possint domini locorū respondeo, quod de hoc formant questionem Pet. Anti. prouincialis in suo tracta. nume. in. iij. parte, ante finem. versic. exoritur ex ijs alia questio, vtrum dominus alicuius castri, &c. qui argumentis premissis pro vtraq; parte tandem concludendo respondet consuetudinem approbare, ꝙ domini locorum depascayrare valeant, & hoc vt dicit fortasse habet causam a preconizationibus, quas sepe faciunt fieri domini castrorum: scilicet vt nullus extraneus, auere immittat ad depascendū infra eorum territorium. Non ergo habent dominij oppi-
6 dorum † seu castrorum fundatam intentionem de iure cōmuni quoad herbagia, seu pascua, (de pascuis seu herbagijs prediorum vniuersitatis & hominum loquor) sed de consuetudine, vel forte ex alio speciali iure. Esto ergo ꝙ ex presenti possessione, seu quasi quoad pascua seu herbagia aliorum locorum presumi deberet in preteritum, non sic tamen quoad pascua huius castri loci de Auseto: quia, vt predixi, ex separatis, &c. ¶ Ad tertium quesitum dico, & respondeo, ꝙ cum dicta vniuersitas habuerit titulum quoad iura predicta, ipsa dici debuit bone fidei possessor etiam si titulus non fuisset verus, sed putatiuus, etiam errore iniusto. l. igitur. §. penultimo. ff. de libera. caus. not. Bar. in. l. Celsus. versic. requiritur etiam bonafides. ff. de vsuca. idem Panor. in. d. c. si diligenti. & subiungit vterq; idem esse de quolibet possidēte, nisi alius possessor antiquior appareat: ille enim dicere potest, quod tuum nō erat, debebas scire ad alium pertinere. l. fi. C. vnde vi. Et quod
7 dixi † antiquiorem possessorem posse allegare malam fidē moderni possessoris, procedit secundū Bar. in. l. fi. in fi. C. vnde vi. si hoc faciat infra triginta annos, nō si postea. per tex. illius. l. fi. Nam presumptio malefidei cōtra ingredientem possessionem sine titulo, tollitur per cursum triginta annorum: & ex tunc presumitur illū retrofuisse bonefidei. dicit etiam Pan. vbi supra referēs Inno. ꝙ licet possidēs contra ius non presumatur bonefidei, hoc tamē non procedit si sit possessio longi temporis: vel pluribus rationibus fuerit acquisita. pro quo adducit. c. cū ecclesia Sutrina. de cau. posses. & propri. & c. ad decimas. de resti. spolia. in. vj. in verbo aliquandiu. videtur igitur dicta vniuersitas propter titulos, de quibus in casu, fuisse bonefidei, quod maxime procedit si fuerit in possessione per tēpus de quo in eius articulis. quod videre non potui: cum non viderim depositiones testium. Nec ijs obstāt preconizationes, de quibus in quesito: quia non videntur iura regia vsurpasse: & sic venisse contra preconizationes: & presertim quoad terram eremam, seu gastam, & pascayragia pro quibus princeps non fundat intentionem suam de iure communi: nec alias apparent spectasse principi. ¶ Ad quartum venio, super quo multa dici possent, sed breuiter expediendo dico, & respondeo ꝙ per resolutionem illius permutationis olim facte per & inter dictam quondam illustrem do. Mariam, & notabilem Guygonetum Jarente fuerunt resolute ille pretense confirmatio, & noua cōcessio,
8 per eum facte: quia † resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris. c. j. §. fi. & quod ibi gl. & doc. de cōtrouer. inuestit. ca. j. §. rursus. & quod ibi glos. & doct. quib. mo. feu. amit. quod etiam voluit Oldra. con. mihi. xxv. exord. circa propositam questionē an dñs noster Papa, &c. & cons. ciiij. vbi

expresse voluit, quod resoluto iure illustris quondam domini Tholosani, & comitatus Venaysini, qui priuilegiasse dicebatur comitatenses, resolutum erat priuilegium eorundem. Pro quo allegat. l. lex vectigali predio. ff. de pign. & l. iiij. §. sed & Marcellus. ff. de in diem addict. Nec opponat aliquis de eo, quod habetur in. l. his solis. C. de reuo. dona. vbi habetur, quod licet mater possit propter ingratitudinem filij reuocare donationem sibi factam, si tamen idem filius aliquid de bonis sibi donatis alienauerit, non potest eadem mater bona huiusmodi reuocare. Nec etiam opponat de eo quod Bald. ponit in. d. §. fin. versic. pone ergo de controuer. inuesti. vbi dicit, quod si dederis mihi vsumfructum in re tua, & deinde maleficium commiseris, propter quod deportatus es, vel in metallum damnatus, non per hoc perdo vsumfructum. Quoniam respondeo, quod illa procedunt in casu, in quo ius acceptoris non habet successiuam dependentiam a iure datoris: sed in eo quod primo instanti perfectum est: hic autem loquimur in iure quod habet successiuam dependentiam loquimur enim de pretenso iure ortum habente a contractu inito per vassallum de rebus, vel iure rerum feudalium, quod propterea durare non debuit, nisi quandiu durauit ius concedentis. c. j. & quod ibi Bal. de aliena. feu. l. peto. §. predium. ff. de leg. ij. & quod not. in l. cum pater. in princip. eo. tit. & facit. d. l. lex vectiga-
9 li. quia † potestas certis finibus limitata, non egreditur materiam limitatam. l. vxor patrui. C. de lega. & l. qui tabernas. cum suis similibus. ff. de contrah. emptio. Etiam nec obstat, quod not. Bart. in. d. l. iiij. §. sed & Marcellus. vbi videtur voluisse distinguere inter resolutionem que fit ex necessitate precedentis contractus, & ad quam tenetur ius datoris, & eam, que fit ex voluntate eiusdem. vbi vult in primo casu, quod resoluto iure datoris, resoluitur, &c. in secundo non. Et hinc dicit, quod si in venditione fuerim deceptus vltra dimidiam iusti pretij, & deinde post factam venditionem emptor rem venditam pignori dederit, vel hypothecauerit, & postea contingat me rem huiusmodi recuperare remedio. l. ij. C. de rescin. ven. vendi. non propterea soluitur hypotheca, seu pignus interim ab emptore contractum: cuius illam reddit rationem, quod emptor non re-
10 stituit eam † temptam ex necessitate: pro eo quia sibi licebat supplere iustum pretium, & rem retinere. d. l. ij. & c. penult. cum suis similibus. de emptio. & venditio. Ex quibus videtur sensisse Bart. quod in casu nostro propter resolutionem dicte permutationis dici non debeant passim & indistincte resolute dicte pretense confirmatio & concessio, sed solum eo casu, quo facte essent ex necessitate precedentis contractus, vel saltem non ex voluntate dicti quondam nobilis Guygoneti. Quoniam respondeo, quod Bartol. non loquitur in feudalibus, sed in alijs rebus: hic autem est sermo de feudalibus: quo casu siue transferat vassallus rem feudalem, per contractum feudalem, siue per alium contractum licitum, tamen resoluto iure datoris regulariter resoluitur ius acceptoris. vt apparet ex predictis. de quo plene per Alua. & Prepo. in. d. c. fi. de cotrouer. inuestit. & dicit idem Prepo. in. d. §. rursus. qui. mo. feu. admitt. quod vassallus potest refutare feudum in preiudicium iuris iam alteri quesiti, quod licet videatur esse contra debitum rationis. arg. l. si partem. in fi. ff. quemadmo. seruit. amittat. hoc tamen ideo est, quia ista facultas a principio inerat. c. j. de vassa. qui cont. consti. Lot. feud. alie. vnde hoc scire debuit ille, qui cum vassallo contraxit: & ideo sibi imputet. l. qui cum alio in princ. ff. de regu. iur. & l. si quis domum. §. j. ff. loca. Et ita primo senseram, sed postea plenius reuoluta materia, & visis his, que not. Petr. Iacob. in suis libellis, sub rub. de actio. in rem pro re emphy. que ceci. in commis. ver. item est notandum. vsque ad versi. sed si res peruenerit, &c. inclusiue & post Pet. in. l. iij. ff. de serui. titu. generali. Ioan. Rayn. in. l. imperialem. §. habito in materia secundi notabilis, versic. quero an vassallus possit imponere, &c. de prohi. feu. aliena. per Frede. existimo quod hic sit videndum an tempore reuocationis dicte permutationis, castrum predictum redierit ad do. comitem prouincie, & Forcalquerij tanquam ad dominum feudi, vel alio iure, & quo, vt si tanquam ad dominum reuersum sit, verum sit quod dixi, scilicet, quod per resolutionem iuris ipsius nobilis Guygoneti, censeantur resolute confirmatio & concessio per eum facte. Si vero non tanquam ad dominum, sed alio iure redierit, tunc est locus illi distinct. quam posuit Bar. in. d. §. sed si Marcellus. Et plenius in. l. in diem. ff. de aq. plu. arcen. ¶ Venio ad quintum, super quo dico imprimis non vidisse, nec recepisse instrumentum adepte possessionis dicti castri de Auseto per nobilem Franciscum de Arcussia: & sic non vidisse, nec videre potuisse confirmationem priuilegiorum, & aliorum dationem, seu nouam confirmationem: per eum factas, sed solum vidi ea, que facta extiterunt per nobilem Ludouicum eius filium, vel nepotem. Et sic intelligere non potui quo tempore fuerit adepta possessio: nec que per ipsum Franciscum concessa extiterint. Dico insuper quod licet per ipsum, & Ludouicum filium, vel nepotem concessa non preiudicauerint ab initio curie, vt pote facta ab his que facere
11 non poterant: quia † pro non dato habetur, quod ab eo datum est, qui dare non potuit. c. quod autem de iure patronatus. & c. daybertum. j. q. vij. & nemo plus iuris, &c. l. traditio cum suis similibus. ff. de acqui. rer. domin. tamen ista potuerunt postea preiudicare ipsi curie, si cum vel eo titulo, vel illis titulis fuerint vniuersitas & homines in possessione, seu quasi iurium concessorum per tempus requisitum ad prescriptionem: ratione enim tituli, vt predixi, & possessionis, que fortasse fuit longissima potuerunt illa iura prescribere: per iura vulgaria: nec multum obesse videtur hoc casu, scilicet presupposita possessione longissima, quod opponitur de absentia dominorum: & hoc siue intelligatur de absentia illorum de Arcussia qui hec fecerant, & sic contrauenire non poterant: siue de absentia dominorum comitum verorum dominorum eiusdem castri: & hoc siue loquamur quoad prescriptionem immobilium, siue quoad prescri-
12 ptionem iurium. Quo enim ad prescriptionem † immobilium non requiritur scientia eius, contra quem prescribitur: & hoc certum. l. si. in fin. C. de prescrip. long. tempo. Et idem est de prescriptione iurium quando ille qui prescripsisse pretenditur, habet titulum, vel longissimo tempore fuit in possessione, seu quasi huiusmodi iuramenti: per ea que post Pet. alicubi voluit. Cy. in. l. ij. C. de seruitu. quod etiam ibi sequitur Pau. de Castr. in. l. seruitutes. la. ij. ff. de serui. & Bartho. Veron. in suo tracta. de serui. sub rub. quot sunt neces. ad inducen. prescrip. versic. quartum quod requiritur, &c. Ex quibus sequitur non esse multum necessariam disputationem super validitate vel inualiditate confirmationis facte per dictum nobilem Antonium, de qua queritur in vj. quesito. Quia supposita prescriptione, illa non erat necessaria: per ea que not. Cy. & Paul. de Ca. in. l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccle. nisi quis dicere vellet, quod aduersus dictam prescriptionem peti poterat restitutio in integrum: per ea que ponit Alex. de Imol. in. l. cum filius. §. in hac. ff. de verbo. oblig. & consil. xxj. exord. videtur prima consideratione, &c. & consi. lxxxiij. exordien. in causa vertente inter cameram illustrissimi, &c. de quo moderni, & presertim Iason de May. in. l. ij. C. de iur. emphy. Et hoc mihi placeret, si in predictis habuissent domini comites intentionem fundatam de iure communi, vel si probatum esset, aut probari posset quod illa aliquando spectassent eisdem do. Comitibus vt sic opus non esset nisi rescissione prescriptionis: sed quia aliter sensi superius, ego hic subsisto. ¶ Venio ad septimum quesitum, super quo videtur prima facie eosdem nobiles Antonium & Petrum se posse defendere, & tueri aduersus vniuersitatem, & homines prefatos virtute noue infeudationis, de qua ibi: quia licet quis regulariter se tueri aut defendere non valeat op-
13 ponendo de † iure tertij, a quo nullum ius habet. l. loci corpus. §. competit. ff. si serui. vendi. l. si prior. §. si simpliciter. ff. qui potio. in pigno. habean. & quod not. in. l. ij. ff. si ager vectig. vel emphyteu. pet. facit. l. his consequenter. §. j. ff. famil. ercis. secus tamen est, vbi ille qui de hoc iure opponit, ius habet ab illo tertio: vt hic: eo enim casu potest quis opponere de iure tertij, a quo causam, vel titulum habet. vt not. Pau. de ca. in. l. cum seruum. C. de seruis fugi. videntur igitur ipsi nobiles Matharoni posse ex persona regia opponere de his, de quibus opponere poterat serenissimus dominus noster rex: & eo maxime, quia tempore confirmationis dictorum pretensorum priuilegiorum, &c. extimabant illos de Arcussia fuisse dominos, saltem vtiles, dicti Castri de Auseto. quod tamen non est verum: sed fuerunt regij creditores, & illud tenuerunt, aut tenere debuerunt iure pignoris. Et ita videtur dictus nobilis Antonius dominus errasse in confirmando. Hunc autem error non astruit consensus: quia nihil tam, &c. Nec videntur ipsi nobiles Matharoni repellendi ab huiusmodi oppositione, quasi confessi videantur illos de Arcussia, a quibus cau-

sam hab.

sam habet fuisse dominos: quia istud non est verum per id quod no. Angel. in l. j. ff. de publi. ⁊ doct. magis cōmuniter in l. cū res. C. si res alie. pigno. da. sit. Illa etiā confirmatio nō debuit extendi ad causas incognitas. per id quod not. Bar. in l. Aurelio. §. Caius. vers. pro declaratione. ff. de liber. lega. Nec videtur obstare ꝙ in ea interuenerit iuramētum: quia iuramentū obligationē nō auget, sed ei infra suos limites manēti, addit religionis vinculū. per id quod not. Osti. ⁊ doct. in c. veniēs. de iureiur. ⁊ Oldr. cons. clxxxvij. exordien. Cū mulier donatrix, ⁊c. ⁊ Bald. in l. fi. C. de non nume. pecu. Etiā ille eedē cōditiones subaudiūtur in iuramēto, que intelligebātur in cōuētione. d. l. fi. cū suis simili. Preterea in iuramēto subintelligitur, si res in eodē statu permāserit. c. nec quis. xxij. q. ij. De quo glo. in c. quēadmodū. de iureiur. Sed cōtra eos facere videtur. l. si a Titio. ff. de rei vendic. vbi habetur, ꝙ si nō dominus mihi vēdat, ⁊ tradat rē alterius, ⁊ deinde cōtingat venditorē dño succedere, ⁊ deinde eandē rē vēdere alteri, ego ero potior: quia per illam successionē confirmatū est ius meū. Esto igitur ꝙ tēpore facte confirmationis, de qua supra ipsi nobiles Matharoni nō fuissent dñi, ⁊ propterea cōfirmare, aut cōcedere priuilegia nō potuerunt, si tamen hoc fecerint, ⁊ deinde acquisierint ius a vero dño, videtur per acquisitionē huiusmodi cōfirmatio validata. Preterea esto, ꝙ hec confirmatio non obesset, adhuc est quod refragetur, scz. prescriptio, de qua predixi: imo magis aliud, scz ꝙ non habeant intentionē fundatam, ⁊c. De quo etiā predixi. Dictus etiā nobilis Antonius nō solum cōfirmauit priuilegia, libertates, vsus ⁊ cōsuetudines laudabiles dictis hominibus de Auseto retroactis tēporibus cōcessas, ⁊ cōcessa, sed etiam alias quibus ipsi homines vti, potiri, ⁊ gaudere erāt soliti, ⁊ de quibus erāt in possessione, seu quasi. Et hoc operatur illud relatiuū quibus, positū in dictis verbis cū copula ⁊, quod vt dicūt doct. stat nō restrictiue, sed augmētatiue, scđ3 doctrinā Bart. quā doct. ibi sequuntur in l. j. C. de sum. trini. ⁊ fid. cat.

Rubr. ¶ Ad Tert. de tutel. ⁊ de testa. ¶ Consil. ccccxxx.

¶ Epitome.

¶ Ut in collectaneis.

1 ☞ Mater ⁊ sorores succedunt filio abintestato equis portionibus.
2 Filia dotāda de bonis proprijs patris, nō de cōmunibus.
3 Tutor debet reddere rationē de per eum gestis ⁊ administratis: qua reddita perpēdetur an ei debeatur salariū, vel ne.
4 Pater potest testari inter liberos corā duobus testibus: ⁊ eos inuicem substituere: non tamen extraneum.



Casu viso mihi exhibito, exor. Thomas Desiderij ciuis Tricastrineñ. ⁊c. ⁊ dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico ⁊ respondeo breuiter, ⁊ succincte ad p̄dicta dubia prout ecce. Et primo ad primum dico, supposito ꝙ substitutio de qua in casu, non valuerit, ꝙ mater ⁊ due sorores defuncti iuuenis Thome Desiderij eidē Thome abintestato vita
1 † functo, successerunt equis portionibus, quilibet, videlicet pro triēte, seu tertia parte ita ꝙ mater habere debet tertiā partē, ⁊ quelibet ex dictis sororibus aliā tertiā partē. auth. defuncto. versi. sed si cōparentibus. C. ad Tertul. ⁊ in corpore vnde sumitur: ⁊ poterūt prefate mater, ⁊ sorores eiusdē quondā Thome agere, ⁊ experiri iudicio diuisorio contra dictū patruū, ⁊ petere bona que inter eos cōmunia existūt diuidi. Sed vt fiat petitio seu libellus opportunus expedit scire quo iure fuerunt, ⁊ sint bona huiusmodi communia: alias nō potest libellus recte cōcipi. Ad secundū dico, ⁊ respōdeo ꝙ quatenus reperirētur dotes, ⁊ vestes de quibus ibi, solute de bonis cōmunibus inter patrē predictorū Thome, ⁊ sororū, ⁊ prefatū patruū, consonū esset rationi, ꝙ idē patruus compēsaretur pro dimidia parte: quia dicte sorores
2 dotari debuerūt, nō quidē de bonis † cōmunibus, sed de bonis proprijs earū patris. per id quod voluit Specu. tit. de iudic. §. sequitur videre. versi. quid si vnus ex fratribus, hoc idē tenuit Bald. in l. fin. C. de do. promis. idē Bal. auth. ex testamēto. C. de collat. de quo plene per Alex. de Imo. cōs. mihi. cxiiij. exord. Videtur circa cōsultationē premissam. Quod intelligo nisi prefati patruus, ⁊ pater Thome ⁊ sororū fuissent adeo socij, ꝙ per expressa capitula societatis licuisset dotare filias vnius de bonis cōmunibus. l. si socius pro filia. ff. pro socio. Et sic oportuisset ꝙ societas omniū bonorū fuisset expressa cōtracta cū hoc, ꝙ onus dotādi esset cōmune. d. l. si socius pro filia. prout plenius prosequitur Alex. vbi supra. ¶ Uenio ad tertiū, super quo dico, ꝙ super hoc articulo, an videlicet salariū cōstitui debeat tutori, ⁊ presertim ad sui postulationē, sunt varij modi dicēdi: prout colligitur ex ijs que not. glo. ⁊ quod ibi Bar. in l. in eos. ff. de tutel. ⁊ l. j. §. penult. ff. mand. Joan. de Ana. in c. qualiter ⁊ quando. el. ij. §. licet. versic. vltimo dixi, ⁊c. de accusat. Bar. in l. tutoribus. §. principalibus. ff. de admi. tut. Ang. Are. in §. actionum. in materia tutele. versic. vltimo scire debes, ⁊c. Instit. de actio. ⁊ in §. sed ⁊ propter paupertatē. Institu. de excusat. tuto. ⁊ Paul. de Castr. consil. cxl. exord. Ad bene examinandū, ⁊c. versi. super sexto dicēdum est, ⁊c. qui tamē loquūtur eo casu, quo ab initio, vel durāte tutela petijt tutor salariū statui, aut decerni: qui non videtur esse casus noster. pro eo quia tutela prefati quondā Thome fuit finita etiā anteꝙ moreretur. Propter ꝙ dicto articulo aliter pro nūc nō examinato, ⁊ eo omisso, dico ꝙ pre-
3 fatus patruus olim † tutor tenetur reddere rationē de per eū administratis: in qua describet expensam per eū factā, ⁊ dietas, si quas ipse, vel filius eius in cultura bonorum fecerunt, aut in recollectione fructuum. Reddet etiā rationem de fructibus: ⁊ ratione reddita facilius perpēdi poterit an salariū fuerit, vel sit eidē exsoluendū. ¶ Ad vltimū dico, ⁊ respōdeo ꝙ licet Joānes Desiderij pater quondam
4 dictorū Thome, ⁊ sororū testari potuerit inter liberos † in presentia triū, aut duorū testiū. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. ipse tamen nō potuit in dicto testamento substituere prefatum eius fratrē. vt voluit Bart. ⁊ post eū alij in l. j. ff. de vulga. vbi etiam Alex. de Imo. ff. de vulgari ⁊ pupil. Salic. in l. si testamēto. C. de impu. ⁊ Joan. de Imo. in c. Raynutius. in materia pupillaris. de testa. Et hoc nō habet dubiū: quamuis secus esset secundum Bar. Alexan. de Imo. ⁊ alios scribentes, vbi dictus testator eidem Thome substituisset dictas eius sorores: que erāt de liberis testatoris. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De substi. ⁊ de testamen. ¶ Consilium. ccccxxxi.

¶ Epitome.

¶ Ut in collectaneis.

1 ☞ Mater ⁊ filia in testamento substitute, simul admittuntur, ⁊ non ordine successiuo.
2 Testamentum valet quādo septem testes rogati, ⁊ alia solennia interuenerunt.
Filia in legitima grauari non potest.
3 Mulier binuba potest secundum eius virum heredē instituere: dum tamen ei plus nō relinquat, quā vni ex liberis.
4 Fructus percipiens ⁊ possidens soluit census annuos pro re debitos.



Uisis Testamentis prouidorū virorū quondā, ⁊ honestarū mulierum Joānis Constantij, ac Stephani ⁊ Joannete eius filij ⁊ filie, ⁊ Garcenete dicte Joannete ⁊ Joannis Prepositi filie naturalis ⁊ legitime, viso insuper casu mihi exhibito exordien. Joannes Constantij, ⁊c. ⁊ dubijs ex casu huiusmodi subtiliter elicitis, dico ⁊ respōdeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo quidem ad primum ⁊ tertium dico, ⁊ respondeo prout, ⁊ quemadmodū egregius ⁊ spectabilis vir do. Guilielmus Maynerij do. ⁊ preceptor meus. Quo vero ad secundum quesitum dico ꝙ super hoc sunt opiniōes: ex doctrina enim Bart. in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ⁊ posthu. colligitur, ꝙ licet prefatus quondam Joannes Constantij primus testator eidē Stephano eius filio si sine liberis, ⁊c. ab humanis decederet,
1 substituerit dictam Joannetā eius filiam, ⁊ suos, ipse tamen Joanneta ⁊ Garceneta censeantur inuitate ordine successiuo. Primo videlicet dicta Joanneta filia, vtpote, magis dilecta per ipsum Joannem testatorem: ac demum ⁊ post ipsius Joannete mortem eandem Garcenetam, ⁊ secundum hanc opinionem consuluit idem spectabilis do. Guilielmus. Ex doctrina autem aliorum docto. ⁊ que videtur hodie magis communis, colligitur ꝙ in hoc casu fa-

cte substitutionis per dictum quondam Joannem Constantij testatorem, & in vim eiusdem substitutionis simul succedere debuerint quelibet videlicet pro dimidia parte prefate Joanneta & Garceneta, post mortem Stephani fratris, & auunculi: per id quod habetur in c. Raynutius. & q ibi per Joan. de Imol. de testa. de quo per eundem Joan. & alios modernos in d. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthu. & sensit Joan. de Imol. in l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. secundum quorum opinionem si vera est, debent ipsa Garceneta mortuo Stephano eius auunculo, habere dimidiam partem eorum, que veniebant restituenda in vim substitutionis facte eidem Stephano de prefata Joanneta, & suis: & esto citra preiudicium veritatis, quod eadem Garceneta videretur per verbum, & suos, inuitata ordine successiuo, & substituta dicte Joanne te eius matri, post tamen eius mortem: illud saltem certū est, q cum eadem Joanneta vita functa sit, & decesserit ante dictam Garcenetam, eidem Garcenete reddi, & restitui debuit id, quod habuit de bonis & hereditate dicti quondam Joan. Constantij in vim substitutionis, de qua supra: nullis quartis deductis: & quidem non legitima: quia nulla eidem Joannete competebat in bonis prefati quondam Stephani eius fratris: non etiam trebellianica: quia cum illa detracta extiterit ex persona eiusdem quondam Stephani, illa nō venit vlterius detrahenda. l. i. §. penul. ff. ad Trebel. Quod dixi de legitima non detrahenda, intelligo quoad bona, in quibus idem Stephanus extitit heres institutus: quia non nego quin eadem Joanneta habere debuerit legitimam in bonis prefati quondam Joannis eius patris: & que, vt clarissime ostendit dictus do. Guilielmus, ascendit ad duas vncias, seu sextam partem omnium bonorum eiusdem quondam Joānis. Propter dictam tamen substitutionem factam de eadem Garceneta per verbum, & suos, non potuit ipsa Garceneta nec potest eius heres aliquid petere in bonis prefatorū Stephani & Joannete aliunde quesitis, quam ex prefato quondam Joanne testatore eorum patre: quia illa non veniebant in restitutione fideicommissi. l. cum heredi. §. cum filie. ff. de vulga. & pupil. Et per hoc patet responsio ad primum quesitum ex ijs que subiunguntur post allegationes prefati domini Guilielmi. ¶ Ad aliud vero quesitum, quo queritur an testamentum eiusdem quondam Joannete validum existat, tute respondere non valeo: pro eo quia illud non habeo ex integro, nec videre potui an in eo interuenerit sufficiens testium numerus, & alia pro solen-
2 nitate requisita. Puto tamen † q si septem testes interuenerint, & rogati, & fuerint alia obseruata, que obseruari debuerunt, illud valuit. Est tamen verum, q si ille due zone argentee per eandem Joannetam dicte Garcenete eius filie relicte iure institutionis, non ascendant ad legitimam, que est tertia pars bonorum eiusdem Joānete, authen. de trien. & semis. §. j. & transumptiue in authent. nouissima. C. de inoff. test. ipsa Garceneta potuisset, & hodie possunt eius heredes agere ad supplementum eiusdem legitime. l. omnimodo. C. eod. tit. quia in illa grauari non potuit. d. l. omnimodo. l. que nuper. & l. quoniam prioribus. eodem titu. ¶ Ad aliud quesitum, quo queritur an testamentum factum per dictam Garcenetam sit validum, in quo heredes equis portionibus instituisse dicitur Joannem Girardi, eius filium naturalem, & legitimum ex primo marito: & prouidum virum Petrum Ponceti eius secundum virum: respondeo q sic, in eo enim interuenit sufficiens testium numerus, & alie iuris solennitates. Nec
3 est de iure prohibitum † quominus vxor etiam binuba heredem instituat eius secundum virum cum effectu: duntamen non plus sibi relinquat, quam vni ex liberis primi matrimonij, illi videlicet cui minus: quando sunt plures. l. hac edictali. C. de secund. nup. quod hic non fecit. cum & filium ex primo matrimonio, & hunc secūdum virum equis portionibus heredes instituerit. ¶ Ad aliud quesitū quo queritur, an idem Ponceti teneatur soluere arreyragia censuum, & seruitiorum debita pro annis, & solutionibus que fieri debuerunt durante matrimonio inter eosdem Ponceti & Garcenetam, dico & respondeo, q cū bona super quibus debentur census, & seruitia huiusmodi essent dotalia, & ipse Ponceti fructus percepit, ipse debet soluere arreyragia: q2 tenebatur soluere huiusmodi cen-
4 sus, & seruitia. Ille † enim qui fructus percepit & possidet soluere debet tales cēsus. pro quo allegasse sufficiat quod habetur in l. neq3. & quod ibi Bart. Alex. de Imo. & doct. C. de impen. in reb. dot. fact. per Bar. in l. Lucius Paulus. §. idē respondit. el. ij. ff. ad municip. de quo per doct. in l. j. C. de mu. & in quo loco. mu. li. x. ¶ Ad aliud quo queritur, an possit repetere a dicto Joanne Girardi ad recuperationē eorū, que soluit pro debitis, & exequijs dicte quondam Joannete: dico q non. de ijs enim agendum est cōtra heredes Joānete, cuiusmodi non est idem Girardi. Quo vero ad animalia per ipsum Ponceti, & suypius nomine acquisita, respondeo q illa sibi pertinent insolidū. Et hoc non habet dubium. ¶ Ad aliud, quo queritur de stipendijs seruitorum, & de fructibus, quos idem Ponceti dicitur seminasse: dico me non posse pro nūc plene respondere propter accelerationē huius hominis, & alias occupationes. Existimo tamen quod cum, vt audio, matrimoniū eorundē Ponceti & Garcenete durauerit decē vel vndecim annis, & duob⁹ mēsibus, vel circa, & fuerit matrimoniū cōtractum, & nuptie celebrate circa festum natalis Domini, & si fundi fuerint pleni traditi, vt verbi gratia, terre culte, & seminate, quorum fructus idem Ponceti habuit, debebant de fructibus nunc pēdentibus detrahi expense, quas eadem Garceneta fecerat pro cultura & semine ante dictū matrimonium. De eis etiam detrahi debebunt expense facte pro cultura, & semine per eundem Ponceti: & detractis huiusmodi expensis id, quod supererit debebit diuidi hoc modo: quia idem Ponceti tāquam quondam maritus de duodecim mensuris habebit duas, & sic sextam partem: residuum vero diuidetur equis portionibus inter eum, & dictum Joannem Girardi tanquam heredes prefate Garcenete. Que dico in cursu & salua plenius deliberatione, nisi partes cōuenerint. Non enim occurrit tēpus quo videre valuerim ea, que habētur per gl. & doct. in l. de diuisione. l. si ante. l. fructus. & l. diuortio. in princi. ff. solut. matrimonio.

¶ Rub. De pact. inter empt. & vend. ¶ Consil. cccccxxxij.

¶ Epitome.

¶ Contractus venditionis non ideo dicitur Feneratiti⁹ aut in fraudem vsurarum celebratus, q in eo appositū fuerit pactum de retrouendendo: dum tamen alias iusto pretio venditio facta fuerit: item q reemens non debet rem reemptam infra. xx. annos alteri vēdere irrequisito primo emptore: alias ei teneretur ad interesse.



SI Venditio que facta fuisse dicitur venerabili viro do. Bartholomeo Bonoti, & Joāni eius fratri, per Catherinā, & Guilielmū Dauidis matrē & filium, de quibusdā prato, & terra contiguis, facta fuerit iusto pretio, illa ex eo presumi non debet fuisse cōtractus feneratitius, vel in fraudē vsurarū celebratus, quod prefatus do. Bartholomeus suo & dicti Joānis nominibus pactū fecit ipsi Guilielmo Dauidis, suo & dicte Catherine eius matris nominibus, stipulāti, et acceptāti de retrouēdēdo pratū, & terrā huiusmodi pretio de quo in instrumēto: quinimo fuit vēditio, seu cōtractus huiusmodi approbat⁹, & licitus. l. ij. C. de pact. int. empto. & vend. no. Archi. in c. plerics. xiiij. q. iij. Pan. & doct. in c. ad nostrā. de empt. & vend. pro quo etiā facit secundū Pan. d. c. ad nostrā. vbi nō solū pōderatur pactū de retrouendēdo, sed etiā pōderatur, q nō licebat vēditori, nisi post certū tēpus: & sic posset interim pretensus emptor fructus lucrari. Debet igitur dictus cōtractus obseruari, nec tenētur ipsi do. Bartholomeus & Joānes pratū & terras predictas reuendere nisi iuxta formā pacti de retrouendēdo: & caueant sibi prefati Catherina & Guiliel. ne alteri vendāt infra. xx. annos: q2 cū ipsi teneātur preferre eosdē d. Bartholomeū, & Joannē quibuscunq3 alijs, ipsi venirēt cōtra cōuentionē & pactū, si alteri venderēt, & traderent. Et ob hoc tenerentur eis ad interesse: per ea que habētur in l. fi. & quod ibi gl. & docto. C. de pact. inter empto. & vendit. de quo etiam per Barto. & alios in l. ea lege. C. de condi. ob causam.

¶ Rubri. ¶ De seruitutibus. ¶ Consilium. cccccxxxiij.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo collectaneo.

1 ¶ Possessio seu quasi alicuius seruitutis nō potest acquiri in meo predio me ignorante: cum in talibus possessio procedat ex patientia domini predij.

2 Ex separatis non infertur.



Licet Testes pducti ꝛ examinati par te prouidorum virorum Joannis ꝛ Antonij Auandi de Mornasio, videantur deponere, pro ꝛ in fauorem intentionis eorundem Auandi, ꝛ cõtra prouidum virum Michaelem Raymundi, eorum tamen depositio non videtur obfuisse, vel obesse eidem Michaeli, nec suffragari dictis Joanni ꝛ Antonio: pro eo quia quamuis testes huiusmodi aliquid testificentur, vel deponant super pretensa immissione, ꝛ depastione animalium facta in prato, in actis cause huius plenius mentionato, illi tamen nihil deponunt de scientia eiusdẽ Michaelis: sine qua tamen acquiri non potuit possessio,
1 seu † quasi immittendi, ꝛ depascendi animalia in ipso prato. l. ij. C. de serui. ꝛ aqua. cuius illa est ratio, quia in talibus possessio, seu quasi procedit ex patientia domini predij. l. quoties. la. ij. ꝛ quod ibi Bartol. ꝛ doct. ff. de seruitu. not. Bal. in. d. l. ij. in. iiij. oppo. C. de serui. ꝛ aqua. sed ignorans non dicitur pati: ꝛ ideo ignorante domino predij nõ potest quis in eo acquirere possessionem, seu quasi alicuius seruitutis. per dictam. l. ij. ꝛ quod ibi per omnes doct. de quo Joan. Fa. Angel. Are. ꝛ alij in. §. eque. institu. de actio. Preterea depositiones dictorum pretensorum testium etiam alia ratione non officiunt, vel nocent eidem Michaeli, nec suffragantur dictis eius aduersarijs: pro eo quia quicquid deposuerint, vel dixerint testes predicti de immissione ꝛ depastione animalium quorundam particularium loci mornasij nihil tamen deposuerunt, vel dixerunt de immistione, ꝛ depastione animalium dictorũ aduersariorum: ꝛ sic non est probata eorum pretensa defensio, quatenus concernit pretensam possessionem eorundẽ: quia isti aduersarij ꝛ alij de quibus deponunt testes, sunt diuersi homines, ex quorum propterea pretensa possessione, seu quasi etiam si illa probaretur, prout non probatur, non inferretur pretensa quasi possessio horum aduersario
2 rum: quia ex separatis † non infertur. l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. inter stipulationem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia, ꝛc. ff. de verbo. obliga. ꝛ. l. si maritus. C. de dona. inter vir. ꝛ vxo. Nec dicat aliquis, ꝙ nonnulli ex dictis pretensis testibus deposuerunt, ꝛ dixerunt se vidisse omnes pastores, seu custodes animalium immittentes animalia, ꝛc. in prato de quo supra, ꝛ in alijs post primum femum leuatum: quoniam respondeo, ꝙ hoc non obstat, ꝛ maxime ratione: quia non apparet, quod his temporibus, de quibus illi pretensi testes deponere nituntur ipsi aduersarij haberent animalia, aut bubulcos, quod tamẽ erat necessarium arg. c. si. de prescrip. Nec etiam dicat aliquis, quod in vim pretense consuetudinis possunt ipsi aduersarij, ꝛ alij, eorum animalia immittere, ꝛ immissa depascere in dictis pratis post leuatam primam herbam, quoniam respondeo huiusmodi pretensam consuetudinem non fuisse probatam: quinimo nec propositam. vt plene colligi potest ex forma oppositionis facte per dictos aduersarios, in qua deducta non fuerunt ea, que requiruntur ad introductionem consuetudinis. de quibus per omnes. c. fin. de consue. per Bar. ꝛ alios in. l. de quibus. ff. eod. tit. per Alber. C. que sit long. consuetu. super rub. per Cy. ꝛ alios in. l. j. C. eod. tit. Possent ꝛ alia multa induci: sed quia premissa sufficiunt, ego vlterius non insisto.

¶ Rubrica, ¶ De arbitris. ¶ Consilium. cccc xxxiiij. ¶ Epitome.

¶ Vt in primo collectaneo.

1 ¶ Conuentio etiam iurata de stando laudo arbitratoris, habet tacitam conditionem, si eque arbitratus extiteris. Idem de renuntiatione non recurrendi ad arbitrium boni viri. 2.
3 Iuramentum obligationi intra fines suos manenti addit religionis vinculum: nec eam auget: nec in his obligat, in quibus iurans nec cogitauit, nec consensit.
4 Intellectus. l. non solum. §. fin. ꝛ l. siquis rationes. ff. de libera. lega.



1 Etiam † Si iuratũ sit de stando laudo, seu dicto, aut mandato arbitratoris nihilominus tamen peti potest eius arbitrium seu laudum reduci ad arbitrium boni viri, si fuerit iniquum. vt voluit Inno. Ostien. Joan. Andr. ꝛ doct. cõmuniter in. c. quintauallis. de iureiur. Inno. videlicet super verbo, iuramentum. versicu. nec facio vim, ꝛc. Ostien. super. eod. verbo. versi. nec est etiam vis facienda. ꝛc. Joan. Andr. super eodem verbo. versic. nec est etiam vis facienda, ꝛc. ꝛ Spec. tit. de arbi. §. j. versic. sed pone quod compromittens, ꝛc. Cuius dicti illa solet assignari ratio, quia huic conuentioni inest tacita conditio, si arbitrator eque arbitratus extiterit. l. si libertus. ff. de ope. liber. l. fin. C. de dot. promis. d. c. quintaualli s. de iureiuran. idem etiam voluit Barto. in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. ꝛ sentit Joan. And. in addi. Spec. tit. de arbi. §. j. versi. arbitrator, ꝛc. ꝛ in. §. fin. versicu. item quid si compromissum. in addi.
2 exordiente, clarius sic formatur, ꝛc. Et hanc eandem † conditionem habet renuntiatio, seu conuentio, quam compromittentes faciunt de non recurrendo ad arbitrium boni viri. arg. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. ꝛ. l. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga. not. Bartol. in. d. l. si societatem. §. arbitrorum. versic. quero vtrum possit renuntiari, ꝛc. Quamuis igitur pretendatur ex aduerso, quod in cõpromisso dudum celebrato, ꝛ inito per ꝛ inter honorabilẽ virũ Baptistam Destible, ꝛ Petrum Bernardi, partes predicte conuenerint, ꝛ iurauerint stare dicto, seu laudo quorundam pretensorum arbitrorum per eosdem electorum: ac etiam iurauerint de non habendo recursum ad arbitrium boni viri, potuit nihilominus idem Petrus sentiens, aut pretendens se grauatum, ꝛ quidem non in sexta parte, quod secundum Bartol. ꝛ sequaces sufficeret, sed in toto, petere eorum laudum reduci ad arbitrium boni viri: quasi defecerit conditio, que secundum doct. tacite inerat conuentioni, ꝛ renuntiationi huiusmodi. Quemadmodum igitur hoc facere potuisset: si conuentio, ꝛ renuntiatio predicte iurate non fuissent, sed simplices extitissent, ꝛ non impedijssent eundem Petrum quominus hoc faceret, ita nec eum impediunt, aut impedire possunt conuen
3 tio ꝛ renuntiatio iurate: quia iuramentũ † non auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti, addit religionis vinculum. vt volunt Oldra. consi. mihi. clxxxvi. exordiente, cum mulier donatrix post donationem, ꝛc. Cuius dictum commemorauit Bal. in. l. fina. circa princi. C. de nõ numera. pecu. in ijs ergo non obligat iuramentum, in quibus iurans nec cogitauit nec consensit: pro quo allegauit Oldra. consi. l. mihi. ccliij. exordiente, in forma istius statuti, ꝛc. d. l. si libertus. ff. de ope. liber. l. fin. C. de non numer. pecu. c. petitio. ꝛ. c. veniens. ꝛ quod ib. Inno. ꝛ Osti. de iureiuran. facit ad premissa quod voluit Bartol. ꝛ post eum alij magis communiter in. l. sed ꝛ si. §. quesitum. ff. si quis cautio. Joan. Andr. ꝛ alij magis communiter in. cap. j. de commoda. ꝛ legiste in. l. j. C. eo. ti. ꝛ Bald. in. c. j. de controuersia apud par. termin. Nec opponat aliquis quod predicta procederent, vbi fuisset generaliter iuratum de stando dicto dictorum pretensorum arbitratorum, ꝛ sic etiam cum iuramento generaliter interposito renuntiatum recursui ad arbitrium boni viri: secus autem videtur esse in casu nostro, in quo legitur data fuisse facultas dictis arbitratoribus dandi de iure vnius partis, ꝛc. per id quod voluit Osti. Joan. Andr. ꝛ sequaces in. d. c. quintaualli s. in loco preallegato. vbi etiã per Pan. ꝛ alios: ꝛ per Sali. in. l. cum antea. C. de arbi. quoniam respondeo ꝙ hec non obstant: quoniam prout apparet ex dictis predictorũ doctorum, ipsi loquuntur quando specialiter, ꝛ expresse dictũ fuit in compromisso, ꝙ vnius partis ius in totum vel in partem posset arbitrator dare alteri parti: ꝛ quod quandocunque ita pronuntiaret, deberet stari dicto suo. eo enim casu voluerunt docto. prefati standum esse dicto arbitratoris, etiam si immoderate leserit: duntamen bona fide, quasi ad id se obligare potuerint compromittentes: quia quilibet est moderator rei sue, ꝛ arbiter. l. in re mandata. C. man. ꝛ licitum est vnicuique sua committere. l. nemo exterus. C. de Jude. sed in compromisso de quo hic nõ fuit sic dictum, sed solum dictum extitit ꝙ possent dicti arbitratores dare de iure vnius partis alteri parti: quod intelligi debuit moderate: secundum ꝙ etiam intelligitur glos. in. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbitr. ꝛ sic non obstat: quinimo, vt dicit Bald. in. l. siunus. §. illud. ff. de pact. in fi. ꝛ in. d. l. cum antea. cõmuniter obseruatur, ꝙ non obstante quacunque cautela verborũ, possit propter enormem lesionem peti reductio ad arbitriũ boni viri: quia nõ est verisimile, ꝙ cõpromittens hoc senserit, ꝙ arbitrator posset eos enormiter ledere. argu. l. cum Aquiliana. ff. de transactio. ꝛ. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. pro quo facit

text. in ratione sui in. d. l. si libertus. Uidentur enim partes verba sic lata adiecisse spe future equitatis arbitrij. Et ideo si arbitramentum sit multum enorme, merito debet reduci ad equitatem. l. vnde si nerue. ff. pro socio. & argu. l. si cui. ff. de seruit. Non obstat secundum eum. l. non solum. §. vltimo. & l. si quis rationes. ff. de libera. legat. quia ille lo-
4 quuntur † in actu liberali, scilicet, in legato, quod est liberalitas: quia est quedam donatio. l. legatum est. ff. de legat. ij. Sed nos loquimur in cōpromisso, in quo intentio partium, non est donare: non enim venirent partes ad arbitratorem, vel arbitrum, si earum intētio esset donare: imo intentio partium est ius suum consequi: vnde non debent decipi. argu. l. qui cum tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. de transactio. & l. tres fratres. ff. de pactis. Partes etiam ab initio ignorant ꝙ arbitrator ita enormiter ledere debeat. Unde non videntur hec ei commisisse. arg. l. fin. §. idē quesit. ff. de condict. indeb. & hoc etiam fuit de mente Bar. in dicto. §. arbitrorum. versic. quero vtrum possit renuntiari. Sed hic non est opus super hoc articulo insistere: quia partes in compromisso de quo hic, non sic late conuenerūt, imo nec late, sed solum ꝙ posset dare de iure vnius partis alteri parti: que conuentio extendi vel intelligi non debet, vt propterea censeantur conuenisse, vt possent arbitratores dare ius vnius partis alteri parti: & in totū, & in partem: & ꝙ quantumcunqꝫ inique. pro quo allegare sufficiat, quia apud peritissimū est mihi sermo, ea que de renuntiatione minoris viginti quinqꝫ annis. not. docto. in. c. penultimo, de emptio. & vendi. in authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. in. l. ij. C. de reiuendica. & Joan. de Jmo. in sua solenni repetitio. c. cum contingat. in. ij. membro. de iureiur. qui cōmuniter sentiunt, ꝙ licet minor iurauerit non venire contra contractum pretexta lesionis, poterit nihilominus venire contra, si est enormissime lesus: quia non censetur per hoc renuntiasse beneficio. d. l. ij. C. de rescin. vend. Non sumus ergo in terminis, in quibus loquuntur Ostien. Joan. And. & alij superius allegati. & idē Joan. And. in. d. additio. incip. Clarius sic formatur, &c. & in questione disputata per eius adoptiuum, scilicet Joā. Calde. quem commemorauit idem Joan. And. in. d. addi. versic. adoptiuus meus, &c. Ex quibus omnibus infertur locumtenentem reuerendis. in Christo patris, domini regentis comitatus Uenayssini, bene processisse in admittendo libellum parte dicti Petri Bernardi corā eo oblatum super recursu ad arbitrium boni viri, nō obstantibus conuentione de stando dicto, &c. & renuntiatione, &c. Et propterea reuerend. patrem do. Uicegerentem curie camere Apostolice male processisse in reuocando dictam ordinationem: motum forte propter conuentionem, & renuntiationem huiusmodi: quasi eis obstantibus non licuerit propter iuramētum recurrere, nisi prius obtenta illius dispensatione: quia, vt predixi conuentioni, & renuntiationi predictis inherebat tacita conditio, si eque arbitraretur, vel non immoderate lederet: quod quia factum nō est, sed vt pretendit idem Bernardi, totum ius oblatum est, conuentio & renuntiatio predicte ad hunc casum non se extendunt: & consequenter nec iuramentum: quia, vt predixi, iuramentum obligationem non auget, sed tanꝗ accessorium sequitur naturam contractus. pro quo vltra predicta allego Bart. in. d. §. arbitrorum. et Anto. de Butr. in. c. debitores. de iureiuran. Que omnia dixerim sub, &c.

¶ Rubrica, ¶ De appellationibus. ¶ Consil. cccccxxxv.
¶ Epitome.

¶ Ut in primo collectaneo.

1 ☞ Appellanti datur annus, & ex causa biennium ad appellationem prosequendam, & eam terminari faciendā intra illud tēpus: quod si non fecerit, appellatio habetur pro deserta: & causa remittitur ad iudicem a quo pretenditur appellatum. & nu. 3.
2 Inferior legem superioris tollere non potest: nec rescribere contra iura.

1 
Appellanti † Impartitur annus, & ex necessaria & euidenti causa biennium ad eam prosequēdum, & finiri faciendum. ij. q. vi. ei qui appella. cap. cum sit Romana. & quod ibi glo. in princip. de appella. & auth. ei qui. C. de tempo. appella. qui si infra tempus huiusmodi appellationis causam, cessante legitimo impedimento, finiri non fecerit, eius appellatio deseritur: & sententia lata rata manet, etiam si post desertionem huiusmodi appellans ipse cū appellato, vel ipse appellatus per se principaliter prosequatur. d. auth. ei qui. cle. sicut appellationem. & cle. si appellationē. de appella. Quo fit, vt cum non solū preterierit annus, vel biennium. quinimo quatuor anni, & sex mēses preterierint a tempore late sententie pro honorabili viro Bertrando Gasmelli, contra prouidū virum Bindonum Juuenis, infra quos idē Bindonus cessante legitimo impedimēto prosequutus non fuerit, aut saltem finiri facere non curauerit quandam pretensam appellationem parte eius a sententia huiusmodi iniectam, fuerit, & sit appellatio huiusmodi deserta, ac rata sit, & rata manere debeat predicta sententia. Nec eidem Juueni suffragatur quedam pretensa prouisio parte eius obtenta a magnifico do. locūtenente illustris principis do. Aurayce, seu eius delegato: quoniā quatenus in prouisione huiusmodi idē do. subdelegatus in dicta pretensa appellationis causa' procedit desertione nō obstante, non procedit prouisio huiusmodi, vtpote facta, & emanans ab eo, qui eam facere non potuit:
2 quia † sic rescribere, est rescribere contra iura: ꝙ facere nō potest nisi princeps, minor enim legem maioris tot vigilijs, & laboribus adinuentam, tollere non potest. c. ecclesia vlam. el. ij. de electio. & c. inferior. distinc. xxj. & l. si quando. C. de inoffic. testa. pro quo facit quod not. glo. in. c. fi. in verbo, figura. versic. sed dubitari solet, &c. de here. in. vj. Ang. & Jo. de Jmo. in. l. nemo potest. in priu. ff. de legat. j. & Bal. in. l. rescripta. versicu. clausula non obstante, &c. C. de precib. imper. offeren. Debet igitur non obstante dicta pretensa prouisione pronuntiari dicta pretensa appellatio fuisse,
3 & esse deserta: & causa † remitti do. baiulo Curtedonis, seu iudici a quo pretenditur appellatū. quod fieri petit, postulat, & requirit idem Bertrandus Gastinelli, seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem. Et alias ius & iustitiā sibi fieri, & ministrari vestrū iudiciale officiū in opportunis humiliter implorādo. Premissa dicēs, &c.

Rubr. ¶ Ad Tertul. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccccxxxvj.

¶ Ut in collectaneis.

1 ☞ Fratres & sorores succedunt de iure patri intestato equis portionibus: cui tamē potest derogari per statutū. 3.
2 Fratri vel sorori intestatis succedunt equis portionibus mater, fratres, & sorores: intellige tamen vita functis post aditionem hereditatis paterne: secus ante aditionem.


Proponitur In facto, quod honorabilis quōdam vir, Ludouicus Gauterij, loci Albance, vita functus est, & ab humanis decessit intestatus, superstitibus, & sibi superuiuentibus duobus filijs masculis Ysnardo, & Oliuerio Gauterij, & quatuor filiabus, scilicet Janona, Rerende, Antoneta, & Laureta, liberis naturalibus & legitimis ipsius quondam Ludouici: insuper & superstite Mathenda eius vxore, & matre eorundē Ysnardi, Oliuerij, & quatuor filiarū. Dicte vero Janona, & Rexendis matrimoniū contraxerunt, & contemplatione dotium pro eis, & earū nomine cōstitutarum renuntiauerunt cum iuramento, & in forma, vt creditur bonis paternis, et maternis. Alie vero due filie, scilicet, Antoneta & Laureta etatis. xv. anno. & vltra, vite functe sunt, & decesserūt intestate: superstitib9 dictis Ysnardo, Oliuerio, & Mathenda fratrib9 & matre. Postea vero vita functa est, & ab humanis decessit prefata Mathenda prius condito eius vltimo, & nuncupatiuo testamento, in quo heredē vniuersalem fecit & instituit. Quesitum est quis succedere debuerit prefatis Antonete, & Laurete ab intestato vita functis: an videlicet dicta Mathēda earū mater, an fratres, aut sorores superstites: que vt premissum est bona paterna & materna quietauerāt, an vero omnes equis portionibus, & si omnes, pro quota parte. Secundo quesitum est, si dicta quōdam Mathenda eisdem in quota aliqua succedere debuerit: an sibi preiudicauerit, pro eo, quia tempore eius vite hereditatem earum non petijt. Uiso casu superius mentionato, & dubijs ex eo elicitis: premitto pro clariori solutione eorundem, quod licet de iure prefati Ysnardus, Oliuerius, & quatuor filie, debuerint ab intestato, & com

1 portionibus † succedere dicto Ludouico eorū patri. auth. de hered. ab intestat. §. j. & transumptiue in authen. in successione. C. de suis & legit. liber. & institut. de hered. que ab intestat. deferun. circa principium: tamen secundum statutum Prouincie, filie superstitibus liberis masculis eius, qui ab intestato decessit, non succedunt nisi in legitima: quo fit, vt si post conditum testamentum huiusmodi prefatus Ludouicus cōmunis pater, ab intestato decesserit, eidem vniuersaliter successerint, & succedere debuerint dicti Oliuerius, & Ysnardus: & prefate filie saltem dicte Antoneta & Laureta, & earum quelibet in sua legitima: & quia eidem Ludouico superfuerūt sex liberi omnium legitima fuit semis, hoc est media pars omnium bonorum suorum, deducto ere alieno, & funeris impensa: authent. de triente & semisse. §. primo, & authent. nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta. l. Papinianus. §. quarta. ff. eodem tit. Cuius semissis, seu dimidie partis prefate Antoneta, & Laureta, & earum quelibet habere debebant sextam partem, & sic duodecimam partem omnium bonorū dicti Ludouici. Si vero prefatus quondam Ludouicus vita functus decesserit antequam conderetur statutum. de quo supra illud postea factum non nocuit quominus eedē Antoneta & Laureta, & quelibet earundem ipsi Ludouico patri successerit pro sexta parte: quia quoties quid nouum statuitur, ita solet futuris formam imponere, vt dispendijs preterita non commendet. c. secundo, & finali, & quod ibi gl. & doctores de constitutionibus. Quibus premissis dico, & respondeo ad primum quesitum, quod prefatis Antonete
2 & Laurete ab † intestato vita functis successerunt, & succedere debuerunt dicta Mathenda mater, & prefati Ysnardus, & Oliuerius, Joannona, & Rexendis equis portionibus: quelibet videlicet pro quinta parte: authent. defuncto. C. ad Tertullianum. & in corpore vnde sumitur. Nec prefatis Joannone, & Rexendis obstat, quod etiam cum iuramento renūtiauerūt bonis paternis, & maternis: quia bona huiusmodi etiam si aliquando fuerint paterna, desierint post mortem predicti Ludouici cōmunis patris, esse bona paterna, & ceperunt esse bona sororna. §. i. insti. quib. ex causis manumit. licet. vel non. & in. §. primo, institut. de heredum qualitate & different. notat glossa in. l. eius qui in prouincia. in vltima parte, & quod ibi Bartolus. ff. si cert. petat. & voluit Romanus consilio. clxviij. exordiente, Circa primum quo queritur, &c. Et istud non habet dubium eo casu, quo prefate quōdam Antoneta, & Laureta acceptassent bona, & hereditatem dicti quondā Ludouici eo quo succedere potuissent: de quo versiculo superius dixi, scilicet si statutum prouinciale factum extitisset post mortem dicti quondam Ludouici: si vero ante acceptationem, vel immistionē huiusmodi ab humanis decessissent, esset maius dubium: quia licet eo casu transmiserit de iure communi paternam hereditatem ad prefatos fratres, & sorores superstites: per ea que notat Bartolus, Baldus, & doctores in. l. si fratris. C. de iure deliberandi. & doctores in. l. vētre. ff. de acquirenda heredit. illam tamen non transmiserunt, vt sibi acquisitam, vel aditam, sed adeundam vel acquirendam: seu vt aptius loquar delatam. l. si quis filium in principio. ff. de acquirenda hereditate. & in. l. prima. C. de his qui ante apertas tabul. licet dici consueuerit, quod hereditas acquiritur suo, q. reliquum patrimonium, quod acquiritur ignoranti. l. liber homo. §. finali. ff. de stipulatione seruorum. sed hoc videtur intelligendum, quod suus heres ante aliquam expressam immissionem hereditatis perinde habendus est ac si fuisset heres, & se immiscuisset quoad ea que sunt ipsi filio fauorabiliora: prout est ius trāsumptionis. l. filius qui patri. ff. de vulgari & pupillari. & l. prima. §. qui in potestate. ff. si quis omissa causa testamen. & l. & quia. in principio. ff. de interrogatoria actione. sed in hoc casu nō esset fauor dictarū Antonete, & Laurete: pro premissis facit, quia si censeretur paterna hereditas acquisita ante aditionem, seu immissionem, iam non esset querendum an suus heres, cui quesita extitisset ad alium transmitteret, vt paternam hereditatem: cum paterna hereditas esse desiisset, & esse cepisset patrimonium filij heredis. l. sed si plures. §. filio. ff. de vulgari & pupillari. & l. Paulus. alias incipit, per procuratorem. §. finali. ff. de acquirenda hereditate. nec esset tunc dubium, quin heres huius sui deberet succedere etiam in paterna hereditate: que huic suo acquisita extitisset. Quinimo non posset succedere huic suo quin succederet patri: cuius tamen contrarium contingere potest: prout colligitur ex ijs que notat Alexander de Jmola & doctores in. l. qui se patris. C. vnde liberi. propter predicta ergo dico prefatas Rexendē, & Jannonam, isto casu repellendas, propter renuntiationem quam fecerunt de bonis paternis: supposito quod illa renuntiatio valuerit: super quo respondere non valeo: quia non vidi illam. ¶ Uenio ad secundum quesitum, super quo dico, q si sumus in casu, in quo non obstet predictum statutum, tanq factum post mortem dicti quondam Ludouici, & sic in casu, in quo hereditas eiusdem Ludouici delata est ad dictos duos filios, & quatuor filias, & presupponamus q ille filie defuncte se immiscuerunt portionibus tibi delatis, vel pro heredibus dicti eorum patris se gesserunt pro dictis portionibus, non est dubium quin dicta Mathenda
3 mater † eisdem successerit cum dictis liberis superstitibus dicta authen. defuncto. sed si ille due filie defuncte non se immiscuerunt paterne hereditati, sed ea non adita ab humanis decesserint, ille nihil de ea transmiserunt ad dictā earum matrem: sed in earum portionibus succedere debuerunt dicti duo masculi, & alie filie, si non renuntiassent: per id quod post Bald. in. l. j. C. de ijs qui ante aper. tabu. voluit Joan. de Jmo. in. l. ventre. in. v. regu. vers. limitat tamē hanc opinionem esse veram, &c. ff. de acqui. here. Si autem sumus in casu, in quo obstet statutum, & sic in casu in quo prefate filie non debebant habere nisi legitimam tunc dico q cum legitima etiam non agnita transmittatur ad heredem, prefate Antoneta & Laureta non solum transmiserunt dictam earum legitimam ad alios, sed etiam ad matrem. Preterea presupponitur in facto, q cum alter ex filijs vxorem duceret fuit sibi in dotem constituta certa ouiū quantitas, & certa pecuniaria summa: que omnia fuerunt ei expedita: & queritur an eius frater, vel eius heredes aliquid habere debeant: de augmento, seu lucro: super quo non possum bene respondere, nisi prius intelligam an isti fratres expresse, vel tacite contraxerint ad inuicem societatem, & vtrum generalem omnium bonorum, vel specialem: vtroq enim modo contrahi potest inter capaces: expresse, videlicet interueniēte stipulatione, vel pacto: & tacite, actus sociales exercendo. per ea que not. docto. in. l. si patruus. C. communia vtriusq iudi. & in. l. Titium & Meuium. §. altero. ff. de administra. tuto. & Petr. de Ubal. in suo tracta. socie. in secunda parte.

¶ Rubrica, De substitutionibus. ¶ Consi. ccccxxxvij.

¶ Epitome

¶ Substituti ad inuicem, ita q pars premorientis quandocunq sine prole legitima, deuoluatur ad superstites, licet post pubertatem, & aditam hereditatem non admittantur ad substitutionem huiusmodi: in vim tamen fideicommissarie substitutionis que cōtinetur in reciproca admista cum compendiosa, admittuntur ad partem premorientis: nec fideicommissum censetur remissum per diuisionem bonorum inter eos factas, licet iuramento vallatam de non contrauenjendo dicte diuisioni.

1 ☞ Pupillaris substitutio euanescit pubertate, vulgaris aditione hereditatis.
2 Breuiloqua, seu reciproca, nisi mixta cum cōpendiosa, nō comprehendit fideicommissariam. Quandocunq dictio importat tractum temporis.
3 Legitima liberorum quanta.
4 Per diuisionem bonorum cum eo cui est substitutus non videtur ei remittere fideicommissum sibi relictum in eum casum in quem sine liberis decederet.
5 Fructus percepti an & quando imputantur in trebellianicam.
6 Filia dote contenta que renuntiat cum iuramento bonis paternis & maternis, non potest agere postea nisi ad supplementum legitime, si dicta dos ad eam non ascendit.



Udum fuit in humanis nobilis quōdam vir, Montassius Torpini, qui habens quinq liberos ex duabus vxoribus, videlicet nobiles Bartholomeum, & Georgetam eius filiū & filiam naturales & legitimos, ex prima vxore: Franciscum, Joannē, & Ysabellam etiam eius filium & filias naturales & legitimos ex secunda eius vxore: pridem de anno, scilicet Domini M. cccclxix. fecit & condidit eius

ultimum, ꝛ nūcupatiuum testamentum, in quo prefatis Georgete, Joāne, ꝛ Ysabelle certas pecuniarum summas iure institutionis reliquit, ꝛ illas in summis huiusmodi particulares heredes sibi instituit: prefatos vero Bartholomeum ꝛ Franciscū heredes suos vniuersales instituit, ꝛ nominauit equis portionibus eos adinuicē substituēdo: ita quod pars seu portio premorientis quandocunqꝫ sine prole legitima ex suo corpore, ꝛ de legitimo matrimonio procreata ad superstitē, ꝛ superuiuentem ipsorum deuolueretur, ꝛ suos, ꝛ vltimo eorundem filiorum, ꝛ heredum quandocunqꝫ sine prole legitima ex suo corpore, ꝛ de legitimo matrimonio procreata, decedenti substituit dictas nobiles Georgetam, ꝛ Joannam: quo nobili Montassio testatore vita functo, ꝛ de medio sublato, dicti Bartholomeus, ꝛ Franciscus bonis, ꝛ hereditati eiusdem se immiscuerunt, ꝛ post hec bona eiusdem quondam Montassij inter se diuiserunt anno Domini M.cccclxxv. ꝛ xviij. mēsis Martij: quam diuisionem conuenerunt, ꝛ sibi inuicem promiserunt, ꝛ iurauerunt tenere, obseruare, ꝛ complere: ꝛ contra eam nunquam aliquid facere, dicere, nec venire sub obligatione, ꝛ hypotheca omnium bonorum suorum, ꝛc. post quam diuisionem, ꝛ iuxta formam illius prefati nobiles Bartholomeus ꝛ Franciscus tenuerunt, ꝛ possederūt bona sua pro indiuiso: quilibet videlicet partem peruentam. Deinde autē anno videlicet Domini M.cccclxxxij. ꝛ die. xxvij. mensis Februarij prefatus nobilis Bartholomeus fecit ꝛ condidit eius vltimū, ꝛ nūcupatiuū testamētum, in quo inter cetera per eū disposita legauit, ꝛ reliquit dicto Francisco eius fratri pro omnibus iuribus, que eidem spectare, aut pertinere poterant in suis bonis totum affare de las Albas ꝛ de Baubolis, cū omnib⁹ suis pertinentijs: ꝛ quandam vineā sitā in plano Delbore, cum suis confrontationibus, ꝛc. cum pacto ꝛ conuētione, quod ipse Franciscus se tenere deberet pro contento de omnibus sui ipsius Francisci bonis: ꝛ quod Coleta eiusdem Bartholomei vxor debeat gaudere vsufructu, quādiu staret sub eius nomine: ꝛ contingeret casus, quod idem Franciscus petere vellet suam substitutionem ante mortem dicte eius vxoris, idem testator cassauit, ꝛ annullauit legatū factum de affari, ꝛ non reliquit, nisi vineam eidem Francisco, in qua eum particularem heredē instituit. Heredē autē vniuersalem instituit nobilem Sebastianum Autrici nepotem suum, ꝛ suos liberos masculos. Fecit etiam quasdam substitutiones, que quia proposito non seruiunt, omittuntur. Dicte autem Colete vxori legauit vsumfructum omnium bonorum suorum quandiu viueret, ꝛ seruaret vitam vidualem sub nomine eiusdem, ꝛ non vltra. Deinde sine liberis mortuus est idem Bartholomeus, superstitibus prefatis Frācisco fratre, Sebastiano herede, qui eius hereditatem adiuit, ꝛ Coleta vxore. Successu temporis, ꝛ per annum post decessum eiusdem Bartholomei, dictus Franciscus mortuus est superstite nobili Stephano Torpini eius filio naturali, ꝛ legitimo, ꝛ vniuersali herede: a quo tempore eadem Coleta tenuit, ꝛ possedit bona dicti quondam Bartholomei ꝛ fructus percepit. Ex quo facto oriuntur sequentia dubia: primum, an in vim substitutionis superius mentionate potuerit, ꝛ possit prefatus Franciscus, ꝛ hodie possit, vel valeat idem Stephanus aliquid petere in, ꝛ super bonis prefati quondam Bartholomei, illis videlicet que ad eum, ꝛ pro hereditaria eius portione peruenerant de bonis, ꝛ hereditate prefati quondā Montassij: ꝛ quantum petere potuerit ipse Franciscus, ꝛ hodie petere possit dictus Stephanus. Secundū, an idem Stephanus petere possit fructus per eandem Coletam perceptos in predicto affari. ¶ Viso casu superius mētionato ꝛ dubijs ex eo elicitis: dico ꝛ respondeo ad dubia huiusmodi prout ecce. Et primo pro responsione ad primum presuppono, ꝙ prefatus quondam Bartholomeus decessit post completum decimū quartum annum: ꝛ sic factus pubes: ꝛ
1 sic substitutio † sibi facta valere non potuit in vim pupillaris: ꝛ si tempore testamenti ꝛ mortis dicti quondam Mōtassij fuissent impuberes ipsi Bartholomeus ꝛ Frāciscus. l. in pupillari. cum suis similib. ff. de vulgari ꝛ pupillari. Non etiam potuit prefatus Franciscus in dicta portione succedere in vim vulgaris: quia illa expirauit per immistionem paterne hereditatis. l. post aditam. C. de impuber. ꝛ alijs substitutionibus. restat igitur videre an illa valuerit iure fideicommissi: Et videtur quod non: pro eo quia substitutio huiusmod facta per verbum, deuoluatur, quod est commune. l. ij. ꝛ quod ibi Bart. ff. de alimen. ꝛ cib. legat. not. idem Bart. in. l. Centurio. vers. septimo dubitatur, ꝛc. ff. de vulg. ꝛ pupil. Bald. in. l. fi. versi. venio ad communia. C. de sacrosanct. eccl. ꝛ Jmo. in. c. Raynutius. de testa. Et fuit substitutio predicta reciproca, seu breuiloqua: vt colligitur ex ijs que no. Barto. in. l. Lucius. de vulga. ꝛ pupil. ꝛ docto. in. l. in testamento. C. de testa. mili. Breuiloqua vero,
2 seu reciproca † non continet fideicommissariam substitutionem: quia illa obliquari non potest. l. qui plures heredes. ff. de vulga. ꝛ pupil. ꝛ quod ibi per Dynum qui super verbo, in omnem casum exponit scilicet directe substitutionis, ꝛ hoc etiam videtur voluisse Barto. in. d. l. Lucius. versicu. quero vtrum substitutio breuiloqua, ꝛc. que si vera essent, idem Franciscus nihil petere potuisset, nec hodie posset prefatus Stephanus in bonis superius mentionatis. ¶ Sed ijs non obstantibus dico ꝛ respondeo, ꝙ cum in predicta substitutione fuerit positum verbum, quandocunqꝫ, importans tractum temporis, illa non fuit mera reciproca, sed fuit mixta cum compendiosa: ꝛ ratione compēdiose sibi immiste, vel annexe, illa comprehendit etiam fideicommissariam substitutionem: que incompendiosa continetur. l. precibus. in fine. C. de impuber. ꝛ alijs substituti. c. Raynutius. de testa. ꝛ hoc fuit de mente Barto. in dicta l. Lucius. in tertia questione. ꝛ melius in dicto versi. quero vtrum substitutio breuiloqua ibi, non obstat, quod diximus in materia compendiose, ꝛc. Bald. in. d. l. in testamento. q. iij. ꝛ plene Alexand. de Jmol. in. l. ij. C. de impuber. ꝛ alijs substitu. vbi multos allegat: non obstant allegata in contrarium, quia illa intelligūtur quando reciproca facta est sine mistura compendiose substitutionis: quod satis apparet ex verbis Barto. in dicto versicu. quero vtrum substitutio breuiloqua. Dico igitur respōdendo ad quesitum, ꝙ cum prefatus Bartholomeus sine liberis decesserit, purificata est conditio, ꝛ fuit locus substitutioni in personam dicti quondam Francisci eius fratris. d. l. precibus. cum suis similibus. verum quod de fideicommisso huiusmodi, seu de quota ꝛ portione hereditatis superius mētionatis, potuerunt, ꝛ possunt per heredem eiusdem Bartholomei detrahi due quarte: scilicet legitima, ꝛ trebellianica: per ea que not. gloss. communiter approbata, ꝛ ꝙ ibi Barto. ꝛ docto. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamē. gloss. in. l. ꝙꝙ. C. ad legem falcid. de quo Cano. in. c. Raynutius. ꝛ c. Raynaldus. de testamen. Et cum superfue-
3 rint prefato Montassio quinqꝫ liberi, bonorum † omnium legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum eiusdem Montassij, authen. de trien. ꝛ semis. §. primo. ꝛ transumptiue in authent. nouissima. C. eod. titul. trebellianica vero est quarta pars residui: vt no. gloss. in. c. Raynaldus. super verbo, licet ipsas. Joannes Andre. in reg. qui prior. in questione de porris. de regu. iur. in mercuria. ꝛ Joan. de Jmol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari ꝛ pupillar. detrahet igitur idem heres quintam partem semissis, seu decimam partem omnium bonorum prefati quondam Montassij, ꝛ quartam partem eius quod superfuerit: totum vero residuum restitui debuit prefato quondam Francisco substituto. Et ꝙ dixi legitimam dictorum quinqꝫ liberorum esse semissem, seu dimidiam partem bonorum dicti quondā nobilis Montassij, intelligo omnium bonorum prius deducto, seu detracto ere alieno, ꝛ funeris impensa. per id quod habetur in dicta. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inofficio. testa. ꝛ quod not. Barto. in. l. ex facto. la. ij. versiculo vnde Martinus Siliuani, ꝛc. ff. de heredib. institu. ꝛ Bald. in. l. quotiens. C. de heredib. institu. post Jacobum Butriga. in l. si quis in suo. C. de inofficio. testamen. Nec puto ꝙ † pro-
4 pter diuisionem bonorum, de qua supra, videatur idē quondam Franciscus remisisse fideicommissum sibi relictum in eum casum, in quem Bartholomeus eius frater ante eum sine liberis decederet. Et quidem non per ipsam simplicem diuisionem. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de leg. ij. per quā voluit hoc Bartolus. in. l. qui Rome. §. duo fratres. in. j. questione. ꝛ sequuntur ibi alij doctores. ff. de verborum obligatio. Non etiam propter conuentionem, ꝛ pactū quas fecisse proponuntur prefati Bartholomeus, ꝛ Franciscus de tenendo, obseruando, ꝛ adimplendo diuisionem antedictam, ꝛ de non contraueniendo, ꝛc. Pro quo sufficiat remisisse ad Bartolum ꝛ rationes ipsius in. d. §. duo fratres. in secunda questione. vbi per multas ꝛ optimas rationes probat quod quemadmodum per simplicem diuisionē non censetur esse remissum fideicōmissum ita nec remissum esse censendū est per diuisionem, cum dicta clausula: quam Jo. de Jmo. Fran. de Aretio, ꝛ Alexan. de Jmola ibi sequuntur, opti

tur, optime respondentes rationibus Ang. qui ibi tribus concurrētibus conatus est tenere, & defendere opinionem Roger. & Py. tenentium opinionem contrariam: & hanc opinionem Bart. etiam sequutus est idem Angel. in d. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testamen. & Bal. in. c. j. §. si quis miles. in vsib. feud. tit. imperat. Loth. euge. pa. quāuis Bald. ipse in aliquo senserit contra opinionem Bart. in d. §. duo fratres. Et quia hec opinio Bart. videtur esse communis, non est ab ea recedendum in iudicādo, vel consulendo: nisi forte quis dicere voluerit, quod hic non solum facta est diuisio, & conuentum de obseruando, &c. & non contraueniendo, sed etiam iuratum: & quod propterea cum iuramentum huiusmodi seruari potuerit sine detrimento salutis eterne, & preiudicio alterius, illud seruari debuerit. c. cum contingat. cum suis similibus. de iureiur. Sed istud non obstat: pro eo quia iuramentum non auget obligationem, sed ei intra suos limites manēti, addit religionis vinculum: vt voluit Oldr. consi. suo. clxxvij. exord. Cum mulier donatrix, &c. cuius dictum refert, & cōmemorat Baldus in. l. fin. circa principium. C. de non numerata pecu. idem sensit Ostien. in. c. veniens. de iureiurand. idem voluit Oldrad. consilio. ccliij. exordiente, In forma istius statuti, &c. Pro quo bene faciunt notata per doctor. communiter in. l. sed & si quis. §. quesitū. ff. si quis caut. Quēadmodum igitur non fuisset impeditus prefatus quondam Franciscus petere bona, & hereditatem, de quibus supra, propter solam diuisionem factam inter eum, & dictū quondam Bartholomeum, ita nec impediebatur per iuramentum prestitum super obseruantia eiusdem diuisionis: & sic nō obstātibus diuisione & pacto iurato de eam obseruādo, & nō cōtrauenièdo, potuit ipse Frāciscus petere, vt predixi dictum fideicommissum: & hodie illud petere potest prefatus Stephanus, quod intelligo procedere, & esse verum, si ipse Franciscus non acceptauerit legatum, de quo supra sibi factum de affari, & vinea prementionatis: quia cum illud factum fuerit animo compensandi, si illud fuerit agnitum, vel acceptatum, repellitur idem Stephanus: per ea, que habētur in. l. si compensandi. & quod ibi per doct. C. de hered. instit. ¶ Uenio ad secundum quesitum, super quo dico, quod si in facto poneretur quod fructus, de quibus supra, fuissent percepti per heredem eiusdē Bartholomei, & post moram per eundem cōmissam, vt verbi gratia, post interpellationem sibi factam de reddendo, & restituendo fideicommissum, de quo supra, nullum esset dubiū, † quin fructus
5 huiusmodi computari deberent in quartam trebellianicam: & superfluum restit. in. l. in fideicommissariam. secundo responso. & quod ibi glossa & doctores communiter. ff. ad Trebellia. in. l. Paulus respōdit. l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad leg. Falc. de quo Sal. & alij in. l. iubemus. C. ad Trebel. Sit etiam presupponeremus, quod tēpore perceptionis fructuum huiusmodi, prefatus Franciscus fuisset maior, & talis cui negligentia in nō petendo hereditatem restitui imputari potuisset, & ipsi fructus fuissent percepti per heredem, certum esset quod dicti fructus peti non possent: & quod illi non essent in quartam imputādi: quia fructus percepti non iudicio testatoris, sed negligentia non petentis, non veniunt restituendi. l. mulier. §. si heres. ff. ad Trebel. Sed quia hic ponitur quod illi sunt percepti, nō quidem per heredem, sed per prefatam Coletam legatariam: & sic per habentem titulum, & nunquam interpellatā, sunt etiā percepti ante agnitionem fideicommissi, & antequam pro illius restitutione verbali, aut reali interpellaretur dictus heres: & si antequam in bonis fideicommissi huiusmodi haberet aliquod ius idem Franciscus: est mihi maius dubium: eo presertim, quod dici solet, quod fructus qui nec mora non soluentis, nec negligentia non petentis, nec testatoris iudicio percepti sunt, restitui aut in quartam imputari non debeat: per. d. l. mulier. §. si heres. a sensu cōtra. ff. ad Trebel. ita enim notat Salic. in. d. l. iubemus. affirmans doct. ita dicere. ¶ Sed ijs non obstantibus, existimo prefatum Stephanum posse petere fructus, saltē perceptos a tempore mortis dicti quondam Francisci: & hoc ratione minoris etatis: & quia, vt existimo, ignorauit dictum fideicommissum: sicut dicit Bart. in. d. l. in fideicommissariam. in princ. de fructibus perceptis absente fideicōmissario, qui sibi veniūt restituendi: & si vel prescriptionis exceptio, vel alia opponatur eidē Stephano, poterit ipse se tueri, & defendere beneficio restitutionis in integrū, vel alio sibi competenti etiam ratione minoris etatis, vel ignorantie dicti fideicommissi. Preterea quesitum est, an non

6 obstante † quietatione, seu remissione bonorum maternorum, quam fecisse dicitur prefata nobilis Georgeta, possit ipsa Georgeta, tanquam pretensa heres pro semisse, seu media parte, eius quondam matris petere dimidiam partem bonorum & hereditatis eiusdem. Ad quod respondeo quod nondum quia constitutio dotis mille & ducentorum florenorum, quod pro ea fecisse legitur dictus nobilis Montassius, facta fuit pro bonis paternis, & maternis: et mediante dote huiusmodi pro ipsa Georgeta constituenda, eadem Georgeta se reputans contentam renuntiauit bonis paternis, & maternis: & cum iuramento renuntiauit beneficio minoris etatis, & restitutionis in integrum: & iterū iurauit non venire contra per que videtur exclusa sine dubio a beneficio minoris etatis: authen. sacramēta puberū. C. si aduer. vendi. de quo Cano. in. c. penul. de emptio. & vēditio. videtur etiam exclusa a beneficio. l. ij. C. de rescinden. venditio. pro eo quia non solum cum iuramento renuntiauit beneficio minoris etatis, & restitutionis in integrum, sed etiam conuenit, & promisit aduersus contenta in instrumento huiusmodi renuntiationis non venire: posito quod lesa, seu decepta reperiretur: & ita iterato iurauit. Per que verba videtur renuntiasse beneficio. d. l. ij. alias hoc secundum iuramentum, & illa verba, etiam si lesa reperiretur, nihil viderentur operari: quod non est dicendum: quia nedū vna queque clausula, sed etiam vnum quodque verbum a cōtrahentibus prolatum, debet esse cum virtute operandi, si fieri potest. l. hac lege. ff. de contrahen. emptio. & l. si stipulatus. ff. de vsu. hec sunt verba Bal. in rubri. C. de contrahē. emptio. in. ix. questio. facit. c. si Papa. de priuile. in. vj. & l. si quando. cum suis simil. ff. de leg. j. faciunt pro hoc verba eiusdem instrumenti ibi, illis melioribus modo, via iure, & forma, quibus melius potuit, & de iure debuit dictari, dici, & interpretari ad commodum, & vtilitatem eiusdem Montassij, & suorum heredum, & successorum quorūcunque. Que omnia essent superflua, nisi censeretur ipsa nobilis Georgeta voluisse renuntiare etiam beneficio. d. l. ij. C. de rescindē. vendi. Et cum iuramentum, imo iuramenta predicta possint obseruari sine interitu salutis eterne, & detrimento alterius, illa obseruanda sunt. d. c. cum contingat. & c. quamuis pactū. cum suis simili. de pact. in. vj. Et non solum tenetur eadem Georgeta ad obseruationem quietationis, & remissionis huiusmodi propter iuramentum, imo iuramenta, de quibus supra, sed etiam confirmate sunt quietatio & remissio huiusmodi predictis iuramentis: secundum communes conclusiones scribentium in iure: dicta authen. sacramenta puberum. c. quamuis pactum. & cap. cum contingat. superius allegatis. Nec opponat aliquis quod licet in instrumento constitutionis dicte dotis dicatur dos constituta pro bonis paternis, & maternis, illa tamē censetur constituta pro bonis paternis cum illa sufficerent. l. fina. C. de dot. promissio. & ita reperiretur eadem Geogeta nihil habuisse, vel habere de bonis maternis. Quoniam respondeo quod istud etiā si verum esset, non sufficeret ad impugnationem quietationis, & remissionis predictarū. Pro quo allegasse sufficiat quod communiter firmant docto. moder. in d. c. quamuis pactum. & in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. contra Pet. de Ancha. in. d. c. quamuis pactum. & contra Ricar. de de Sali. & Ricar. eius nepo. in. l. pactū. C. de pact. Uerum quamuis ista videantur posse sustineri, ego tamen consulerem quod videretur an legitima que debebatur prefate Georgete, & que ascendit ad decimam partem bonorum dicti quondam Montassij, & dimidia pars dotis materne, seu bonorum maternorum, ascendant vltra mille & ducentos florenos: & quod illud plus eidem nobili Georgete solueretur: quod dico propter illa verba posita circa principium instrumenti quietātie, ibi, quos, vbi deberet dicere qui, vt ibidem dixit, & asseruit ascendunt summā & portionem eam tangētibus de bonis suis paternis & maternis, & vltra. Per illa enim verba videtur cogitasse, & credidisse eadem Gorgeta, quod dicti mille & ducenti floreni ascēderent ad valorem eius legitime, & dimidie partis bonorū maternorum: quia pro illa parte sue matri successerat. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubric. De annuis legatis. ¶ Consilium. cccCxxxviij.

¶ Epitome.

¶ Successor particularis actione personali non conuenitur vt soluat annuum legatum factum sub obligatione &

hypotheca omnium bonorum, sed hypothecaria sic: sibiq̃
legatarius cedet omnia iura sua aduersus ceteros possesso
res bonorum defuncti, vt ab eis pro quota consequatur
quod soluit.


ISO Casu mihi exhibito parte nobi-
lis, & potētis viri domini Sigis-
mundi de Castronouo militis, & dubio ex
casu huiusmodi elicito, dico & respondeo
ad dubium huiusmodi sub correctione cu
iuslibet domini melius sentientis, quod
dominus rector capellanie sancti Georgij inibi mentiona-
tus petere nō potest dictum do. Sigismundū precise con-
demnari ad sibi dandum, & soluendum annuam pēsionem
viginti florenorum monete regie, quam olim in suo vltimo
testamento eidem capellanie & suo rectori legasse dicitur
prouidus vir quondam Claudius: quia cum vt apparet ex
casu huiusmodi idē dominus Sigismundus non quidem
titulo hereditario, vel alio vniuersali, sed titulo donatio-
nis aliqua, licet pauca, teneat, & possideat de bonis dicti
quondam Claudij testatoris, non potest idem dominus
Sigismundus actione personali conueniri ad soluendum
predictam annuam pensionem insolidum, aut pro parte:
quia personalis actio fundum non sequitur. l. j. §. si heres.
& quod ibi glossa & doctores. ff. ad Trebel. l. finali. §. penult.
ff. de contrahen. empt. l. fideicommissum. §. tractatum. ff.
de iudic. quod etiam voluit Romanus consil. ccclxxxviij.
exordiente, In casu propositi thematis, &c. fateor tamen q̃
idē rector experiri posset, & agere contra ipsum dominum
Sigismundum hypothecaria actione, postq̃ bona sunt
hypothecata: & petere eundem dominum Sigismundum
condemnari, vt possessionem bonorum que tenet, & possi-
det de bonis dicti quondam Claudij testatoris sibi & di-
cte capellanie restituat, aut totam pensionem soluat. l. ij. C.
si vnus ex plurib. hered. notat Bartol. in. l. rem alienam.
versiculo quero qualiter concludatur, &c. ff. de pignor. act.
vel secundum opinionem & practicam communem petere
posset idem rector dictum dominum Sigismundum con-
demnari ad sibi tradendum possessionem bonorum predi-
ctorum per eundem detinendam in causam pignoris pro
quantitate dicte annue pensionis iam debita: donec eidē de
illa quantiate satisfactū extiterit. l. si cum venditor. in prin.
ff. de euict. quod etiam voluit Bart. in dicto versic. quero
qualiter, &c. Et si sic experiretur, & ageret idem dominus
rector, non posset prefatus dominus Sigismundus cum
effectu postulare, vt solum conueniatur pro rata & portio-
ne bonorum que tenet, & possidet de bonis dicti quondam
Claudij testatoris. l. creditoris. & quod ibi Bartol. ff. de di
stract. pignor. & l. quandiu. C. eodem tit. quod etiam voluit
Bar. & doc. in. l. moschis. ff. de iure fis. & Spec. tit. de solut.
§. j. versic. item debitor meus. posset tamen ipse dominus
Sigismundus cum effectu petere ab eodem rectore, vt sibi
cedat iura & actiones eidem, & dicte sue capellanie pro dicta
debita quantitate, seu arreragijs debitis competentes: &
deinde facta cessiōe poterit experiri pro quota cōtra alios
possessores bonorum dicti quōdam Claudij, vt sic debi-
tum diuidatur inter eos: vt notat Specul. titulo de cessio.
actio. §. primo, versiculo, sed pone habeo, &c. pro quo alle-
gat. l. cum possessor. ff. de cessio. l. si pupillus. ff. de admini-
stratione tutorum. & l. primam. §. secundo. ff. ad lgem Ro-
diam de iactu. & cum hac opinione transit Ioannes An-
dreas in additionibus, referens hoc dictum fuisse dictum
Alberici Galli. Et ita mihi videtur, sub correctione cu-
iuslibet domini melius sentientis.

Rubrica, De dignitatibus. Consilium. cccc xxxix.

Epitome.

Senectus seu vetustas, licet regulariter attendenda, &
preferenda sit, illud tamen fallit, vbi certum est de qualita
te persone, vel maiori dignitate: quo casu nec senectus, nec
iuuentus attenditur.

1 Rei satis demonstrate frustra adijcitur demonstra-
tio.
2 Vetustas seu senectus quando attendenda & preferenda, &
quando non.
3 Ordo duplex temporis & qualitatis, seu maioritatis.


1 REI Satis † demonstrate frustra adijci-
tur demonstratio. l. §. fin. ff. de dot.
preleg. & plenitudo actione non indiget. c.
bene quidem. xcvj. distinct. quo fit, vt cum
parte venerabilis & egregij viri do. rectoris
venerabilis collegij de Riuiere in Aui-
nione fundati, & plene, & eleganter, ac etiam veraciter de-
monstratum extiterit eundem domi. rectorem preferri de-
buisse & debere in processionibus: & alijs huiusmodi egre-
gio viro do. rectori venerabilis collegij sancti Michaelis,
in eadem ciuitate fundati, opus non existat aliud adijcere:
quam ob causam decreueram supersedendum, ne dicatur
mihi illud Horatij In siluā ne ligna feras: aut enim eadē
dicam ex superfluo, aut si noua dicere voluero, a clarissimo
ingenio occupata sunt meliora. Verum vt in aliquo exe-
quar votum postulantis adherendo superius allegatis,
dico & respondeo, quod licet ceteris paribus, sit attenden-
2 da † vetustas, seu senectus, & prioritas: per ea que not. Ioā.
And. in. c. q̃to. de transla. episco. in nouel. allegans Valer.
maxi. lib. iiij. v. c. Cuius dictum probatur in authen. de ap-
pel. §. illud etiam in prin. ibi veneranda vetustatis autho-
ritas. & in. l. semper. ff. de iur. immuni. facit. ij. q. vj. anterio-
rum. §. illud. & quod habetur in cap. de quibus. ibi seniores
prouincie congregate. dis. xx. c. si quid ibi, sed presentibus
ecclesie tue senioribus. dist. lxxxvj. quod no. Barto. in. l. ob
seruare. §. ante vero. ad finem. ff. de offici. proconsul. & tam
ipse quā alij in alijs locis, in quibus non insisto: tamen v-
bi certum est de qualitate persone, vel maiori dignitate, nō
attenditur senectus, vel iuuentus. l. fina. ff. de fid. instrum.
l. ob carmen. §. si testes. ff. de testi. ita dicit Albert. in. l. cum
quid. versi. deinde. ff. si cer. peta. qui etiam dicit, quod ita te
nent docto. communiter. & idem firmat in. l. ij. C. de offi. ma
gistr. offi. Sola enim antiquitas nō est causa prelationis:
secundum docto. sed maioritas dignitatis, quando con-
stat de illa: vt habetur in authen. de noua. §. fi. Pro quo fa
cit quod voluit Inno. & docto. in. c. j. de maiori. & obedien.
Ex quorum dictis illud colligitur, quod id quod dici so-
let, prius ordinatum in cessione, subscriptione, responsio-
ne, & beneficij perceptione, ceteris preferenduȝ esse verum
est debere intelligi in equaliter meritis. Nam digniores
etiam post ordinati preferuntur. c. licet. viij. qō. j. Ad quod
facit quod not. Ioan. de Pla. in. l. j. C. de consuli. lib. xij.
& in. l. j. C. vt digni. ordo serue. eo. lib. dicit enim duplicem es
3 se ordinem dignitatum: scȝ temporis † qui habet locum in
ter habentes equales dignitates. de quo habetur. in. l. j. C.
de prepo. sacri cubi. eo. lib. & l. vnicuiq̃. de proxi. sacro. scri-
nio. & l. fi. de curio. & qualitatis, seu maioritatis. Et hic or-
do est potētior: q: nō curamus de ordine tp̄is vbi cōstat de
ordine qualitatis, seu maioritatis. Dico igitur q̃ rōne qua
litatū quas plenissime prosequit̃ egregi⁹ vir do. primo scri
bens: debet prefatus do. rector dicti venerabilis collegij de
Riuiere, preferri do. rectori prefati collegij sancti Mi-
chaelis. Et quidem ratione dignitatis reueren. do. funda-
toris, pro quo vltra per eum allegata, faciunt not. per glo.
in. c. fin. dist. xvij. per glo. fi. in. l. restituende. C. de aduo. di-
uer. iudi. & Panor. in. d. c. j. de maio. & obedien. Etiam ea
ratione, quia dictum collegium de Riuiere habet feuda
nobilia, de quibus in precedentibus, habet etiam domino
rum collegiatorum numerum lōge maiorem, que vidētur
non inepte, vel minus opportune attendenda: propter id
quod not. Iaco. Rebuf. & Ioā. de Pla. in. l. j. C. de alexan.
ciuita. priua. lib. xj. Dicunt enim quod melius est, & hono-
rabilius quem esse mediocrem ciuem vnius nobilis ciuita
tis, & magis debet honorari, quam esse maiorē ciuem vni⁹
mediocris ciuitatis. Ex quo infert Io. de Pla. q̃ popula-
res insignis ciuitatis magis debēt honorari, q̃ nobiles al-
terius parue vel mediocris ciuitatis. Barto. autem ibi di
cit predicta facere pro popularibus illius ciuitatis, in qua
tunc loquebatur: & puto quod Bononiensis pauper plus
debeat honorari, q̃ alij magni alterius ciuitatis. Ad pre-
missa facit, scilicet quod plus debeat honorari p̃fatus do.
rector ratione feudorum, iurisdictionis, maioris numeri
collegiatorum: quod habetur in authen. de defen. ciuita. §.
j. in fin. vbi tex. quod quanto quis preest melioribus, tanto
melior & ipse honestior est: quod dictum commemorauit
Oldra. consilio mihi. xxv. exordiente. Circa propositam
questionem, an dominus noster Papa Ioannes, &c. Que
omnia dixerim breuiter, & succincte sub correctione cuius-
libet domini melius sentientis.

Rubric

¶Rub. De fideiussorib. ¶Epitome. ¶Consil.ccccxl.

¶Ut in primo collectaneo.

1 ☞ Principalis debitoris bona ante discutiẽda quam agatur hypothecaria contra fideiussores, vel pignorum possessores. 2.
2 Soluendo dicitur principalis vbicunq̨ habeat bona.
3 Principalis propter difficultatem conueniendi non dicitur idoneus.
4 Testes negatiue deponentes debent remouere actum a sensu, non sensum ab actu.
5 Exceptio dilatoria ante litem contestatam opponenda.
6 Intellectus clemen. j. de re iud.
7 Hypothecaria agens contra tertium possessorem probare debet principalem aliquando possedisse.
8 Jus quod quis non habet in re non acquiritur ei per reseruationem.
9 Causa limitata, limitatum parit effectum.
10 Sententia non ferenda super incerta petitione.
11 Plus re petens in expensis est condemnandus.
12 Testes non debent recipi non vocata aduersa parte, aut eius procuratore.



Inspecto Processu dudum cepto ⁊ diu ventilato per ⁊ inter nobilem ⁊ potentem quondam virum Bertrandum de Balma dominum Suze supplicantem ex vna parte: ⁊ nobilem quondam virum Antonium de Utessia supplicãtem ex alia: ⁊ deinde continuato ⁊ adhuc pendẽte indeciso per ⁊ inter eorum heredes preextu, ⁊ ad causam certe pretense annue pensionis sex viginti florenorum, ⁊ quarũdam pretensarum summarum pecunie, per dictum dominum Suze a prefato de Utessia petitarum: videtur dicendum sub benigna supportatione huius magnifici parlamenti, eundem dominũ Suze male egisse contra dictum quondam Antonium de Utessia, olim dominum locorum Ualisauree, ⁊ Rossacij, ⁊ nunc agere contra eundem nobilem Bertrandum, quatenus non discussis bonis nobilis viri domini Joannis de Brancassijs pretensi principalis
1 debitoris egit hypothecaria † actione contra eosdem de Utessia: quod facere non debuit. authen. de fideiussoribus. §. sed neq̨. ⁊ transumptiue in authentico. si debitor. C. de pigno. Debuerunt enim ante conuentionem huiusmodi discuti eius bona, ⁊ non solum bona existentia in Dalphinatu, sed etiam alia. arg. l. cum vnus. §. penultimo. ff. de bo. author. iud. possid. l. properandum. §. si autem reus. C. de iud. ita in terminis decidit alicubi Jacobus de Are. quem refert Bal. in. l. fin. §. sed si cum Seio. versi. sed pone, scholaris. ff. si cert. petat. vbi querit, pone scholaris de Alemania studens Perusij dedit fideiussorem, ⁊ iste scholaris in proprio domicilio est idoneus, ⁊ soluendo: Perusij vero vbi iudicium agitur nihil habet iudicij: an absq̨ eo quod alia fiat exceptio in bonis alibi sitis, possit fideiussor conueniri: ⁊ dicit q̨ Jacobus de Are. tenet excussionem fieri de-
2 bere: quia vbicunq̨ † habeat bona, dicitur soluẽdo esse. Et propterea prius debet fieri missio in bonis vbicunq̨ sitis, antequam perueniatur ad fideiussores, vel pignorum possessores: pro quo allegat. d. l. cum vnus. §. penultimo, ⁊ alia iura predicta. idem voluit Ang. in. d. §. sed neq̨. versicu. sed an de bonis. pro quo allegat. l. presenti. §. cum autem moniti. C. de ijs qui ad eccles. confug. idem voluit Bald. in. l. fideicõmissum. §. tractatum. vers. not. ex hoc text. ff. de iud. Cum enim ibi intellexisset, an bonorum excussio fieri debeat, vbicunq̨ bona existant, ⁊ arguisset hincinde, subiungit de hoc dicendum: vt notat Jacob. de Are. in tractatu excussionum. ⁊ quod ista fuerit mens Bal. notat Francis. de Are. in. l. decem. versi. vtrum autem vt possit veniri, ⁊c. ff. de verborum oblig. qui etiam videtur ibi hoc tenere: pro quo allegat q̨ cũ lex indefinite dicat bona debitoris prius debere discuti, censeri debet de omnibus bonis: quia propositio indefinita a lege prolata, equipollet vniuersali: vt no. glo. Joan. Monach. ⁊ doctores in. c. vt circa. de electionib. in. vj. ⁊ Barto. in. l. si pluribus. versicul. tertio premitto. de leg. ij. Et quamuis Baldus in dicto versic. sed pone. dicat hoc dictum Jacobi de Are. debere intelligi, quãdo facilis
3 est exactio, quasi alias non dicatur debitor † principalis idoneus, propter difficultatem conueniendi, quasi videatur absurdum, q̨ actor cogatur peregrinari. l. sed hec. §. ij. ff. de procurat. ad quod facit quod notat glossa in authent. de exhib. reis. §. suscepto. ⁊ quod notat glossa in. l. fin. C. de agen. in reb. lib. xij. quod etiam voluit Angelus in dicto. §. sed neq̨. istud tamen non obstat: quia cum terra seu prouincia pontificis, in qua ⁊ dictum, ac propositum, ⁊ probatum extitit eundem de Brancassijs habuisse, ⁊ possidere tempore cepte cause huius, ⁊ diu postea domum, sit propinqua, quinimo confrontetur cum patria Dalphinali, nec fit ipse de Brancassijs in ea prouincia potens, vel alias talis, de quo idem do. Suze sibi vicinus, ⁊ eo potentior iustitiam consequi non possit, nõ debuit, nec debet exactio ab eo fienda cẽseri difficilis: debuit igitur domus huiusmodi, ⁊ alia bona, que habet in terra pontificis, excuti, priusq̃ idem domi. Suze experiretur, ⁊ ageret cõtra dictum nobilem Antonium. argu. eorum que no. Bar. in. l. sciendũ. §. j. ff. qui satisda. cogan. ⁊ quod no. Ange. in eadem. l. sciendum. in fin. principij. Non enim dicere potuit, aut potest idem domi. Suze, q̨ propterea cogatur peregrinari: cũ domus, ⁊ alia sint in territorio contiguo patrie Dalphinali: ⁊ sic possit dici locus vicinus. iuxta id quod legitur ⁊ nota. in. l. iiij. §. si tam vicinum. ff. de dam. infecto. ⁊ quod not. in. c. felicis. in gloss. super verbo vicinarum. de penis. in. vj. ⁊ per Innocẽ. in. c. calumniam. de pen. ⁊ per Balan. l. si vicinis. C. de nup. ⁊ per Alex. de Imol. consi. xcij. exord. In causa, que vertitur. in tertio volu. vbi de hoc. Preterea esto q̨ ad hoc, vt potuerit idem do. Suze experiri, ⁊ agere contra dictos de Utessia hypothecaria actione, sufficeisset excussio bonorũ debitoris existentium intra Dalphinalem iurisdictionẽ, ⁊ districtum, non propterea appareret eum bene egisse: pro eo q̨ nõ apparet bona huiusmodi fuisse excussa, vel ipsum debitorem infra dictum districtum nihil possidere, vel habere: super hoc enim sunt producti duo, qui examinati super septimo articulo schedule exordien. Licet die lune, ⁊c. deponunt, primus videlicet articulum esse verum: quoniã nescit, neq̨ intellexit, quod dictus de Brãcasijs teneat, aut possideat bona aliqua in hac patria Dalphinali. Et alius, quod nescit, nec intellexit quod idem de Brancasijs nunc
4 teneat, ⁊c. qui propterea non probant quia † cum deponãt negatiue, deberent remouere actum a sensu, non sensum ab actu: vt not. Bald. in. l. j. versi. quero extra ibi, ⁊ aduerte. C. de bono. pos. sec. secun. tabu. Et puto q̨ non solum nõ probant isti duo, quinimo nec probarent mille: facile enim reperirentur mille, imo decem millia hominum, qui deponerẽt se nec intellexisse, nec sciuisse quod idem de Brãcasijs bona aliqua possideret in patria Dalphinali. Aliam etiam ponit practicam Bal. ad probandum quod debitor principalis non sit soluendo, in. d. l. decem. ff. de verbo. oblig. dicit enim quod iudex debet committere nuntio vtrum bona sint sufficientia: allegat tex. in. l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eo. ⁊. l. j. §. quies. ⁊ quod ibi Barto. ff. de offic. pre. vr. Pro quo bonus tex. in. l. j. §. si preses. et. l. j. ff. de magistra. conuenien. ⁊ hanc doctrinam ponit Barto. in. l. stipulatio. §. hec autem. ff. de no. ope. nuntia. ⁊ Bald. in authen. sed hodie. C. de actio. ⁊ oblig. ac melius ⁊ plenius. in. l. ij. C. quando fi. vel priua. Quod etiam eleganter ponit Ange. in. d. §. sed neq̨: versi. vltimo. quero qualiter, ⁊c. ¶Nec opponat aliquis quod huiusmodi exceptio nõ facte excussio-
5 nis, vtpote dilatoria, debuerit † opponi ante litem contestatam, non postea: per id quod magis cõmuniter no. doct. in. l. exceptio. em. C. de proba. Quoniam respondeo, quod esto q̨ istud verum existeret, non propterea releuaretur, qn idem do. Suze probare debuerit excussionem, vel principalis inopiam debitoris: q̨ alias non potuit eidem domi. Suze, aperiri via agendi cõtra dictos de Utessia: authẽ. de fideiusso. §. j. ⁊. §. si neq̨. Et ita voluit Bald. ⁊ Sali. in. l. si probatum. C. commu. diuid. quod tamen vt predixi, hic non fuit probatum. Addo premissis quod cum pro dicta pretensa pensione fuerit domus de qua in actis specialiter obligata, alia vero bona debitoris solũ pretenduntur fuisse obligata generaliter: prius debuit excuti domus huiusmodi: ⁊ ipse dom. Suze, contra illius possessorem experiri, etiam si fuisset extra. eius, q̃ contra dictos de Utessia. l. ij. ⁊ quod ibi gloss. ⁊ doct. C. de pigno. Cui non obstat pretensus stylus curie parui sigilli Montispessulani: tum quia hic non apparet actum esse in vim huius styli: nulle enim apparent excussiones, vel litere a dicta curia impetrate: tum ⁊ q̨ nõ apparet, quod in vim illius pretensi styli sic agi possit cõtra tertiũ possessorem: hoc enim non est probatũ: quinimo nec propositũ si attendatur ad secundũ ⁊ tertium articulos schedule exordien. Oposita pro parte nobili, ⁊c.

Et esto ꝙ stylo, aut statuto curie huiusmodi caueretur non debere opponi, nisi tres exceptiones in huiusmodi articulis mētionatas: hoc tamē deberet intelligi procedere, quādo agitur contra eum, cum quo factus est cōtractus: secus autem in casu nostro: vbi agitur contra tertium possessorem: secundum Ioan. de Imola qui ita determinat in. l. fi. versic. aduerte tamē, ⁊c. ff. quis ⁊ a quo appel. per. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. idem tenet Ioannes de Imola in clemen. j. de re iud. per id quod sentit ibi glossa in verbo contra se. ⁊ ibi clarius doctor. dicunt enim ꝙ dispositio illius clement. prime volentis,
6 † ꝙ non possit opponi exceptio nullitatis contra tres conformes sententias, non habet locum quoad tertium comparentem pro suo interesse: facit quod voluit Baldus in. l. j. C. communi. de legat. dicit enim ꝙ statutum tribuens priuilegium instrumento guarentigiato habet locum, quando agitur personali actione, vel hypothecaria cōtra principalem debitorem: secus vbi agitur prout in casu nostro, contra tertium possessorē. arg. l. j. C. si cert. pet. hoc dictum sequitur Pet. de Ancha. in. c. canonum statuta. versic. circa istam extensionem. de consti. ⁊ Alexand. de Imola cōsilio. xcj. in tertio volumine, ⁊ plene Ja. de May. in. d. l. si vnus. §. ante omnia. ¶ Preterea vbi premissa cessarent, que non cessant, adhuc est quod refragetur,
7 ⁊ obstet eidem domino Suze, scilicet ꝙ † non probauerit prefatum de Brancassis tenuisse, ⁊ possedisse loca predicta Ualisauree, ⁊ Rossacij: quod tamen cum egerit actione hypothecaria, probare oportuerat, per id quod voluit glossa, ⁊ quod ibi plene per Bart. in. l. rem alienam. ff. de pignorat. act. quod etiam voluit Albericus in. l. cum res. circa fin. versi. ⁊ licet sint. C. si res aliena pig. dat. sit. vbi etiam affirmat se vidisse ita communiter obseruari. Idem notat Ang. Aret. in. §. item Seruiana. versicu. tertio casu principali. institut. de act. vbi relatis opinionibus tandem precipit tenere opinionem Bart. quam dicit seruari in practica: nisi appareret de fraude in dānum creditoris. Quid vltra si diceremus opinionem Bart. de qua in. d. l. rem alienam, ⁊ aliorum predictorum non esse veram, quatenus ipsi dicunt, ꝙ creditor agens contra extraneum possessorem, etiam si causam habeat a debitore, debeat indistincte probare, quod debitor possederit, ⁊ titulum debitoris non esse verum: ⁊ esse verius id quod dicit Cyn. in. d. l. cum res. distinguens inter extraneum habentem causam lucratiuam a debitore, ⁊ eum qui habet causam onerosam: ⁊ quod in primo casu sufficiat probare possessionem debitoris: in secundo non: quam distinctionē videtur sequi Bald. in. d. §. item Seruiana. ⁊ in. l. de rebus. C. de donat. ante nup. Jac. Butrigar. in. d. l. cum res. istud tamen non suffragaretur eidem domino Suze: pro eo quia non est probatum, quin imo nec propositum prefatū quōdam Antoniū de Uessia habuisse causam lucratiuam ab ipso de Brancassis: prout nec re vera illam habuit, sed habuit in recompensam dānorum, ⁊ interesse, que passus fuerat, ⁊ imposterum passurus erat propter verberium de quo in actis. Adijcio premissis dictum dominum Suze non solum nō probasse prefatum de Brācassijs possedisse cum titulo dicta loca Ualisauree, ⁊ Rossacij tēpore dicte pretense vēditionis annue pēsionis sex viginti florenorum, vel postea: sed nec probauit, ꝙ illa possideret: testes enim parte eius producti, ⁊ examinati super quarto articulo dicte schedule, licet die Lune, ⁊c. non videntur sufficiēter, ⁊ ad rhombum deponere: ⁊ presertim secundus, qui licet dicat se vidisse eundem de Brancassijs tenere, ⁊ possidere dicta loca, nihil tamen deponit de tempore: scilicet, ꝙ vel tempore pretense hypothece, vel saltem postea possederit: quod tamē erat necessariū: per ea que habentur in. l. ⁊ que nondū. §. quod dicitur. iunctis ijs que ibi notat Bart. ff. de pignorib. Esto enim ꝙ loca huiusmodi aliquando extitissent dicti de Brancassijs, ⁊ per eum fuissent possessa, non propterea sequitur ꝙ sua essent, vel per eum possiderentur, aut possessa fuerint tempore dicte pretense hypothece, vel postea: quia est aliud tempus, scilicet precedens dictam pretensam hypothecam, quo possidere potuisset: ⁊ ante illam potuit desiisse possidere. Non ergo probat testis. l. neqꝫ natales. C. de probatio. ⁊. l. non hoc. C. vnde cog. Et quamuis prefatus dominus Suze videatur fecisse maximum fundamentum super quadam pretensa reseruatione, quam factam fuisse pretendit, ⁊ affirmat per hanc insignem curiam tempore concessionis literarū precisarum missionis in possessionem parte dicti quondam nobilis Antonij, ab ipsa obtentarum: huiusmodi tamē pretensa reseruatio ei prodesse non videtur: quia licet per illa verba, ⁊ hoc citra preiudicium pensionis sex viginti florenorum per dictum do. Suze super bonis domini Ualisauree acquisite, vt pretendit, posita in dicta concessione, videatur ius eius, si quod habebat, reseruatum. l. iij. §. pen. ff. de libe. exhiben. l. penul. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. l. idem fiet secūdo responso. ff. de testamē. tute. perinde ac si dicte litere precise concesse non fuissent: non est tamen ei per reseruationē
8 † huiusmodi, ius quod non habebat acquisitum, ipsa enim insignis curia hoc agere nō intendebat, nec eius verba que premisi, hoc important: solum enim per illa hoc agitur, vt concessio predicta dicto domi. Suze preiudicium non afferret. Nec sibi persuadeat idem, domi. ꝙ contrarium appareat per illa verba in concessione huiusmodi apposita: hoc acto, ꝙ nisi prefatus domi. Suze, habuerit de fructibus, ⁊ presijs loci Ualisauree pro summis quadraginta florenorum ex vna parte, ⁊ sex viginti florenorum ex alia parte: pro quibus dicta expleta curiarum Cabeoli, ⁊ Montispessulani facta fuerunt, quod premissis non obstantibus capere possit ⁊ valeat de dictis fructibus, ⁊ presijs vsqꝫ ad dictas concurrentes quantitates. Quoniam respondeo, quod ipsa insignis curia non simpliciter voluit, quod idem dom. Suze posset in casu de quo ibi, capere de dictis fructibus vsqꝫ ad cōcurrentes q̄titates: sed cum illa cauda, premissis non obstantibus, ita quod vt apparet ex verbis premissis, ipsa insignis curia solum protestari intendebat quod preiudicium afferre non volebat ipsi do. Suze: sed reseruabat quod perinde posset capere de fructibus pro summis predictis, quatenus de eis satisfactum non fuisset vsqꝫ ad concurrentem quantitatem, ⁊c. acsi non essent concesse dicte litere precise: quas fateor non obesse propter dictam reseruationem: sed est aliud quod obsistat, vt apparet ex predictis: quod non apparet sublatum: ergo illud restat: limitata
9 enim † causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquiren. rerū do. Et vbi plura obstant, licet fiat gratia de sublatione vnius, non propter hoc tollitur aliud: ⁊ ideo alio adhuc remanente totum remanet impeditum. l. si domus. ff. de seruit. vrba. predio. ⁊. c. ij. de filijs presb y. ⁊. c. ex tuarum. de author. ⁊ vsu palij. ⁊. c. pastoralis. de priuile. Pro quo est bonus tex. in. l. si non lex. ⁊ quod ibi Joan. de Imo. ⁊ docto. ff. de here. instituen. ¶ Preterea vbi premissa non sufficerent dicto nobili Betrando quoad dictos quadraginta florenos ab vna parte, ⁊ sex viginti ab alia, quos idem domi. Suze sibi solui postulauit, ⁊ postulat, ⁊ qui cēsentur mentionati in dicta ordinatione concessionis literarum precisarum, est tamen aliud, quod etiam eidem prosit, ⁊ noceat dicto do. Suze, scꝫ quod non apparet de illis pretensis expletis curiarū Cabeoli, ⁊ Montispessulani: ⁊ consequenter nec de dictis quadraginta florenis ab vna parte, ⁊ sex viginti ab alia, pro quibus ipsa asserta expleta facta pretenduntur. Et ita ipsa asserta petitio est incerta: ⁊ que defectu dictorum pretensorum expletorum certa reddi nō
10 potest: nec † per consequens super ea ferri sententia, presertim pretextu dicte asserte reseruationis, que non est simpliciter de summis predictis, hoc est de quadraginta, ⁊ sex viginti, sed est de summis huiusmodi: ⁊ pro quibus fuerunt facta expleta. ¶ Preterea ex actis cause huius, ⁊ tam per depositiones testium parte dicti quōdam Antonij in hac causa productorum, ⁊ examinatorum super articulis exordientibus, Supplicata parte nobilis, ⁊c. insertis fol. xxvi. quam ex ijs que deducta extiterunt parte dicti domini Suze in schedula exordiente opposita pro parte nobilis, ⁊c. inserta folio. cxxij. constat, ⁊ apparet dictum quondam nobilem Bertrandum de Balma tunc domi. Suze, tenuisse loca predicta Uallisauree, ⁊ Rossacij, ac etiam leuasse, ⁊ percepisse fructus, ac prouentus eorundem locorum ad minus spatio trium annorum, ⁊ quinqꝫ aut sex mensium: qui inchoati extiterant anno incarnationis dominice, M. cccc lxx. ⁊ die vndecima mensis Februarij quo die facta pretenditur parte eiusdem domi. Suze datio in solutum fructuū ⁊ presiarum eorundem locorum: vt constat instrumento sumpto vt pretenditur, anno ⁊ mense predictis. inserto folio. cclxxxij. quāuis datio huiusmodi, vel nulla, vel alias inciuilis, ⁊ minus iuridica extiterit: vtpote facta in fraudē dicti quondam nobilis Antonij, inter quem, ⁊ dictum de Brancassijs antea lis mota extiterat, ⁊ tunc pendebat indecisa pretextu, ⁊ ad causam verberij, de quo in actis: quo fit, vt saltem idem domi. Suze, receperit, ⁊ recepisse censeatur ad rationem centum ⁊ decem florenorum pro singulo anno trecentos ⁊ triginta florenos: ⁊ si quas summas eum soluisse, vel exbursasse appareat pro ipso de Brancassijs, ille

fiis, ille non ascendat vltra summam centum et triginta sex florenorum ab vna parte, et ab alia parte vltra summam decem et octo florenorum, quas summas pro alimentis eiusdem Antonii, et pro quota certarum iornatarum, et vacationum cuiusdam magistri Imoneti Perreti idem nobilis Bertrandus soluisse pretendebat. Alie vero pecuniarie summe, si que solute extiterint, et solute appareant per eundem nobilem Bertrandi solute extiterunt, non quidem nomine, et pro debitis dicti domini de Brācassiis, sed propriis eiusdem de Balma soluentis: prout colligi potest ex illis pretensis multis, et variis quietantiis: quarum vna facta pretenditur anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimotertio, die decima octaua mēsis Decembris: alia anno sequenti quarta Februarii: alia hoc anno proxime dicto, et die decima quinta Februarii: et alia hoc eodē anno vicesima quinta Iunii: que omnes facte leguntur preterita, et ad causam illius summe septuaginta duorum florenorum, per eundem nobilem Bertrādum de Balma debitorum, et solutorum pro certis expensis, in quibus ipse nobilis Bertrandus de Balma eidem quondā Antonio condēnatus extiterat: que propterea sibi dari non debuerunt: facta igitur deductione eorum, que idē de Balma soluisse se asserit pro eodē Antonio: et que non ascendunt facto calculo, si non decipior, vltra summam centum triginta sex florenorum, et summam decem et octo florenorum, seu dimidiam partem triginta sex florenorum, remanent apud ipsum dominum Suze de dictis trecentis triginta florenis vltra sex viginti, et quadraginta florenos. Non igitur potuit, aut potest pretendisse, vel pretendere se illos non habuisse: et si maior summa, vel tantū apud eum non remansisset, et remanaret, prout remansit, hoc tamen certissimum est, quod idem dominus
11 Suze plus repetiit: ob quam solū † condemnari deberet in expensis: capitulo primo, cum suis similibus. de plus peti.

¶ Non est pretermittendum, si tamen vera est et integra copia processus cause huius mihi missa, quod testes parte dicti domini Suze, in hac causa producti, et examinati per honorabilem virum magistrum Andream Rolini super articulis exordientibus, opposita pro parte nobilis, etc. nihil probant: tum quia non apparet de aliqua pretensa facultate, aut cognitione eiusdem magistri Rolini, sine qua tamen hos testes recipere non potuit, nec
12 audire: tum et quia illi † extiterunt non vocato dicto quondam nobili Antonio, vel eius procuratore: quod fieri non debuit. l. si quando. cum suis similibus. C. de iureiurando. ad que, si placet aduertat dicta insignis curia. Preterea, si placet, attendat quid possit, et quod inter cetera, et possit, et consueuerit iudicare secundum conscientiam, et rigori iuris preponere equitatem. Habuit enim hic nobilis Bertrandus de Vteisia, imo dictus quondam nobilis Antonius eius frater et predecessor, et pro satisfactione bonorum mobilium sibi furtiue substractorum, et aliorū damnorum, et interesse de quibus existimo hanc insignem curiam esse ad plenum certificatam, dicta loca Valisauree, et Rossacii, qui si nunc ab eisdem expellatur, vel alias compellatur ad solutionem dicte pretense pensionis, nihil omnino est retenturus de eisdem, nec habet remedium contra dictum de Brancassiis: vtpote qui eius odio alienasse dicitur, et in alios transportasse omnia eius bona immobilia. Et quamuis non de omnibus appareat, apparet saltem de domo expresse, et nominatim pro dicta pretensa pensione obligata: econtra vero habet idem do. Suze, expressas hypothecas, et obligatiōes validas per quas potest, et personali contra eundem de Brancassiis, et hypothecaria actione, aut Saluiano interdicto agere, et experiri contra quoscunque tertios possessores: ita vt parum interesse videatur eiusdem dominum Suze si cognitum, et ordinatum extiterit eum prius debuisse experiri contra ipsum de Brancassiis, et eius bona discutere, aut contra possessorem dicte domus, quam agere vel experiri contra dictum nobilem Antonium, aut Bertrandum eius heredem. Econtra vero plurimum interfuit, et interest eorundem Antonii, et Bertrandi propter defectum, et actionis hypothecarie et Saluiani interdicti. Et quia licet fuerint in fraudem alienata, et quia tamen fortasse alienata extiterunt titulo oneroso, difficile est obtinere. Que dixerim omnia, etc.

¶ Ru. De quib. mu. li. se exc. ¶ Epito. ¶ Cons. cccclxi.

¶ Subditi non tenentur contribuere in reparatione fortalitii loci, dum tamen locus esset alias menibus publicis, seu muris clausus, quod si locus non sit menibus septus tenentur: cum fortalitia subrogata censeantur loco Menium.

1 ☞ Subditi non tenentur instruere, nec edificare, nec custodire causa domini, et existēte potente ad custodiendum.
2 Lucrum sentiens sentire debet et onus.
3 Obsequi, et obsequium.
4 Dictionis alius, natura.



Existimo homines et incolas loci de Parueto nō teneri, aut cogi posse ad contribuendum in reparatione fortalitii eiusdem loci, nisi alias facta esset conuentio inter eos, et dominos: per quā astringerentur ad hoc faciendum: vel nisi esset consuetudo introducta a tempore quietantie et remissionis, quam eis fecisse dicitur Nobilis quondam vir Guilielmus de Belloregardo, et quā postea confirmauit magnificus quondā vir, Reynaudus Falaueli, miles dominus eiusdem loci: si enim conuentio facta esset, vel consuetudo ab eo tempore introducta, et legitime prescripta, ipsi possent ad hoc cogi. argumen. l. cum satis. §. caueant. l. domini prediorum. et l. litibus. §. hec de redditibus. C. de agri. et censi. libro vndecimo. facit quod not. Ioannes de Pla. in. l. j. in fin. C. ne opere a colla. exigan. libro. x. alias enim non tenentur. argumen. dicte. l. prime. et l. prima. in quibus causis colo. libro. xj. et l. j. et ij. C. vt rustici ad nul. obseq. deuo. libro vndecimo. quod etiam not. Iacobus Rebuf. in. l. j. C. de aler. ciuita. priuat. libro. xj. Et idem voluit Iacob. Rebuf. in. l. nemo possessorum. C. de anno. et tribu. libr. x.
1 dicit enim ibi videri expressum, quod † subditi non tenentur instruere et sic nec edificare, nec custodire castra domini, eo existente potente ad custodiendum: et non existente in magna necessitate. Pro quo secūdum eum faciunt leges in glo. illius. l. allegate et l. mediterranee. C. de anno. et trib. l. secūda. C. de priuil. et dominus Augustinus in. l. quemā. C. de testi. Preterea si ante tempus remissionis facte per dictum quondam nobilem Guilielmū de Belloregardo ipsi homines tenerentur ad contribuendum in reparatione huiusmodi, hoc onus videtur eis fuisse remissum: et ipsi ab illo onere liberati per illam remissionem, quam eis fecit, et que postea extitit confirmata per dictum quondā dominum Raynaudum falueli: vel propter illa verba, obsequiorum prestationes, vel propter illa, et alias illicitas exactiones: si forte nondum erat hoc ius prescriptum, vel alias legitime introductum, vel saltem quas retroactis tēporibus habere consueuerat. Per que verba videntur remisse non solum illicite exactiones, de quibus premiserat, sed etiam licite: propter illud relatiuum, quas, ibi positum cum copula et, que facit illud teneri et intelligi non quidem limitatiue, vel restrictiue, sed augmentatiue. l. ea tamen. et quod ibi Bartolus. ff. de legatis tertio. not. Bartolus et alii in. l. prima. C. de summa trinita. et fide catholi. Que vt mihi videtur procederēt, si locus de Parueto esset alias muro, seu publicis menibus clausus: sed post scripta predicta, intellexi et audiui quod in loco illo non sunt menia, vel muri publici: et qd tpe necessitatis homines pro se ipsis, et rebus suis defendendis confugiunt, aut fugere consueuerunt ad dictum fortalitium, et ibi recipi cum eorum bonis que deferunt. Audiui insuper, quod de generali consuetudine Dalphinatus, homines castrorum, seu oppidorum, vel locorū publicis muris, aut menibus carentiū, contribuunt, et contribuere consueuerunt in reparatione, fortalitiorum existentium in locis, et oppidis huiusmodi: satis videretur quod homines et incole loci de Parueto contribuere tenerentur. Cum enim hoc casu, et tempore necessitatis videantur fortalitia prēdicta esse surrogata in vicem Menium, et eorum tuta mine se et sua tueantur et defendant eisdem fortalitiis prout fit alibi mediantibus Menibus, seu muris, vbi muri existunt: videtur quod quemadmodum tenentur contribuere in reparatione Menium. l. prima. et fina. C. de quibus muneribus vel presta. nemi. lice. se excusari. libro decimo. et l. prima. et ij. C. de nau. non exta. et l. ad instructionem. cum suis simil. C. de sac. sanc. eccle. no. Io. de Pla. in. d. l. j. C. ne ope. a colla. exigā. ita teneātur

ad contribuendum in reparatione fortalitiorũ. Non enim
2 † est ferendus, qui lucrũ amplectitur, onus autem subire recusat. l. vna. §. pro secundo. in fine. C. de caducis tollend. facit regula, qui sentit onus. cum ibi notatis de regulis iuris, in sexto. Cui dicto obstare non videtur remissio de qua supra. Et primo quidẽ non propter illa verba, obsequiorum prestationem: quia illa non videtur opportune adaptari contributioni fiende in dicta reparatione. Dici-
3 tur enim obsequium ab obsequor. est † autem obsequi idem quod morem gerere: quod non solum de minoribus dicitur erga maiores, sed etiam de maioribus erga minores. Et vt dicit Pyrrus in comentarijs lingue latine, obsequia dicuntur officia. Hinc Terentius, Obsequium amicos, veritas odium parit. glossa tamen in. l. officio. C. de negotijs gestis. dicit, quod officium dicitur inter hominem ⁊ hominem. l. si seruus. in fine. ff. de seruis exportand. obsequium autem dicitur inter patronum, ⁊ libertum, dicta. l. officio. ⁊. C. de obsequijs patrono prestandis. in rubrica. Preterea per predictam remissionem non videntur passim, ⁊ indistincte remisisse omnes obsequiorum prestationes, sed illicite propter illud verbum, alius, inibi
4 † positum, quod est dictio sui natura similium implicatiua. capitulo, sedes. de resciptis. ⁊ in. l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis. notat Joannes de Jmola in. l. prima, in principio. ff. de condict. instit. ⁊ idem voluit Panormitanus in capitulo, satis. de sepulturis. vbi dicit hanc dictionem, alius, facere positionem eiusdem qualitatis cum precedentibus. pro quo allegat notata in dicto capitulo sedes. idem notat in capitulo finali, de fide instrumentorum. Contributio vero, de qua supra, non est censenda illicita propter causas predictas. Non ergo videtur fuisse remissa per illa verba, obsequiorum prestationes. Etiam nec per illa verba, ⁊ quas retroactis temporibus, ⁊c. quia licet illa dictio relatiua, quas, dici possit augmentatiue teneri, vel ampliatiue: non tamen ampliat respectu prestationũ, siue exactionum in precedentibus non expressarum: sed ampliat respectu eius quod dixerat, quas habeat idem vir, vel habere poterat, seu debebat: vt sit sensus, quod non solum remisit omnem talliam, questum, mandatarias quascunq;, ⁊ compleuchias, obsequiorum prestationes, ⁊ alias illicitas exactiones, quas tunc habebat, vel habere poterat, sed etiam eas quas retroactis temporibus habere cõsueuerat: quod intelligo de illicitis, propter illud verbum, alias, ⁊ relatiuum, quas.

¶ Rubrica, De substitutionibus. ¶ Consilium. cccclij.

¶ Epitome.

¶ Ut in collectaneis.

1 ☞ Substitutio conditionalis adueniente conditione sumit effectum, non ante.
2 Donare quis potest ⁊ cedere non solũ presentia, sed etiam futura bona.
3 Per fideicommissum vniuersale succeditur testatori, non heredi grauato.
4 L. iiij. §. verbum potestatis. ff. de donat. inter vir. ⁊ vxor. hodie est correcta per. l. cum oportet. C. de bon. que liber.
5 Patri intestato succedunt equis portionibus eius liberi.
6 Pactum in donatione appositum, quod moriente donatario sine heredibus, bona donata, ⁊c. non prodest liberis masculis donatarij ad excludendas eorum sorores, quomodo accipiatur verbum, heredibus.
7 Tutor an ⁊ quatenus possit pro pupillo constituere dotem.
8 Frater quando teneatur dotare sorem ⁊ quando non.



Ponitur In facto, q̃ dudum fuit in humanis nobilis Berengarius Reynaudi, qui post testamentum per eundem conditum fecit codicillos, quib⁹ legauit, ⁊ reliquit domino Joãni de sancto Michaele Militi, castrum de Teyram, cum suis pertinentijs: cui si ab humanis decederet superstite, ⁊ superuiuente domina Roleta Sachete, eiusdem domine Joannis vxore, eam substituit in castro, ⁊ pertinentijs huiusmodi: ⁊ hi codicilli facti sunt anno Domini M. cccc xxviij. et die vltima mensis Januarij. Deinde vero anno Domini M. cccc xxxv. ⁊ die septima mensis Septembris, dicta domina Roleta donauit donatione inter viuos, nobili Joannono de sancto Michaele eius, ⁊ dicti domini Joannis filio naturali, ⁊ legitimo, ⁊ suis omnia iura successionis, seu substitutionis que habebat, aut habere poterat in futurum super castro predicto, ⁊ suis pertinentijs, presente, ac etiam stipulante ⁊ acceptante pro dicto nobili Joannono dicto Joanne eius patre: fuit autem de pacto inter partes predictas tempore donationis huiusmodi, ⁊ in ea, quod si idem nobilis Joannonus ab humanis sine herede decederet, superstite prefata domina Roleta eius matre, castrum predictum reuerteretur ad alios liberos masculos ex dictis dominis Joanne, ⁊ Roleta procreatos: que Roleta in donatione huiusmodi sibi reseruauit, ⁊ ad eius vitam fructus predicti castri. Successiue autem vita functus est, ⁊ decessit intestatus dictus nobilis Joannonus, superstitibus prefatis dominis Joanne, ⁊ Roleta eius parentibus, ⁊ tribus filijs masculis, scilicet Huygone, Philiberto, ⁊ Ludouico, ⁊ duabus filiabus, scilicet Catherina, ⁊ Joanna de sancto Michaele. Prefatus vero dominus Joannes postea decessit, prius condito eius testamento, in quo legauit, ⁊ vt puto iure institutionis reliquit prefatis nobilibus Catherine, ⁊ Joanne eius neptibus, seu felezenis, ⁊ eaũ cuilibet mille florenos, ⁊ dicto nobili Ludouico muto, ⁊ surdo eius victum ⁊ vestimenta. Heredes autem suos vniuersales fecit ⁊ instituit dictos nobiles Huigonem ⁊ Philibertum de sancto Michaele: ⁊ primo decedẽti supestitem substituit. Jn dicto autem eius testamento eisdem nepotibus, ⁊ neptibus prouidit de tutoribus, administratoribus, ⁊ gubernatoribus, de nobilibus, ⁊ generosis dominis Silleta de Ponteues, matre eorundem nepotum, ⁊ Antonio de Ponteues, eius fratre: qui tamen de tutela huiusmodi se intromittere noluit: dicens se habere magnum onus liberorũ, ⁊ quod horum nepotum gubernio aut tutelari administrationi intendere non valebat. Deinde domina Silleta maritauit dictam Catherinã eius filiam, in cuius dotis augmentum dedit, ⁊ constituit ipsa Silleta tutorio nomine rerum dicte Catherine, viro, vltra, ⁊ preter dictos mille florenos, per dictum quondam dominum Joannẽ eius auum paternum sibi legatos, ⁊ relictos, dictum castrum de Teyram, cum dictis suis pertinentijs pacto inito inter partes, quod si eadem Catherina sine liberis ab humanis decederet, castrum predictum cum dictis suis pertinẽtijs reuerteretur, ⁊ reuerti deberet ad liberos superstites eiusdem nobilis Sillete, ⁊ dicti Joannoni eius quondam viri. ⁊ nihilominus in contractu matrimonij huiusmodi prefata domina Roleta eidem Catherine eius nepti donauit predictum vsumfructum, sibi reseruatum, prout supra dictũ fuit. Successiue autem prefata domina Roleta fecit, ⁊ condidit eius testamentum, in quo heredem vniuersalem instituit prefatum nobilem Huygonem, eius nepotem: cum hoc quod ipse teneretur, ⁊ deberet ratificare donationem per eam factam prefate Catherine de fructibus dicti castri totiens quotiens de hoc faciendo requireretur per dominum Joannem Paucum maritum eiusdem Catherine: quod tamen non fecit: quia nec requisitus: licet ipsa Catherina fructus castri predicti perceperit q̃uandiu vixit. Mortua autem prefata domina Roleta, suborta ⁊ mota est questio per ⁊ inter prefatos Huygonem, ⁊ Catherinam pretextu ⁊ ad causam dicti castri, ⁊ fructuum: dicente dicto Huigone, quod donatio facta per prefatas Silletam ⁊ Roletam non valebat: ⁊ quod post mortem nihil poterat. Et insuper q̃ prefata Silleta mater donare non poterat castrum predictum de Teyram nec fructus eius. Post longuam autem discordiam prefati Huygo, ⁊ Catherina transigerunt, ⁊ transigendo conuenerunt, quod ipsa Catherina durante eius vita perciperet fructus dicti castri de Teyrã ea conditione, quod post ipsius mortẽ castrum huiusmodi perueniret ad prefatum Huygonem, aut suos. Consequenter vita functa est, ⁊ decessit intestata prefata Catherina sine liberis, superstitibus prefatis Huygone, seu eius liberis Ludouico, ⁊ Joanna. Post cuius mortem asseruit ⁊ pretendit dicta nobilis Joanna, quod donatio superius mentionata, videlicet per dictam dominam Silletam prefate quondam domine Catherine, fuit, ⁊ est bona, ⁊ valida: ⁊ propterea pretendit q̃ virtute illius, tertia pars dicti castri de Teyram, ⁊ suarũ pertinentiarum eidem

eidem pertinuerit, et pertineat. Pretendit etiam se habuisse, et habere partem in castro huiusmodi pretextu, et ad causam donationis de qua supra in primo loco, que videlicet facta fuit per dictam quondam dominam Roletam Sachete dicto nobili Joanono patri huius Joane. Quesitum est, an donatio supra primo loco mentionata, facta videlicet dicto quondam Joannono valuerit: secundo quis eidem Joannono successerit: tertio, an pactum de quo supra per quod videlicet conuentum extitit, quod moriente prefato nobili Joannono sine heredibus, et antequam dicta domina Roleta ab humanis decederet, dictum castrum, cum suis pertinentijs reuerteretur ad alios masculos dicti quondam nobilis Joannis, et ipsius Rolete, profuerit liberis masculis dicti quondam Joannoni. Quarto, an constitutio in augmentum dotis facta per dictam dominam Silletam de castro et pertinentijs valuerit. Quinto, an prefata quondam nobilis Catherina transigere potuerit de tota proprietate castri predicti de Terram, aut duntaxat de ea successione, que ad eam pertinere poterat ex persona dicti quondam nobilis Joannoni eius patris. Sexto, quam partem et portionem habeat, vel habere possit in castro huiusmodi dicta nobilis Joana, et vtrum vltra et preter dictos mille florenos per dictum quondam dominum Joannem eius auum sibi legatos, et relictos, et ducentos florenos sibi donatos in augmentum dotis per dictum nobilem Guigonem eius fratrem, ipsa possit petere alia iura super bonis dictorum do. Joanis et nobilium Joannoni Guigonis. Septimo, an prescriptio eidem obstet, attente, quod vt dicitur prefati quondam dominus Joanes auus, et Joannonus pater mortui sunt iam preterierunt triginta anni, et vltra, quibus durantibus nihil petijt. ¶ Viso casu mihi exhibito, et dubijs ex casu huiusmodi subtiliter et pertinenter elicitis dico, et respondeo ad predicta dubia breuiter, et succincte prout infra: premittens tamen pro illorum faciliori solutione, quod cum nobilis et generosa domina Roleta Sachete substituta extitisset in castro de Terram, et pertinentijs illius post mortem nobilis quondam, et potentis viri domini Joanis de sancto Michaele eius viri, non habuit ipsa domina Roleta in vim substitutionis huiusmodi ius aliquod in ipso castro, quandiu vixit ipse dominus Joannes: quia licet idem dominus Joannes esset omnino moriturus: pro eo quia statutum est homini semel mori: qui etiam proprio filio non pepercit: et quia nihil certius morte, substitutio tamen sibi facta de dicta domina Roleta fuit conditionalis, et potuit non existere: per ea que notant doctores communiter, quamuis glossa ibi contra in. l. post mortem. C. de fideicommissis. dicta er-
1 go † substitutio adueniente conditione, hoc est moriente eodem quondam domino Joanne, superstite dicta nobili Roleta substituta, erat sumptura effectum. l. cedere diem. ff. de verborum significatione. l. pecuniam. ff. si certum petatur. et. l. qui heredi. §. finali. ff. de condictionibus et demonstrationibus. facit. l. sub condictione. ff. de solutionibus. non potuit ergo ipsa domina Roleta transferre aliquod ius in nobilem Joannonum de sancto Michaele in castro et terris predictis viuente dicto domino Joanne: quia nemo plus iuris, etc. l. traditio. ff. de acquirendo rerum dominio. et capitulo, Daybertum. cum suis similibus. j. questione septima. non tamen nego quin idem dominus Joannes cui substituta extiterat, potuisset in vita sua castrum et pertinentias predictas eidem domine Rolete restituere: sicut dicitur in dicta. l. post mortem. de vniuersali fideicommisso post mortem heredis alteri relicto. Secundo premitto, quod licet, vt predixi, dicta domina Roleta nullum ius habuerit in castro et pertinentijs predictis, quandiu vixit,
2 idem quondam dominus Joannes, potuit † tamen iura, que in eis habitura erat cedere, remittere, et donare nobili Joannono eius filio: et si sine herede ante eam decederet, alijs suiipsius domine Rolete, et domini Joannis liberis masculis: non vt statim donatio huiusmodi effectum sumeret, sed ita demum, si prefatus dominus Joanes ab humanis decederet superstite eadem domina Roleta: quia potest quis cedere et donare non solum bona, et iura presentia, sed etiam futura: pro quo allegare sufficiat illam antiquorum et modernorum disputationem doctorum, quam ponunt in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationib. et. l. finali. C. de pactis. quatenus inibi querunt, an donatio inter viuos omnium bonorum presentium et futurorum valeat: vbi multi etiam magne authoritatis tenuerunt, quod sic. Tenentes vero partem contrariam non ideo donationem impugnant, quasi non potuerint donari futura, vel aliqua de futuris: vt in hoc casu: sed quia ille, qui donat omnia presentia, et futura se constituit in extrema paupertate, et per indirectum sibi abdicat, et aufert testandi facultatem. Nec opponat aliquis de. l. quidam. §. finali. ff. de donationibus. l. nec nos. C. de captiuis et postliminio reuersis. et. l. finali. C. de pactis. vbi non licet donare, vel alias disponere de bonis viuentis: quoniam respondeo quod ibi disponens hoc faciebat propter spem, quam habebat in succedendo ei, cuius pro tunc erant bona, hic autem non erat ipsa domina Roleta dicto quondam domino Joani eius marito successura: quia
3 per fideicommissum etiam vniuersale † non succeditur grauato, sed testatori grauanti. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari et pupillari. Preterea etiam non obstat, quia prefatus quondam dominus Joannes, cuius tunc erat castrum cum dictis suis pertinentijs, fuit presens, ac stipulans et acceptans pro eodem nobili Joannono: dicta etiam nobilis Roleta non donauit castrum, et pertinentias predictas, sed iura successionis, aut substitutionis que habebat, aut in futurum habere poterat in eisdem: inter que refert: per ea que ponit Dynus et alij in. l. si sit. ff. de legatis primo. Nec etiam opponat aliquis, quod cum prefatus nobilis Joannonus tempore facte donationis in potestate eiusdem domini Joannis existeret, non potuerit ipsa domi. Roleta donare inter viuos. l. tertia. versiculo verbum potestatis. ibi, secundum hoc si mater filio, etc. ff. de donationi. inter virum et vxorem. quoniam respondeo, quod cum ex causa aduentitia filijfamilias sibi acquirant quo ad proprietatem. l. cum oportet. C. de bo-
4 nis que liberis. † dispositio illius. l. tertie. versiculo secundum hoc hodie non tenet vt notant doctores communiter, in. l. si constante. C. de donationi. inter virum et vxorem. Nec est id querendum de vsufructu, quem pater regulariter habet in bonis filij in ipsius potestate existentis. Quoniam cum idem dominus Joannes esset pleno iure dominus, nihil sibi queri poterat per dictam donationem. donabantur enim dicto Joannono iura, que habebat, aut habere poterat imposterum dicta domina Roleta in dicto castro, cum suis pertinentijs, quod, vt predixi, erat eidem donatrici post mortem eiusdem domini Joannis restituendum. Quibus premissis dico, et respondeo primo ad primum quesitum quod dicta donatio fuit valida, et efficax: vt apparet ex predictis. ¶ Ad secundum dico et re-
5 spondeo quod eidem nobili Joannono successerunt † dicti eius liberi: quilibet videlicet pro quinta parte, exclusis seu repulsis prefatis dominis Joanne et Roleta, authentico de hereditat. ab intestato. §. primo. collatione nona. et transumptiue. in authentico, in successione. C. de suis et legitimis liberis. et instituta de hereditat. que ab intestato deferuntur circa principium. ¶ Ad tertium re-
6 spondeo quod not. Tum † quia conditio de qua in facto huiusmodi non euenit. Non enim mortuus est idem nobilis Joannonus sine heredibus. Et hoc siue verbum heredibus, accipi debuerit pro liberis: prout alias in vltima voluntate sic accipitur. l. ex facto. §. penultimo. ff. ad Trebellianum. siue proprie prout communiter accipitur: quia et liberos habuit, et qui eius hereditatem acceptarunt: tum quia in dicto pacto dictum est simpliciter, si sine heredibus, non autem si sine heredibus masculis. Et sic non est opus ingredi illam materiam, de qua per glossam et doctores. in. l. Lucius. la secunda. ff. de heredibus instituendis. per Albericum, Salicetum et alios in. l. prima. C. de conditio. insert. per Andream Siculum, dictum Barbatiam in repetitione legis cum acutissimi. C. de fideicommissis et per alios in alijs locis: an videlicet liberi positi conditionaliter censeantur substituti. ¶ Venio ad quartum, super quo premitto, quod cum ponatur in facto dictam dominam Silletam constituisse, et dedisse in augmentum dotis dictum castrum cum suis pertinentijs, tutorio nomine et non exprimatur cuius tutorio nomine, an videlicet dictorum Guigonis, et Catherine, aut alterius eorundem, et cuius: nec etiam exprimitur an eo tempore isti ambo essent impuberes, vel iam facti adulti: non potest huic questioni respon-
7 deri sine verborum multiplicatione: certum est enim † quod si ambo erant puberes, ipsa constituere non poterat, quia desierat esse tutrix. Si vero adhuc erant impuberes, puto quod etiam adhuc non poterat etiam quatenus concernebat partem:

seu quotam dicte Catherine, nisi cum decreto iudicis, & alijs, de quibus in.l.lex que tutores.C.de administratione tutorum. Quo vero ad quotam & portionem eiusdem nobilis Guigonis, non videtur potuisse facere constitutionem, seu augmentum huiusmodi: nõ enim tenebatur idem Guido dotare dictam nobilem Catherinam: & quidem non vt frater eius: quia cum haberet summam predictam mille florenorum, & quintam partem bonorum dicti quondam nobilis Joannoni eius patris, de quibus dota
8 ri † poterat, nõ tenebatur eam dotare, vt colligi videtur ex ijs, que notat glossa ibi approbata per Bartolum in.l.cum plures.§.cum tutor.ff.de administratione tutorum. quam commemorat Albericus in.l.finali, versiculo, sed nunquid frater.C.de dotis promissione. dotare enim mulierem, est paternum officium, non fratrũ: dicta.l.finali.C.de dotis promissione. Et quanuis Salicetus (si tamen eum corruptum non habeo) videatur sentire in dicta.l.non omni.C.de administratione tutorum. quod frater tenebatur indistincte dotare sororem ex eodem patre natam: per rationes, de quibus ibi: securius tamen dicendum videtur, quod non teneatur, nisi in eo casu, quo aliunde non habet vnde dotetur: quẽadmodum nec eam alere tenetur frater, nisi quãdo nõ habet vnde aliũde se alat.l.qui filiũ.§.quesitum versi.cum hoc.ff.vbi pupillus educari debeat.&.l.prima.§.primo, versic.veluti si matri, aut sorori, que aliter se teneri non possunt.ff.de tute.& ratio.distra. Et hoc concluditur ex argumentatione, quam facit arguendo de alimentis ad dotem. Non etiam tenebatur ipse Guigo dotare eandem Catherinam eius sororem de persona dicti quondam nobilis Joannoni, eorundem Guigonis, & Catherine patris communis: cum eadem Catherina habuisset de bonis paternis non solum legitimam, cuius quasi loco dos petitur: que legitima erat decima pars deducto ere alieno, & funeris impensa: authen. de triente, & semisse.§.primo, & transumptiue in authent.nouissima.C.de inofficioso testamen. iuncta.l.Papinianus.§.quarta.ff.eo.tit. sed quintam partem: & mirum esset, quod frater non amplius habens in bonis paternis, quam soror ipsa, non pro maiore quota, seu portione eidem patri succedens, ex persona patris dotaret sororem. contra id quod habetur in.l.preses.C.de seruitut.& aqua. Charitas enim bene ordinata incipit a se ipso. Non etiam tenebatur ex persona dicti quondam domini Joannis de sancto Michaele aui paterni: tum quia ille eidem sibi reliquerat mille florenos, de quibus vna cum dicta quinta parte paternorum bonorum dotari potuerat: & sic ad aliud non tenebatur idem Guigo ex persona dicti domini Joannis aui: argumento.l.dotem dedit.ff.de collatione bonorum. & quod ponit Franciscus de Are.consilio decimo septimo, versiculo, venio igitur ad quartum, & multis sequentibus: tum & quia si essemus in casu, in quo aliquis suppleri debuisset ex persona dicti quondam domini Joannis, non tamen debebat dos predicta constitui, vel augmentari in castro, & pertinentijs predictis, saltem sine decreto, & inquisitione, de quibus in dicta.l.lex que que tutores. Si enim hoc aliter fieri non possit de bonis eius, que nubit, vt probatur in dicta.l.multominus fieri debet de bonis alterius, vtpote de bonis fratris, qui, vt dixi, non tenetur, nisi eo casu quo, &c. ¶ Ad quintũ dico & respõdeo, sub correctiõe cuiuslibet do.melius sentientis, prefatam quondam nobilem Catherinam potuisse de tota proprietate castri, & pertinentiarum predictarum transigere: est enim quilibet moderator rei sue.l.in re mandata.C.mandati.&.l.Polla.C.de ijs quibus vt indigni.notat Ostien.in summa.titulo, de constitutionibus.§.quando constitutio.versiculo, si tangat ius meum, &c. ita vt etiam possit quis re sua abuti.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de petitione hereditatis. ¶ Ad sextum dico & respondeo, quod cum prefatus nobilis Jonnonus donator vita functus sit, & decessit ab intestato, quinta pars castri, & pertinentiarum predictarum deuolute extiterunt ad ipsam nobilem Joãnam: authentico, de heredibus ab intestato.§.primo, collatione nona, & alijs iuribus superius allegatis. & ipsam quintam partem in eis hodie habet, nisi aliud obstet. Aliam vero partem, seu portionem in eis habere non videtur. Et quidem non ex persona dicti quondam domini Joannis aui paterni, qui de eis restituẽdis dicte quondam domine Rolete nec legitimam, nec trebellianicam detrahere potuit: quia nec de ascendentibus, nec de ijs liberis dicti quondam nobilis viri Berengarij extitit: nec per eum rogatus fuit de restituenda quota, seu hereditate illius, sed de hoc castro & suis pertinentijs. Pro quo allegare sufficiat not.per Barto.in.l.coheredi.versi.& ideo.ff.de vulg.& pupil. Et hanc partem petere poterit, & potest nisi obstet prescriptio de qua infra ipsa nobilis Joanna vltra, & preter dictos mille florenos per auum sibi relictos: & florenos ducentos sibi donatos, vel in augmentum eius dotis constitutos per dictum quondam nobilem Guygonem, & hoc nisi aliud appareret, vel inter eos conuenisset: de quo respondere non valeo cum non sim alias certificatus. Non autem puto quod ratione constitutionis dotis, vel augmenti facti de castro & pertinentijs predictis prefata nobilis Joanna possit, aut valeat ius aliquod de eis pretendere quatenus concernit portionem dicti nobilis Guigonis: tum quia vt predixi constitutio huiusmodi fieri nõ potuit in preiudicium dicti nobilis Guygonis: quinimo nec etiam prefati Ludouici, qui pro quinta parte in dicto castro successerat. Quo vero ad quotam, seu partem quam antea habebat dicta nobilis Catherina, non possum bene respondere: vellem enim videre constitutionem, vt sic plenius intelligerem an licuerit eidem Catherine postea aliter transigere vel pacisci: propter ea que varie not. Bartolus & doctores.in.l.qui Rome.§.Flauius Hermes.ff.de verborum obligationibus. Salicetus in.l.quotiens.C.de dona.que sub modo.& Fran.de Aretio, consilio.lxxiiij. Quo vero ad partem & portionem dicti quondam nobilis Philiberti, voluissem videre testamentum dicti quondã domini Joannis eius aui paterni: vt sic intelligere potuissem an substitutio de qua supra, fuerit facta per verba directa, aut communia, vel obliqua: & an facta extiterit per verba habentia tractum temporis, aut non: puto tamen, vt in aliquo satisfaciam voto partis, quod si substitutio huiusmodi facta fuerit per verba directa, vel etiam communia, dictus Guygo eidem Philiberto succedere debuerit non solum quoad bona, que ab ipso quondam domino Joanne habuit, sed etiam quoad bona paterna, & alia quecunque exclusa dicta domina Silleta eius matre. Et hoc in vim pupillaris substitutionis comprehense in breuiloqua, seu compendiosa substitutione. Pro quo breuiter & succincte allegare sufficiat.l.qui plures. & quod ibi doctores.ff.de vulgari & pupillari. capitulo si pater.de testamen.in sexto.& quod not.doctores.in.l.precibus.C.de impuber.& alijs substitutionibus.l.in testamento.C.de testamen.milita.&.l.sed & si plures.§.ad substitutos.ff.de vulgari & pupillari. Non enim possum super hoc articulo aliter scribere, propter defectum visionis dicti testamenti quod non vidi, prout nec instrumenta donationis & testamenti dicte quondam domine Rolete, nec instrumenta constitutionis dotis facte per dictam dominam Silletam, aut transactionis celebrate, & inite inter dictos Guygonem & Catherinam: sine tamen quorum visione non puto me potuisse secure respondere.

¶ Rubrica. De consuetudine. ¶ Consilium. ccccxliij.

¶ Epitome.

¶ Consuetudine longa vel prescriptione introduci potest vt due parochiales ecclesie, siue eorum rectores & curati mutuo & vicissim in dictis parochijs partem decimarum predialium percipiant & acquirant.

1 ☞ Consuetudo que absq; peccato mortali seruari non potest, non valet.



Quanuis Consuetudo introduci non valeat, saltẽ vt decima predialis, & integra non debeatur, capitulo in aliquibus. & quod ibi Innocentius glossa & doctores de decimis. Pro quo allegat Innocentius capitulum quicunque. decimasexta questione septima & capitulum cum homines.de decimis. & hoc nisi consuetudo huiusmodi
1 approbata esset a Papa. Non enim valet † consuetudo que absq;

que absque mortali peccato seruari non valet quantuncunque longa existat.c.fi.de prescrip. valet tamen cōsuetudo introduci, vt decima debeatur ecclesie parochiali, vel prediali.c.cum sint homines.⁊ cap. ad apostolice. de decimis. Potest etiam vna ecclesia prescribere decimas in aliena parochia, vel etiam diocesi, saltem per tempus, de cuius initio, vel contrario hominum memoria non existit: cap.i.de prescript.in.vj. Cum igitur tam venerabilis vir dominus Antonius de Baraterio, modernus vicerector, ⁊ curatus parochialis ecclesie loci de Miolanis, Ebredunensis diocesis, ⁊ nomine eiusdē ecclesie, quam eius precessores olim vicerectores, ⁊ curati ipsius ecclesie, ⁊ tam venerabilis vir dominus Hylarius Maurini curatus parochialis ecclesie loci de Reuello eiusdem diocesis, quam eius predecessores olim curati illius, perceperint, ⁊ percipere consueuerint cum reuerendissimo in Christo patre, ⁊ domino domino moderno Hebredunensi archiepiscopo, ⁊ suis predecessoribus, ⁊ per tempus, de cuius contrario, vel initio hominum memoria nō existit, decimas prediales pro tempore excretas in parochijs earundem ecclesiarum: iuxta modum, ⁊ formam in libello seu petitione eiusdem domini de Baraterio plenius expressatas: palam infertur consuetudinem, seu prescriptionem huiusmodi valuisse, ⁊ valere: dicto capitulo primo, de prescriptionibus, in sexto. Si enim valet consuetudo, vel prescriptio, per quam quis vel ecclesia aliqua decimas sibi acquirit in aliena parochia vel diocesi, multofortius in casu isto, in quo quemadmodum predicta ecclesia de Miolanis, ⁊ eius vicerector, ⁊ curatus partem predialium decimarum perceperant in parochia de Reuello, ita ⁊ ipsa ecclesia de Reuello, ⁊ dicti eius curati partem decimarum predialium leuauerunt, ⁊ perceperūt in parochia de Miolanis: potuit enim esse, ⁊ etiam potest, quod ecclesia de Reuello, ⁊ curati illius aliquando ⁊ sepe fuerūt lucrati, ⁊ lucrari possent, vel propter frigora, tempestates, vel alias temporum indispositiones, propter quas aliquādo, sepe fuit vtilius ecclesie, ⁊ curatis de Reuello recipere partem in decimis predialibus parochie de Miolanis: ⁊ quod viceuersa ecclesia ⁊ curati eiusdem ecclesie de Miolanis partem reciperent in sua parochia, quam si ecclesia de Reuello, ⁊ eius curati integras decimas percepissent cum dictis reuerendissimis dominis archiepiscopis: ⁊ nihil recepissent in dicta parochia de Miolanis: ratione igitur huiusmodi incertitudinis per quam possunt ecclesie huiusmodi se habere ad dānum, vel lucrum: talis consuetudo est obseruāda: prout voluit Vincentius relatus per Joannem Andream, Panormitanum, ⁊ modernos in dicto capitulo, in aliquibus in casu longe magis dubio: voluit enim consuetudinem illam valere: quod coloni pro decimis soluant certas mensuras: ⁊ hoc siue aliquid recolligant, siue non: pretendens hanc consuetudinem esse tolerandam ratione incertitudinis: cum ecclesia possit se habere ad lucrum, ⁊ ad damnum: ⁊ hec est consuetudo Teuthonicorū. Veneti etiā alia seruant: vt notat dominus Panormitanus in dicto capitulo, in aliquibus. Et quidquid sit de consuetudine huiusmodi super quibus non insisto, illud certum est, ⁊ satis decisum, quod in casu nostro valeat consuetudo vel prescriptio, per quam per tempus, de quo predixi, dicte parochiales ecclesie, et earum curati mutuo, ⁊ vicissim acquisiuerunt partem decimarum predialium in predictis parochijs: dicta videlicet ecclesia de Miolanis, ⁊ curati illius, in parochia de Reuello, ⁊ econtra ecclesia ⁊ curati ecclesie de Reuello, in parochia de Miolanis. Si enim possit vna ecclesia totam decimam prescribere in parochia alterius: dicto capitulo primo, de prescriptionibus, in sexto: multo fortius partem vt in casu nostro: quia in casu minus damnum infertur ecclesie contra quam prescribitur: quinimo non videtur aliquod damnum inferri in hoc casu, vel saltem modicum: cum hincinde eandem portionem aduersus se inuicem prescripserunt. Possunt ⁊ alie rationes allegari, sed quia casus non habet dubium: si tamen probata extiterint ea que facti sunt, ego vlterius non insisto. Predicta vero omnia scripserim breuiter ⁊ succincte, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De seruitutibus. ¶ Consilum. cccexliiij.

¶ Epitome.

¶ Interdicto vti possidetis non potest agere pro seruitute pecoris depascendi in alieno territorio, qui nec iure proprio animalia in eo immisit, aut depauit sciente ⁊ patiente domino territorij: nec etiam alterius accessione potest vti a quo causam, ꝙ appareat, ⁊ de qua docuerit, non habet.

1 ☞ Seruitus pecoris pascēdi in alieno territorio est predialis: ⁊ ad quencunque transit, ad quem transit predium titulo vniuersali.
2 Alterius accessione vti non potest, qui ab eo causam non habet.
3 Possessio seu quasi iurium incorporalium procedit ex patientia aduersarij.
4 Multa possunt fieri, que tamen non fiunt.
5 Testis dicens se arbitrari, quia assumit officium iudicis, non probat.
6 Interdictum vti possidetis non intentatur pro possessione, seu quasi, seruitutis causam continuam, aut quasi, non habentis.

1 
Licet animalia † depascendi in alieno territorio, seu fundo, possit esse seruitus predialis, quando videlicet propter predium aliquorum, seu fundum tenentur pecora pascenda: vt verbi gratia, vt fundus huiusmodi stercoretur, vel impinguetur, aut etiam laboretur per animalia huiusmodi.l. pecoris.⁊ quod ibi glo.⁊ doct.ff.de serui.rusti.predi.⁊.§.inter rusticorum.⁊ quod ibi glo.⁊ doct.institu.eod.titu.quo casu seruitus huiusmodi transit ad quencunque trāseat predium titulo vniuersali: quinimo ⁊ si singulari transeat, dū tamen in contrariū actum non extiterit.d.l.pecoris.⁊ quod ibi Pau.de Cast. tamen in discursu processus cause agitate per ⁊ inter nobilem Anto.de Valotoria ex vna parte, ⁊ magnificum virum dominum preceptorem, ⁊ Bayliuum loci Maumasse, nihil reperitur propositum, vel deductum parte eiusdem de Valotoria, per quod appareat nobilem Margaritam de Villamuris eius pretensam vxorem, ⁊ suos predecessores immisisse, ⁊ depauisse aliqua eorum pretensa animalia in territorio, ⁊ districtu castri Motisacuti, gratia, seu causa alicuius sui territorij, seu fundi. Quo fit vt cum presupponto ꝙ eadem Margarita ⁊ esset, ⁊ probaretur vxor eiusdem de Valotoria, quodque lesa in dotem, ⁊ pro dote sui ipsius constituisset ipsi de Valotoria omnia eius bona, non propterea sequeretur quod idem de Valotoria tanꝙ eius maritus, pretensus dominus rerum dotalium potuerit animalia sui ipsius de Valotoria immittere, ⁊ depascere in dicto territorio: quia tale pretensum ius non solum non est seruitus predialis, sed nec seruitus: sed est ius personale.l.siquis binas, ⁊ quod ibi gl.in verbo, valet exceptio.ff.de vsufruct.pro quo facit dicta.l.pecoris.⁊ quod nota.gloss.⁊ doctores in.l.vt pomum.ff.de seruitutibus.⁊ quod habetur per textum gloss. Barto.⁊ doctores in.l.mela.§.finali.ff.de alimen.⁊ ciba.lega. Et pro quo nec actione confessoria, vt notat Bartolus in dicta.l.Mela. ⁊ sentit in allegata.l.vt pomum. vbi apertius de hoc per d.Paulum de Castro, nec vt videtur interdicto vti possidetis, aut possessorio retinende agi potest, sed duntaxat actione personali contra concedentem, si quis appareret, vt etiam voluit Bartolus in dictis locis, ⁊ Paulus in dicta.l.vt pomum. ad quod faciunt nota. per Bartholomeum Veronensem, in suo tractatu seruitu. sub rubrica, de seruitu.rea.versic.⁊ predicta perpetuo tene menti, ⁊c. Et sub rubr.de seruit.pro pascen. multominus hoc fieri potuit in hoc casu, in quo nec de matrimonio, nec de pretensa dotis constitutione apparuit: non ergo aliquis habendus respectus ad pretensam possessionem, seu quasi dicte nobilis Margarite, ⁊ dictorum suorum predecessorum: quia cum per acta cause huius non appareat probatum, quinimo nec deductum dictum nobilem de Valotoria in hoc casu actorem originarium habuisse, vel habere causam ab eis,
2 vel altero eorundem: non † potest ipse eorum accessione gaudere, seu vti. Preterea fingamus ⁊ ipsam Margaritā, ⁊ dictos eius pretensos predecessores eorū animalia ⁊ immisisse, ⁊ depauisse in dicto territorio Mōtisacuti, quodque in vim cōstitutiōis dotis idē de Valotoria in ipso ptēso iure successerit, nūꝙd statim sibi licuit, seu lz immisisse, ⁊ immittere

eius animalia, non dico dotalia: quia de illis non est sermo
in processu, ⁊ illa pro nutu, voluntate, ⁊ arbitrio, ⁊ sine pre-
strictiõe generis, vel numeri tenere vel depascere in dicto ter-
ritorio Montisacuti: quid enim si illa Margarita, ⁊ dicti
eius predecessores immisissent, ⁊ per tempora etiam longis-
sima depauissent duos, tres, aut quatuor boues, ⁊ quinque,
vel sex porcos: nũquid preterea licuit, aut licet ipsi de Va-
lotoria, etiam si hoc ius, si tamen ius sit, in dotem constitu-
tum extitisset immittere, tenere, ⁊ depascere in eodem ter-
ritorio quantitatem, vel numerum trium millium anima-
lium aueris lanuti, ⁊ quantitatem, seu numerum quinqua-
ginta, vel forte centum animalium vaccinorum: ⁊ sic com-
moditatem totius territorij absorberet? profecto non puto
etiam si ab initio huiusmodi pretensa seruitus fuisset con-
stituta dictis de Villamuris: pro quo allegasse sufficiat in
arg. l. non modus, ⁊ quod ibi doctor. C. de seruitut. ⁊ aqua.
Ostien. ⁊ sequaces in. c. quinto. de cens. Alber. in auth. hoc
ius porrectum vers. vnam aliam pulchram questionem, ⁊c.
C. de sacrosan. eccl. ⁊ in. l. Rutilia Polla. ff. de contrahen.
empt. ⁊ vend. ⁊ Joan. de Jmola in clemen. fin. vers. item ꝙ
promittens coquere panem, ⁊c. de rescript. ⁊ hec dicta sint
quatenus idem de Valotoria innititur pretense possessio-
ni, seu quasi dicte eius asserte vxoris, ⁊ suorum predecesso-
rum. Quatenus vero innititur sue ipsius pretense posses-
sioni, videtur etiam malam causam fouisse, ⁊ fouere: ⁊ pro-
peterea, salua benigna supportatione tam eminentis Re-
gij consilij, ꝙ magnificorum dominorum, qui in hac causa
sententiam secundo loco protulerunt, dico eum voluisse
succumbere ea maxime ratione, quia cum egerit, ⁊ agat pos-
sessorio retinende pretensi iuris depascẽdi, debuit ipse pro
victoria obtinenda probare se immisisse, ⁊ depauisse eius
animalia in dicto territorio Montisacuti, ⁊ ꝙ illa immi-
serit intendens vti iure suo. Et insuper ꝙ magnificus do-
minus preceptor ⁊ Bayliuus dicti loci Maumasse hoc sci-
uerit, ⁊ passus fuerit: alias enim ille pretense immissiones,
⁊ pastiones eidem domino preceptori ⁊ bayliuo, ⁊ sue pre-
ceptorie preiudicare non potuit: nec possessionem depascẽ-
di, seu quasi in dicto territorio acquirere. l. ij. ⁊ quod ibi do-
ctores. C. de seruit. ⁊ aqua. l. fin. quemadm. seruit. amittat.
⁊. l. fin. ff. de itinere actuque priuato. l. quoties la secunda. ff.
de seruit. rustic. pred. notat Jnnocentius in. c. bone. el secun
do, vers. illud autem queritur, ⁊c. ⁊ multis sequentibus: de
postulat. prela. ⁊ canon. in. c. cum ecclesia Sutrina. de causa
possessionis ⁊ propriet. vt enim dicit Jmola in dicto. c. bo
ne. Bartolus in dicta. l. quoties. ⁊ Baldus in dicta. l. secun
3 da. C. de seruitute ⁊ aqua. possessio seu † quasi huiusmodi
iurium incorporalium procedit ex patiẽtia aduersarij: pati
autem non dicitur aduersarius, nisi sciat illum vti quasi
intendẽtem acquirere seruitutem: vt notat Jmola in dicto
c. bone. pro quo allegat. l. si forte. §. primo. ff. si seruitus ven.
quod etiam satis sentit Baldus in dicta. l. secunda. in casu
vero nostro non videtur probata sciẽtia dicti domini pre-
ceptoris ⁊ bayliui aut suorum predecessorum: tũ quia illa
non est deducta parte dicti de Valotoria: ⁊ sic per testes
parte eius productos probari non potuit: quia alias depo
suissent super non articulatis: tum ⁊ quia de scientia ⁊ pa-
tientia huiusmodi nihil deposuerunt: presertim primus,
secundus, quintus, sextus, septimus, octauus, decimus-
quartus. xv. ⁊. xvj. testes eius parte producti: licet autem
tertius testis dicit se credere dominum bayliuũ, ⁊ officia-
rios non potuisse ignorare, non tamen probat, nec est sibi
credendum: per id quod notat gloss. in. l. ij. §. penultimo. ff.
de aqua pluui. arcend. de quo Cyn. in. l. testium. C. de testi.
⁊ Specul. tit. de teste, §. j. versic. item quod deposuit de cre-
dulitate, ⁊c. ⁊ sic non obstat eius depositio. Et idem vide-
tur de depositione quarti testis, quatenus visus est dicere,
quod officiales, seu verius custodes territorij, videre po-
tuerunt immissionem: non enim ex hoc sequitur, ꝙ vide-
4 rint: multa † enim potuerunt, ⁊ possunt fieri, que nec facta
sunt nec fient. Preterea non apparet quod aliqui fuerint
pro tempore custodes deputati ad custodiam dicti territo-
rij: officiales etiam non potuerunt in hoc preiudicare do-
minis etiam si sciuissent: quia scientia ⁊ patientia do-
mini exigitur: dicta l. secunda. Quamuis autem nonus vi-
deatur deponere de scientia quorundam fratrum de Vses
⁊ Philippi Calui, ex ipsius tamen depositione non appa-
ret de aperta vel sufficienti causa sciẽtie eiusdẽ testis: quin
imo, si non fallor, videtur causa scientie huiusmodi mul-
tum inepta, ⁊ impertinẽs: cum enim dixisset immissiones
⁊ depastiones esse factas sciẽtibus Bayliua, seu Bayliuis
ville Maumasse, ⁊ interrogaretur de nominibus illorum
Bayliuorum, qui de predictis notitiam habuerant, dixit
ꝙ predictus de Vses ⁊ submergit ex eo, quia intelligens
illum, nihil contradictionis fecit: hec enim ratio ni-
hil concludit. Preterea non apparet quod post fa-
ctam comminationem per dictum quondam eius fra-
trem Philippum de pignorando eundẽ de Valotoria,
ipse de Valotoria animalia sua immiserit eo sciente. Et sic
non probat iste testis patientiam illius fratris Philip-
pi: non etiam habet contestem, ⁊ sic non probat. l. iurisiu-
randi. C. de testi. ⁊. c. tam literis. cum similibus. eo. titu. Cui
dicto non obstat ꝙ deponit decimusseptimus testis, scz ꝙ
dominus Bayliuus semel vidit animalia depascentia q
ipse testis nõ deponit quis fuerit iste pretensus Bayliuus,
⁊ sic non apparet eosdem deponere de eodem Bayliuo: ⁊
consequenter esse contestes: remanet igitur depositio incerta,
⁊ obscura: que propterea non releuat producentem, seu pro
bare debentem. c. in presentia. de probat. not. Bar. ⁊ Alex.
de Jmo. in. l. inter stipulantem. §. sed Stichũ. ff. de verbo.
obli. vbi vero decimus, vndecimus, ⁊ duodecimus videren
tur aliquid deposuisse de scientia domini pro tũc Bayli-
ui, non tamen deponunt de patientia: quinimo de pigno-
rationibus factis per officiales Maumasse. nec multum
facit ad presumendum scientiam huius magnifici domini
moderni preceptoris, ⁊ Bayliui, seu predecessorum eiusdẽ
quod dicunt dicti tres testes, dicti videlicet decimus, ⁊ vn
decimus, ꝙ prefatus de Valotoria fuerit in dicta pretensa
possessione, seu quasi ab octo annis citra: ⁊ duodecimus,
ꝙ in ea fuit a viginti annis: quia per depositiones huius-
modi non concluditur, ꝙ in ea possessione, quasi extiterint
per totum illud tempus. dictum enim horum testium po-
test verificari in vna sola die. l. j. §. quod autem. ff. de aqua
quotid. ⁊ esti. not. Barto. in. l. Celsus. ff. de vsuca. Bald. in
l. indicia. C. de rei vend. ⁊ in. l. falsus. in. iij. opposi. C. de fur.
de quo Ostien. Joan. Andr. ⁊ Cano. in. c. licet causam, de
proba. Et sic non concludunt ꝙ ante primam pignoratio-
nem, quam factam dicunt per tres annos ante eorum depo
sitionẽ, idem de Valotoria est in possessione predicta Etiã
depositio decimitertij testis non videtur obesse: quia licet
deponat se vidisse etiam dictum de Valotoria cõtinuantẽ
possessionem predecessorum ipsius Margarite, non tamen
deposuit de scientia saltem efficaciter. Dicit enim se arbi-
trari ꝙ Bayliui, seu preceptores, qui pro tempore fuerint,
potuerunt hoc sciuisse peccat enim in hoc, quod dicit se arbi
5 trari: quia † in hoc assumit officium iudicis, ad quod
non est assumptus, sed testis: nec causam reddit per sensum
corporeum, prout facere debet per ea que ponunt doct. in
c. causam: de testibus. Non etiam dicit se arbitrari dictos
Bayliuos, seu preceptores, qui fuerunt pro tempore, aut
eorum officiarios vidisse, seu videre potuisse, quod est mi-
nus: vt predixi. Deponit etiam alternatiue de preceptori-
bus, vel officiarijs, ⁊ sic obscure. l. pretor edixit. §. quod au-
tem. ff. de iniur. ⁊ vt predixi scientia officiariorum non suf-
ficeret, saltem cum non appareat eos fuisse per dictos do-
minos preceptores deputatos ad territorij custodiã. Pre-
tereaquatenus dicere visus est auum dicte nobilis Mar-
garite nomine Alziarium de Villamuris, ⁊ inde nobiles
Joannem, Rostagnum, ⁊ Honoratum de Villamuris pa
trem ⁊ patruos eiusdem Margarite esse in possessione pa-
sturandi, ⁊c. necnon etiam tandem dictum de Valotoria
huiusmodi pretensam possessionem continuãtem absque eo,
quod eis fuerit illatum aliquod impedimentum, seu con-
tradictio in dicta pretensa possessione: nisi vltimate, ⁊c. vi-
detur ipse testis voluisse assumere negatiuam vagam, ⁊ in-
certam: hoc est nec loco, nec tempore coarctatam: ⁊ sic cen-
setur falsus, aut de falso suspectus. c. cum ecclesia. ⁊ ꝙ ibi
gloss. Jnnocen. ⁊ Panormi. de causa posses. ⁊ proprietatis.
⁊ Bald. in. c. si quis per triginta. si de feud. fuer. controuer.
inter do. ⁊ agna. facit ꝙ no. gloss. in. l. prima. §. j. ff. de itine.
actuque priua, adeo ꝙ cum ad vsum seruitutis pecoris depa
scendi opus sit facto hominis, qui animalia ad pascua du-
cat, in illis dirigat, ⁊ deinde reducat, ⁊ propterea cum non
6 habet seruitus huiusmodi causam † continuã, nec quasi nõ
potuit pro eius pretensa possessione seu quasi intentari in-
terdictum vti possidetis. per id quod no. Pau. de Cast. in
d. l. quotiens. §. fina. ff. de seruit. Que sola ratio debebat suf
ficere: ⁊ vt mihi videtur sufficiebat pro obtinenda absolu-
tione ab obseruantia iudicij.

Rubr.

¶ Rubrica, De iure patronatus. ¶ Consilium. cccclv.
¶ Epitome.

¶ Per famam antiquã probatur ius patronatus alicuius ecclesie ad aliquem pertinere: cuius litere si infra tempus legitimum presententur ad eum, ad quem de iure spectat collatio, seu institutio, parte presentantis satisfactum est: nec ei abest, si non instituatur infra semestre tempus: quinimo institutio seu collatio facta contempto patrono est irrita.

1 ☞ Fama antiqua in quibus probet.
2 Instrumenta antiqua probant confinia etiam inter alias personas.
Verba enuntiatiua incidenter ob aliud prolata in antiquis plene probant.
3 Institutio quid, ꝛ eius a collatione differentia.
4 Institutio seu collatio beneficij facta contempto patrono est nulla.
5 Conductores beneficij patronati an possint presentare ad beneficium vacans tempore conductionis.



Viso Et considerato casu mihi exhibito parte nobilis ꝛ honorabilis viri Petri de Mataniaco, vna cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico, ꝛ respondeo breuiter ꝛ succincte ad eadem dubia, prout sequitur. Et primo ad primum dico, ꝛ respondeo, ꝙ si sit, ꝛ fuerit fama antiqua, ꝙ ius patronatus perpetue vicarie parochialis ecclesie S. Martini de Tensano pertinuerit, ꝛ pertineat venerabili ꝛ religioso viro domino priori eiusdem ecclesie, edocto de fama huiusmodi, probabitur sufficienter ꝙ dictus dom. prior sit patronus eiusdem vicarie: quia quidquid sit de fama recen
1 ti, fama tamen † antiqua plene probat. per id quod scribit Innocen. in. c. veniens. ꝛ. c. quid per nouale. de verb. signif. Innoc. in. c. cum causam. de iura. calum. Spec. tit. de probatio. §. i. versic. ꝛ nota. Cyn. in. l. si quidem. C. soluto matrimo. Bald. Ange. ꝛ Salic. in. l. proprietatis. C. de probationibus. ita intelligentes notata per glos. in. l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de negot. gest. Et ita etiam not. Bald. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccles. Ang. in dict. l. at qui natura. §. cum me absente. Alex. de Imo. consil. xv. exord. Super primo quesito, videlicet an dicta bona. in. v. volu. consil. lxxv. exordien. Visis ꝛ ponderatis narratis in themate, in. iiij. volu. Andr. Barba. in. c. ex literis. vbi multos refert. de probatio. ꝛ consil. xli. exordien. Dico ꝙ magnifici ꝛ potentes domini de Farnesio. versic. preterea ad hoc facit glos. valde singularis, ꝛc. in. j. parte. ꝛ do. Iason de May. in sua solenni repetitio. l. admonendi. versic. tangit etiam hic remissiue Bart. de fama. ꝛ versi. limita tamen singulariter in antiquis: quia tunc fama plenam probationem facit. ff. de iureiu. Et idem voluit Franciscus de Aret. consi. xxxvj. exordien. Casus talis presupponitur in facto. vbi scribit, ꝙ in dominijs antiquissimis illa que alias esset semiplena probatio, ꝛ adhuc minor obtinet vicem plene probationis, sicut fama, per quam probatur dominium antiquissimum. pro premissis facit, quia vt ponitur in casu, sunt alie due vicarie eodem modo dependentes a predicto prioratu, quo ꝛ dicta vicaria loci predicti sancti Martini de Tensano, ꝛ in quibus dictus do. prior habet ea que habere dicitur in dicta parochiali ecclesia de Tensano, ꝛ que non negantur, insuper etiam habet facultatẽ, seu ius presentandi. Ergo idem ius habere censetur in dicta vicaria de Tensano. argu. cap. ij. de translatio. episc. c. cum dilecta. de confirma. vtil. vel inutil. l. libertum. §. senatus. ff. de rit. nupt. ꝛ. l. illud. ff. ad leg. aqui. Facit etiam, ꝙ reperiuntur antiqua instrumenta, ꝛ que confecta extiterunt longe ante centũ annos proxime elapsos, in quibus vel narratiue, vel enuntiatiue do. prior. S. Martini dicitur patron⁹ predicte vicarie: que propterea approbant: per id quod scribunt Alber. Bald. Sali. Alexan. de Imo. ꝛ moder. in. l. cum aliquis. C. de iur. delibe. ꝛ Iacob. Butr. in. l. optimam. C. de contraben. ꝛ committen. stipu. Floria. de sanc. Pet. in. l. in finalibus. ff. fin. regun. ꝛ domi. Iason May. versic. licet instrumenta, ꝛ quatenus volunt, ꝙ licet instrumenta inter alios cõfecta, nõ probent cõfinia locorum, de quibus in instrumento fit mentio: vt est gl. in dicta l. cum aliquis. hoc tamen limitatur, vt non procedat
2 quando instrumenta † essent antiqua: quia tunc illa bene probarent confinia, etiam inter alias personas: ꝛ confirmatur hoc, per id quod scribit Anto. de Butrio, in. c. cum dilectus. de successione ab intest. in clemẽti. si summus Pontifex. de senten. excommunicat. ꝛ in clemen. prima, de probatio. in quibus locis volunt, ꝙ verba enuntiatiua incidenter ob aliud prolata, in antiquis plene probant. Ex quib⁹ infero, ꝙ cum vacat predicta vicaria: do. prior potest presentare reuerendis. in Christo patri do. Auinionen. episcopo, aut suo vicario, virum idoneum ad regimen vicarie huiusmodi per ipsum do. episcopum instituendum: institutione videlicet tituli collatiuã, ꝛ authorizabili. Nin forte probaretur ꝙ ecclesia de Tensano sit subiecta pleno iure, in spiritualibus, videlicet, ꝛ tẽporalibus venerabilis monasterij, aut dicti do. prioris: tunc enim videretur posse dici, ꝙ eidem venerabili monasterio aut domino priori spectaret facultas, seu ius conferendi titulum: hoc est, conferendi ipsam perpetuam vicariam: quamuis aliud esset de institutione authorizabili supra curam, que etiam isto casu spectaret dicto do. episcopo, postꝙ supponimus populũ, non esse exemptum ab eius subiectione, hec colliguntur ex his que scribit Panor. in. c. cum ꝛ plantare. §. in ecclesiis. de priuilegijs. ꝛ plenius doct. ꝛ maxime Ioan. de Imo. in. c. de monachis. de preben. vbi in multis locis hoc colligitur. Sed nihil ponitur in casu, ex quo efficaciter colligere potuerim, ꝙ ecclesia predicta eidem monasterio, aut dicto do. priori spectauerit, ꝛ pertinuerit etiã in spiritualibus: ob quod collatio ipsa, seu ius instituendi eidẽ pertineat: ꝛ sic hoc dicere nõ audeo: sed solum hoc affirmo de iure presentandi, ꝛ sic de iure patronatus. ¶ Ad secundum quesitum dico ꝛ respondeo, ꝙ cum institutio, quam fecisse dicitur reuerendis. pater do. vicarius Auenionensis videatur fuisse conditionalis propter illum ablatiuum absolutum iustificato, in ea positum. l. a testatore. ff. de conditio. ꝛ demonstrat. cum suis similib. illa non videtur valuisse. regu. actus legitimi. de regu. iur. in. vj. iuncto eo quod habetur, ꝛ quod scribunt doct. in. c. in electionibus, de electio. eod. lib. vbi in electionibus, postulationibus, ꝛ scrutinijs improbantur vota conditionalia, alternatiua, ꝛ incerta. Et quãuis ille text. loquatur de postulatione, electione, ꝛ scrutinio, idẽ tamen est in collatione, seu prouisione: prout post Compostel. voluit glo. in dicto. c. in electionibus. super verbo, incerta. quam sequuntur ibi doct. cuius dicti illa assignatur causa, quia vtrobiqꝫ est eadem ratio, ergo idẽ ius, ꝛc. dicto. c. ij. de translat. episco. ꝛ alijs iuribus superius al-
3 legatis. Unde † cum institutio sit quedam collatio, ꝛ ab ea non differat, nisi quoad hoc, ꝙ collatio fit libere, hoc est ab eo, qui non necessitatur conferre huic, vel illi: quamuis conferre teneatur: collatio vero quam institutionem dico, fit ex necessitate: pro eo quia fieri debet legitime presentato per patronum, alias idoneo. pro quibus allegatis sufficiat id quod not. Panor. in. c. ex frequentibus. ꝛ in. c. authoritate. de institutio. Ergo quemadmodum dictum. c. in electionibus, habet locum secundum glo. ꝛ doct. in postulatione, seu prouisione, ita habet locum in cõstitutione: que vt dixi, est collatio, quamuis non libera: ꝛ in qua, vt opinor habet etiam locum eadem ratio. Non puto igitur institutionem, quam fecisse dicitur dictus do. vicarius valuisse quasi factam conditionaliter, sub hac scilicet conditione, si iustificaret, ꝛc. ¶ Ad tertium dico, ꝛ respondeo, ꝙ si litere dicti do. prioris fuerint infra tempus legitimũ exhibite, ꝛ presentate dicto do. vicario, ꝛ ipse do. Petrus fuerit personaliter ibi presentatus, vel ipse eidem do. vicario se personaliter exhibuerit, puto ꝙ fuerit iuri satisfactum: quamuis idẽ do. prior non fuerit presens, vel personaliter, ꝛ per se eundem do. Petrum presentauerit; secus vero litere dicti do. prioris nõ fuissent infra tempus predictũ eidem do. vicario presentate, aut ipse do. Petrus eidem se nõ exhibuisset: pro quo tenuisse sufficiat ad id, quod dicũt do. de Rota decisione. cccj. exordiente, Item non sufficit patronis, ꝙ eligant, vel nominent presentandum, ꝛ decisione. cccx. exordien. Item secundum omnes, ꝛc. in nouis: que secundum nouam collectionem ponuntur sub rubrica, de iure patro. iij. ꝛ. iiij. Ad quod facit, quod post Compostel. scribit Ioan. Andr. in. cap. capitulum sancte Crucis. versic. queri potest quid si conuenerint patroni. de rescripe. ꝛ in. c. vnic. super verbo, presentandum, de iure patrona. in. vj. sed litere predicti do. prioris directe ad ipsum do. vicarium, aut prefatum reuerendis. do. episcopum, ꝛ in quibus licebat se presentare eundem do. Petrum fuerint alteri ex illis per dictum do. Petrum presentate infra tẽ-

pus, hoc sufficit, per predicta: & per ea que eleganter scribit Lapp. Abb. alleg. lxxv. exordien. Casus talis est, Titius patronus, &c. vbi post multa argu. facta pro contraria parte, & quidem subtiliter, decidit contrarium: motus pluribus fundamentis, profecto elegantissimis, & respondet contrarijs, vbi videri poterit. Et licet nec dictus reuerend. do. episcopus, nec prefatus eius vicarius eundem do. Petrum infra tremestre instituerit, hoc tamen sibi non obest, per id quod scribunt do. de Rota in dicta decisione. ccxij. postq̃ nihil potest imputari dicto d. priori patrono, qui fecit quod in se erat, & infra tempus legitimũ. Institutio vero, seu † collatio, quam alteri fecisse dicitur dictus do. vi-
4 carius contempto, & spreto prefato do. priore, fuit, & est nulla ipso iure. c. decernimus. xvj. quest. vij. vbi dicitur, q̃ talis collatio est irrita. Ad quod facit. c. ex insinuatione. de iure patro. vbi secũdum communem intellectum, instituti sine patroni presentatione, dicũtur detẽtores & occupatores: nec mãdãtur priuari, sed cõpellũtur beneficia acquisita relaxare: etiam ad hoc facit text. c. cum Bertholdus. de re iudica. vbi confirmatur seu instituitur presentatus secundo loco per verum patronũ nulla potius facta cassatione institutiõis antea facte per episcopum ad presentationem cuiusdam, qui non erat verus patronus, nec in possessione, seu quasi presentandi. Et q̃ talis collatio facta nõ vocato, sed neglecto patrono, sit nulla, videtur voluisse Ioã. And. in. c. licet. de offic. vicar. in. vj. idem voluerunt Inno. Ostiens. & Ioan. Andr. in. d. c. ex insinuatione. Freder. de Sen. in tract. permutationum beneficiorum, questio. xxx. Innoc. in. d. c. cum Bertholdus. vbi etiam Ioan. de Imo. versic. quando vero nulla est. Panor. versi. quandoq; presentatio est facta, &c. & alij magis communiter. idem etiam voluit Panor. in. c. illud. de iure patro. & in sua solenni disputatione exordien. Augerio patronatũ in basilica, &c. in. ij. quesito. Egid. de Bellamera, decisio. Rot. clxiij. exordiente, Collatio facta spreto patrono. idẽ etiam tenuit maior pars dominorum de Rot. saltem quando collatio facta est spreto patrono ecclesiastico, decisio. cccccxxviij. in antiquis, que hodie est decima sub titu. de iure patron. et incipit, Rota infra tempus patroni episcopus confert. Sunt & alij multi, qui tam consulendo, q̃ scribẽdo hoc tenent: moti multis rationibus quas nõ refero. ¶ Ad quartum dico & respõdeo, q̃ cũ dicta vicaria perpetua sit beneficiũ curatũ, & ipse do. prior, vt opinor solum sit patronus, & habeat ius presentãdi ad dictã vicariã non cõferendi, vel alias prouidendi ipsi beneficio, vel de eo, ipse non potest facere deseruiri predicte ecclesie, aut deputare presbyterũ, qui ibi deseruiat absq; authoritate episcopi, nec fructus accipere, sed potest vna cum presentato instare, pro institutione obtinenda de dicta vicaria in fauorem dicti dom. Petri: & pro obtinenda declaratione nullitatis alterius collationis, quam fecisse dicitur dictus do. vicarius post presentationem factam de dicto do. Petro, & cassatione illius quatenus de facto processit. ¶ Ad vltimum quesitum, in quo queritur vtrum arrendatores, seu conducto-
5 res dicti prioratus, seu bonorum illius, possint † presentare, si contingat vicariam vacare tempore arrendamenti: dico, & respondeo q̃ super hoc sunt opiniones: dom. enim Cardi. Floren. in. c. ex literis. de iure patro. tenet q̃ sic, etiã si arrendamentum sit factum ad modicum tempus: motus pro eo, quia in conductorem ad modicum tempus, transit commoditas: dato q̃ non transeat dominium vtile igitur secundum eum etiam transit presentatio, vel ius presentandi, quod est quedam commoditas, aut quedam magna vtilitas, aut quidã fructus iuris patronatus. Et idẽ videtur ibi sensisse Panor. motus rationibus, de quibus ibi per eum. Sed contrariũ consuluit Pau. de Castr. consil. lvij. exordiente, venerabilis vir, & clarissime domine, vidi processum: vbi plene. & sequitur do. Feli. in. d. c. cũ Bertholdus, versi. adde Pau. de Cast. & Roch. de Cur. in suo tracta. iuris patronatus. versic. xxvj. quero principaliter, quia vidimus an & quando, vbi responsum det motiuis do. Cardi. Flor. & Panor. & hec opinio videtur mihi verior, cui propterea adhereo.

¶ Rubrica, De pretor. stipulationib. ¶ Consi. ccccxlvj.

¶ Epitome.

¶ Dilationibus solutionis obuiare volens, debet fideiussores offerre, qui se de omni euictione, &c. obligent: quo peracto cogi ad soluendum absque vlla procrastinatione poterit debitor.



PRo breui expeditiõe, seu solutiõe eorum de quibus queritur parte nobilis & honorabilis viri Caroli Sextons, do. Moneysani, & ad obuiandum vlteriori protelationi solutionis, quam fieri procurat Pet. de Riuo, eius aduersarius, laudo & consulo, q̃ dictus nobilis Carolus presentet, & realiter in iudicio offerat fideiussores idoneos, & qui se obligent eidẽ de Riuo, de, & pro omni euictione, & de soluendo creditoribus, & satisfaciendo de ere alieno: hoc enim peracto cogi debebit dictus de Riuo satisfacere de pretio: iuxta conuentionem, de qua in instrumento obligatorio, quod debuit, & debet exhiberi: vt appareat de iure, & intentione eiusdem nobilis Caroli, de quibus nõ appareret per instrumentum venditionis: cũ quidẽ in eo legatur q̃ ipse confessus extiterit habuisse pretium, & q̃ de illo eũdem de Riuo quietauerit: pro eo autem quod dixi, q̃ satisdato sit cogendus dictus de Riuo satisfacere non obstantibus illis controuersijs, & questionibus, de quibus in summario, seu extractu processus, potest videri. l. si post perfectam. vbi per Cy. Alberi. Sal. & alios. C. de euictio. per Ioan. An. in addi. Specu. tit. de emptio. & venditio. §. j. in additio. exordiente facile ergo erit, &c. Bar. Ange. Ioan. de Imo. & doct. in. l. j. §. stipulatio duple. ff. de pretor. stipulation. & Ange. Areti. in. §. actionum. in materia euictionis. versic. quero an perfecta venditione, que perficitur, &c. institut. de acti. Et sic nõ tenebitur ipse nobilis Carolus supersedere ab exactione sui crediti vsque ad finem aliarum causarum, earum scilicet que mouentur, aut moueri possent contra dictum de Riuo: & cum existimem eundem nobilem Carolum de facili posse reperire fideiussores, qui se obligẽt, laudo q̃ hoc fiat, omissis alijs remedijs, que alias possent fortasse hic adhiberi, si opus esset: quia hoc quod predixi vtilius est.

¶ Rubrica, De verbo. signification. ¶ Consili. ccccxlvij.

¶ Epitome.

¶ Instituens posthumum sibi nasciturum, cui sine liberis decedenti, substituit fratrem sui ipsius testatoris, & suos liberos: q̃ si posthuma nascatur, instituit dictũ fratrem: cui sine liberis decedenti substituit fratres patrueles aut etiam remotiores de domo & agnatione sui ipsius testatoris, cum ad agnationem & nomen sui ipsius respexerit, non est verisimile q̃ nomine liberorum voluerit comprehendere filias dicti fratris heredis instituti: quo circa ipsas in vim substitutionis non admittendas pluribus contendit: hoc consilio.

1 ¶ Precedentia in testamentis declarant sequentia, & contra.
2 Mulier caput & finis familie.
3 Filie proprie qui pretulit fratrem, multo fortius eidẽ pretulisset filium si habuisset, habendo respectum ad agnationem.
4 Liberorum appellatione regulariter veniunt tam masculi quam femine: nisi ex conjecturis appareat testatorem aliud sensisse. &.
5 Intellectus ad Bald. in. l. venia. C. de in ius vocand. qui communiter reprehenditur a doctorib.
6 Liberi positi in conditione an censeantur inuitati.



1 QVia † In testamẽtis precedẽtia declarant sequẽtia, & ecõtra. l. qui filiabus in princ. & l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. aduertendã esset & commemoranda totalis testamentaria dispositio notabilis & honorabilis quondam viri, Andree Chiurerij, ciuis Lugdunensis, prudentis siquidem, & viri opulenti, & diuitis. Verum quia huiusmodi dispositio visa est, & sepe reuisa non solum per me, sed etiam per notabilẽ & egregium virum do. Gulielmũ Vandeli, legum doctorem, & aduocatum nobilis Anne Chiuerie, sufficit, vt opinor pauca de dispositione huiusmodi recitasse, per que apparebit, q̃ affectio, & voluntas huius viri extiterit, q̃ bona remanerent in agnatione Chiureriorum,

riorum, ꝙ diu fieri non potest per filias feminas, vt pote
2 ꝗ que sunt ꝛ capita ꝛ fines suarum agnationum. l. pronun tiatio. in fi. ff. de verb. sig. ipse enim nullos habens liberos natos, habens tamen vxorem tunc pregnantem, cogitās de posthumo masculo, illum si sibi nasceretur, vniuersalem heredem instituit. ꝛ si non nasceretur, aut nasceretur, ꝛ ab humanis sine liberis naturalibus ꝛ legitimis in pupillari etate, vel alias quandocunque decederet, substituit nobilē Claudium Chiurerij, ꝛ suos liberos, ꝛc. deinde vero considerans ꝙ vxor pregnans fortasse parere posset posthumam feminam, non filium masculum, quod ꝛ fecit, non ipsam filiam heredem vniuersalem instituit, sed dictum Claudium Chiurerij eius fratrem: eidem autem posthume filie legauit, ꝛ iure institutionis reliquit mille scuta auri regis, cursum habentium vna cum suis vestimentis nuptialibus. Ex quo patentissime infertur, ꝙ si idem nobilis Andreas habuisset filium masculum, ꝛ filiam feminam, ipse multomagis heredem vniuersalem instituisset filium masculum quam filiam: quia si proprie posthume, seu
3 filie protulerit fratrem ꝛ sui ipsius multofortius eidem pretulisset filium proprium. authen. multomagis. C. de sacrosanc. eccle. in ucta. l. fi. circa principium. C. de curato. furio. vbi probatur, ꝙ nullus amor vincit paternum. Ecce ergo ꝙ vir iste, qui, vt predixi, verisimiliter pretulisset posthume, vel filie femine posthumum masculum, aut filium natum, ꝛ qui de facto illi pretulit Claudium fratrem, considerauit non quidem sanguinem proprium, ꝛ ad quem, vt opinor, erat maior affectio, seu amor. dicta. l. fi. circa principium, ꝛ cui potius videbatur debere thesaurizare: quia parentes liberis thesaurizant: vt dicit Apostolus: ꝛ ne videretur quod mihi impingitur per vos do. Vandelli, accusare naturam, ꝙ posthumam feminam non filium masculum fecerit: sed considerauit agnationem, non quidem suam, hoc est cuius caput existeret, quod nec alias scripsi, sed agnationem Chiureriorum, de qua ipse existebat, ꝛ in qua cupiebat remanere bona sua: quod etiam ex eo apparet, ꝙ dicto Claudo etiam substituit nobilē Joannē Chiurerij ipsius ꝛ eiusdem nobilis Andree fratrem, si tamen non esset professus, vel in sacris, ꝛ deinde nobiles Ludouicum ꝛ Philibertū Chiurerij, nō quidem eius fratres, sed forte fratres patrueles, aut remotiores, quos omnes pretulit posthume femine: cuius preterquam in predicto legato, in nulla parte dicti eius testamenti legitur meminisse: ꝛ non solum dictos Claudium ꝛ Joannem fratres, Ludouicum ꝛ Philibertum fratres patrueles, aut forte remotiores pretulit dicte posthume idem nobilis Andreas, sed etiam nobilis ꝛ honestis mulieribus Joāne ꝛ Cynemunde Chiurerie eius sororibus: propter quod patenter ex dispositione huiusmodi colligitur eundem nobilē Andream considerasse agnationem Chiureriorum: ꝛ ob hanc causam dictos Claudium, ꝛ Joannem fratres, Ludouicum ꝛ Philibertum, aut fratres patrueles, aut remotiores posthume sue, ꝛ sororibus pretulisse: non est igitur verisimile, ꝙ in substituendo dicto nobili Claudio, liberos, ipse voluerit sub hac substitutione comprehendere non solum masculos, sed etiam feminas: ex eo, ꝙ appellatione liberorum veniant, ꝛ cōprehendantur nō solū masculi, sed etiam femine: vulgata. l. liberorū. ff. de ver. sig. Pro quo alias in quadam schedula exordiente vidi ꝛ iepisper reuidi, ꝛc. quam vos folia quedam nuncupastis, induxi, ꝛ allegaui multa, ꝛ quidem non furtiue alicui subtracta, nō enim tacui authores, sed eos palā ꝛ aperte allegaui. Pau. de Castr. dico Andre. Sicu. vulgo dictum. Barba. Bart. Sozi. Philip. Deci. quorum consilia si bene per vos visa, ꝛ attenta extitissent, non dubito, quin cognouissetis, ꝛ cognosceretis me defendisse, ꝛ defendere veritatem: vos autem pro viribus illam impugnare: non dico ꝙ malitiose, absit enim ꝙ hoc senserim de tali viro, sed vt puto erronee: opto igitur vt illa attente videatis. vbi etiam reperietis maiorem rationem subesse in hoc casu, ꝛ propter quam dicendum sit dictum nobilem Andream in substituendo sensisse de masculis qui in casu illo, aut casibus in quibus scripserunt Pau. de Castr. cons. ccclvij. ꝛ Andre. Barba. in consi. per me allega. ꝛ pro hac mea opinione, imo pro veritate deberent sufficere motiua inducta per do. Ludoui. Bolog. in consil. per vos allegato, quod est. liij. inter consil. Alexan. de Imo. in iiij. volu. que faciunt pro dicto nobili Andrea, ꝛ contra dictam nobilem Annam: quod vt appareat, recenseamus motiua huiusmodi, aut eorum aliqua: ipse enim in casu per eum supposito, arguendo pro filijs masculis substitutis contra neptem superstitem alterius ex filijs masculis, ꝛ pretendentem se fuisse inuitatam per auum paternum, aut se posse repellere patruos substitutos, arguit. Et primo inducit, ꝙ si id de quo minus inesse videtur, inest: ergo ꝛ id, de quo magis videtur. dicto auth. multomagis: sed multominus videbatur inesse, ꝛ multominus verisimile, ꝙ testator proprias filias feminas a successione sua exclusisset: ꝛ tamē hoc fecerat, ergo multomagis debebat intelligi voluisse excludere neptes viteriores, ꝛ in gradu remotiores. Secundo inducit, ꝙ vbicunque esset eadem ratio, idem ius esse debet: pro quo allegat. l. illud. ff. ad leg. aquil. Ego autem adijcio. c. ij. de transla. episcop. cacum dilecta. de confirma. vtil. vel inutil. ꝛ. l. libertum. §. senatus. ff. de rit. nupt. Sed ratio propter quam testator de quo ibi, intelligebatur exclusisse proprias filias feminas. nō erat, nec alias poterat cogitari, nisi propter conseruationem agnationis ꝛ familie, que conseruatur per masculos. l. j. §. seruus. ibi, vt ordinum dignitas familiarumque saluasset. ff. de vent. inspicien. in quo tex. dicunt doct. fundata esse statuta hodierni temporis in nonnullis Italie partibus, excludentia feminas propter masculorum existentiam: sed ista ratio ita habebat locum in neptibus, siue in filiabus, ergo idem ius, ꝛc. Preterea ꝛ tertio inducit, ꝙ non debeant neptes, vt pote existentes in gradu remotiori esse melioris conditionis ꝙ̄ filie, que in priori gradu existunt. l. si viua matre, versic. non est tamen ab re. C. de bo. mater. vbi tex. loquitur in filijs, ꝛ nepotibus, ꝛ disponit ꝙ filij, qui sunt in primo gradu, non debent esse conditionis deterioris nepotibus, qui sunt in gradu viteriori: cuius contrarium esse videretur in casu suo, si neptes censerentur inuitate: inducit etiam alia multa, que faciunt pro hac parte, ꝛ signanter in. v. vi. ꝛ vij. argumentis. inducit etiā pro hac parte, imo in casu magis dubio multa fundamenta Pau. de Cast. in d. consi. cclvij. exordien. viso dicto testamento vbi consuluit contra neptem: etiam multa inducit idem doctor pro hac parte in consil. lxxix. exordien. Casus iste frequenter contingit. vsque ad versi. sed doctores Bononien. vbi etiam refert se fuisse primum consultorem, ꝛ post eum ita consuluisse omnes doctores Florentinos collegialiter: ꝛ quasi omnes aduocatos consistoriales vno excepto: ꝛ demum do. Rapha. Cuma. scilicet ꝛ Fulgos. qui etiam ita scripsit in. l. j. C. de conditio. inser. Et quamuis Pau. de Cast. in d. consil. lxxix. referat doct. Bononien. ꝛ Perusinos, non collegialiter contrarium consuluisse: ꝛ idem referat de collegio Auenionen. ꝛ deinde, ꝛ post hec noluerit consulere pro prima parte: quāuis pluries requisitus, hoc tamen non officit, neqꝫ nocet ei quod predixi. quia idem Paul. in quodam alio suo solemni consil. exordiente, Visis, ꝛ diligenter examinatis quibusdam consilijs redditis, ꝛc. quod refert Bartho. Sozi. consi. xl. exordiēte, Cum in presentiarum, ꝛc. sub hac quota inserto inter consil. Franc. de Cur. tenuit id ꝙ inserto consil. ccclvij. scilicet ꝙ superstes neptis non deberet excludere substitutos existentes de agnatione, etiam si non essent de descendentibus testatoris: quia in hoc casu sibi locum vendicabant omnes rationes allegate per Pau. de Cast. in dicto consi. lxxix. quāuis ibi voluit ꝙ patroni filij testatoris excluderēt neptē ex alio filio: ꝛ hoc ratione conseruāde agnationis masculorum, nō solum proprie agnationis ipsius, ꝛ cuius caput esset: quia isto casu non loquitur Bartholo. Sozin. sed etiam alterius agnationis, cuius caput idem testator non existebat, de qua tamen erat, quo casu loquitur idem doctor, prout videri potest in dicto consil. ibi, et sic cum in casu nostro simus in transuersalibus. versi. tertio ex persona substitutorum: Et hunc articulum plenius prosequitur Pau. de Castr. in dicto consil. Visis ꝛ examinatis quibusdam consilijs, ꝛc. vbi adducit ꝙ testator censeatur voluisse in similibus terminis sexum muliebrem ab vniuersali successione excludēdū, ratione cōseruāde agnationis masculorum. Unde cum in alijs feminis sit eadem ratio, palam infertur ꝙ id quod de vna persona dicitur, censeri debeat esse dictum de alia stante vnitate rationis. per ea que not. Cyn. in. l. j. C. que sit long. consue. quatenus valet hic quod dicimus, mutilatus in membro, non succedat in feudo, habeat locū etiam in eo, qui habet membrum debilitatum, propter vnitatem rationis: quia habitus fuit respectus non ad formam membri, sed ad officium. Et post multa inducta per Bartho. Sozi. in dicto consilio. xl. pro cōfirmatione sue opinionis, ꝛ que manifestissime adaptantur casui nostro, dicit se meminisse vidisse in casu simili cōsilium

filiũ And. Barb. ⁊ post dicta duo consilia Pau. de Cast.
idem cõsuluerunt Catho, ⁊ plures alij doctores Papieñ.
⁊ vltimo loco insignis eius preceptor lumen sui temporis
do. scilicet Francis. de Are. cuius consilium non habetur
in volu. ⁊ quod exorditur, Stomachatus sum, ⁊c. Et qui
mouebatur potissime per singularem doctrinam Richar.
Malumb. quam refert ⁊ comprobat Joan. And. in addit.
Specul. tit. de testamen. versic. sed hoc titulo generali. vbi
ponit questionem, quid si testator instituat duos filios, et
vnum substituat hoc modo, quia altero moriẽte sine filijs,
substituit alium, ⁊ eius heredes masculos: si contingat ꝙ
ex vno nascatur filia, ⁊ postea ex ea filius, dictus filius vel
filia non includitur in verbis substitutionis appellatione
heredum masculorum: quia testator vocando solum here-
des masculos ad substitutionem exclusit feminam existen-
tem in pari gradu, ⁊ etiam alias similes. Unde absurdum
esset dicere ꝙ nepotes ex femina admitti voluerit, que ra-
tio vniuersaliter militat in casu nostro: quia cum ⁊ ab vni
uersali institutione, ⁊ ab omni substitutiõe excluserit pro-
priam posthumam, ergo ⁊ neptos ex fratre. Et rursum cũ
nec in substitutionibus vocauerit proprias sorores, nisi
post dictos Claudium, Joannem, Ludouicum, ⁊ Phili-
bertum, eo, scilicet casu, quo dicti Ludouicus ⁊ Philiber
tus decederent sine liberis masculis. Et sic quamuis liberi
masculi dictorum Ludouici ⁊ Philiberti, non censeren-
tur fuisse eidem substituti, per id quod voluit glos. cõmu-
niter approbata in. l. Lucius. la. ij. ff. de heredib. instituen.
dicte tamen sorores fuissent ex expressa voluntate testato-
ris repulse per liberos masculos dictorum Ludouici, et
Philiberti. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de legat. j. l. vel
singulis. ff. de vulg. ⁊ papil. ⁊ dicta. l. Lucius. que ima pro
hoc allegat Oldrad. consil. xxj. exordien. Thema tale est,
testator habebat fratrem vnum, ⁊c. circa fin. Secunda ra-
tio est, quia intentio testatoris faciendo mentionem de ma
sculis, fuit consulere familie, ⁊ agnatis, ⁊ velle ꝙ bona re-
manerent in agnatione, que ratio cessat in filia, ⁊ nepte ex
filio, non quia non sint agnate, sed quia nubendo transe-
unt in aliam familiam, seu agnationem, ⁊ sic sunt causa
ꝙ bona vadant, ⁊ transeant in aliam agnationem. Et idẽ
quod Bartho. Sozi. ⁊ alij predicti etiam, vt opinor, con-
suluerant Ambro. de Opizo. ⁊ Lancel. Deci. docto. insi-
gnes, quos ipse commemorat in princip. dicti sui consilij.
¶ Uerum, quia vos egregie do. doctor, existimans domi.
Ludo. opportune respondisse huiuscemodi argumentis,
⁊ omnibus alijs, que pro hac parte induxerat And. Bar.
dicto in consil. per me allegato, ⁊ propter ea putatis vos
reperisse Achilem, qui totam machinarum seriem destru-
xerat, ego vobis respondeo, ⁊ dico, ꝙ etiam supposito ꝙ
idem vester, imo meus, imo noster do. Ludo. opportune, ⁊
bene responderit in casu pro tunc occurrenti motiuis per
eum inductis, sue tamen responsiones vobis non seruiũt:
sed bene capte, vel intellecte, faciunt contra vos, ⁊ hoc
propter casuum diuersitatẽ: in casu enim illo, testator tres
liberos masculos heredes instituerat, ⁊ eos inuicem reci-
proce, seu breui, loce, ac etiam vulgariter, pupillariter, ⁊ per
fideicomissum substituerat si sine filijs ab humanis dece-
derent: deinde vero mortuo testatore, ⁊ post immixtio-
nem paterne hereditatis ab humanis vita functus fuerat
Raymundus filius alter ex dictis tribus filijs heredi-
bus institutis, superstitibus tamen filiabus, ⁊ fratribus
coheredibus: in quo casu illi fratres superstites, ⁊ substi-
tuti breuiloce, ⁊c. pretendebant se fuisse inuitatos ad por-
tionem relictam dicto Raymundo quondam fratri: fi-
lie vero eiusdem Raymun. econtra pretendebant scilicet
ꝙ non dicti patrui, imo ipse filie, que erant neptes testato
ris ⁊ Raymun. filio, erant substitute, ⁊ inuitate, aut ꝙ de-
berent repellere patruos substitutos. hec autem dissentio
orta est propter illud verbum, filijs, positum in substitutio
ne, patruis asserentibus ꝙ non comprehenderet feminas:
neptibus autem econtra, ꝙ imo comprehenderet etiam fe
minas, ⁊ ꝙ cum ipse superfuissent dicto Raymundo non
erat ipse mortuus sine filijs, ⁊ ita non fuerat conditio fi-
deicommissi purificata, sed defecerat. do. igitur Ludo. con-
sultus parte dictarum neptium consuluit pro eis, ⁊ contra
patruos: verum more italicorum inducit motiua premen-
tionata pro patruis, ⁊ contra dictas neptes: que vti dixi
faciunt pro dicto nobili Andrea, non obstantibus solu-
tionibus quas ipse posuit in dicto eius consil. in quibus
locis pretendit ꝙ non eadem ratio erat in proprijs filia-
bus illius testatoris, que erat in neptibus, eisdemque filia

bus dicti Raymundi: pro eo quia testator ille prouiderat
filiabus de dotibus, vt opinor sufficientibus: non sic au-
tem neptibus: ⁊ sic esto ꝙ non vocasset filias, vt dixi, qui-
bus erat prouisum, sed eas exclusisset, non tamen ex hoc
inferebatur ꝙ etiam deberet censeri exclusisse neptes, qui-
bus de nullo prouiderat: sed hic debuistis do. doctor. ad-
uertere, ꝙ in casu illo pater pretulit proprios filios eius fi
liabus: quod non mirum est: hic autem nobilis Andreas
senior propere filie pretulit fratrem: quod fecisse non presu
mitur propter sanguinẽ, seu propter agnationem: in casu
illo neptes ex filio, ⁊ sic descendentes ex testatore, ⁊ qui-
bus non erat prouisum, aut forte aliquid relictum preten-
debant se esse inuitatas, aut posse excludere substitutos.
hic autem dicta Anna non est neptis testatoris ex filio,
nec ab eo descendens, ⁊ propterea illa solutio ⁊ ratio, quã
pretendit idem do. Ludo. huic casui non seruit: scilicet, ꝙ
dictus Andreas dicte eius posthume mille scuta relique-
rit, ⁊ ꝙ dicte Anne nihil reliquisset, ⁊ ꝙ propterea debue-
rit, ⁊ debeat potius censeri inuitata, quam fuerit posthu-
ma propria: ponamus enim quod fieri potuit, scilicet ꝙ
dictus Claudius decessserit relicta vnica filia, ⁊ nullo ma-
sculo, nunquid vobis videtur, ꝙ hec Anna deberet in vim
substitutionis succedere in bonis valentibus forte sex mil
le scutis, ⁊ ꝙ filie nõ reliquerit nisi mille, profecto hoc sen-
tire esset nimis absurdum, considerato non quidem ⁊ ma-
xime, ꝙ filiam posthumam non substituerit, sed nec etiam
proprias sorores, nisi post dictos nobiles Claudiũ ⁊ Joã-
nem fratres, Ludouicum ⁊ Philibertum fratres patrue-
les, aut forte remotiores. Nec miretur quis, ꝙ ego signem
differentiam inter neptes ex filio, vt in casu, in quo consu-
luit dictus do. Ludouicus in dicto suo consil. versic. pre-
terea dato, ⁊c. inducit pro illa sua opinione, ꝙ quis presu-
matur magis diligere neptes, ꝙ̃ filias: cum per eas plus
conseruetur memoria, ⁊ nomine ipsius, ꝙ̃ per filias: iuxta
ea que habentur in. l. isti quidem. ff. quod met. cau. Et ideo
infert ꝙ licet pater exclusisset filias, non tamen videretur
exclusisse neptes: quia minor affectio cadit in filio, ⁊ in fi-
lia, ꝙ̃ in nepote, ⁊ in nepte secundum iuris dispositionem:
hec idem do. Ludouicus, vbi supra: sed non loquitur, nec
verum est, de nepte ex fratre, quam minus diligere presu-
mitur patruus, quam fratrem: vt alias dixi post Barto. et
docto. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. ⁊ posthu. et
minus fratrẽ, quam filium: quia, vt iam dixi, non est amor
qui patruum vincat. ¶ Ad id vero de quo vos arguitis,
4 scilicet, ꝙ appellatione liberorum † comprehendantur, et
veniant tam masculi, ꝙ̃ femine. vulgata. l. liberorum. ff. de
verbo. signifi. respondeo hoc esse verum regulariter: scili-
cet, quando ex coniecturis nõ posset apparere de alia men-
te testatoris: quia si de ea appareat, illa seruanda est. l. cum
questio. in fin. C. de lega. l. cum proponeretur. ff. de lega. ij. ⁊
l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. ⁊ demon.
Unde cum vt apparet ex predictis, fuerint, ⁊ sint coniectu-
re in casu nostro, ꝙ verbum liberos, ⁊ liberorũ liberos, de-
beat intelligi de masculis, ⁊ ad illos restringi, dicendũ est,
ꝙ soli masculi fuerint substituti, ne plus tribuamus nepti-
bus, proneptibus, aut etiam vlterioribus feminis descen-
dentibus ex dictis Claudio, ⁊ Joanne, ꝙ̃ proprie posthu-
me: insuper ⁊ ne plus concedamus predictis, ꝙ̃ dictis so-
roribus testatoris, quod non est dicẽdum propter motiua
⁊ rationes inductas per Pau. de Cast. ⁊ alios predictos,
Andr. Barba. ⁊ Bartho. Sozin. que magis, aut profecto
non nimis videntur adaptari huic casui, ꝙ̃ illi, in quo scri
pserunt. Et si mihi non creditis, rogo vt videatis. Quod
autẽ pretenditis Bald. decidere hunc casum in terminis,
ponendo securim ad radicem in. l. venia. C. de in ius vo-
5 can. quatenus voluit, ꝙ † si statutum dicit, ꝙ filius exclu-
dat filiam, idem etiam in nepote ex filio premortuo, vt sci-
licet filiam excludat. d. l. liberorum. ⁊. l. Lucius. Sed quia
ex parte mulieris versatur odium, si statutum dicat, ꝙ fi-
lia non succedet, succedet neptis ex filio: q̃ representat pa-
trem, qui succedebat: per hanc enim caudam pretẽditur ꝙ
quemadmodum statutũ huiusmodi filiam excludens a suc
cessione patris, seu etiam aui materni, non autem neptẽ ex
filio, ita sit ⁊ in casu nostro, scilicet, ꝙ quamuis filia dicti
quondam nobilis Andree Senioris, exclusa extiterit ab
vniuersali successione sui patris, non tamen neptes ex di-
cto nobili Claudio Chiurerij eius fratre, cuiusmodi esse
asseritis hanc nobilem Annam. Sed istud dictum Bald.
non obstat, cum illud communiter reprehendatur in. d. l.
venia. Et primo quidem per Fulgos. dicentem, ꝙ sicut per
filium

filium masculum excluduntur filie femine, ita debent excludi neptes ex filio. per dictam. l. si viua matre. C. de bon. maternis quam alias allegaui, ⁊ induxi. Et pro confirmatione opinionis Fulgos. inducit Alexan. de Jmol. ꝙ aut neptis ex filio vult succedere ex persona sua, ⁊ non potest: quia filius, idemq; patronus est in primo gradu: ipsa vero in secundo, ⁊ sic excluderetur tanquam remotior. l. ij. §. j. cū similibus. ff. de suis ⁊ legitimis liberis. aut vult succedere ex persona patris, ⁊ non potest: quia qualitas masculini sexus que erat in patre, nō est in ipsa nepte: ergo nō potest representare personam patris in terminis predicti statuti. arg. l. fin. C. de natura. libe. quo argumento vtitur Bar. in d. l. liberorum. versic. quero, pone retento, ⁊c. ⁊ in versi. sequenti. Pro hoc etiam facit ratio conseruande agnationis, que presumitur fuisse ratio dicti statuti. vt not. Cy. in. l. j. C. de adult. ⁊ Joan. And. in rub. de sucessio. ab intesta. ⁊ alij in multis locis. Et ob hoc Alex. de Jmo. in dicta. l. venia. putat dictum Fulgo. esse verum: ⁊ sic impugnato dicto Bald. sequitur Fulgo. hoc dictum Fulgo. ⁊ contra Bald. etiam sequitur Fran. de Aret. doctor profecto illustris, in d. l. venia. versic. sed tunc stat dubiū quid dicendum in nepte nata ex filio masculo. vbi relato dicto Bald. subijcit, sed tu dicas ꝙ imo forte remaneat exclusa. argumento sumpto a tanto magis, quod habet locum in materia etiam correctoria: vt not. glo. in auth. preterea. C. vnde vir. ⁊ vxor. Si enim statutum propter masculos filios voluit excludere filias feminas, quanto fortius ipsas neptes. Nec vos moueat doctor egregie, ꝙ Francisc. de Aret. loquutus fuerit per verbum forte, quia per verbum forte respondetur de veritate. l. Gallus. §. forsitam. ff. de libe. ⁊ posthu. l. Mutus. in princip. ⁊ quod ibi glos. ff. de procurato. l. si duo. ⁊ quod ibi glo. ff. de arbi. Multas remissiones ponit Andre. Barba. in sua Joānina. c. Raynaldus. versic. ⁊ si quispiam dixerit. de testa. perinde ergo censetur Franc. de Are. affirmasse quod dixit, ac si loquutus extitisset sine verbo forte. Etiam cōtra Bal. tenet do. Jas. de May. in d. l. venia. versic. secunda conclusio, quam infert Bal. ⁊c. vbi recitato dicto Bal. subiungit, ꝙ Fulg. ⁊ Alex. de Jmo. triplici fundamento Bal. reprehendunt. Et hoc sequitur idem do. Jas. nisi filius masculus, idemq; pater huius neptis, superuixisset auo eiusdē neptis: quia tunc cum pater eius successisset suo patri, eiusdemque auo eiusdem neptis, ipsa neptis nō repelleretur: hanc opinionem etiam contra Bal. videtur sequi do. Clau. de Aq. in d. l. venia. Et quamuis do. Ludo. in dicto suo consi. versic. nihilominus dicat ꝙ Pau. de Castr. solenne dictū Bal. de quo supra refert, ⁊ plus non dicit: honore tamen tanti viri saluo dixerim, Pau. de Cast. plus dicit, scilicet, ꝙ alij dicunt filium ⁊ nepotem ex filio excludere non solum filiam, sed etiam neptem ex filio: cum statutum factum sit in fauorem agnationis, vt apud eam remaneant bona. allegantes notata per Cy. in. l. j. C. de adulte. Unde cum hanc opinionem recitauerit Pau. in vltimo loco, non esset ponere os in celum dicere ꝙ ipse illam sequatur: per id quod not. glo. in. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. ⁊ quod not. Bald. Ang. ⁊ doct. in. l. si idem cum eodem. §. fi. ff. de iurisdic. omn. iudi. Non tamen nego quin post hec Pau. de Cast. mandauerit videndū Bar. in d. l. liberorum. Ecce ergo ꝙ dictum Bald. impugnatur per multos, ⁊ quidem clarissimos doct. Fulgo. scilicet, Fran. de Aret. Alex. de Jmo. do. Jas. ⁊ Claud. de Aq. Et sic quamuis Alex. ⁊ do. Jas. dicant dictum Bal. esse vel singulariter, vel notabile, non tamen illud sequuntur, sed impugnant. Nec hoc est nouum: sepissime enim reprimens scriptum, ⁊ a multis dictum de aliquo dicto, ꝙ illud sit singulare, vel notabile, si esset verum, ⁊ postea impugnatur, super quo possem multa referre, sed non expedit. Non igitur cum effectu ponit Bal. securim ad radicem, quidquid dixerit Lud. Bolog. in dicto suo cons. versi. nihilominus predictis non obstātibus. vbi arguit ꝙ subrogatum debeat sapere naturam illius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarū. ff. si quis cautio. cum simil. Sed neptes de quibus ibi: subrogate erant secundum eum, in loco Raymundi premortui earum patris, ⁊ ex eo peruenerant: ergo debebant sapere eius naturam ⁊ conditionem. vnde sicut ille succedebat, ita ⁊ iste succedere debent tanquā ex extipite habili ad succedendū, ⁊ representantes earum patrem: per quam reperio, inquit, in terminis nominis determinasse. Bal. ⁊c. hec ille: sed vos si placet attendite, ꝙ non sit verum, ꝙ nepotes, aut neptes debeant succedere quemadmodum successisset earum pater: ponamus ꝙ Titius habens duos filios, testetur, ⁊ illos duos heredes vniuersales instituat, ⁊ decedenti sine liberis substituat superstitē, ⁊ deinde contingat vnum mori superstitibus Titio filio, ⁊ fratre, ⁊ ꝙ deinde sine libris moriatur frater huius Titij patronus: quero vtrum Titius censeatur eidem substitutus, ⁊ succedat, prout successisset pater, si vixisset: secundum argumentationem do. Ludo. esset dicendum ꝙ sic, postquā Titius filius subrogatus est in locum patris premortui, ex eo originem traxit. Sed si hoc dicatis, habetis, doctor egregie, contra vos duas glo. quas doct. communiter approbant: primam in. l. vnic. C. de his qui ante apert. tabu. secundam in. l. heredes mei. §. cum ita. super verbo, suscepisset. ff. ad trebel. ⁊ quod vtrobique per scribentes, ⁊ per Joan. de Jmo. Alex. de Jmo. ⁊ alios in. l. cum ex filio. in princip. ff. de vulga. ⁊ pupilla. Multas remissiones ponit Oldra. qui etiam hoc voluit consil. cxxxiij. exordien. quidam habens tres filias, ⁊ duos filios, ⁊ alij in alijs locis tam in scribendo, ꝙ consulendo. Ecce ergo ꝙ in materia testamentaria, de qua loquimur, nō procedit argumētatio do. Ludo. Preterea, vos egregij do. doctor, qui pretenditis do. Ludo. decidisse hunc casum in terminus, ⁊ ꝙ ex decisione sua colligatur, ⁊ appareat dictam Annam fuisse inuitatam seu substitutam per dictum nobilem Andr. ⁊ propterea potuisse, ⁊ posse agere, ⁊ petere fideicōmissum vniuersale pro parte: aduertite, si placet, si idem Ludo. ausus extitit affirmare, vel decidere, ꝙ ille neptes, de quibus loquebatur, censerentur substitute. Et profecto hoc non est ausus dicere: ⁊ si mihi non creditur, videatur eius consilium. versic. omittendo nunc vtrum ex testamento, ⁊c. ⁊ non immerito: quia etiam supposito, ꝙ in illo casu appellatione filiorum comprehenderentur etiam filie femine, ille tamen, vt puta posite in conditione, non erant inuitate. Et idem dico de filijs: vt voluit glo. ordinaria cōmuniter ab antiquis doctoribus, ⁊ modernis approbata in dicta. l. Lucius. la. ij. ff. de heredib. instituen. pro quo etiam idem do. Ludo. multos retulit in d. versic. omittendo nunc, ⁊c. ⁊ si querātur consi. Alex. de Jmo. ipse, prout refert do. Jas. in. l. Centurio. versic. ego autem inuenio. ff. de vulga. ⁊ pupil. septem vicibus consuluit pro hac parte:
6 scilicet ꝙ liberi † presenti in conditione non censentur inuitati: quia ista materia trita est, non est super ea insistendum. dico igitur ꝙ in casu, in quo consuluit do. Lud. nec filij, nec filie dicti Raymun. erant inuitati: aut substituti, ⁊ ipse etiam hoc sensit: ⁊ ideo si eorum pater bona distraxisset, aut consumpsisset, vel alias de eis disposuisset, non potuissent ipsi bona huiusmodi repetere, aut eorum pretextu agere. vt voluit Bar. ⁊ sequuntur doct. in dicta. l. Lucius. ⁊ in alijs locis. Bene autem fateor, ꝙ si verū esset, ꝙ in illo casu appellatione filiorū cōprehēse essent etiā ille femine, ille potuissent repellere patruos substitutos: quia quāuis liberi positi in conditione non censeantur inuitati, tamē ex expressa voluntate testatoris repellunt substitutum: vt superius dixi, post Oldra. consil. xxj. exord. Thema tale est, testator habebat fratrē, ⁊c. circa fi. Ex quo apparet, ꝙ aliud est aliquem esse inuitatū aut substitutū, ⁊ aliud est posse repellere substitutū: q; etiā non inuitatus, seu substitutus potest repellere substitutū. Per p̄dicta apparet opportuna, ⁊ vera responsio ad illam argumentationem, quam facit domi. Bolog. in dicto versicu. nihilominus predictis non obstantibus, ⁊c. que vt dixi confunditur per duas glo. ordinarias communiter approbatas. Et idem dico de eo, quod dicit idem do. Bolog. in versic. tertio ad idem, ⁊c. ⁊ in vers. vlterius ad idem: quia quidquid sit de iure communi in casibus illis, tamen in testamentaria dispositione illud nō procedit. vt colligitur ex dictis gl. Ad id vero quod dicit in versic. secundo pro eadem parte. Dico, et profecto respondeo me eum non opportune intelligere, nec videre quid dicat. arguit enim de toto ad partem, ⁊ dicit filiū totum, ⁊ neptes partem, sed non video quomodo concludat. Illud autem scio, ꝙ ipse filius inuitetur ⁊ possit succedere, si superuixerit: non tamen idem est in neptibus, imo nec in nepotibus. Ad id de quo ratiocinatur in vers. preterea pro istis neptibus, ⁊c. dico quod hoc non obstat: loquitur enim in terminis sui consilij: ⁊ vbi pretendit ꝙ si appellatione filiorū non venirent filie, ipse filie censebantur omisse: ⁊ propterea remansisse in dispositione iuris communis: ꝙ an verum sit, multi senserunt ꝙ non. Nos autem loquimur in casu, in quo apparet ꝙ testator disponens ⁊ substituens dicto Claudio fratri libero, ⁊ liberorum liberos sen

senserit de liberis masculis, repulsis liberis feminis: quia in substituendo masculos censetur feminas repulisse. ⁊ ita non sumus in casu omisso, non enim possunt in hoc casu venire neptes, si relicte extiterint dispositioni iuris cõmunis, postquam supponimus masculos inuitatos: q2 quandiu locus est vie testati, ⁊c. Quo vero ad ea, que inducit idẽ do. Ludouicus. versicu. nunc autem opere pretium est, vt ostendam. Ubi conatur ostendere pro defensione sue opinionis, ꝙ illa fuerit voluntas testatoris, quam pretendit: non est opus insistere: pro eo, quia vt colligitur ex predictis, casus ille, ⁊ casus noster sunt multum diuersi, ⁊ alia, ⁊ quidem maiora sunt in casu nostro persuadentia pro dicto nobili Andrea Iuniore, ꝙ in illo casu pro patruis. Ceterum responsiones facte per dictum do. Ludouicum ad argumenta per eum inducta, vt iam dixi, non satisfaciunt, nec seruiunt dicte Anne in casu isto: vt satis colligitur ex predictis: ⁊ hoc posset sigillatim demonstrari, ⁊ ostendi. Sed quia iam nimium immoror, supersedeo, ⁊ volo ad vos loqui egregie do. doctor, qui vnico verbo vos expediuistis, ⁊ dixistis, ꝙ deducta per do. Ludouicũ Bologninum in dicto consi. sufficere debent pro omni respõsione ad allegata per Andre. Barba. in dicto consi. transcripta in folijs papiri exordienti. Uidi ⁊ sepisper reuidi, que dicitis in veritate non stare: sed profecto vel ego despio, vel vos parum appendistis scripta Andr. Barb. qui innititur multis fundamentis per Bologni. non tactis: ⁊ propterea non respondet, nec responsiones quas facit ijs que tacta extiterunt, vobis seruiunt. Et quatenus respondetis ꝙ dicta Barba. non obstent, pro eo quia loquitur in alijs terminis, videlicet in testamento, ⁊ substitutione factis per patrem inter suos liberos, profecto si aduertissetis ad consilium Bologn. ipse etiam loquitur in disputatione facta inter liberos, prout superius dixi, ⁊ colligitur ex casus positione quem recitat. Preterea videte Barth. Sozi. in dicto consil. xl. versic. ⁊ licet substituti non sint de descendentibus testatoris, ⁊c. vbi colligitur, ꝙ quia vtrobiq3 est eadem ratio, ideo ⁊ idem ius videri potest: vt etiam secundum eum plenius prosequitur Pau. de Cast. in consilio superius allegato quod scilicet nõ inseritur, ⁊ incipit, Uisis ⁊ diligenter examinatis quibusdam cõsilijs. Quod autem dicitis illum videri plus dilexisse illos masculos, ꝙ filias alterius filiorum, hoc est contrarium ei quod dixisse videtur Ludouicus in dicto consilio, scilicet, ꝙ auus presumatur plus diligere neptes, ⁊c. ⁊ ꝙ dicitis hoc cessare in casu nostro, in quo instituti ⁊ substituti non erant de suis, sed extranei. Fateor ꝙ ipsi erant extranei: sed tamen quia testator proprie posthume femine, ⁊ sororib9 sui ipsius pretulit Claudium ⁊ Ioannem fratres, ac Ludouicum et Philibertum fratres patrueles, aut remotiores, ego dixi eum habuisse respectum ad agnationem Chiureriorum: ⁊ pro illa conseruanda optasse ꝙ bona sua apud eam manerẽt: ꝙ nec per filiam, nec sorores diu fieri poterat. Unde cũ ista ratio locum esset habitura in neptibus, pronepotibus, ⁊ alijs huiusmodi, dixi, ⁊ dico ꝙ ipse testator in substitutione per verbum liberos, ⁊ liberorum liberos, senserit de masculis. Addo ꝙ iste nobilis testator non solum non instituit, aut in aliquo gradu substituit propriam posthumã, sed nec pro neptes, aut nepotes, vlteriores ve ex ea descensuros: de quibus tamen potuit, ⁊ debuit verisimiliter potius cogitare, quam de neptibus ex fratre. Sed quia afficiebatur agnationi Chiureriorum instituere ⁊ substituere omisit, non solum dictam posthumam, sed omnẽ ex ea descendentem prolem: vtpote per quas non esset conseruanda eadem agnatio. Ad dictum Pau. de Cast. in. d. consil. lxxix. respondi superius post Bartholo. Sozin. ⁊ alios, quos inducit. Ad id autem quod dicitis de presentationibus predicti consilij, non video ꝙ ille faciant pro vobis. Quo vero ad responsionem quam datis ad ea que scribit Pau. de Cast. in dicto consil. cccliij. ⁊ dicitis ꝙ Pau. loquitur in testamẽto, ⁊ substitutionibus factis per patrem inter filios suos, respondeo vt supra. Ad aliud in quo nitimini respondere dicto Bald. alias allegato, ⁊ qui voluit, ꝙ quando vna ratio dispositionis testatoris, ⁊c. patẽter apparet, ꝙ nec vestra responsio, nec Ludouici satisfacit. Ad id vero quod dicitis nõ posse dici, ꝙ dictus Andreas testator voluerit masculos esse vocatos pro conseruatione agnationis: cum substituerit sorores. Dico ⁊ respõdeo, ꝙ istud esset verum, si in primo gradu easdem inuitasset: sed videte pater, ⁊ doctor egregie, ꝙ hoc non fecerit, sed post Claudium, ⁊ Ioannem fratres, ⁊ eorum liberos, ⁊ liberorum liberos, insuper ⁊ post Ludouicum ⁊ Philibertum, quas sorores etiam excludi voluit, ⁊ repelli per liberos masculos, eorundem Ludouici, ⁊ Philiberti positos in conditione, quamuis eos non substituerit. Et sic non potest dici ꝙ attenta vocatione predictarum sororũ, non habuerit idem testator respectum ad agnationem, apud quam, ⁊ per tot manus voluit bona sua permanere, antequam deuenirent ad sorores. Non enim mirum si post finitã agnationem masculorum, que saltem morte finiri solet, q2 mors omnia soluit. authen. de nupt. §. deinceps autem matrimoniorum terminum. collat. iiij. voluerit tunc demum bona peruenire ad sorores. Quod autẽ tunc non inuitauerit filiam, alias respõdi. Arripite igitur responsionem meam, quam facio de sororibus. Preterea etiam respondeo ad. l. j. C. de conditio. inser. ad quam pretenditis me non respon-

7 disse. Et fateor ꝙ appellatione liberorum † regulariter veniunt filij, ⁊ filie, nepotes, neptes, ⁊c. sed in casu nostro coniecture, quas predixi, ⁊ ad quas recurrendum est pro intelligenda voluntate, hoc faciunt, vt verbum liberos, ⁊ liberorum liberos, restringãtur ad masculos, prout superius dixi, ⁊ alias allegaui Paul. de Cast. Andr. Barba. Bartholo. Sozi. do. Iaso. ⁊ Philip. Deci. doctores profecto peritissimos, ⁊ quorum dicta non sunt contemnenda, sed veneranda, maxime cum non loquantur sine ratione, ⁊ iuribus pro hoc facientibus, ⁊ pro quo etiam bene facit id quod scribit Bart. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liberis ⁊ posthu. post Richar. Malum. ⁊ Ioan. And. Miror autem cur dixeritis, ꝙ dictus Andreas testator potius dici debeat fatuus, ꝙ prudens, pro eo, quia sorores ⁊ extraneos suis proprijs liberis, ⁊ posteritati preposuit. Et quidem si eum impugnaretis pro eo, quia filia, seu posthuma postposita, ⁊ omni eius posteritate masculina, scilicet, ⁊ feminina heredem vniuersalem instituerit Claudium fratrem, ⁊ substituerit liberos, ⁊ liberorum liberos, ⁊ postea alios de quibus supra, forte aliquid diceretis, ⁊ illud est quod superius dixi, scilicet, ꝙ non amor sanguinis, sed affectio conseruãde agnationis Chiureriorum, ad hoc eum impulit: ego quoq3 vidi, ⁊ quidem sepissime, ⁊ vos vidisse existimo multa testamenta, maxime nobiliũ, qui ⁊ proprijs filiabus, ⁊ alijs liberis feminis, ⁊ ex illis descendentibus pretulerãt non solum filios, ⁊ alios liberos masculos, sed etiam fratres, ⁊ alios longe remotiores, ⁊ discurrerãt per totam agnationem, antequam inuitarent feminas. Hoc etiam fecit recolende memorie illustris. do. Renatus rex Sicilie, ⁊ Hierusalẽ ac Prouincie ⁊ Forcalquerij comes, qui omisso nepote ex filia, domino, scilicet Lothoringie, heredem vniuersalem instituit do. Carolum de Amoue eius nepotem ex fratre: non enim possumus, nec eniti debemus reuoluere mundum, nec impugnare testantium dispositiones, que non semper regulantur a ratione, sed nõ nunquam a voluntate, que deprehenditur non solũ ex verbis prolatis. l. non aliter. ff. de legat. iij. ⁊ l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supellect. lega. sed etiam ex coniecturis, vt superius dixi. Ad id vero quod vltimo dicitis, ꝙ verba testatoris generaliter prolata, ita demum debeant intelligi ⁊ restringi secundum mentem cõiecturatam testatoris, ⁊ loquentis, quando aliquis ex coniecturata mẽte non lederetur, aut etiam locupletaretur cũ alterius iactura. pro quo inducitis Bald. inter consil. Ange. cons. lxvij. in prin. Dico in primis me optasse, vt cõsilium illud apertius designaretur propter varias impressiones, ⁊ in quibus fiunt varie quotationes: quod ideo dixerim, quia illud non reperio inter cõsilia Angel. sub illa quota, nec in quotis vicinis. Et ideo non possum prout vellem vobis respõdere. ⁊ puto ꝙ nõ sic loquatur, pace vestra salua dixerim. Illud autem scio ꝙ statutum debeat interpretari secundum ius commune, ne quis indebite damnum patiatur. l. ij. C. de noxalib. cum multis simili. allegatis per Bar. ⁊ doct. in. l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. Preterea nõ procedit quod dicitis, ꝙ in casu nostro lederetur dicta nobilis Anna, ⁊ ꝙ cum ipsius iactura locupletaretur dictus Andreas Iunior: non enim hic certat dicta Anna de damno vitando, sed de lucro captando: que inter se differũt. Non enim par eademq3 ratio videtur amittere debita, et lucra non capere. l. fin. §. penulti. C. de codicill. Ex quibus omnibus infero dictam nobilem Andream fouisse, ⁊ fouere bonam causam: dictam vero Annam iniustam, ⁊ iniustam. Et quia in premio vestrarum allegationũ dixistis scriptum esse, veritatem omnia vincere, ⁊ in eternum viuere, adeo ꝙ linguis hominum tacẽtibus, vltro se exhibeat.

Respon

Respondeo vobis, & pro nunc fateor, & idcirco addo, Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi: cum testimonio vestro veritas sit victura.

¶ Rubr. De transacti. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccexl viij.

¶ Alienatio rei ecclesiastice non seruata certa solennitate, & nõ facta in altero ex casibus permissis cũ regulariter sit nulla: pluribus contẽdit transactionem factã per capitulum & vniuersitatem ecclesie Viuariensis, per quam remiserunt & alienauerunt ius quod sibi cõpetebat cõtra vẽdentes vinũ ad minutũ in villa Montilij Adhemarij esse nullam.

1 ☞ Alienatio rerum ecclesie regulariter prohibita.
2 Casus permissi ad alienationem rei ecclesiastice.
3 Requisita in alienanda re ecclesiastica.
4 Remedium can. reintegrãda. iij. quest. j. quibus, & pro quibus rebus detur.
5 Prelatus an & quando transigere possit super re ecclesiastica.
6 Remediũ. l. ij. C. de rescin. venditio. potest intentari intra xl. annos per ecclesiam lesam.
7 Sententia & transactio pretextu instrumẽtorum noviter repertorum regulariter nõ rescinduntur: fallit in ecclesia.



Viso Et ponderato mihi exhibite consultationis themate parte venerabilis capituli, & vniuersitatis ecclesie Viuarien. vna cũ quesito ex themate huiusmodi elicito, videtur fore respõdẽdũ, & dicẽdũ ad quesitũ huiusmodi, quod trãsactio de qua in d. themate fuerit, & sit nulla. pro eo quod alienatio
1 † rerũ & bonorũ ecclesie, & signãter immobiliũ, & pretiosorũ mobiliũ est regulariter prohibita. c. si qua de rebus. c. placuit. c. sine exceptiõe. & multis alijs iurib⁹. xij. q. ij. & c. nulli. de reb. eccle. nõ alie. & c. j. eo. tit. in. vj. Et idẽ existimo dicẽdũ de reditibus, seu cẽsibus, & alijs huiusmodi ecclesijs spectãtib⁹: pro eo, quod illa videtur cõparari bonis immobilib⁹. per id quod not. glo. in c. ij. super verbo, iura. & quod ibi doct. de reb. eccle. nõ alie. in. vj. pro quo bene facit Clem. exiui de paradiso. §. cuinsq; annui reditus. de ver. sig. & quod habet in l. iubem⁹ nulli. circa princ. ibi annonas ciuiles. C. de sacro. sanc. eccle. in auth. de nõ alie. reb ecclesiast. §. nos igit (iam ad legẽ veniẽdũ est) sancim⁹, &c. collat. ij. Et ad hoc, vt alienatio bonorũ & iurũ huiusmodi valeat, opus est quod cõsensus personarũ eã faciẽtiũ sit legitim⁹, id est, secundũ leges, & canones informat⁹. c. que in ecclesiarũ. de cõstitutio. Ex quo infert quod nõ valeat, nisi in ea seruata extiterit forma a iure tradita, & in casu a iure cõcesso: alias cõsensus nõ posset dici legitim⁹. & ad hunc intellectũ inducit Calder. in c. j. de restitut. in integ. & d. c. que in ecclesiarũ. & Jo. de Jmo. in c. si quis presbyterorũ. vers. in glo. antepen. de reb. eccle. nõ alie. Et quãuis glo. xij. q. ij. in summa. & in d. c. sine exceptiõe. super verbo, profuturũ. & Ostien. in summa tit. de reb. eccl. nõ alie. §. iij. ad fin. quod etiã alienatio facta in casu nõ pmisso, valeat, dũ tamẽ in ea fuerit seruata forma, seu solẽnitas a iure requisita. pro quo inducũt c. cũ nos. de his que fiunt a prela. c. cũ dilecti. & c. cũ causa. de emptio. & vendi. Doct. tamen cõmuniter tenẽt contrariũ: scz, quod nisi fiat alienatio in
2 altero ex casib⁹ permissis, scz † necessitatis, pietatis, vtilitatis, vel incõmoditatis, quos enumerat gl. in d. summa. Ostien. in summa de reb. eccles. nõ alie. §. ex quibus causis. Pan. & doc. in d. c. nulli. Jlla nõ valet, sed est ipso iure nulla: etiã si in ea fuerit seruata ecclesiastica solẽnitas. Et hãc opinionẽ sensit glo. in d. c. j. in verbo, redire: de restit. in integrũ. quã ibi sequũtur Ant. de But. & Panor. vbi etiam late Joan. de Jmo. in c. que in ecclesiarũ. & Gemin. & Philip. Franc. post Jo. And. & alios in d. c. ij. de reb. eccles. non alie. Ostien. & Panor. in c. tua. de his que fiũt a prela. Osti. in summa. tit. de restit. in integ. §. in quibus. versic. item in cõtractibus. Multas remissiones ponit do. Felin. in d. c. que in ecclesiarũ. pro hac opinione bene facit dictũ. c. nulli. Cũ enim a iure prohibeatur alienatio rei ecclesie, vt predixi, illa ergo si nõ fiat in casu licito, seu de iure cõcesso, est nulla. l. nõ dubiũ. ff. de legib. & in regula, que cõtra ius. de regu. iur. in. vj. & probatur etiam in clemen. j. de reb. eccle. nõ alie. & in d. c. que in ecclesiarũ. Unde cũ per transactionẽ predictam, capitulũ & vniuersitas predicta remiserint tabernagium, de quo in themate, seu ius quod eisdem competebat cõtra vẽdẽtes vinũ ad minutũ in villa Montilij Adhemarij: & quo iure poterãt ab illis certã quotam pretij vini huiusmodi exigere, leuare, & recuperare: & sic per transactionẽ huiusmodi alienauerint ius equiparatum, aut quo ad hoc comparatũ rei immobili, & illa non fuerit facta in altero ex casibus de iure permissis nec etiã in ea fuerit obseruata ecclesiastica solẽnitas, illa videtur fuisse, & esse nulla & quidẽ quod facta nõ extiterit in altero ex dictis casib⁹, hoc apparet: nihil enim necessitabat, aut cogebat dictũ venerabile capitulũ, & vniuersitatem remittere tabernagiũ, seu ius huiusmodi, in cuius possessiones, seu quasi fuerãt reintegrata, & in ea, vt opinor, existebãt capitulũ & vniuersitas post duas sentẽtias pro eis latas, seu promulgatas. Non etiã fuit eis vtile, vt ponitur in casu sed multũ dãnosum, nec fuit hoc ius alienatũ ex causa pietatis, aut causa euitãde incõmoditatis: & sic nõ occurrebat alter ex dictis casibus. ¶ Etiam nec in trãsactione huiusmodi: seu etiã illius pretẽsa ratifi-
3 catione interuenit solẽnitas de iure requisita: nõ enim † pro solẽnitate ecclesiastica solũ requiritur in alienatione bonorũ capituli, & vniuersitatis authoritas, seu cõsensus episcopi, sed etiã tractatus, ille scilicet de quo in c. hoc ius porrectũ. x. q. ij. & quod voluit glo. in d. c. sine exceptione, xij. q. ij. & Osti. in ca. cũ apostolica. de his que fi. a prela. & Jo. Monach. in d. c. j. de reb. eccle. nõ alie. in. vj. vel veri⁹ ille de quo in d. c. sine exceptione. & in c. tua. de reb. eccle. non alienã. & in d. c. j. eod. tit. in. vj. quod etiã voluit glos. in c. null⁹. xvij. q. iiij. glo. in c. j. x. q. ij. Bernar. Inno. glo. Archi. & moder. in d. c. j. & idẽ voluit Lauren. de Rodul. in repeti. d. c. sine exceptione. vers. quero quarto. & do. proposit. post alios in c. cũ causa. vers. ad illud de cõsuetudine diminuẽte. de re iudica. Et preterea in perpetua alienatione rei ecclesiastice vltra, & pter tractatũ, opus est cause cognitione. vt scripsit Laurẽ. de Rodul. in d. c. sine exceptione. vers. quero nono. Non solũ autem dicitur res ecclesie, & cuius proprietas, seu dominiũ ad ipsam ecclesiam pertinet, alienari, quãdo dominiũ huiusmodi in aliũ trãsfertur, sed etiã quãdo transfertur sua possessio: prout plene scribũt Inno. Osti. & Joã. And. in c. episcopi. de re. eccle. nõ alienã. Duplex est enim ius secundũ eos, scilicet ius proprietatis, & ius possessionis. c. querelã. de electio. c. ij. c. pastoralis. & c. cũ dilectus. de caus. posse. & proprieta. & quod quoad titulum de reb. eccle. nõ alienã. attinet, res alienari, vel fuisse alienatas largo modo sumitur, siue scilicet quoad pprietatẽ, siue quo ad possessionem eleuate extiterint: per id quod habetur in c. j. & c. ij. cum suis simili. de reb. eccle. non alienan. non enim ecclesia proprietatem ibi amiserat, sed possessionẽ tantum & tamen illud alienatũ erat ad ius ecclesie reuocãdum. arg. c. super literis. §. inter alios. de rescrip. & optime facit. l. magis puto. §. j. ff. de reb. eor. vbi dicit tex. quod si pupillus alienũ fundũ bona fide possideat, non potest tutor fundũ huiusmodi alienare: & ita patet quod nõ solũ non possunt tutores sine iuris solẽnitate alienare bona immobilia pupillorum, sed nec aliena, per ipsos tamẽ pupillos bona fide possessa. Et idẽ dicendum est de ecclesia: quod scilicet non solum non possit alienare bona propria sine solennitate ecclesiastica, vel in casu non promisso, sed nec aliena bona tamen fide per eam possessa: pro eo quia ecclesia iure minoris fungitur. c. j. de restitu. in integr. & quod not. glos. in l. rem publicã. C. de iur. reipubl. lib. xj. & in l. res publica. C. quib. ex cau. maior. in integr. restitu. Sumitur igitur alienatio largo modo in casu premẽtionato: sic & alias litera loquẽs de re alienata largo modo accipitur, vt intelligatur nõ solum de proprietatis sed etiam de possessionis alienatione, sicut sumitur in l. si res. §. pedius. alias est lex, & incipit, nõ solum: & l. ex hoc dicto. §. alienare. & l. fi. ad fi. ff. de alie. iudi. mutan. cau. fac. & l. si mulier. §. qui possessionem. ff. quod met. cau. Et possunt res ecclesie minus solẽniter, vel in casu nõ premisso alienate, non solum vendicari, iuxta id quod ponitur in c. si quis presbyterorum. de reb. eccle. nõ alienan. sed etiam agi potest possessorio iudicio, pro illarum, seu possessionis earundem repetitione. vt senserunt Innocen. Ostien. & Joan. Andr. in dicto. c. episcopi. Et signanter potest agi conditione ex canone reintegranda. iij. q. j. quod
4 datur † cuilibet, qui a possessione sua sine iusta causa cecidit: secundum doctrinam, quam ponit Innocen. in c. se. super verbo, ciuilis. versicu. imo plus videtur, &c. quam ibi sequitur Ostiens. super verbo, non obstante. versicu. plus etiam videtur, quod si aliquis, &c. de restitu. spolia. & docto. communiter in c. cum ad sedem. eod. tit. Angel. Areti. in §. quadrupli. versic. sed quid si sine vitio. institut. de actio.

Alex. de Imo. cõs. l. j. exord. viso ⁊ discusso processu. vol. j. ⁊ cons. cxvij. quod incipit, viso pcessu in causa, ⁊ lite. in. ij. volu. ⁊ in. l. naturaliter. §. nihil cõmune. versi. iste est passus quotidianus. ff. de acqui. possess. ⁊ Lap. alleg. iij. exord. Letatus sum in his que dicta sunt mihi, ⁊c. Et quicquid sit de laicis olim possessoribus, ⁊ qui a possessione sine iusta causa ceciderunt, saltem nullus dubitat, quin remedium dicti canonis, reintegranda cõpetat ecclesiis, que scilicet possederunt, ⁊ postea sine iusta causa a possessione ceciderũt: qđ fieri, etiã nullus dubitat, quãdo res per eas possesse, min⁹ solẽniter, vel in casu nõ promisso trãsferuntur in aliũ: pro eo quia tũc sine iusta causa a possessione cadũt. vt patet ex his que predixi: vnde cũ vt dixi capitulũ predictũ, ⁊ vniuersitas fuissent, vt opinor restituti in possessione tabernagij, seu iuris prementionati, ⁊ illud fuerit remissum, prout in dicta transactione, ⁊ sic a possessione reciderũt, possunt capitulũ ⁊ vniuersitas intentare iudiciũ possessorium: pro repetenda dicta possessione. ¶ Et si quispiã dicat, ꝙ prelatus ecclesie possit trãsigere de ⁊ super debitis ecclesie, vel aliis dubiis iuribus, per id quod scribit glo. ⁊ doct. in. l. pre-
5 ses. C. de trãsactio. dico, ⁊ respõdeo ꝙ licet prelatus† transigere possit, tamẽ vbi per transactionẽ agitur de alienatione rei immobilis ecclesie, vel iuriũ, eorũ scilicet de quibus supra dixi, ⁊ similiũ, illa fieri nõ potest sine obseruatione solẽnitatis, ⁊ forme, de qua in. d. c. sine exceptione, quẽadmodũ nec potest res ecclesie alias sine illa alienari. arg. l. nulli. ⁊ quod ibi glo. Bar. ⁊ doct. ff. de trãsact. quod etiã voluit Pan. in. c. contingit. de trãsactio. pro quo facit. l. cũ ij. §. si vni. ff. eo. tit. ⁊ tex. iuncta glo. in. l. nõ solũ. C. de pred. mino. nõ alienã. vbi habetur ꝙ quẽadmodũ minor nõ potest directo rẽ suã alienare sine decreto, ita nec trãsigendo: quia nõ debet cõcedi vna via, quod alia prohibetur. c. tunc de pcurato. ⁊ reg. cũ quid vna via. de regu. iur. in vj. ⁊ ita consuluit Pan. cons. l vj. exordien. videtur primo ꝙ expectet ad monasteriũ, ⁊ cõs. lxij. exord. Illud de iure queritur i. j. vol. ¶ Preterea supposito citra preiudiciũ veritatis, ꝙ dicta trãsactio non fuisset nulla, sed aliqua, aut de iure valida, qa tamẽ, prout in themate presupponitur, capitulũ predictũ ⁊ vniuersitas fuerũt lesa vltra dimidiã iusti pretij, eisdẽ cõpetijsset, ⁊ cõpeteret remediũ. l. ij. C. de rescindẽ. vendi-
6 tio. ⁊ c. penul. de emptio. ⁊ vendi. quod potuit† intẽtari infra quadraginta annos a tẽpore celebrate, seu inite transactionis predicte. auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. ⁊ in corpo. vnde sumitur: ⁊ in. c. de quarta. cũ suis similib. de prescriptio. Et insup dato ꝙ capitulũ ⁊ vniuersitas nõ fuissent lesa vltra dimidiã iusti pretij, si tamẽ fuerunt enormiter lesa, eisdẽ cõpetijt remediũ restitutionis in integrum aduersus dictã trãsactionẽ: per ea que habẽtur in. c. j. ⁊ qđ ibi scribẽtes, de restit. in integr. in. vj. ⁊ in Clemen. j. eo. tit. eo maxime, quia tẽpore celebrate, seu inite dicte trãsactionis, fuerũt eisdẽ capit. ⁊ vniuersitati incognita certa instrumẽta, per que docere poterãt de nõ suo titulo, seu iure, ⁊ q̃ post trãsactionẽ huiusmodi, ⁊ a pauco tempore citra peruenerũt ad eorũ notitiã. Quia licet pretextu instrumẽtorum
7 nouiter† repertorũ, nec sententia, nec trãsactio regulariter rescindi debeãt. l. sub specie. C. de re iudic. l. imperatores. ff. eod. tit. ⁊ l. sub pretextu. la. j. C. de trãsac. Hoc tamẽ fallit in ecclesia: qa si post trãsactionẽ per ecclesiã factã reperiantur instrumẽta pro ea faciẽtia, illa debet rescindi. vt scribit glo. ⁊ post eã doct. in. d. l. sub pretextu. de quo etiã per scribentes in. c. inter monasterium. ⁊ c. suborta. versic. amplia quarto. extra de re iudica. Et que rescissio fieri debet saltẽ prius petita, ⁊ obtenta restitutione in integrũ, que concedi debet ex capite clausule, si qua mihi causa iusta videbitur. l. j. i. fi. ⁊ l. sed si per Pretorẽ. §. hec clausula. ff. ex quib. cau. maio. ignorãtia autẽ est equa, ⁊ probabilis causa ad cõcedendũ restitutionẽ in integrũ. per id qđ not. glo. in. l. si partẽ, §. j. versi. nõ vtẽdo. iuncto ter. ff. quẽadmo. seruitu. amitta. glo. in. l. j. C. de patri. potesta. ⁊ firmat Spec. tit. de prescriptio. §. j. versic. pone colonus. Bart. ⁊ Ange. in. l. j. §. si qs autẽ. ⁊ per illũ tex. ff. de itine. actuq3 priua. Ale. de Imo. in. d. l. sub pretextu. ver si. ignorantia enim est iusta causa, ⁊ in consi. lxxj. exord. videretur prima cõsideratione dicẽdũ. versi. sed premissis nõ obstãtibus in. j. volu. ⁊ tã ipsi ꝙ alij: in multis locis, quos nõ refero. Et si qs dicat, ꝙ huiuscemodi in integrũ restitutio peti debuerit infra quadriẽniũ a tẽpore dicte trãsactionis. d. c. j. de restitu. in integr. in. vj. dico, ⁊ respõdeo, ꝙ cũ dictũ quadriẽniũ ab initio sit tẽpus vtile, ilud nõ currit ignorãti: put scribit do. Cardi. Florẽ. in. d. Clemen. j. versi. xxv. queror: ⁊ idẽ voluit Pano. in. c. j. sed dico vnũ dictũ notabile. de prescriptio. Alex. de Imo. in. d. consi. lxxj. versi. nõ obstat, ꝙ lapsum sit quadriẽniũ. ⁊ cõsi. clxix. exordien. viso themate suprascripto videret prima facie dicẽdũ, ⁊c. volu. ij. ⁊ Philip. Frãch. in. d. c. j. versi. ij. aduerte an istud quadriẽniũ sit vtile, vel cõtinuũ. de resti. in integr. in. vj. ⁊ do. Ias. de May. multos cõmemorãs in dicta auth. quas actiones. versi. vnum tamẽ tene perpetuo cordi, ꝙ istud quadriẽniũ, ⁊c. Istud dictũ probatur in tex. dicti. c. j. de restitu. in integr. in. vj. dũ ibi dicitur, si quis negligẽter omiserit, ⁊c. ignorãs enim non negligit. c. ij. iũcto. c. quia diuersitatẽ de cõcessio. preben. ⁊ qđ not. glo. in. c. quã sit. in verbo, distulerit: de electio. in. vj. Ad idẽ etiam facit tex. i. d. c. j. Ibi, aut alia rationabilis causa subsit: sed ignorantia est rationabilis causa, vt predixi: dictũ igitur quadriennũ fuit inchoatũ, ⁊ cepit currere a tẽpore, quo predicta instrumẽta peruenerũt ad notitiã dicti venerabilis capituli ⁊ prefate vniuersitatis non antea. Que omnia, ⁊c.

¶ Rubr. De Salui. inter. ¶ Epitome. ¶ Cõsi. ccccxlix.

¶ Saluianum interdictum non solum contra debitorem possidentem res obligatas ⁊ hypothecatas competit, sed etiam contra extraneum possessorem.



E Narratis, ⁊ cõclusiõe libelli parte honeste mulieris Catherine Torte oblati ⁊ producti, primo quidẽ contra Petrũ Brossetj: postea vero eodẽ Petro vita functo, cõtra, ⁊ aduersus Antoniũ, aliũ Antoniũ, ⁊ Claudiũ Brosseti, eiusdẽ Petri quõdã filios naturales ⁊ legitimos, ac etiã vniuersales heredes, colligit ⁊ apparet eãdẽ Catherinã intẽtasse Saluianũ interdictũ, quod creditori cõpetit nõ solũ cõtra debitorem possidẽtẽ res obligatas, sed etiã cõtra extraneũ possessorẽ. Pro quo allegasse sufficiat id quod plene scribũt Angel. Areti. ⁊ do. Ias. de May. in. §. itẽ seruiana. instit. de actio. Et datur nõ solũ in vim dispositionis eius, q fuit dñs rei, pro cuius possessione intẽtatur interdictũ huiusmodi, vel in cuius bonis extitit, sed etiã, si neq3 dñs huius rei extiterit, aut etiã si res in bonis eius non fuerit, dũ tamẽ tẽpore facte dispositionis, aut postea eãdẽ possederit: prout colligitur ex his que scribũt Ange. ⁊ do. Ias. vbi supra. ⁊ alij in aliis locis. Unde cũ probatũ extiterit parte eiusdẽ Catherine, ꝙ dictus quondã Petrus Torti, tẽpore eius vite, ⁊ mortis, tenuit, ⁊ possedit hospitiũ, seu domum, de qua in actis, vt ⁊ tãquã suã propriã, ⁊ cuius reputabatur dñs: palã infert, iũcto eo qđ habetur in. l. j. C. commu. de lega. ꝙ dicta Catherina potuit pretextu, ⁊ ad causam. xxv. florenorũ sibi legatorum, ⁊ relictorũ per dictũ Petrũ eius quondã patrẽ, agere, ⁊ experiri Saluiano iterdicto. Et supposito citra preiudiciũ veritatis, ꝙ nõ esset plene probatum, ꝙ tẽpore cepte cause per ⁊ inter predictã Catherinã ex vna parte, ⁊ dictũ Petrũ Brosseti, seu eius liberos, ⁊ heredes ex alia, oẽs filij ⁊ heredes eiusdẽ quondã Petri ab humanis decessissent, aut mortui essent, nihil tamẽ ad hũc casu3: mors enim illorũ, ⁊ decessus ideo propositi extiterũt, ne opponeretur exceptio ordinis, scilicet ꝙ primo ageret eadẽ Catherina cõtra heredes dicti quõdã Torti, ꝙ cõtra Petrũ Brosseti seu eius filios, ⁊ heredes: sed postꝙ pretermissa, seu omissa exceptiõe huiusmodi, fuit eidẽ libello respõsum, ⁊ lis sup eo cõtestata, nõ fuit, necesse curãdũ de pmissis quia etiã si nihil fuisset de illorũ morte propositũ, aut deductũ, aut ꝙ ipsi sine heredib⁹ decessissent, probatis tamẽ aliis necessariis, seu opportunis, deberet eadẽ Catherina obtinere, p id qđ elegãter scribit Pet. de Anch. cõs. cccxv. exor. Saluo iudicio saniori: ⁊ Francisc. de Aret. in. l. decẽ. ff. de verb. obli. quãuis Bal. videat aliter sensisse in. l. si pbatũ. C. cõmu. diui. Sed primũ dictũ videtur verius. Et quamuis parte dictorũ Antonij, Antonij, ⁊ Claudij opposita extiterit prescriptio, ⁊ forte probatũ, ꝙ tã Petrus Columbi, quã post eum prefatus quondam Petrus Brosseti, ⁊ eius liberi, ⁊ heredes in hac causa rei, domum predictam possederunt triginta annis, ⁊ vltra, ⁊ ꝙ propterea videantur prescripsisse. l. sicut, ⁊. l. omnes. C. de prescript. trigin. vel quadragin. anno. ⁊. l. j. si aduer. credi. hoc tamen non officit, nec nocet eidem Catherine: pro eo quia non est probatum, quinimo nec propositũ, ꝙ filij ⁊ heredes dicti Torti sine herede decesserãt, per triginta aut saltẽ per. xx. annos ante inchoationẽ cause huius qđ tamen erat necessarium:

pro eo

pro eo, quia viuentibus illis, aut eorum heredibus, & nisi eorū bonis primitus excussis, seu discussis, cōueniri nō poterat possessor dicte dom⁹ &c. scz. opponente exceptionem ordinis. auth. de fideiussor. §. sed neqz ad res. colla. j. & trās sumptiue in auth. hoc si debitor. C. de pignori. Quo fit, vt interim eidem Catherine nō cucurrerit prescriptio: q2 illa nō currit agere nō valenti. l. j. in fin. cū suis simili. C. de annali exceptio. Ut igitur appareret q cōtra eandē Catherinam prescriptū extiterit, opus fuit proponere, & probare q tēpus de quo supra cucurrerit post mortē predictorū heredum, & postq illi sine herede decesserūt: & hoc est qd eleganter scripsit Alex. de Jmo. consil. lxiij. eror. Viso & perlecto, &c. versic. vltimo circa istud considero, in. v. volu. Propter qd videt q nō obstāte dicta pretēsa pscriptionis exceptiōe debuerint, & debeāt dicti rei cōdēnari iuxta petita. Que, &c.

¶ Rub. De vulg. & pupill. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccel.

¶ Substitutus reciproce cū admixtione cōpendiose substitutionis, si decedat pēdente conditione, non transmittit ius huiusmodi substitutionis ad eius heredes.

1 ☞ Reciproca substitutio continet tantum vulgarem et pupillarem.

2 Fideicommissum extinguitur, si eius, pendente conditione, decedat substitutus.



VIsis Et ponderatis verbis vltimi, & nuncupatiui testamenti nobilis & generosi quondā viri Montisaccuti de Cauallione quod fecisse, seu cōdidisse legitur anno Dñi M. cccclxxvj. & die. xxviij. mensis Octobris, vna cū casu mihi exhibito parte nobilis & honorab. viri, Frācisci de Cauallione, dicti quondā Montisaccuti nepotis, seu felezeni, & dubio ex casu huiusmodi elicito: dico & respōdeo q cum nobilis vir Bernardinus de Cauallione, huius Frācisci quondā pater, & reciproce, cū admixtione cōpendiose substitutiōis substitutus ab humanis decesserit superstite, & sibi superuiuēte nobili Honorato de Cauallione eius fratre, substitutio de eodē Bernardino quoad ipsuz expirauit: nec ipse ius substitutionis huiusmodi trāsmisit ad dictū nobilem Franciscū. Et quidē de substitutione reciproca, que vt ta
1 lis † non cōtinet, nisi directas, scz, vulgares, & pupillares: vbi oēs inuicē substituti essent impuberes, & in prima potestate substituētis cōstituti cōcurrentibus alijs, de quibus per scribētes in. l. ij. ff. de vulg. & pupil. Nō est dubiū quin vulgaris expirauerit quoad dictū nobilem Honoratū: cū ipse paterne hereditati se immiscuerit. l. post aditā. & l. precibus. circa fin. C. de impub. & alijs substitu. Et idē dico de pupillari, si illam ab initio cōprehendisset predicta reciproca substitutio. Et hoc pro eo q2 dictus nobilis Honorat⁹ factus pubes ab humanis decessit. l. in pupillari. ff. de vulgari & pupil. Et quāuis substitutio predicta propter admixtionē cōpendiose substitutionis cōtineret etiam fideicōmissarias substitutiones, secundum theoricā, quam ponit Bart. in. l. Lucius. ff. de vulg. & pupil. & Alex. de Jmol. in l. ij. C. de impub. & alijs substit. tamen quia pendente conditione huiuscemodi substitutionis dictus quondā nobilis Bernardinus ab humanis decessit, substitutio huiusmodi expirauit. Hec est enim regula in fideicōmissis, q si pen
2 dente conditione † fideicōmissi ab humanis decedat substitutus, fideicōmissum extinguitur: siue loquamur de fideicōmisso vniuersali, siue de singulari. l. si in personā. C. de fideicom. l. vnica. §. si autē sub conditione. C. de caduc. tollen. l. miles. §. j. l. vnū ex familia. §. rogo. l. cū pater. §. hereditatē. ff. de lega. ij. l. quero. ff. de alim. & ciba. lega. & l. qui plures. ff. de vulg. & pupil. quod etiā voluit gl. per doc. cōmuniter approbata in. l. vnica. C. de ijs qui ante apert. tab. & in. l. heredes mei. §. cum ita. super verbo, suscepisset. ff. ad Trebel. Oldra. consi. cxxxj. eror. Quidā habēs tres filias. Bal. Jo. de Jmo. & Alex. de Jmo. in. l. cū ex filio. in princ. ff. de vulg. & pupil. & Philip. Deci. consi. lv. exord. Et pro tenui facultate mea diligēter cōsideratis. versic. nō omitto tamē, &c. ibi, sed ad hoc breuiter respōdetur. de qua materia scribit do. Bartho. Sozi. in. d. §. cū ita. vers. in glo. fin. super verbo, suscepisset. & ibi dicit opinionē gl. de qua ibi, & quā supra allegaui, esse ab omnibus approbatā, & sequendā in iudicādo & cōsulendo. Pro quo dicto facit. l. j. versi. crebrior apud veteres opin. ff. de osti. quest. & C. nouimus, & quod ibi Anto. de But. de verb. sign. & theoricā quā ponit Osti. Jo. And. in nouel. & alij in. c. j. de cōstitut. Bar. & alij in. l. fi. C. de pena iudic. qui male iudic. Que omnia, &c.

¶ Rub. ¶ De donatio. ¶ Epitome. ¶ Consiliū. ccccli.

¶ Mulier non potest durāte matrimonio postq, scz, bona ipsi⁹ mulieris affecta sunt dotalia, ea inuito marito donare, aut alias alienare: quoad hoc, vt preiudicaret ipsi marito: soluto aūt matrimonio morte mulieris preiudicasset ipsi marito heredi mulieris donatio predicta, dū tamē fuisset iuramēto firmata: eo quia mulieri preiudicasset mortuo ante eam viro. Constitutio autē precarij in ipsa donatione apposita non operatur translationem ciuilis possessionis: quare donatarius post mortem ipsius mulieris in vim huiusmodi constitutionis non potest apprehendere possessionem sine consensu ipsius mariti.

1 ☞ Mulier durante matrimonio non potest inuito marito bona dotalia donare aut vendere, aut alias alienare.

2 Donatio bonorum dotalium si non sit iurata, soluto matrimonio potest impugnari a superstite ex coniugibus, secus si iurata sit.

3 Constitutione precarij an transferatur ciuilis possessio.

4 Possessio est quid facti: & non transit sine apprehensione.

5 Uerba narratiua & enuntiatiua quando fidem faciant inter contrahentes.

6 Mulieris interest sibi conseruari rem dotalem.

7 Donatio ob bene merita non iurata nec insinuata nō valet quatenus valuisset vltra valorem seruitiorum, & bene meritorum quingentos aureos.

8 Partis appellatione intelligit de dimidia parte in dubio.



MUlta Sunt de quib⁹ queritur parte nobilis & honor. viri Andree Gulleti, loci & castri du Bessey: quib⁹ respondeo breuiter & succincte prout sequitur. Et primo ad primū dico & respondeo q post matrimoniū dudū, anno, scz Domini M. cccccix. & die. xxi. mensis Aprilis, contractū per & inter dictū nobi. Andreā ex vna parte, ac nobilē & honestā quondā mulierē do. Annā Columbi ex alia, & ipso matrimonio durāte, postq, scz, bona eiusdē do. Anne facta sunt
1 dotalia, nō † potuit eadē do. Anna bona huiusmodi inuito ipso nobili Andrea, & in ipsius preiudiciū alteri donare, vel vēdere, seu alias regulariter alienare. l. cōstāte. C. de donatio. & l. si prediū. & quod ibi doct. C. de iure dotium. & quod scribūt doct. maxime Joā. de Jmo. in sua solenni repetitio. c. cū contingat. versic. nunc restat videre quid econtra, quādo mulier alienat rē dotalem, &c. de iureiuran. Et idem de Jmo. in. l. cum vir. versi. sed nūc restat videre quid econtra quādo mulier alienat. ff. de vsucap. Ex quo sequitur q donatio quā magistro Humberto Ogeracti fecisse dicitur dicta do. Anna post cōtractū matrimoniū, de quo supra, & eo durante, & postq bona eiusdem do. Anne facta fuerunt dotalia, nō valuit, nec valere potuit quoad hoc, vt durāte matrimonio huiusmodi preiudicare potuerit dicto nobili Andree eius marito. ¶ Sed restat difficultas, an donatio huiusmodi potuerit eidē preiudicare post mor
2 tem † eiusdē do. Anne. Ad qd respōdeo q si donatio huiusmodi iurata nō extitisset, illa procul dubio non valuisset etiā in preiudiciū eiusdē do. Anne, nec effecisset quomin⁹ eadē Anna matrimonio soluto donationē predictā impugnare potuisset, pro quo remisisse sufficiat ad id quod scribit Joan. de Jmo. in. d. c. cum cōtingat. versic. sed tunc est dubium, & in. d. l. cum vir. versic. sed tunc est dubiū, an soluto matrimonio. Uerū q2 donatio huiusmodi fuit iurata, & sic iuramēto per dictā do. Annā prestito, confirmata, illa sibi preiudicasset: cū per eā potuerit iuramentū seruari sine dispēdio salutis eterne. d. c. cūm cōtingat. & c. licet mulieres. de iureiuran. in. vj. facit. c. quamuis pactum. de pactis. eod. libro. & authenti. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. Et q dicta donatio eidem Anne obstitisset, si ipsa fuisset superstes, & q illa fuisset iuramento confirmata, sensit glossa in dicta. l. constante. C. de donationi. & post eam Joannes de Jmo. in dicto capit. cum contingat. versicu. & predicta intelligo, quando mulier non iurauit, & in d. l. cum vir. versic. si autem iurasset non contrauenire: & dicit Joā. de Jmo. vbi supra, ita procedere id quod scribunt Cyn. Bald. & Salic. in. d. l. si predium. C. de iure dot. Ex

quo sequitur, q in casu nostro donatio predicta etiam po-
tuerit preiudicare dicto nobili Andree heredi vniuersali
eiusdē do. Anne. auth. de iureiuran. a moren. presti. colla.
v. Si enim donatio huiusmodi, vt predixi, iuramēto con-
firmata, erat preiudicatura dicte do. Anne, si superstes ex-
titisset, cuius fauore bona dotalia prohibita erāt alienari,
multo fortius, aut saltē non minus erat preiudiciū allatu
ra huic nobili Andree suo heredi. auth. multo magis. C.
de sacrosanct. eccles. Et quia si id quod magis inesse vide-
tur, nō inest, multominus inest id quod minus. ¶ Ad se-
cundū quesitū dico, & respōdeo q si verba dicte donatiōis
opportune inspiciantur, nō videtur q quietantia de qua
ibi, profuerit dictis nobilibus Andree & Anne, quoad di
ctā donationē: verba enim predicte quietantie nō adaptā-
tur, nec videtur posse opportune adaptari donationi fa-
cte dicto magistro Humberto: vt ex verbis quietātie, & do
nationis huiusmodi clarissime colligitur: ergo nec quietā-
tia ipsa donationi, aut iuribus ex ea cōpetentibus adapta
tur. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infe. l. j. §. loquitur. ff. de aqua
quoti. & esti. l. si seruū quis. §. nō dixit. ff. de acqui. here. & c.
indemnitatibus. §. penulti. de electio. in. vj. & quod scribit
Roma. consil. ccccxlij. & alij in alijs locis. ¶ Ad tertiū di
co, & respondeo, q cū tēpore facte donationis per dictam
quondā dominā Annā de quarta parte bonorū suorū, bo
na essent dotalia, & sic pro tempore non essent sua, nisi ra-
tione spei. l. doce ancillā. cū suis simili. C. de reiuendica. & l.
vbi. & quod ibi scribētes. C. de iur. dot. Et bona ipsa non
possiderētur per eandem do. Annā, sed per dictū nobilem
Andreā, cōstitutio precarij, de qua in instrumēto donatio
3 nis predicte, nō† hoc operata est, vt per eā translata extite-
rit ciuilis possessio in dictum magistrū Humbertū. per id
quod scribit glos. & post eā plenius Ange. & doct. in. l. quā-
uis. §. si cōductor. ff. de acqui. posses. & Ang. in. l. ij. C. eo. tit.
vbi dicit Ange. q cōfessio & precariū tūc operātur, quando
ille qui ita cōfitetur, vel se cōstituit, &c. possidebat: alias nō.
hoc aperte probari dicit in. d. l. quanuis. §. si cōductor. Et
subiungit Ange. q aduocatus sit cautus, vt nō cōfidat in
cōstitutione precarij ad probādū sibi traditā esse possessio-
nē, nisi probet q tēpore constitutionis precarij ille posside-
bat, qui cōstituit se precario nomine alteri⁹ possidere alias
illa cōstitutio esset inanis. Ad premissa facit, q: regulari-
ter nemo dat, quod nō habet nec plus iuris q habeat. cap.
gratia. j. quest. j. c. Daybertū. j. quest. vij. c. nuper. de donat.
inter vir. & vxo. & l. traditio. in princ. ff. de acqui. rer. domi.
Ex quo infero, q dicto magistro Hūberto non licuit post
mortē dicte quondam do. Anne propria authoritate sibi
ius dicere, nec se vi armata intrudere in bonis donatis, aut
illorum parte: sed debuit dictā quartā partem bonorū sibi
donatam petere sibi expediri ab ipso nobili Andrea, vel
alias cōtra eū agere, & experiri. l. extat. ff. quod met. cau. l.
fin. ff. ad leg. Jul. de vi priua. & l. si ex stipulatione. ff. de acq.
posses. Et putarē q ipse magister Hūbertus incidisset in
penā. l. si quis in tantā. C. vnde vi. de qua si ipse nobi. An-
dreas possidebat, potest excipiēdo opponere: q: licet violē
tus ille non incurrerit ipso facto penā perditionis sui pre-
tensi iuris, sed opus sit sentētia, nō declaratoria perditio-
nis, sed per quam priuetur. vt ponūt doct. in. d. l. si quis in
tantā. Tamē de hac pena posset opponere idē nobi. An-
dreas. per id quod scribit glo. in. c. pastoralis. vbi etiā Pa
nor. & doct. de caus. posses. & proprie. Et idē voluit Freder.
de Sen. consi. xlviij. exord. Domine Francisce nescio quid
vos sentiatis in causa vertēte, &c. Nō tamen sufficit secun-
dū Pa. vbi supra, q idē nobilis Andreas simpliciter ex-
cipiat, vel opponat de pena. d. l. sed opus est q adijciat, &
petat dictū magistrū Humbertū priuari, &c. Pro quo fa-
cit id, quod scribit Bal. in. l. ij. versic. quero ergo, si ista ex-
ceptio, &c. ibi, & opponitur adiūcta sibi quādā petitione. C.
ne lice. potētiori. poterit videri id, qd scribit Pet. de Anc.
consi. xviij. exord. In questione que vertitur inter Nicolaū.
versic. cōtrariū sentio. Alex. de Imo. in. l. naturaliter. §. ni
hil cōmune. ff. de acqui. posses. Inno. Ostien. & Jo. Andr.
in. c. inter dilectos. in princ. de excessi. prelato. ¶ Ad quar
tū dico, & respōdeo, vt iā tetigi in superioribus, q cū tēpo-
re dicte donationis facte de quarta parte, dicta do. Anna
nō possideret, illa cōstitutio pcarij nihil operata est, & ideo
nō potuit dict⁹ magister Hūbertus in vim cōstitutionis
huiusmodi licite apprehendere possessionē sine cōsensu di-
cti nob. Andree possessoris, & eiusdē do. Anne successoris.
Pro quo facit, q: licet per solutionē matrimonij dominiū
rei dotalis ipso iure, reuertat ad mulierē, nō tamē posses-
sio: & hinc est, q nō licet mulieri propria authoritate, & sine
cōsensu successorū viri ingredi possessionem rei dotalis. l.
dotis. & quod ibi Cyn. Alberi. Bal. & Sali. C. solu. matr.
4 Est enim possessio quid facti, & que † propterea nō transit
ipso facto, & sine apprehēsione, nō solū in particularē suc-
cessorē. l. traditionib⁹. C. de pact. l. licet. C. de acqui. posses. &
d. l. si ex stipulatione. sed etiā nec in vniuersalē successorē. l.
cū heredes. in princ. ff. de acqui. posses. Sed in hoc casu est
quod adhuc magis obstet dicto magistro Hūberto: q: di-
cta quondā do. Anna pretēsa donatrix nō possidebat tem
pore facte donationis, & sic nec per veruz actū traditionis,
nec per actū fictū, seu per ciuile instrumentū, cuiusmodi est
retētio vsusfructus, cōstitutū, cōstitutio precarij, & alia hu
iusmodi, de quib⁹ doct. in. l. possideri. in princ. ff. de acquir.
posses. Sali. in. d. l. traditionib⁹. & Canoniste in. c. ij. de con
suetudi. potuit transferre possessionē in dictū magistrum
Humbertū: q: vt iam dixi, nemo dat regulariter quod nō
habet: nec plus iuris quā habeat. ¶ Pro solutiōe quinti
quesiti premitto, q in instrumēto dicte pretēse donationis
dicta do. Anna enuntiauit, narrauit, & cōfessa est etiā cum
iuramēto, sub presentia dicti magistri Humberti acceptā
tis, se eidē tēpore facte donationis presenti & stipulāti, fe-
cisse donationē de medietate dom⁹ sue du Besiey, ac gran
gie eiusdē, omniumq; terrarū, pratorū, nemorū, decime sta
gni, redituū grangie, & aliorum quorumcunq; bonorū suo
rum tam mobilium, quam immobilium, presentiū, & futu-
rorum quorumcunq;, cū constitutione, & confessione facta
eidem Humberto Ogerati per ipsam do. Annam, tene-
bat & possidebat tempore facte donationis insuper & cōfes
sionis dictā medietatē domus & pertinentiarū predictarū
ac aliorū suorū eiusdē do. Anne predictorū bonorum: ipsi
Hūberto Ogerati prout supra donatā donec & quousq;,
&c. & hec facta fuisse asseruit anno dnī. M. cccccviij. & die. xx.
5 mensis Octobris verba autem † narratiua & enuntiatiua
faciunt regulariter fidem inter contrahentes & eisdē preiu
dicant eo scilicet casu quo disponere poterāt: iuxta ea que
habentur in. l. optimā. C. de cōtrahē. & cōmittend. stipulat.
& qd not. Bar. in. l. si forte. ff. de castr. pecu. & Vita. de Caba.
in suis claus. sub rubr. enūtiatiua verba i cōtractib⁹. Vn-
de cū dicta do. Anna potuisset tūc sibi preiudicare eo mo-
do, quo superius dixi: puto q verba enūtiatiua, & narrati-
ua dicte donationis, fidem fecissent contra eam, si ipsa su-
perstes extitisset: ergo & cōtra dictū nobilē Andreā, eius
heredē vniuersalē: & qui ppterea eadē psona fingitur dic.
authē. de iureiur. a mor. presti. Bene autē fateor, q si dicta
do. Anna superstes extitisset, donatio huiuscemodi medie
tatis non sibi piudicasset: per id qd voluit glos. insti. quib.
alie. li. in prin. Spec. tit. de empt. & vend. §. tertio loco. vers.
consueuit autē notari. Et hāc partē putat de iure veriorē,
& illā sequitur Jo. de Imo. in. d. c. cū contingat. versic. sed
tūc est dubiū, &c. ibi, contrariū voluit glos. & in d. l. cū viro.
versi. contrariū sentit glo. Pro quo allegat, quia illo casu
nō recessisset ratio legis prohibētis alienationē fundi do-
6 talis interest enim † mulieris sibi conseruari rē dotalē, etiā
soluto matrimonio: vt sic possit iterato nubere: pro quo fa
cit. l. j. ff. solu. matri. Et hoc processisset in casu, q: quāuis
dicta do. Anna, vt predixi narrauerit, & enūtiauerit se do-
nasse dictā dimidiā partē, & iurauerit hoc esse verū, hoc est
donasse, & fecisse alia, de quibus supra, nō tamē narrauit,
nec enūtiauit, q tēpore facte donationis iurauerit se illā
nō reuocare, sed attēdere, &c. Et sic nō obstat id quod nunc
dixi ei quod superius dixi post glo. in. d. l. cōstante. & Joa.
de Imo. in. d. c. cū cōtingat. versi. & predicta intelligo: quia
tūc loquutus sum de donatione iurata: nūc autē de dona-
tione nō iurata. Sed quia dicta do. Anna non fuit super-
stes, sed prefatus nobi. Andr. nō videtur, q ipse sic possit
contrauenire dicte donationi prout facere potuisset dicta
do. Anna: pro eo quia nō fauore viri, sed fauore mulieris
prohibita est alienatio fundi dotalis. Et sic esto q dicta
do. Anna cōtrauenire non potuisset, nō tamē videtur op-
portune inferri, q nec ipse nobi. Andreas cōuenire possit.
arg. d. l. cū vir. ff. de vsucapio. & qd scribit Jo. de Imo. in. d.
c. cū cōtingat. versi. sed tūc est dubiū, &c. Ibi, nec obstat pre-
dictis, predicta. l. cū vir. dico tamē q cū dicta pretensa do
natio meditatis nec iurata, nec insinuata extiterit, illa non
7 † valuit quatenus vltra valorē, & estimationē benemerito-
riā, seu seruitiorū eidē do. Anne. p ipsū Hūbertū impēso-
rū, valuisset vltra qngētos aureos. l. pen. §. ceteris &c. C. de
donat. quia quo ad illū excessum fuisset nō donatio ob cau
sam, sed remuneratoria, seu simplex: vt voluit Guil. Bal.
& Sali.

& Sali. in. l. illud. C. de sacrosanct. eccle. Bart. in. l. frater a fratre. ff. de conditio. inde. doct. in. l. si donatione. C. de collatio. & Bartho. Sozi. consi. ccxcv. exordien. in causa contra filios & heredes Petri. versicu. tertio casui. & Philip. de Peru. cons. xlv. in. iij. volu. Et sic illud plus quatenus excessisset summam predictam quingentorum aureorum, indiguisset insinuatione. d. l. penult. Uerum est tamen quod licet in dicto instrumento facta extiterit narratio donationis medietatis, & quod dicta do. Anna promiserat de hoc passare instrumentum, tamen in verbis dispositionis non apparet, quod ipsa tempore huiusmodi donationis quarte partis donauerit medietatem, nec etiam quartam partem vltra & preter dictam medietatem, sed potius videtur voluisse donare, & donasse medietatem illius medietatis, & sic quartam partem omnium: & hoc videtur colligi ex illis verbis: & alias quia sic sibi fieri placet, motu suo proprio dictum instrumentum donationis premententionate iuxta per eandem nob. Annam Columbi vt premittitur passari manu publici notarij de tali medietate bonorum suorum predictorum promissum in parte passando ad maiorem, &c. vbi aduertendum est, quod dicit de donatione dicte medietatis, & de instrumento fieri promisso, & quod in parte passando: appellatione enim partis
2 in dubio† venit dimidia pars. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verb. signi. Et redeundo ad donationem dicte dimidie partis, & supponendo quod valor illius partis vltra & pretor concurrentem valorem dictorum pretensorum benemeritorum, seu seruitiorum valuisset vltra quingentos aureos, tunc videretur, quod quamuis alias confitens se tenere, & possidere rem aliquam nomine alterius, vel se constituens illam tenere & possidere precario nomine alterius, aut simpliciter transferat in illam possessionem ciuilem: per id quod de primo scribit Ange. in. l. ab emptione. versic. sequitur in glos. fuit confessus. ff. de pac. Bal. in. l. cum nemo. versi. item per hunc tex. C. de acqui. possess. & Alex. de Imo. in. l. interdum. in princ. circa fi. ver. iuxta predicta sciatis. ff. eo. tit. Et quod de. ij. habetur in. l. certe. §. j. versi. proprie possidere videor. ff. de preca. Et de. iij. id quod habetur in. l. quod meo. in prin. ff. de acq. posse. & quod de dictis duobus vltimis ponit dom. Jas. de May. in. l. quoties. vers. quinto principaliter. limita. C. de rei vendica. Tamen quia in casu nostro erat incertum, quantum debebat detrahi de rebus donatis, ratione omisse insinuationis, & quia forte suberat aliquod es alienum, non potuit acquiri possessio bonorum donatorum. aut partis illorum. l. j. §. incerta. & l. locus. & quod ibi doct. ff. de acq. posse. & quod not. Jac. Rebuf. & Joan. de Pla. in. l. ij. C. quando & quib. quar. pars. lib. x.

¶ Rubr. De tutelis. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccclv.

¶ Tutor aut curator in conficiendis rationibus causam expensarum debent exprimere: alias expensa, causa carrentibus non approbatur: item ad validitatem decreti tutelaris administrationis opus est quod tutor promittat vtilia pupillo facere, & inutilia pretermittere, eumque indefensum non relinquere.

1 Inuentarium debet conficere tutor omnium bonorum pupilli: item & librum rationum.
2 Causam expensorum pro pupillo debet exprimere tutor: alias expensa non approbatur.
3 Tutor minor. xxv. annis esse non potest.



Multa sunt incumbentia officio tutoris: & interea tutori incumbit
1 †conficere inuentarium de bonis pupilli, in quo debet omnia eius bona ponere, & describere, seu poni, & describi facere. l. tutor qui repertorium. in prin. & quod ibi Bart. ff. de administratio. tut. & l. tutor. & quod ibi doct. C. eo. tit. incumbit etiam eius officio conficere librum rationum: quia tutoris officio congruit, vt actus sui rationem conficiat, & factam exhibeat, in restituenda tutela: adeo vt contra eum si librum huiusmodi non confecerit, iuretur in litem. l. j. §. officio. & quod ibi gl. ff. de tutel. & ratio. distraben. l. j. ij. & penul. C. de in lit. iuran. Et videtur Fulg. sensisse. cons. xxv. quod hec libri confectio remitti non possit: super quo tamen pro nunc non insisto. Unde cum prouidus vir Reynaudus Alcane castri de Alasone, tutor extiterit Guil. & Joan. Joan. ac Amedee eorum sororis, non satis fuit quod ipse Arcane inuentarium confecerit de bonis, rebus, & iuribus eorundem Guil. Jo. & Amedee. Sed etiam durantibus quatuor annis, quibus dicitur gessisse tutelam, ac administrasse, & rexisse bona, res, & iura eorundem pro tempore impuberum, debuerit conficere librum rationum de illis scilicet, que recepit: vt pote de fructibus, seu presijs, & alijs: item & de ijs que expendit pro victu & vestitu dictorum impuberum, & alijs huiusmodi, & tunc librum videndum & palpandum debuit exhibere auditoribus, vna cum dicto inuentario: vt sic potuisset videri, an bene, aut male rexisset, & an diligens, aut negligens in regimine huiusmodi extitisset. Propterea quamuis quo ad ea, que tutores recepisse fatetur, non requiratur causa,
2 tamen quo a d ea, que† ipse expendisse pretendunt, pro eorum olim pupillis, requiritur causa: quia scrupulosa inquisitio cause ab ipsis exigitur. Ob quod dicit Bal. C. de fi. instr. sup rub. versi. sequitur videre de scripturis quorundam officialium. quod non recte conficiunt rationes tutor, curator, aut commissarius, nisi causam expensarum adijciat: nec debent tales expense, in quibus non causa, sed quedam profusio apparet, approbari. l. cum plures. §. in primis. ff. de administra. tuto. & d. l. j. §. officio. & debet causa exprimi, vt appareat an expensa sit verisimilis. Ex quibus apparet, quod rationum & computi redditio quam quibusdam auditoribus in momento temporis reddidisse legitur dictus Alcane, de iure non valuerit: & quod illa preiudicare non potuerit: presertim dictis Joan. Joannis, & Amedee sorori, tunc impuberibus: & quod propterea quictantia eidem Alcane concessa per probum virum Huigonem Guichardi, & dictum Guil. pretensos eorum tutores, non valuerit: cui dicto accedit, quod cum ipsum Joan. & Amedea tempore reddite pretense rationis, & facte quetantie essent adhuc impuberes, & sic sub tutela dicti Alcane, ipsis tanquam tutorem habentibus tutores dari non potuerunt. Addo quod cum dictus Guil.
3 esset† minor vigintiquinque annis, & sic sub cura alterius existeret, aut existere deberet, tutor dictorum Joannis, & Amedee esse non poterat. l. fi. C. de legiti. tutel. pro quo facit quod habetur in simili in. c. cum in cunctis. de electio. & in. c. indeorum. de eta. & quali. ordinando. Preterea ad validitatem decreti tutelaris administrationis opus est, quod tutor decretus promittat vtilia facere, & inutilia pretermittere: & quod pupillum non relinquet indefensum: hoc tamen semper intellecto, quod vti valeat veritate: & bona fide, vt est casus in. l. fi. §. omnem. C. de admini. tuto. Et istud in specie specificare oportet, quod tutor obseruabit, nec sufficit adimplere in effectu per simile: quia hoc expressum verbis in lege requiritur. dicto. §. omnem. & quod ibi doct. & hoc eleganter scribit Bald. in. l. pretor. §. j. in prin. vbi etiam Ale. de Imo. & moder. ff. de ope. no. nuntia. & Ange. Aret. in. §. actionum in materia tutele. vers. octauo quid incumbat, &c. Ibi, ac etiam debet promittere. institu. de actio. subiungens, quod debeamus esse cauti, & quod predicta verba apponi faciamus in tutelis, & in curis: alias nullomodo valent. & dicit Bar. in. l. legitimus. circa fi. principij. ff. de legiti. tutori. quod propter hoc vidit multas tutelas corruere. Et idem refert Pau. de Cast. cons. cccl. Unde cum non reperiam, quod dicti Huigo & Guiliel. expresse, & specifice promiserint eosdem Joannem, & Andream non relinquere indefensos non valuit tutela: etiam si alia fundamenta cessassent, que non cessarunt. Puto igitur quod non obstantibus, ratione, & quietantia predictis possint dicti Joannes, & Amedea petere reddi rationem de administratis & de reliquis satisfieri: respectiue tamen, & prout quemlibet tangit, &c. laudarem tamen quod hoc fieret non per dictum Huigonem, qui iurasse pretenditur, sed quod peteretur eisdem Joanni & Amedee, si facti sunt puberes, & adulti, quod factum est, si dictus Joannes compleuerit decimumquartum annum, & Amedea duodecimum: prouideri de curatore: & quod deinde ille curator ageret per se, aut per actores autorisante iudice deputandos: non per procuratores per eosdem Joan. & Amedeam creandos: quia si in creatione iurarent habere rata, &c. & postea grauarentur aut lederentur etiam immoderate, non haberent beneficium restitutionis in integrum: per id quod not. Bar. in. l. minor. xxv. annis omissam. ff. de minori Ange. Aret. in. §. appellantur instit. de exceptio. & Pano. in. c. suscitata. de in integr. resti. ¶ Quo vero ad dictum Guiliel. qui quietauit, est magna difficultas, presertim ratione iuramenti contra quod venire non debuit ante relaxationem illius, aut saltem persone sue habilitationem: & vereor ne propter hoc perdiderit facultatem petendi absolutionem a iuramento aut persone sue habilitationem, propter id quod scribit Freder. de sen. cons. ccci. & ante eum Jo. An. in. c. debitores. sup glo. penul. in. fi. de iureiur. Alex. de Imo. cons. ccxxiij. exord. visa facti narratione. versi. preterea respondeo, &c. ibi, nec erunt audiendi. in. ij. volum. Audio tamen, quod in prouincia est statutum dominicale,

disponens super inualiditate quietantiarum factarũ per olim pupillos, vel adultos, suis olim tutoribus aut curatoribus, quod non vidi: ꝛ quod seruandum esset. Scio etiã ꝙ Bal. in. c. j. de pac. iura. firman. §. item sacramenta. vers. quarto quero, ꝛc. ibi, tamen nos videmus de cõsuetudine, ꝛc. in feud. vbi loquẽs de huiuscemodi refutationibus, seu quietantijs factis olim tutoribus, aut curatoribus, refert glos. dicere eas tunc valere, quando non interuenit fraus. Et subiungit idem Bald. ꝙ boni presides talia iuramẽta, ꝛ illicitas extorsiones per capturam persone faciũt relaxari, ꝛ cassari. l. illicitas. ff. de offic. presid. ꝛ ꝙ ipse multoties sic vidit fieri. Idem scribit Bald. in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit.

¶ Rubrica, De pactis. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccclij.

¶ Ut in primo collectaneo.

1 ☞ Pactum de futura successione a iure improbatum: nec firmatur iuramento. 4.
2 Uerbum succederent, tempus futurum denotat.
3 Uerbum bonis, intelligitur secũdum tempus ad quod refertur.
5 Donatio omnium bonorum presentium ꝛ futurorũ, non valet nec quoad presentia tantũ, nec quoad futura tãtum.



1 Pactum future † successiõis est de iure regulariter improbatum, l. pactum quod dotal. instrumento. C. de pactis. l. cum donationis. C. de transac. l. hereditas. C. de pac. conuen. l. ex eo. C. de inutil. stipulatio. ꝛ. l. stipulatio hoc modo concepta. ꝛ quod ibi Bart. ꝛ doct. magis communiter. ff. de verb. obligatio. ꝛ quod not. Bart. in. l. fin. versic. tertio quero. C. de pact. Et est adeo improbatum, vt etiam nõ firmetur, aut firmari possit iuramento, si in illo interuenerit regula, nõ est obligatorium. de reg. iur. in. vj. ꝛ quod notat glos. in. l. si quando. §. illud. in versic. grauari. C. de inoffic. testa. glo. in. l. pactũ. ꝛ quod ibi Bald. in. v. oppositio. C. de collatio. Alias remissiones ponit do. Iason May. in. d. l. pactũ quod dotali. versic. secundo extende, etiã iuramentum. Et non solum non valet pactum huiusmodi, quando ineo agitur de tota futura successione, sed etiã quando non de tota, sed solum de quota. vt voluit Petr. de Anchar. ꝛ post eum Ioan. de Imo. extra de testa. super rubr. quia etiam per conuentionẽ factam de parte, seu quota, videntur agere contrahentes, ꝙ pro illa parte, seu quota successionis, sit in illa parte heres: quod fieri nõ potest in contractu. d. l. hereditas. Ex quibus infero, ꝙ pactũ dudum, anno, scilicet Domini M. cccclxxxiij. ꝛ die decima mensis Ianuarij, initum per ꝛ inter prouidũ virum Ioãnem Belloni ex vna parte, ꝛ Georgetam Bellone eius ex fratre predefuncto neptem ex alia, ꝛ per quod conuentũ pretenditur, ꝙ casu quo, idem Ioannes ab hoc seculo sine liberis ex suo proprio corpore legitime procreatis decederet, ipsa Georgeta ꝛ sui succederent in bonis eiusdẽ Ioãnis, ꝛ antea defuncti Petri Belloni, que ad ipsum Ioãnem peruenerant, fuerit ꝛ sit nullum: tanquam pactum factum de futura successione: per predicta. ꝛ facit quod scribit Ioan. Ferra. in sua practica, tit. forma libel. in caus. societa. super verbo, societatem omnium bonorũ. versi. quid autem dicemus, si in hac generali, ꝛc. Et si opponatur, ꝙ dicti Ioannes ꝛ Georgeta solũ conuenisse censeantur de bonis presentibus, nõ de futuris, cũ de illis nihil dictum extiterit: per ea que scribunt doct. in. d. l. fi. C. de pact. Dico ꝛ respõdeo ꝙ imo videntur conuenisse nõ solum de bonis, tunc presentibus, sed etiã de futuris: ꝛ de ijs que haberet idem Ioãnes tẽpore mortis ꝛ decessus eiusdem si eum contingeret sine liberis decedere. Et hoc propter illud ver-
2 bum, † succederent, quod verbũ, succederent, tempus futurum importat. per id quod not. Bart. in. l. j. quest. vij. ff. de iur. codicil. ꝛ quod de verbo valeret, ponit Bald. in. l. fi. versicu. deinde recipiamus tempus. C. de codicil. ꝛ quod in simili scribit Francis. de Are. consil. viij. exord. Abunde satis, ꝛ sufficienter. versi. sed tamen premissis nõ obstãtibus. ꝛ Philip. de Peru. consil. cxviij. in. ij. volu. ꝛ consi. ccxliij. in litera A, in. iiij. volu. Et cum verbũ predictum succederent, nõ solum importaret, vt predixi, futurũ tempus, sed etiã tempus relatum ad tẽpus mortis, ꝛ decessus eiusdem Ioãnis Belloni, de cui⁹ futura, ꝛ passiua successione agebatur, pactum predictũ intelligitur fuisse factũ non solum de bonis, que tunc habebat idẽ Ioãnes, sed etiã de eis que
3 haberet tẽpore mortis: qꝛ illud verbũ, bonis, † debet intelligi secundũ tempus ad quod refertur. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. ꝛ in. l. Titius. ff. de testa. milit. Nõ potest igitur pretẽdi ꝙ pactũ factũ extiterit solũ de succedẽdo in bonis presentibus, sed etiã de succedendo in futuris. Nec potest pretendi ꝙ saltẽ quoad bona tunc presentia, valuerit, cũ de futuris potuisset disponere, ꝛ testari dict⁹ Ioannes: Quoniã respondeo ꝙ huic dicto duo obstãt: Pri-
4 mum qꝛ, vt iam † dixi, pactũ factũ de succedendo, etiam si fiat de succedendo in quota, non valet: qua per pactũ dari non potest quota hereditatis. vt scribunt Pet. de Anch. ꝛ Ioan. de Imo. vbi supra. Et tamen certum est, ꝙ sic paciscens posset disponere de quota reseruata: secundũ, quia non subest ratio propter quã dictũ pactum potius valere potuerit quoad bona tunc presentia, ꝙ quo ad bona futura. Pro quo induco id, quod in simili scribunt doct. in donatione scilicet omnium bonorũ presentium, ꝛ futurorum facta scilicet eodem contextu, ꝙ dicunt non solũ nõ valere
5 † quoad presentia ꝛ futura, sed etiam nec quoad presentia tantum, aut quoad futura. Pro quo allegasse sufficiat: id quod scribit Ioan. de Imo. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. vbi de hoc post eum per Alex. de Imo. vers. vtrũ in casibus in quibus dixi. ꝛ Ale. de Imo. consi. lxxxij. exor. Uisa facti narratione. in. ij. volu. quem per hoc allegat do. Claud. de Aq. in. l. licet. C. de pact. Preterea vbi dici posset, prout nõ potest, pactum predictũ valuisse etiã in vim pacti, quia tamen in pacto huiusmodi nulle sunt clausule dñij, aut possessoris translatiue, nullum ius posset pretẽdere dicta Georgeta se habuisse, vel habere in bonis dicte Huguete legatis, ꝛ consequenter nõ potuisset, nec posset contra eam experiri saltem eo iure, quo facere nititur. l. traditionibus. C. de pact. ꝛ. l. quoties cum earum materia. C. de rei vendi. iuncta. l. j. §. si heres. ff. ad Trebel. ꝛ. l. si fideicommissam. §. tractatum. cum suis simili. ff. de iudic. dixi saltem, pro eo quia si supponeremus pactum predictũ valuisse, quod tamen non credo, posset subesse questio an dicta Hugueta conueniri posset actione hypothecaria, aut Saluiano interdicto, agẽdo ad interesse, cum vt opinor, idem Ioannes de facto, vel alias bona sua obligauerat, ꝛ hypothecauerat pro obseruatione, ꝛc. quo casu tamen posset opponi, ꝙ prius discuterentur heredes: iuxta. id quod habetur in auth. de fideius. §. sed neqꝫ. collatio. j. ꝛ trãsumptiue in auth. hoc si debitor. C. de pignor. Et si ita cõueniretur, laudarẽ, ꝙ dicta Hugueta de hoc opponeret: ꝛ etiã ꝙ ab initio denuntiaret heredibus cõtrouersiam, propter euictionem: ꝛ ne eã perderet: per id ꝙ habetur in. l. qui concubinam. §. si heres. ꝛ quod ibi Bar. ff. de lega. ij. quatenus loquitur in habente titulum lucratiuum: ꝛ non esset malũ si etiam nunc denuntiaret. ¶ Ad secundũ quesitum dico, ꝛ respondeo ꝙ si nos supponeremus pactum predictũ valuisse, vellem videre testamentum dicti quondã Ioannis, quod non fuit mihi exhibitum. ¶ Ad tertiũ dico, ꝛ respõdeo ꝙ supposita validitate pacti premẽtionati quia dictus quondam Ioannes nõ erat ignarus pacti ꝛ obligationũ, de quibus in eo, valuissent legata relicta dicte Huguete, ꝛ tenerentur heredes illa luere: hoc est liberare ab obligatione, ꝛ hypotheca, ꝛ sic seruare indemnem dictam Huguetã. per id quod habetur in. l. cũ alienam. in princip. C. de lega. quod etiam in casu isto procederet, si nesciuisset: per id ꝙ habetur in eadem. l. cum alienam. versic. ꝙ si suam esse putauit: ꝛ quod ibi glo. super verbo, vxori. Que omnia, ꝛc.

¶ Rub. De verb. sign. ¶ Epitome. ¶ Consiliũ. cccclitj.

¶ Heredis appellatione licet regulariter veniat, non solum primus ꝛ proximus heres, sed etiã alij vlteriores: hoc tamen fallit in vsufructu, in quo primus tantum comprehenditur.



Licet Appellatione heredis regulariter comprehendatur, ꝛ veniat nõ solũ primus, sed etiã ipsius primi heredis heres, ꝛ alij vlteriores. l. heredis appellatio, ꝛ. l. sciendũ. cũ multis simi. ff. de verb. signi. ꝛ in. l. in annalib⁹. C. de lega. hoc tamẽ fallit in vsufructu: qꝛ si vsufruct⁹ vel legetur, aut alias alicui, ꝛ eius heredib⁹ in testamẽto relinquatur, aut inter viuos cõstituatur, vtpote donetur, aut vendatur, vel alias alicui

alicui, et eius heredi, aut heredibus cōcedatur, appellatione heredis, seu heredum, non venit, aut comprehenditur, nisi primus heres, aut primi heredes. l. antiquitas. et quod ibi docto. C. de vsufru. et quod not. glo. in. d. l. in annalib⁹. Et ideo i casu de quo querit parte honeste mulieris, Marthe Achiue videdū est qui fuerūt primi heredes honeste quōdam mulieris Florimūde auie materne eiusdem Marthe, et si illi viuant, aut vnus ex eis illis, aut illi competit vsufructus insolidum. l. j. ff. de vsufruc. accrescen. non alijs. Si igitur dicta Martha non fuerit de primis heredibus predicte Florimunde, sed forte magna eius mater, ipsa petere non potest vsumfructum, nec sibi in eo ius aliquod vendicare. d. l. antiquitas.

¶Rub. De rescript. ¶Epitome. ¶Consilium. cccclv.

¶Pragmatica sanctio in quibus habet locum, que vult causas beneficiales in partibus quoad primam instātiam debere tractari, processus factus virtute rescripti delegatorij est nullus: licet partium cōsensu processum extitisset: item bulle expedite contra formam supplicationis signate vtpote non continentes ex qua causa beneficium vacet ex stylo, et consuetudine curie cum hoc non obseruetur non sunt: si tamen obseruaretur posset supplicans petere refectionem bullarum iuxta supplicationem signatam.

1 ☞Partium consensus non operatur in his que aguntur contra dispositionem habentem decretum irritans, aut factum annullans.
2 Ignorans non consentit.
3 Permutatio facta per episcopum, seu eius authoritate, spretis, et non vocatis patronis an sit nulla, vel reuocāda.
4 Litere apostolice in quibus non fit mentio iuris patronatus laicorum censentur surreptitie.
5 Gratia Pontificis licet solū probetur per literas, tamen circunstantie possunt probari per testes: vtpote quod fecerit ex certa scientia.
6 Instrumentum producens videtur fateri contenta in eo, et fidem facit contra se.
7 Credendum non est asserenti in proprio facto.
8 Instrumentis eius quem non constat esse notarium, non est credendum.
9 Minor xiiij. annis profiteri non potest religionem.
10 Ordinarius et Papa vbi concurrunt in collatione beneficij, tenet collatio eius qui prius contulit.
11 Intellectus cap. pastoralis. §. quia vero. de offic. deleg.
12 Ordinarius si committat executionem alij ordinario, qui sciat, vel vehementer suspicetur eam iniustam, non debet exequi, nec etiam iudex secularis debet obedire etiā Pape mandanti contra iura.



Idi Casum mihi exhibitum parte venerabilis et egregij viri do. Iacobi Langerij canonici Ebreduñ. exordientem, dudum, et de anno millesimo quingētesimo quarto etc. vna cum dubijs, et questis ex casu huiusmodi elicitis: ad que breuiter et succincte respondeo prout infra. Et primo ad primum videtur prima facie dicendum, quod cum parte eiusdē do. Iac. fuerit appellatum ad S. do. Papā, et deinde tam causa appellationis quā negotij principalis ad sui instantiā cōmissa extiterit, et nihilominus non solum fuerint litere commissionis huiusmodi presentate reuerendissimo patri do. Auditori, etc. sed etiam aduersarius eiusdem do. Iac. citatus, et deinde aliquādiu coram eo per et inter partes huiusmodi processuz, potuerit postea dictus aduersarius etiam inuito eodem do. Iacobo procedere corā eod. do. Auditore, aut subrogato, per id que scribunt doct. et in quo communiter omnes conueniunt in. c. ex cōquestione. de restitu. spolia. in. l. si quis. §. sed si impetrauerit. ff. quod quisque iur. Anto. de But. in. c. super literis. de rescrip. et Auge. Aret. in. §. preterea. le dernier, versi. octauo an impetrans rescriptum. etc. institu. de exceptio. Et videtur eidem do. Iacob. imputandum, si non dimiserit in curia procuratorē, qui eū defenderet, et causam quā inchoari prouocauerat, prosequeretur. Pro quo si non decipio, possunt multa induci, sed quia pretenditur, quod secundum pragmaticam sanctionem causa hec, saltem quo ad primam instantiam tractari debuit in partibus, prout habetur, in sanctione huiusmodi sub rub. seu tit. de causis. vbi etiam subijcitur, quod quicquid in contrarium decreti de quo ibi, attentatum, factum vel obtētum extiterit, sit nullū ipso facto: videtur quod processus et sententia, de quibus in casu predicto non valuerint, aut valeant: sed fuerint, et sint nulli: etiam si illi facti extitissent non solum, si de expresso do. Floreñ. Meyssereli, et tacito
1 eiusdez do. Iac. consensibus, sed etiā si de expresso consensu vtriusqz facti extitissent: pro eo quia in ijs que † aguntur contra dispositionem habentem decretum irritans, aut factum annullans, nihil operatur partium consensus, per idquod scribit glossa, in capitu. statutum ad finem principij. super verbo, committatur. de rescrip. in sexto. glo. in. c. j. et in. c. dispendia. in verbo, processus. eo. titu. xlj. et Gemi. post Archid. in. c. cum de beneficio. de preben. eo. lib. et glo. in. l. a diuo pio. super verbo, actione. de ritu nuptia. et pro hoc ponit domi. Feli. multas remissiones in. c. cum accessissent versi. tertia declaratio, etc. ibi, et pro ista declaratione facit vulgata doctrina de constitu. per Ias. de May. in. l. non dubium. versic. secundo casu. C. de legi. et vtrobiqz allegatur. c. dilecto. cum gloss. de prebend. Et quāuis domi. Feli. in. c. cum dilecta. versi. sed quidquid sit. videtur, etc. de rescrip. videatur hoc quod dixi limitare, et dicere quod duobus concurrentibus possint partes tali dispositioni renunciare: primo scilicet si illa forma sit mere introducta in fauorem earundem non mixto fauore alterius, secundo dūmodo vtriusqz partis consensus accedat: secus si vnius tantum: vt firmat Gemi. post Io. de Imo. in. d. c. statutum. §. cum vero. versi. concludē secundum domi. Ioā. hoc tamen non refragatur, nec obstat ei, quod dixi. Cum quia quoad processum predictum, factum scilicet super negotio principali, non interuenit consensus dicti domi. Iacobi; cum
2 ille factus extiterit eo non vocato, et inscio: ignorans † enim consentire non dicitur: vt not. Bald. in. c. j. §. preterea. quibus mod. feud. amitta. tum et quia dispositio predicta habens, scilicet decretum irritans, non est facta duntaxat in fauorem partium, sed subsunt multe alie cause, etiam recitate in dicto. c. de causis, et quarum etiam alique concernūt bonum publicum. Et ita si et vbi deberet, aut posset seruari pragmatica sanctio, videretur quod processus et sententia predicti non valuerint, et quod propter ea non essent concedende litere placitorie. ¶Ad secundum et tertium videtur dicendum, quod licet in bullis, seu literis appellationis, continentibus promotionem factam dicto domino Iacobo de Canonicatu, et prebenda in dicto casu mentionatis, non fuerit facta mentio de permutatione, scilicet quod illi vacauerint in curia ex causa permutationis: hoc tamen non officiat, quia quāuis partes ipse quando per se resignant in curia, aut procuratores, iuxta formam suorum mandatorum, et suarum facultatum, consueuerint dicere in supplicationibus se renuntiare, se resignare ex causa permutationis fiende, et deinde suo presentia publici notarij adhoc deputati renūtient, seu resignent ex causa huiusmodi, hoc tamen dici nō solet in in bullis, seu literis apostolicis: sed dicitur quod Papa confert tale beneficium vacans per liberam resignationem nihil expresso de causa permutationis, et ita audiui a multis habentibus notitiam styli, et si contrarium pretenderetur, postquā apparet hoc fuisse expressuz in supplicatione signata poterit dictus domi. Iacobus petere refectionē bullarum iuxta supplicationem signatam, et sequutam resignationem: et que proculdubio referrentur. Sed plus obstat quod in bullis, seu literis predictis non fuerit facta mentio de iure patronatus laici, nec illi derogatum: quia licet
3 communis opinio sentiat quod † permutatio facta per episcopum, seu eius authoritate spretis, et non vocatis patronis, non sit nulla: quāuis ad prosequutionem patroni, seu patronorum sic contemptorū et spretorum sit ex causa iusta et legitima cassanda et reuocanda: vt tenuit Frederi. de Sen. in suo tracta. de permutatio. beneficio. questio. ij. pro quo inducit Pau. de Leaza. in clemen. vnica de rerum permutatio. Et idem tenuerunt do. de Rota decisio. ccc vij. et ꝯr. Permutatio facta per ordinarium de beneficio, etc. in nouis, que hodie est quinta secundum modernam collationē do. Cardi. Floren. in dicta clemen. vnica. questio. iiij. Ioā. de Imo. in. c. exhibita. versicu. tertio queritur an permutatio facta. de rerum permutatio. Panor. in. c. cum dilectus. circa medium de iure patro. et in sua disputatione, exordiē. Angelo patronatum in Basilica Nycostrati, etc. versicu. sed ad primum dubium quod collatio, etc. ibi, idem apertius voluit Frederi. etc. et Gemi. in. c. j. de rerum permutatione. in. vj. versicu. vbi etiam ex quo infertur, quod licet permutatio facta, etc. idem tenuit Philip. Fran. Et cum hac opi-

nione videtur transire domi. Feli. in. c. cum Bertholdus. versi. limita quinto in permutatione. de re iudica. ⁊ Roch. de Curte in suo tracta. de iure patro. super verbo, honorifi cum. versi. tertio quero. Tamen litere apostolice, in qui-
4 bus † non fuit facta mentio de iure patronatus laici, cen- sentur surebtitie: non quia Papa non potuerit deroga- re iuri patroni laici, sed q2 hoc fecisse nõ presumitur prout scripsit Cap. allegat. xcvj. exordiente, Beneficia vacantia in curia. circa fi. ⁊ idem voluit Panor. in. c. cum dilectus. in fi. de iure pat. ⁊ dominus Egid. Bellamer. decis. Dccliij. exord. Supposito in facto, ꝙ do. Fe. Recor. Gregor. vn- decimus. Sed forte posset dici ꝙ cum supplicatione parte venerabilis quondam viri domini Roberti Langerij, ⁊ dicti domini Jacobi summo Põtifici oblata, facta exti- terit expressa mentio de patronatu laicali, ⁊ petitum, ꝙ pro illa vice idem Papa derogaret, videtur hoc suffecisse. per id quod voluerunt domini de Rota decisio. cccxxxij. exordiente, Licet Romana curia obseruet ꝙ gratia papa- lis, ⁊c. ⁊ dominus Egidi. Bellamer. decis. Dccliij. exord. Suppositis conclusionibus supra pretendentibus ⁊ ple- nius in conclusione. Dccxlvj. exordiente, Licet obseruet Romana curia ꝙ gratia, ⁊c. qui voluit, ꝙ quanuis gratia
5 Pontificis non probetur, nisi per tres, tamen † circunstã- tie gratie huiusmodi, vtpote, ꝙ Papa gratiam huiusmo- di de qua apparet per literas, fecerit ex certa scientia pro- bari possunt per testes: ⁊ loquentes in collatione beneficij de patronatu laicali, dicunt posse probari per testes Pa- pam habuisse certam scientiam, ꝙ de patronatu laicali exi steret: ⁊ si hoc est in testibus, scilicet, ꝙ per eos probetur cer ta scientia Pontificis, de qua non erat mentio in literis apostolicis, ergo ⁊ in casu nostro hoc procedere debet: cum per exemplum, seu registrum supplicationis productum appareat de expressa mentione iuris patronatus laicalis, ⁊ cui standum est in preiudicium partis producentis: tum quia sumptum ⁊ extractũ authoritate iudicis. per id quod notat glos. ⁊ doct. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. Bar. in. l. chirographis. in principio. ff. de administratione tutor. ⁊ dominus Iason de May. in dicta authen. si quis in aliquo. versic. tertio principaliter. tum ⁊ quia dictus do. Meysserelli illud fecit exẽplari, ⁊ extrahi. ⁊ ita facit fidem contra eum secundum Bart. Pet. Jac. de Are. in. l. ij. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testamen. aperiant. ⁊ in. l. in fraudem. §. neq3. per illum textum. ff. de iure fis. tum ⁊ quia ipse Meysserelli illud produxit in hac causa: ⁊ sic videtur
6 confiteri † ea omnia de quibus in eo secundum doc. in. l. j. §. editiones. ff. de eden. vbi de hoc per Alerand. de Jmola versic. in ead. ibi, respondeo, ⁊c. hoc etiam voluit glossa. j. in c. presentium. de testib. in antiq. Jnnoc. in. c. cum olim, de cens. ⁊ Bar. in. l. post legatum. ff. de his quib. vt indig. Et illud potest reproduci per dictum dominũ Jacobum: per id quod scribunt doctor. in. l. vnica. C. vt que desunt aduoc. Et ideo existimo esse bonum, ꝙ idem dominus Jacobus illud reproducat: q̃uis pro eo facit, ⁊ contra dictũ aduersa- rium. Posset etiam idem dominus Jacobus petere refe- ctionem bullarum suarum: que non apparent expedite se- cundum formam ⁊ substantiã supplicatiõis signate quod tamen fieri debuit: ⁊ ita propter talem defectum sepissime reiiciuntur. ¶ Ad quartum quesitum dico, ⁊ respondeo fuisse sufficienter responsum per egregium virũ dominum primo scribentem: quod maxime videtur procedere, cum quidquid factum extiterit de dicta capellania post factam permutationem, hoc tamen certum est, ꝙ dictus dominus Jacobus apprehendit possessionem canonicatus, ⁊ prebẽ- de, quos ex causa permutationis fiende dictus dominus Robertus resignauit, ⁊ ꝙ ipse dominus Jacobus illos postea possedit ⁊ possidet. ¶ Ad quintum dico ⁊ respõdeo ꝙ per illas pretẽsas literas, de quibus ibi ⁊ in dicto casu, non videtur sufficienter probari titulus prime tõsure pre- dicti Florentij: ⁊ quidem non per relationem, seu affirma- tionẽ illius pretensi domini commissarij: quia de illa non
7 est sibi credendum: vtpote in † suo proprio facto asserenti: arg. l. j. C. de man. princip. ⁊. l. j. C. ne quis in sua causa. l. o- mnibus. C. de testib. ⁊. l. prohibitum. C. de iure fisci. lib. x. ⁊ quod scribit Ostien. in. c. quoniam contra falsam. ⁊ quod ibi Antonius de But. Joan. de Jmola, ⁊ Panor. versicu. ad vnum tamen notabile dictum. de prob. ⁊ hanc opinio- nem sequitur Joan. Andr. in regula, nunquid vna via. de reg. iur. in. vj. in mercurialibus. Bald. in. l. iurisiurandi. C. de testib. ⁊ in. l. iudices. C. de fide instrumen. Panor. in. c. fraternitatis. de clericis non residentibus. Angelus, ⁊

Joan. de Jmo. in. l. ij. §. si dubitatur. ff. quemad. testa. aper. facit. c. cum in iure peritus. de offic. delega. Et maxime pro cedit hoc, cum vt puto dictus pretensus domi. commissa- rius sit incognitus in partibus. Nec obstat si forte oppona tur, ꝙ litere huiusmodi subscripte extiterint per notarium publicum cum testium descriptione, ⁊ sic redacte in formã publici instrumenti. Quoniam respondeo, ꝙ de hoc nõ cõ- stat, ꝙ ille scilicet subscripte extiterint per notarium. non enim legitur ꝙ ille Guilielmus Calẽda de Ponteues de scriptus in calce literarum huiusmodi asseruit se interfuis se collationi caracteris prime tonsure predicti Florentij, sed legitur ꝙ Guliel. Calenda de Ponteues Lugdun. diocesis notarius authentice subsignauit, ⁊ ita ista verba non apparent esse verba dicti Guilielmi, sed alterius de Guilielmo referentis. dixisset enim, ⁊ me Guilielmo, ⁊c. vel ⁊ ego Guiliel. interfui, ⁊c. Non igitur apparent litere subsignate per notarium, ⁊ vbi ille apparerent subscripte per dictum Guilielmum, ⁊ in forma opportuna, quia tamẽ ille negatus est esse notarius, non facerent dicte litere fidẽ,
8 nisi † probaretur notarius: per ea que plenissime scribit Alerand. de Jmol. consilio. cxxxviij. exordiẽ. Opportune consideratis ijs que in themate. in primo volum. vel saltẽ ꝙ fuisset in longa possessione, seu quasi notariatus, ⁊ exhi berentur multa instrumenta, vel litere per eum scripte: ⁊ probaretur ꝙ scripturis illius tanq̃ scripturis notarij pu blici consueuisset haberi fides, ⁊ alias iuxta ea que scribit Jnnocen. in. c. primo. de fide instrumen. Preterea supposi to citra preiudicium veritatis, ꝙ ille vel nõ negaretur, vel probaretur notarius, quia tamen non fuit rogatus de pre tensa cõmissione facta dicto pretenso domi. commissario illa per dictas literas non probaretur: q̃uis in literis hu- iusmodi de illa fiat mentio. dicta authen. si quis in aliquo documento, ⁊ quod not. Panor. in. c. Abbate de verbo. si- gnifi. ⁊ sic q̃uis fortasse pretenderetur apparere de collatio ne carracteris prime tonsure, non tamen appareret, ꝙ con ferens illum conferre potuerit: ⁊ ita non probaretur predi ctus Florẽtius efficaciter esse clericus: quia vt dicit Boe- tius, duo sunt quibus omnis humanorum actuum constat effectus, potestas, scilicet ⁊ volũtas, quorum si alterum de- fit, nihil est quod explicari queat. ¶ Ad sextũ, in quo que- ritur, an in aliquo eidem Florentio obstare possit, ꝙ pro- betur per tres, aut quatuor testes detulisse vno anno, vel circa habitum religionis sancti dominici: dico ⁊ respõdeo ꝙ ista probatio non concludit, si de alio non appareret: tu3 quia erat forte tempore delationis habitus huiusmodi, mi
9 nor quatuordecim annis ante † quos religionem predictã profiteri non poterat: ⁊ infra quos potest redire ad seculũ vel etiam si erat maior. xiiij. annis, ⁊ non steterit vno anno in religione, qui dicitur annus probationis, ⁊ qui datur nouitus mendicantium, ⁊ ante quem prohibentur recipi professionem. c. non solum, ⁊ quod ibi scribentes, de regu lari. in. vj. ¶ Ad septimum, ⁊ octauum dico, ⁊ respondeo ꝙ illa sunt multiplicia, ⁊ ꝙ in eis implicite queritur de mul- tis, ⁊ respondendo sub paucis videtur ꝙ dictus dominus Jacobus, vtpote subrogatus in ius dicti quondam domi. Roberti, habuerit potius ⁊ melius ius in canonicatu ⁊ prebenda predictis: pro eo quia licet in facultate conferen di canonicatum, ⁊ prebendam huiusmodi cum vacaue- runt per mortem, ⁊ decessum egregij quondam viri domi- ni Petri Raysioni, concurrerint sanctissi. domin. noster
10 Papa, ⁊ capitulum ecclesie Ebredunẽ. quia † tamen col- latio facta per capitulum dicto domi. Roberto fuit prior ea, que facta pretenditur per dominum nostrum Papam cuidam dom. Ardoyno Meysserelli, illa fuit potior: ⁊ de hoc non est dubium: prout scribit gloss. in. c. j. super verbo, ampliori. in fine de offic. lega. in. vj. Unde cum predictus Florentius fuerit subrogatus in ius, ⁊ locum dicti domi. Ardoyni, non habuit, nec habet ipse Meysserelli potius ius iure predicti domi. Jacobi: qui subrogatus est in locũ dicti quondam domi. Roberti: veruntamen si ⁊ vbi non esset seruanda pragmatica sanctio: ⁊ propterea valeret sen- tentia lata in vrbe, in fauorem predicti Florentij, non vide retur posse opponi de iniqtate predicte sentẽtie, que transi uisset in rem iudicatam: nec dictum insigne parlamentum videretur posse de illa cognoscere ad fines restituendi pre- dictam sententiam per ea que notant doctores. in. c. de ce- tero. de re iudica. ⁊ in. l. a diuo pio. in princip. ff. eodem titu. Sed videretur ꝙ idem magnificum parlamentum deberet dare literas placitorias, etiam si sententia predicta videre- tur iniqua. c. pastoralis. §. quia vero. de offic. deleg. Sed illi text. posset

11 text. posset † responderi, quod loquatur in superiore mandante et precipiente inferiori et sententiam per se latam exequatur: quo casu debet inferior regulariter hoc facere, etiam si sciat sententiam iniustam. Sed nos nõ sumus in hoc casu: non enim dominus requirens est superior dicte insignis curie: propter quod videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentiẽtis, quod si, et ubi videt dictum insigne parlamẽtum sententiam predictam fuisse iniquam, quod apparet ex provisionibus, de quibus in processu, nõ tenetur illam exequi: nec concedere literas placitorias: prout si non decipio bene colligitur ex his que scribit Ioannes And. in c. non in iure. de offic. delegati. et c. j. de officio ordinar. et post eum Pet. de Anchar. in consil. ccclxxxiij. exordiente, Retento ordine dubiorum reassumant singula, etc. vers. videntur de quarto dubio, in quo queritur an iudex secularis, etc. qui di
12 cunt, quod cum unus † ordinarius committat executionem alij ordinario, si sciat vel vehementer suspicetur eam iniustam, non exequatur: idem dicit cum vult probare eam iniquam: dicto. c. cum in iure. pro quo facit secũdum Pet. de Ancha. d. c. j. de officio ord. ibi, non ad preiudicandum, sed ad ea que Deo sunt placita, etc. quod non contingit in sñia nulla, vel iniqua cõtra iura, igitur nõ obediet iudex secularis etiam Pape. c. si quando. de rescriptis. facit etiam canon, qui videtur innuere, quod cum ecclesiasticus implorat auxilium brachij secularis debet antequam impartiatur adhiberi aliqua cause cognitio: an scilicet iustum sit preceptum. c. administratores. xxiij. q. v. argumen. l. de iure. ff. ad municip. et l. si coloni. C. de agricol. et cens. lib. x. per que iura dicunt doctores, quod iudex antequam remittat criminosum ad locum delicti, debet aliqualiter cognoscere, ut notat glossa in clement. pastoralis. de re iudic. allegat et alia pro hoc Petrus de Anchara. ubi supra: que non scribo.
¶ Ceterum vidi alium casum, exordientem, Vacantibus canonicatu et prebẽda, etc. cum quesitis ex eo elicitis, et quibus respondit egregius vir dominus primo scribens: et addẽdo illis que scripsit respondẽdo ad primum quesitum dico et respõdeo, quod licet extravagans Io. xxij. que incipit, Execrabilis quorundam. §. que tamen. ibi, coram ordinario sub testimonio publico infra idẽ tẽpus verbaliter et realiter cũ effectu dimissis, etc. videatur multum obstetisse dicto domino Roberto: pro eo quia licet post collationem sibi factam de canonicatu, et prebenda predictis, non contenderit retinere alios canonicatum et prebendam antea sibi collatos: quod sibi sufficiebat, ut evaderet penam. c. de multa. de prebend. non tamen videtur hoc suffecisse, ut se tueretur adversus dictum. §. que tamen. ubi requirebatur coram ordinario sub testimonio publico verbaliter et realiter cum effectu dimitteret: tamen hoc non obstante existimo suffecisse id quod egit, scilicet quod acceptata collatione sibi facta de canonicatu, et prebenda supra sepius mentionatis ipse illico in presentia capituli, ordinarij collatoris, et cum eo alios canonicatum et prebendam alij cõtulerit, nec illos postea possederit: pro quo allegasse sufficiat id quod eleganter scripsit Zenzel. in dicta extravaganti, execrabilis. §. que tamen. super verbo, verbaliter. Ad alia quesita satis patet responsio tam ex his que plene scripta sunt per dominum primo scribentem, quam ex his que predixi.

¶ Rubr. De usuris. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccclvj.

¶ Venditio annui reditus, qui tempore dicte venditionis constituitur, licet mero iure non valeat, tamen quia per consuetudinem, et per extravagantem Martini. v. non improbatur, non dicitur in fraudem usurarum facta: nec cõtractus huiusmodi potest dici usurarius.

1 ☞ Pecunia ad hoc inventa ut alias res estimet, non ut per alias estimetur.
2 Consuetudo illicitum facit licitum.


Dudum, Anno scilicet Domini M. cccclxix. et de mense Martij, probus vir Fazionus Armandi civis Ebreduneñ. et Barth. eius filius, simul, et eorum quilibet insolidum per se, et suos heredes, et imposterum iuris, et rei successores quoscunque, vendiderunt venerabili viro domino Sudonio Ampoliardi capellano beneficiato ecclesie Ebredunen. tunc presenti, stipulanti solenniter, et recipienti pro se et suis heredibus, et imposterum iuris, et rei successoribus quibuscunque, annuũ servitiũ quinque florenorũ monete tũc currẽtis, anno quolibet in crastinũ festi annũtiationis, soluendorũ pretio, et noĩe pretij centũ florenorum, monete tunc currentis per ipsos Fazionũ et Bartho. receptorum quinquaginta scilicet in vino, et quinquaginta in moneta realiter expeditis. Quodquidem annuum servitiũ dictus do. Sudonius postea recepit annis singulis quãdiu vixit. Dictus autẽ do. Sudonius ab humanis decessit intestatus, superstitibus quibusdam eius cognatis laicis, quibus ab intestato delata est eius hereditas, qui nunc petunt dictum annuum servitium. Ex quo facto eliciuntur multa dubia: et precipue illud, an dictus contractus fuerit licitus, vel illicitus, utpote usurarius, aut factus in fraudem usurarum. Et omissis alijs quibus reperio tam fuisse respõsum, dico, et respondeo quod si dictum annuũ servitium quinque florenorum, fuisset ante venditionem huiusmodi constitutum, et forte eisdẽ venditoribus debitum, non esset dubium quin illud vendere potuissent, et quin contractus venditionis de eo factus, fuisset permissus, et licitus. per ea que scribit Innocen. et post eum alij in c. in civitate. de usur. Sed quia, ut opinor, servitium huiusmodi non fuerat antea constitutũ, sed fuit de novo, et tempore dicte pretense venditionis constitutum, et quidẽ nõ in rebus, vel in alijs personis, sed ipsimet Fazionus, et Petrus servitium huiusmodi, vel actionem in se constituerunt: et se pro se, et heredibus suis obligarunt de soluendo illud perpetuis temporibus prefato domi. Sudonio, et heredibus suis: videtur quod dictus contractus fuerit illicitus, et usurarius vel factus in fraudem usurarum, et ita sentiunt Inno. Io. And. in novel. Antonius de Butr. et doc. cõmuniter in d. c. in civitate. et Franc. de Aret. consi. clij. exord. Viso themate ad me transmisso. versi. sed tamẽ his nõ obstantibus, que vere non obstant, quia
1 in eo empta est pecunia, pro pecunia data: que tamen † videtur esse invendibilis, et que inventa est ut alias res extimet non ut per alias res extimetur. l. si ita fideiussorem. ff. de fideius. de quo per doc. in l. Paulus. ff. de sol. et in c. quãto. de iureiur. et hunc articulũ eleganter prosequutus est egregius iuriũ professor do. primo scribens. Sed vereor ne difficile existat vincere super impugnatione contractus huiusmodi: tum propter extravagantem do. Marti. Pape quinti, que incipit, Marti. episcopus servus servorũ dei, venerabilibus fratribus Treverensi. etc. que hodie inseritur post clementinas, ubi Papa Martinus videtur declarasse tales contractus esse licitos, et iuri cõmuni conformes. tum etiam quia tã in patria Dalphinali, in provincia, et locis circumvicinis contractus huiusmodi frequentissime celebrantur, et solent venditores taliũ servitiorũ, seu annuorũ redituum, aut verius pensionũ, et eorum heredes, et universales successores compelli, et condemnari ad soluendum, et condemnati ad solutionem compelli: dicit enim Bal. in l. per diversas. C. mand. quod cõsuetudo potest contractum approbare, et improbare. argu. l. certi cõdictio. §. si nũmos. ff. si cer. peta. pro quo facit. l. quis sit fugitivus. §. apud Labeonem. ibi, qui id facit quod ei publice licere facere arbitratur, ff. de edili. edic. et quod ibi Bar. dicens per illũ tex. quod si quis faciat aliquem cõtractum, qui cõmuniter extimatur licitus, quãvis in veritate sapiat usurariam pravitatem, non tamen debet iudicari usurarius, et bene facit dictus. §. si nummos. per quẽ Roma. no. quod consuetudo facit esse licitum illud, quod alias esset illicitũ: ad quod facit tex. singularis in. l. si pignore. §. si. versi. nam usu hoc evenerat. ff. de pigno. actio. per quẽ tex. dicit ibi Bar. inter cetera unũ bene signandũ, quod nedum non est in dolo, imo nec in aliqua culpa, qui facit illud, quod est fieri solitũ: quãvis sit illicitum. Accedat quod dicit Bal. in. l. observare. §. proficisci. questio. xxxiij. ff. de offici. proconsul. et lega. per tex. in. l. cui Deus. ff. de edili. edic. scilicet, quod illud quod fit ab omnibus, non dicitur vitiosum. et ita scribit do. Jas. May. in d. l. certi cõdictio. §. si nummos. versi. limita tamen predicta, etc. ibi, adde etiam illud quod per istum tex. et Barth. Vero. in tract. de contractu emptio. et locatio. §. j. versi. ius naturale. et §. quinto vero casu principali, quo dubitatur an in dictis cõtractibus. ver. itẽ pro hoc facit quod not. Bald. etc. Sunt et alia, que possunt pro hac parte induci, propter que omnia vereor ne sit difficile impugnare cũ effectu dictum contractũ, et obtinere eum pronuntiari usurarium, aut dictos venditores, seu eorum heredes declarari non teneri ad solutionem dicti annui servitij. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, Ad Trebellianum. ¶ Consilium. cccclviij
¶ Epitome.

¶ In restitutione vniuersalis fideicommissi veniũt etiam prelegata heredi facta, nisi aliud de mente testatoris appareat: in qua tamẽ restitutione detrahetur legitima ex persona defuncti. item & quarta trebellianica, nisi per testatorem aliter dispositum fuerit expresse, vel ex verbis sue dispositionis colligatur.

1 ¶ Legitima non venit in restitutione vniuersalis fideicommissi.
2 Trebellianice ratione tenetur quis ad quartam partem onerum ex persona defuncti, ad quam tenetur heres de restituendo grauatus, fallit in oneribus legatorum.
3 Trebellianica an perdatur propter non confectionem inuentarij.
4 Detractio trebellianice an prohibeatur per hec verba, pleno iure omnia & singula, &c. perueniant.
5 Fructus an & quatenus in trebellianicam imputandi.


Locuturus Viris peritissimis ac dominis, & patribus meis, & aliquantulum declaraturus intentionẽ nobilis, & honorabilis viri Caroli Sextoris ero breuis, premittens pro declaratione dicendorum non esse dubium quin substitutioni dudum facte per nobilem & honestam quondam mulierem, dominam Dalphinam Spiefame, & de qua in libello parte eiusdẽ nobilis Caroli contra nobilem Balthesarem Sextoris oblato, fuerit & sit locus in persona eorundem nobilium Caroli & Balthesaris: & quin medietas vniuersalis fideicommissi per dictam quondam dominã Dalphinam relicti, debuerit & debeat eidem nobili Carolo alteri ex substitutis restitui, detractis detrahendis: fuit enim cõditio purificata per mortem nobilis Joannis sine liberis vita functi in personam ipsorum nobilium Caroli & Balthesaris. Et cum prelegata eidem quondam Joanni precesserint grauamen, etiam illa pro dimidia parte veniunt in restitutione. l. cum virum. cum sua materia. C. de fideicommis. Breuiter insuper declarando clausulam seu verba, detractis detrahendis, nõ esse dubium quin ex persona dicti quondam nobilis Joannis possit dictus Balthesar, eius heres detrahere legitimam,
1 vtpote que † non venit in restitutione vniuersalis fideicõmissi. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari & pupil. Et cum, vt audio, dicte quondam nobilis Dalphine superfuerint nouem liberi primi gradus: quinqꝫ scilicet masculi, & quatuor femine & liberi ex duabus filiabus predefunctis, representantes personam eorum matrum: per id quod scribit dominus Jas. in autben. nouissima. versicu. vltra Bartol. queritur. & est necessaria questio. horum omnium legitima fuit semis seu dimidia pars bonorum eiusdem quondam domine Dalphine: eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa. authent. de trien. & semis. §. j. collat. iij. & transumptiue in dicta authent. nouissima. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eodem tit. Et sic legitima dicti quondam nobilis Joannis fuit vndecima pars dicti semissis, & sic vegesima secunda pars bonorum dicte quondam domine Dalphine, eorum scilicet que superfuerunt, &c. per ea que predixi. Et si supponeremus, ꝙ ex persona dicti quondam Joannis posset eius heres detrahere non solum legitimam, sed etiam trebellianicam: pro eo forte quia fideicommissum fuit conditionale, per theoricam quam ponit glossa & doct. in. d. l. Papinianus. §. meminisse. glos. Bartol. & doctor. in. l. ꝙꝙ. C. ad legem Falcidiam. primo detraheretur legitima de relictis eidem quondã Joãni, & postea de residuo detraheretur quarta trebellianica iuxta doctrinã gl. quã ponit in. c. Raynaldus. in verbo, licet ipsas. de testamẽ. Baldus in. l. si veroꝗ. §. quid ergo. ff. de testamen. milit. Angel. consilio. ccxix. versiculo, quarto premitto. & Joan. de Jmola in. d. l. coheredi. §. cum
2 filie. & ratione huius quarte teneretur ex persona † defuncti ad quartam partem onerum, ad quam solet teneri heres de restituendo hereditatem grauatus. l. prima, & secunda. C. ad Trebellianum. & §. sed quia stipulationes. instit. de fideicommissarijs hereditatib. Uerum quanuis quoad onera legatorum, hoc videatur esse limitandum, & restringendũ, vt non procedat eo casu, quo sola quarta trebellianica remanet penes heredẽ grauatũ: sed tũc debeãt legata insolidum solui per vniuersalem fideicommissarium, cui dodrans restituendus est: per ea que habentur in. l. fina. C. ad Trebel. & in. l. j. §. fina. ff. eod. titu. & que scribunt docto. communiter in dicta. l. secunda. C. ad Trebel. & in dicta. l. prima. §. fin. ff. eodem titu. hec tamen limitatio non procedit, quando legatum fuit nominatim iniunctum ipsi heredi expresso scilicet nomine proprio eiusdem heredis. hoc enim casu debet per eum solui: quia tunc onus soluendi legatum non est onus hereditarium, nec transit in alium. l. Marcellus. & quod ibi Barto. versicu. oppono, & videtur ꝙ. l. Marcellus. ff. ad Trebel. Barto. in. l. fina. C. ad Trebel. & Alexan. de Jmo. in. l. qui quadraginta. versicu. vnde secũdo principaliter legitur: vbi etiam Cuma. qui pro hoc allegat. l. post emancipationem. ff. de lega. tertio. Et id voluit Bartho. Sozi. in dicta. l. qui quadraginta. in princip. Nec obstat quod vbi statim subijcit, dicens ꝙ contra decisionem, &c. quia respõdeo ꝙ non loquitur ibi Sozi. contra dictum Cuma. sed contra decisionem text. d. §. Cum itaqꝫ in casu nostro dicta domina Dalphina nominatim iniũxerit prefato quondam Joanni ꝙ de legato sibi relicto, & inibi latius mentionato teneretur: & deberet soluere, ac realiter, & cum effectu expedire dicto nobili Carolo ducentos florenos, terminis & dilationibus inibi mẽtionatis, & diu est preteritis, ad solutionem dicti legati ducentorum florenorum tenebatur dictus nobilis Joannes tanꝗ nominatim oneratus, & tenetur dictus nobilis Balthasar quia istud onus non fuit onus hereditatis dicte quondam do. Dalphine, sed dicti nobilis Joannis eius heredis, & quod propterea non transiuit in fideicommissarios, seu dictos substitutos, sed in dictũ nobilem Balthesarem tanꝗ heredem Joãnis. Quod maxime procedit cum videatur ꝙ legatum eidem Joanni relictum, fuerit conditionale: & sub hac cõditione, si videlicet dictos ducentos florenos daret & solueret ipsi nobili Carolo, & hoc propter illum ablatiuũ absolutum, prouiso, qui conditionem importat. l. a testatore. ff. de condictio. & demonstra. & etiam quia dictum est, & cum hac conditione: vel forte verius videtur fuisse relictũ sub modo, hoc est, vt dictum legatum florenorum ducentorum dicto Carolo solueret. Unde cum illud agnouerit, debuit nõ immerito soluere, & illud soluere debet idem Balthesar. Hoc est omnino indubitatum ꝙ si nos essemus, prout tamẽ nõ sumus in casu, in quo legata deberent solui per fideicommissarium, vt quia legatum de quo supra, fuisset relictum simpliciter, vel quia fuisset onus solutionis illius expresse iniunctum fideicommissario, nõ esset dubiũ quin dictus nobilis Balthesar in cuius personam pro dimidia parte habet locum substitutio dicti vniuersalis fideicommissi, teneretur pro dimidia parte ad dictum legatum: per ea que habentur in dicta. l. secunda iunctis ibi notatis per scribentes. C. ad Trebel. sed vt iam dixi, non sumus in isto casu. Uerum quia, vt superius dictum est videtur ꝙ dictus Balthesar non solum possit ex persona dicti quondam nobilis Joannis de dicto vniuersali fideicommisso detrahere legitimam, que ꝗta sit, dictum est, sed etiã quartam trebellianicam postꝗ fideicommissum fuit conditionale, & non purum: & istud esset verum, si nos supponere-
3 mus † ꝙ idem quondam Joannes inuentarium confecerit de bonis hereditarijs: sed quia non puto ipsum hoc fecisse: remanet dificultas an propterea perdiderit trebellianicam super quo sunt opiniones, & materia multum trita: vt apparet ex ijs que scribunt docto. in dicta. l. Marcellus. in princip. vbi post Barto. & alios multa scribit Alexand. de Jmo. versicu. tertio quesiuit Barto. docto. in authent. sed cum testator. C. ad legem Falcidiam. & alibi tam in scribendo quam in consulendo: sed quia puto in insigni Auenionẽ. ciuitate fuerit, & sit super hoc consuetudo introducta, que hunc casum decidit, non insisto: sed remitto optimo arbitrio pictorum dominorum qui de consuetudine huiusmodi ad plenum sunt informati: si enim ita sit, illã seruanda est vtpote legitima legum interpres, & quia minime sunt mutanda, &c. c. cum dilectus. de consuetu. & l. minime. ff. de legibus. Posset tamen prima facie videri ꝙ detractio huiuscemodi quarte prohibita extiterit: pro eo ꝙ dicta do. Dalphina voluit, ꝙ portio primi decedentis, vel decedentium sine liberis, &c. ac omnia, & singula eidem vel eisdẽ donata & prelegata ad alium, vel alios superstitem, & superstites, vel eoruz liberos naturales, & legitimos peruenirẽt & peruenire deberent pleno iure: dicit enim ꝙ portio, ac omnia & singula. Jtem & ꝙ pleno iure. Sed non puto, ꝙ
4 † per illa verba, pleno iure, censeatur detractio huiusmodi prohibita

prohibita: hoc enim voluit Old. consil. ccxl viij. exordiente, Presupposita consuetudine ciuitatis Parisien. versic. ad quartam questionem, &c. Alber. in. l. raptores. versicu. que omnia faciunt ad questionem. C. de episcop. & cler. Ang. in auth. de trien. & semis. §. illud quoq; el. x. coll. iij. Paul. de Castr. & Philipp. de Peru. in. d. authen. sed cum testator. Roma. in consil. lxx. exord. Totum fundamentum. & longe plenius in rept. authen. similiter. C. ad leg. Falc. Paul. de Cast. in consilio. cl. exord. In causa que vertitur. & alij in alijs locis. Et idem videtur de verbis, omnia & singula, scilicet quod per illa nō videatur prohibita detractio. per id quod scribit Ang. consilio. cxxi. exord. Substitutiones dictorum testatorum. versicul. quid igitur concludemus, &c. Franc. de Are. in. l. Centurio. versi. tu autem aduerte, quia in ista materia sunt considerandi duo casus. ff. de vulgari & pupil. & Philip. de Peru. cons. ccvij. in litera. h. in. xx. vol. Quamuis enim eadem do. Dalphina disposuerit, ꝙ portio, ac omnia & singula legata, seu prelegata pleno iure peruenirent: non tamen dicit omnia, ac singula, & tota, vel omnia ex integro, vel omnia & singula sine diminutione: & sic non videtur satisfactum iuri requirenti expressam prohibitionem: quamuis re vera verba predicta, scilicet portio ac omnia, & singula pleno iure, multum persuadeant oppositum, scilicet ꝙ censeatur prohibita detractio: sed hoc firmare non audeo, cum etiam sit difficultas, an prohibitio huiusmodi fieri possit liberis primi grad⁹. super qua Bal. & Salice. in. l. iubemus. C. ad Trebel. videntur sensisse, ꝙ non: & Roma. in. d. l. Marcellus. in princip. & consil. ccvi. quamuis putem, ꝙ communis opinio sit in contrarium: vt colligitur ex his que scribunt doctor. in. d. l. Marcellus. in princ. & Ant. Corset. in suo tract. de reg. potest. q. xxxvij. vbi plene. ¶ Ceterum supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ non obstante omissione confectionis inuentarij, insuper dictis verbis, portio, ac omnia, & singula, &c. essemus in casu, in quo dictus Balthesar posset detrahere trebellianicam: superest difficultas, an ipse teneatur & debeat in quar
5 tam huiusmodi imputare † fructus per dictum quondam nobilem Joānem perceptos vltra fructus legitime: super qua difficultate Ant. Corset. in. d. q. lxxiij. vers. capio tertium dubium. inducit quatuor motiua ad probandum negatiuam. Econtra vero pro affirmatiua, scilicet ꝙ imo teneatur idem Balthesar fructus huiusmodi imputare in trebellianicam. inducit Paul. de Cast. in. l. mulier. §. cum proponertur. versic. dico etiam, illa lex loquitur quando detrahitur vna tantum quarta. ff. ad Trebel. & idē voluit ipse Paul. in. l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad leg. Fal. qui etiam ita consuluit cons. xcij. exord. Quia dubia supra formata. pro quo dicto allegat regulam generalem. in. l. in fideicommissariā. in prin. ff. ad Trebe. Cui dicto ſm eū non obstat. d. l. iubem⁹. C. ad Treb. q: illa loquitur eo casu quo filius tantum detrahebat vnam quartam: quod ibi apparet, cum dicat tex. dodrans restituatur. & dicit Alexand. de Jmo. in. d. §. cum proponeretur, ꝙ hoc dictū Pau. de Cas. nunꝙ est obliuioni tradendum: quia est peregrina limitatio ad. d. l. iubemus. & hoc dictum magis sibi placuit, ꝙ dictum Ang. in. d. §. cum proponeretur. hoc dictum Paul. etiam sequitur Franc. de Cur. cons. li. exor. Circa testamētum Alberti de Turre. ver. accedat ad premissa. ad fi. vltra Paul. de Cast. & Alexand. de Jmo. allegat Roma. sing. suo. cxcix. exord. Dubium est nunquid trebellianica: hanc partem etiam sequutus est Alex. de Jmol. cons. clxv. exor. Circa presentem consultationem. ad fin. in. v. vol. ꝗuis illud sit truncatum: & hec sententia videtur multum rationabilis, & equa: & hanc opinionem sequitur Ant. Corse vbi supra: referens ꝙ illam etiam sequitur Cuma. in. d. l. cohe redi. §. cum filie. & in. d. l. in fideicommissariam. & Alex. de Jmo. in. d. l. iubemus. in addit. ad Bal. & est ſm eum de mēte Raph. in dictis locis. Ex quo enim. d. l. iubemus loquitur in detractione vnius quarte, & liberi hodie detrahunt duas quartas de vniuersali fideicōmisso conditionali ſm iura canonica & communem etiam legistarum opinionem, iste casus nō videtur decidi per. d. l. iubemus. sed remanere in dispositione regule, que ponitur in. d. l. in fideicōmissariam. in principio. Et hec opinio mihi placet, & ꝙ fructus per eum vltra & preter fructus legitime dicti quondam nobilis Joannis debeant per ipsum Balthesarem imputari in trebellianicam, seu illius diminutionem, et hoc nisi de consuetudine aliud seruari consueuisset; quia tunc dicerem eam seruandam: dicto capitulo, cum dilectus. & dicta. l. minime. Concludo igitur, sub correctione eorum, quorum supra, locum fuisse & esse vniuersali fideicommisso per dictam quondam do. Dalphinam relicto in personā dictorum nobilium Caroli, & Balthesaris. & ꝙ non solum possit idem Carolus petere a dicto Balthesare restitutionē dicti vniuersalis fideicommissi pro dimidia parte, sed etiam petere potest ducentos florenos ibi legatos, & quorum onus fuit iniunctum dicto quondam nobili Jo. pro proprio eius nomine expresso. Concludo etiam ꝙ in restitutione dicti vniuersalis fideicommissi pro dimidia parte fieri petita, veniunt non solum alia bona, sed etiam prelegata relicta eidem quondam Joanni: & hoc tam ex dispositione iuris communis. dicta. l. cum virum, ꝙ etiam ex expressa dispositione dicte do. Dalphine. Fateor autem ꝙ de huiusmodi fideicommisso, & quoad partem concernentem eundem nobilem Carolum, potest dictus Balthesar detrahere dimidiam partem legitime dicti quondam nobilis Joannis: que legitima, vt dixi, fuit vicesimasecunda pars predictorum bonorum dicte domine Dalphine. Et sic dimidia pars eiusdem legitime est quadragesimaquarta pars. Si autem fecisset idem Joannes inuentarium, posset etiam dictus Balthesar de dicto fideicommisso detrahere quartam trebellianicam nisi quatenus pretēdi posset prohibita, aut fructus diminuissent: super quibus patet quid sentiam: illud autem est indubitatum, ꝙ si ipse Balthesar detrahat trebellianicā, ꝙ ipse tanꝙ heres heredis tenetur in quarta parte debitorum, hoc est eorum in quibus tenebatur dictus quondam Joannes ex propria dicte quondā do. Dalphine. Tanꝙ vero alter ex substitutis tenetur in dimidia parte eorundem: vt apparet ex predictis, & sic si de debitis dicte quondam do. Dalphine tenebatur idem Joan. in centum, tenetur Balthesar tanꝙ eius heres in vigintiquinq;: residuum vero partiendum est inter eosdem nobiles Carolum, & Balthesarē & si que de debitis huiusmodi fuerint per dictum Joā. soluta, illa non possunt repeti, aut in restitutione deduci, nisi ad predictā rationem. Quo vero ad alia legata per dictam do. Dalphinam relicta, vltra & preter illa de quibus supra, dico ꝙ etiam si illa soluta extiterint, nihil tamen potest peti per dictum Balthesarem, nec illorum pretextu deduci: quia vt apparet ex testamento eadem do. Dalphina voluit, & ordinauit ꝙ dictus nobilis Carolus non posset, nec valeret cogi, aut compelli ad solutionem dictorum legatorum: quinimo ꝙ omnia per dictum nobilem Joannem, & nobilem Oliuarium Sertoris soluerentur, & expedirentur. Ceterum aduertendum est ad bona, que erant tempore mortis, & decessus dicte quondam do. Dalphine: vt verbi gratia ad blada, & alios fructus, qui remanserunt in manibus dicti Joannis, & sunt consumpti: quia deberent imputari in quartam aut quartas, & idē dico de alienatis, si que fuerint, iuxta ea que scribunt docto. in. l. in quartam. ff. ad leg. falci. Et idem de his que perierunt, vel sunt deteriorata, si culpa lata eiusdem Joā. perierint, aut deteriorata extiterint etiam. l. mulier. §. sed & enim, & §. sequenti. ff. ad Trebel.

¶ Rubrica, De Saluiano interdicto. ¶ Consi. cccclviij.

¶ Epitome.

¶ Ut in primo collectaneo.

1 ☞ Saluianum interdictum competit non solum contra debitorem, vel eius heredem, sed etiam contra quencunq; possessorem rei obligate.
2 Exceptio ordinis est dilatoria: & propterea ante litem contestatam opponenda.
3 Quanto tēpore prescribatur per tertium possessorem actioni hypothecarie, & que necessaria.



Narratis, propositis, & deductis in libello parte nobilis & honorabilis viri Arnaudi de Prione, domini de Condi thiaco, contra & aduersus nobilem Claudium de Marsana oblato, & producto, colligitur & apparet potuisse concludi contra, & aduersus eundem nobilem de Marsana non solum in possessorio restituende possessionis terre in actis cause mentionate, & que eidem nobili Arnaudo per debitores imprecariata extiterat; iuxta id quod habetur in. l. fina. C. de acqui. possess. & prout etiam alias dixi & hoc pro arreragijs annue pensionis quinq; sextariorum frumenti, postea redu-

cte ad duos florenos annuos, & sex grossos: sed etiam potuit concludi, & conclusum est tam pro dictis arreragijs, quam pro alijs granorum & pecunie quantitatibus in Saluiano
1 interdicto, quod competit † prout alias scripsi, non solum contra debitorem, vel heredem eius, sed etiam contra quencunque possessorem rei obligate, & que probatur fuisse possessa tempore facte obligationis, vel postea, etiã si alias non probetur rem fuisse in bonis debitoris: & quanuis adversus dictum libellum quoad dictas granorum, & pecunie quantitates potuerit opponi exceptio ordinis, scilicet, quod prius discuterentur bona debitorum principalium, hoc tamen eidem nobili Arnaudo non obstitit, neque obstat:
2 tum quia dicta † exceptio ordinis est dilatoria, & que propterea opponi debuit ante litem contestatam: vt voluit Cyn. & doctores in l. exceptionem. C. de probat. Bartolus in l. exceptiones. versic. quero quid de exceptione ordinis. ff. de except. & Alexand. de Imola consilio. l viij. exordiente Viso & perlecto diffuso processu. in. v. vo. & dominus Petrus de Anchar. consilio. cccxcv. exordiente, Ex predictis subtiliter allegatis hincinde. Quo fit vt cum dicto libello fuerit parte dicti nobilis de Marsana responsum, & lis super eo contestata, deinde super eo processum, facte probationes non possit idem de Marsana opponere, quod non fuerunt principales debitores discussi, seu eorum bona, & hoc secundum Petrum de Ancha. vbi supra: & Fran. de Are. in l. decem. ff. de verborum oblig. procederet etiam si nulla facta esset mentio in dicto libello de inopia, seu paupertate, aut absentia dictorum debitorum: tum etiam non potest dictus nobilis de Marsana opponere dictam exceptionem ordinis: scilicet quod non fuerint debitores principales, aut eorum bona discussa: pro eo quia in dicto libello fuit plene articulatum de absentia & grandi paupertate vnius ex debitoribus: & de morte alterius, & quod eidem non superfuerit heres, & quod si quis superfuerit, ille erat pauper, & inops, & sic non soluẽdo: & puto, quod hec probata extiterint, & que sufficiunt ad victoriam obtinendam in Saluiano interdicto, cum illa sufficiant in actione hypothecaria per id quod scribunt Bald. Paul. de Cast. & Salic. in l. i. pro hibatum. C. communi. diuidun. in qua tamen actione requiruntur probationes pleniores: per id quod voluit Ang. Aretinus in §. item Seruiana. circa medium. versic. aduertas tamen quod cautus aduocatus. institut. de actionibus. & Barthol. Veronen. cautel. lxxxi. exordiente, quando quis vult vendicare, vel reuocare rem sui debitoris. de quo dominus Jas. in §. item Seruiana. versic. his ita diligenter examinatis, & multis sequentibus. institu. de actionib. Etiã nec dicto nobili Arnaudo obstat pretẽsa prescriptio parte eius opposita: tũ quia nullus fuit titulus sufficiẽs, & legitimus parte dicti de Marsana probatus: quinimo nec, vt oportebat, propositus, & deductus: qui tamen necessa
3 rius est cũ bona fide, ad hoc, vt extraneus, seu tertius † possessor rei hypothecate prescribat inter presentes spatio decem annorum, & inter absentes spatio viginti action hypothecarie aduersus creditorem. l. j. & ij. C. si aduers. credit. quod etiam voluit Sal. in d. l. i. versic. item supple. & idem etiam voluit dominus Joan. Franc. Bald. in suo tract. de prescript. in quarta parte principali. versic. tertio principaliter quero in princip. vbi vero ille tertius non habet titulum, & bonam fidem, vel altero caret, requiritur tempus triginta annorum. l. cum notissimi. in prin. C. de prescript. trig. vel quadr. annor. tum & quia supposito citra preiudicium veritatis, quod dictus de Marsana proposuisset, & allegasset specificum, seu specialem titulum, alias suff cientem & idoneum cum traditione sequuta, vel alijs opportunis ad prestandum causam prescribendi, prout non fecit, hoc tamen non sufficeret ad probandum prescriptionem, etiam si probasset se tenuisse & possedisse terrã predictã spatio decem annorum inter presentes, aut viginti inter absentes, nisi etiã probasset, quod probasse non creditur, se possedisse terram huiusmodi ex illa causa, vtpote ex causa emptionis, si pretenderet se illã emisse, aut ex causa permutationis, si assereret illam sibi traditam esse ex causa permutationis: quia alias causa remaneret, prout remanet dubia: vtpote, quia ex probatione nõ necessario inferretur, quod ex illa causa idem de Marsana terram predictam possederit. Huiusmodi igitur probatio, vtpote dubia, & incerta, eum non releuaret. l. neque natales. & l. ad probationem. C. de probationibus. l. non hoc. C. vnde cognati. & capitulo, in presentia. & quod ibi doct. de probat. & quod not. Bart. Jo. de Imo. & Alex. de Imo. in l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verb. obli. Et ad hoc, vt ex allegatione tituli, & possessionis, & ex probatione possessionis decem annorum inter presentes, aut viginti inter absentes, presumatur titulus allegatus opus sit probare, quod ille qui se allegat, & dicit possidere, possederit ex causa seu titulo allegato firmauit Sal. in l. si certis annis. in j. q. C. de pac. & idem voluit in l. cum de in rem verso. in j. q. iunctis his que ipse ponit in iiij. q. ff. de vsur. Et idem voluit Bart. in d. l. cum de in rem verso. versi. sed si non soluisset simpliciter. idem etiam voluit Anto. de But. in c. peruenit. de censi. & Alexan. de Jmo. in d. l. si certis annis. & plenius consi. cxiij. exord. Super primo dubio. in primo vol u. & cons. cviij. exord. In causa, & lite. in ij. volu. Et idem fuit de mente Alex. de Jmo. in consil. lxxv. exord. Visis & ponderatis. in iiij. volu. Feli. in c. cum causam. versi. sed aduerte quia oportet quod allegãs, &c. de prescript. & do. Jas. May. quamuis sit aliquãtulum corruptus in d. l. si certis annis. versic. secundo, limita quando causa, &c. Vnde cum idem de Marsana non solum nõ probauerit, quod ex aliquo titulo speciali alias sufficienti, & idoneo ad dandum causam prescribendi, sed nec etiam de titulo huiusmodi articulum fecerit, non potest dici, quod ipse presumptiue probauerit titulum sufficiẽtem ad prescriptionẽ. Preterea nos sumus in casu, in quo non sufficeret proponere, & probare titulum cum possessione decem annorũ inter presentes, & viginti inter absentes, sed etiam opus esset, quod ipse de Marsana cum bona fide per tempus huiusmodi terram predictam possedisset: que bona fides non presumitur, nisi saltem allegetur. per id quod not. Bal. & Ange. in l. super longi. C. de prescrip. long. tempo. per. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollioni. ff. de adult. idem voluit Bal. in c. si quis per triginta. titu. si de feu. fue. controuer. inter do. & agna. Bal. in c. per tuas. de testi. Multas remissiones que poterunt videri ponit do. Jas. de May. in l. cum quid. versi. secundo & notabilius adde. in prima lectura, & in secunda lectura. versi. iiij. adde, quod voluit Bal. ff. si certpeta. Non igitur opportune tuetur idem de Marsana ex pretensa prescriptione aduersus dictum nobilem de Prione.

¶ Rubrica, De reuocanda donatione. ¶ Consi. ccccliv.

¶ Epitome.

¶ Donatio propter nuptias tanquam ob causam non reuocatur per. l. si vnquam. C. de reuocand. dona. Item quod augmentum dotis soluto matrimonio integrum possit peti licet de dote non fuerit satisfactum.

1 ☞ L. si vnquam. C. de reuocan. dona. non habet locum in donatione remuneratoria, seu ob causam.
2 Matrimonium an causa impulsiua, an finalis donationis propter nuptias.
3 Condictio in donatione apposita, debet respicere vtilitatẽ donatoris, vt in ea locum habeat. l. si vnquam. C. de reuoc. donatio.
4 Reuocatio ex d. l. si vnquam. insurgit ex coniectura voluntatis donatoris: cum d. l. emanauerit in fauorem liberorũ procreandorum, qui habet subsistentiam ex mente dicti donatoris. 5.
6 Donans an possit renuntiare dicta. l. si vnquam.
7 Filij habent duplex remedium ad reuocandam donationem patris.
8 Donatio propter nuptias & augmentum dotis soluto matrimonio morte viri integre soluẽda mulieri, licet dos pro ea constituta non fuerit integra soluta.
Intellectus. §. illud. in authentico de non eligend. secund. nubent.
9 Debitor non tenetur accedere ad domum creditoris.
10 Jd ius idem intelligitur repetitum in additione ad statutum, quod erat in dicto statuto.
11 Petenti minus fauetur, quam repetenti.



Ertum Est quod. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. est exorbitans a regulis iuris cõmunis. ponit enim specialem, & singularem casum reuocande donationis, contra. l. perfecta. C. de donatio. que sub mo. & l. ij. iij. & iiij. C. de reuocã. dona. quod etiam aperte senserunt Bald. & Sali. in dicta l. si vnquam. Roma. consilio. xxvj. exordiente, Pro decisione eorum

torum, de quibus dubitatur. versiculo primo, quia dicta. l. si vnquam. ⁊c. dominus Jason in. l. ex hoc iure. versiculo, decimus sextus effectus. ff. de iustitia ⁊ iure. ⁊ alij in alijs
1 locis, quatenus scribunt ⁊ volunt, quod illa † lex non habeat locum in donatione remuneratoria: debet ergo lex huiusmodi limitari, ⁊ intelligi, vt procedat in donatione proprie dicta, quam scilicet facit quis motus ex mera liberalitate, non intuitu, aut contemplatione alicuius rei fiende, vel non fiende per donatarium: alias non est donatio proprie, sed ob causam. l. prima, in principio: ⁊ quod ibi doctores maxime Paulus de Castro. ff. de donationibus. ⁊ quod sic debeat restringi, ⁊ limitari, sentiunt doctores prefati, ⁊ alij in suis locis. Quo fit vt cum donatio septẽ millium librarum, quam dudum anno scilicet Domini millesimo quingentesimo quarto, ⁊ die vndecima mensis Augusti, ⁊ tempore matrimonij contracti per verba de futuro per ⁊ inter nobilem, ⁊ generosum virum Franciscum de Uoilerijs, ex vna parte, ⁊ nobilem ⁊ generosam domicellam Catherinã de Claromonte ex alia, fecisse legitur idem nobilis Franciscus dicte nobili Catherine de Claromonte, non simplex, sed ob causam donatio fuerit, ⁊ existat non habuerit nec habeat in ea locum dicta. l. si vnquam. quod autem fuerit donatio ob causam, opportune colligitur ex matrimonij, ⁊ donationis instrumento huiusmodi dicitur enim, quod cum matrimonium fuisset motum, conclusum, ⁊ concordatum per verba de futuro per ⁊ inter partes predictas, ⁊ hoc de ⁊ cum licentia, voluntate, ⁊ beneplacito parentum, amicorum earundem partium, certaqꝫ dotis cõstitutione, ac nonnullis pactis conuentionibus, promissionibus, retẽtionibus, ⁊ reseruationibus, augmentationeqꝫ dotis inter easdem partes, earũqꝫ parentes, ⁊ amicos factis, passatis, ⁊ initis, declaratis, ⁊ specificatis in quodam papyri folio, ⁊c. ⁊ in eo inter cetera legatur fuisse de pacto, quod idem nobilis Franciscus donaret, prout ⁊ donauit dicte nobili domicelle, En donation dicte en faict de nopces, hoc est, vt opinor, propter nuptias, ⁊ in augmentationẽ dotis, de qua in pactis ⁊ instrumento huiusmodi, non est censenda donatio hec fuisse simplex, ⁊ emanasse ex mera liberalitate dicti nobilis Frãcisci, sed cõtemplatione, ⁊ intuitu matrimonij huiusmodi quod, vt opinor alias contractum non extitisset: fuit enim motum, conclusum, ⁊ concordatum de ⁊ cum illo pacto, ⁊ alijs: de quibus in dictis papiri folio, ⁊ instrumento. Et quamuis ex dictis Oldradi consilio suo quinto videatur
2 prima facie posse dici, quod matrimonium fuerit † causa impulsiua huiusmodi donationis non finalis: mihi tamen videtur sub correctione cuiuslibet, quod imo fuerit finalis: vtpote propter quod facta extitit donatio, ⁊ sine quo facta non extitisset: pro quo optime facit quod notat Baldus in l. falsam. C. si ex falso instrument. vbi scribit, quod etiam causa impulsiua efficitur finalis quando constat, ꝙ quis alias non esset facturus. l. si paterfamilias. ff. de heredibus instituendis. Quis enim existimat hunc nobilem ⁊ generosum Franciscum fuisse alias donaturum eidem nobili Catherine summã prementionatam, En faict de nopces ⁊ in augmentationem eius dotis, nisi sperasset eam sibi fore nupturam: ⁊ credo quod nullus. Oldradus autem non loquitur in eo qui donauit contemplatione matrimonij sui ipsius donatoris contracti, aut contrahendi cum donataria: sed contemplatione matrimonij per alios ad inuicẽ cõtracti: quo casu poterat forte videri matrimoniũ huiusmodi fuisse causam impulsiuam: per iura que allegat Oldradus. Preterea in casu Oldradi dicebatur, quod donator donauerat, dederat, ac tradiderat pure, libere, ac simpliciter: propter que verba fuit motus Oldradus in dicto consilio: vt etiam asserere voluit dominus Alexander de Jmola consilio decimo quarto, exordien. Circa primum dubium, quo queritur. in primo volumine, dicere, ⁊ consulere, quod donatio de qua ibi fit mentio, fuit simplex, non ob causam. Jn casu vero, de quo mentionem facimus, donauit futurus sponsus eius future sponse, ⁊ tempore matrimonij inter eos contracti per verba de futuro, En faict de nopces, ⁊ in augmentum dotis prementionate: ⁊ quod per verba de presenti contrahi sperabatur: in quo etiã nihil expressum est de verbis pure, libere, ⁊ simpliciter: nõ ergo sumus in casu in quo nos dicere oporteat matrimonium fuisse causam impulsiuam, non finalem, ⁊ dictam donationem fuisse simplicem. ¶ Audio autem esse scriptum ex aduerso, ꝙ imo donatio predicta fuerit, ⁊ sit simplex, ⁊ non donatio ob causam: ⁊ quod propterea in ea habeat locum dicta. d. l. si vnquam. pro eo quia conditio in donatione huiusmodi adiecta non respicit cõmodum pro-
3 ficuum, ⁊ vtilitatem † dicti quondam nobilis Francisci donatoris: quod tamen videtur requiri: per id quod scribit gloss. in dicta. l. prima. super verbo, sequutum. versicu. sed quid si non ad affectum, non ad effectum vt multi male habent. ff. de donatio. quam ibi communiter sequuntur doctores ⁊ in multis alijs locis. Non bene capio de qua cõditione domini ex aduerso scribentes intelligant, nisi forte sentiant, ⁊ dicant quod dictus nobilis Franciscus summam predictam donauerit sub conditione illa, si videlicet primo moreretur: ⁊ ꝙ cum illa conditio non esset allatura cõmodum, vel affectionem dicto nobili Frãcisco non propterea minus fuerit donatio predicta simplex donatio, Pro cuius contrarij sublatione, multa ⁊ elegantia iam scripta extiterunt parte dicte nobilis Catherine. Quibus addo, ⁊ nego ꝙ donatio predicta non fuerit facta propter affectum, seu propter affectionem, nõ quidem simpliciter ⁊ absolute, propter affectionem persone dicte nobilis Domicelle quia non propter hoc esset minus donatio simplex l. affectionis gratia. ff. de donatio. sed propter affectionem, quam habebat ad illud quod fieri per dictam domicellam sperabat matrimonium scilicet per verba de presenti secum contrahi: quod sufficit ad hoc, vt dicatur ⁊ sic donatio ob causam. l. hoc iure. §. finali. ff. de donationibus. ⁊ quod not. gloss. in dicta. l. prima in principio. super verbo, sequutum. in principio. ⁊ post eam Paulus de Castro, in dicta. l. affectionis. ⁊ sic non conditio si primo moreretur idem nobilis Franciscus ipsum impulit ad donandum, sed matrimonium conceptum, ⁊ speratum. Non igitur gloss. dicte. l. prime. super verbo, sequutum. hunc casum attingit quatenus querit quid si non ad affectum seu profugium dantis, sed aliquam apposuit conditionem, vt si nauis ex Asia venerit: nihil enim est expressum in terminis questionis huiusmodi quod donatorem moueat: ⁊ quidem non conditio videlicet ille si fortuitus aduentus nauis ex Asia contingeret, nisi forte quod reuerenter dixerim psitacos putaret in ea deferri: ⁊ ita expressio huiuscemodi conditionis non facit quod donatio facta censeatur ex mera liberalitate: sed vt iam dixi, in casu nostro est aliud ꝙ dictum nobilem Franciscum impulerit ad donandum summam predictam scilicet matrimonium speratum. Et idem videtur dicendum de alia donatione mille ⁊ sexcentorum florenorum, que quidem summa vt quotquot annis absqꝫ aliquo defectu ac errore solueretur, congruũ erat, ratio que ipsa postulabat, venerali honorabiliqꝫ nobili Domicelle prementionate per ipsum totius nobilitatis decus ac exemplar, cuius quidem nobilitas inter homines tanquã Sol radiabat) Franciscum multoties antehac nominatũ que quidem donatio mille ⁊ sexcentorum florenorum, facta sub tali conditione extiterat, videlicet si ipse nobilis Franciscus primo moreretur, diemqꝫ suum claudere extremũ, eamqꝫ ob causam, si illa donatio facta extiterit intuitu, ⁊ contemplatione puri ac sinceri matrimonij: quod quidem pretensum matrimonium per ⁊ inter eosdem nobiles do. Franciscũ, ⁊ d. Catherinã cõtrahendũ erat: ita fuit motũ conclusum, ⁊ concordatum dictum matrimonium prout dicitur in instrumento, ⁊ folio predictis: propter quod videtur quod non solum aliam predictam donationem, sed etiam istam fecerit contemplatione dicti matrimonij ⁊ vt illud fieret, vel si fuerit, ⁊ si postea contingeret eundem ab humanis decedere superstite ipsa nobili Domicella, ⁊ sic vt videtur non solum in prima facta, scilicet de septem mille libris, non habuit locum predicta. l. si vnquam, vtpote non simplici, sed ob causam, ita nec in ista vltima facta eidem nobili Domicille de mille ⁊ sexcentis florenis sibi annis singulis prestandis, quandiu vixerit post mortem dicti nobis Francisci. Nec puto quod pro defensione donationis huiusmodi quasi correspectiuantis cum donatione trium millium librarum eidem nobili Francisco facta per dictam nobilem Domicellam Catherinam si premoreretur, seu per magistram dominam Catherinam de Amboysia, eius matrem sit recurrendum ad id quod de mutua donatione, ⁊ propterea non simplici, sed onerosa scribit Oldrardus consilio. cxxxix. quod incipit, ad habendum aliqualem notitiam, ⁊c. Joan. And. in addi.

Specula. titulo de instramẽ. editio. §. porro. versiculo fuit
etiã alia questio de facto, Albericus ⁊ Salicetus in. l. fina-
li. C. de pactis. Angelus in. l. hereditarium. ff. de bonis au-
thoritate iudicum possidendis. ⁊ plenius consilio clxxxi.
Alexander de Imola consilio. xxviij. in tertio volumine,
Roman. in. l. Aquilius Regulus. versicu. ex predictis.
ff. de donationibus. dominus Iason de Mayno in. l. si pa
ter puelle. C. de inofficioso testamento. ⁊ alij in multis lo-
cis, quos cõmemorat dominus Iason in. l. licet inter pri-
uatos. versiculo, secundo habes diligenter notare. C. de pa
ctis. quia sine adminiculo huiusmodi videtur posse defen-
di etiam secunda donatio. ¶ Preterea reuocatio dona-
4 tionis de qua in dicta. l. si vnquam. ⁊ de qua † ex aduerso
celebratur, ⁊ fit festum solenne, insurgit ex coniectura vo-
luntatis, seu mẽtis donatoris, de quo lex presumit, quod si
tempore facte donationis cogitasset de liberis per eum su
scipiendis, aut procreandis, ipse non vel liberto, vel etiam
alteri extraneo donasset bona sua, aut mediam illorum par
tem, siue quotam; aut alias: vt ibi, nec sue posteritati liber-
tum, aut quemuis extraneum pretulisset. l. cum acutissimi.
C. de fideicõmissis. l. generaliter. §. cum autem. C. de instit.
⁊ substitutionibus. ⁊. l. cum auus. ff. de cõditionibus ⁊ de-
monstrationibus. ita enim communiter loquũtur omnes
scribentes in dicta. l. si vnquam. l. Titia Seio. §. Impera-
tor. ff. de legatis. ij. ⁊. c. finali, de donationib. vbi dominus
Cardinalis Florentinus, Antonius de Butrio, Ioãnes
de Imola, ⁊ Panormitanus, ⁊ Andreas Barbatias in
sua summa. c. Raynaldus. versicu. ideo singulariter dicit
Baldus de testamen. Si igitur donans tempore facte do-
nationis cogitauerit, ⁊ eum cogitasse apparuerit de libe-
ris procreandis, non est locus illi coniecture: quia in incer-
tis, non in certis locus est coniecturis. l. continuus. §. cum
quis. cum suis similibus. ff. de verborum obligat. Et pro-
pterea videtur procul omni dubio, ꝙ donans possit expres
se renuntiare dicte. l. si vnquam. l. si quis in conscribendo.
C. de pactis. quod etiam voluit Barto. in. d. l. Titia Seio.
§. Imperator. Baldus in. l. j. C. de inofficios. donatio. ⁊ in
addit. Specul. tit. de instrumen. edit. versicu. si quis donat.
Petr. de Anchar. in. d. c. fin. versic. querit etiam. ibi, ⁊c. vbi
etiam Ioan. de Imol. idem voluit Ioan. de Imola. ⁊ idem
etiam voluit in sua solenni repetitione. c. cum contingat.
membro. x. versicul. attende tamen: quia dicit Ioan. Andr.
de iureiurando. vbi etiam refert ꝙ idem sensit Speculator
titulo, de instrumen. edit. §. porro. vbi in forma instrumẽti
expresse ponit, quod donans renuntiat ⁊ promittit nõ re-
uocare etiam propter superuenientiam liberorum. Fateor
quod idem solennis doctor subiunxit dictum Ioan. And.
tenentis contrarium in dicto. §. porro. in addit. fin. versic.
hoc autem certum est, posse saluari quatenus reperitur esse
infra legitimam. quia in illa non potest preiudicari liberis
etiam cum iuramento, per ea que habentur in. l. prima, ⁊ in
l. si liqueat. C. de inofficios. donation. sed quatenus esset
vltra legitimam videtur, quod teneret renuntiatio: ⁊ addit
tene tamen menti dictum Ioannis Andree: idem voluit
Roma. in dicto consilio. xxvj. Cumanus in dicta. l. Titia
Seio. §. Imperator. quamuis dicat se putare, quod dicta. l.
si vnquam. non debet extendi vltra donationem factam
liberto. ⁊ allegat Guilielmum, Cynum, Hugol. ⁊ glossam
quod etiam voluerunt Innocentius, ⁊ Ostiensis in dicto
c. finali, de donat. sed illud non est contra partem. Andr.
Barbat. in dicta sua Ioannina, Bartholomeus Sozin.
consilio. xlvij. exordiente, Visa facti contingentia. in prima
parte, vbi etiam dicit hãc opinionem esse communem. Et
idem voluit dominus Iason Mayn. in dicta. l. si quis in
conscribendo. versic. iuxta hanc regulam quero. C. de pact.
vbi etiam refert se in facti contingentia pro hac parte con-
suluisse in ciuitate Papie, pro quodam nobili Mãtuano,
⁊ quod multi doctores ciuitatis se subscripserũt: pro quo-
rum dicto facit quod quilibet est moderator, ⁊ arbiter rei
sue: nisi quatenus reperitur prohibitus. l. in re mandata. C.
mand. l. dudum. C. de cõtrahen. empt. ⁊ vendit. c. de ijs. de
sepult. ⁊ quod scribit Ang. in dicto cons. clxxxi. ijs itaq;. ⁊
iniquum est ingenuis hominibus non esse liberam rerum
suarum administrationem. l. non vsq; adeo. ff. si quis a par.
fuer. manumis. Vnde cum vel iam parens vel nõ teneatur
regulariter donare, aut relinquere liberis suis, quatuor sci
licet, aut pauperib⁹, seu paucioribus, seu pauciores sint, ni-
si trientẽ bonorũ suorũ, eorũ scilicet que supererũt deducto
ere alieno, ⁊ funeris impensa, aut si plures, semissem. au-
thentico, de triente ⁊ semisse. collatione tertia, ⁊ transum-
ptiue in authenti. nouissima. C. de inofficioso testamento.
iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titulo,
etiam parens, dum tamen partem hanc liberis ex suo
pprio corpore natis donet, vel reseruet, possit regulariter,
⁊ cum effectu donare etiam extraneo residuum, quare non
poterit futurus parens, ⁊ cogitans de liberis procreandis
donare de bonis suis efficaciter, dum tamen liberos susci-
piendos in legitimam non grauet, ⁊ se saltem quoad hoc
renuntiare dict. l. si vnq̃. profecto nõ video. Quis enim di-
5 cta. l. si vnq̃. emanauerit in fauorem † liberorum procrean-
dorum, ille tamen fauor habet subsistentia ex mente donan
tis, que presumit lex non fuisse donaturum, si de liberis
procreãdis cogitasset: ergo si cogitauit, ⁊ legi renuntiauit,
cessat fauor. §. quemadmodũ potest qs expresse renuntiare
illi legi, ita ⁊ hoc facere posse videtur tacite: quinimo ⁊ ex
eo hoc facere cẽsetur, quando tempore matrimonij donat,
cum verisimiliter illud contrahentes futuris liberis cogi-
tent prout consuluit Philip. de Peru. consi. ccvj. exordi-
ente, viso suprascripto themate. versi. sed circa portionem
dicte domi. Margarite, in. iij. volu. vbi etiam refert domi.
Yuo. seu Ybo. Peru. preceptorem suum, ⁊ Ang. de Per.
doctorem Perusinum preclarum ita consuluisse. Et idem
voluit Alex. de Imo. consi. xxix. in. iij. vol. ⁊ Barth. Sozi.
in. l. ij. ff. sol. mat. ⁊ si hoc procedat, primo qr procedit, mul-
to fortius procedere debet in hoc casu, in quo non solum
facte sunt donationes de quibus supra tempore cõtracti
matrimonij, ⁊ per iam dispositum ad matrimonium con-
trahendum, sed etiam facta est expressa mentio de liberis
in duobus, aut tribus capitulis, ⁊ illis in certis prouisum.
Vnde negare nõ possumus quin de illis cogitauerit, quia
nemo extimandus est dixisse, ꝙ nõ mente agitauerit. l. La-
beo. §. idez tubero. versi. ceterũ. ff. de supellecti. lega. ⁊ quod
scribit beatus Augusti. in. xiiij. lib. de trinitate. c. vij. circa
medium. vbi dicit, cogitamus enim quid dicimus, etiam
illo interiore verbo, quod ad nullius gentis pertinet lin-
guam, ⁊ Aristotel. in. j. Periermenias, ꝙ voces sunt earũ
que sunt in anima passionum note. Cum ergo, vt iam dixi,
communis scribentium, ⁊ etiam consulentium scola hoc
habeat, ⁊ predicet ꝙ reuocatio de qua in. d. l. si vnquam. in
surgit ex coniectura mentis, seu voluntatis donantis, de
quo vt dixi, lex presumit, ꝙ non donaret, si tunc de futuris
liberis cogitaret, ⁊ non solum presumatur dictuz nobilem
Franciscum cogitasse de liberis, sed etiam hoc appareat:
pro eo quia de eis verba fecit, non videtur esse dubiũ quin
a ratione cessante vt arguit Bar. in. d. l. Titia Seyo. §. im-
perator. versi. cesset. in hoc casu dispositio dicte. l. si vnquã.
ꝙ ea non obstante remanserint ⁊ sint valide dicte donatio
nes. Fateor autem ꝙ Old. consi. clxiij. exordiente. quidam
habens vnicum filium ⁊c. in fi. tenuit contrarium, scilicet
6 ꝙ donans non † posset renuntiare. d. l. si vnquam. motus
pro eo quia illa in fauorẽ donãtis inducta nõ fuit quare ⁊c.
l. scire debetis. C. vt in posse. legato. ⁊ in. l. quod de bonis. §.
vltimo. ff. ad leg. falci. Et idez voluit per illa iura Io. An.
vbi supra. ⁊ Roma. consi. cclxxix. exord. non est dubium. ⁊
Sali. in. d. l. si vnquam. Sed vt apparet ex predictis prima
opinio est cõmunis: a qua propterea non videtur esse disce
dendum in iudicando, aut consulendo. l. j. versi. j. crebrior
apud veteres opinio. ff. de offi. questo. ⁊. c. nouimus. ⁊ quod
ibi Anto. de But. de verbo. signifi. ⁊ per theoricam, quam
ponit Hosti. ⁊ docto. in. c. j. de constitu. Barto. ⁊ docto. in
l. fi. C. de pe. iudi. qui ma. iudi. Et contra quam propter au-
thoritates, que in contrarium adduci poterant, non fuit
ausus consulere Barthol. Sozi. consilio secundo, inter
consilia Franc. de curt. nec fuit ausus sequi opinionem
Ioannis And. ⁊ Oldrad. Ad quorum fundamenta vide-
tur mihi opportune respondere dominus Ias. in dicta. l.
si quis in conscribendo. versi. tene contrarium: vbi dicit
7 ꝙ † ad reuocandum donationem patris, habent filij du-
plex remedium: vnum per titulum. C. de inoffi. donatio.
per quem filij reuocant donata a patre: aliquando quidem
vsque ad legitimam, aliquando vero in totum: prout ma-
gis communiter concludunt scribentes in. l. prima. C. de
inoffi. donatio. Et huic remedio non potest pater renun-
tiare, etiam cum iuramento: quia hoc est inductum fa-
uore filiorũ, ⁊ contra gesta per patrẽ: ⁊ ita procedat. d. l. scire
debetis. C. vt in pos. lega. que verba nõ obstãt. Et idem di-
cendum

cendum est ad dictam. l. quod de bonis. §. finali. potest etiam dici quod de illo iure non poterat prohiberi detractio Falcidie: et ideo non mirum, si etiam minui non poterat: pro eo quia iura procedunt a pari virtute. hodie autem potest prohiberi authen. sed cum testator. C. ad legem Falcidiam. Secundum vero remedium est inductum per dictam. l. si vnquam. et istud vel non fuit inductum fauore filiorum, sed ex presumpta voluntate donantis: de quo lex presumit, quod ideo donat, quia nõ credit se habiturum liberos: et si crederet non donaret: vel si est inductum fauore liberorum, ille fauor habet subsistẽtiam ex verisimili mente, seu voluntate donãtis: et ideo statuit lex illa, quod si nascantur liberi, reuocetur donatio: ergo si expresse vel tacite renũtiet illi legi cessat presumptio ex qua fit reuocatio: non tamen nego, quod si non habens liberos donaret omnia bona sua, vel vltra bessem, et renuntiaret dicte. l. si vnquam. vel alias cogitaret de liberis, et de hoc appareret, et deinde contingeret liberos nasci, quin ipsi possent non ex dispositione dicte. l. si vnquam. sed in vim querele inofficiose donationis reuocare istam donationem: et vsque ad legitimam, vel in totum: prout secundum communem opinionem fit, et fieri potest, quando pater donat extraneo liberis agnatis. iuxta communes conclusiones, quas faciunt doctores in dicta. l. prima. C. de inofficios. donatione. quia videretur iniquum, quod non habens liberos, et cogitans de eis in donando, vel renuntians dicte. l. si vnquam. posset liberos, si postea nascantur grauare, etiã in legitima: et illam eis auferre etiam in totum, et ad hoc videtur tendere motiua Francisci de Curte, in primo consilio pro maxima eorũ parte: et istud mihi videtur esse illud, in quo Joannes de Jmola in dicto capitulo, cum contingat. membro decimo. dicit posse saluari dictum Joannis Andree tenentem, quod non possit donans renuntiare dicte. l. si vnquam. quia hoc casu afferret preiudicium liberis in legitima quod est attendẽdũ: quia illam debet relinquere pater, et ad amplius non tenetur: dicto authent. de triente et semisse. §. primo, collatione tertia. Et pro hoc inducit bona motiua Franciscus de Curte in dicto primo consilio, versiculo, capio secundum passum: sed propterea velle sustinere, quod passim, et indistincte non possit donans tacite, vel expresse renũtiare dicte. l. si vnquam. videtur vnum absurdissimum cum alias illa lex habeat locum non solum si quis donet omnia bona sua, aut partem maiorem, aut dimidiã partẽ, aut etiam aliam quãuis quotitatem: imo et si rem particularem, dum tamen non sit modica, vel vilis: et a cuius donatione non abstinuisset donans, etiam si de liberis cogitasset: iuxta ea que scribit Joannes de Jmola in dicto capitulo finali, de donationibus. Alexander de Jmo. consilio. lxxj. exordiẽte, Consideratis his. in quarto volumine, et dominus Jason in. l. prima. C. de pactis. Nec puto quod Joannes Andreas, Oldradus, et sequaces tenentes, quod non possit donans renuntiare dicte. l. si vnquam. senserint, quod hoc procedat indistincte: sed vt puto eo casu quo preiudicaretur liberis nascituris, in sua legitima, quibus debet sufficere, quod non sint deterioris conditionis, quam sint liberi iam nati tempore donatiõis per patrem facte. Ex premissis patet responsio ad fundamenta Francisci de Curte. Quo vero ad dominum Sozinum ipse non consuluit contra: quinimo expresse dicit, quod non auderet affirmare simpliciter viam Oldradi, et Joannis Andree propter authoritatem, etc. Fatetur autem, et idem dico ego quod in casu in quo Franci. de Cur. consuluit, non valuit renuntiatio dicte. l. quia donans omnia bona donauerat. Preterea non desperabat de liberis dictus nobilis Franciscus quod tamen presupponit idem dominus Sozi. fuisse in illo donatore, de quo ibi. quo vero ad fundamenta, que sibi assumpsit do. tertius consultor, apparet, quod illa non officiunt. ¶ Ad secundũ quesitum videtur prima facie respondendum, quod dicta nobilis domicella non fuerit lucrata de dicta donatione septem millium librarum, nisi quatenus fuit de dote pro ea constituta satisfactum, aut solutum. auth. de non eligen. secund. nub. §. illud. et quod ibi Bar. et Ang. coll. x. et trãsumptiue in aut. sed que nihil. C. de pac. conuen. et quod not. Ang. Are. in. §. fuerat. post medium. vers. et aduertas quod mulier que non soluit dotẽ. instit. de act. vbi etiam do. Jas. de May. versi. subdit Angel. hic ad vnum aduertendum. ¶ Sed his non obstatntibus
8 † videtur contrarium esse verius: scilicet, quod dicte libre septẽ mille debeant solui ex integro: tũ quia dictus. §. illud. seu allegata auth. sed que nihil. de cõsuetudine non seruatur secundum Joannem Fabrum qui hoc scribit in dicta authent. sed que nihil. quam legit cum. l. ex more. C. de pactis conuentis, tam super do. cui cum famosus doctor extiterit videtur credendum secundum Bartolum in. l. de quibus. ver. quarto principaliter queritur. ibi econtra credo quod sufficiat, nisi probetur contrarium. ff. de legi. Et idem voluit domi. Prepo. in. l. imperialem. §. preterea ducatus. de prohibita. feudo. alie. per Fredericum et dominus Jason de Mayno, in repetitione legis tertie. C. de iure emphyteutico. et Andreas Barbatias consilio vigesimotertio. exordiente. Sapientissimus dicit ecclesiastes. versiculo modo in proposito, etc. in secunda parte. Et quamuis loquatur de doctoribus consuetudinem referentibus. et sic in plurali, non in singulari, quod tamẽ allegat Bar. vbi supra loquentem de doctore, et sic in singulari, non in plurali, referente consuetudinem videtur sensisse, quod etiam vni sit credendum per doctrinã quam ponit Bar. in. l. non solum. §. liberationis. ff. de liber. lega. Fateor quod Alexan. de Jmo. contrarium tenuit in. l. post dotem. ff. soluto matrimonio. et Franciscus de Aretio consilio. cxxxiij. exordiente. Jn causa que vertitur. versiculo sed tamen his non obstantibus. sed quanta fuerit et sit authoritas Bartoli tã in scholis, quod in iudiciis, nemo est qui nesciat: et de qua multa scripsit Franciscus de Cur. imo puto collegium Papiense, consi. quinquagesimosexto. exordiente. Super eo quod ab ordine nostro. versiculo transitum faciamus ad secundum, etc. ibi non etiam latet quanta sit authoritas Barto. Cum etiam videtur quod ex integro possit dicta summa exigi: pro eo quia cum ab initio fuerit de dote fides habita per dictum nobilem Franciscum, nec appareat quod illa postea petita extiterit per eundem, non est quod ipse nobili Domicelle imputari possit ad eam excludendam a petitione integri augmẽti: pro quo allegasse sufficiat id, quod scribit dominus Guido Pape decisione. ccccxx. exordiente, supra questione. cclxxiiij. et plenius decisio. cccclxxv. exordiente, in contractu matrimonij Joannis Samueli. Nisi forte quis dicat quod cum dies interpellet pro homine, et termini futurarum solutionum, vel omnes, vel plures lapsi extiterint viuẽte dicto nobili Francisco, videatur dicta domina Catherina de Amboysia, vel magnus dominus eius filius dotis debitor constitutus in mora: quod videtur suffecisse dicto. §. illud. Sed istud non videtur obstare. Primo quidem quia non videtur fuisse assignatus aliquis certus dies, in quo fieri deberet solutio. et sic dici nõ potest quod dies interpellauerit pro homine. Secundo quia cum dicta domina de Amboysia, seu prefatus magnificus domi. eius filius, et dictus nobilis Franciscus non essent eiusdem fori sed diuersorum fororum, non tenebatur eadem domina
9 de Amboysia, seu filius accedere ad domum † creditoris. Secundũ communem doctorum opinionem: prout colligitur ex eo quod scribit gl. Bart. et docto. in. l. item illa. ff. de co[n]stitu. pecu. Joannes de Jmola, in capitu. significante. versi. vlterius etiam tangit hic. vbi etiam Panormita. de pignori. Panormita. in capitu. licet Hely. vbi etiam Joannes de Anania, de simo. Bald. Joannes de Jmola, et Alexan. de Jmol. in. l. cum filiusfamilias. §. si promissor. ff. de verb. obli. Ange. Aret. in. §. preterea. el. j. versi. quero locus solutioni non est designatus. institu. de actio. Alex. de Jmo. consi. xcij. exordiente, perspectis his que in themate. in. j. volu. et do. Jas. in. l. ij. versi. xxxvij. quero quid si emphiteuta. C. de iur. emphi. Unde cũ nec prefata do. de Amboysia, nec dictus do. eius filius fuerint interpellati, nec requisiti de soluendo, non videntur fuisse constituti in mora, nec per eos stetisse quominus dos predicta soluta extiterit. Nisi forte quis dicat, quod saltẽ debuerint annis, seu die aliquo annorum quibus fienda erat solutio protestari, quod essent parati soluere pecuniam, et satisfacere promisso si adesset creditor, qui pecuniam reciperet, iuxta theoricam, quam ponit Bar. in. d. l. item illa. Sed hoc nõ obstat: pro eo quia quamuis cautum extitisset hoc facere, non tamen fuit necessariũ: prout post Osti. alibi scribit Alex. de Jmo. in. d. cõsi. xcij. quod etiam videtur voluisse Jo. de Jmo. in. d. l. cum filiusfamilias. §. si promissor, vbi dicit sufficere debitori quod sit in domo sua paratus soluere, si quis est qui recipiat. Et subijcit esse de cautela, quod sic protestet et faciat redigi in scriptis. Non igitur videntur dicti domi. de Amboysia, aut filius posse dici morosi: et multominus morosa dici potest etiam nobilis domicella: ergo, non debet excludi,

quominus totum augmentum petere possit: pro quo facit, quia dictus. §. illud. non videtur posse eidem opportune applicari, vt patet in eo ibi, non est iustum omnino mulierem dotem non datam marito, ante nuptialem accipere donationē: ergo nec dispositio illius in ea locum habet. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquirenda hereditate. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quotidiana ⁊ esti. ⁊ capitulo, indemnitatibus. §. penultimo. de electionib. in sexto. Preterea in casu dicti. §. illud. fiebat solum pactum de lucranda donatione propter nuptias: in casu vero de quo queritur, fuit etiam pactum de lucranda parte dotis in casum, in quem dicta nobilis domicella premoreretur: ⁊ sic iste casus est diuersus: ⁊ in quo facilius conceditur donatio: dicta. l. si pater puelle. ⁊ quod ibi doctores. C. de inofficioso testamento. ⁊ que, vt predixi, non fuit donatio simplex, sed ob causam, ⁊ remuneratoria. Et quemadmodum si dicta nobilis domicella ab humanis primo decessisset, dictus nobilis Franciscus lucratus extitisset summam predictam trium millium librarum de dote sibi donatarum, ita ⁊ in casu qui contingit, debet ipsa nobilis Catherina lucrari, ⁊ habere dictum augmentum. ¶ Ad tertium quesitum videtur, quod quemadmodum dos predicta septem millium librarum ipsi nobili Francisco pro, ⁊ nomine dicte nobilis domicelle constituta, debet simul, seu eodem contextu restitui non per solutiones, ⁊ terminos. l. Attilicinus. ff. de pactis dotalibus. ⁊ quod notat Joannes de Imola in. l. si socer. §. Marcellus. ff. soluto matrimonio. Baldus Nouellus in suo tractatu in. dotium. parte septima. versiculo, item adde ad predicta dum dixi, circa pactum de dote soluenda. ⁊ dominus Jason in. l. de fideicommisso. C. de trāsactionibus. ita ⁊ eodem contextu non per terminos, ⁊ dilatiōes dari, ⁊ solui debeant dicte septem mille libre, donate scilicet propter nuptias, ⁊ in augmētum dotis eiusdem nobilis domicelle: pro eo quia de augmento huiusmodi videtur esse iudicandum, prout de dote, cui additum est. l. etiam. C. de iure dotium. vbi eadem actione repetitur dos ⁊ additamentum dotis. facit etiam. l. quarta. ff. de iure dotium. vbi si nude proprietati in dotem constitute, postea accesserit vsusfructus hoc iudicatur esse dotis incrementum, non noua dos. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pactis dotalibus. facit etiam quod scribit Lapus in clemen. statutum. de electionibus. vbi ex glossa posita super verbo, consuetudine: colligit Lapus, quod si alicui statuto fiat ali-
10 qua additio, idem † iuris intelligitur repetitum in additione, quod erat in statuto quoad penā, ⁊ quoad alia, ⁊ hoc dictum sequitur ibi dominus Cardinalis Florentinus in tertia oppositione, ⁊ Joannes de Imola versiculo, ex hac glossa nota bene, ⁊c. ⁊ huius dicti rationem reddit dominus Cardinalis Florentinus, quia id quod venit per modum addēdi, fit pars illius, cui additur. l. sed si manente. ff. de precarijs. Et idem dicimus in iurisdictione prorogata, quod habere debeat naturam prime: vt notat glossa in capitulo. P. ⁊ G. de officio delegati. Ad premissa facit quod voluit Bartolus in. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignorat. act. ⁊ Geminian. in. c. fin. §. sin autem. in principio, de concessione prebend. in sexto. Econtra vero videtur, quod non simul, sed in terminis, de quibus fuit conuentum per ⁊ inter partes predictas: tum quia ita conuenit inter partes: ⁊ propterea videtur seruandum. l. iurisgentium. §. pretor ait. cum multis similibus. ff. de pactis. tum quia si extraneus possit ab initio stipulari dotem huiusmodi finito matrimonio sibi restitui, ⁊ huic stipulatiōi statur, quod est plus. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxorie actione. l. quotiens. §. si mali. ff. soluto matrimonio. ⁊. l. ob res. §. primo. ff. de iure dotium. cur non potuit nobilis Franciscus donare propter nuptias ⁊ in augmentum dotis summam predictam, que scilicet solueretur per terminos, ⁊ dilationes, quod minus officit, si officere dici debeat, non video. authentico, multo magis. C. de sacrosanctis eccles. Preterea donatio facta de ipsis septem mille libris facta est sub conditione, si dictus quondam nobilis Franciscus premoreretur: quod etiam ex eo apparet, quia dicta nobilis domicella si premoreretur dicto quondam Francisco de dote sua donauit tres mille libras: hoc igitur donatum est ⁊ collatum in tempus, in quo iam non esset matrimonium: quia post mortem dicti quondam nobilis Francisci: mors autē omnia soluit: auth. de nup. §. deinceps. ⁊ sic augmentum hoc nec fuit vera dos, nec videtur fuisse augmentum dotis: pro eo quia tempore purificate donationis erat solutum matrimonium: dos autem non est sine matrimonio. l. fina. §. sicut. C. de dona. ante nuptias. ⁊. l. tertia. ff. de iure dotium. Sed huic rationi posset responderi, vt respondit Paulus de Castro. ff. soluto matrimonio. super rubrica: ⁊ post eum Alexander de Imola, versicu. extra gloss. oppono, ⁊c. ⁊ dici quod iura predicta procedunt, vbi nunquam contractum extitisset matrimonium: sed eo semel contracto, licet postea soluto dicitur esse dos: vt probatur in. l. secunda, in principio. ff. soluto matrimonio. l. etiam. ff. de fund. dota. ⁊ facit dicta rubrica, vbi dicitur, soluto matrimonio quemadmodum dos petatur: quod etiā voluit Bartolus in. l. si marito. §. primo. ff. soluto matrimonio. ⁊ in. l. filie dotem. cum similibus. ff. de collatione bonorum. ⁊ sic esto quod dictum augmentum acquisitum extiterit per purificationem conditionis factam post mortem, vel forte in actu moriendi: per id quod scribit Oldrardus dicto consilio centesimo trigesimonono. versiculo quinto quando videatur, ⁊c. potuit tamen, ⁊ potest dici augmentum vere dotis: non tamen puto hoc augmentū fuisse dotale: quia licet predicta donatio septem millium librarum retro trahatur ad tēpus contractus quoad obligationem. l. potior. in principio. ff. qui potiores in pignore habeantur. ⁊. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de periculo ⁊ commodo rei vendite. non tamen quoad hoc, vt ex tunc ⁊ citra fuerit augmētum dotale, inspectis verbis conuentionis: non enim dictum est ex nunc prout ex tunc, ⁊ ex tunc prout ex nunc donat. Sed quod dicta. l. Attilicinus, non faciat pro eadem nobili Domicella, videtur posse argui: pro eo q̄ illa, que est multū singularis, ⁊ habet casum multum admiratione dignum: loquitur enim in muliere repetente dotem: dicta autem nobilis domicella inquantum attinet ad predictas septem mille libras non solum non repetit dotem, sed nec etiam augmentum dotis, sed
11 petit: minus autem † fauetur homini petēti, quam illi qui repetit: prout scriptū satis aperte clareq; repertum est per dominum Joannem de Imola. ff. soluto matrimonio. versiculo an autem ex proprio significato, ⁊c. ibi, tu adde quod forte, ⁊c. pro quo inducit in argumentum ea, que habentur in. l. videamus. ff. de vsuris. l. cum fundus. ff. si certum petatur. l. si filius. §. primo. ff. de verborum obligationibus. ⁊ l. prima. C. de imponenda lucratiua descriptione. libro decimo. Et si dicatur quod dos non per mulierem, sed per alium constituta ⁊ data dicatur peti, non repeti: vt voluit Dynus in dicta rubrica soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur. dicens quod verbum petatur, saluari possit sine expositione gloss. in dote non per mulierem sed per alium constituta, ⁊ tamen etiam dos huiusmodi habet solita priuilegia. Respondeo vt dicit Bartolus super dicta rubrica, versiculo quarto oppono, quod quando dos data est ab alio, tunc videtur ipsi mulieri donata, ⁊ deinde mulier illam videtur dedisse viro. l. singularia. ff. si certum petatur. ⁊. l. licet. §. primo. ff. de iure dotium. Et sic bene dicitur mulier eam repetere. Et idem esset si vir dotem constitueret pro vxore futura, ⁊ eam dotaret: quia sic videtur sibi donare, ⁊ postea in dotem recipere, prout aliquando licet, vt etiam dicit Barto. vbi supra. Sed in casu nostro non sic fecit dictus nobilis Franciscus sed donauit post mortem sui ipsius, quanuis in augmentum dotis, ⁊ sic non videtur dici, quod istud augmentum proprie possit repeti, sed peti, ⁊ sic videtur in hoc minus fauendum eidem nobili Domicelle, quam in repetitione dicte eius dotis, ⁊ sic non sibi suffragari dictā. l. Attilicinus. sunt ⁊ alia que possunt induci pro, ⁊ cōtra: propter que vt veritatem fatear, hesito: sum tamen procliuior ad negatiuam, scilicet q̄ non sit dictum augmentum simul totum soluendum: super quo si audiero me reprehendi, ⁊ ita possit iuridice obtineri, multū gaudebo. ¶ Ad quartum dico, ⁊ respondeo q̄ licet dictus magnificus domi. Anto. legatur non solum approbasse, ratificasse ⁊ firmasse pacta nuptialia, ⁊ que fuerūt recitata in instrumento ratificationis, sed etiam promisisse, ⁊ conuenisse per se, ⁊ suos omnia ⁊ singula in dicto instrumento contenta habere, tenere, perpetuo, ⁊ inuiolabiliter obseruare, rata, grata, ⁊ firma, ⁊ nullatenus cōtrafacere, dicere, vel venire: quia tamen postea superuenit causa noua conuenta annullans, si hoc supponeremus de qua nō cogitauit idē domi. Antonius: non videretur ipse astringi ad obseruantiam quasi illa valida remanserint saltem quo ad eum: per id quod habetur in. c. cum inter. P. de renuntiatio. ⁊ quod scribit Petrus de Ancharano, consilio. ccv. exordien. Visis

⁊ pond

& ponderatis verbis pacis. versicu. serto & vltimo probo.

¶ Ad quintum & vltimum dico & respódeo breuiter & succincte, quod licet matrimonium, de quo in casu, quantum extiterit in regno, in quo, vt supponitur, debetur de consuetudine viduis doarium, si illud constitutum non fuerit non tamen videtur, quod quoad hoc debeat inspici locus contractus: sed potius locus domicilij viri. l. exigere dotem. ff. de iudicijs. & bene facit pro hoc id, quod ibi scribit Baldus & post eum alij: & idem Bartolus in. l. cunctos populos. questione prima. C. de summa Trinitate. & Baldus in capitulo primo. §. finali, de inuestitu. de re aliena. fac. in vsib. feu. & in cõsilio. ccxxix. exordiente, Statuto ciuitatis. in prima parte. quatenus volunt, quod si super dote per maritum lucranda, sint varie consuetudines in loco vnde vir habet originem, & domicilium, & in loco vnde fuit accepta vxor, & celebratus contractus dotis, vt quia in loco mulieris vir superstes lucratur dimidiam partem dotis: in loco seu domicilio viri lucratur maiorem, aut minorem partem debet inspici locus domicilij viri. Et idem voluit Archid. in. c. illud. super verbo, consuetudinem: vbi etiam Gemini. distinctione. xij. Preterea donatio fuit facta de mille, & sexcentis florenis annis singulis, & quandiu vixerit, dicte domicelle dandis & soluendis, quod non conceditur per doarium: sed solũ quandiu durat viduitas: preterea etiam sit aduertendum ad taxam, seu moderationem, quam facit consuetudo, si qua sit: sunt & alia, propter que non videtur mihi opportune posse argui. Que omnia dixerim breuiter, & succincte, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica. De substitutionibus. ¶ Consilium. ccccl x.

¶ Epitome.

¶ Substitutio facta per verba communia cum restringatur ad bona testatoris non comprehendit substitutionem pupillarẽ, eamq; ob causam fit vt filio mortuo succedat mater, non substitutus.

1 ¶ Ad probandum substitutionem de extraneo factam esse pupillarem necessarij sunt septem testes: licet inter liberos sufficerent duo.

2 Compendiosa licet de per se comprehendat pupillarem, tamen facta simul cum breuiloca & personis imparibus eam non comprehendit.

3 Verba, si in pupillari etate, &c. an & quando sonent in pupillarem.

4 Verba, substituo, perueniat, & deueniat, sunt verba communia.

5 Per substitutionem pupillariter factam succeditur in bonis pupilli.



Iam pridem & diu est, q̃ vidi testamẽtum factũ per probũ quõdam virum Ioannem Ponsardi: quo viso, ac percepto, & intellecto casu mihi transmisso perte honeste mulieris Ysabelle Moirete, dixi, & respondi, quod in vim substitutionis, quam in dicto suo testamẽto fecisse dicebatur, & etiam legebatur idem Ioannes, & que erat, quod de vno perueniret ad alium, nihil petere poterat Beatrisia Ponsarde: motus causis, & rationibus deductis in schedula per me dictata & subscripta, exordiente, Ponitur in facto, quod dudum, anno scilicet, &c. §. ad quod respondeo. &. §. etiam. nec videtur quod dicta Francesta, &c. vbi, si placet. videbitur per egregium dominum ius dicturum. Et subiunxi in §. & vbi pretendi posset, &c. quod si iuridice pretendi posset, quod dicta Beatrisia censeretur per fideicommissum substituta, quod de illo possent detrahi due quarte: scilicet legitima, que fuit triens omnium bonorum dicti quondam Ioannis: eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impẽsa: & trebellianica, q̃ est quarta pars residui: prout etiam ibi videri potest. Verum quia post hec, & post fundatam intentionem eiusdem Ysabelle fuerint parte predicte Beatrisie producti articuli exceptionales, in quibus inter cetera pretenditur, quod non solum fuerit eadem domina Beatrisia reciproce substituta, et cum effectu, vt alias dixi, vulgariter, sed etiam pupillariter: et super his in mediũ produxit, ac audiri & examinari obtinuit quosdam testes pretensos testamentarios: est videndum & nunc discutiendum an testes huiusmodi probent eandem Beatrisiam fuisse etiam pupillariter substitutam Ebrardo Ponsardi, filio quondam naturali & legitimo eiusdem Ioannis. Super quo dico breuiter & succincte q̃ non: pro cuius dicti declaratione premitto, q̃ cum predicta Beatrisia non fuerit filia naturalis, & legitima prefati quondã

1 Ioannis testatoris, sed neptis ex Francisco fratre predefuncto, & sic eidem Ioanni † extranea, ad probandum dictam pretensam substitutionem fuisse pupillarem, opus erat quod septem testes de huiuscemodi substitutione deponerent. l. hac consultissima. §. per nuncupationẽ. C. de testamen. & l. heredes palam. ff. eodem titulo. Unde cum de ea non deponant septem testes, prout clarissime colligitur ex depositionibus testium parte eiusdem Beatrisie productorum, palam infertur non esse probatam dictam pretensam pupillarem substitutionem. dicta enim. l. hac consultissima. §. ex imperfecto disponens sufficere duos testes, loquitur in testamento facto inter liberos: & quatenus liberos concernit, non quatenus concernit personã extraneam: si quid sibi in tali testamento relictum extiterit: vt etiam plene colligitur ex dicto. §. ex imperfecto. Preterea supposito citra preiudicium veritatis, quod eadem Beatrisia probasset per septem testes: quinimo & si per instrumentum testamenti dicti quondam Ioannis appareret q̃ dictus quondam Ioannes heredes vniuersales instituisset dictos Ebrardi filium, & Beatrisiam neptem impuberes & plene ab humanis decedenti, si in pupillari etate, vel alias quandocunq; decederet, substituisset superuiuẽtem: non tamen cẽseretur eadem Beatrisia fuisse eidem Ebrardo pupillariter substituta: sed solum per fideicommissum: prout egregie scripsit egregius iurium doctor domi. Ferdinandus. Cuius dictis addo, quod idem voluit dominus Iason in. l. in testamento. versicu. nota ex prima parte dicte. l. C. de testamẽto militari. vbi etiam respondet Cuma. aliter tenenti consilio. xvj. exordiente, Ioannes quondam Vitalis, &c. dicens quod fundamentum eius non est verũ, quod dicta substitutio sit potius compendiosa, quam breuiloca: quia imo est mixta tam breuiloca, quam compendiosa: vt declarat Baldus in dicta. l. in testamento questione tertia. & dicit quod testator miscuit plures species substitutionis: vt quod minus comprehendebatur in vna, suppleretur per aliam: dummodo equalitas seruaretur, & ita

2 dicit Baldus. Unde quamuis compendiosa † facta de per se comprehendat pupillarem: vt tenet Bartolus in. l. Centurio. versicu. secundo opponitur ad predicta. ff. de vulgari & pupillari. & in quodam suo consil. exordien. Ifelus Philippi. Tamẽ quando est simul cum breuiloca, & est facta personis imparibus, tunc ratione equalitatis, que requiritur in breuiloca. l. iam hoc iure. in princ. cum suis similibus. ff. de vulgari & pupillari. non comprehẽditur pupillaris, etiã nec obstat aliud fundamentum Cuma. dicentis, q̃ hec est expressa pupillaris: & q̃ in claris non est opus coniecturis. l. continuus actus. §. cum quis. ff. de verbo. oblig. Quoniã

3 respõdet dom. Iason q̃ illa † verba, si in pupillari etate, &c. bene sonant pupillarem substitutionem, quando talis substitutio fieret de per se, & vni: sed quando sumus in breuiloca substitutione, & persone sunt impares, tunc talia verba, in pupillari etate: in nullius persona important pupillarem substitutionem. Apparet igitur iunctis allegatis per dictum dominum Ferdinandum, quod hec fuit opinio Richard. de Sali. Alexandri de Imola, & domini Iasonis profecto doctorum illustrium: & que habet maximam equitatem. Cum enim dictus quondam Ioannes pupillariter substituere non potuerit dicte Beatrisie nepti, & sic si casus contigisset, detraxissent eius proximiores de sua portione quartam trebellianicam, non est verisimile, quod ipse pupillariter substituere voluerit dicto Ebrardo filio, & quod non solum omnia bona eiusdem testatoris ad ipsum peruenta, sed etiam alia quecunq;, & vndecunq; ipsi Ebrardo acquisita peruenirent ad dictam Beatrisiam quod fieri solet in vim pupillaris substitutionis. l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulgari & pupil. Preterea etiã dici nõ potest, dicta pretensaã substitutionẽ fuisse, vel esse pupillaris: pro eo quis, vt apparet ex depositionibus dictorum pretensorum testium ipsi pro maiori eorum parte deponunt dictum quondam Ioannem

premorienti substituisse superuiuentem in bonis sui ipsius testatoris, vel in portione illi premorienti relicta, vel voluisse, quod bona seu portio huiusmodi peruenirent ad superstitem: ⁊ sic vsus est verbo, substituit, aut verbo, deueniat, vel perueniat, que sunt verba communia: ⁊ quidem verbum, substituo: vt notat Joannes Andreas in.c.si pater. de testament.in.vj. Oldradus consilio.cvij.exordiente, Circa ius municipale. versic. circa secundam questionem. glos.in.l.precibus.C.de impuberum ⁊ alijs substitutionib. ⁊ Bartolus in.l.Centurio.ff.de vulgari ⁊ pupil. De verbis vero, deueniat, ⁊ perueniat, scribit Philippus Franc. in dicto.c.si pater in materia compendiose substitutionis. Quo fit vt cũ huiusmodi verba cõmunia adiecta fuerint bonis dicti quondam Joannis testatoris, ⁊ sic fuit dicta pretensa substitutio per eum facta restricta ad bona sui ipsius testatoris, ita valere non potuit, nec potest iure pupillaris substitutionis: quinimo videtur facta substitutio huiusmodi in re, aut de re certa: per ea que post Bartolum in.l.cum filius.§.Lucio.ff.de legat.ij.⁊ in.l.cogi.§.sed si miles.ff.ad Trebellianum. ponit Franciscus de Are. consil. clv.exordiente, Periculosum est, vt Hieronimus ait. versiculo bis premissis dico. ⁊ hinc factum est ⁊ contigit, ꝙ dicta pretensa substitutio, vtpote facta per verbum commune, aut verba communia, non trahatur ad directam institutionem, aut substitutionem, sed ad fideicommissum. per id quod notat Bartolus in dicta.l.Centurio.versicul. quero quid si substitutio compendiosa fiat in re certa: vbi etiam hoc notant, ⁊ sequuntur alij scribentes: ⁊ Paulus de Castro consilio.lxxvi.exordiente, Uiso puncto, ⁊c. vers. super secundo vero quesito.⁊ Angelus consilio.xiij. Alex. de Jmola consilio.xlv. exordiente, Habita super his, de quibus dubitari contingit.versiculo, fortificantur predicta.in primo volumine: post Salic.in dicta.l.precibus. versiculo, quero nunc ab extra.ibi, sed dico quod hec ratio, ⁊c. vbi voluit quod si testator instituto filio impubere substituat per hec verba, quandocunq; filius meus decesserit bona mea per commissarios distribuantur in pauperes Christi. talis substitutio nunquam erit pupillaris: quia testator se restrinxit ad bona sui ipsius testatoris: ⁊ nihil disposuit de bonis pupilli: ⁊ ideo videtur noluisse pupillariter substituere: quia per pupillarem † substitutionem succeditur in bonis pupilli: dicta.l.sed si plures.§.ad substitutos.⁊ institut. de pupillari substitutione. in principio: sed per fideicommissariam substitutionem succeditur testatori substituẽti, ⁊ grauãti, nõ heredi grauato.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulgari ⁊ pupillari. Est etiam aduertẽdum quod dicta Beatrisia non solum non probauit substitutionem fuisse factam de superuiuente, si primo moriens moreretur in pupillari etate, sed etiam non videtur probasse substitutionem compendiosam fuisse admixtã reciproce, aut alias vltra quam in instrumento predicti testamẽti: pro eo quia Claudius Guichardi alter ex testibus instrumentarijs non deponit de substitutione reciproca admixta compendiose, sed de duabus compendiosis: alij vero conantur deponere de reciproca cum admixtione compendiose, quanuis varie: sed illi non sunt septem, ⁊ ideo non probant: dicta.l.hac consultissima.§.ex imperfecto. C. de testamentis. ⁊.l.heredes palam.in principio.ff.eodem titulo, Et sic videtur, quod non solum non potuerit dicta pretensa substitutio valere iure pupillaris substitutionis, sed nec fideicommissi: pro eo quia sufficienter non probatur admixtio compendiose substitutionis, nec vltra quam contineatur in dicto instrumento: ⁊ sic remanet simplex reciproca, seu breuiloca: que, vt alias scripsi, in schedula superius mentionata non continet fideicommissarias substitutiones. Et si dicatur, quod testes derogent predicto instrumento quoad materiã substitutionis, aduertat pars quid dicat: si enim derogent instrumento huiusmodi, ⁊ sic instrumentum non probet dictam reciprocam ⁊ simplicem substitutionem: nec, vt prediri, testes probent reciprocam compendiose admixtam, nihil restat nisi quod non probetur, quod dicto quondam Ebrardo facta fuerit substitutio: ⁊ quod propterea tanquam proximiori succedit mater in omnibus bonis. authent. defuncto.C. ad Tertullianum.⁊ in corpore vnde sumitur.

¶ Rub. De vsufruc.leg. ¶ Epitome. ¶ Consil.cccclxj.

¶ Mulier in testamento relicta vsufructuaria omnium bonorum sui quondam mariti, si postea cum herede super vsufructu huiusmodi trãsegerit, pro certa pecunie summa, ⁊ inter partes conuentum sit, ꝙ donec sibi satisfactum extiterit, percipiat dictum vsumfructum, si interim conuolet ad secunda vota, nihilominus sibi satisfaciendum est de predicta summa.



Xistimo me alias audiuisse, ⁊ etiã intellexisse, ꝙ nobilis quondam vir, Joannes de Martineria in suo vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento inter cetera per eum disposita, vsufructuariã omnium vniuersorum, ⁊ singulorum bonorum suorum reliquerat nobilem ⁊ honestam mulierem Gabrielam Chapusie, eius tunc vxorem, seu vsumfructum bonorum huiusmodi sibi legauerat. Unde cum postea, anno scilicet domini M.cccccxj. ⁊ die.xv. mensis Augusti, nobilis ⁊ honorabilis vir Joannes Trucheti pater, ⁊ legitimus administrator nobilis Petri de Martineria dicti Trucheti, eius filij naturalis, ⁊ legitimi, ac nepotis, ⁊ vniuersalis dicti quondam nobilis Joan. ⁊ ipsa nobilis Gabriela conuenerint, ⁊ transegerint, dictus scilicet nobilis Joannes Trucheti pater tam suo proprio, quã administratorio nomine dicti Petri, eius filij, ⁊ ipsa nobilis Gabriela suo ipsius proprio nomine, ꝙ ipse Joannes ⁊ Petrus illinc ad vnum annum dare, soluere, ⁊ expedire eidem nobili Gabriele tenerentur, ⁊ deberent octingentas seu octocentum ⁊ octuaginta libras turroneñ.in vna solutione: ⁊ quos eidem nobili Gabriele illinc ad annum predictum ex causis in trãsactione huiusmodi latius mentionatis, dare, soluere, ⁊ expedire conuenit, promisit, ⁊ ad sancta Dei euangelia iurauit dictus nobilis Joan.tam suo proprio, ꝙ administratorio nominibus dicti Petri eius filij. ⁊ ꝙ pendente tempore eadem nobilis Gabriela vteretur fructibus bonorum, ⁊ hereditatis dicti quondam eius mariti, ⁊ alias vsq; ad plenam, ⁊ integram solutionem dictarũ octingentarum ⁊ octuaginta librarum: censetur dictus nobilis Joan.Trucheti pater prorogasse predictum vsumfructum, ita vt esto citra preiudicium veritatis, ꝙ ille finiẽdus esset per conuolatum ad secundum matrimonium, nõ tamen finitus extiterit, nec sit finiendus donec, ⁊ quousq; de summa predicta eidem nobili Gabriele ex integro satisfactum extiterit: ⁊ sic remanserit, ⁊ remaneat, ac etiam durauerit, ⁊ duret idem vsusfructus etiã post matrimonium predicte Gabriele.l.sed si manẽte.ff.de preca.⁊ quod no. Bar. Alex.de Jmo.⁊ docto.in.l.ij.in prin.ff.de dam.infec. ⁊ vbi actum extitisset nõ de prorogatione vsusfructus, quod est leuius, ⁊ facilius, sed de creatione noui vsusfructus, illam tamen facere poterat dictus nobilis Joannes pater, ⁊ legitimus administrator, de cuius quoad hoc solo preiudicio agebatur, ⁊ qui etiam non solũ vsumfructum, constituere poterat, sed etiam bona immobilia eiusdem Petri sine decreto iudicis alienare poterat per id quod singulariter voluit Azo.in summa titu.C.de bonis que libe. vltra mediũ. versi.nec puto ꝙ in alienatione.quem referunt ⁊ sequuntur Bal.⁊ moderni cõmuniter in.l.preses.C.de transactio. Quo fit vt licet dicta nobilis Gabriela ad secunda vota conuolauerit, quia tamen nondum fuit eidem satisfactum de dictis octingentis ⁊ octuaginta libris, nõ debuerit, nec debeat dictus nobilis Joannes suo, aut dicti nobilis Petri, seu etiam vtriusq; nominibus sua propria authoritate eniti, ⁊ conari eandem nobilem Gabrielam priuare, ⁊ spoliare predicto vsufructu, aut quasi possessione bonorum dicti quondam nobilis Joan.de Martineria quã iure vsusfructus alias adepta est, ⁊ legitime apprehendit. ¶ Preterea vbi essemus in casu in quo nulla trãsactio celebrata, aut inita extitisset, ⁊ propterea fortasse posset pretẽdi vsumfructũ finitum extitisse, si ille fuisset dicte nobili Gabriele ꝙdiu viueret in statu viduali relictus, non tamen deberent nec de iure possent dicti Joannes, Petrus, ⁊ eorum alter possessionem seu quasi predictorum bonorum sua authoritate repetere, nec ipsam nobilem Gabrielam ab huiuscemodi quasi possessione expellere sine cause cognitione vt voluit gloss.notabilis in capitu. licet episcopus super verbo, vocato. de preb end.in sexto.quam nemo impugnat. dicit enim quod vsufructuarius finito vsufructu non potest a quasi possessione expelli: quinimo contra eum agendum est negatoria actione, vel ex cautione de restituenda re prestita.l. vti frui. primo responso.ff.si vsusfructus petatur.⁊.l.j.§.hoc autem. ff. quemadmo. vsufructu.

cauea.

caueat. & ponitur simile in dicto. c. licet episcopus. vbi decidituᵣ ꝙ licet beneficium curatum cuius quis priuationē incurrit ipso iure, possit alteri conferri, non tamen est ei nō vocato possessio auferenda, sed debet hoc fieri eo prius vocato, & cū cause cognitione, propter multa que possunt per talem allegari, & in casu nostro etiam fortasse possent multa allegari: Forte enim sunt facte multe expense, vel reparationes in bonis predictis per dictam nobilem Gabrielam, de quibus tenetur dictus heres satisfacere. Preterea bona sunt sibi obligata pro solutione dicte summe, & ideo non sunt sibi auferenda cū alias bona debitoris, etiam si alias non sint creditori obligata, si de consensu debitoris ad manus suas peruenerint, possint per eum retineri, donec sibi satisfactum extiterit. l. j. C. etiam ob chirographa. pecu. quanto magis vbi sunt bona obligata: & maxime in casu nostro, in quo propter transactionem celebratā, & imitam, vt predixi, tenentur, & debent patiētiam adhibere dicti nobiles Joānes & Petrus donec dicte nobili Gabriele fuerit plene satisfactum de summa predicta. Et deberēt sibi cauere ipsi nobiles Joannes & Petrus, & signanter idem Joannes ne incurrat periuriū, & penas. l. si quis maior. C. de transactio. & aduertere ad. l. extat. ff. quod metus cau. & l. fin. C. ad leg. Jul. vnde vi. l. si quis in tantā. & l. meminerint. C. vnde vi. vt sic discant moderatius agere, & facere, quod debent, ne quid durius sibi contingat. Que oīa dixerim breuiter, & succincte, &c.

¶ Rub. ¶ De furioso. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccclxiij.

¶ Furiosus habetur loco absentis, quiescētis, & mortui: nec potest testari, aut religionem profiteri, aut matrimonium contrahere, nec baptisare, aut baptisari cum semper presumatur in eo durare furor.



Ponitur In facto, ꝙ cum quidā honestus iuuenis aliquādiu graui morbo egrotasset, tandem incidit in furorem, qui cum in furore existeret sepe et pluries se occidere tētauit, nunc gladio arrepto, nunc suspendio: & quod fecisset, nisi ex Dei misericordia & iuuamine bonorum hominum preseruatus extitisset. Factus autem postea compos mentis, & ad sanitatem reuersus, optat, & deliberat fieri ecclesiasticus, & fortasse ingredi religionem. Quesiuit an propter conamina predicta, & quia per eum nō stetit quominus se in furore occiderit gladio, aut suspendio, fuerit ipse, & sit factus irregularis. Ad quod respondeo breuiter & succincte, ꝙ non. clem. si furiosus. vbi de hoc est text. & quod ibi per doct. de homici. Et quamuis text. ille loquitur in illo, qui alium occidit, idem tamen est in eo, qui se occidere voluit: pro eo, quia vtrobiqꝫ est eadeꝫ ratio, scilicet, defectus sane mentis. Furiosus enim habetur loco absentis, & quiescentis. l. ij. §. furiosus. ff. de iur. codicillo. habetur etiam loco mortui secundum Bald. in. l. humanitatis. versic. quarta differentia. C. de impube. & alijs substitu. facit quod voluit Bart. in. l. ij. §. per eum. ff. de acqu. posses. vbi equiparat furiosum dormienti, & vni lapidi, & Bald. in. l. sancimus. in princip. C. ad Trebel. loquens de furioso dicit, ꝙ est sicut dormiens. predicta scribit do. Jason de May. in. l. furiosum. C. qui testam. face. possunt. scribit etiam ꝙ furiosus tempore furoris testari non potest. l. qui in potestate. §. j. ff. de testamen. Non etiam potest religionē profiteri, aut matrimonium contrahere. c. fin. de successio. ab intest. c. sicut tenor. de regueari. & c. dilectus. de sponsali. Etiam nec potest baptisare, aut baptisari, nisi in casu. c. ecce. j. questio. j. c. maiores. de baptis. Et horum omnium ratio, seu causa est defectus sane mētis: & quia vtrobiqꝫ est eadem ratio, ergo idem ius. c. ij. de translatione episcop. c. cum dilecta. de confir. vtil. vel inutil. l. libertum. §. senatus. ff. de rit. nuptia. et vulgata. l. illud. ff. ad legē Aquil. Et quod dixi de furioso, videtur habere locum etiam in valde irato: quia talis videtur comparari, seu equiparari furioso, aut dementi, per id quod post Goffri. & Abba. antiquum scribit Osti. in summa. tit. de maledi. §. fin. versicu. hoc autem secundū Goffr. &c. vbi loquens de blasphemia contra Deum, aut sanctos perpetrata. dicit ꝙ tanta potuit esse ira blasphemi tempore blasphemationis, ꝙ illa equipararetur dementie: & sic in eo non haberet locum dispositio. c. fin. de maledic. prout ante eum voluerunt Goffri. & Abba. antiquus, & ideꝫ volunt alij, maxime Panor. & Joan. de Ana. quando maximus esset calor iracundie ex iusta causa prouocatus: non si ex iniusta: vt quia forte in ludo bona sua perdidisset: & ratione perditionis blasphemasset. Et supposito ꝙ talis furiosus aliquando habeat dilucida interualla, si tamen appareat, ꝙ aliquando fuerit furiosus, & non per momentum temporis, sed aliquandiu, si postea aliquid egerit, aut fecerit, presumendus est in dubio hoc egisse, seu fecisse tempore furoris: nisi contrarium probetur: pro eo quia passiones huiusmodi, & motus presumuntur durare. vt not. glo. in. c. inter canonicos. in verb. reculatus. de electio. quam ibi sequitur Joan. And. Anto. de But. & Joan. de Imo. maxime in passione furoris, que nō consueuit de facili recedere secundum do. Cardi. Floren. & Joan. de Imo. in. d. cap. inter canonicos. qui hoc allegant not. per glo. in. c. iudicas. ij. quest. ix. c. fin. de successio. ab intesta. l. si cui. §. ijsdem criminibus. ff. de accusatio. & l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re milit. & reg. semel malus. de reg. iur. in sexto, quod etiam tenet Petr. de Ancha. in. d. clem. si furiosus. quem ibi sequitur do. Cardi. vbi fortius dicit, ꝙ si probatum est aliquo tempore aliquē fuisse furiosum, & ex aduerso probatum est ipsuꝫ fuisse sane mētis, hoc non sufficit ad validandum actum postea gestum ab illo, nisi probetur ꝙ tempore actus gesti erat sane mentis. & ita dicit Petr. de Ancha. se obtinuisse. pro quo allegat in simili notata per Dyn. in dicta regula, semel malus. dicit etiam do. Cardi. in dicta clemen. se ita consuluisse. per id quod not. glos. singularis in dicto. c. fin. de successio ab intesta. Postꝙ ergo dictus consulens, seu consilium sibi exhiberi postulans, et requirens, fuit proculdubio furiosus, & aliquandiu furiosus permansit, si ipse aliquid postea gesserit, ipse presumēdus est in dubio hoc fecisse tempore furoris: quod maxime procedit & procedere debet in hoc casu ex eo, ꝙ sibi inferre tentauerit maximum nocumētum: se scilicet gladio, aut suspendio occidere. Si enim ex eo ꝙ aliquis aliquando furiosus post furorem offendit matrem, vel alium coniunctum presumendus sit hoc fecisse tempore furoris. vt voluit Bart. in suo tracta. de teste. §. opposita pruaentie. & Alexan. de Imo. in dicta. l. furiosum. versic. quid enim si matrem. C. qui testam. face. possunt. Multofortius procedit in casu nostro, in quo non matrem vel coniunctum, sed se ipsum offendere tentauit, & quidem offensione grauissima, & sibi mortē inferre, quia nihil terribiliꝰ in hoc mūdo.

¶ Rub. ¶ De mul. & in loco mun. sub. ¶ Consi. cccclxiiij. ¶ Epitome.

¶ Onere duplici eorundem bonorum respectu quis non debet pregrauari: quo fit, vt si quis bona & domicilium habeat in vno loco ex quo est oriundus, & postea aliud domicilium in alio territorio sibi acquirat, debet pro dimidia parte talliari in dictis locis.



Si Probi viri Reynaudus Sefre & fratres essent oriundi loci de Gorda, et duntaxat ibi residerent, vel in eo loco, seu eius territorio duntaxat fouerent domicilium, videretur posse dici, ꝙ nō solum bona mobilia, & immobilia que habent in loco, & territorio de Gorda, possent, & deberēt extimari, & taxari in tallia comitatus Prouincie: sed etiam bona mobilia, que habent in sua potestate, alibi extra loca predicta: pro eo quia bona mobilia videntur magis concernere personam cuius sunt, quam territorium. l. mercatores. C. de commer. & mercato. vbi per illum tex. elegāter scribit Bal. ꝙ imperator confiscat bona mobilia subditorum existentia extra suum territorium: quod dicit esse menti tenendū: & subdit rationem ꝙ mobilia concernunt personaꝫ illius cuius sunt: immobilia vero concernunt territorium: hoc dictum commemorat & sequitur Alex. de Imo. in consil. cxi. exordien. Viso themate questionis premisse. versic. ijs presuppositis in. iiij. volu. Fateor tamen ꝙ idem Bald. tit. de pace tenen. & eius violato. in princ. versi. item nota, ꝙ bona mobilia, &c. scribit & per illum textū, ꝙ bona mobilia censentur esse de eius territorio, vbi reperiuntur. Sed vt audio dicti Reynaudꝰ & fratres non sunt oriundi loci predicti de Gorda, nec solum domicilium fouēt in ipso loco, sed sunt oriundi loci de Caprerijs in comitatu Venaysini, & tam ibi ꝙ̄ in loco de Gorda fouent domicilium. Et sic non minus sunt subditi comitatus Venaysini, ꝙ̄ prouincie: imo plus, vt videtur quia duplici vinculo originis

scilicet & domicilii. auth. de cōsangui. & de uteri. fratri. collatio. vj. Et sic grauarentur dicti Reynaudus & fratres, si eorum aueria minuta, que partim pascuntur in territorio Gorde, & partim in territorio Caprieriarum, vel alibi in comitatu Venayssini insolidum taxarentur in tallia comitatus prouincie: cum possint per illis etiam talliari in comitatu Venayssini, & talliati extiterūt ab anno citra vel circa in tallia facta in dicto comitatu: quod non est fiendum per id quod post glos. voluit Barto. in. l. vnica. versi. item aliquis est hic ciuis. C. de mulieri. & in quo loco. lib. x. Non enim debet quis onere duplici respectu eorūdem bonorum grauari. l. Titia. cum testamēto. §. qui inuita. ff. de lega. ij. & quod not. glo. in d. l. vnica. C. de mulieri. & in quo loco: & elegantius in. l. quoties quis. in verbo, veterana. ff. de publicia. Et plus fortasse videtur dicendum, ꝙ in taxatione fienda pro tallia exigenda in prouincia, non debet haberi respectus ad dicta bona: per id quod eleganter scribit Jo. An. in addi. Specu. in tit. de censi. §. nunc dicendum. in addi. exordien. ad materiam vnde quod scripsi, &c. & ante eum Oldra. consi. clxix. exord. factum tale est, quidā homines do. Raymundi de Bancio domicilium suum mutauerunt de castro Podij Richardi ad ciuitatem Aquen. vbi scribunt ꝙ si originarius alicuius loci se transferat ad alium locum, & ibi acquirat, aut constituat nouum domicilium, potest nihilominus & debet in loco originis agnoscere munera que persone pro rebus indicuntur: pro quo multa inducūt: quod maxime debet procedere in isto casu in quo dicti Reynaudus & fratres non solum fuerunt oriundi dicti loci de Caprerijs, sed etiā ibi fouēt domicilium: quāuis etiam domicilium habeant in dicto loco de Gorda postea acquisitum: & quia etiam predicta aueria non solum pascuntur in territorio Gorde, sed etiam in territorio Caprieriarū: propter quod videretur quod aueria huiusmodi nō deberent taxari in tallia prouincie, aut saltem illud videtur esse equissimum, vt non plus quam pro parte scilicet dimidia ibi taxentur, nec onere duplici pregrauentur, quod fieri non debet per predicta. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius, &c.

¶ Rubrica, Quod metus causa. ¶ Consilium. cccclxiij.

¶ Epitome.

¶ Transigens aut iurans per metum & coacte, vt confugiat penas sibi impositas, nisi iuret, aut transigat, non tenetur stare transactioni, aut iuramento.

1 ¶ Falsitas quid.
2 Instrumentum in vno falsum, in nullo probat
3 Transactio per metum & non sponte facta non valet.



Ulta sunt propter que probi viri Arnaudus & honoratus Fabri, pater & filius loci Vallisdronie debuerunt, & debent absolui ab impetitis parte pretensorum syndicorum, procuratorum, & hominū loci predicti Vallisdronie. Et primo quidem quia quoddam pretensum instrumentum asserte transactionis parte dictorum syndicorū in causa productum, apparet fuisse & esse falsum: ex eo scilicet, ꝙ in illo dicitur, ꝙ homines inibi nominati non decepti, non coacti, non vi, non dolo, neqꝫ metu, nec alia quauis machinatione ad hoc inducti quomodolibet, vel seducti, sed gratis, & sponte, & eorum libera voluntate moti, fecerunt pacta, conuentiones, & transactionem in instrumento huiusmodi latius mentionatas. Et tamen ex depositionibus testium parte dictorū Arnaudi & Honorati Fabri in causa ipsa productorum, apparet ꝙ non sponte, & libera voluntate, sed coacti, & imperiati, & metu penarū inducti extiterunt prefati Arnaudus & Honora. Fabri ad cōueniendum, & iurandū, &c. Unde cum dicti Arnaudus & Honoratus sunt de nominatis in dicto instrumento, patet ꝙ dictum instrumentum in quo dicitur ꝙ non coacti, sed gratis, & sponte, & eorum libera voluntate moti fecerunt, &c.
1 fuit & est falsum. Est † enim falsitas mutatio veritatis. authen. de instrumento. cautel. in princ. collatio. vj. cū suis simili. quod factum est in casu. Non enim potest dici fuisse factum per dictos Arnaudum & Honoratum tanquam non coactos, quod factum probatur post recusationē factā iterum & iterum, & per impositionem penarum multiplicatarum: nec etiam potest dici factum spontanea, & libera voluntate, quod factum apparet metu penarum sibi impositarum: pro quo allegasse sufficiat. l. si quis maior. ibi nullo cogente imperio, sed libero arbitrio, & voluntate. & quod ibi Bar. & doct. C. de trāsactio. Et cum de recusationibus dictorum Arnaudi & Honorati, & penarum impositionibus, & coactione factis per do. Satulum loci predicti Vallisdronie, constet, & appareat per depositiones Petri Symeonis & Isnardi Fallamelli predicti loci Vallisdronie, & de preceptis huiusmodi etiam deposuerit Isnardus Bonelli, qui pretexta huiusmodi eisdem Fabri fecit, probata est falsitas predicti instrumenti in eo quod inibi scriptum est, ꝙ non coacti, sed gratis ac spontanea, & libera voluntate fecerint, &c. cum veritas aliter se habuerit, & habeat. Nisi forte quis pretenderet ꝙ ad probationē huiuscemodi falsitatis, & impugnatione instrumenti non sufficiant duo, aut tres testes: sed istud non obstat: quoniā respondeo ꝙ imo sufficiunt duo testes. ſm Imo. Calder. Anto. de But. do. Cardi. Joan. de Imo. & Panor. in. c. cum Joannes Eremita. vbi etiam do. Feli. versi. prima conclusio. de fid. instr. Pau. de Leaza. Anto. de Butr. & Panor. in. c. tertio lo-
2 co. de probatio. & alij in alijs locis. Et quia † dictum instrumentum probatur falsum in dicto eius capitulo illud in nullo probat: pro eo quia si notarius commiserit falsum in vno capitulo instrumenti vitiatur totum instrumentum. ſm Bar. & alios magis communiter in. l. si ex falsis. C. de transactio. cuius dicti illa est ratio, quia quando instrumentum est nullum vitio falsitatis prouenientis culpa notarij, quia per hoc fides notarij diminuitur. l. si aliquid. C. de suscepto. & archa. libr. xij. & instrumentum pendeat a fide notarij, secundum glos. in. l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. per consequens fides totius instrumenti vitiatur. pro quo facit. c. si ad sacras. distinct. ix. & c. quanto. de his que fiunt a prela. sine consen. capitu. Debent igitur dicti Arnaudus & Honoratus ob rem non probatam ab impetitis absolui. l. qui accusare. & quod ibi glo. C. de eden. c. fin. de iureiuran. & c. inter dilectos. circa fin. de fid. instru. & c. j. vt ecclesiasti. benefi. Preterea supposito ꝙ premissa cessarent, que tamen non cessant, adhuc deberēt dicti Arnaudus & Honorat⁹ ab impetitis absolui. pro eo, quia attentis preceptis eisdem Arnaudo & Honorato factis de iurando, & coactione superius mentionata, dicta pretensa transactio quatenus eos concernit, seu iuramentum, non
3 valuit, neqꝫ valet pro eo, quia non potest, nec debet † quis ad transigendum compelli. per id quod not. Bart. in. l. furti. §. qui iussu. per illum text. ff. de his qui not. infa. & in. l. ex stipulatione. per illum text. C. de senten. & interloc. omniū iudic. & est bonus text. in auth. vt litigantes iurent. §. quia vero. collatio. ix. per quem tex. scribit ibi Ange. ꝙ nullius momenti est trāsactio facta iussu, & coactione iudicis. Unde cum vt dixi, dicti Arnaudus & Honoratus, non spontanea, & libera eorum voluntate, sed penarum impositionibus coacti iurauerint, si tamen eos iurasse appareat, non valuit, nec valet quoad eos, id qd actum est. Preterea, ipsi ante prestationem huiuscemodi asserti iuramenti fuerint solenniter protestati, se velle gaudere libertate, facultate, aut iuribus super immistione & depastione eorum animalium in loco, & territorio Vallisdronie, quibus vtebantur, & vti poterāt maiores & minores eiusdem loci. Unde cum multi sint, qui non transegerunt, nec iurarunt, seu alias se non adstrinxerunt ad obseruantiam dicte pretense transactionis: & propterea pro nutu & voluntate immiserint, & depauerint, ac etiam immittant, & depascāt eorum animalia in loco, & territorio predictis, & vsqꝫ ad numerū de quo arbitrantur, vel quem volunt, & signanter nūcupati boni hominis, & alij multi, non sunt ipsi Arnaudus & Honoratus, cogendi obseruare dictam pretensam transactionem: cum ad illius obseruationem non se adstrinxerint, nisi quatenus, & si alij omnes maiores & minores illam obseruarent. Unde cum non omnes illam obseruent, nec obseruare iurauerint, non fuit, nec est purificata conditio iuramenti dictorum Arnaudi & Honorati: & sic cogendi non sunt ad obseruantiam, &c. l. cedere diem. ff. de verbo. signif. l. qui heredi. §. fin. ff. de condi. & demon. & benefacit quod notat Bald. in. l. fin. C. de testa. manumis. iuncto eo quod habetur in. l. in illa. ff. de verb. oblig. Addo ꝙ nō fuit, nec est probatum, quinimo nec opportune propositum, aut deductum parte dictorum syndicorum ꝙ dicti Arnaudus & Honoratus non potuerint, aut possint nutrire, & depascere in hyeme, seu yuernare tot animalia, quot in dicto territorio

immisisse-

immisisse & depauisse pretenduntur anno Domini millesimo, quingentesimo decimo, & tempore estiuo vltra, & preter tria trentenaria: quamuis enim fortasse pretendi possit quod ipsi & anno & tempore predictis, plura animalia immiserunt, & depauerunt in dicto territorio quam antea yuernassent, aut tempore hyemali habuissent, & nutriuissent in dicto loco Vallisdronie, aut eius territorio: non est tamen probatum, quinimo nec deductum quod ipsi plura omiserint & depauerint dicto tempore estiuo, quod ipsi in dicto loco tenere & yuernare potuerint tēpore hyemali. Et sic nec articuli dictorum syndicorum nec pretense eorū probationes opportune concludunt: quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse. l. neque natales. & l. ad probationem. C. de probatio. l. non hoc. C. vnd. cogna. & c. cum contingat. cum suis simili. de offi. de lega. Potuit enim & potest esse quod licet tempore hyemali nō yuernauerint nisi tot, pone exempli gratia sex trentenaria aueris, non tamē sequitur quin potuerint yuernare duodecim, aut sexdecim trentenaria: & sic non apparet eosdem Fabros conuenisse dicte pretense transactioni. Non est omittendum quod in processu dicte cause non apparuerit, nec appareat de aliqua sufficiētia domini comparentis & interuenientis in causa, pro, & nomine dictorum pretensorum syndicorum, procuratorum & hominum: non enim apparet quod illi duo, qui pretenduntur constituisse procuratores, essent syndici ipsius loci Vallisdronie, nec quod habuerint facultatem constituendi procuratores: de quo alias plenius opponetur authore domino parte dictorū Fabrorum rogātium vos egregium virum do. iudicem loci predicti, & quēcunque in hac causa ius reddentem, nec quidquā de his que eis dicuntur parti aduerse detegatur, cum dent, & dare intendāt hanc schedulam ad partem, & illam teneri secretam, & in nullo reuelari eidem parti aduerse.

¶ Rubrica, Soluto matrimonio. ¶ Consilium. cccclxv.

¶ Epitome.

¶ Dote per extraneum constituta, qui stipulatus est eam sibi reddi, aut illi, seu illis, cui, seu quibus de iure reddi debet actio integra remanet mulieri vt soluto matrimonio morte viri, possit experiri seu agere contra vniuersalem heredem eius mariti.

1 ¶ Extraneus constituens dotem pro muliere censetur in dubio illam sibi donare: potest tamen ab initio sibi stipulari eum in causam restitutionis reddi.
2 Verbo illi, vel illis cui, seu quibus de iure, &c. in constitutione dotis apposita, quid operentur.
3 Mulieri de more dos reddenda, nisi aliud cautum sit.
4 Relatiuum cui, importat conditionem.
5 Augmentum dotis an ex integro debeat solui, dote integre non soluta. 6.
6 Doctori excellenti asserenti de consuetudine an credendum.
7 Debitor an teneatur accedere ad domum creditoris.
8 Pronuntiandum pro regula, nisi probetur contrarium.


Resupposita stipulatione parte nobiliū quōdam virorū honorabiliū Astraudi, do. de Marsano, & Rogerij Astraudi, do. Bastite iordanorum interposita super restitutione dotis per eos constitute, pro & nomine nobilis Ludouice Astraude eorum sororis nobili Ludouico Vassadelli primi eiusdem nobilis Alamani, & per quam in casum restitutionis dicte dotis si & quando locū sibi vendicaret, dictus nobilis Ludouicus conuenit, & promisit dotem huiusmodi, seu id quod de ea habuerat, & haberet, reddere & restituere dictis nobilibus Honorato & Rogerio fratribus, aut suis, seu illi, vel illis cui, seu quibus ius restitutionis spectaret in futurum, per similes solutiones, quibus constaret, & appareret legitime dotē huiusmodi in totum, vel in parte eidē nobili Ludouico fuisse solutam: Quesitum est cui dos huiusmodi adueniente casu restitutionis: qui euenit per mortem eiusdem Ludouici, restitui debuerit: an scilicet dicte nobili Ludouice superstiti, aut prefatis Honorato & Rogerio, seu suis. Pro cuius quesiti faciliori solutione premitto, quod extraneus, cuiuscemodi erant dicti nobiles Honoratus & Rogerius,

1 constituens dotem † pro muliere, censetur in dubio illam sibi donare. l. ij. §. accedit. C. de rei vxo. actio. & l. ex morte. circa fi. C. de pac. conue. Et hinc est, quod soluto matrimonio si & vbi non fuit stipulatio parte extranei constituentis interposita, illa debet restitui mulieri, aut suis heredibus: quia, vt dixi, extraneus censetur illam sibi donasse: & deinde videtur, mulier illam dedisse marito: prout scribit Bar. ff. solu. matri. super rubri. versi. quarto oppono, dicitur hic petatur. Premitto secundo non esse dubiū, quin extraneus pro muliere dotem constituens possit ab initio, hoc est tempore constitutionis pacisci, vel stipulari dotem huiusmodi sibi restitui in casum restitutionis dotis. d. l. ij. §. accedit. l. quoties. §. fi. ff. solu. matri. & l. ob res. §. j. ff. de pact. dotali. Potest enim quilibet regulariter ponere, vel indicere legem rei sue. d. l. ob res. §. j. facit. l. in re mādata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. & venditio. & c. de his. de sepultu. Potuerunt igitur dicti nobiles Honoratus & Rogerius pacisci, vel stipulari dotem predictā sibi, vel suis in casum restitutionis restitui. Et sic, si non
2 essent subiuncta illa verba, seu † illi, vel illis, cui, seu quibus, &c. videretur esse clarum, quod dos predicta non dicte nobili Ludouice, sed prefatis Honorato & Rogerio, si vixissent, vel suis debuerit restitui. Et sic difficultas, que est in hoc casu, videtur insurgere ex illis verbis seu illi, vel illis. Et quidem prima facie videtur quod dos predicta debuerit, & debeat restitui predicte Ludouice: per id quod scribit Bartol. in. l. vxorem. §. testamento. el. ij. ff. de lega. iij. vbi dicit Bar. quod licet quando pater dotem constituens stipulatur illam sibi reddi, vel filie, debeant verba ordinatim intelligi, sicut a iure ponuntur: vt scilicet primo patri competat actio in vita sua, & filie post mortem patris, vel si aliter facta fuerit sui iuris. l. ij. §. quod si in patris. ff. solu. matri. & d. l. ij. §. videamus. C. de rei vxor. actio. Tamen secus est quando extraneus, seu etiam ascendens per lineam maternam dotem pro muliere constituit, & illam sibi constituenti, vel mulieri restitui stipulatur: quia tunc integra actio queritur mulieri. l. Caius. ff. sol. matri. Sed videtur quod hoc dictum Bar. non suffragetur dicte nobili Ludouice: pro eo quia Bar. loquitur in aliis terminis. dicit enim quādo extraneus, vel ascendens per lineam maternam dotē pro muliere constituēs, stipulatur illā sibi aut mulieri restitui: casu vero nostro nihil expressum est de dicta Ludouica, sed de illo, seu illius, cui, seu quibus, inter quos casus videtur esse magna differentia. Sed opponitur huic responsioni, scilicet, quod non sit differentia inter istos casus, & quod quemadmodum in casu predicto, & in quo loquitur Bart. in dicta. l. vxorem. §. testamento. el. ij. integra acquiritur actio ipsi mulieri: ita & in casu nostro fuerit integra actio quesita dicte nobili Ludouice, in quo, scilicet fuerunt dicti quondam nobiles Honoratus, & Rogerius, stipulati dotem sibi, aut suis, seu illi, aut illis, cui, seu quibus, &c. restitui. Hoc enim expresse voluit Bart. in. l. Caius. versic. et per hoc dicebam. ff. solut. matri. vbi dicit Bart. quod cum extraneus dotē dedisset, & stipulatus extitisset illam sibi reddi, aut cui de iure reddi debuisset, ipse respondit, quod ex hac stipulatione integra erat actio mulieris, & quod perinde erat, ac si extraneus dotem constituens stipulatus extitisset illā sibi reddi, aut mulieri: quia mulier est illa cui de iure debe-
3 bat reddi, si stipulatio † interposita nō extitisset. d. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio. Et hanc opinionem Bar. sequitur Pau. de Cast. in dicta. l. Caius. versic. idem si fuit stipulatus sibi, aut cui de iure reddi. Etiam illam sequitur Joan. de Jmo. in dicta. l. Caius. versic. interdum stipulatur sibi, aut cui de iure debebitur. vbi refert Barto. dixisse isto casu actionem queri mulieri: pro eo quia ipsa est illa persona, cui de iure debebat restitui cessante stipulatione. dicta. l. vnica. §. accedit. Et subiicit hoc forte posse tolerari: quasi stipulans videatur voluisse stipulari dotem reddi ei, cui de iure alias deberet reddi cessante stipulatione. et per hoc dicit Joan. de Jmo. posse inferri ad alium casum, quando scilicet extraneus dotās mulierem stipulatur dotem reddi sibi, aut mulieri, aut cui de iure: quem casum nō prosequor: quia non est casus noster. dictā opinionē Bar. etiam sequitur Alex. de Jmo. in. d. l. Caius. versic. inquantum Bart. hic concludit, &c. Etiam sequitur Bal. Nouel. in suo tract. iur. dot. parte. vj. versic. sed quantum ad terminos questionis Bart. quando non nominatim fuit stipulatus mulieri, sed sibi, aut cui de iure deberetur, &c. vbi dicit, quod tunc subest diuersa ratio a casu, de quo predixerat, & satis vrgens: quod perinde habeatur in stipulatione per extraneum

traneum dotantem alternatiue cōcepta, scilicet ꝙ sibi, aut cui de iure: ac si fuisset stipulatus hoc modo, videlicet sibi aut mulieri, inquantum sibi de iure deberetur quia: illud relatiuum cui, importare † videtur conditionem, id est, quatenus alteri persone de iure deberetur, ꝙ sibi, si simpliciter ipse extraneus eam sine alio pacto dotasset. argu. l. Stichum qui meus erit. ff. de legat. j. Que tacita conditio non potest subintelligi, quoniam fuisset simpliciter stipulatus sibi, aut mulieri: ꝛ ita se refert consuluisse secundum opinionem Bart. apud Camerenum: ꝛ ꝙ multi solennes aduocati curie Rinchie se subscripserunt. ¶ Sed contrariam opinionem tenuit Bald. in. l. fin. versi. sed quid si dicta stipulatio est concepta alternatiue. C. commu. vtriusq̄ iudicis. dicit enim ꝙ extraneus stipulando sibi, aut cui de iure. non intelligitur stipulari mulieri: quia fundando primo stipulationem in se, de iure mulieri non debetur. d. l. quoties. ff. soluto matri. quanuis secundum eum, ꝛ vt predixi, Bart. contrarium teneat in dicta. l. Caius. Et hanc opinionem Bald. sequitur Roma. in dicta. l. Caius. idem etiā tenet Salice. in. l. auia. versic. sed tunc dubitari potest. C. de iure dotium. Et hec opinio Bart. ꝛ sequaciū videtur mihi securior, ꝛ de iure verior. Et quanuis Bald. ꝛ alij pro dicta eorum opinione in locis predictis certa fundamenta inducant, illa tamen nō obstant: prout colligitur ex ijs que scribit Alexan. de Imo. in. d. l. Caius. vbi illis respondet, ꝛ sic respondendo ad primum quesitum videtur ꝙ dicta nobilis Ludouica potuerit experiri, ꝛ agere contra dictum nobilem Alamanum heredem vniuersalem dicti nobilis Ludouici. ¶ Ad secundum quesitum, in quo queritur de augmento dotis per dictum quondam nobilem Ludouicum dicte nobili Ludouice donato in eum casum, in quē

5 ipse premoreretur: prout contigit, an † scilicet augmētum huiusmodi ex integro debeatur, an vero solum, ꝛ duntaxat pro mensura solute dotis, attento ꝙ dicta dos ex integro soluta non extiterit: Respondeo prima facie videri, ꝙ predictum augmentū solum solui debeat pro mensura dotis: vt verbi gratia, si fuerit soluta dimidia pars dotis, vel minor, debeat solui dimidia pars augmenti, vel minor. authent. de non eligen. secun. nuben. §. illud. ꝛ quod ibi Bar. ꝛ Ange. collat. j. ꝛ transumptiue in auth. sed que nihil. C. de pact. conuen. ꝛ quod not. Angel. Aret. in. §. fuerat. post medium. versic. ꝛ aduertas ꝙ mulier, que non soluit dotē. Institu. de actio. vbi etiam do. Jas. de May. versic. subdit Ange. hic ad vnum aduertendū. Sed ijs videtur obstare id, quod not. Joan. Fabr. in. l. ex morte. C. de pact. conuen. vbi voluit ꝙ dicta auth. sed que nihil. C. de pact. conuent.

6 non seruetur de consuetudine, cui † cū famosus doctor extiterit, videtur esse credendum secundum Bar. in repetit. l. de quibus. versic. quarto principaliter queritur. ibi, econtra credo ꝙ sufficiat, nisi probetur contrarium. ff. de legib. Et idē, scilicet, ꝙ doctori allegant, seu referenti consuetudinē, credi debeat, tenet do. Preposi. in. c. imperialē. §. preterea ducatus. de prohib. feud. alienat. per Freder. in vsib. feud. do. Jas. in repetit. l. iij. C. de iur. emphyt. ꝛ Andreas Barba. consil. xxiij. exordien. Sapientissimus dicit ecclesiastes. versic. modo in proposito, ꝛc. in. ij. parte. quāuis loquatur non de doctore referente consuetudinem in singulari, sed de doctoribus in plurali. Contrarium autem scilicet, ꝙ doctori referenti consuetudinē non credatur, consuluit Franc. de Are. consil. cxxxiij. exordien. In causa que vertitur. versic. sed ijs non obstantibus contrariū dico, ꝛc. vbi refert Joan. de Imol. in. l. j. §. nuntiatio. ff. de no. oper. nuntiatio. dicentem, ꝙ quando cōmunis opinio assereret consuetudinē esse, forte posset esse presumptio pro tali consuetudine: sed quādo vnus vel duo duntaxat sic affirmāt, ista non est sufficiens probatio. pro quo optime facere dicit id, quod not. Innoc. in. c. j. de fid. instrum. Et ibi refert Anto. de But. dum dicit, secundum illos, qui volunt per plura instrumenta cōfecta probari quasi possessionē notariatus, ꝙ non sufficiunt duo instrumenta, etiam si sint sine contradictione recepta ab omnibus. Et subdit Franc. de Are. ꝙ sibi simpliciter nunꝙ placuit doctrina predicta, duplici ratione. quia si personis quantumcunq̄ religiosis nō creditur, attestantibus sine iuramento. c. nuper. de testib9. quinimo nec episcopis, vt ibi not. Panor. quanto minus creditur doctoribus sine iuramento asserentibus id, quod est facti: qui forte aliquādo asserunt aliquid de auditu, vel quia sic scriptum ab alijs inuenerunt. Preterea dicit, ꝙ si doctoribus communiter asserentibus de cōsuetudine crederetur, cōcurreret duplex specialitas circa idem. Prima esset ꝙ admitterentur testes non iurati: secunda ꝙ admitteretur testis, qui testificaretur per scripturā: quod non licet. c. testes. iij. quest. ix. ꝛ. l. iij. §. idem diuus. ff. de testibus. ꝛ quod not. in. c. tuis. eod. tit. ꝛ quod not. Bart. in. l. theopōpus. ff. de dot. prelega. Et hanc opinionem sequitur Alex. de Imo. in. l. post dotem. versic. ꝛ iuxta hoc queri posset, an absq̄ alia probatione credatur glo. ꝛ doctoribus asserentibus opinionem Martin. ff. solu. matri. Et sic supposito ꝙ Joan. Fabr. fuerit famosus doctor, iste casus non est sine dubio: maxime propter authoritatē Bar. cuius quāta fuerit, ꝛ sit authoritas, nemo est qui nesciat. Verū contrariū tenentes non mouentur sine ratione. ¶ Sed vltra ꝛ preter hoc dubiū, subest alia difficultas ex eo ꝙ ab initio constitutionis dotis facte, scilicet, per dictū Rogerium fuit de dote habita fides, per dictum nobilem Ludouicum. Et si non appareat ꝙ illa postea fuerit per eundem petita, non videtur subesse, quod ipsi nobili Ludouice imputari valeat ad eam excludendam a petitione integri augmenti. pro quo allegasse sufficiat id, quod scribit do. Guid. pape in decisio. parlamenti Dalphinalis, decisi. ccccxxx. exord. Supra questio. cclxxiij. ꝛc. ꝛ plenius in decisione. cccclxv. exord. In contractu matrimonij Joannis Sauneti. Nisi forte quis dicat, ꝙ cum dies interpellet pro homine, ꝛ termini fiendarum solutionum elapsi extiterint viuēte dicto nobili Ludouico, videatur dictus quondam Rogerius constitutus in mora: quod videtur suffecisse dicto. §. illud. Sed istud non videtur obstare. Primo quidem, quia non videtur fuisse assignatus aliquis certus dies, in quo fieri deberet solutio: ꝛ sic dici non potest, ꝙ dies interpellauerit pro homine. secundo, quia cum nobilis Rogerius, ꝛ dictus nobilis Ludouicus Vassedelli non essent eiusdē fori, sed diuersorum, nō tenebatur idem Rogerius accedere

7 † ad domū creditoris: secundū cōmunem doct. opinionē: prout colligitur ex eo, quod scribit glos. Bart. ꝛ doct. in. l. item illa. ff. de constitu. pecu. Joan. de Imo. in. c. significante. versic. vlterius etiam tangit hic. vbi etiam Pan. de pignori. Panor. in. c. licet hely. vbi etiam Joan. de Ana. versic. si non sunt eiusdem fori. de symo. Bal. Joan. de Imol. ꝛ Alex. de Imol. in. l. cum filiusfamilias. §. si promissor. ff. de verb. oblig. Ange. Aret. in. §. preterea. el. j. versic. quero, locus solutioni non est designatus. institu. de actio. Alex. de Imo. consil. xcij. exordien. Perspectis ijs que in themate. in. j. vol. ꝛ do. Jas. May. in. l. ij. versi. trigesimoseptimo quero, quid si emphyteuta. C. de iure emphyteut. Unde si nō appareat ꝙ dictus Rogerius fuerit interpellatus, aut requisitus de soluendo, non videtur fuisse constitutus in mora: nec per eum stetisse, quominus dos predicta soluta extiterit. Verum nescio si de dicta fori diuersitate oppositum extiterit parte dicte Ludouice, de qua, vt opinor, opponi oportuisset; ꝛ doceri, vtpote de eo, super quo fundaretur intentio eiusdē Ludouice: quia quilibet tenetur probare fundamentum sue intentionis. l. actor. C. de probat. ꝛ l. in exceptionibus. in princ. ff. eod. tit. l. si quis. C. de fabri. lib. xj. ꝛ quod not. Innoc. in. c. in ijs. de accusat. Bart. Jo. de Imo. Alex. de Imo. ꝛ doct. in. l. ex hoc iure. ꝛ. l. in illa. ff. de verb. obligat. Et si de diuersitate huiusmodi non constaret, nō videretur idem nobilis Alamanus teneri ad totum augmentum dicte dotis, sed pro mensura dotis solute. dicto. §. illud. qui ponit regulam, quam pro se habet ipse nobilis Alamanus, ꝛ que propterea est sibi seruanda: nisi quatenus appareret fore ab ea discedendum. per id quod not. Bart. in. l. ij. ff. si quis in ius voc. non ierit. facit. l. suus quoq̄. versi. puto. ff. de hered. instituen. ꝛ. c. venerabilibus. versic. puto quoq̄. de senten. excom. in. vj. Et pro regula est

8 semper pronuntiandum, nisi † probetur contrariū secundū Bald. in. c. j. de alie. iudi. mutan. caus. fact. qui dicit ita notari per glo. in. l. qui restituere. ff. de rei vendic. Et dicit idē Bald. in. l. si tutor. in fin. C. de ser. pigno. dat. manu. ꝙ regule iuris sunt tenaciter obseruande, nisi contrarium appareat dispositio specialis: de quo articulo scribit domin9 Jason in auth. si qua mulier. versi. ideo iniqua sunt statuta. C. de sacrosan. eccles. ꝛ in. l. fin. C. de testa. Et facit optime ad predicta quod not. Ostien. in. c. vt fame. versi. tu dicas. de senten excom. Que omnia dixerim, ꝛc.

¶ Rub. ¶ De substitutionibus. ¶ Consilium. cccclxvj.

¶ Epitome.

Substitutio facta de persona extranea filio impuberi probanda est per septem testes: alias ei succedent proximiores.

Pro



PRO Declaratione, seu ostensione boni iuris honeste mulieris donne Catherine relicte Jacobi Marini in causa quam defendendo habet cū magistro Joāne Peyronis notario, est premittendum, ꝙ pro eius intentione facit publicum instrumentum testamenti dicti quondam Marini, in quo reperitur, ⁊ legitur heres vniuersalis institutus Laurentius Marini, eorundem Catherine, ⁊ quondam Jacobi filius naturalis, ⁊ legitimus: ⁊ sibi in pupillari etate, vel alias quandocunque sine liberis, ⁊c. ab humanis decederet, substituti venerabilis, ⁊ egregius quondam vir do. Laurētius Parcatoris iurisperitus, ⁊ ipsa donna Catherina: huic autem instrumento nisi contrarium probetur, standum est. l. cum precibus. cum suis simili. C. de probatio. Et nimirum si publico instrumento standum, aut credendum sit: pro eo quia illud facit rem certam, ⁊ notoriā. vt scribit Bar. in. l. j. in princ. questione. j. ff. de ope. no. nuntiatione. facit. c. fi. de cohabitatio. cleri. ⁊ mulie. ⁊. l. fi. C. de fid. instru. Et quāuis publicum instrumentum possit impugnari, prout scribunt doct. in. c. cum Joānes Eremita. de fi. instru. Bar. ⁊ doct. in. l. j. §. si quis neget. ff. quemad. testa. ape. Non tamen creditur ꝙ dictum instrumentum fuerit cum effectu impugnatum, vel ostensum parte dicti magistri Peyronis, ꝙ substitutio dicto quondam Laurentio, non de dicta donna Catherina eius matre, sed de vxore dicti quondā do. Laurentij facta extiterit. Et si qui ex testibus parte eiusdem Peyronis in hac causa producti fortasse deposuerint de pretensa substitutione facta de dicta vxore dicti do. Laurentij, quorum depositiones non vidi, illi vel deposuerūt impertinenter ⁊ inepte, ⁊ causam sue scientie etiam interrogati efficacem non reddiderunt, vel sunt pauci, ⁊ non in numero sufficienti, seu requisito ad impugnationem predicti instrumenti: ⁊ eo maxime quia audio ꝙ parte dicte donne Catherine, ⁊ pro defensione predicti instrumenti fuerunt producti aliqui testes ex instrumentarijs quod fieri potuit iuxta ea que scribunt doct. in predictorum iuribus: ⁊ qui de substitutione in dicto instrumento descripta deposuerūt. Super quibus aduertendum est, ꝙ supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ duo, tres, quatuor, aut quinque testes parte dicti magistri Peyronis in causa producti deposuissent contra dictum publicum instrumentum, scilicet ꝙ non de dicto do. Laurentio, ⁊ prefata donna Catherina facta fuerit substitutio, sed de dicto do. Laurentio, ⁊ eius vxore: Ex hoc tamen non deberet reportare victoriam idem Peyronis, quia licet predictum instrumentū impugnaretur, aut probaretur esse falsum, vt tamen non creditur, non esset tamē idem Peyronis in causa victurus, nisi fuerint, ⁊ sint septē testes qui deponant de dicta substitutione, quam pretendit esse pupillarem, ⁊ nisi appareat illos fuisse rogatos: quia cum vxor dicti quondam do. Laurentij esset dicto Jacobo Marini testatori extranea, opus fuit ad validitatem dicte pretense substitutionis presentia septem testium rogatorum: iuxta id quod habetur in. l. hac consultissima. §. per nuncupationem. ⁊. §. ex imperfecto. C. de testamen. ⁊ in. l. heredes palam. in prin. ff. eod. tit. quāuis enim substitutio pupillaris, quando scilicet filio impuberi substituitur aliquis de liberis testatoris, fieri possit in codicillis, ⁊ sic non sit tunc opus nisi quinque testibus. per id quod scribit Bar. in. l. j. §. substituere. ff. de vulga. ⁊ pupil. iuncto eo quod habetur in. l. fi. §. fi. C. de codicil. quinimo forte sufficerent duo dicta. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. Secus tamen est, quando pater vellet pupillariter substituere extraneam personam filio impuberi: quia hoc facere non posset in codicillis. vt etiam voluit Bart. in. d. §. substituere. quinimo fuerunt, ⁊ sunt multi tenentes ꝙ pater etiam inter liberos filio impuberi pupillariter substituere non possit in codicillis alium eius filium: prout videri potest in ijs que scribit do. Hiero. Anuti. in quadam sua disputatione exordien. In sacro Pōtificis, ⁊ Cesaris consistorio tale thema propositum est Rodulphus filiusfamilias, ⁊c. questione. vij. que ponitur. versic. postremo venio ad vltimum dubium. Et ꝙ ad probandum dictam pupillarem substitutionem fuisse factam efficaciter, opus sit septem testibus, satis probatur in. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. supposito ꝙ prout volunt doct. pupillaris substitutio est testamentum impuberis, vel heredum institutio, ⁊ pupillaris substitutio sunt vnum testamentum: quemadmodum igitur ad validitatem institutionis heredum facte scilicet de personis extraneis regulariter requiritur presentia septem testium, iuribus superius allegatis: ita ⁊ ad validitatem pupillaris substitutionis facte de persona extranea requirit dictus numerus. Nec sufficit hoc, sed opus est, ꝙ testes fuerint rogati. d. l. heredes palam. §. in testamentis. Non obstat. d. l. fi. §. fi. C. de codicil. vbi probatur ꝙ ⁊ in codicillis ⁊ in donatione causa mortis sufficiunt quinque testes. Quoniam respondeo vt iam dixi, ꝙ persona extranea in codicillis pupillariter substitui non potest, sed opus est ꝙ hoc fiat in testamento paterno, scilicet cuius est pars pupillaris substituti, quando facta pretenditur eodem contextu. opus est igitur ad validitatem, testes esse rogatos. d. l. heredes palam. §. in testamentis. ⁊ quod ibi Bar. ⁊ quod not. Bar. in. l. diuus. ff. de testamen. milita. vbi in fine dicit, ꝙ si testes dicant audiuisse Titiū instituisse talem, ⁊ non dicant se fuisse adhibitos, ⁊ rogatos adhoc, nihil probant. d. l. diuus. quod mandat Bart. teneri menti, quando quis habet probare testamentum per testes: vt sit cautus in formando articulos. Et idem voluit Specu. ti. de teste. §. j. versi. sed quid in predictorum casibus, ⁊ versi. sequenti. Ange. Areti. institu. de testa. §. fin. circa fin. ⁊ Alexan. de Imo. in. l. ij. C. de bono. poss. secun. tabu. Nisi igitur dicta pretensa pupillaris substitutio, que scilicet facta pretēditur de dictorum do. Laurentio ⁊ vxore, probata extiterit per septem testes, ⁊ de quibus appareat, ꝙ illi fuerint adhibiti, ⁊ rogati: dici non potest probatam extitisse substitutionem huiusmodi. Nisi forte quis dicat, ꝙ isti sunt testes instrumentarij: ⁊ ꝙ notarius scripsit illos fuisse rogatos. Quoniam respondeo, ꝙ si vt pretenditur ex aduerso ipsi deposuerint de dicta pretēsa substitutione, non apparet ex instrumento ꝙ ipsi fuerint ad hoc adhibiti, vel de hoc rogati: sed potius oppositū: quatenus ex illo colligitur, ꝙ dictus quondam Jacobus Marini dicto Laurentio eius filio substituit predictos domi. Laurentium, ⁊ Catherinam. Ex quibus omnibus infertur non fuisse, nec esse verum ꝙ domi. Frisqueta pretensa quondam vxor dicti do. Laurentij, pupillariter successerit dicto Laurentio impuberi: sed supposita dicta pretensa impugnatione, ⁊ hoc citra preiudicium veritatis, eidem ex capite proximitatis successisset dicta Catherina mater. auth. defuncto. C. ad tertullia. ⁊ in corpo. vnde sumitur.

¶ Rubrica, Uti possidetis. ¶ Consilium. cccclxvij.

¶ Epitome.

¶ Ut in secundo ⁊ tertio collectaneis.

1 ☞ Uicarius episcopi ex officio potest instituere sibi presentatos ad beneficia patronata.

2 In iudicio retinende vincit is qui prius possessionem cum titulo adeptus est.

3 Jus patronatus quando competit pluribus vt singulis, vnus sine alio potest presentare: secus si pluribus vt vniuersis.

4 Jus patronatus quando dicatr ecclesiasticum.

5 Jus tertio quesitum non solet Papa auferre: multominus inferior.

6 Possessio in beneficialibus acquiritur etiam sine canonico titulo: ⁊ etiam ex contractu inutili, ⁊ a iure reprobato.



IN Processu dudum cepto, ⁊ aliquādiu ventilato per ⁊ inter do. Ludouicum Sanuerij ex vna parte, ⁊ venerabilem virū do. Anto. de Pōte, ⁊ in quo postea interuenit venerabilis vir do. Joannes Frōtādi presbyter ex alia: de ⁊ super possessorio retinende possessionis cuiusdam capellanie beate Marie, in ecclesia Arelatensi fundate, constat ⁊ apparet ꝙ dudū, anno scilicet domini millesimo quingentesimoseptimo, ⁊ die tertia mensis Januarij, dictus domi. Antonius fuit de capellania predicta per reueren. patrem do. Petrum de Costa, generalem Uicarium reueren. in Christo patris do. Arelatēn. archiepiscopi debita ⁊ sufficienti facultate fulcitum, ⁊ ad presentationem honorabilium virorum magistrorum Jacobi Hannerij publici notarij, ⁊ Petri Puchoni pellipparij operariorum parrochialis ecclesie beate Marie de principali ciuitatis Arelaten. ⁊ patronorū predicte cappellanie institutus, Apparet preterea eundem do. de Pōte apprehēdisse, ⁊ authoritate superioris, dum

scilicet

scilicet do. archiepiscopi, aut eius vicarij adeptum extitis-
se possessionem realem, actualem, ⁊ corporalem, seu quasi
eiusdem cappitanie, ⁊ illam tenuisse ⁊ possedisse pacifice,
vsq; ad diem decimam anni ⁊ mensis predictorum, quibus
idem do. Saunerij sub colore cuiusdam pretense institutio
nis, seu collationis vt asserit sibi facte anno predicto, ⁊ die
octaua mensis Januarij, per reuerendissimum do. vicelega
tũ Auenionẽsem cepit in possessione cappitanee huiusmo
di inquietare, turbare, ⁊ molestare eũdem de Ponte. Un-
de cum de prioritate tituli habiti, scilicet a superiore, ⁊ ab
illo qui in talibus, tam per se, ꝙ eius vicarium habentem
opportunum mandatũ multa potest. c. omnes basilice. xvj.
quest. vij. iuncto eo quod de potestate vicarij episcopi quo
ad institutionem ⁊ collationem beneficiorum habetur in
c. ex frequentibus. ⁊ quod ibi scribit prima glos. ⁊ Panor.
versic. in glos. in verbo, officialium. de institutio. in. c. fina.
versic. nin beneficiorum collatio, ⁊ quod ibi glo. super ver-
bo, commissa. ⁊ docto. de offic. vicar. in. vj. Ex quibus re-
1 spectiue colligitur † ꝙ vicarius episcopi ex officio potest
instituere sibi presentatos ad beneficia patronata: ⁊ in vim
specialis mandati conferre beneficia ecclesiastica nõ patro
nata. Apparet preterea de prioritate possessionis dicti do.
de Ponte, ⁊ ꝙ ipse illam apprehenderit anno predicto
M. cccccvij. ⁊ die. iiij. mensis Januarij, ⁊ quidem non pro-
pria authoritate, sed in eam inductus mandato, ⁊ ex com-
missione superioris: propter quod apparet eundẽ de Põ-
te fuisse potiorem in dicto iudicio, ⁊ debuisse in illo vince-
2 re: vtpote habentem † priorem possessionẽ cum titulo, et
bene coloratam: ita vt nec fuerit, nec dici potuerit predo
vel intrusus: ⁊ quidem non predo, cum vt predixi authori
tate superioris fuerit in possessionẽ inductus. per id quod
not. glos. in. c. nihil. de electio. pro quo facit. l. iuste possidet.
ff. de acquir. posses. Nõ etiam intrusus, vt potest colligi ex
ijs que scribit Joan. de Imo. in. c. cũ nostris. ver. ii. sed iuxta
predicta videnda sunt duo. de concessio. preben. ⁊ Gemin.
in. c. propter. distinctio. xix. ⁊ do. Felin. in. c. in nostra. versi.
quot modis autem dicatur quis intrusus. de rescript. Et
ꝙ dictus do. de Ponte vincere debuerit in hoc possesso-
rio apparet ex ijs que scribit Barto. ⁊ per eum Joannes de
Imo. ⁊ Alex. de Imo. in. l. ii de eo. §. fin. circa. fi. ff. de acqui.
posses. quatenus voluit in casu magis dubio, ꝙ si in posses
rio retinende vnus probet de antiquiori possessione, ⁊ non
de titulo, alius vero probet titulum, vel dominiũ ⁊ posses-
sionem recentiorem, probans antiquiorem possessionem,
debet obtinere, saltem si alleget possessionẽ aduersarij esse
clandestinam respectu sue possessionis. Hoc dictum sepis-
sime repetijt Alex. de Imo. in consil. scilicet. cx. exordien.
Uir acutissimus, ⁊c. versic. porro vbi quis. in. j. volu. con-
silio. cxviij. exordien. In causa ⁊ lite. in princip. in. ij. volu.
⁊ consil. lxxviij. exordien. Omne datum optimum. versi.
sed premissis non obstantibus. in. v. volum. quinimo plus
dicit Bald. in quadam sua disputatione exordien. Accu-
satus vi turbatiua. versic. tertio modo, quia in pari, ⁊c. ꝙ
in interdicto vt possidetis obtinet ille qui docet de an-
tiquiore possessione sine titulo, etiã si aduersarius doceat
de possessione iuniori cum titulo, dũmodo ille titulus fue-
rit acquisitus post illam antiquiorem possessionẽ. pro quo
allegat in argumentum. l. si fundum. ff. de fundo dotali. et
quia alias quis de facili supponeret aliquẽ a quo emeret, ⁊
fingeret se titulo possidere. pro quo allegat in simili nota-
ta per docto. in. l. cogi. C. de petit. heredit. hoc dictum com
memorat ⁊ sequitur Alex. de Imo. in dicto consi. lxxviij.
⁊ videtur Bald. in hoc plus dixisse ꝙ alij: quia non vide-
tur requirere esse opus, ꝙ probans antiquiorem possessio-
nem opponat ꝙ possessio alterius sit clandestina respectu
possessionis sui ipsius; sed sufficiat ꝙ probet possessionem
antiquiorem, ⁊ ꝙ appareat titulum aduersarij esse obten-
tum post inchoatam possessionem sui ipsius habentis an-
tiquiorem. Unde cum in casu nostro apparuerit dictum
de Ponte habuisse possessionem, ⁊ non solum possessio-
nem, sed ⁊ titulum antiquiores possessione, ⁊ titulo dicti
do. Saunerij, non videtur esse dubium quin debuerit ob-
tinere in hoc iudicio. c. licet causam. de probatio. ⁊ per alia
predicta. Et quamuis parte dicti do. Saunerij fuerit in dis
cursu cause huius multa opposita, illa tamen non obsta-
bant eidem de Ponte. Et primo quidem non obstabat id
de quo primo opposuit, scilicet, ꝙ non solum essent patro
ni dicte cappellanie prefati magistri Jacobus Saunerij, ⁊
Petrus Pichoni, sed etiam egregius vir domin⁹ Ray-
mundus Saunerij iurium licentiatus, qui pretenditur

fuisse contemptus, ⁊ spretus, hoc est, non vocatus per di-
ctos domi. compatronos: tum quia vel ius patronatus
3 spectat † ⁊ pertinet tribus operarijs predicte ecclesie, vt vni-
uersis, seu vt collegio vniuersali, aut corpori, aut vt sin-
gulis. si vt singulis dicti Saunerij ⁊ Pichoni potuerunt
presentare non vocato predicto do. Raymundo. vt voluit
Jo. An. in. c. iij. versi. sed incidit dubium. de iur. patro. ad
quem locum se remittit in addi. Specu. tit. de iur. patro. in
additio. exordien. An patroni non vocati. diem voluit, ⁊
eleganter Anto. de Butr. in. d. c. iij. versic. quero an patro-
ni sint vocandi ad presentationis actum. Etiam idem te-
net Frederi. de Se. in cõs. cij. exordien. Nobilis quidã pa-
tronus. subijcit tamen esse honestum, ⁊ cautũ requirere vo
cem aliorum patronorum. Etiam idem sentit Calderi.
consi. suo. ix. exordien. Populus. ⁊ clarius consi. xv. quod
incipit, duo heredes presentant, ⁊c. sub rubric. seu titulo,
de iure patrona. Petr. de Ancha. in repetit. c. canonũ sta-
tuta. versi. vlterius quero. de constitutio. vbi dicit, ꝙ pote
rit vnus ex patronis presentare hodie, ⁊ alter cras. ⁊ alle-
gat Joan. Andr. in. d. ca. iij. in nouel. Panor. consil. lxvj.
exordiente. Plura sunt examinanda ad huius questio-
nis decisionem. versi. ad secundum dubium, ⁊c. vbi subijcit
istam esse communem opinionem. quod si ista est, imo quia
ista esse videtur, illa seruanda est. l. j. versi. crebrior apud ve
teres opinio. de offi. questo. ⁊. c. nouimus. ⁊ quod ibi An-
tonius de But. de verbo. sig. pro quo est vulgata theori-
ca, quam ponit Osti. ⁊ sequuntur alij in. c. j. de constitutio.
Bar. ⁊ alij in. l. fi. C. de pena iudi. qui ma. iudi. idem etiam
tenet Pau. de Citadi. in suo tracta. de iure patrona. parte
vj. arti. iij. versi. xxix. quero, an omnes patroni, ⁊c. vbi re-
spondet rationibus, ⁊ motiuis. Panor. qui visus est sen-
tire contrarium in dicto. c. iij. Unde cum in casu nostro ius
patronatus spectet dictis tribus operarijs non vt vniuer
sitati, seu collegio, vel corpori: sed vt singulis, seu singula
ribus videtur per predicta, ꝙ presentatio facta per dictos
magistros Jacobum ⁊ Petrum non potuerit ex eo impu
gnari, vel infringi: ꝙ illa facta extiterit non vocato dicto
do. Raymundo, quia ius presentandi non spectat dictis
operarijs tanquam vniuersitati, corpori, aut collegio: cum
non reperiatur, ꝙ ipsi faciant vniuersitatem, corpus, aut
collegium a iure approbatum. l. j. cum ibi not. ff. de colle.
illici. facit quod not. Bart. in. l. fi. ff. eo. tit. ⁊ Inno. in. c. de
licta. de excessi. prelato. ⁊. c. cum arbitrorum. de offi. ordina.
⁊ quod scribit Panor. in. d. consi. lxvj. qui loquẽs de par
rochianis habentibus ius patronatus, dicit, ꝙ ius pre-
sentandi ad eos pertinet tanquam ad singulos, seu singu-
lares, non tanquam ad collegium. Esto igitur citra preiu-
dicium veritatis, ꝙ vbi ius patronatus seu ius presentan
di spectat ad vniuersitatem, corpus, aut collegium, omnes
sint vocandi ad actum presentationis, ⁊ ꝙ alias contẽpti
⁊ spreti possint prosequi contemptum vt scribit Joannes
Andr. ⁊ post eum multi alij in. d. c. iij. hoc tamen non offi-
ciebat dicto do. de Ponte: cum vt predixi ius predictum
dictis operarijs non pertineret vt vniuersitati, corpori,
seu collegio: sed vt singulis. ⁊ propterea potuerunt sepa-
ratim presentare: ⁊ sic non potuit dici dictus do. Ray-
mundus fuisse contemptus. Tum etiam non obstabat di-
cta pretensa obiectio ipsi do. de Ponte: quia esto quod iste
fuisset casus, in quo debuisset dictus do. Raymundus vo
cari, ⁊ propterea quia non fuerat vocatus potuisset prose-
qui contemptum: per id quod dicit Joan. And. ⁊ multi in
d. c. iij. loquentes in patronatu pertinente pluribus vt col
legio, ⁊c. non tamen ex hoc reddebatur institutio facta per
dictum do. vicarium inualida, nulla, vel irrita: quamuis
fortasse potuisset irritari. Preterea si dicti magistri Ja-
cobus ⁊ Petrus operarij efficaciter presentare non potue
rint, ⁊ propterea ex hoc fuerit nulla, vel venerit irritanda
institutio ad eorum presentationem facta per dictum do.
Uicarium, quod tamen non creditur: multofortius fuis-
set nulla institutio, seu alia asserta prouisio quam ad pre-
sentationem dicti do. Raymũdi fieri obtinuit dictus do.
Ludouicus a reuerendo in Christo patre do. Frãcisco de
Stagno rithenẽ. exordien. Et vicelegato Auenicñ. quia
plus potuerunt, aut saltem non minus duo patroni quam
vnus. Nisi forte quis dicat, ꝙ dictum ius patronatus sit
ecclesiasticum non laicale, ⁊ ꝙ propterea dictus do. Uice-
legatus potuerit derogare iuri patronorum: per ea que ha
bentur in. c. dilectus. de offi. delega. ⁊ in. c. cum dilectus. de
iur. patro. vbi per scribentes; sed contrarium est veritas:
quia ius patronatus ecclesiasticũ dicitur, quando clericus

4 illud habet nomine sue ecclesie. ita enim loquũtur doct. cũ
loquũtur de iure patronatus ecclesiastico. Et idẽ est quan
do pertineret ad laicos religiose viuentes, & portantes ha
bitũ religiosum, & gaudẽtes priuilegio fori eclesiastici se-
cundũ do. de Rot. qui ita cõcludũt decis. viij. exord. Nota
ꝙ clericus, cui est collatũ beneficium de iur. patr. in antiq.
qui loquentes de eo, qui impetrauit beneficium spectãs ad
collationẽ, seu presentationẽ Beguinarũ seculariũ, dicũt
ꝙ valet collatio non facta mẽtione de iure patronat⁹ ipsa
rum Beguinarũ: pro eo, quia posito ꝙ tales Beguine sint
seculares, religiose tamen viuunt, & habitũ portãt religio-
sum: & ideo nõ vidẽtur mere laice: quia licet sint laice, tamẽ
propter religionẽ, quã habent, vidẽtur facere collegiũ arg.
notatorũ in. c. cum ab ecclesiarũ. de offic. ordi. iuncta. l. j. ff.
de collegi. illici. ita etiam scribit do. Felin. in suo tractatu
quando litere Apostolice noceant patronis ecclesiarum.
versic. limitatur quarto. Nihil autẽ tale reperitur in dictis
operarijs, vtpote qui nec sint clerici, nec habent hoc ratio
ne eorũ ecclesie, quia illa nõ habent, nec sunt tales, qui fa-
ciant collegiũ non mere laicũ, & habẽs qualitates, de qui-
bus in dicta decisio. Sed nec aliud, vt superius dixi, pro-
pter quod dici non possunt patroni ecclesiastici: cũ etiam
clericus ad quẽ pertinet ius patronatus ratione patrimo
nij sui, non dicatur, nec sit patronus ecclesiasticus, sed lai-
cus: vt scribit glos. in clemen. plures. in verbo, presentare.
de iur. patr. & Panor. in. c. cum vos. de offic. ordin. & dom.
Felin. in dicto tract. quando litere Apostolice. versic. am-
plia quinto dictã regulam. Preterea in terminis nostris
do. Felin. in tracta. predicto, versi. induxi etiã ad questionẽ
facti: vbi expresse loquẽs de operarijs, hoc est prefectis fa-
brice ecclesie, ꝙ multi sunt in Tuscia, quibus pertinet ius
patronatus, dicit ꝙ ipsi sunt patroni laici, non clerici. Ex
quibus infertur ꝙ dictus reuerendus do. episcopus Ra-
theneñ. pretensus vicelegatus nõ potuit derogare iuri pa-
tronatus dictorũ operariorum: per ea que habentur in di-
cto. c. dilectus. de offic. delega. & in. c. cum dilectus. de iure
patrona. & quod vtrobiqꝫ per scribentes. Et sic capellaniã
predictam conferre non potuit tanꝗ existentem de patro-
natu clericali, nec in ea instituere potuit dictũ do. Saune-
rij, cum non fuerit per maiorẽ partem sibi presentatus, sed
per minorẽ. Preterea etiam nec obstitit eidem domino de
Ponte, id de quo vlterius fuit oppositũ, scilicet ꝙ venera
bilis quondã vir do. Joannes Reynaudi vltimus rector
dicte capellanie fuerit prothonotarius, & ꝙ propterea de
dicta capellania: vtpote reseruata non potuit dictus de
Ponte per do. vicariũ Arelateñ. institui: tũ quia de hoc
non apparet: tum & quia beneficia existentia de patronatu
laicorũ non censentur cõprehendi in reseruationibus. per
id quod plene scribit do. Felin. in. d. tracta. quando litere
apostolice. versic. limita. ij. dictam regulã, vt nõ habeat lo-
cum, &c. & Roch. de Cur. in suo tract. iur. patro. super ver-
bo, cõpetens alicui. versic. vigesimoquarto quero. Etiã nec
obstitit alia prouisio, quam anno Domini. M. cccccviij. &
die prima mensis Decẽbris obtinuisse pretenditur a reue-
rendo patre do. Joanne Arzelerij locumtenente reueren.
do. legati Aueniioneñ. Tum quia cũ iam esset ius quesitũ
dicto do. de Ponte, non potuit idem do. Arzelerij illud
5 sibi auferre. quod nec papa facit, aut facere solet. Tum et
quia pretendi nõ poterat collationem predicte capellanie
fuisse ad eũ deuolutam ex capite negligentie patronorũ in
nõ presentando infra quatuor menses: cũ de cõtrario ap-
pareat, & signanter quoad dictos magistros Jacobũ San
nerij, & Petrũ Pichoni, qui eundẽ do. de Ponte presen-
tarunt. Non etiã potuit idẽ do. Arzelerij derogare patro-
natui laicorũ: vt superi⁹ dixi. Preterea dicta pretẽsa pro-
uisio fuit obtenta, si & quaten⁹ obtenta appareat ex longo
interuallo institutionis facte de dicto de Ponte, & appre
hense per eum possessionis: propter quod nõ potuit inua-
lidare vel infirmare possessionẽ eiusdẽ de Ponte, nec face
re quin vt prior, & habens possessionẽ opportune coloratã
siue titulatã, deberet manuteneri, & vincere in iudicio pos-
sessorio. Ceterũ quia pendẽte causa predicta venerabi. vir
do. Joannes Frontandi ex collatione sibi facta per dictũ
do. Arzelerij locumtenen. successit in ius dicti do. de Põ-
te, cõperio ꝙ cõtra eundẽ Frontãdi inter alia fuerint duo
opposita. Primũ quidẽ ꝙ in renuntiatione dicte capel-
lanie: quã ex causa permutatiõis fecisse legitur dictus do.
de Ponte, seu secuta permutatione, & collatione capella-
nie huiusmodi facta eidem do. Frontandi, vocati non fue-
runt dicti patroni. Secundũ de pretensa simonia, quã cõ-
misisse pretenduntur dicti magister Jacobus & Petrus,
ꝙ scilicet aliquid fuerit eis datũ, vel remissum: vt dictũ de
Ponte presentarent. Sed non puto ꝙ predicta, seu eorũ
aliquod obstiterint, seu obstent predicto do. Frontãdi. Et
primo quidẽ non primum: quia permutatio de qua supra,
fuit pro tẽpore operarijs & patronis dicte capellanie insi-
nuata, & ipsi vocati, vt illi interessent quod facere minus
iuridice renuerant: tum & quia etiam permutatio huius-
modi eisdẽ patronis insinuata nõ extitisset, aut non fuis-
sent ipsi operarij, & patroni vocati, vt illi interessent, non
propterea nulla extitisset dicta permutatio quãuis fortas-
se potuissent ipsi patroni, si causa iusta substitisset, agere
de contemptu secundũ cõmunem opinionem, quam tenet
Frede. de Sen. in suo tracta. de permutat. beneficio. que-
stio. xxx. inducens Pau. de Leaza. in clemen. j. de rer. per-
mutat. do. de Rot. decisio. cccvij. exord. Permutatio fa-
cta per ordinarium de beneficio, &c. in nouis. que hodie est
quinta secundũ modernam collectionẽ do Cardi. Flor. in
d. clemen. in. j. questio. iiij. Joan. de Imo. in. c. exhibita. ver
sicu. tertio queritur an permutatio, &c. de rer. permutatio.
Panor. in. c. cũ dilectus. circa mediũ. de iur. patro. & in sua
solenni disputatio. exordien. Augerio patronatũ in basi-
lica Nicostrati, &c. versic. sed ad primum dubiũ, ꝙ collatio,
&c. ibi, idem apertius voluit Freder. &c. & Gemi. in. c. vnic.
de rer. permutat. in. vj. vbi etiam. versic. ex quo infertur ꝙ
licet permutatio, &c. idem tenuit Philip. Franch. Et cũ
hac opinione videtur transire do. Felin. in. c. cũ Berthol-
dus. versic. limita quinto in permutatione, &c. de re iudic.
& Roch. de Cur. in suo tracta. de iur. patrona. super ver-
bo, honorificũ. versic. tertio quero. Ex quibus duo inferun
tur: primum quidem ꝙ collatio eidem do. Frontandi fa-
cta per dictum do. Arzelerij de dicta capellania vacãte ex
causa permutationis pretendi non possit fuisse nulla pro-
pter omissionẽ insinuationis seu vocationis dictorũ ope-
rariorum, & patronorum, si illa omissa extitisset, prout non
fuit. Secundũ ꝙ presentatio quam fecisse pretendũtur pro
tẽpore asserti patroni, anno scilicet, Domini M. cccccix.
& die. xj. mensis Aprilis, de dicto do. Ludouico Saunerij
non valuit: & consequenter nec pretẽsa institutio facta per
do. vicariũ Arelateñ. anno, mense, & die huiusmodi: vtpote
facta de beneficio non vacante, & quod eidem do. Frõtan-
di antea eodem anno & die. iij. mensis Aprilis collatũ exti
terat. Etiam nec obstat id quod eidem do Frõtandi visus
est opponere dictus do. Saunerij de simonia, scilicet supe
rius mentionata. Tum quia illa non est probata. & quidẽ
non per quoddam pretensum instrumentum sumptũ an-
no incarnationis Dominice, millesimo quingẽtesimo ter
tio, & die. v. mensis Januarij: continens quandã donatio-
nem quam fecisse pretenditur Adam de Ponte cuidam
Damino pretenso nepoti magistri Petri Piroti: quo-
niam ex contẽtis in instrumento huiusmodi nihil colligi-
tur. per id quod deprehendi possit, ꝙ pro obtinẽda presen
tatione, de qua in actis cause huius, idem Adam eidẽ Da
miano donauerit illos octo florenos pensionales, de qui-
bus in dicto instrumẽto. Et sic non facit instrumentũ hu-
iusmodi pro eodẽ Saunerij. Etiã nec probatur per depo-
sitionem seu dictũ dicti magistri Petri Pichoni, & Gui
lielmi Curteti, etiam si recẽsiti deposuissent prout legũtur
releuasse post pretẽsum generale monitoriũ: quoniam cum
ex illorũ depositionibus si vere essent, appareat vnũ fuisse
simoniacum, & aliũ fuisse mediatorem, & sic eos in hoc pec-
casse, non est eis credendũ. c. veniens. el. j. & quod ibi docte.
de testib. Cui dicto non obstat. c. j. de testib. in. vj. quia ille
text. loquitur in alijs terminis quando scilicet mediator
seu proxeneta, producitur in testem cõtra eiusdem sceleris
authorẽ, cuiusmodi fuisse proponitur dictus do. Frontan
di: quinimo nec prefatus dominus de Ponte: imo & ꝙ
plus est nihil fuit appositum vel obiectum de scientia, aut
cognitione dicti do. de Ponte. Nihil etiam oppositum est
aduersus institutionem, scilicet ꝙ illa obtenta extiterit
per simoniam: aliquo, videlicet dato, vel remisso venerabi
li, reuerendissimoqꝫ do. vicario Arelateñ. Quo fit, vt nec
oppositio huiuscemodi pretẽse simonie, nec alie de quib⁹ su
pra obfuerint predicto do. de Põte, vel obesse possint pre-
fato do. Frõtandi, de cuius iure apparet. Illa enim oĩa cõ-
cernunt merũ petitoriũ, & que nõ impedierũt inquisitionẽ
possessionis dicte cappellanie etiã si opposita vera essent,
6 prout non sunt: quia possessio, acqui. potest † etiam in bene-

ficialibus siue canonico titulo. vt etiam voluit Petr. de Ancha. in repeti. regule beneficium. in princ. de regu. iur. in. vj. ponderans tex. illum dicere obtineri, non possideri. videmus enim secundū eum, ꝙ ex titulo minus canonico transfertur possessio beneficij: quod patet, quia quandoqȝ quis ipsum possidet tanquā predo, ⁊ tamen datur sibi restitutio si spolietur. c. item cū quis. ⁊ c. in literis. de resti. spol. quandoqȝ etiam titulus ipso iure extinguitur in personā vnius, qui tamen possessionē retinet. c. licet episcopus. de preben. in. vj. Et quandoque iura disponunt de possessione beneficij reseruato iudicio proprietatis. c. cum super. ⁊ c. cum ecclesia. cum multi simi. de cau. possessio. ⁊ proprie. Dicit etiam ꝙ cum cuidam rectori hospitalis agenti interdicto, vti possidetis, opponeretur cura hospitalis huiusmodi fuisse sibi commissam non seruata forma clementi. quia contingit. de relig. domi. Et propterea pretenderetur idem rector non potuisse querere possessionem dicti rectoratus, seu cure, ⁊ sic ꝙ vt non possessor agere non poterat interdicto vti possidetis, refert idem solennis doctor se respondisse ꝙ ex cōtractu inutili, ⁊ a iure reprobato trāsferatur possessio. l. j. §. si vir. ff. de acquir. possess. Dicit etiā Anto. de Butr. in. c. ex insinuatione. in. v. notabili. de procuratori. ibi esse tex. apertum decidentē dubia canonistarū, in. c. literis. ⁊ in. c. ex parte. de resti. spolia. ⁊ quod not. Ioā. And. in addi. Specu. in rubr. eiusdem tituli, ꝙ ad dandā possessionem que causet possessoriū in beneficialibus, non exigitur probatio tituli: ⁊ sic agenti possessorio in beneficialibus non obstat exceptio defectus tituli proprietarij, nec exceptio non canonice institutionis, ⁊c. quod si ita est, multominus obstare debuerunt dicto do. de Ponte, ⁊ nūquā nunc obstare debent prefato do. Frontaudi opposita parte dicte do. Saunerij ad fines impediendi manutentionem possessionis aut victoriā in possessorio retinende: cū vt sepe dictū est titulus, ⁊ quidem non reprobatus, nec minus maxime prima facie canonicus, ⁊ possessio dicti domi. de Ponte precesserint pretēsos titulū ⁊ possessionē dicti do. Saunerij. Quo fit vt possessio quam pretendit, fuerit, ⁊ sit clandestina: ⁊ reuera inquietatio quā sibi facere non licuit. per id quod scribit Bar. in. l. naturaliter. §. nihil cōmune. in prima lectura. versi. iij. oppono. ff. de acquir. poss. ⁊ post eū Pan. in. d. c. in literis. versi. aduerte primo. que eundez do. Saunerij etiā cū pretenso tit. per eū allegato nō iuuat. per ea que vt superius dixi, scribunt Bar. Ioan. de Imo. Alex. de Imo. ⁊ moder. in. d. l. si de eo. §. fi. ff. de acqui. poss. Videtur igitur sub benigna supportatione huius insignis curie, ꝙ dictus domi. Frontaudi obtinere debeat in hoc possessorio iudicio.

¶ Rubr. De legatis. ¶ Epitome. ¶ Consiliū. cccclxviij.

¶ Legans alicui summam in qua sibi tenetur, si in pluribus summis obligatus sit: cum omnium summarum eadem sit ratio, omnes videntur legate; cum alias legatum tanquam incertum esset nullum.

1 ¶ Indefinita quando equipolleat vniuersali, ⁊ qn̄ non.
2 In testamentis plenior fit interpretatio.



Onitur In facto, ꝙ nobilis ac generosus ⁊ potens quondā vir Viroletus de Ponteues do. Cotiniaci, in suo vltimo ⁊ nuncupatiuo testamēto, legauit, ⁊ reliquit nobili ⁊ generoso viro Carolo Rodulphi, eius auunculo, domi. Lymancij, summam in qua eidem tenebatur, ⁊ erat obnoxius, liberationem ⁊ quietationem ipsius debiti plenarie faciendo, ⁊ concedendo, ⁊ ipsum de eadem summa, ⁊ suos liberando. Necnon etiam legauit siue reliquit ipsi nobili domino Carolo auunculo suo summam centum ⁊ triginta quatuor scutorum, cuiusdem apodixe penes eum existētis, contra nobilem Iordanum Cueuo de Briansono dependente ex dicto debito, cedendo ⁊ remittendo eidē Carolo iura, ⁊ actiones sibi competentes, tam contra ipsum nobilem Carolum Rodulphi, ꝙ contra eundem Iordanum. Et quam appodixā voluit, ⁊ ordinauit eidem nobili Carolo expediri, ⁊ manualiter cōsignari: ita ꝙ eius heres eidem nobili Carolo nullam petitionem, aut demandā de premissis facere posset. Unde cum vt in facto supponitur, idem nobilis Carolus dicto do. de Cotiniaco fortasse teneretur non tantum in vna summa, seu vno debito ex vna causa, sed forte in diuersis summis, ⁊ debitis, ⁊ ex diuersis aut pluribus causis: Queritum est an dictus do. de Cotiniaco censeatur reliquisse, aut legasse duntaxat vnum debitum, seu summā, aut omnia debita, seu summas, eas scilicet, in quibus ex quibusuis causis eidē de Cotiniaco tenebatur dictus nobilis Carolus? Dubiū facit, quia dictus testator legauit summam ipsi Carolo, ⁊ sibi debiti liberationem plenarie concessit: non dicit omnes summas, nec omnium debitorum liberationem, ⁊c. ⁊ sic loquutus est indefinite, non vniuersaliter: propositio autem indefinita in
1 materia contingenti, cuiusmodi est hec, nō videtur equipollere vniuersali: ⁊ ita videtur esse aliud dicere, lego summam in qua mihi tenetur, ⁊c. ⁊ lego omnem summam. l. illud. §. quesitum. ff. de legat. iij. vbi si legatur marmor: sola marmoris materia, ⁊ non species de marmore facta legata censetur: secus vero si legetur omne marmor: quia tunc censerentur legate etiam statue marmoree, ⁊ cetere species de marmore facte. l. heres meus. §. j. ff. de legat. iij. ⁊ l. j. ff. de auro ⁊ argen. lega. ⁊ idem si quis leget lanam: quia tunc nō venit lana tincta: secus autē si leget omnem lanā. vt scribit Dyn. in loco infra allegando. ¶ Sed ijs non obstātibus existimo in casu nostro contrarium esse verius: tum causis ⁊ rationibus allegatis per egregium virum do. Stephanum Rodulphi, primo scribentem, quas non repeto: tum ⁊ quia licet quando omniū particularium in vniuerso cōprehensorum, nō est eadem ratio, indefinita nō equipolleat vniuersali affirmatiue. dicta. l. quesitum. §. illud fortasse. ff. de legat. iij. tamen secus est, quādo omnium particularium huiusmodi est eadē ratio, ⁊ conditio: quia tunc indefinita equipollet vniuersali affirmatiue: prout voluit Dy. in. l. si pluribus. ff. de legat. ij. ⁊ extra de regu. iur. super rub. versi. item per verba indefinita. in. vj. quem sequitur Bar. in. d. l. si pluribus. versic. quandoqȝ dispositio remanet valida. et tunc distingue quando cadit inter res, ⁊c. vbi etiam Floria. de sancto Petr. versi. si affirmatiue. pro quo allegat dictam. l. si cui lana. ff. de legat. iij. idē etiā voluit ibi Cuma. Exemplum ponit Dyn. vbi supra, si testator instituat plures heredes, ⁊ postea dicat, damno heredē decem dare Titio. effectus damnationis cōprehendit omnes vniuersaliter: quia eadem est conditio omniū, ⁊ eadē est ratio possibilitatis damnandi eos: ꝗ omnes sunt heredes, ⁊ omnes percipiūt commodum a defuncto. d. l. si pluribus. ⁊ l. si ita relictum. circa princ. ff. de lega. ij. Unde cum eadem ratio ⁊ conditio omniū summarū seu debitorum etiā fuerit, et sit in casu nostro: quia eadē erat facultas eidem do. Cotiniaci relinquēdi omnes summas: cū quilibet sit regulariter moderator, ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mand. l. dudū. C. de contrah. emptio. ⁊ vendi. ⁊ l. non vsqȝ adeo. ff. si quis a paren. fue. manumis. videtur ꝙ dicta indefinita equipolleat vniuersali. ⁊ ꝙ perinde sit, ac si dictus do. Cotiniaci legasset omnes summas sibi debitas per dictum nobilē Carolum. Pro quo etiam facit id, quod superius dictum est de legato lane, ⁊ marmoris indefinite relicto: quia licet legatum huiusmodi, non equipolleat simpliciter legato oīs lane, vel omnis marmoris: equipollet tamen legato oīs lane, ⁊ legato omnis marmoris: eius scilicet cuius omniū particulariū subiectorū est eadē ratio. in legato enim lane indefinite relicto, non solum cōtinetur lana a pellibus separata, sed etiam ea que adhuc pellibus inest. nec solū continetur lana non neta, seu non filata, sed etiam neta. d. l. si cui lana. circa princip. Et ita legatum lane indefinite relictum, importat quandam vniuersitatē: quamuis non tantam, quantā importat legatū omnis lane: ⁊ idem videtur dicendū de legato marmoris: marmorū enim, vt dicit beatus Ysidorus in. xvj. lib. ethimologiarum. c. v. sunt colores ⁊ genera innumerabilia. Esto itaqȝ ꝙ in legato marmoris, non veniat statua marmorea, posset tamen continere vniuersalitatē: vt verbi gratia, ponamus testatorē habuisse triginta lapides marmoreos diuersorum generum: ⁊ ꝙ ipse legauerit eius marmor, venient profecto in legato omnes illi lapides, quos suppono nōn fuisse effigiatos, seu redactos in statuas, vel in alias species. dicta. l. quesitum. §. illud, ⁊ quod scribit Dyn. in dicta rub. Pro predictis facit quod scribit Cuma. in dicta. l. si pluribus. versic. mihi aūt videtur ꝙ Bart. ⁊c. vbi loquens de indefinita in singulari circa res, dicit ꝙ quedam sunt nomina indefinita que ex proprio suo significato, vel ex cōmuni vsu loquendi importare habent quandam vniuersitatem. vt argentū, aurum, ⁊ marmor: ⁊ hoc casu ista equipollet vniuersali. et ita loquitur secundum eum, etiam dicta lege si pluribus:

quia

quia heredis appellatio ex communi vsu loquēdi omnes continet.l.in vlti.ff.de verb.sig. Quedam autē sunt nomina indefinita in singulari prolata, que non important secundum propriū significatum, vel secundū communē vsum loquendi aliquā vniuersitatem: & hoc casu indefinita non sumitur vniuersaliter, sed particulariter.l. Meuius.§. cū duob⁹.ff.de lega.ij.& l.legato generaliter.ff.de lega.j. Summa vero videtur posse cōprehendi in primo membro, & dici de illis que continent quandā vniuersitatē, & que etiam in singulari cōprehendit plures summas ſm communem vsum loquendi: quod etiā opportune colligitur ex ijs que scripsit prefatus do. doctor. Pro premissis facit quia in contractibus fit plena interpretatio: in testamentis vero plenior.l.in testamentis.ff.de regul.iur.l.iij.ff.de vin. triti. & oleo lega.& c.cū dilecti.in fi.de donatio. facit etiā qa materia libera est & fauorabilis. Preterea nisi sic interpretaremur, videretur dictum legatum fuisse, & esse nullum ratione incertitudinis: quia nesciremus de qua summa, seu de quo debito sensuerit testator: ne ergo hoc cōtingat, & sic vt potius valeat res, ꝗ pereat, dicendū est legatam esse omnē summam.l.quoties.ff.de reb. dub. Cui dicto non videtur obstare id quod habetur in.l.j.C.de solutio.& in.l.ij. ff. eo. tit. quia ille loquuntur in alijs terminis, & in quibus non posset contingere absurdum, vel ridiculosum quod posset contingere in hoc casu, & de quo facillime potest cogitans ponere exemplum. Preterea hic est aduertendum, ꝙ dictus de Cotiniaco non solum legauerit summam sibi debitam per dictum nobi.Carolum, sed etiam centū & triginta quatuor scuta auri regia, que potius censetur ea voluisse relinquere vltra & preter omnes summas sibi debitas per dictum nobi.Carolū, ꝗ vltra & preter vnā ex summis debitis, & in alijs illū reseruare suum debitorem. Fingamus enim vnum debitum, qđ voluerimus, & ꝙ vltra illud deberentur centū & triginta quatuor scuta, vel vltra seu etiam minus, nunquid videtur verisimilius ꝙ iste testator reliquerit dictū debitum, & aliam summā; & nihilominus vltra hec dictū legatum centum & triginta, &c. ꝙ cum remanente eo in quo tenebatur dictus Carolus vltra dictum debitū, sibi legauerit testator dicta cētū & triginta quatuor scuta, profecto videtur si que erat difficultas in legato summe, ꝙ illa possit tolli per istud legatum factum de centum &c. Et nimirum quia vna pars testamenti declaratur per aliam.l.qui filiabus.in princip.& l. si seruus plurium. §.fina.ff.de lega.j.

¶ Rubrica, De testament. de legat. & de secun. nuptijs.

¶ Epitome.

¶ Ut in collectaneis.

1 ☞ Confessio dotis recepte facta in testamento non probat numerationem, nisi facta sit vxore presente, acceptante, & stipulante: quo casu habet talem effectum, qualem facta inter viuos.
2 Confessio cum promissione pro traditione habetur.
3 Donationi iurate non obstat defectus insinuationis.
4 Mulier etiam transiens ad secunda vota potest pro libito alienare legatum sibi a priore viro relictum dum tamen non supersint ex illis liberi: & nu.8.
5 Detractio trebellianice potest per testatorem prohiberi: idem in falcidia.nu.6.
7 Heres de restituendo grauatus potest pro solutione debitorum hereditariorum, & legatorum vendere de bonis hereditarijs, si non superūt pecunia hereditaria.

¶ Consilium.cccclxix.



Ulta Et varia sunt dubia, de quibus queritur parte nobi.& honeste mulieris donne Margarite de Reneis, ciuis massilien. relicte nobi.& honorabilis quondā viri Reynaldi Alteuitis: quibus respondeo breuiter & succinte put infra. Et primo ad primum in quo queritur an per confes-
1 sionē de qua in casu mihi † exhibito, & quam fecisse legitur dictus quondam nobilis Reynaldus in suo vltimo, & nuncupatiuo testamento de duobus mille florenis, licet fortasse de totius huiusmodi summe numeratione nō appareat, dictam summam extrahere, & separare possit ab hereditate dicti quondam Reynaldi, an vero opus erit probare illam numerationem. Dico & respondeo ꝙ prima facie videtur dicendum ꝙ confessio predicta non sufficiat.l.qui vxori.& quod ibi Barto.ff.de aur.& argen. lega. vbi scribit Bar.nota.istam.l.nā sepe venit, ꝙ testator relinquit vxori dotes suas, & postea facit eam heredem, & rogat eam alij restituere: modo heredes vxoris volunt ante restitutionē deducere, siue detrahere dotem: sed certe non possunt, nisi probent dotem datam esse per instrumentum. text.est hic. hec ille facit.l.si non designata.C.de falsa cau.adiec. lega.& quod scribit Bar.in.l. cum quis decedens.§. codicillis.ff. de lega.iij. vbi multa iura inducit, in quibus probatur ꝙ per confessionem factam in testamento censetur quis legasse, aut fideicommissum reliquisse, & hoc operatur confessio non autem operatur probationem. Et sic quāuis per dictam confessionem factam per dictum quondam nobilem Reynaldum videatur ipse censeri eidē nobili Margarite sue vxori legasse, & reliquisse summam predictam duorum millium florenorum, non tamen videtur ꝙ per eam probari possit eorum numeratio: & hinc videretur sequi ꝙ adueniente conditione vniuersales fideicommissi relicti illi Reynaldo Alteuitis alumno, vel illis nepotibus, non poterunt heredes dicte nobilis Margarite detrahere summam predictam. Sed contrarium puto esse verius pro eo quia tempore facte confessionis dicta nobilis Margarita fuit presens, & sibi presenti, stipulāti, & acceptanti, pro se, & heredibus facta est confessio huiusmodi. Quo fit vt confessio huiusmodi habuerit, & habeat illum effectum, quē habuisset si facta extitisset inter viuos. vt dicit Jacob.de Belloui.in auten.de iureiuran.a morien.presti.collatio.v.pro quo allegat ea que leguntur & notantur in.l.heredes palam.§.fin.ff.de testa. Et idem tenet Bar.in.l.Lucius.§.quisquis.el.ij.ibi, & ista vera nisi poneret partem presentem.ff.de lega.ij.& in dicta. l. cum quis decedens.§.codicillis. versi. predicta vera nisi fuisset confessus.ff.de lega.iij.& Bal.nouel.in suo trac. iuris dotiū, parte.vi.versic.insuper si maritus in testamento confitetur habuisse pro dote sue vxoris, &c. ibi, & hoc nisi presente vxore: facit ad predicta.l.publia.§.fi.ff.deposi. Sed forte opponetur, ꝙ cum dixerim confessionem huiusmodi habuisse, & habere illum effectum quem habuisset, & haberet si f.cta esset inter viuos, istud non multum prodest eidem nobili Margarite quia si maritus inter viuos confiteatur se dotem vxoris recepisse, ista confessio presumitur facta sub spe future numerationis: prout scribit Joannes de Jmo.in.l.si diuortio.ff.de verbo.oblig.& ante eum hoc voluit Dy. in quodam suo consil. exordiente. Queritur vtrum instrumentum dotis.& ita tam scribendo, ꝗ consulendo tenuerunt multi solennes viri, quos commemorat Alexan.de Jmo.in dicta.l.si diuortio.versi. tertia fuit opinio. Unde cum non appareat ꝙ dos predicta postea numerata extiterit, non videtur confessio huiusmodi eidem domine Margarite profuisse. Sed hoc non obstat: tum quia multi sunt, & quidem doctores solennes, & illustres, tenentes quod non sub spe future numerationis, sed animo donandi presumatur maritus confessus fuisse dotem recepisse. Et hanc opinionem tenuit Bartol. in dicta. l. si diuortio.& in.l. Papinianus. ff. de donatio. inter virum & vxo.& in.l.ij.§.creditum.vbi etiam Bald. ff. si cert. peta. Bartol.in dicta.l.cum quis.§.titia.ff.de lega. iij. Bald.in l.j.C.de donatio. ant. nup. & in. l. j. C. de inoffi. donatio. Multos alios inducit Alexand.de Jmo. in dicta.l. si diuortio. versicu.& iuxta predicta dubitauit hic Bartol. Et hanc opinionem dicit Alexan.de Jmo.in consi.xlv.exordiente habita super ijs esse magis communem. Et hanc opinionem eo scilicet casu, quo confessio facta est durante matrimonio tenuit Joan.Andr.in addi.Specu.in rubrica de donatio. inter vir.& vxo.sequens opinionem Alber. Galeo.cum qua transit Bald.& Ange.in.l. penultima.§. mulier.ff.solu.matri.pro qua opinione etiam multa inducit Alexander de Jmola.in dicta.l.si diuortio.versicu.secunda fuit opinio Joannis Andree. Et quamuis opinio supra primo loco recitata, habeat multos defensores, illa tamen non obest intentioni dicte donne Margarite: pro eo quia confessio de qua querimus, facta fuit in testamento; quo casu nunquam facta presumitur sub

spe future numerationis. vt voluit glos. magna in. l.j.C.
de fal.cau. adiect. lega. quam pro singulari ad hoc inducit
Bald.in tit.de pace Constan.in versi. vassalli.el.j.in.l. ge-
neraliter.⁊ in.l.fina.C.de non numera.pecun. vt etiam vo
luit Alexan.de Jmo.in.d.l. si diuortio. versicu. tertia fuit
opinio.⁊ in dicto consil. xlv. ibi, ⁊ presertim vbi facta esset
confessio in actu testandi,⁊c.Tum ⁊ quia dictus quondã
nobilis Reynaldus in dicta per eum emissa confessione
renuntiauit exceptioni nõ numerate dotis: quo casu pro-
culdubio procedit quod dixi,scilicet ꝙ talis confessio pre-
sumatur facta animo donandi: quam etiam sequutus est
Joan.de Jmo. in.d.l.si diuortio. Et hoc dictum sequitur
Alex.de Jmo.in dicta.l.si diuortio.vbi mandat menti te-
neri:quoniam non potest tunc videri confessionem factam
esse sub spe future numerationis:sed animo donãdi. Sed
forte tũc magis obstabit scilicet ꝙ cũ donatio inter viuos
facta inter coniuges tempore non valeat.l. j. cum multis
simili.ff.de donatio. inter virum ⁊ vxo. ⁊.l.hac edictali.in
princ.C.de secund.nup.confessio predicta cum effectu non
valuit.Sed istud non refragatur, neque obstat: tum quia
illa fuit iuramento vallata,⁊ sic iuramento confirmata; ⁊
sic valuit ⁊ valet secundum communem opinionem ⁊ ve-
ram. vt voluit Guiliel.de Cug.in.l.sed si possessori.§.item
si iurauero.ff.de iureiuran.Bar.in.l.Seyus ⁊ Augerius.
vbi etiam Alex.de Jmo.ff.ad leg.Falci.Bart.in.l.si quis
pro eo.ff.de fideiussor.multas remissiones ponit Alexan.
de Jmo.consil.clvij.exord. Viso instrumẽto donation.⁊c.
veri.non obstat etiam si diceretur dictam donationẽ,⁊c.
in.ij.volu.⁊ quod not.Panor.in.c.si.de donatio.inter vir.
⁊ vxo.Fran.de Are.consi.lxxiiij.⁊ alij in alijs locis. Pre-
terea cum dictus nobilis Reynaldus ab humanis deces-
serit nõ reuocata donatione huiusmodi, illa fuit per eius
2 mortem confirmata:pro eo quia cõfessio † cum promissio-
ne pro traditione habetur. vt voluit etiam Alexand. de
Jmo.in dicto consi.xlv.versi.⁊ loco traditionis que requi
ritur,⁊c.pro quo allegat glos.in.l.ij.C. de do. cau. non nu-
mera.⁊ quod not.Bart.in.l.Papinianus.ff.de donatio.
inter vir.⁊ vxo. ⁊ Bal.in.l.ij.§.credendũ.ff.si cert.peta.per
talem enim confessionẽ fingitur mulierem a marito acce-
pisse,⁊ in causam dotis cõstituisse.argu.l.iij.§. ꝙ sciendũ.ff.
de donat.int.vir.⁊ vxo.⁊.l.licet.§.j.ff.de iur.dotiũ.⁊ quod
not.Bar.ff.solu.mat.super rub.versic.quarto oppono.Et
si fortasse opponeretur ꝙ huiuscemodi cõfessio,que, vt pre
dixi, presumit facta animo donãdi, nisi aliud appareat nõ
fuerit insinuata.⁊ ꝙ propterea nõ valuerit quatenus exce-
debat valorẽ quingentorũ aureorum.l.sancimus.C. de do
3 natio.Dico ⁊ respõdeo ꝙ cũ illa † iurata extiterit, vt pre-
dixi eidem nobili nõ obstitit, nec obstat pretẽsus defectus
insinuationis.pro quo allegasse sufficiat id qd scribit Ale.
de Jmo.consil.iiij.exord.Circa primũ quesitum. versic.nec
ad hoc obstat. in.j.volu.vbi multos doct. ⁊ quidẽ illustres
cõmemorat.Jdẽ voluit Alex.de Jmo.in.l.nemo potest.ff.
de lega.j.Fra..c.de Are.consi.ij.Bart.Sozi.consi. lxxvij.
in.ij.quesito.in.j.parte. ⁊ Jo.de Jmo.in sua solẽni repetit.
c.cũ contingat.membro vlti. versic. circa tertiũ. Preterea
ex instrumẽto cõstitutionis dotis apparet eundẽ quondã
no.Reynaldũ realiter habuisse,⁊ recepisse mille florenos,
⁊ sic residua summa non ascendebat ad valorem quingen-
torum aureorum. Ex quibus omnibus infero, ⁊ cõcludo
confessionẽ predictam valuisse,⁊ dictam do. Margaritam
posse petere,vel sibi retinere super bonis ⁊ hereditate dicti
quondã nobilis Reynaldi summã predictã duorũ milliũ
florenorum:⁊ presertim quia vt ponitur in casu, ipsa adi-
uit ⁊ acceptauit dictã hereditatẽ cum beneficio inuẽtarij:
quod postea intra tempus legitime cõfecit: ⁊ ita etiam pro
illa parte, pro qua successit eidẽ nobili Reynaldo nõ fue-
runt confessa eius iura.l.fin.§.in computatione. C.de iure
delibe. Et si dictã hereditatẽ adiuisset sine beneficio inuen
tarij,adhuc potuisset aduersus dictũ Reynaldũ substitu-
tum,⁊ alios substitutos via exceptionis retinere de bonis
vsqꝫ ad valorẽ dicte summe.per id quod no.Bal.in.l.j. C.
de pact. ⁊ Alex.de Jmo. in. l.ita tamẽ. §. ex Trebelliano.
versic.quero,pone heres grauatus.ff.ad Treb.post Pau.
de Cast.in.l.ab omnibus.§.fin.ff.de lega.j.⁊ in alijs locis.
Ad id vero de quo in calce dicti primi quesiti,⁊ in quo que
ritur qua via,⁊ quomodo summa in predictã duorũ milliũ
florenorũ poterit eadem donna Margarita separare ab he
reditate.Dico ⁊ respondeo ꝙ ab initio facto inuẽtario,de
quo supra,ipse poterat ponere bona in generali discussiõe
⁊ facere citari tã substitutos, ꝙ̃ creditores ⁊ legatarios, ⁊
in causa offerre libellũ cõtra curatorẽ, qui pro defendenda
hereditate,bonis datus extitisset:nũc autẽ est difficultas.
Verũ adhuc credo ꝙ hoc fieri posset,postꝙ̃ vt ponitur,in-
uẽtariũ fuit factũ de bonis. Preterea consulo sibi, ꝙ ipsa
videat quomodo soluat creditoribus hereditarijs, ⁊ lega-
tarijs: debet enim aduertere ꝙ pro mille florenis solutis
tempore constitute dotis, ⁊ quingentis florenis monete
tunc currentis per dictum no.Reynaldũ sibi tunc dona-
tis, ipsa precedit omnes creditores eiusdẽ nobilis Rey-
naldi postea factos. Quo vero ad mille florenos quos idẽ
Reynaldus eidẽ donne Catherine donasse censetur per
confessionẽ,de qua supra ipsa precedit nõ solũ legatarios,
sed etiã omnes creditores eiusdẽ Reynaldi postea factos.
Et ideo sibi cauere debet in solutione debitorum:aut lega
torũ, ne tantũ soluat,quin semper remaneat secura de di-
ctis duobus mille ⁊ quingentis florenis:q: non potest con
ueniri,nisi ⁊ quatenus suppetunt facultates dicti nobilis
Reynaldi:⁊ sibi retenta ⁊ obseruata facultate,seu preroga
tiua,quam habet ratione prioritatis,non in omnibus,sed
prout dixi: quia si creditores precederẽt dotis constitutio
nẽ, illis ante omnia esset satisfaciendũ. Et idẽ dico de il-
lis qui precederent testamentũ dicti quondã nobi. Rey-
naldi:quia quoad mille florenos, qui nõ probantur nume
rati,illi essent potiores:⁊ tamen haberẽt bona obligata:se-
cus vero in chirographarijs: quia quoad illos esset eadẽ
dõna Margarita potior:cũ habeat bona obligata.¶ Ad
secundum quesitum dico, ⁊ respõdeo ꝙ per institutionem
factã de nobili Reynaldo Alteuitis nepote testatoris,nõ
censetur idem nobilis testator reuocasse legatũ factũ eidẽ
donne Margarite de nomine,seu debito,in quo sibi tene-
bantur domini antiani,seu cõmune florentinum: quia nõ
est verisimile ꝙ idem testator,qui nomen seu debitum hu-
iusmodi eidem donne Margarite legauerat, se voluerit
statim corrigere, aut illud reuocare.l.non ad ea. ff. de con-
ditio.⁊ demon.Et ad id quod subijcitur in predicto quesi-
4 to,an † scilicet ipsa dõna Margarita poterit de dicto le-
gato ad libitũ, seu nutum disponere, etiam si transiret ad
secunda vota:Dico ⁊ respondeo ꝙ sic:quia quilibet est re-
gulariter ⁊ moderator, ⁊ arbiter rei sue.l.in re mandata. C.
manda.⁊.l.dudum.C.de contrahen. emptio.⁊ venditio.fa
cit.l.non vsqꝫ adeo.ff.si quis a paren.fue.manumis. vbi scri
bitur iniquum esse ingenuis hominibus non esse liberam
rerum suarũ alienationem. Nec hoc facere impeditur pro-
pter matrimoniũ:quia pene introducte contra mulieres bi
nubas,ita demũ locum habent, si supersint aliqui liberi ex
matrimonio cõtracto inter eum, qui vel donauit,vel reli-
quit,⁊ eum cui donatum est, vel relictum.per id quod not.
Barto.Bald.⁊ alij in authen.ex testamento. C. de secund.
nupt.⁊ quod scribit Barto.in consil.liij.exordien.Ange-
lus Macie habebat vnum filium.versic. vltimo circa pre-
dicta quero.⁊ Petrus de Anchar.consilio.cclxxix. Et sic
si superessent aliqui liberi naturales, ⁊ legitimi procreati
ex dictis nobilibus Reynaldo,⁊ Margarita, ⁊ ipsa don-
na Margarita conuolaret ad secunda vota, ipsa perderet
proprietatem dicti legati. l. femine. C. de secund.nuptijs.
Sed quia nulli supersunt liberi ex dicto matrimonio,
ipsa non perdet legatum propter conuolationem huius-
modi.¶ Ad tertium in quo est sermo de legato iocalium,
vestium,⁊ ornamentorum, dico ⁊ respondeo ꝙ si aliqua ex
illis fuerint per dictum quondam nobilem Reynaldum
donata,nihil pretextu iocalium,vestium, aut ornamento-
rum huiusmodi potest dicta donna Margarita petere,
quia per talem donationem censetur legatum de eis fa-
ctum fuisse reuocatum.l.rem legatam.ff. de adimen. legat.
Si vero illa fuerunt vendita, tunc videndum esset an illa
vendita extiterint voluntarie, hoc est non ex necessitate
rei familiaris, ⁊ tunc idem: quia etiam tunc censeretur le-
gatum predictum reuocatum. Si vero essent vendita, vel
alienata propter necessitatem rei familiaris, tunc non vi-
deretur legatum de eis factum fuisse reuocatum, saltẽ quo
minus deberetur extimatio: vt scribunt doctores in.l.qui
post.C.de lega.⁊ videretur dicta dõna Margarita petere
posse dimidiam partem extimationis a suo coherede:quia
licet illi fuerint instituti, vnus scilicet, in rebus Jtalicis,
seu existentibus citra montes, sunt tamen ipsi heredes vni
uersales: quilibet, scilicet, pro semisse seu dimidia parte.l.
ex facto. la grande. ff. de heredib. instituen. ⁊ sic pro par-
te tenentur ad onera, nisi quatenus aliter sensit. ¶ Ad
quartum, dico, ⁊ respondeo, ꝙ si ille Reynaldus alumnus
substitutus pretenderetur fuisse spurius alterius, quam
dite

dicti quondam nobilis Reynaldi, dicta spurietas sibi nō obesset, quominus potuisset idem nobilis Reynaldus eundē substituere: per id quod not. glo. in auth. quib. mod. natu. effi. sui. §. fi. super verbo, participium. versicu. item licet a patre non relinquatur. collati. vij. Pro quo allegat, ꝙ in illa lege, seu constitutione non prohibetur quum testator possit spurio, non quidem suo, sed extraneo relinquere: ⁊ quia omnia licent, que prohibita non existunt. l. certa forma. §. penulti. ⁊ fi. C. de iur. fisc. libr. x. ⁊ l. necnon. §. sed quod. ff. ex quib. cau. maio. Sed si pretenderetur ꝙ dictus Reynaldus alumnus fuisset spurius predicti testatoris, tunc non videretur ꝙ dictus testator potuerit eum substituere. dicto authen. quib. mo. natura. efficiū. sui. §. fi. ⁊ transumptiue in auth. ex complexu. C. de incest. nup. Et istud non haberet dubium, si esset procreatus ex dicto no. Reynaldo, ⁊ ex muliere cōiugata, vel ex alia, cū qua cōmisisset incestū, vel ex ea quā stuprasset. Si vero ex muliere soluta, vt puta ex meretrice, vel quauis alia esset maior difficultas. Verūtamē quia idē quōdā nobilis testator erat cōiugatus, adhuc existimarē ꝙ nō valuisset. Verū qa nō sum de hoc informatus, ⁊ quia etiam existimo ꝙ filius non extiterit eiusdem nobilis Reynaldi, ergo vlterius pro nūc non insisto. Quo vero ad legatum alimentorum existimo ꝙ de equitate iuris canonici illa prestari debeant. c. cum haberet. in fi. ⁊ quod ibi Panor. ⁊ alij de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. ⁊ Bar. in dicta auth. ex complexu. ⁊ sentiunt doct. ⁊ presertim Pan. ⁊ Bar. vbi supra. ꝙ huic iuri stetur hodie, etiam de iure ciuili: quia ecclesia hoc induxit ex quadam equitate naturali, ⁊ ne filij spurij alimentis priuati pereant. ¶ Ad quintum dico ⁊ respondeo ꝙ licet heres de restituendo grauatus posset regulariter ex vniuersali fideicommisso detrahere quartam trebellianicam, in qua tamen debet imputare fructus, nisi sit de liberis primi gradus. iuxta ea que habentur ⁊ scribuntur in. l. in fideicōmissariam. in prin. ff. ad Trebel. ⁊ in. l. iubemus. C. eo. tit. hoc tamen restringitur, ⁊ fallit, vt non procedat quando testator quartam predictam detrahi prohibuit: quia licet prohibitio huiusmodi de iure digestorum, aut. C. fieri non posset: secundum tamen communem opinionem hodie fieri potest. per iura nouissima: per ea que scribunt doct. in auth. Sed cum testator. C. ad leg. falci. ⁊ in. l. Marcellus. in princ. ff. ad Trebe. vnde cū detractio quarte huiusmodi eidē venerabili dōne Margarite prohibita extiterit per dictum testatorem non potest ipsa causa detrahere. ¶ Ad sextum dico ⁊ respondeo, ꝙ quo ad Trebellianicam respondi supra proxime.

6 Et idem dico quoad falcidiam: † pro eo quia prohibitio detractionis fuit multum ampla. voluit enim dictus testator per dictam donnam Margaritam restitui suam hereditatem totam, integram, ⁊ absque alicuius quarte, vel portionis, ⁊ Trebellianice detractione vel retensione. per que verba apparet prohibitam esse etiam detractionem falcidie. per id quod habetur in auth. de heredi. ⁊ falci. §. si vero expressim: ⁊ quod ibi Ange. colla. j. ⁊ quod notat. doc. in dicta authen. sed cum testator. roma. in repetitione authentice similiter. C. ad leg. Falci. Pau. de Cast. cōsi. cl. exordien. In causa que vertitur inter Petrum Joannis, ⁊c. ⁊ Alex. de Jmo. consi. v. exordien. Circa primum dubium videretur, ⁊c. versic. circa secundum dubium presuppono. in. iij. volu. ⁊ in alijs consilijs que non refero. Quo vero ad dictam summam duorum millium florenorum, ⁊ legatorum apparet quid senserim ex predictis. ¶ Ad septimum dico, ⁊ respondeo ꝙ non obstante substitutione predicta, dicta donna Margarita, si non supersit pecunia

7 †hereditaria, potest pro solutione debitorum hereditariorum, ⁊ legatorum vendere de bonis hereditarijs: ⁊ quidem quo ad debita non est dubium. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. Idem dico quoad legata: quia cum ipsa sit heres, ⁊ fideicommissum sit conditionale, ⁊ propterea non possit cum effectu ad eos scilicet fines vt se liberet a debitis, ⁊ legatis, restitui ante conditionis euentum. l. heres meus. in prin. ff. de conditio. ⁊ demon. ⁊ l. si cum dies. ff. quan. dies lega. ced. iuncta. l. sed ⁊ si ante. ff. ad Trebel. ⁊ quod scripserunt Jac. de Raue. ⁊ Petr. quos refert, ⁊ sequitur Cy. in. l. post mortem. C. de fideicom. vbi etiam Bar. Alberi. Angelus, Paul. de Cast. ⁊ do. Jas. de May. ⁊ Jo. de Jmo. in dicta. l. sed et si antequam legit. cum. l. sed ⁊ si alio. §. si quis sub conditio. c. ff. ad Trebel. ipsa tenetur etiam legatarijs ⁊ potest ab eis conueniri. l. fi. ⁊ quod ibi per doct. C. ad trebellianum. Et sic potest vendere bona hereditaria pro solutione debitorum, ⁊ legatorum: pro quo potest videri id, quod habetur in. l. fi. §. ⁊ si prefatam. ⁊ quod ibi doct. maxime do. Jas. versic. quinta vtilitas. C. de iur. delibe. Potest etiam dare de bonis hereditarijs in solutum: prout etiam scribit idem do. Jas. in. versicu. quarta vtilitas. ⁊ si que sint nomina, seu credita dicti quondam Reynaldi, ipsa non tenetur illa exigere: sed potest dare in solutum creditoribus ⁊ legatarijs. Et si creditores vel legatarij instent, ꝙ ipsa vendat, ⁊ non reperiantur emptores, nisi ipsa se obliget de euictione, ipsa hoc facere nō tenetur. vt etiam dicit domi. Jas. vbi supra. Et hoc operatur inuentarium per eam confectum. debebit tamen in dicto casu offerre de bonis in solutum ad extimam proborum. Iste autem est casus in quo ratione inuentarij soluti potest aliud pro alio inuito creditore: contra regulam dicte. l. ij. ff. si cert. peta. ¶ Ad

8 octauum dico, ⁊ respondeo vt iam superius dixi † in simili, ꝙ per conuolatum ad secunda vota, dicta donna Margarita nihil perdet, postquam nō supersunt liberi ex ipsa, ⁊ dicto quondam Raynaldo procreati: ille enim pene, que introducte extiterunt contra mulieres binubas fuerunt introducte fauore liberorum precedentis matrimonij. vt scribit Inno. in. c. j. de secund. nup. ⁊ doct. in l. j. C. eod. tit. Unde cum non supersint liberi ex matrimonio huiusmodi, cessat causa fauoris: ergo ⁊ fauor. c. cum cessante. de appellatio. ⁊ quod not. Bal. Pau. de Castr. ⁊ alij in. l. pactū. C. de collatio. in illa questione, quam ibi formant de filia contenta dote renuntiante bonis paternis, de qua dicūt ꝙ ipsa censetur: hoc facere, vel pater vt hoc fiat exigere fauore masculorum, si tunc viuant. Et subiungunt ꝙ si patre viuente illi moriantur cessat causa fauoris, ⁊ consequēter fauor: ⁊ ꝙ filia propter huiuscemodi renūtiationē, seu quietationē nō excluduntur a bonis paternis, seu paterna successione. ¶ Ad nonum in quo est sermo de quingentoris florenis eidem donne Margarite donatis per dictum quondam nobilem Reynaldum, si eā premori contingeret prout contigit: dico, ⁊ respondeo prout superius dixi de summa predicta duorum millium florenorum, ⁊ de alijs legatis scilicet ꝙ illud ab initio poterat fieri ponendo bona in discussione generali, ⁊ vocatis substitutis, saltem primo, ac creditoribus ⁊ legatarijs: quod etiam hodie fieri posset, sed non video quomodo alias opportune fieri possit: quia de eorum interesse agetur, quando fiet: ergo illi sunt vocandi. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. cū de vno quoque. ff. de re iudica. ⁊ c. j. de cau. poss. ⁊ proprie. Et si vocatis substitutis creditoribus, ⁊ legatarijs ipsi essent contriti, ꝙ ad proborum extimationem ipsa retineat, ⁊ sibi de bonis pro solutione eorū, de quibus supra. Istud posset fieri, ⁊ deinde satisfieri creditoribus, ⁊ legatarijs: ⁊ residuum seruaretur pro substitutis. Si vero hoc fieri non possit, consulat sibi in retinendo, postquam ipsa est heres, ⁊ possidet. ¶ Ad decimū dico, ꝙ pro solutiōe illius vellē videre mandatū, vt cognoscerem formā illius, ⁊ scirem si viuente dicto nobili Reynaldo mandatarius, seu procurator aliquid, ⁊ quantum exegerit, ⁊ quantum post mortem, ⁊ postquam habuit notitiam mortis illius, alias non possum opportune respondere. Verum consulo dicte donne Margarite, ꝙ ipsa reuocet mandatum sub presentia illius procuratoris, si apprehendi possit, alias in absentia, ⁊ ꝙ reuocatio sibi intimetur. Et etiam debitoribus hereditarijs, ne sibi soluant, ⁊ hec sub presentia notarij, ⁊ testiū. Que omnia, ⁊c.

¶ Rubrica, De verbo obligat. ¶ Consilium. cccclxx.

¶ Epitome.

¶ Qui cōuenit aut promisit aliquid nomine alterius facere, ⁊ in eo plus expēdat, quā receperit potest illud repetere, nec de suo censetur voluisse expendere, nisi verba conuentionis illud sonent.

1 ¶ Contractus aut conuentio qualis fuerit, apparet ex eius tenore.
2 Conuentio contra eum in dubio interpretanda, qui se fundat ex ea.
3 Instrumentum an reprobetur per duos testes.
4 Judicantē oportet cuncta rimari: pro veritate inueniēda.
5 Nemo dat quod non habet.



Dicit Text.in.l.j. versi. nec enim publiec.C.de senten. praefect.praeto. quod publice nō prodest singulis legum adminicula denegari. quem text. mandat notari Bal. contra vulgares, qui dicunt aliquem malum hominē eo quod consuluit contra commune. nam inquit ipse si recte consuluit bonus est, et non consuluit tunc contra commune: imo pro communi. Et pro concordanti inducit.§.fi.institu. de his qui sunt sui vel alie.iur.l.nec auus.C. de emācipatio.libe. et.l.vnic.§.fi. C.de cadu.tollen.hoc dictum Bal.commemorat Fran. de Curt.in consil. xxxvj.exord. super eo quod ab ordine nostro requisitum fuit.versic.et dicit Bald. Quod ideo dixerim ne concomitatenses, et conciues mei, me ideo malum iudicent, quia sum aliquid scripturus pro defensione boni iuris venerabilis et egregij viri do. Claudij de Pomerio Canonici Carpentoracteñ. et contra non commune huius patriae, aut ciuitatis, sed contra intentionem nonnullorū, et quidem si bono zelo, ipsi viderint, non tamen secundum conscientiam praetendentium se posse impedire eundem dominum Claudium consequi quod debitum est: nō enim sum scripturus contra patriam, aut ciuitatem, sed pro eis, ipsi vero quicquid agant, et quacunque mente hoc faciant, hoc cedit in detrimentū Reipublicae, et cōtra ipsam. ¶ Verum ad rem veniamus: allegant isti instrumentū quod cōfectum dicitur anno Domini. M. cccccl. et die. ix. mensis Nouembris, in venerabili concilio praesentis ciuitatis, et sub multorum honorabilium virorum praesentia: Et quia
1 † qualis fuerit, aut sit conuentio, seu contractus tunc initus apparet ex tenore instrumenti huiusmodi.l.ad probationem.versi.quem tenor adiuuat.C.de probatio.l.sancimus.versic.pacti tenor.C.de fideiusso.l.fideiussores magistratuum.§.pro Aurelio. versic. lecta subscriptione.ff.eo. tit.et.l.si quis stipulatus Stichum, aut Pāphilum.versi. querentibus inspiciendus est sermo.ff.de verbo.obli.c.porro.et.c.recepimus.de priuileg.cum multis simili.videndus est, et ponderandus tenor praedicti instrumenti: in quo, vt mihi videtur, idem do.Claudius confessus est, et recognouit se habuisse tres bilbotas, vnā, scz, mille, aliā. cc. et alterā. c. ducatorū: promisitque et conuenit dñis pro tunc syndicis praesentis ciuitatis praesentibus, etc. commissionē suam fideliter, diligenter, et viriliter pro posse exequi. Et nihilominus pecuniam praedictā non expediri facere quouis pacto, donec et quousque iuxta tenorem supplicationum fuerit per summum pōtificem patriae prouisum, et bullae prouisionis sibi traditae, et expeditae, aut alias ex dictis bilbotis minime se iuuare. Quinimo illas dictae ciuitati reddere et restituere. Hoc est, quoad id, de quo querit tenor conuentionis. Dicant igitur si placet conciues mei, praetendentes quod in vim conuentionis huiusmodi, censeatur idem do.Claudius conuenisse, vel se obligasse de soluendo, si quid fortasse vltra et praeter summā de qua in praedictis bilbotis mille et ducentorum ducatorum eum expendere oporteret, vnde moueantur, et quam rationē inducant. nō enim verba hoc sonant: quinimo de hoc nihil in eis dicitur. Cōuenit enim quod pecuniam praedictam expediri nō faceret, quouis pacto, donec et quousque, etc. vt iam dixi. Cur ergo volunt hāc conuentionem ad suum intentū detorquere: quae nec largissime, nec largius, sed stricte interpretāda est.l. quicquid astrin
2 de.ff.de verbo. oblig. Et quae in dubio † debet contra eos interpretari, qui se fundant ex ea.l. veteribus.ff. de pact.l. stipulatio ista habere licere.§.in stipulationibus.ff.de verborum obligat.et.c. contra eum.de regu.iur.in.vj.et quod scribit Alex.de Imo.consil.lxj.exordien. Super eo de quo queritur.in.j.vol. Facit.l.semper in stipulationibus. ff. de regu.iur.et quod scribit Francis.de Are. consil. liij.exord. In causa magistri Blanj. ibi, ad istud respondeo quod in dubio, etc. Praeterea multi fuerunt praesentes in hac cōuentione: et quidem boni viri, et boni intellectus: interrogētur, et audiantur si idem do.Claudium stipulantibus pro tempore do.syndicis huius ciuitatis, promisserit obtinere prouisionem, et bullam prouisionis huiusmodi sibi tradi, et expediri: et illam deinde tradere dictis syndicis, aut patriae pro pecunia dictarum bilbotarum, et de suo proprio soluere, si quid deesset. Credo enim quod nullus dicet. Non igitur super hoc deberent insistere, nescio qui ex nostris, qui forte potius ad vindictam, quod ipsi viderint, quā zelo instituit, aut boni patriae insistunt: et cōuentionem quae solum sonat de non expediendis pecunijs bilbotarum huiusmodi, nisi prius expedita prouisione, et bulla praedicta, extendere volunt ad hoc, vt censeatur dictus do. Claudius promisisse soluere id omne, quod pro expeditione et traditione huiusmodi esset necessarium vltra dictas bilbotas: in quo certe desipiunt, et verba praedicti instrumenti minus sane intelligunt, et ad sensum volunt detorquere extraneū: quod nec decet, nec licet, nec expedit. Ceterum vbi verba instrumenti expresse dicerent, vt non dicunt, quod dictus do. Claudius se ad praemissa obligasset, et ipse diceret contrariū, essent homines qui praesentes extiterant audiendi: Ex quibus etiā
3 si solum duo † deponerent non fuisse ita actū, esset eis credendum, non instrumento: quia per illos duos reprobaretur instrumentum tanquam falsum: secundum cōmunem doctorum sententiā: quam tenent Innoc. Calder. do. Cardi. Floren. Anto. de Butr. Ioan. de Imo. Gemma. et Pan. in.c.cum Ioannes eremita.de fid.instru. Pau.de Leaza. Anto.de Butr. Pano.in.c.tertio loco.de probat. Specula. et Ioan. And.tit.de instru.editio.§.restat.versicu. sed quot testes. Cynus et Salice.in.l.in exercendis. C. de fide instrumen. Ioan. de Imo.in.l.j.§.si quis neget. ff. quemadmodū testa.aperian. Anto.de Butr. in.c.cum a nobis.de testib. Bart.in.l.heredes palam.in princ.ff. de testa. et do. Praeposi.in dicto.c.cum Ioannes eremita.versicu. prima conclusio. Non ergo male dixi homines praedictos esse exa
4 minandos. Oportet † enim iudicātem omnia rimari pro veritate inuenienda.c.iudicantē.xxx.q.v. vbi text.iudicantem oportet cuncta rimari, et ordinem rerum plena inquisitione discutere interrogandi, respondendi, obijciendique praebita patientia ab eo, vt ibi actio ambarū partium illuminata sit pleniter: nec litigantibus iudex prius velit sua sententia obuiare, nisi quando iam peractis omnibus nihil haberent in questione quod proponant. Praeterea aduertat, si placet reuerendis. in Christo pater, et dominus do. Carpentoracteñ. episcopus se non esse iudicem in hac causa: non enim tres status, vtpote nullam habentes iurisdictionem, potuerunt hanc causam sibi committere: quia
5 † nemo dat quod non habet, aut plusquam habet. cap. gratia.j.questio.j.et questio.vij.cap.Daybertum.et.l.traditio. in princip.cum suis similib.ff.de acquir. rer.dom. Et si potuissent, non debebat sua reuerenda paternitas, quod reuerenter dixerim, illam assumere obstante canone, te quidem.qui fuit Petri apostoli ad Clementem: in quo dicitur, te quidem oportet irreprehensibiliter viuere, et summo studio niti, vt omnes vitae huius occupationes abijcias: ne fideiussor existas, ne aduocatus litium fias, ne ve in vlla aliqua occupatione prorsus inueniaris: mundialis officij occasione perplexus: neque enim iudicem, neque cognitorem secularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus, ne praefocatus praesentibus hominum curis, non possis verbo Dei vacare. Hec ille in.c. te quidem. xj. quest. j. Non obstat.c. in archiepiscopatu. quia respondeo quod illud permittitur fauore totius Christianitatis. Etiam nec obstat.c.sepe.xxiij.questio. viij. quia illud permittitur fauore principis, vtpote regis, contra quem commissum est crimen lesae maiestatis. in cuius conseruatione versatur bonum totius regni. et ita respondet Andre. Barb. extra de offic.delega.in rub. vbi non solum scribit esse indecens, et non honestum, quod domini episcopi et sacerdotes, aut religiosi assumant a laicis cognitionem secularium negotiorum, sed etiam inducit tresdecim rationes, et plures. Et si esset, vel esse posset, vel iudex, vel commissarius, vel arbiter, vel arbitrator, aduertat dominatio sua ne male persuasa grauet hunc hominem: quia sic faceret litem suam. l.penult.§.omnes itaque iudices.C.de pactis. vbi est sermo de iudicibus compromissarijs, et arbitris, et idem in arbitratore. iuxta id quod scribit Bart.in.l.fin.ff. de var. et extra ordin.cognitio. Angel. Aret.institu.de obligat.quae ex quasi delicto nascuntur. circa principium, ad ostēdendum quod processus coram eis agitatus est nullus, et respondet Ioannes Calde. qui visus est aliter consulere, de quo per dominum Iasonem Magnum remissiue in dicta.l.penultima. versicu. an autem iste text. habeat locum in arbitratore. Pro quibus facit.cap. si culpa. de iniur. et damno dato. Ex quibus omnibus infertur, quod rectius et longe melius faciet idē reuerendissimus in Christo pater dominus episcopus, vtpote nec iudex, nec arbiter, nec arbitrator si vlterius de causa hac se non intromittat: et qui in ea sentētiam vel ordinationem ferre non potest, nisi nullam: et qui si illam ferre posset, sequatur opinionem male persuadentium, faciet litem suam, et obligabit se ad soluendum id, in quo praedictum dominum Claudium grauabit: de quibus omnibus

omnibus protestatur ipse seu eius legitimus procurator, procuratorio nomine eiusdem petens de protestatione huiusmodi a vobis notario hic presente publicum instrumentum sibi fieri, et confici hic astantes pro testibus inuocando.

Rub. De dotis promiss. societ. et donat. ¶ Consil. cccclxxi.

¶ Epitome.

¶ Notariorum inexpertorum error redigentium in scriptis contractus initos inter partes imperitas, maxime in constitutionibus dotis, donationibus, et societatibus, impedit consultorem plerunque ne certu͂ det responsum: quod et hic accidit.

1 ¶ Pater debet assignare certam partem bonorum pro dote filie, cuius partis maritus fructus percipit.
2 Pater dotem donare filie censetur, quando soli filie reddi stipulatur. 4.
3 Communi vsui loquendi patri estandum.
4 Pactum inter coniuges initum super societate, et super donatione bonoru͂ mobilium et immobilium, an et quatenus valeat, vel non.



Ait Bald. in consilio. v. exordien. Viso testamento, etc. in secunda parte, quod imperitia notariorum destruit mundum, et ponit conscientias bonorum virorum in magno discrimine: ob quam causam ego sepissime, ne dixerim dietim, refuto videre multos casus mihi delatos ex certis mundi partibus, et maxime in materia donationum, constitutionum dotis, et societatum: pro eo quia reperio contractus huiusmodi esse factos et initos per partes non intelligentes: et per notarios etiam minus expertos, reductos in scriptis. Ob quod difficillimum est intelligere quid voluerint, aut senserint partes: qui error non cessauit, nec cessat in contractu matrimonii, seu matrimoniorum dudum, anno, scilicet Domini M.ccccc v. et die. xvi. mensis Nouembris contractorum per, et inter Imbertum Charna ex vna parte, et Ioanetam Pererie ex alia parte: et rursum inter Ioannem Charna ex vna parte, et Augeriam Pererie ex alia: vbi quauis secundum ius, et communem cursum debuerit probus vir Gabriel Pererie pater naturalis et legitimus earundem Iaumete, et Augerie pro oneribus matrimoniorum huiusmodi facilius supportandis, constituere et assignare † in
1 dotem, et pro dote earundem Iaumete, et Augerie dictis Imberto et Ioanni dimidiam suorum bonorum partem, vel eam de qua partes co͂uenissent. l. pro oneribus. C. de iu. dot. iuncta. l. si cum ea. et l. pater. C. de dot. promiss. hoc tamen non legitur factum: sed legitur, quod dictus Gabriel dictis Iaumete, et Augerie eius filiabus dedit, constituit, et assignauit in dotem, et pro dote earum dictam eius bonorum dimidiam partem sibi reseruato, et retento vsufructu: nec reperio, quod vel ille Gabriel, vel dicte eius filie, et pro ipsis partem predictam, vel aliam constituerint, vel assignauerint in dotem dictis Ioanni, et Imberto: et sic non video quod de huiuscemodi dimia parte possimus veraciter, et secure loqui, tanquam de re, aut fundo dotali: ad quam etiam sola constitutio, seu assignatio non sufficeret: nisi sequuta extitisset traditio expressa, vel tacita. l. si aute nup. ff. sol. matri. iuncta. l. minus instructus. circa fin. C. de acq. pos. Non nego quin dictus Gabriel potuerit eisde͂ Iaumete, et Augerie donare dictam eius bonorum dimidiam partem, postea in dotem, et pro dote ipsarum per eas cum patris consensu, vel forte alias constituendam, vel assignandam. l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercis. Cum etiam dotem
2 filie donare videatur pater, qua͂do stipulatur illa͂ ipsi † soli filie restitui: vel quando filia patre presente, et consentiente stipulatur eam sibi ipsi soli restitui: et aliis multis modis, quos non refero: et hec est simplex donatio. l. fi. C. de iu. dot. Sed hoc non plane factu͂ legitur in hoc casu: sed quod dictus Gabriel dicta͂ eius bonoru͂ dimidia͂ partem co͂stituit, et assignauit dictis eius filiabus in dote͂, et pro dote earu͂. Si tame͂ secundum co͂em͂ vsum loque͂di illius patrie intelligeret, quod dictus Gabriel dictam dimidiam partem eisde͂ Iaumete, et Augerie simpliciter donauerit, huic communi vsui loquendi standum esset: quia communis vsus loquendi in quacunque materia semper prefertur proprio significato verborum: siue illud proprium significatum eliciatur ex diffinitione, siue ex ethimologia, siue ex authoritate iuris. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de lega. tertio. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instr. et instr. leg. l. Labeo. et quod ibi Bar. ff. de supellect. leg. et c. ex literis de sponsali. et quod scribit Panormi. in c. j. versicu. ad vnum tamen aduerte. de iudi. ¶ His premissis quia reperio, quod anno, mense, et die predictis, dicti Imbertus, Ioannes, Iaumeta, et Augeria vt eorum, seu notarii verbis vtar, se et eorum bona affrayrauerunt: manet alia, et quidem multiplex difficultas. Primo quidem in hoc, quia non bene colligitur ex tenore huiusce modi contractus, quod dictus Gabriel dictarum Iaumete, et Augerie pater illi interfuerit: et quod ipse eidem consenserit: sine cuius tamen consensu fieri non poterat. l. fi. §. filiis autem. C. de bonis que libe. Preterea licet in contractu huiusmodi scriptum legatur, quod dicti Imbertus, Ioannes, Iaumeta, et Augeria futuri coniuges per se et suos se affrayrarunt equis partibus de omnibus eorum bonis tam mobilibus, quam immobilibus, presentibus et futuris, vsufructu eorum reseruato dicto Gabrieli Pererii non tamen satis aperte et patenter apparet quod isti Imbertus, Ioannes, Iaumeta, et Augeria sibi mutuo et vicissim communicauerint bona predicta mobilia, et immobilia, presentia, et futura: verum si affrayramentum factum de bonis tantum sonaret secundum communem vsum loquendi illius patrie quantum bonorum communicatio, esset proculdubio huic
3 † communi vsui standum. Ceterum terminatis et sopitis his difficultatibus adhuc remanet difficultas: quia non bene apparet quomodo isti quatuor contrahentes, et se affrayrantes bona sua sibi mutuo et vicissim communicauerint: an scilicet dicta Iaumeta Imberto tunc eius futuro co͂iugi co͂icauerit et Imbertus eide͂ Iaumete, ac Augeria. d. Io. et Ioannes Augerie: an ve dicti Imbertus et Iaumeta bona sua communicauerint prefatis Ioanni et Augerie, et ipsi Ioannes et Augeria predictis Imberto, et Iaumete, an ve dicta Iaumeta bona sua communicauerit prefatis Imberto, Ioanni, et Augerie, et Imbertus dictis Iaumete, Ioanni et Augerie: et vicissim Ioannes et Augeria aliis tribus respectiue: quod tamen expedit intelligere ad intellectum pacti celebrati, et initi super successione. Et ad intelligendum ea que quoad dicta͂ Augeriam censeri debeant bona affrayrata: vt sic intelligi possit, et valeat an in vim pacti huiusmodi, si supponimus illud valere, debeant omnia bona sua peruenire ad superuiuentes, vel pars bonorum huiusmodi, et que. Et vere propter hec mihi videtur esse difficile bene et secure respondere dubio de quo queritur. ¶ Verum si pretenderetur quod dicta donatio facta scilicet prefatis Iaumete et Augerie fuerit donatio pro dote vel simplex, illa valuit, et quidem si pro dote. per id quod habetur in. l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. ercis. et per id quod scribit Barto. et docto. in. l. cum dotem. ff. solu. matri. Alex. de Imo. in. l. illam. versicu. consuetudo ergo. ibi, nisi auus. C. de collatio. et Paul. de Montepic. in repeti. l. in quartam. versicu. istam conclusionem. ff. ad leg. Falc. quatenus loquuntur de patre filiam dotante, et stipulante
4 dotem ipsi soli filie reddi: quo casu dicunt † quod quia pater dotem donat filie, si contingat filiam mori etiam viuente patre, nepotes succedu͂t matri in dote, et tanquam eius heredes, Presuppono͂t igitur donationem de dote factam filie valere: et hoc non habet dubium: etia͂ si donatio predicta fuerit simplex illa valuit ratione iuramenti, quod in ea interuenit: et per quod fuit confirmata non obstante patria potestate. per id quod not. Bal. in. l. tertia. questio. vltima. C. de vsucapio. pro dona. et in repeti. l. ij. versicu. et idem credo, quando pater donat filio in potestate, etc. ff. de iureiuran. et in consi. ccclxv. exordien. Premittendum est ad euidentia͂ etc. in tertia parte. Alexand. de Imo. in. l. si donatione. versicu. vtrum autem. C. de collatio. Multas remissiones ponit domi. Iason. in. l. frater a fratre. versicu. breuiter teneas contrarium. in lectura et versicu. septimo limita singulariter in repeti. eiusdem. l. frater a fratre. ff. de conditio. indebi. Et si verum esset, quod dictus Gabriel Pererii pater non
5 fuerit † presens in dicto affrayramento, aut quod illi non consenserit, tunc dicendum esset, quod nec dictum affrayramentum, nec pactum predictum valuissent. dicta. l. fina. §. filiis autem. C. de bonis que liberis. Et sic cum dicta Augeria postea ab humanis decesserit superstitibus, et sibi superuiuentibus dictis Gabriele patre, Iaumeta, et Sicilia sororibus vtrinque coniunctis, isti tres eidem Augerie ab intestato, quilibet scilicet pro triente successissent: authen. defuncto. C. ad Tertul. et in corpore vnde sumitur. ¶ Sed si suppo-

seremus patrem fuisse presentem, aut consensisse affrayramento, ⁊ pacto predictis: superest difficultas, an dictum pactum valuerit: ⁊ quidē si dicti Imbertus, Joānes, Jaumeta, ⁊ Augeria affrayrassent etiam bona sua mobilia, immobilia, ac etiam iura, ⁊ actiones, posset fortasse videri, ꝙ dictum pactum non valuisset: pro eo quia premoriens, seu premorientes videantur donasse omnia bona sua presentia, ⁊ futura: que donatio non valuisset: per id quod notat Bartolus, ⁊ alij magis communiter in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obligat. Bartol. ⁊ multi alij in l. fin. C. de pact. ⁊ ad hoc facit quod notat Joan. Pet. Fer. in sua pract. sub rub. for. libel. in cau. societ. super verbo, societatem omnium bonorum. versic. quid autem dicemus, si in hac penali societate. Sed in dicto affrayramento non est facta mentio de iuribus, ⁊ actionibus, seu nominibus, sed solum de bonis mobilibus, ⁊ immobilibus, quorum appellatione non veniunt iura, ⁊ actiones, sed faciunt tertium genus. l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. l. quam Tuberonis. §. penultimo. ff. de pecul. ⁊ l. bene a Zenone. C. de quadrien. prescriptio. ⁊ quod notat Bartolus in. l. potest pupillus. ff. de authoritate tutorum. Baldus, Angelus, ⁊ moder. in. l. si constante. §. finali. ff. soluto mat. canoniste in. c. nulli. de reb. ecclesiast. non alienan. ⁊ Alexā. de Imola in consilio. xlv. exordiente, Habita super his, de quibus dubitari contingit. versicu. primo enim considero. Philip. de Peru. consil. xlix. in tertio volumine, ⁊ dominus Jacob. de sancto Geor. in suo tract. de feud. sub rubri. de Roydis, ⁊ oper. ⁊ alij in alijs locis. Et sic non videtur pactum predictū ex eo capite posse impugnari, ꝙ per ipsum premoriens, aut premorientes videantur donasse omnia bona sua presentia ⁊ futura: quia de iuribus, ⁊ actionibus nihil donasse videntur. Nec etiam videtur posse impugnari pactum huiusmodi tanꝗ pactū future successionis: quia illud ex sua forma non apparet esse factum de tota hereditate: quia vt dixi in eo nihil cautum est de iuribus, ⁊ actionibus, nec etiā de quota: vtpote de dimidia parte, vel alia quota, sed solū de bonis mobilibus, ⁊ immobilibus. Et sic esto, ꝙ non solum nō valeat donatio, vel promissio, quam quis facit de tota eius hereditate post mortem. l. cum donationis. C. de transactionib. l. hereditas. C. de pactis conuent. l. ab eo. C. de inutil. stip. ⁊ d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. Sed nec etiam valeat donatio, seu promissio huiusmodi, si facta extiterit de media parte hereditatis, seu alia quota: vt egregie voluit Pet. de Anch. ⁊ post eum Jo. de Imo. extra, de testa. super. rub. ꝗuis quoad hoc vltimum, contrarium senserint Pet. Cy. Alber. ⁊ Bal. in. d. l. fin. C. de pac. hoc tamen non videtur suffragari in hoc casu, nec proficere ad impugnationē dicti pacti, in quo, vt dixi, non est facta conuentio de dimidia parte, aut aliqua alia quota hereditatis premorientis, seu premorientiū. Et sic respondēdo ad quesitū existimo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod si dictus Gabriel fuerit presens in dicto affrayramento, ⁊ pacto, vel illis consenserit, non potest dicta Sicilia aliquid petere, in ea bonorum parte, que donata extitit dicte quondā Augerie. Si vero eidem non consenserit, ipsa poterit petere tertiam partem: quia pro illa successisset eidem Augerie, vt predixi. Est tamen verum, ꝙ cum dictus Gabriel ab humanis decesserit superstitibus duabus filiabus, Jaumeta scilicet, ⁊ Sicilia, harum duarum legitima fuit triens, seu tertia pars bonorum eiusdem Gabrielis: earum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa: authen. de triente ⁊ semis. §. i. coll. iij. ⁊ transumptiue in authen. nouissima. C. de inofficio. testamen. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titulo, Et sic legitima predicte Sicilie ascenderet ad tertiam partem predictorum bonorum vltra, ⁊ preter tertiam partem, quam habere deberet in parte donata dicte quondam Augerie: eo scilicet casu quo affrayramentum, ⁊ pactum predictum non valuissent: ⁊ potest eadem Sicilia intentare contra dictam Jaumetam condictionem ex authen. vnde ⁊ si parens. C. de inofficioso testamento. Que omnia dixerim breuiter, ⁊ succincte, sub, ⁊c.

¶ Rub. De minor. xxv. an. ¶ Epito. ¶ Cons. ccccl xxij.

¶ Minor. xxv. annis, nisi certificetur de beneficio restitutionis in integrum, non excluditur a dicto beneficio: sed obtenta absolutione a iuramento, seu persone habilitatione, si se senserit lesum poterit contrauenire, ⁊ rescindere contractum a se initum.



Iso Et pōderato casu, qui mihi exhibitus est parte honeste mulieris Veronice de Chappanis, dico ⁊ respondeo, ꝙ supposita veritate eiusdem casus, ⁊ signanter ꝙ bona probi quondam viri Jacobi de Chappanis eius quondam aui paterni valeret tribus mille florenis, quota. d. Veronice, que fuit sexta pras trientis, ex quo fuerunt sex liberi Joannis de Chappanis dicti Jacobi quondam filij, ⁊ ipsius Veronice patris predefuncti heredes instituti ascendit ad valorem centum sexaginta sex florenorum, ⁊ quatuor grossorum, vel circa. Et supposito ꝙ domus de qua in casu, que dicitur fuisse dicti quondam Joannis, valeret duobus mille florenis, pars eiusdem Veronice que fuit sexta, ascenderet ad trecētos ⁊ triginta duos florenos, ⁊ octo grossos, vel circa: ⁊ sic ipsa Veronica que quietasse legitur omnia bona dictorum Jacobi ⁊ Joannis eius quondam aui ⁊ patris pro trecentis florenis reperiretur lesa in centum ⁊ nonaginta sex florenis. Que lesio fuit satis enormis, ⁊ propter quam nisi iurasset de non conueniendo, ipsa ex capite minoris etatis habuisset beneficium restitutionis in integrum. Sed quia ipsa iurauit, videtur se exclusisse a remedio huiusmodi authen. sacramenta puberū, ⁊ quod ibi scribentes. C. si aduer. vendi. Et hoc non haberet dubium, si ipsa fuisset certificata de beneficio restitutionis in integrū ⁊ minoris etatis: sed quia non legitur, vel apparet ꝙ de beneficio huiusmodi certiorata extiterit: manet difficultas, an ipsa per iuramentum ab ea prestitum fuerit a remedio huiusmodi exclusa: super qua difficultate Dyn. consi. quinto. exordien. questio talis est, quidam nomine Joffredus minor. xxv. annis, ⁊c. tenuit ꝙ non. motus multis bonis fundamentis. istud consilium commemorat ⁊ refert quasi de verbo ad verbum Cyn. in. l. secunda questione sexta. versic. aduertatis: quia istud pūctum est multum notabile. C. de rescinden. vendi. vbi sequitur Dyn. eundem etiam sequitur Joan. And. in. c. penultimo. versi. habeo consilium Dyn. quod posuit etiam Cynus. ⁊c. de emptio. ⁊ vēditio. vbi etiam sequitur Dyn. idem faciunt Anto. de Butr. ⁊ do. Cardi. floren. in dicto. c. penultimo. Et ꝗuis Joā. de Imo. in. c. penultimo. dicat ꝙ in practica non seruetur in minoribus, ꝙ ipsi certificentur de beneficio minoris etatis ⁊ restitutionis in integrum, ⁊ nihilominus seruatur iuramentum, ⁊ ꝙ forte propter hoc consuetudo videtur approbare opinionem Barto. que fuit opinioni Dy. contraria: ipse tamen subiungit opinionem Dyn. esse multum equā propter exceptiones que sepe fiunt minoribus, ⁊ quam sequitur Joan. Andr. Anto. de Butr. ⁊ do. Floria. ⁊ vt dixit Cyn. Et hanc opinionem dicit Philip. Deci. in consi. ccccv. exordiē. quod supra mature ⁊ pro veritate vt puto conclusum fuit, ⁊c. esse communem, ⁊ secundum quam consuluit Petrus de Anchara. consi. lxxxij. exordiente, Visis diligenter actis ⁊ actitatis: vbi inquit ꝙ fragile est minoris etatis consilium: idem etiam tradit Petr. de Anchar. consi. clxxx. exordien. Visa diligenter narratione, ⁊ secundum hanc opinionem etiam consuluit Calderi. consil. viij. incipien. due puelle sorores. de iureiuran. ⁊ sequitur Panormi. in. c. cum contingat. in. vj. ⁊ ix. casu. Et idem voluit Rapha. Cuma. in consi. clxxx. exordien. prima fronte. Ad hoc bene facit quod scribit Bald. in rubrica. C. de rerum permutatio. versicu. item quare donatio. in fine vbi dicit, ꝙ in muliere ⁊ minore simplicitas presumitur ⁊ si iurent non nocet eis: quia cum iuramentum sit captiosum, ⁊ iniustum debet per episcopum relaxari, ⁊ quanuis secundum eum iuramentum representet quem maiorem non tamen eum fingit prudentem sagacem. Videtur ergo ꝙ secundū hanc opinionem predicta Veronica que tempore quietantie, ⁊ pretense donationis per eam factarum, erat minor viginti quinque annis: quinimo vt audio sexdecim, possit petere absolutionē a iuramento ⁊ deinde restitutionem in integrum aduersus huiuscemodi quietantiam, ⁊ donationem ex eo capite: quia fuit grauiter lesa, ⁊ non fuit certificata de beneficio restitutionis in integrum. Et quanuis Barto. in dicta authenti. sacramenta puberum. quem multi sunt secuti, senserit contrarium, scilicet ꝙ non sit opus certioratione beneficij minoris etatis ⁊ restitutionis in integrum quia tamen opinio Dyn. ⁊ sequacium videtur multum equa proter plurimas deceptiones, quas quotidie fieri videmus, ⁊ que etiam habet multa ⁊ bona fundamēta, hꝫ propterea solennes defensores: Dy. scilicet in capite Cy. Jo. Andr. Anto. de Butr. domi. Cardi. Floren. Panormit.

Cuma. ⁊ vt dicit dominus Philip. Deci. qui secundum opinionem consuluit, vbi supra, hec opinio est communis mihi(que) nō videtur c in hoc casu ab ea in iudicando, vel consulendo recedendum. l. j. versic. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questor. c. in canonicis. versic. in eis vero que non accipiuntur ab omnibus. distinct. xix. ⁊ c. nouimus. ⁊ quod ibi Ant. de But. de verborum significat. ⁊ quod not. Ostien. Joan. And. ⁊ alij in. c. j. de constitutionib. Bartol. ⁊ alij in. l. finali. C. de pe. iud. qui male iudic. ¶ Forte vero opponetur, q(uod) dicta Ueronica non solum fuerit exclusa a beneficio restitutionis in integrum, sed etiam a beneficio dicte. l. ij. C. de rescin. vend. ⁊. d. c. pen. de emp. ⁊ vend. cum quietauerit, cesserit, remiserit ⁊ donauerit nō solū cum vnico iuramento, sed ⁊ cum duplici. Sed hoc non obstat quoniam respondeo, q(uod) illud posset procedere, si certificata de dicto beneficio eidē renuntiasset cum iuramēto, ⁊ nihilominus etiam cum iuramento renuntiasset beneficio dicte l. ij. ⁊ sic iuri subuenienti deceptis vltra dimidiam iusti pretij. Sed in casu nostro nihil de his fuit efficaciter actum, ⁊ sic nō obstat. Etiam nec obstat si forte opponatur, q(uod) minor. xxv. annis donare possit cum iuramento, etiam in magna quantitate: vt voluit glossa, quam sequuntur doctores in dicta authent. sacramenta puberum. ⁊ q(uod) donando se excludat a beneficio restitutionis in integrum: quoniam respondeo, q(uod) vbi minor simpliciter, ⁊ absolute donat, nisi aliter deciperetur se excludit a dicto beneficio: quia sic faciendo scit se grauiter ledere, ⁊ tamē facit: sed aliud est quādo facit non absolute, sed respectiue, habito scilicet respectu ad aliud quod sibi datur, vel quod pro eo fit: vt in casu nostro, in quo dicta Ueronica quietauit, ⁊ remisit omnia, vniuersa, ⁊ singula iura sibi cōpetentia in bonis dictorum aui ⁊ patris, ascendentia, vt dixi, ad valorem quadringentorum ⁊ nonaginta sex florenorum, pro duabus vestibus, vna super alia subtus ⁊ trecentis florenis: centum scilicet, soluendis incontinenti, ⁊ alijs ducentis per solutiones viginti quin(que) florenorum: ⁊ sic in octo annis: quos forte putabat esse pretium iustum dictorum eius iurium, que ignorabat, ⁊ ignorasse presumitur. l. quisquis. C. de rescindenda venditione. ⁊ sic aliter est iudicandum de donatione absoluta, seu absolute facta, ⁊ aliter de donatione facta respectiue: quod etiam voluit, ⁊ quidem eleganter Franciscus de Are. in. l. qui superstitis. versiculo, adde etiam ad predictam limitationem. ff. de acquirenda hereditate. declarando dictum Joannis de Jmola in capitulo, quamuis pactum. de pactis. in sexto. Laudo igitur, quod dicta Ueronica offerat supplicationem reuerendo in Christo patri domino Uapinen. episcopo, in qua narret valorem dictorum eius iurium, ⁊ q(uod) ipsa ignorans valorē huiusmodi, ⁊ existēs minor vigintiquin(que) annis, imo ⁊ sexdecim, illa quietauit, remisit, ⁊ donauit Ludouico eius fratri pro duabus vestibus vna de supra, ⁊ alia de subtus, ⁊ trecētis florenis soluendis centum scilicet incontinenti, ⁊ alijs ducentis per solutiones annuales vigintiquin(que) florenorum, ⁊ sic soluendis in octo annis, ⁊ cum duplici iuramento ab eadem minus debite extorto promisit non contrauenire, sed attēdere, ⁊c. Et quia ipsa in premissis fuit grauiter lesa, supplicet secum dispensari de iuramentis huiusmodi, aut saltem personam suam habilitari quoad hoc, vt sine metu periurij possit detegere, ⁊ ostendere grauem eius lesionem ad fines obtinendi rescissionem quietantie, ⁊ donationis predictarum. Que omnia dixerim breuiter, ⁊ succincte, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De societate. ¶ Consilium. cccclxxiij.

¶ Epitome.

¶ Filius sine patris consensu non potest contrahere, seu communicare, ⁊ societatem coire omnium bonorū in preiudicium eius patris.


Uiso Instrumento contractorum matrimoniorum per verba de futuro per ⁊ inter Jmbertum Charne ex vna parte, ⁊ Jaumetam Pererie ex alia: ⁊ rursus inter Joannē Charne eiusdem Jmberti fratrem ex vna parte, ⁊ Augeriam Pererie dicte Jaumete sororem ex alia: in quo etiam continetur donatio, quam de media eius bonorum mobilium ⁊ immobilium presentium, ⁊ futurorum parte fecisse legatur probus quondam vir Gabriel Pererie dictis Jaumete ⁊ Augerie eius filiabus, necnon etiam quoddam affrayramentum cum pacto de quo ibi, anno mense, ⁊ die contractorum matrimoniorum, ⁊ donationis huiusmodi factum inter dictos Jmbertum, Joannem, Jaumetam, ⁊ Augeriam, dico vt dixi his diebus interrogatus parte Sicilie earundem Jaumete ⁊ Augerie sororis, q(uod) non comperiebam q(uod) dicta media pars fuisset constituta, vel assignata dictis Jmberto ⁊ Joanni in dotem, ⁊ pro dote predictarum Jaumete, ⁊ Augerie, sed q(uod) idem Gabriel eisdē Jaumete ⁊ Augerie dederat ⁊ constituerat in dotem ⁊ pro dote earundem dictam dimidiam bonorum eius partem: q(uo)d tamen sic fieri non solet, nec fiendū est: q(uia) dos non constituitur mulieri, sed viro pro muliere: non tamen nego quin possit pater vel alius donare filie, vel alteri mulieri aliquid, vt de illo se dotet, ⁊ pro dote su(m)psius marito constituat, ⁊ assignet quemadmodum potest pater, vel alius aliquid donare filio vel alteri: vt inde illud donet vxori donatiōe propter nuptias. l. vt literis. C. de collatio. Preterea etiam dixi alias q(uod) dictum pretensum affrayramentum est nullū, incertum ⁊ obscurum, quia non opportune colligitur ex verbis iam dicti instrumenti, an illud contractum extiterit interdictos Jmbertum ex vna parte, ⁊ Jaumetam ex alia: ⁊ rursus inter Joannem ⁊ Augeriam: ita q(uod) nos dicamus q(uod) Jmbertus cōmunicauerit bona sua dicte Jaumete, ⁊ Jaumeta ipsi Jmberto, ⁊ sic de Joanne ⁊ Augeria: an ve ipse omnes ⁊ eorum quilibet cōmunicauerint omnibus ⁊ cuilibet vt verbi gratia, q(uod) Jmbertus cōmunicauerit bona sua dictis Joanni Jaumete ⁊ Augerie, ⁊ q(uod) dictus Joannes etiam bona sua communicauerit prefatis Jmberto Jaumete ⁊ Augerie. Et sic de Jaumeta ⁊ Augeria, quod tamen esset necessarium intelligere vt sic plenius intelligatur factū fuisse in vim pacti predicti, si illud voluerit, petere possit idem Joannes super bonis dicti quondam Gabrielis eius soceri: cum supponat ab humanis sine liberis decessisse prefatos Jmbertum fratrem ⁊ Augeriam vxorē: vellem igitur super hoc articulo plenius informari prius(quam) aliquid scribam super hoc: quatenus tamē supponeremus affrayramentū ⁊ pactum de iure valuisse. Nunc vero quoad validitatem affrayramenti ⁊ pacti predicti dico, q(uod) si dictus quondam Gabriel eisdem nō consenserit: illa non valuerint: quia cum ipse Gabriel sibi reseruasset vsumfructū dicte medietatis, nō potuerūt eius filie illam cōmunicare, ⁊ super ea contrahere, aut facere affrayramentum, seu etiā super ea pacisci, vt pacte seu fecisse videntur sine consensu eiusdem Gabrielis patris, ⁊ vsufructuarij. l. fi. §. filijs autem. ⁊ quod ibi scribentes. C. de bon. que libe. quod saltem procedit ⁊ processit quoad dictam Augeriam que vt audio vita functa est ⁊ ab humanis decessit superstite ⁊ superuiuente eodem Gabriele cui preiudicium afferre non potuit: licet forte secus esse potuisset si eadem Augeria superuixisset dicto patri: tunc enim occurreret difficultas, an filius possit cum iuramento, ⁊ sine consensu patris donare vel alias disponere de bonis aduentitijs, in quibus pater habet vsumfructum quoad hoc vt saltem ipsi filio si patri superuixerit preiudicet: de quo scribit Bald. in. d. l. fina. §. filijs autem. Et sic videretur q(uod) in vim affrayramenti ⁊ pacti huiusmodi nihil petere possit dictus Joānes in bonis dicti quondam Gabrielis si tamen illa facta extiterint absente vel non consentiente predicto Gabriele. Que omnia dixerim sub correctione, ⁊c.

¶ Rubrica, De immens. donat. ¶ Consilium. cccclxxiiij.

¶ Epitome.

¶ Ut in secundo collectaneo.

1 ¶ Legitima septem liberorum est semis bonorum que superfuerunt deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa.

2 Legitime in taxatione habendus est respectus ad tempus donationis facte ⁊ nō ad tempus mortis testatoris ⁊ quomodo reuocentur alienata per immensam donationem.

3 Confessio patris in testamento confitentis se debitorem alterius si non sufficit ad tollendum seu diminuendum legitimam filij.

4 Filius non tenetur ad valorem legitime in pecunia.



PROUT In facto, seu casu mihi exhibito parte honorabilium virorum Joannis, & Claudij Chabaleti, filiorum quondam naturalium, & legitimorum ac heredum vniuersaliū Benedicti Chabaleti, & Joanne Gordilbone, supponitur ꝙ eisdem Benedicto & Joanne superfuerint septem liberi primi gradus, scilicet dicti Joannes, Claudius, & Stephanus, & quatuor filie, scilicet Catherina, Flora, Moneta, & Claudia: quorum omnium legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum dictorum quondam Benedicti, & Joā
1 neteorum † scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa. autben. de triente & semis. §. j. collat. iij. & tansumptiue in autben. nouissima. C. de inoffic. testamen. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titulo. Verum hic manet difficultas in taxāda predicta legitima an debeant inspici bona, que habuerunt dicti quondā Benedictus, & Joanna tempore eorum vite & mortis, an ve ea que habuerūt tempore factarum donationum per eosdem quōdam Benedictum, & Joannam dictis Joanni, & Claudio eorum filijs naturalibus & legitimis: quia si inspiciamus tempus mortis, quia illo tempore tertia pars per eos retenta forte non valebat nisi mille florenis, legitima istorum septem liberorum solum ascenderet ad quingentos, seu quinq; centum florenos, quos sibi equis portionib⁹ diuiderent dicti septem filij. Si vero inspicitur tempus dictarum donationum, & quo tempore, vt audio, bona valebant tribus mille florenis, legitima dictorum septem liberorum ascēderet ad valorē mille & quingentorum, seu quinq; centum florenorum: & sic esset longe pinguior, & maior, ꝙ si inspiciamus tempus mortis dictorū Benedicti, & Joāne. Pro solutione igitur eorum, de quibus queritur parte dictorum Joannis, & Claudij expedit inquirere, & scire quod tempus inspici debeat in & pro taxanda legitima huiusmodi, an scilicet tempus mortis predictorum Benedicti, & Joanne, vel tempus donationum. Et prima facie videretur esse inspiciendum tempus mortis. l. cum queritur. ibi mortis tempore, & authentico, nouissima. ibi, ex substantia deficientis. C. de inofficioso testamento. Sed contrarium existimo esse verius quoad casum nostrum, scilicet, quod
2 pro taxanda legitima † debeat haberi respectus etiam ad illas duas tertias partes, quas donasse dicuntur dicti quondam Benedictus & Joanna prefatis Joanni & Claudio eorum filijs: pro eo quia certum est, quod per titulū lucratiuum parentes non possent in effectu diminuere legitimam suorum liberorum: prout colligitur ex authentico, de immensi. donatio. §. primo. collat. septima: & transumptiue in authent. vnde & si parens. vbi etiam hoc notat dominus Jason Maynus. C. de inofficioso testamento. Et quamuis dicta authent. vnde & si parens. & corpus vnde sumitur, non videatur prouidere quoad hoc vt pro parte reuocentur alienata per immensā donationem, & sic vt pro legitima, vel illius supplemento mittatur manus etiam in alienata, tamen fundamentum huiuscemodi prouisionis stat in hoc, vt propter donationem non fraudentur liberi in sua legitima: quod tamen faciliter fieret si in taxanda legitima non deberet haberi respectus etiam ad res donatas: etiam eo casu quo donatio non fuit vniuersa: vt verbi gratia, pone patrem habere duos filios, & duas filias, & quod pater tempore matrimonij primi filij, & contemplatione illius donet sibi bessem, hoc est octo vncias bonorum suorum: quo casu dici non potest pater immense donasse: quia adhuc sunt quatuor vncie facientes trientem, & que pro legitima sufficerent nō solum alteri filio, & duabus filiabus, sed etiam ipsis tribus & filio donatario. dicto authentico, de triente & semisse. §. j. & transumptiue in dicta authentica, nouissima. Pone insuper, quod pater postea condidit testamētum, in quo vniuersalem instituerit alium filiū, & cuilibet ex filiabus iure institutionis reliquerit, pone centum, & filio donatorio decem. Si nos dicamus, in taxanda legitima ipsarum filiarum, que agunt ad supplementū legitime ꝙ solum haberi debeat respectus ad quatuor vncias per patrem reseruatas: et sic eas non debere habere nisi dimidiā partem tertie partis harum quatuor vnciarum esset in multo diminuta earum legitima: quod non videtur fuisse de mente iuris: vt colligitur tam ex his que habētur in multis. ll. C. de inof. do. ꝙ etiam in. d. aut. vnde si parēs. & in corpore vnde sumitur & videref hoc esse multū absurdū: & aperiretur parentibus via ad fraudandū liberos in sua legitima, quorū neutrū est tollerandū. Et
3 hinc dicim⁹, ꝙ cōfessio patris † facta in testamēto per quā confitetur se debitorem alicuius, non sufficeret in preiudicium filij quoad tollendū, vel diminuendum eius legitimā: vt colligitur ex his que scribit Barto. si bene inspiciatur in. l. cum quis decedens. §. codicillis. circa medium. ff. de lega. tertio. Spec. & Jo. And. in addi. tit. de confes. §. nunc videndum. versi. sed nunquid patris confessio. Ant. de But. in. c. ꝗuis. vbi etiam Panor. de re iud. & Alexan. de Jmo. consi. xl v. exord. Super ijs de quibus dubitari contingit. in primo vol. & cōsi. xx vi. exord. Viso & considerato themate. in. ij. volu. & cōsi. xviij. exord. Non minuitur legitima. in iiij. volu. ¶ Fateor autem ꝙ si donatio non fuerit immensa & superuixit tempore mortis, in quo sine obstaculo liberi possunt consequi legitimam sibi debitam secundū taxam factam habito respectu etiā ad bona, seu res antea donatas non fit eo casu donatio regulariter insolidum, aut pro parte reuocanda: sed ꝙ non debeat haberi respectus ad donationem illam, etiam si non sit immensa quoad hunc finē, vt taxetur legitima & vt pinguior & maior existat, habendo respectum etiam ad res donatas, hoc non video. subest enim in hoc casu illa eadem causa, que sibi locum vendicat, quando facta fuit immensa donatio, que est, ne fiat liberis preiudicium in sua legitima: quod vt ex predictis colligitur fieret non solū quando fit donatio immensa, sed etiam si esset immensa, nisi vt predixi haberetur respectus etiam ad res donatas. Et hoc etiam apertissime apparet in casu nostro, in quo si non haberetur respectus ad duas tertias partes donatas, sed solum ad tertiam partem reseruatam, legitima dictorum septem filiorum ascēderet duntaxat ad quingentos florenos, quos vt predixi sibi equis portionibus diuiderent, dicto authē. de triē. & semis. §. j. & transumptiue in. d. auth. nouissima. ibi, ex equo sc3 diuidendis: sed si habeatur etiam respectus ad dictas duas tertias partes donatas, legitima dictorum septē liberorum ascendet ad mille & quingētos florenos: & sic erit longe pinguior. Quia igitur vtrobiq; est eadem ratio, seu causa, debet vtrobiq; esse idem ius. c. ij. de translatio. episco. c. cum dilecta de confir. vti. vel inuti. l. libertum. §. senatus. ff. de rit. nup. & vulgata. l. illud. ff. ad. l. aquil. & si non de ēpio predicta videntur fuisse de mente Sali. in dicta. l. j. questio. x. C. de inoffi. dona. Et istud etiā colligitur ex eo quod no. gl. in. d. l. j. sup verbo, duabus vncijs. & quod ibi docto. Supposito igitur quod tempore mortis, & decessus bona dictorum quondam Benedicti, & Joanne valuerint deducto ere alieno, & funeris impensa tribus mille florenis legitima dictorum septem liberorum ascendit ad mille & quingētos florenos, & facta diuisione quelibet ex filiabus pro sua legitima deberet habere ducentos & quatuordecim florenos. & tres grossos, & aliquid vltra, vel circa, saluo errore calculi: in qua tamen debent sibi imputare dotes pro eis constitutas earū maritis. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. Et pro residuo possunt experiri & petere supplementum. dicta. l. omnimodo. ¶ Et ꝗuis prefate Catherina, Moneta, & Claudia legantur quietasse bona paterna, & materna etiam cum iuramento. quia tamen in quietantia huiusmodi non est facta mentio de legitima. illa non videtur debere extendi ad ipsam legitimam. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testa. iuncto eo quod eleganter scribit Fran. de Are. in. l. j. §. si quis ita. veri. & quia hic moderni post Bar. ff. de verbo. oblig. & Geor. Na. in repeti. c. ꝗuis pactum. vers. quod etiam sic ꝓbatur. de pact. in. vi. & alij in alijs locis: & sic non obstante quietātia predicta possunt predicte mulieres petere supplemētum legitime: & pro illo agere & experiri. ¶ Ad id vero de quo vltimo queritur, an scilicet predicte mulieres petere possint sibi tradi, & expediri supplementum predicte legitime in & de bonis, seu corporibus hereditarijs: an ve debeant contentari habere pecuniam vsq; ad valorem supplementi dico & respondeo ꝙ de iure communi, & secundum
4 communem opinionem debent habere legitimam & supplementum huiusmodi in & de bonis, seu corporibus hereditarijs nec tenentur valorem illius recipere in pecunia. l. scimus. §. repletionem, & quod ibi Guil. de Cug. Bar. Pau. de Cast. & in effectu Sali. & domi. Jas. de May. C. de inoff. testa. Barto. in. l. suus quoq;. in fin. principij vbi etiam Jo. de Jmo. versicu. aduerte etiam quia hic Barto. concludit. ff. de heredi. insti. Pau. de Cast. consi. cclv. in. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de lega. j. Sed verum est ꝙ do. Guid. Pape. in decisio. parlamenti Delphinalis, decisio. cccclxxx vij. exordien. pater in testamento heredem suam particularem instituit, &c. dicit seruari ꝙ repletio legitime fa

in pecunia, & non de substantia, seu bonis, & q ita vidit seruari temporibus suis de stylo, & consuetudine venerabilis curie parlaméti Dalphinalis, & aliarum curiarum patrie Dalphinalis. Propter quod cōsulo dictis Joāni & Claudio, q ipsi vadant, vel mittant hominem discretum Gratianopoli ad se informandum cum egregijs dominis aduocatis inibi residentibus, qui poterunt & scient dicere veritatem huiuscemodi styli: quia quanuis Bart. dicat in repetitione. l. de quibus. ff. de legib. q doctori famoso referenti consuetudinem, sit credendum: ego tamen consulo eidem Joanni & Claudio, vt supra, q de hoc pleniorem recipiant informationem, & vt euitent expensas, & cautius incedant.

¶ Rub. De heredit. ab intest. &c. ¶ Consilium. cccclxxv.

¶ Epitome.

¶ Ut in collectaneis.

1 ☞ Hereditas patris intestati transmittitur ad filios, nepote, &c. ordine scilicet successiuo: qui pro rata tenentur cōtribuere in ere alieno. & num. 2.

3 Pene & mulete suos tenent authores & eorum successores, non alios.

4 Prothocolla vnius sine commissione iudicis nō possunt per alium degrossari.

5 Renuntiatio bonorum dolo extorta non valet.

6 Donatio omnium bonorum in qua interuenit iuramentum, de iure valet.

7 Nomina debitorum, & iura non veniunt in donatione omnium bonorum.

8 Societas non censetur contracta ex sola communicatione fructuum.



Ex his que in casu mihi exhibito parte prouidi viri Guilielmi Durandi proponūtur resultant, & colligūtur sequentia. Primum quidem, q Jacobus Terrassij, alias Bernardi, cuius fuisse dicuntur bona de quibus in dicto casu, vita functus est, & ab humanis intestatus decessit, superstitib⁹ duobus eius filijs naturalibus & legitimis, scilicet Antonio, & Claudio Terrassij, quibus propterea delata est paterna hereditas cuilibet, scilicet pro semisse, seu dimidia parte. authentico, de heredit. ab intestat. §. j. collat. nona. & trausumptiue in authent. in successione. C. de suis & legitimis. Secundum, quod dicto Claudio superfuit Ludouicus eius filius naturalis & legitimus, & cui delata est paterna hereditas, & heres fuit eiusdem Claudij: & dimidia pars bonorum dicti quondam Jacobi, illa scilicet, que post ipsius mortem peruenit ad prefatum Claudium consequenter eodem Claudio mortuo peruenit ad eundem Ludouicum eius filium & heredem, cum non ponatur in casu, quod ipse Claudius aliquem transportum, aut transactionem fecerit de bonis huiusmodi in dictum Antonium fratrem, aut in aliquem eius successorem. Tertium, q dicto Ludouico superfuit Nicolaus eius filius naturalis, & qui sibi vniuersaliter successit, & tanq̄ eius heres tenuit & possedit illam dimidiam bonorum dicti quondam Jacobi partem, que primo ad dictum Claudium, & deinde ad prefatuz Ludouicum peruenerat. Quo fit vt non videatur esse hesitandum, aut dubi-
1 tandum quin dimidia pars † bonorum dicti quondā Jacobi Terrassij ad eum pertinuerit, & pertineat: & per hec patet responsio ad primum quesitum. ¶ Ad secundum quesitum, in quo queritur de ere alieno dictorum quondā Jacobi, & Antonij, & aliorum successorū, an scilicet in illo contribuere debeat dictus Nicolaus: Dico & respōdeo, q quo
2 ad es alienum dicti † quondam Jacobi eiusdem Nicolai quondam proaui, nō est dubium quin ipse Nicolaus teneatur pro dimidia parte; pro qua eidem successit per medium dictorum quondam Claudij & Ludouici eiusdem Nicolai quondam aui, & patris. l. pro hereditarijs. C. de here. actio. Quo vero ad es alienum contractum per dictum quōdam Antonium, cui non proponitur immediate, vel mediate titulo hereditario successisse, nō bene apparet quo iure teneatur contribuere in solutione eris huiusmodi: nisi forte predictus Antonius contraxisset es alienum, seu debita fecisset occasione bonorum communium, & in communem vtilitatem esset conuersum id propter quod esset contractum es alienum, aut facta debita: & hoc deberet probare dictus Guilielmus Durandi: per ea que scribit Speculator titulo, de iudicijs. §. sequitur. versiculo, quid si duo fratres, vel alij habēt bona communia. Etiam si dictus Guilielmus soluisset debita dicti quōdā Jacobi, ipse pro parte deberet rēbursari per dictū Nicolaū: quia, vt predixi, debita dicti Jacobi erant soluēda equis portionib⁹ per dictos Antonium & Claudium qui eidem successerunt: quilibet scilicet pro semisse: vt predixi. Preterea si dictus Nicola⁹ velit habere partem in quotis & portionibus Francisci, & Beatricis filiorum dicti quondam Antonij, cessis & remissis dictis Guil. Durandi & Claudio, equum est & rationabile q ipse contribuat in oneribus, & in ere alieno contracto per dictum quondam Antonium: cui ab intestato successerunt Gona, & dicti Franciscus, & Beatrix eius filij naturales & legitimi, quilibet scilicet pro tertia parte, dicto authentico. de heredi. ab intestato. §. j. collatio. ix. ¶ Ad tertium in quo queritur, an mulcte seu pene in quibus dictus Claudius dicitur propter delicta per eum perpetrata, fuisse condemnatus, & que fuerunt solute de bonis cōmunibus, spectat insolidū ad onus predicti Nicolai eius nepotis, ita q in diuisione fienda de bonis communibus dictus Guilielmus possit detrahere id quod de sua parte solutuz est: vt verbi gratia, si pro mulctis & penis per dictū quondam Claudium incursis fuerint de bonis communibus soluti ducenti floreni, an in dicta diuisione nunc fienda poterit dictus Guilielmus detrahere ducentos florenos de bonis communibus vel centum super parte & por-
3 tione predicti Nicolai: dico & respōdeo † q sic: quia de parte & portione dicti quondam Claudij tantum debuerunt solui mulcte, seu pene predicte. l. cum duobus. in fi. & l. ideo. & l. adeo. ff. pro soc. l. si his cum quo. ff. communi diuidun. & l. si cōis familia. & l. sequenti. ff. de noxali. actio. quod etiā voluit & scripsit Specul. titulo, de iud. §. sequitur. ver. quid si alter ex heredibus condemnatus est ob maleficiū. Et pro hoc multa alia inducunt, a quibus supersedeo cū non expediat. ¶ Ad quartum in quo queritur de instrumento dicti quondam Antonij, an scilicet in forma, in qua est fidem
4 faciat. Dico & respōdeo q prothocolla, seu note, aut imbreuiature sumpte, seu recepte per vnum notarium, non possunt degrossari, seu signari, aut publicari, per alium, nisi ex commissione iudicis. c. cum. P. tabellio. & quod ibi doc. de fi. instrumen. et de qua commissione debet apparere alit q̄ per assertionem notarij degrossantis, seu publicantis: quia de commissione huiusmodi, sibi non creditur, vt pote in suo proprio facto asserenti. argumen. l. j. C. de man. priu. l. j. C. ne quis in sua causa. l. omnibus. C. de testamētis. & l. prohibitum. C. de iur. fis. & quod scribit Ostiē. in c. quoniā contra falsam & quod ibi Anto. de But. Joannes de Imo. & Panor. versicu. ad vnum tamen notabile dictum. de probatio. Et hanc opinionem sequitur Joan. And. in regula: cum quid. de regu. iur. in sexto. in Mercurialibus. Bald. in. l. iurisiurandi. C. de testi. & in. l. iudices. C. de fid. instru. Panor. in. c. fraternitatis. de cleri. non residen. Ange. & Joannes de Imo. in. l. secunda. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testamen. aperian. Nec sufficit q duplum pretense commissionis insertum extiterit in instrumento dicti matrimonij. Pro quo allegasse sufficiat id, quod habetur in authen. si quis in aliquo. & quod ibi docto. C. de eden. & quod not. Panor. in. c. Abbate. de verbo. significa. Expediet igitur si causa agatur q de commissione predicta fiat fides per exhibitionem literarum originalis commissionis, que penes notarium remansisse, & remanere creduntur. ¶ Ad vl-
5 timū † quesitum in quo querit de efficacia, seu validitate renuntiationis facte per Gamonam filiam quondam naturalem vereq; legitimam dictorum Guilielmi Durandi, & Gone Terrasse, & que eidez Gone vniuersaliter successisse dicitur: dico me non posse vere aut tute respondere: cum nesciam valorem bonorum, & iurium dicte Gamone, nec valorē bonorū aut iuriū d. Gone eius quondā matris: quibus pro vili summa, seu vilibus bonis renuntiasse legitur. Si enim illa essent alicuius bone extimationis & valoris ipsa Gamona videretur fuisse decepta & circunuenta per fallacias, & falsas assertiones: quibus datum est sibi intelligi de contrario & ita non valeret quietantia seu renuntiatio: pro eo quia esset dolo extorta. per id quod not. Joan. de Imo. in sua solenni repeti. c. cum contingat. versiculo, & si dicas, quando dicetur dolus excludere consensum. de iureiuran. Frederi. de Sen. consilio. cci. & quod not. gloss. in. l. dolus. C. de rescinden. vendi. & quod scribit beatus Ambro. in tertio de offi. c. decimo, & sequēti. ¶ Verum quia post scripta

precedentia vidi, et accuratius inspexi instrumētum matrimonij dudum anno, scilicet Domini M.cccccxl. et de mēse Nouembris per verba de futuro contracti per, et inter predictum Antonium ex vna parte, Jaunetā filiam Durandi Fogerij ex alia, in quo etiā reperio dictum Jacobum patrem eiusdē Antonij sibi tunc presenti, stipulanti, et recipienti, etc. donasse dimidiam partem omnium bonorum suorum mobilium, et immobilium, presentiū, et futurorum, et post mortem eiusdem Jacobi aliam medietatem retento per eundem Jacobum patrem et donatorem vsufructu, et regimine bonorum huiusmodi: dico et respondeo, quod iste donationes, et earum quelibet fuerūt donationes inter viuos vna scilicet pura, et alia in diem: hoc est post mortē eiusdem
6 Jacobi donatoris: et quia † in eis interuenit iuramentum, ille de iure valuerunt: per id, quod notat Bal. in. l. fin. C. de vsucap. pro donat. et in repetitione. l. ij. versiculo, et idem. ff. de iureiuran. et in consilio. ccclxv. in tertia parte. Alexan. de Jmola in. l. si donatione. versic. vtrum autem. C. de collat. multas remissiones ponit dominus Jason de Mayno in repetition. l. frater a fratre. in lectura. ff. de condictione indeb. Et sic si mortuo predicto quondam Jacobo dictus Antonius eius filius non se gesserit pro herede dicti Jacobi eius patris, sed bona sibi donata tenuerit, et possederit titulo sibi factarum donationum per Jacobum patrem, tunc videretur, quod omnia bona mobilia et immobilia dicti quondam Jacobi eidem Antonio ab initio spectassent, et pertinuissent: nisi id quod pro legitima dicto Claudio eius fratri spectabat, aut debebatur: et in qua dictus Jacobus eundem Claudium titulo lucratiuo grauare non poterat. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamen. et quod notat dominus Jason in authen. vnde et si parens. C. eod. Et si queratur quanta esset legitima huiusmodi dico, quod cum dicto quondam Jacobo superfuerint duo filij, scilicet dicti Antonius, et Claudius, eorum legitima fuit triens, seu tertia pars bonorum eiusdem, deducto ere alieno et funeris impensa, equis portionibus inter eos diuidenda. authent. de triente et semis. §. j. collat. iij. et transumptiue in authen. nouissim. C. de inofficioso testamen. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titu. et sic dictus Claudius habuisset dimidiam partē tertie partis, hoc est sextam partem omnium predictorum bonorum, que ascendunt ad duas vncias: residuū vero fuisset predicti Antonij in vim donationum factarū de bonis mobilibus et immobilibus:
7 in † quibus tamē non veniebant, nec comprehendebantur nomina, seu debita, et iura, vtpote facientia tertium genus. l. quam Tuberonis. §. penult. ff. de pecul. l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud. et quod notat Bart. in. l. potest pupillus. ff. de author. tutor. et canoniste in. c. nulli. de reb. eccles. non alienan. et quod scribit Alexand. de Jmo. consil. xlv. exordiente, Habita super his de quibus dubitari contingit. versicul. primo enim considero. in primo volumine. Sed quia postea et tempore lōgissimo tam successores predicti Antonij, quam successores predicti Claudij simul manserunt, et bona predicta communiter et pro indiuiso possederunt, et fructus perceperunt, remanet difficultas an successores eiusdem Antonij censeantur communicasse proprietatem predictorum bonorum dictis Claudio, Ludouico, aut Nicolao: super qua Salic. in. l. si patruus. C. commun. vtriusque iudic. sentit, quod ex sola communicatione fructuum
8 non censetur communicasse, aut cōmunicare voluisse proprietatem, seu fundos. hoc dictum Salic. commemorat, et sequitur Andreas Barb. consilio. xxvij. exordiente, De questione mihi videtur. in secunda parte. et Alexander de Jmola consilio. xlviij. exordiente, Diligēter perspectis. in secundo vol. et dominus Jason de May. in. l. j. versic. secūdus casus, etc. ibi cōfirmo per illud quod in fortioribus terminis, etc. C. qui testamenta facere pos. et ita videretur quod de bonis dicti quondam Jacobi non spectarent predicto Nicolao nisi due vncie pro legitima dicti quondam Claudij, et tres vncie, et aliquid plus in vim cessionū, seu remissionum dudum factarum dicto Claudio per prefatos Franciscum et Beatricē: residuū vero spectaret dicto Guil. Durandi. Si vero opponerem⁹ q. d. quōdā Antonius se gesserit pro herede Jacobi eius patris, illa bona sibi donata debuerūt pereū cōmunicari seu cōferri dicto Claudio fratri. auth. ex testamento. et quod ibi scrib. C. de coll. et sic pars et portio dicti Claudij facta fuisset pinguior, et magis valuisset, et portio predicti Antonij facta fuisset minus pinguis, et minus valuisset: et sic inspectis cessionibus et remissionib⁹ postea factis per dictos Franciscum et Beatricem, predictus Nicolaus deberet habere de bonis dicti quondam Jacobi vltra dimidiam partem. Que scripserim, etc.

¶ Rub. De heredibus instituendis. ¶ Consi. cccclxxvi.

¶ Epitome.

¶ Cum quilibet regulariter est moderator et arbiter rei sue nihil est quod impediat patrem filiam habentem testari et heredes instituere quos voluerit, filie relicta legitima, que est triens seu tertia pars bonorū dicti eius patris quā potest in corporibus hereditarijs sibi tradi petere, nisi in contrarium sit patrie consuetudo.

1 ¶ Rei sue quilibet est moderator et arbiter.
2 Filius in legitima non grauandus: quam de iure communi debet capere de rebus et corporibus hereditarijs. 3.



Quia nec ex probo quondam viro Petro Rasieu seniore vita functo, nec ex Petro Martini iuniore viuente stant aliqui liberi masculi, non est disputādū vel inquirēdū de substitutiōibus quas fecisse legitur honorabilis quondam vir Franciscus Rasieu, eorundem Petri, et Petri, ac Antonij Rasieu quondam pater naturalis, et legitimus. Quia cum nulli stant masculi ex predictis propter substitutiones huiusmodi in nullo fuit, vel est aucta seu augmentata portio huius Petri substitutis: nec fuit diminuta portio quā habere debebat, vel habere poterat Francesia Rasieu pro legitima sibi debita in bonis predicti Antonij eius quondā patris. Nec igitur expediendo dico breuiter, et succincte quod dictus Antonius licet filiam haberet, potuit disponere, et testari, et sibi heredes vniuersales instituere di-
1 ctos Petrum, et Petrum eius fratres: quia † quilibet est regulariter moderator et arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahē. emptio. et venditione, etc. de his. ad fin. de sepultu. Pro quo facit. l. non vsque adeo. ff. si a paren. fue. quis manu. vbi dicit text. iniquum esse ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem. Et hoc maxime procedit in vltima voluntate. l. j. C. de sacrosanct. eccle. authen. de nup. §. disponat. collatio. quarta, et c. vltima volūtas. xiij. q. ij. Debuit tamen predictus Antonius aliquid relinquere iure institutiōis predicte Franeesie eius filie. authen. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum. colla. viij. et quod notant docto. in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. Joā. de Jmo. et Alex. de Jmo. in. l. inter cetera. ff. de liberis et posthumis. Et si illud quod eidem Francesie iure institutionis reliquit, non sufficiat ad eius legitimam: ipsa potest petere supplemen-
2 tum legitime in qua eadem Francesia † grauari nō potuit. l. omnimodo. et. l. quādo in prioribus. C. de inoffi. testa. Et si queratur quanta fuerit, vel sit legitima eiusdem Francesie, dico quod tertia pars bonorū predicti Antonij eius quondam patris, eorū scilicet que superfuerūt deducto ere alieno, et funeris impensa: cum vt audio eidem Antonio non superfuerunt alij liberi. authentic. de triente et semisse. §. primo. collatione tertia. et transumptiue in dicta authenti. nouissima. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eodē titulo Et hanc legitimam potest eadem Francesia de iure
3 † cōmuni petere sibi tradi et expediri in et de bonis, seu corporibus hereditarijs dicti Antonij eius quondam patris ita quod non tenetur si nolit capere legitimam in pecunia. l. scimus. §. repletionem: et quod ibi Guilielmus de Cuneo Baldus Paulus de Castro. in effectu Salice. et dominus Jason de Mayno. C. de inofficioso testamento. Bartolus in. l. suusquoque. in fine principij. vbi etiam Joannes de Jmola. versiculo aduerte etiam quia hic Barto. concludit. ff. de heredibus instituendis. et Alexander de Jmola in. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de legatis primo. Et dixi notanter quod hoc est de iure communi: quia dominus Guido Pape in decisione parlamenti Dalphinalis, decisione. cccclxxxvij. exordiente. Pater in testamēto heredem suam particularem instituit filiam, etc. dicit quod aliter seruatur de stylo venerabilis curie parlamenti Dalphinalis et aliarum curiarum eiusdem patrie. Et ideo consulo dicto Petro quod accedat, aut mittat Gra-

tionopo

tionopoli ad se informandum cum dominis aduocatis, ⁊ doctoribus quid de consuetudine obseruetur. Concludo igitur super hoc, quod dicta Francesia debet habere tertiam partem bonorum predicti quondam Antonij eius patris: ⁊ hoc vel in rebus ⁊ corporibus hereditarijs secundum ius cõmune, vel in pecunia secundũ cõsuetudinem patrie, si ita ibi obseruetur. Et potest petere non solum legitimam, hoc est dictam tertiam partem, sed etiam fructus ipsius legitime, etiam si essent consumpti: dicta authentica nouissima. ⁊ quod ibi doctores, iuncto eo quod notat Bal. in. l. non est. C. familie erciscunde. ⁊ post eum Alexander de Imola consilio. lxix. exordiente, Super primo dubio queritur an dicta Agnes. versiculo, super secundo dubio, scilicet an possit agere ad fructus legitime, ⁊c. in primo volumine: ⁊ Philippus de Peru. consil. cclxv. in litera. M. ⁊ in litera. N. in tertio volumine. Et per hec patet responsio ad omnia quesita in casu mihi exhibito excepto vltimo dubio. Ille enim dominus, qui casum formauit, saluo honore suo, inaduertenter in eo, ꝙ ipse in casu posuit, quod dictus Franciscus heredes instituerat dictum Petrum, ⁊ suos fratres, ⁊ ꝙ ipse eos adinuicem substituit casu quo vnus ipsorum ante alios sine liberis masculis decederet: quia istud non ita reperitur, sed legitur quod primo ex dictis filijs decedenti sine liberis masculis substituit liberos masculos aliorum, ⁊ secundo sine liberis masculis decedẽti substituit liberos masculos alterius. Unde cum multi supersint liberi masculi ex dictis Petro, ⁊ Petro, vt iã dixi, nemo apparet substitutus: quamuis Antonius, ⁊ vnus ex Petris sine liberis masculis ab humanis decesserint, ⁊ ob hoc dixi in principio, quod non erat disputandum, vel inquirendum de dictis substitutionibus, ⁊ sic perinde est ac si dictus Frãciscus nullas substitutiones fecisset: quo casu potuisset dictus Antonius de bonis suis disponere, ⁊ testari, ⁊ in illis fratres suos heredes instituere, relicta tamen legitima predicte Francesie filie, que vt dixi est tertia pars omnium bonorum suorum, detracto ere alieno, ⁊ funeris impensa. Quo vero ad Petrum qui mortuus est sine liberis, dico quod ille potuit disponere ⁊ testari de bonis suis, ⁊ in illis heredem instituere alterum Petrum: nec tenebatur aliquid relinquere prefate Frãcesie eius nepti: supposito, quod dictus Petrus heres institutus non sit persona turpis, seu infamis infamia iuris, aut facti. ꝑ id quod habetur in. l. fratres. §. consanguinei. iuncto eo quod not. glossa in. l. fratris, vel sororis. C. de inofficioso testamento. ¶ Ad vltimum dubium dico ⁊ respondeo, quod predicta Frãcesia nihil petere potest in bonis per dictum Petrum viuẽtem acquisitis nomine sui ipsius, ⁊ maxime post mortem dictorum Antonij, ⁊ alterius Petri. l. si patruus. ⁊ quod ibi doctores. C. communia vtriusqꝫ iudicij. sed tantum petere potest in bonis dicti Antonij eius quondam patris legitimam ⁊ fructus legitime. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De transactionib. ¶ Consilium. cccclxxvij.

¶ Epitome.

¶ Minor lesus in transactione vltra dimidiam iusti precij potest experiri remedio. l. ij. C. de rescinden. vend. ⁊ c. penultim. de empt. ⁊ vend.

1 ☞ Quinqꝫ liberorum legitima est semis.
2 Mater, sorores, ⁊ nepotes ex altera sororum equaliter succedunt filijs ⁊ fratribus.
3 Nepotes succedentes matri in legitima non illam imputant legitima sibi debita in bonis aui.



Ex his, que nouissime parte honeste mulieris Rexendis Carbonelle filie naturalis ⁊ legitime Philiberti Carbonelli, ⁊ Bartholomee de sancto Joanne quondam coniugum mihi exposita, aut relata extiterũt: colligitur, quod dictus quõdam Philibertus habens in bonis, deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa, valorem centum scutorum auri vita functus est, ⁊ ab humanis decessit intestatus, superstitibus quinqꝫ eius liberis: tribus scilicet masculis, ⁊ duabus filiabus Jaumeta videlicet ⁊ predicta Rexẽde: cui propterea in vim statuti Prouincie vniuersaliter successerũt dicti tres masculi, sola legitima reseruata ꝑdictis Jaumete ⁊ Rexẽde. Et qꝛ dicto Philiberto superfuerũt, vt predixi, quinqꝫ
1 liberi, bonorum omnium legitima fuit dimidia pars predictorum bonorũ: ⁊ sic quinquaginta scuta: authẽ. de trien. ⁊ se. §. j. collatio. iij. ⁊ trãsumptiue in auth. nouissima. C. de inof. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. ⁊ sic facto calculo oportuno legitima dicte Jaumete, que fuit sibi debita in bonis paternis, ascẽdit ad decem scuta: Unde cum pro ea post mortem dicti quondam Philiberti dicta Bartholomea, tam de bonis sui ipsius, quã dicti quondã Philiberti cõstituerit Joã. Mercurina in dotẽ ⁊ ꝓ dote. d. Jaumete ducẽtos florenos, clarissime apparet eã habuisse in ⁊ de bonis paternis florenos centũ: prout alias scripsi, que ascenderunt longe vltra dictam eius legitimam. Actum quia post mortem dicte Jaumete vita functi sunt, ⁊ ab humanis decesserunt dicti tres liberi masculi intestati superstitibus, ⁊ sibi superuiuẽtibus predictis Bartholomea matre Rixende sorore, ⁊ Joanna Mercusina. d. Jaumete
2 † quõdã filia naturali ⁊ legitima, ipse tres Bartholomea, Rexẽdis, ⁊ Joãna dictis liberis masculis abintestato successerũt: quelibet scꝫ pro tertia parte. authẽ. defuncto. C. ad Tertulia. ⁊ auth. vt fra. fi. §. j. colla. ix. Et sic potuit dicta Joanna petere tertiam partem in bonis dictorũ trium masculorum eius auunculorum. ⁊ si illi erant debitores aliquorum, ipsa tenebatur soluere tertiam partem onerum. l. pro hereditarijs. C. de hered. actio. Et quia successu temporis dicta Bartho. vita functa est, ⁊ ab humanis decessit superstitibus, ⁊ sibi superuiuentibus dictis Rexende, eius filia, ⁊ Joanna Mercurina nepte, seu felezena: prius condito per eandem Bartholomeam testamento in quo heredem vniuersalem instituit dictam Rexendem, ⁊ prefate Joanne nepti legauit, ⁊ iure institutionis reliquit florenos vigintiquinqꝫ: dico ꝙ nisi illi floreni vigintiquinqꝫ ascenderint ad valorem legitime, ipsa potuit petere supplementum illius. ⁊ cũ superfuerint ipsi Bartholomee duntaxat dicte Rexendis, ⁊ Joanna, earum legitima fuit triens bonorũ dicte Bartholomee eorũ scilicet que superfuerint deducto ere alieno, ⁊ funeris impensa. dicto authẽn. de trien. ⁊ sem. §. j. ⁊ transumptiue in dicta auth. nouissima. iuncta allegata. l. Papinianus. §. quarta. Et sic legitima predicte Joanne fuit sexta pars predictorum bonorũ: ⁊ si vt mihi relatum est bona dicte Bartholomee valuerint tẽpore mortis eiusdem trecentis florenis deducto ere alieno, ⁊ funeris impẽse, legitima eiusdẽ Joanne ascendit ad quinquaginta florenos, in quibus debent imputari vigintiquinqꝫ floreni eidẽ Joanne legati, ⁊ relicti per dictã Bartholomeã. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. non autẽ in dicta legitima erãt imputandi centum floreni, quos de bonis suis censetur dicta quondã Bartho. cõstituisse in dotẽ, ⁊ pro dote dicte quondã Jaumete matris huius Joanne: qꝛ ipsa Joanna nõ habuit hanc dotem ab ipsa Barthol. auia materna, sed a dicta Jaumeta eius matre: cui dicta Bartho. cõstituendo illos donasse censetur. l. vnica. §. accedit. iuncto. §. extraneũ.
3 C. de rei vxo. actio. non igitur tenebatur dicta Joanna † illam imputare in suã legitimã per ea que scribũt docto. magis cõiter. in. l. illã. C. de colla. ⁊ in. l. in quartam. ff. ad legẽ falci. ⁊ in multis alijs locis ꝙuis volunt, ⁊ cõiter cõcludũt ꝙ nepotes iure hereditario succedentes matri in legitima non tenentur illam imputare in quartam, seu in legitimã. eisdẽ debitã in bonis aui materni. pro quo videri potest in terminis nostris id quod scribit Pau. de Cas. de Montepie. in repeti. dicte. l. in cõtractũ. ver. istã conclusionem ita declaratã. Consideratis igitur predictis, hoc est tertia parte, pro qua successit dictis tribus masculis eius auunculis, ⁊ sexta parte bonorum dicte quondam Bartholomee ad quam ascendebat legitima eidem Joanne in ipsis bonis competens, ⁊ preterea consideratis illis duabus vineis, de quibus in transactione, ⁊ alijs ipsis Joanne promissis, potest videri, ⁊ cognosci an ipsa Joanna fuerit enormiter lesa, hoc est vltra dimidiam partem eius quod verisimiliter erat habitura pro dictis tertia ⁊ sexta partibus: seu considerato ⁊ inspecto dubio euentu litis: quia si non fuerit lesa vltra huiusmodi partem dimidiam, non videtur potuisse experiri pro rescissione dicte transactionis: obstante iuramento per quod sibi abstulit beneficium restitutionis in integrum. authen. sacramenta. puberum. C. si aduer. venditionẽ. Si vero fuerit lesa vltra dimidiam partem habito respectu ad extimationem dubij euentus, existimo ꝙ ipsa potuerit experiri ⁊ intentare remedium legis secunde.

C. de rescind. vend. & c. penult. de empt. & vend. per id quod scribunt Bart. Reyne. Ang. Ioan. de Imola, & Roman. in. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Bart. in. l. Lucius. §. fin. ff. ad Trebel. Ang. in. l. ij. C. de rescind. vend. Ioan. de Imo. in. c. quintauallis. de iureiuran. Cardina. Floren. Ioan. & Panor. in. d. c. penult. de empt. & vend. Fateor, quod multi relati per Alexand. de Imo. in. d. l. si quis cum aliter contrarium senserunt: quos etiam ibi sequitur idē Alex. & dixerunt, quod in transactione locū non habeat remedium d. l. ij. moti multis rationibus: sed prima opinio videtur mihi esse equior, & humanior: maxime in hoc casu, in quo dicta Ioanna erat minor. xxv. annis: & satis fuit, quod iuramentum, seu iuramenta per eandem prestita ipsam exclusetint a beneficio minoris etatis, & restitutiōis in integrum. Que omnia dixerim breuiter & succincte, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De seruitut. ¶ Epitome. ¶ Consil. cccclxxviij.

¶ Seruitutem vie aut itineris sibi deberi asserens debet probare sibi aut suis predecessoribus fuisse constitutam, aut se fuisse in possessione seu quasi per totum tempus, quod de initio, aut contrario hominum memoria non existat: contra autē neganti seruitutē sufficit probare se iure dominij, aut quasi tenuisse & possedisse, ac etiā tenere & possidere.

1 ☞ Predia omnia presumūtur libera, nec seruitus presumitur: & quid asserenti sibi seruitutē deberi probādum sit.
2 Titulus donationis, aut possessio decem, aut viginti annorum non presumitur.
3 Titulus allegatus vt presumatur, quid alleganti probandum.
4 Deponens de publica voce, & fama debet reddere causam sue scientie.



IN processu cause pendentis inter honorabilem virū Ioanē Achardi mercatorē loci Eboiste Arnaudi ex vna parte, & heredes Guilielmi Berberij ex alia parte, & signanter ex tenore schedule, exordien. Optima ratione prouisum fuit, &c. parte eiusdem Achardi in ipsa causa oblate, & producte, clarissime colligitur eundem Achardi egisse & agere actione negatoria, ac pretendisse, & pretēdere pratum, de quo ibi, olim terram fuisse, & esse liberum, & immune a seruitute itineris,
1 vie, & transitus. Unde cum in dubio † omnia predia presumantur esse libera. l. altius. cum suis similibus. C. de seruit. & aqua. & dictus Ioannes Achardi sufficiēter probauerit se iure dominij, seu quasi tenuisse, possedisse, ac etiā tenere & possidere pratum predictum, quod sufficit in negatoria actione. iuxta ea, que scribit Bartol. in. l. quidam in suo. ff. de condit. institut. idem Achardi debuit & debet in causa huiusmodi victoriam obtinere, nisi dicti heredes probauerint, prout non probarunt, seruitutem itineris, vie, aut transitus ad vineam, de qua in actis cause, fuisse eis, aut eorum predecessoribus constitutam: aut cum dicta seruitus habeat causam discontinuam, vtpote actum hominis requirentem, se fuisse in possessione, seu quasi per totum tempus, quod de initio, aut contrario hominum memoria non existat. l. seruitutes. la grande. & quod ibi doctores, ff. de seruitut. titulo generali. & quod not. Angel. Aret. in. §. eque quero quanto tempore prescribātur seruitutes. instit. de actionibus. Quorum neutrum probauerunt dicti heredes: & quidem non quod ipsi tam per se, quam per suos predecessores, a quibus causam habere se pretendunt, fuerint in possessione, seu quasi itinerandi, & transeundi per dictum pratum olim terram, & accedendi ad predictam vineam a tempore, de cuius initio, aut contrario hominum memoria non existit. Et hoc patet ex sola actorum inspe-
2 ctione. Non etiam probauerunt † dictam pretensam seruitutem fuisse vel sibi, vel suis predecessoribus constitutam per illum dominum Ioannem de Granghis: quia esto citra preiudicium veritatis, quod allegato titulo alias de se legitimo, & probata possessione decem annorum inter presentes, aut viginti inter absentes presumeretur titulus allegatus. iuxta ea, que scribunt canoniste in capitulo, peruenit. de censitis. aliqui legiste in. l. cum in rem verso. ff. de vsuris. & in. l. si certis annis. C. de pact. hoc tamen non potuit, nec potest suffragari predictis heredibus: tum quia hoc fallit quādo allegatur titulus donationis, & possessionis decem aut viginti annorum, seu vlterior, & amplior: quia licet probetur possessio, non tamen presumitur pro titulo donationis: pro eo quia allegans titulum donationis, habet cōtra se presumptionē iuris: quia nemo presumitur velle suū iactare. l. cū de indebito. §. fi. ff. de proba. facit. l. si cum aurum. ff. de solu. & quod isto casu non presumatur titulus donationis allegatus, scripsit Bal. in. l. fi. C. de sta. defuncto. per gl. in. l. solent. §. fi. ff. de of. proconsul. & lega. facit quod no. Bar. in. d. l. cū de in rē verso. ante fi. Et hanc determinationem Bal. cōmemorat & sequitur Fran. de Are. in. d. l. si certis annis. ver. quod limita esse verū si iuris presumptio, &c. vbi etiam do. Ias. de May. ver. duodecimo limita, quādo quis pretendit titulum donationis, &c. & domi. Claudi. de Aqua. & do. Fel. in. c. sicut. de re iudi. Unde cum dici solitū sit Bald. esse magne authoritatis in iudicijs & in scholis, vbi non habet contradictorem, multofortius hoc esse debet in casu nostro, in quo non solum non habet contradictorē, sed multos, & quidē famosissimos doctores commemorantes, & sequentes dictum eius. Tum etiā nō suffraga-
3 tur dicta pretensa probatio possessionis ad hoc, vt presumatur titulus donationis allegatus: quia † ad hoc vt ex possessione presumatur titulus, allegans titulum illū presumptiue probasse, opus est quod probet se possedisse seu fuisse in possessione ex causa, seu titulo allegato non vt in casu nostro, ex causa donationis quā factā fuisse pretendunt dicte heredes, sed ex alia causa: quia alias causa remaneret, putremanet dubia: vt pote quia ex probatione non necessario inferretur, quod ex illa causa dicti heredes & Guiliel. Berberij fuerint in dicta pretensa possessione transeundi, &c. dicta igitur probatio vtpote dubia, & incerta ipsos heredes non releuat. l. neque natales. & l. ad probationem. C. de probatio. l. non hoc. C. vnde cogna. & c. in presentia. & quod ibi docto. de proba. & quod not. Bar. Io. de Imo. Alex. de Imo. & doc. in. l. inter stipulantem. §. si Stichū. ff. de verbo. oblig. Et quod ad hoc vt ex allegatione tituli & possessionis, & ex probatione possessionis decem annorū inter presentes, aut viginti inter absentes, presumatur titulus allegatus: opus sit probare quod ille qui se allegat & dicit possidere, probet quod possederit ex causa, seu titulo allegato, firmauit Sali. in. d. l. si certis annis. q. j. & in. d. l. cum de in rem verso. q. j. iunctis his que ipse ponit, & scribit in eadem. l. questio. iiij. Et idem voluit Barto. in. d. l. cum de in rem verso. versi. sed si non soluisset simpliciter. Etiam idem voluit Anton. de Butr. in dicto. c. peruenit. de censi. & Alex. de Imo. in dicta. l. si certis annis. & plenius in consilio. cxxiij. exordiē. super primo dubio. in primo volu. & consilio. cviij. quod incipit, in causa & lite. in secundo volu. & idem fuit de mente eiusdē Alex. in consi. lxxv. exordien. Uisis & ponderatis. in. iiij. volumi. dominus Feli. in capitu. cum causam. versicu. sed aduerte quia oportet, quod allegans, &c. de prescriptio. & domi. Ias. de May. quamuis sit aliquantulum corruptus vt puto vitio scriptoris in dicta. l. si certis annis. versicu. secundo limita, quando causa, &c. Et quamuis aliqui ex pretensis testibus parte dictorum heredum in hac causa productis, nitantur deponere de pretensa voce publica & fama, ipsi ta-
4 men non † reddunt causam sufficientem sue scientie: quam scilicet sensu corporeo perceperint: hoc est quod ea de quorum pretensa voce publica & fama deponunt, dum audiuerint a toto populo, aut maiore parte populi loci Eboiste: quod tamen non erat necessarium per id quod scribit Bartolus in. l. de minore. §. tormenta. imo in. §. plurimum. versiculo quero qualiter probabitur fama. ff. de questionibus. vbi relata opinione gloss. in. l. tertia. §. eiusdem quoque. ff. de testibus. concludit quod testis debet deponere aliquid quod percipiatur sensu. l. qui testamento. in fine. ff. de testamentis. l. prima in principio. ff. de his que in testamento delentur. & quod not. Innocentius in capitu. cum causam. de testibus. & quod ideo vt saluetur gloss. in dicta. l. tertia. §. eiusdem quoque; volens quod sufficiat famam probari per duos testes, qui dicant maiorem partem populi hoc sentire: oportet quod illi reddant causam sui dicti: scilicet dico maiorem partem populi hoc sentire: quia audiui maiorem partem populi sic dicere. Et ita intelligit Bartolus l. si arbiter. ff. de probationibus. & quod notat Innocentius. in capitulo veniens. de verborum significatione. hoc etiam voluit Florianus, in dicta. l. arbiter. versiculo item notat, text. ff. de probat. Non ergo sufficit quod testis dicat, quod est

q est publica vox, & fama quod etiam voluit Bartol. in d. §. plurimum. vers. quero quid si dicat testis, &c. ibi, sed quid si testis dicit q est publica vox, &c. quia non reddit causam, vel aliquid quod percipiatur sensu. nõ enim dicit audiuisse a maiori parte populi: hec ille. Et idem voluit Bart. in d. l. iij. §. eiusdem quoq. & Francisc. de Are. in consil. ciij. exor dicte, In causa & questione vertẽte inter heredes, &c. etiam q testis deponens esse vocem publicam seu famam, causa non reddita non probet illam, voluit Panor. in d. c. cum causam. de testib. pro eo quia vt apparet ex his que scribũt doctores in c. inquisitionis. de accusationib. inter doctos viros multum disputatur quando dicatur esse fama: q si ita est quomodo credendum est q rudis testis, & illiteratus modico rationis discursu comprehendat, q id quod forte dici audiuit ab vno, vel duobus, vel forte pluribus, sit vox publica, & fama: qui forte etiam cum magno discursu hoc dicere nesciret. Etiam q testis deponens publicam esse vocem, & famam illam non probet, nisi causam assignet: voluit Alexan. de Imo. consil. lxxij. quod incipit, Inspecto diligenter processu. vers. nec etiam obstaret. in j. vol. vbi dicit, q rationem seu causam scientie sue tenetur reddere testis deponens super publica voce, & fama, etiam si non interrogetur. pro quo allegat Inn. in c. cum oporteat. de accusat. & nota. per eum in d. c. cum causam. & per Bart. in l. solam C. de testib. & Angel. in l. ea quidem. vers. in tex. ibi perpẽdi. C. de accus. Alexand. de Imol. consi. cxxxvj. exord. Viso & examinato processu. vers. similiter dicunt q testis deponens, &c. in j. vol. & consil. xciiij. quod incipit, In causa & lite. in ij. vol. vbi etiã affirmat Inn. hoc voluisse in d. c. cum oporteat. & Bar. in d. §. plurimum. ad fi. Bal. in l. proprietatis. C. de probat. Ang. in l. quid ergo. §. questitum. de ijs qui not. infa. Et idem voluit Franc. de Cur. consil. xxviij. exord. Dei pius, &c. capio primũ in quo queri videtur. vers. quia dicimus & eleganter, q testis, &c. vbi per eum elegãter & Philip. Deci. in consi. xxxvij. exor. In causa rigorose accusationis. vers. preterea etiam fama. Supposito igitur citra preiudiciũ veritatis, q fama in ciuilibus semiplene probaret. per id quod scribit do. Ias. in repe. l. admonẽdi. vers. tangit etiam hic Bart. ff. de iureiur. hoc tamẽ non obesset: quia vt predixi, illa non est probata: preterea illa etiam probata non sufficeret: cum non habeat, nisi vim semiplene probationis & in casu nostro non sit alia semiplena probatio. Quod autem scribit dominus Iason de Mayno, in dicta repetit. l. admonendi. versic. limita tamen singulariter. procedit, prout etiam ipse dicit in fama in antiquis: sed nos nõ sumus in illo casu: pro quo remisisse sufficiat ad id quod scribit Alex. de Imo. in l. cum aliquis. versic. & ibi tangũt quãdo dicatur esse in antiquis. C. de iure delib. Ex quibus omnibus concludo, q cum, vt predixi, dictus Ioãnes Achardi plene probauerit eius intentionẽ: & dicti heredes nihil sufficienter probauerint, per quod appareat pretensam seruitutem itineris, vel vie fuisse eisdem heredibus, aut eorum predecessoribus constitutã, vel prescriptiõe temporis acquisitam: cum etiam appareat dictũ do. Ioannem de Grãgijs diu fuisse absentem a patria Dalphinali & in seruitio recollẽde memorie do. Sixti pontificis, & pratum predictum pro tempore terram fuisse apertam, & cuilibet patuisse liberum transitum per eandẽ, sententia debuit, & debet ferri pro eodem Ioanne. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Rubr. De Adulter. & stupro. Consilium. cccclxxix.

Epitome.

Mulier vidua luxuriose viuẽs priuatur tutela suorum liberorum, eius dote, & dictorum liberorum successione.



In prout in facto ponitur, dõna Francesia Mongina relicta nobilis & egregij quondam viri domini Claudij de Loderco, iurium doctoris, & tutrix liberorum communium eiusdẽ Francesie & dicti quõdam domini Claudij: post mortem illius luxuriose vixerit, & stuprum commiserit, ipsa perdidit tutelam dictorum eius liberorum, prout scribit Ioannes de Anan. in c. qualiter & quando. el. ij. §. licet. versicul. questio fuit talis in facto, quedam bona mulier, &c. de accusation. vbi refert, quod cum quedã bona mulier auia paterna seu materna data fuisset tutrix quibusdam puellis eius neptibus, & deinde fornicationem, seu stuprum commisisset, et quereretur, an posset remoueri a tutela: ipsa allegationes in medium adduxit pro parte dictarum puellarum, q deberet remoueri per text. & dictum Bar. in l. his solis. C. de reuocan. donatio. & per nota. in c. ex parte. el. de appel. quia iura que loquuntur, & penam imponũt mulieri transeunti ad secunda vota, sufficiunt ad priuandum eam a tutela. vt ibi not. & sic actus licitus & legitimus: ergo multo fortius ea priuari debet luxuriosa, & adultera: ne maius priuilegium habeat adulterium, & luxuria, quam matrimonium. Et idem voluit Ange. Are. in §. actionum. in materia tutele. versicu. decimonono mater, vel auia, &c. ibi, & etiã desinit esse tutrix, si etiam vidua luxuriose viuat. institu. de actio. vbi scribit, q licet mater vel auia, eademq. tutrix non trãseat ad secunda vota, si tamẽ luxuriose viuat, ipsa perdit tutelam. pro quo allegat gl. in authen. de restitutio. & ea que parit. §. fina. colla. iiij. & quod not. glo. Barto. & docto. in authent. sacramentum. quand. muli. tute. offi. fung. potest. Et videtur secundũ eum casus. in l. fina. C. eodem tit. vbi dicitur, q mater pudicitiam suam intactam seruare debet, ita etiam ante predictos dicit Bar. in l. si quis sub conditione. versi. quero mulier, que transiuit ad secunda vota. ff. de testamen. tutel. Et hoc etiam fuit dictum Bald. in dicta. l. his solis. Et non solum priuata est dicta domina Francesia tutela dictorum liberorum propter fornicationem, seu stuprum per eam commissum, sed etiam videtur propter stuprum huiusmodi perdidisse eius dotem, prout eleganter voluit Pau. de Castro. consi. cxxi. exordien. Reuocatur in dubium, si mulier existens in viduitate, &c. vbi eleganter & profecto multum lite inducit quatuor motiua pro muliere, scilicet q propter stuprum huiusmodi dotem non perdat, quibus & eorum singulis egregie respondet: & tandem versicu. predictis ergo non obstantibus: concludit pro hac parte. scilicet q imo perdat dotem, & q heredes mariti, si dos repetatur, possunt de hoc excipere. Et idem voluit Pau. de Cast. in l. sororem. C. de his quibus vt indig. & in l. fideicommissum. C. de fideicom. & hanc sententiam Pau. de Cast. sequutus est domi. Prepo. in c. plerumq. versicu. sed opere pretium iudicaui hic inserere pulchrum cõsilium Pau. de Cast. de dona. inter vir. & vxo. Et q̃uis Alex. de Imo. in dicta. l. sororem. & post eũ do. Ias. de May. senserit contrarium, & idem tamen dom. Ias. in l. ij. versi. amplia & teneas perpetuo cordi. ff. solu. mat. sequitur sententiam Pau. de Cast. dicens q quemadmodum viuo marito propter adulterium vxor perdit dotem, similiter mortuo eo, si vidua committat stuprum, perdit eã, seu actionem ad eam repetendam. Et dicit idem do. Ias. q Pau. de Cast. in d. eius consi. multum plene arguit ad partes: & q inter cetera allegat bonum tex. cum glo. in l. penultima. & quod ibi Barto. ff. de adulte. vbi scribit Bart. q qui offenditur ex adulterio constante matrimonio etiam offenditur stupro durante viduitate. & subdit q Alex. de Imo. istã decisionem Pau. de cast. reprehendit in dicta. l. sororẽ. motus quia iura loquentia de priuatione dotis, loquuntur in adulterio: & sic viuente marito: ergo cum sint penalia, non debent extendi: sed vt dicit do. Ias. Alexã. non viderat cõsiliũ Pau. de Cast. nec de eo facit mentionem. insuper nec ipsum viderat in dicta. l. fideicõmissum. vbi format dictum argu. Etiam si dictus quondã do. Claudius eidem domi. Frãcesie aliquid donauerit, aut sibi reliquerit, ipsa hoc perdidit propter eius vitam luxuriosam. authẽ. eisdem penis. iuncta. l. j. C. de secun. nupt. Preterea etiam videtur q dicta donna Francesia propter dictum stuprum, seu eius vitam luxuriosam perdiderit ius, & beneficium succedendi dictis liberis in eis scilicet bonis, que ex paterna successione ad eos peruenerunt: quia si id quod minus inesse videtur, inest, & illud quod magis. authẽ. multo magis. C. de sacrosan. ecc. l. q̃to magis. ff. de iureiurã. c. peruenit. de consecra. dist. secunda. c. cum in cunctis. circa principium, & de electio. & in extrauaganti. Io. xxij. que incipit si fratrũ & coepiscoporum nostrorum. in princi. Sed minus inesse videtur q mater transiens ad secunda vota priuetur successione liberorum primi matrimonij cum nihil illicitum faciat: quia mortuo viro soluta est a lege viri. capit. primo. de secundis nuptijs. Et quia non solum primum matrimonium licitum est, sed etiam secundum. capitu. qui episcopus. circa finem. distinctione vigesimatertia. & quia etiam nupta dicitur caste viuere. authentico de non eligendis secundo nubentibus. §. cum igitur. ibi vt metu castarũ nuptiarum licet secũde sint. Et ibi, & quoniã nõ is

legaliter caste viuere, contra leges luxuriētur. collat. i. ꝛ tamen priuatur quoad bona, que fuerunt primi mariti. l. mater. C. ad Tertull. ꝛ authent. ex testamento. C. de secundis nupt. ergo mater post mortē viri luxuriose viuens. ꝛ propterea, peccans, ꝛ maiorē iniuriam, seu offensam inferens, ꝛ anime defuncti viri, ꝛ liberis, ꝙ faciat mater secūdo nubens: ergo debet priuari successione liberorum suorum. facit quod habetur in authen. de restitutio. ꝛ ea que parit. §. vnum siquidem hoc capitulum. vers. non enim. collat. iiij. vbi dicit textus, ꝙ non amplius aliquid habere debet casti tate luxuria. facit. d. authent. iisdē penis. C. de secund. nup. ꝛ pro hoc optime facit. d. l. his solis. circa fin. C. de reuocanda donat. ex qua colligit Bart. ꝙ omnes pene statute contra secundo nubentes, habent locum in his que non bone ste viuunt. pro quo bene facit. c. vxoratus. ꝛ quod ibi Panormitanus, de conuersat. coniug. ꝛ And. Barbat. in. c. ex parte, M. de appel. ꝛ idem sentiunt Jacob. de Bellouis. in d. authentic. de restitut. ꝛ ea que par. §. vnum si quidem. ꝛ Alexand. de Jmola in addit. ad Bartol. in. l. liberorum. §. notantur. ff. de de his, qui not. infam. ꝛ Prepos. in. c. final. versic. quid autem si mulier nō nubat intra annum luctus, sed stuprum, ꝛc. de secun. nupt. Et ꝙ vidua habens liberos ex primo matrimonio luxuriose viuens priuetur successione liberorum suorum quoad bona, scilicet quibus priuaretur, si ad secunda vota cōuolaret. Scripsit dominus Lud. Bolog. in addit. ad tract. Matth. Math. quem fecit super successione ab intestato. circa principium secundi articuli principalis, in prima additione. Et procedit hoc non solum in mulieribus, sed etiam in viris: quia secūdum cōmunem doctorum sententiam, pene sunt communes. ille scilicet que sunt introducte fauore primi matrimonij. Que omnia dixerim, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rub. De expen. ꝛ senten. ¶ Epito. ¶ Cons. cccclxxx.

¶ Processus ꝛ sententia super expensis facta, non citata aut vocata parte, ꝛ aliis requisitis non obseruatis, est nulla, ꝛ rescindenda venit.



Multa Sunt propter que processus literatorius, seu exequutorialis dudum factus ad instantiam nobilis Balthesaris de Monteferrato pretensi cessionarij nobiliū Antonij, ꝛ Blasij Massurti fratrum contra probum virum Jacobum Fabri de Thoro, de ꝛ super quibusdam pretensis expensis in processu huiusmodi latius mentionatis, debuit pronūtiari nullus, aut saltē reuocari, ꝛ rescindi. Primo quidem quia non nō apparet, ꝙ dictus Jacobus fuerit citatus visurus taxari dictas pretensas expensas: quod tamen fieri debuit. l. non ita Diuus. ff. de adoptionib. l. de vno quoqꝫ. ff. de re iudic. ꝛ. c. i. de causa possess. ꝛ proprietat. quod etiam voluit dominus Jason in authen. post iusiurandum. alias incipicit, nouo iure. alias, hodie post iusiurandū. C. de iud. Secundo quia nō apparet ꝙ dictus Jacobus Fabri cōtra quem pretenduntur expense declarate, ꝛ taxate fuerit in illis condemnatus: quod tamen fieri oportuit ad hoc, vt possent ab eo exigi. Tertio quia pars non iurauit se tantum expēdisse, quod etiam fieri oportebat: iudex enim primo taxare, seu moderare debet expensas, deinde pars iurare non vltra moderationem seu taxationem, sed vel vsqꝫ ad illam, vel intra eam: ꝛ postea sequitur iudicis cōdemnatio in summa de qua pars iurauit: authentico, de iudicibus. §. oportet. collat. vj. ꝛ transumptiue in dicta authentica, post iusiurandum. ꝛ quod per doctores, ꝛ plenius per Specul. titulo, de expensis. §. postremo dicendum est. in principio. Preterea ꝛ pro eo debuit dictus processus pronūtiari nullus, aut reuocari: quia factus est cōtra absentē, ꝛ nō vocatum, nec vt oportet requisitū: debebat enim requiri, vt personaliter inueniretur, vel saltem fieri intimatio in domo: quod tamen factum non reperitur. Et quamuis dicatur illam esse factam vxori, istud non sufficit: ꝛ ad reuocationem dicti processus quatenꝰ de facto processit, debuit egregio viro locūtenente sufficere ꝙ nec de iure dicti de Mōteferrato pretensi cessionarij apparuerit, nec de iure suorum authorum: sine quo videri nō debuit, nec de iure potuit eidē do. locūtenēti processum huiusmodi fuisse rite, ꝛ legitime factū. Addo pdictis, ꝙ si opportune inspiciat quoddā pretēsum mandatū factum per dictū de Mōteferrato, ꝛ in vim cuius dictus Blasius pretēditur obtinuisse pretensam taxationē expensarū, ꝛ impetrasse literas pignoratitias, ꝛ alias inde secutas: ꝛ sic fecisse, aut fieri procurasse dictum processum executorialem. illud non se extendebat ad contenta in processu huiusmodi. Videtur igitur ꝙ dictus do. locūtenens male processerit. ꝛ quod sentētia per eū lata quatenus de facto processit, vel alias, sit rescindenda. ꝛ ita mihi videtur sub correctione, ꝛc.

¶ Rubrica, De seruitute ꝛ aqua. ¶ Consiliū. cccclxxxi.

¶ Epitome.

¶ Conuersatio fratrum minorum licet sit solitaria, ꝛ non omnibus patens, ipsi tamē non possunt impedire hortos habentes prope eorum conuentum quominus domos ibi edificent: dum tamen id non fiat in cōtēptum ꝛ displicentiam dicti conuentus.



Ponitur In facto, ꝙ venerabilis conuentus fratrū minorū obseruantie Carcassone, situs est extra muros eiusdem ciuitatis: ꝛ prope quem nulle domus contigue existunt, sed tantum hortis ciuium contiguis est cinctus, seu circūdatus: vnus autem ex ciuibus huiusmodi habens viridarium, seu hortum contiguū horto eiusdem cōuentus, vult in illo edificare domū: propter quod verentur venerabiles fratres eiusdē conuentus, nec ꝛ ceteri vicini, aut eorum aliqui id ipsum facere velint: hoc est ne imposterū domos in dictis suis hortis edificent: ex quo contingeret ꝙ hortus dicti conuentus, qui pro nunc est secretus, aspectui omniū videre volentium, erit patens, in grauamen non modicum dictorum fratrū, quorum cōuersatio debet esse solitaria, ꝛ non omnibus patens. Quesitū est an dictus conuentus ciuem predictum impedire valeat, ne indicto eius viridario, seu horto domū edificet: Et videtur ꝙ non: pro eo quia quilibet est moderator, ꝛ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mā da. l. dudum. C. de contrahen. emp. ꝛ vendi. l. polla. C. de his quib. vt indi. ꝛ. c. de his. ad fi. de sepult. facit. l. nō vsqꝫ adeo. ff. si quis a paren. fue. manumis. Quilibet etiā regulariter in re sua edificare potest etiam si vicino noceat, dum tamen nihil immitatur in fundū alienū. l. fluminū. §. fi. ꝛ quod ibi gl. ꝛ duabus. ll. sequentibus. ff. de dā. infec. facit. l. altius. in princi. ꝛ quod ibi doc. ꝛ. l. si heredibus. in. fi. C. de seruitu. ꝛ aqua. ꝛ ꝙ no. Osti. ꝛ doct. in. c. significāte. de appel. ꝛ Bartho. Vero. in suo tracta. de seruit. sub rub. de fenestra. Sed nunquid eo casu quo mihi licet habere fenestrā: liceat tibi facere contra murū, vt mihi noceat. vide Alex. de Jmo. cō si. clxxiiij. in. ij. vol. Et istud non videtur habere dubium: si tamen ille vicinus domum edificare velit ad vtilitatem sui ipsius, seu cōmodum, ꝛ vt sibi principaliter proficiat, ꝛ non ad emulationem, seu despectum, aut displicentiam dicti cōuentus: quia si supponeremus eum esse maliuolum ipsius conuentus, ꝛ velle facere domum ad ipsius emulationē seu despectū, ꝛ in displicentiam eiusdem, posset sibi prohiberi, ꝛ posset ipse impediri. l. opus. ff. de ope. publi. ꝛ. l. i. §. deniqꝫ ff. de aqua plu. arcē. ꝛ quod scribit Pau. de Cast. in. d. l. altius. versic. vltimo. extra glo. ꝛ versicu. ex hoc deciditur. et in. l. cum eo. ff. de seruitu. vrbano. predio. ꝛ Barth. Vero. in dicto suo tracta. versicu. secundo fallit. ꝛ versicu. tertio fallit. Sed supposito, quod non ad emulationem, sed pro sua vtilitate, ille ciuis principaliter velit edificare domum in dicto horto, quo casu videtur non posse prohiberi: remanet difficultas de fenestris an poterit facere fenestras a parte dicti horti conuētus: super qua difficultate Petrus, Cy. Bald. Paulus de Castr. ꝛ docto. cōmmuniter in dicta. l. altius. Paulus de Castro. in. d. l. cum eo. ꝛ Barth. Vero. in dicto suo tracta. videntur communiter cōcludere, quod si ille fenestre fierent ad emulationem seu despectū ꝛ displicentiam dicti conuentus, vel vt possent videri secreta, ꝛ non ad vtilitatē, ille posset prohiberi ꝛ impediri ne fenestras faceret a parte dicti horti, vel in loco, ex quo possent videri ea que fiūt in horto. Et videtur quod si ex alia parte domus edificande possint fieri fenestre, per quas eidem domui lumen sufficiens ministretur, ita vt nō subsit necessitas, aut causa iusta faciendi fenestras a parte dicti horti, ipse esset prohibendus ne fenestras faciat a parte illius: qꝛ sic vide-

sic videretur eas facere non ad commodum, & vtilitatem sui ipsius, sed ad emulationẽ, & displicentiam dicti conuentus. per id quod scribit Paul. de Cast. in. d. l. altius. vers. vltimo extra glossam, & in. d. l. cum eo. pro quo allegat. d. l. j. §. deniq;. ff. de aqua pluuia arcen. & l. in fundo. circa fin. ff. de reiuendicat. & ita voluit Barthol. Veronen. in dicto suo tractatu versic. secundo fallit. vbi notat, quod licet in dubio nõ presumatur quis facere fenestras, ad emulationem vicini: per id quod scribit glossa in dicta. l. fluminum. §. fi. hoc tamen non procederet quando per eam possent videri secreta vicini: & nullam ex hoc faciens fenestram reciperet vtilitatem: quia tũc crederet ipse egregius doctor, quod hoc faceret in despectum vicini, & sic ad emulationem: puta tamẽ quod hoc sit remittendum arbitrio iudicis, qui considerabit qualitatem vicinorum, si sint amici vel non: & maxime qualitatem faciẽtis fenestram: & an verisimiliter illam fecisset, etiam si essent amici: argumen. l. j. ff. de iure deliberand. & c. de causis. ff. de officio delega. & l. iij. §. j. cum suis simil. ff. de testib. In hac materia est aduertendum, quod si aliquando dictus vicinus, aut sui predecessores tẽtassent facere domum in dicto horto, & parte dicti conuẽtus fuisset ei, vel eis inhibitum, & huic inhibitioni fuisset paritum, non posset dictus vicinus nũc edificare, si post inhibitionẽ, & paritionẽ huiusmodi cucurrisset tẽpus decẽ annorũ inter presentes. Super quo vlterius non insisto, cum nõ sim informatus.

Rub. De pat. potes. Epitome. Consil. ccccl xxxij.

Filius in patria potestate existẽs non potest agere, & experiri in iudicio sine patris cõsensu, vel nisi emancipetur a patre: quod si pater esset prodigus, & bonorũ dissipator, adeunda esset suprema curia, & supplicandum, vt prouideat de curatore dicto patri.



Vidi Casum qui mihi exhibitus est parte probi viri Bartholomei Estofferij, vna cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis: vidi preterea copiam quorundam testamenti, venditionis, & supplicationis in casu predicto plenius expressarũ. Quibus dubijs respondeo breuiter, & succincte prout infra: & primo ad primum respondeo & dico, quod cum Petro Estofferij in pupillari etate vita functo superfuerint prouidus vir Franciscus Estofferij eius quondam pater, & honesta mulier Beatrisia Manchane eius mater, necnon etiam dictus Bartholomeus, Catherina, & Antoneta eiusdem Petri quondam frater, & sorores vtrinq; coniuncti. Isti omnes eidem Petro successerũt: quilibet scilicet pro quinta parte. auth. defuncto. C. ad Tertul. & in corpore vnde sumitur. Ad secundum dico, & respondeo, quod nisi dictus Bartholomeus fuerit per dictum Franciscũ eius patrem adhuc viuentem emancipatus, vel alias factus sui iuris, ipse nõ potest agere vel experiri cõtra illos emptores terre: nisi cum patris authoritate & licẽtia. l. j. C. de bon. mat. facit l. fi. §. necessitate. C. de bon. que lib. & quod not. Bar. in. l. si constãte. post medium princ. vers. nono quero. ff. sol. matr. & sic laudo quod ipse supersedeat a prosequutione cause, & supplicationis premẽtionate: nisi dictus Frãciscus pater eum vellet emãcipare: quia alias possent supplicati eius aduersarij post longum & sumptuosum processum opponere cõtra eum de patria potestate: & quod ipse Bartho. sine authoritate eiusdem Frãcisci litigasset, & sic obtinerent processum pronuntiari nullum. d. l. fin. §. necessitate. & quod not. doc. in. l. sed & si sua. ff. de acq. her. Preterea dictus Bartholomeus plus repetit, nõ enim habet in illa terra nisi mediã partem & quintã partem alterius medietatis. Et per hec patet responsio ad secũdũ & tertiũ quesita. Quo vero ad diuisionẽ seu declarationem que fieri petitur de supplicatis, mihi visum est, quod illa non sit fienda, nec vlterius in causa producẽdum patre viuente: nisi dictus Bartholomeus emanciparetur, vel alias fieret sui iuris. ceterum quia, vt ponitur in facto, dictus Franciscus est prodigus, & bonorum dissipator, & signanter bonorum que fuerint Ludouici Estofferij eius quondã fratris, & in quibus successit dictus Bartholomeus, vt iam dixi, pro medietate & pro quinta parte alterius medietatis dico, quod dictus Bartholomeus posset offerre suplicationem magnifico Dalphinali parlamento, & facta in ea narratione de predictis eidem supplicare, vt dicto Francisco patri prouideat de curatore.

Rub. De procurato. Epitome. Consi. ccccl xxxiij.

Filius cum possit sua bona cum consensu patris vendere & alienare: pater potest per filium procuratorẽ constitui ad dicta bona vendendum & tenebit venditio.

1 Potest quis per alium quod potest per seipsum.

2 Filius qui non se immiscuit paterne hereditati tacite vel expresse, potest eam repudiare.

3 Prelegata, aut legata etiam ad piam causam nõ minuunt legitimam.

4 Oblationes sacerdoti facte cẽsentur iuris peculij quasi castrensis: & de eis potest disponere.



Vidi Casum mihi exhibitum parte venerabilis viri do. Stephani Villenoue vna cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis. Quibus respondeo breuiter & succincte prout sequitur. Et primo ad primũ dico & respõdeo, quod cũ, vt ponitur in casu, ipse & fratres inibi nominati constituerunt, & deputauerũt probũ quondam virũ, Guil. Villenoue eorum procuratorem, ad vendendum bona inibi mentionata, vna cum iuramentis, &c. & deinde pater ipse bona huiusmodi vendiderit & pretia receperit non video quomodo idem do. Stephanus alio nõ subsistente agere possit, aut experiri contra emptores, & possessores predictorum bonorum. Non enim est dubiũ quin pater ipse potuerit cõstitui & deputari procura-
1 tor ad dicta bona vendendũ: q2 regulariter † põt quis per alium, quod potest per seipsum regula, põt quis. de reg. iur. in vi. & qui per aliũ facit, per seipsuz facere videtur: regula, qui facit. eo. tit. & lib. Vnde cũ nõ sit dubiũ, quin dicti do. Stepha. & fratres bona predicta vendere potuerint de consensu patris. l. fi. §. filij autẽ. C. de bo. que libe. argu. a cõtrario censu. quod est in iure efficacissimum. l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdi. c. cũ apostolica. circa fin. de his que fiũt a maio. par. capit. Ergo & ipsi potuerũt dict. Guil. eorũ patrem tunc presentem, & onus assumentẽ cõstituere, & deputare procuratorẽ ad dicta bona vendendũ. Vnde cũ illa vendiderit, & per cõsequens quoad partẽ eiusdem do. Steph. videatur ipse do. Stepha. illa vendidisse, ipse non potest cõtrauenire alio non apparente. l. post mortem. cum suis simili. ff. de adoptio. Ad secundum dico, & respondeo, quod si idem dom. Stephanus non se immiscuerit paterne hereditati, tacite, vel expresse, nec pro ipsius herede se
2 gesserit ipse potest † illam repudiare, seu melius se ab illa abstinere. & tunc posset ab heredibus dicti Guilielmi quondam patris, petere partem pretij bonorum venditorum: illam scilicet que eum concernit: sed non poterit idem dom. Stephanus abstinere ab vniuersali successione, seu hereditate dicti Guil. eius patris, & sibi reseruare legitimaz: quia cum ipse possit iure hereditario succedere patri pro quota, in qua fuit heres institutus ipse non potest habere legitimam in iure hereditario. Et sic si ipse repudiet paternam hereditatem, vel ab ea se abstineat, ipse habere non poterit in bonis paternis legitimam vt voluit Barto. post Jaco. de Are. in. l. quia poterat vbi Alexan. de Imo. versicu. postremo Barto. hic post Jacob. de Are. ff. ad Trebel. & Cy. Rayne. Bald. Salice. & Fulgo. in. l. heres instituta. C. de impuber. & alijs substitutionibus. Barto. in. l. pro herede. §. seruos. in aliquibus lecturis. & in. l. gerit. ff. de acqui. heredi. & alij in alijs locis. Fateor quod Roma. in. l. j. C. quand. non peten. par. contrarium tenuit motus rationibus relatis per Alex. de Imol. in. d. l. q2 poterat. quibus bene respõdet idẽ Alex. propter eas nõ recedas a cõi opinione, a qua etiã nõ est recedendũ in iudicãdo, aut cõsulẽdo. l. j. vers. crebrior apud veteres opinio. ff. de of. quest. c. nouimus. & quod ibi Ant. de But. de ver. sig. & c. in canonicis. vers. in eis vero. distin. xix. & quod no. Ostiẽ. Jo. An. & alij. in. c. j. de constitu.
3 Ad tertiũ dico, & respõdeo quod prelegata † aut legata etiã si essent facta in piã cãm non diminuũt legitimã: vt scribit Alex. de Imo. cõsi. xviij. ex or. Non minuit legitima. in. iiij. vol. & cõsi. xlv. in. x. vol. & do. Jas. de May. in. l. si vnus. C. de test. Sed vt predixi istud nõ proderit eidẽ do. Steph. q2 repudiãdo paternã hereditatẽ, vel se ab illa abstinẽdo nõ poterit sibi reseruare legitimã in bonis paternis. Ad quartum dico, & respondeo quod idẽ do. Stepha. videre dz quod erit sibi vtilius an habere partem pretij predictorum bonorum, vel habere quotã paterne hereditatis in qua scz fuit per procuratorẽ heres institutus. Ad vltimũ quesitũ dico
4 & rñdeo quod cum ille oblationes sibi facte essent iuris † peculij quasi castrensis, & de quibus poterat idẽ dom. Stephanus

disponere.l.scrosancte.C.de episcopis & cleric. & authent. de sanctissimis episc.§.presbyteros.collat.ix.& transumptiue in authent.presbyteros.& quod ibi doct.C.de episc. & cleric.& c.quia ingredientibus.de testa.de quo Philip. Franch.extra de testament.in.vj.super rubrica.§.decimo octauo prohibetur testari filius in potestate patris.versic. limita tamen predicta singulariter procedere, preterquam in filiofamilias clerico. Quia,inquam, ista erant eiusdem domini Stephani, & sibi pertinebant iure quasi castrensis peculij,& sic pleno iure,si pater oblationes huiusmodi consumpserit,aut sibi appropriauerit, eius heredes tenẽtur de illis satisfacere eidem do.Stephano. Et ita mihi videtur.

¶ Rub.De Sal.interdi.¶ Epito.¶ Cons.cccclxxxiiij.

¶ Ut in secundo collectaneo.

1 ☞ Conclusio libelli attendenda.
2 Hypothecaria non intentanda, sed potius Saluianum interdictum:& quare.
3 Saluianũ interdictũ datur non solũ contra debitores,sed etiam contra quoscunq; bonorũ obligatorum possessores.
4 Supremus aut vltimus quis dicatur.



IN Cõclusione libelli parte nobilis Joãnis Lombelli,alias de Turre,contra & aduersus nobiles Alexandrum, Hectorem,& Raymonetum Guiramandi in curia episcopali Carpentoractensi oblati, &
1 producti,ad quam maxime quoad hoc † habendus est respectus.c.ex parte.U.de for.compet.c.series. de testib.& in.c.litere.de dilat.& quod scribit Angel.consil. xxxvj.exordiente, pro declaratione quesitorum,&c.versic. secundo premitto. Andreas Barb.consil.xxxvj.exordien. Preclare scripsit Psalmista celebris.versic.preterea facit, quia libellus.in secunda parte. Paul.de Cast.consilio.lx. exord.In causa que vertitur coram locũtenente,&c.versic. nec obstat.& Angel.Aret.in.§.j.post medium.versil.in fine glos.pro hoc facit quia tacito consensu,&c.ibi,& tene menti perpetuo:quia ad duo semper est aduertẽdum,&c. institut. de actionib. Opportune & clare colligitur quod idem de Turre intentauit Saluianum interdictum,non autem hypothecariam actionem:quam,vt dicit Angel.in.§.item Seruiana.versiculo, aduertas tamen. institut.de actionibus.
2 cautus † aduocatus nunquam intẽtat,sed potius Saluianum interdictum propter duo commoda, que ponit ibi Angelus & Bartholomeus Ueronen.cautel.xviij. Quorum vnum est,quia ad victoriam obtinendam in huiusmodi interdicto Saluiano non est opus probare, quod tempore obligationis res obligata esset debitoris,vel in bonis eiusdem:sed probare sufficit, quod illa possideretur a debitore tempore hypothecationis, vel postea fuerit possessa,si fuerunt bona generaliter obligata:per id quod notat Barto. & doctores in.l.j.C.de Saluia.interdic.Bartolus in.l.j.ff. eodem titulo.& Angelus Are.in dicto.§.item Seruiana. & Bartholomeus Ueronen. in dicta cautela.lxxxi. Unde cum dictus nobilis de Turre probauerit, quod anno Domini millesimo quingentesimo quarto, & de mense Februarij Mattheus Galli pro securitate nobilis quondã viri Bartholomei Lombelli alias de Turre,huius Joannis quondam patris & predecessoris,& pro solutione quingentorum florenorum hypothecauit, & obligauit generaliter omnia bona sua mobilia,& immobilia:probauerit preterea, quod tempore facte obligationis huiusmodi,& postea vel altero horum temporũ idẽ Mattheus tenebat & possidebat, aut tenuit & possedit domum,de qua in actis,palam infertur, quod dicti nobiles Guiramandi veniunt,& sunt condemnandi iuxta opportune conclusa in libello,scilicet ad reddendum & restituendum dicto nobili Joanni possessionem dicte domus,seu domum ipsam iure possessionis tenendam,& possidendam,donec & quousq; eidem satisfactum extiterit de dictisquinquaginta flor.nisi forte quis pretenderet, quod cum dicti nob.Guiramãdi cum eodẽ nobili Joanne, aut dicto quondã Bartholomeo non contraxerint,nec sint sibi obligati non videanturpotuisse aut posse per eundẽ Joannem cõueniri Saluiano interdicto: sed istud nõ obstat, quoniã respõdeo, quod imo huiuscemodi Saluiano interdicto cõue-
3 niri poterunt,vtpote quod non † solum dari,& competere consueuit contra debitores, seu eorum heredes, sed etiam contra quoscunq; bonorum obligatorum possessores, seu detẽtores.l.j.§.j.ibi.aduersus extraneos.ff.de Saluia. interdic.vbi etiam hoc firmat Bart.& Sali.& Floria.in dicta l.j.C.eo.tit.& Ange.Areti.in dicto.§.item Seruiana.versic. aduertas tamen. Etiam nec obstitit,siue obstat eidem nobili Joanni id de quo parte dictorum nobiliũ Guiramendorum oppositum extitit,scilicet quod omiserint opponere exceptionem omisse discussionis:& quod propterea debuerint, aut debeant in integrum restitui ad hoc vt illam opponere valeant:quoniam respondeo,quod & si illam opponere omiserint ab initio de ea tamen opposuerunt coram reuerendo patre do.officiali Carpeñ.pretendẽtes quod tempore factarũ executionũ & postea dictus Mattheus Galli haberet & habuerit alia bona:sed de hoc nihil probauerunt & ideo videtur sufficienter esse facta excussio,seu discussio bonorum dicti Matthei,ita vt potuerit,& possit procedi cõtra dictos Guiramandos,vtpote possessores seu detentores domus de qua in actis,p id quod scribit gl.in.l.a diuo pio.§.in vẽditione super verbo,capiantur & qđ eleganter ibi per Ange.Perusi.in ver.in ea.gl.ibi.& si statuetur tempus.ff.de re iudi.& quod not.idem Ange.in authẽ.hoc si debitor.circa fi.versi.vltimo.habeas menti.C.de pigno.& Ange.Areti. in.§.item si quis in fraudem.ver.quero que erit forma excussionis.institu.de actio.quatenus volunt quod altera ex formis discussionum bonorum debitoris,est,quod iudex statuat terminum possessori bonorum obligatorũ infra quem ostendat si sint alia bona debitoris,in quibus fieri possit executio,& quod si infra terminum huiusmodi hoc non fecerit, potest deueniri ad capturam,& venditionem rei possesse per tertium. ¶ Et si forte opponeretur,quod domus predicta nõ fuerit vltimo alienata,cum & illa & forte multa alia fuerint simul & semel alienata. Dico quod hoc non obstat etiam si sit verum, quia non propterea minus dicitur vltimo alienata,postquam non apparet,quod post alienationem illius fuerit aliquid alienatum.pro quo allegasse sufficiat.l.ex duobus.ff.
4 de vulga.& pupil.vbi probatur,quod supremus,seu † vltimus non is demum qui post aliquem est,sed etiam post quẽ nemo sit,intelligitur. Et sic ad hoc vt aliquid dicatur vltimũ sufficit,quod post ipsum non sit aliud: quinimo & ad hoc quod aliquid dicatur vltimum non est necesse, quod aliud precedat,dũ tamen post ipsum nihil sit,& ideo si quis condiderit vnicũ testamentũ,& sic nullũ aliud precesserit,illud tamen dicitur vltimum.l.illa verba.& l.in vulgari substitutione.ff.de verbo.significa.

¶ Rubrica, De iure deliberan. ¶ Consilium. cccclxxxv.

¶ Epitome.

¶ Nepotes non possunt conqueri ab auo se preteritos si tempore mortis ipsius aui viuebat eorum pater filius dicti aui. Ceterũ heres institutus si simpliciter se immiscuerit hereditati testatoris tenetur insolidum creditoribus & legatarijs.



IN Tempore mortis & decessus Jo.Gassini loci de villis, viuebat honesta mulier Martha Gassine eius filia naturalis, & legitima, vxor vero Petri Cuniculi loci de Murmurione, altera ex heredibus p dictũ Jo.Gassini institutis, filij cõmunes eorũdẽ,& Cuniculi nõ possent ex capite pteritionis de eis facte,impugnare testamentũ dicti Joan.quia cũ Martha eorũ mater eosdẽ precederet in gradu,& esset eiusdẽ Joã. sua heres seu primũ locũ tenens,nõ necessitabatur idẽ Jo.aliquid relinquere iure institutionis vel alias dictis eius nepotibus seu felezenis ex dicta Martha: quia nec in simili casu habens filium masculum in potestate,& nepotes ex illo tenetur aliquid relinquere ipsis nepotibus quoad hoc, vt si non faciat testamentũ ab initio non valeat. Fateor autem,quod si viuẽte ipso patre testatore decederet filius,recuperetur testamentum propter preteritionem nepotis propter quod introductũ fuit cõsiliũ Galli de quo in.l.Gallus. in prin.& §.j.& quod ibi scribentes.ff.de libe.& posthu.& idẽ dicerẽ in casu nostro,scz quod si dicta Martha ab humanis decessisset superstite & sibi superuiuẽte.d.Jo.Gassini eius patre,dictũ eius testamentũ fuisset ruptũ agnatione dictorũ nepotũ preteritorũ in testamẽto. ¶ Est autẽ aduertẽdũ quod dictus Joannes Gassini non tenebatur relinquere duabus eius filiabus, hoc est dicte Marthe,& & sorori vltra legitimam bonorum, que erat triens seu tertia pars eorundẽ

eorundem bonorum, rerum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno, & funeris impensa. authen. de trien. & se. §. j. collatio. iij. & transumptiue in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. Et si illud in quo cum effectu videtur dicta Martha, fuisse heres instituta, non ascendebat ad valorem sue legitime, que erat sexta pars predictorum bonorum, esset intelligendum, an ipsa Martha mortuo dicto Joanne eius patre se simpliciter hereditati eiusdē immiscuerit, & pro herede se gesserit, an ve cum beneficio inuentarij: & an illud legitime confecerit: quia si simpliciter, & non cum inuētarij beneficio se immiscuerit, seu illud non legitime confecerit, ipsa fuit astricta non solum ad debita hereditaria, sed etiā ad legata. l. fin. §. similique modo. & §. si quis ante. C. de iur. delibe. Postea vero intellexi φ dicta quondam Martha non se immiscuerit paterne heredi. nec se pro illius herede gesserit, & propterea consulo dicto Petro tanquā patri: & legitimo administratori suorum liberorum, ad quos est transmissa hereditas dicti quondam Joannis Gassini, quatenus hereditate huiusmodi pro & nomine suorū liberorum, & de eorum consensu acceptet, & adeat cum beneficio inuentarij, & φ ipse illud vocatis creditoribus & legatarijs conficiat, seu faciat infra tres menses computantes a tēpore faciende acceptationis, nisi aliter possint conuenire & concordare ipse Cuniculi & nepotes dicti quondam Gassini legatarij. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini, &c.

¶ Rubr. De donationi. inter vir. & vxor. Cōsi. ccccLxxxvj.

¶ Epitome.

¶ Donationes inter viuos facte inter coniuges licet iure non valeant, ex magis tamen communi opinione firmatur iuramento, quemadmodum & donationes excedentes quingentos aureos valent sine insinuatione, si cum iuramento fuerit iuribus requirentibus insinuationem renūtiatum: sed donans petita absolutione a iuramento & illius dispensatione obtenta poterit contrauenire dicte donationi.



Ponitur In facto φ dudum anno scilicet domini millesimo quadragesimo octuagesimo quinto & die septima mensis Septembr. fuit matrimonium per verba de futuro contractum per & inter nobilem & spectabilem virū domi. Philippum Chiurerij iurium professorem eximium Sabaudie presidentem ex vna parte, ac nobilem & generosam mulierem donnam Jaquemetam Marciane ex alia. Cuius matrimonij cōtemplatione, & pro oneribus illius supportandis dicta donna Jaquemeta pro se, & suis heredibus dedit, donauit, & constituit dicto spectabili do. Philippo eius sponso futuro, tunc presenti stipulanti & recipienti pro se, & suis heredibus, & successoribus vniuersis in dotem, pro dote, & ex causa dotis eiusdem do. Jaquemete summam, & quantitatem sex millium florenorū parui ponderis: quos eadem do. Jaquemeta cōuenit, promisit, & iurauit dare, soluere, & expedire eidem spectabi. do. Philippo die desponsalitij. & nuptiarum eorundem do. Philippi & Jaquemete, & alias ad requestam eiusdem do. Philippi: & sine quocunque augmento & donatione propter nuptias fiendis & cōstituendis. Et hec sub certis pactis. Inter que, & de quorū numero fuit pactū sequens, φ si dicti do. Philippus, & Jaquemeta non haberent liberos legitimos insimul procreatos, φ de dicta quantitate & summa dictorū sex millium florenorum ipsa do. Jaquemeta reseruat, & retinet sibi summam duorum millium florenorum, & φ alij quatuor mille floreni restantes debeant esse, pertinere & remanere dicto do. Philippo presidenti, & suis, ipsis tamen tunc futuris coniugibus prius desponsatis, & factis nuptijs, etiam si contingeret ipsum do. Philippum decedere ante eandem do. Jaquemetam, vel econuerso sine liberis, sine quacunq; restitutione, querela, vel demanda. Et quos quatuor mille florenos casu adueniente, & non alias, dicta do. Jaquemeta eidem do. Philippo presidenti & suis predictis dedit, & donauit donatione pura, mera, simplici, perpetua, & irreuocabili, que fit, & fieri dicitur inter viuos. Que omnia, vniuersa, & singula dicta do. Jaquemeta conuenit, promisit, & iurauit ad sancta Dei euangelia tenere & obseruare in forma, sub obligatione bonorum, &c. Sub cuius iuramenti virtute etiam renuntiauit iuri dicēti donationē factam inter virum & vxorem non valere, nisi morte confirmetur. Et iuri dicenti donationē quingentorū aureorum summam excedentem sine insinuatione iudicis nō valere. Successu vero temporis, anno scilicet domini millesimo quadragesimo octuagesimo septimo, & die. xxiij. mensis Januarij, cōmemoratione facta de donatione duorum millium florenorū supra mentionatorum, & per ipsam do. Jaquemetam reseruatorum facta inquam ante dictū matrimonium per verba de futuro contractum, & de reuocatione illius ipsa do. Jaquemeta ex causis in instrumēto latius mentionatis dedit, & donauit eodem duos mille florenos dicto spectabili domi. Philippo tunc presenti, stipulanti solenniter & recipienti: & hoc donatione pura, mera, simplici, perpetua, & irreuocabili, que fit & fieri dicitur inter viuos cum iuramento, & obligatione bonorum de quibus ibi: insuper & cum renuntiatione iurium dicentium donationem factam inter coniuges non valere, nisi morte confirmetur, & donationem excedentem summam quingentorum aureorum non valere, nisi per iudicem insinuata extiterit. Post hec vero prefatus do. Philippus vita functus est, & ab humanis decessit nullis procreatis saltem superstitibus li eris ex eisdem do. Philippo, & Jaquemeta, superstite, & sibi superuiuente eadem do. Jaquemeta. Quesitum est an donationes huiusmodi valuerint, aut fuerint & sint nulle: Dubium facit, quia cum fuerint & sint donationes inter viuos, & facte videantur inter coniuges ille non videntur valuisse. l. j. & ij. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & quia etiam donationes huiusmodi & earum quelibet excedunt summam legitimam, hoc est summam quingentorum aureorum, que propterea non videntur valuisse quoad summam excedentem. l. sancimus. C. de donatio. Et sic prima fronte duo vidētur obstare validitati donationum predictarum. Que plane procederent, nisi iurate extitissent: sed quia in eis, & earum qualibet interuenit iuramētū cum renuntiationibus de quibus supra, stat in hoc difficultas, an donationes huiusmodi fuerint iuramento confirmate. Queritur igitur primo vtrum donatio inter viuos facta inter coniuges firmetur iuramento. Super quo dico & respondeo, φ de hoc sunt opiniones. Prima enim opinio videtur fuisse Guili. de Cug. in. l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiuran. vbi secundū Bar. in. l. Seius & Augerius. ff. ad leg. Falci. videtur hoc tenere videlicet φ firmet iuramento: motus pro eo, quia donatio inter coniuges valet fauore religionis: iuramentum vero est magna religio. l. j. ff. de iureiuran. hoc etiam tenuit, & firmauit Frederi. de se. consi. cxl. exordiente. Pūctus questionis talis est, constāte matrimonio, &c. vbi pro hoc multa inducit, & respondet multis rationibus, & motiuis contra hoc inductis. Istam opinionem secutus est Bartol. in dicta. l. Seyus & Augerius. circa finē. versi. quero quid in donatione inter virum & vxorem. vbi etiam Alex. de Imo. versi. querit Bar. an donatio, &c. vbi etiam refert se pluries ita consuluisse. Et est verum: sed sufficiat remisisse ad consilium. clvij. exordien. Viso instrumento donationis, &c. versi. non obstat etiam si diceretur donationem non valuisse. in. ij. volu. vbi multos commemorat tenentes hanc opinionem, quam etiam affirmat esse veram, & magis communem. Istam opinionem etiam sequutus est Bartol. in. l. si quis pro eo. in fi. princip. ff. de fideius. Nicola. de Neapo. in. d. l. Seyus & Augerius. Joan. de Imo. vbi per eū plene in sua solenni repetit. c. cum contingat. membro. x. versi. circa secundum an videlicet donatio inter virum & vxorē. de iur. iuran. vbi etiam Panor. versi. nonus casus. ibi, idē putat in donatione, que prohibetur inter virum & vxorē. & Panor. in. c. fi. versi. tertio queritur nunquid hec donatio confirmetur. de donatio. inter virum & vxo. vbi etiā dicit istam opinionem communiter teneri: quamuis opinio contraria scilicet φ non firmetur iuramento sit multum probabilis, hanc opinionem, scilicet φ firmetur iuramēto etiā secutus est Petr. de Ancha. consi. cccviij. exordien. Nulli dubium, φ dos potest constitui, &c. versic. preterea etiam si censenda esset donatio. Pau. de Cast. consi. xcix. exordien. in dicta donatione fuit factum. versi. verum quia interuenit iuramentum. & consi. ci. exordien. Notandum est φ prefatum statutum. versic. sed cōtrarium videtur verius. quāuis in consi. xcviij. exordien. Notandum est primo, &c. in fi. relatis opinionibus subiunxerit se non intromittere que opinionū huiusmodi esset verior. Et hanc opinionē etiā

sequutus est Bal.nouel.in suo tracta. iuris dot.parte.vi.
versic. similiter etiam potest dici in donatione inter con-
iuges. vbi etiam dicit istam opinionem esse communem.
Etiam dictam opinionem sequitur Fran.de Are. doctor
profecto illustris in consi.lxxiiij.exordiente, Diligenter ꝛ
mature ponderatis his que in puncto deducuntur in ver-
siculo ad secundum igitur venio super quo me expediam.
vbi etiam dicit istam opinionem esse communem Ioan.
de Imo.in.l.si quis inquilinos.§.si.paulopost princ. versi.
ꝛ per predicta videtur ꝙ donatio facta inter virum ꝛ vxo
rem.ff.de lega.j.vbi etiam refert se pro hac parte consuluis
se.Et idem voluit Philip.de Peru.consilio.cxviij.exor-
diente, In hac consultatione est premittendũ. in princip.
in.j.volu. vbi etiam dicit se alias consulendo hoc tenuisse,
ꝛ tunc tenere. Et Bartholo.Veronen. in suis cautel. pri-
mo impressis.versic. secunda cautela est, ꝙ fiat donatio cũ
iuramento,ꝛc.vbi etiam refert se reperire ita fuisse consul-
tum per do. Recupera.de S.Georg.ꝛ do. Miniatum de
Perus. ꝛ incipit consilium, Factum tale est, do. Petrus
donauit inter viuos, ꝛc. ꝛ per quendam do. Bonifacium,
cuius consilium incipit, Idem mihi Bonifacio. ¶ Sed
contrariam sententiam, scilicet ꝙ imo donatio inter viuos
facta inter coniuges, non firmetur iuramento, tenuerunt
multi,ꝛ graues viri: Dyn.scilicet,argu. dicte. l.si quis in-
quilinos.§.fin.ff.de lega.j. prout refert ibi Bal. quia talis
donatio interpretatur esse contra bonos mores. Et idẽ vo
luit ibi Bald.hoc etiam tenuerunt Barto. Bal. ꝛ Salic.
in.d.l.j,ff.de donatio. inter vir. ꝛ vxor. dicentes donatio-
nem huiusmodi esse contra bonos mores: ergo illa nõ fir-
matur iuramento.regula non est obligatorium. de regulis
iur.in.vi,cap.j.ꝛ quatuor sequẽtibus.xxij. questio.iiij. Ad
impugnationem huiusmodi donationis etiam facit secun
dum Salic.in.d.l.j.quia eodem amore corrupto inducitur
donator ad iurandum quoad donandum,ꝛ sic amoris fa-
uore,ꝛ rabie.Vnde iuramentum videtur indiscretum:ꝛ sic
non habere omnes comites de quibus in.c. animaduertẽ-
dum in princ.xxij.questio.ij.ꝛ quod scribit Gofr. in sum-
ma,tit.de iureiuran.versic. in summa sciendum est: ꝛ ideo
non seruãdum.authen.quod eis.C.de nupt. ꝛ ad cautelam
ab episcopo relaxandum. Et idem videtur voluisse Sali.
in auth. quod locum. ꝛ plenius in.l. si ex voluntate. C. de
donatio.inter vir.ꝛ vxor. Istam opinionem etiam videtur
sequi Bald.in.l.fi.C.de donatio.ante nupt. pro qua etiam
consuluit egregie loquens consi.xxix.exord.Casus,vir do
nauit vxori prouentus quatuor millium librarum, ꝛc. vbi
pro hoc multa inducit,in.iij.parte. istam opinionem etiam
tenuit Baldus ipse in repetit.l.ij.in.v.questio.princi. C.de
rescinden.vendit.ꝛ in.d.c.cum contingat.de iureiur. Eam
etiam sequutus est do.Cardin.Floren.in clemen.Roma-
ni.§.ceterum.versic.porro.questio.v.de iureiur. dicens do
nationem factam inter virum ꝛ vxorem esse cõtra publicã
vtilitatẽ, cũ in matrimonio versetur publica vtilitas.l.j.
ff.solu.matrimo.Et sufficit ꝙ non est expressum de iure ca
nonico, ꝙ donatio huiusmodi firmetur iuramento: ꝛ re-
spondet ad dictum. c. cum contingat. ꝛ ad.c. quanuis pa-
ctum.de pact.in.vj. ꝙ illa iura nõ debent extendi:quia de-
uiant a iure communi, ꝛ dicit hanc partem esse veriorem.
subdit tamen ꝙ in dubio non debeat quis venire cõtra ta-
le iuramẽtum sine superioris authoritate.cap. venerabilẽ.
de electio. Istam opinionẽ vdetur sequi Guiliel.de Mõ-
telaudu.in clementi.Romani.super verbo firmauit. versi.
item quero an donatio inter virum ꝛ vxorem. quẽ ad hoc
allegauit ꝛ sequitur Henric. Boyc.in.c. fin.in.j. distinct.
in fin.versic.ꝛ nota ꝙ iuramentum.de donatio.inter vir.ꝛ
vxor.Et hanc opinionem etiam sequutus est Ange.in di-
cta.l.si quis pro eo.in princ.ff.de fideiusso. Paul. de Cast.
consil.lxv.exordien.Super isto puncto occurrunt tria vi-
denda. vbi relatis opinionibus dicit istam esse veriorem,
illam etiam sequutus est solẽnissimus doctor Ludouicus
de Ro. ff.de iureiuran.in rubri.in prima conclusione, illa
potissima ratione, quia talis donatio vtriusq; iuris cẽsu-
ra est prohibita. Et primo quidem iure ciuili. l.j.ij.ꝛ.iij. ff.
de donatio.int.vir.ꝛ vxor. Et de iure canonico. d.c.fin.de
donat.int.vir.ꝛ vxor. Illam etiam tenuit Anton.de Can.
in sua disputatione exord. Maritus debitis inuolut⁹, ꝛc.
secundum hanc opinionem consuluit Ioan. Papien.con
silio exordien.Quicquid dicant Barabaculi,qui nesciunt
se nimias fabas comedisse,ni i cum dolent ventrẽ,ꝛc.pro-
ut refert Bartho.Vero. vbi supra.Et secundum hanc opi
nionem, ꝛ pro ea elegantissime ꝛ plene consuluit Andreas
Barbat.consil.lxvj.inter consil.Franci.de Cur. exordien.
Sapiẽter optimus predixit Psalmista, loquebar,inquit,
de testimonijs tuis in conspectu regum. qui pro huiusce-
modi multa,ꝛ quidem subtiliter inducit,ꝛ respondet mo-
tiuis Freder.de Sen.positis in.d.consil.cxl. Punct⁹ que-
stionis,ꝛc.ꝛ Ioan.de Imo.positis in.d. c. cum contingat.
membro vlti.versic. circa secundum.Etiam hanc opinio-
nem nouissime tenuit Bartho.Sozi.in consil.lxvj. exor-
diente, Frustra plenitudini addita merita queruntur.ver-
siculo secundo principaliter obijcitur.in.j.parte. vbi etiam
pro ea inducit duo,aut tria bona fundamenta. ¶ Et pro-
fecto dici non potest quin ista opinio sit multum probabi-
lis,ꝛ habeat multos ꝛ magnos defensores: Veruntamen
etiam negari non potest, quin prima opinio videatur ma-
gis communis: propter quod esset fortasse difficile cõtra
eam obtinere.l.j.versic. crebrior apud veteres opinio.ff. de
officio questo.c.nouimus.ꝛ quod ibi Anto.de Butrio de
verbo.sign.ꝛ quod scribit Ostien.ꝛ docto.in.c.j.de consti-
tutio.Bart.ꝛ alij in.l.fin.C. de pen.iudic. qui male iudica.
Sed quanuis secundum communem opinionem talis do
natio firmetur iuramento videretur tamen ꝙ dicta do.Ia
quemeta possit obtinere a summo põtifice dispensationẽ,
seu relaxationem predicti iuramenti: prout voluerunt do.
Cardina.Flo.Sali.ꝛ Andr.Barba.in locis superius al-
legatis.ꝛ Anto.de Butr.in.d.c. cum contingat. vbi non
dicit donationẽ firmari iuramento,sed iurantem constrin
gi ad obseruationem iuramenti. Et maxime videtur hoc
procedere in hoc casu,in quo facta est per mulierem talis,ꝛ
tanta bonorum seu iurium effusio. Et puto ꝙ huic casui
possit nõ importune adaptari dictum Bal.in.d.l.fi.versic.
est ꝛ alia ratio.C.de donatio.ant.nupt.vbi dicit,ꝙ in vxo-
re donante viro,est alia ab illa,scilicet de qua in.l.j.ij.ꝛ.iij.
ff.de donatio.inter virum ꝛ vxorem,ꝛ specialis ratio:quia
mulier donans presumitur decepta suasionibus viri. pro
quo remittit ad notata per se in.l.j.eod.tit.Vnde secundũ
eum quod est nullum ratione doli presumpti non videtur
iuramento firmari:hoc dictum Bal.commemorat ꝛ sequi
tur Andr.Barba.in dicto consil. lxvj. Preterea lex non
solum non assistit, sed etiam resistit donationi facte inter
coniuges.prout eleganter scribit Oldra.consi.ccxlv.exor-
diente.Item quidam paterfamilias. versic.ij.ratio,ꝛc. ibi,
circa quod est notandum.ꝛ Ioan.And. in addi.Specula.
tit.de donatio.versi.hoc scias, ꝙ donatio cui ius resistit.
Succedat igitur quod voluit Panor.consi. cvij.exordien
te.Quatuor sunt in causa domine Baptiste filie quõdam
Andree,ꝛc.versi.restat nunc examinare secundum dubiũ:
in.ij.volu.vbi post Frederi. de se. in loco per eum allegato
in consil.scilicet cclxxij. exordiente.Factum tale est statuto
ciuitatis Perusij cauetur,ꝛc.dicit debere audiri petentem
absolutionem a iuramento, vbicunque quis iurauit cõtra
dispositionem legis communis aut statuti: quia contra-
hens videtur turpiter recepisse iuramentum contrahendo
contra dispositionem legis: vnde debet potius puniri, ꝙ̃
aliquod commodum reportare.c.que contra. viij. distinct.
ꝛ in.c.ꝛ si necesse.de dot.post diuor.restituen. Et bene facit
id quod visus est tenere Ioan. Andr. recitand.Vincen.in
d.c.cum contingat.vbi dicit Vincen.mulierem in casu il-
lius.c.posse instare, vt a iuramento absoluatur, ergo for-
tius vel non minus in casu nostro,in quo dicta do.Iaque
meta totam eius dotem dissipauit.Et idem voluit Anto.
de Butr.in.d.ca.cum contingat. quando concurrit enor-
mis lesio:quia tunc presumitur dolus.arg.l.omnes.§.Lu
cius.ff.de his que in frau.credito. In casu autem nostro
concurrit enormissima lesio,in qua eadem do. Iaqueme-
ta donauit non bona ascendentia ad valorem duorũ mil-
lium florenorum:vt in casu, in quo consuluit Panor. sed
ad summam sex millium florenorum. Addo predictis, ꝙ
licet vt predixi multi,ꝛ quidem famosissimi doct.tenuerint
donationem factam inter coniuges firmari iuramento
non tamen negant quin super iuramento huiusmodi pos-
sit dispensari,aut parti iuranti relaxari,ꝛ remitti: ꝛ ꝙ ob-
tenta dispensatione huiusmodi non possit donans conue
nire. Puto igitur ꝙ dicta do.Iaquemeta possit recurrere
ad superiorem, ꝛ signanter ad sanctissimum do. nostrum
Papam pro obtinẽda dispensatione seu relaxatione pre-
dicti iuramenti. Et illa obtenta agere ꝛ experiri contra he
redes dicti quondam spectabilis do. Philippi,ꝛ ab eis re
petere eius dotem. ¶ Secundo queritur an donationes
predicte fuerint firmate iuramento aduersus defectum
omisse insinuationis. Ad quod respondeo quod super hoc

sunt opiniones. Ioã. enim An. in addi. Specu. tit. de instrum. editio. §. porro. in vltima additio. tenuit donationẽ excedentem summam legitimam firmari iuramento cuius dictum sequitur Ioan. de Imo. in repetit. c. cum contingat. in vltimo mẽbro, qui pro hoc multa inducit, & respondet motiuis & rationibus per Bal. allegatis in. l. illud. C. de sacrosanct. eccle. & per Sali. in. l. sancimus. C. de donatio. Et hanc opinionem Ioan. Andr. sequuti sunt plurimi doctores, & quidem graues, quos commemorat Alex. de Imol. in. l. nemo potest. versicu. item inquantum quesiuit Bartol. ff. de lega. j. vbi hanc opinionem sequutus est idem Alex. & secundum eam consuluit consi. xl. versic. nec ad hoc obstat, si dicatur, quod donatio in. j. volu. vbi etiã multos commemorat tenentes hanc partem. Et idem consuluit consi. xx. exordiente. Ponderatorum, &c. versic. posset etiam dici. in. iij. volu. & Ioan. Calderi. consi. x. in fi. de donatio. & multi alij quos referre non expedit. Sed contrariam opinionem tenuit Bal. in. d. l. illud. & in dicto consi. xxix. in. iij. parte. & Anto. de Canna, in suo tracta. de insinuatio. quest. lxiij. vbi relatis opinionibus, & multis inductis hincinde, tandem residet in hoc, quod non firmetur iuramento. Et idem voluit Andr. Barba. in. d. consil. lxvj. in vltimo articulo. Ioan. Anto. de Placen. Prepo. beatus Ambr. de Medio. consil. lxvij. inter consi. Franc. de Curt. exordien. Circa hoc videtur quod illa assertio, &c. cui se subscripserunt Hierony. Tort. Ioan. Pute. & Nicoli. de sancto Nazar. Hanc opinionem sequuti sunt multi quos refert Francisc. de Curt. in apostilla posita post dictum consiliũ lxvij. que exorditur, Contra consultorem refert, &c. ibi, pro opinione consultoris consuluit Barba. &c. qui possunt videri. Hec igitur opinio non est sine defensoribus, & quidẽ viris doctissimis. Sed si non desipio prima videtur magis communis, a qua, forte in practica non recederetur. Verum puto quod supposita veritate prime opinionis, possit nihilominus donans petere absolutionem a iuramẽto: per ea que superius dixi: quia tali donationi quatenus excedit summam legitimam non assistit lex, sed resistit. Et hoc etiam in terminis consuluit Panor. in dicto consil. cvij. versic. restat nunc examinare secundum dubium an debeat audiri petens absolutionem. ¶ Sed forte opponetur mihi quod obtenta absolutio a iuramento nihil proderit eidem domi. Jaquemete: nisi forte quoad hoc, vt contrauenien non incurrat periurium, sed non quoad hoc, vt possit repetere summam excedentem, vel totam summam ex eo capite, quia donationes facte sunt inter coniuges. & hoc videtur decidere Angel. in consil. clvij. exordien. Domina Catherina adulta, minor tamen viginti annis. versicu. ex predictis apparet. quem commemorat Panor. in. cap. j. de iureiuran. & in. d. c. cum contingat. versi. sed vltra predicta aduerte ad illam difficultatem que oritur an contractus firmetur. vbi querit Ange. quid referat an contractus firmetur iuramento, an ve non firmetur: sed tamen cogi debeat iurans ad obseruantiam iuramenti. Et deinde respondet quod inter hec est maxima differentia, & effectus infinitus. Vbi enim actus iuramento firmatur, licet quis absoluatur a iuramento, non propterea venit, seu venire potest contra actum: quia actus est validus de per se, propter iuramenti interpositionem, & absolutio hoc solum operatur, vt cõtrauenien non incidat in periurium, non autem annullat actum. Vnde nullus dicat, quod minor qui iurauit super contractu, aut maior, qui iurauit, & est deceptus vltra dimidiam iusti pretij, si absoluatur per superiorem a iuramento, possit propterea venire contra contractum: quia cõtractus est aliquis, & irreuocabilis. Sed vbi actus non firmatur iuramento, sed solum iurans astringitur ad non veniendum contra iuramentum si absoluatur a iuramento potest contrauenire: non enim sibi obstat iuramentum, quod sublatum est per superiorem, nec actus, seu contractus: quia ille fuit, & est nullus, & iuramento non firmatus: & ideo qui iurauit se soluturum vsuras, aut nõ venire contra contractum pignoratitium factum in forma venditionis, immediate cum est absolutus, potest prosequi ius suum: quia tale iuramentum non firmauit promissionem, sed solum obligauit promittentem ad non veniendum contra. Et istud etiam videtur fuisse de mente domini Christopho. Por. in. §. fin. versic. sed dicit aliquis, &c. ibi, tertia differentia. institu. de hered. qualita. & differen. vbi dicit, quod si contractus sit seruandus in virtute iuramenti, petita absolutione a iuramento, potest contraueniri contractui: secus si sit seruandus in virtute contractus.

Sed hanc doctrinam videtur impugnare Panor. in loco superius allegato. contra quam facit. c. si vero. de iureiur. & dicit Panor. posse distingui: quia aut contractus sustinebatur solo iuramento, & tunc eo sublato dummodo legitime, tollitur contractus: quia tollitur illud vinculũ, quo solo sustinebatur. argu. optimo. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutionib. & c. cum cessante. de appellatio. aut sustinebatur etiam alio iure, & tunc sublato iuramento datur facultas interpellandi aliud remedium prius competens ad rescissionem contractus. Exemplum, quando in contractu quis fuit deceptus vltra dimidiam iusti pretij, quo casu contractus non est ipso iure nullus, sed sublato iuramento potest agi condictione. l. ij. C. de rescinden. vendit. c. penult. de emptio. & vendit. vel quando in contractu inito per metum interuenit iuramentum: & sic potest intelligi. cap. si vero supra allegatum: hec ille. Et idem voluit dominus Felin. in. cap. j. versi. quinto quero vtrum facta absolutione, &c. ibi, sed cogitanti mihi de intellectu predictorum. de iureiurando. Cum igitur in casu nostro donationes predicte sine iuramento fuissent nulle, vtpote facte inter coniuges: dicta. l. j. §. & . ij. ff. de donatio. int. vir. & vxorem. Et sic iurate sustinentur solo iuramento si contingat illud tolli, & dicte domine Jaquemete illud relaxari, ille remanebunt nulle: que etiam si essent facte inter alias personas remanerent nulle: quatenus excedunt summam legitimam. Et sic poterunt impugnari de nullitate. Puto quod sublato iuramento seu relaxatione illius legitime obtenta poterit dicta do. Jaquemeta dictam eius dotem repetere non obstantibus donationibus de ea factis: & hoc ex eo, quia facte sunt inter coniuges. Que omnia scripserim sub correctione, &c.

¶ Rub. ¶ De liber. & posthu. ¶ Consilium. cccclxxxvij.

¶ Epitome.

¶ Posthumus vt rumpat testamentum, & transmittat hereditatem ad suos, sufficit quod viuus in lucem prodierit, licet vtero matris secto fuerit in lucem editus.

1 ¶ Legitima & eius fructus debentur filio. 10.
2 Dotem cum iuramento constituens si ledatur propter iuramentum excluditur a beneficio restitutionis in integrum.
3 Vita aut mors ex quibus dijudicantur.
4 Filius licet ventre secto, ex matre natus dicitur.
5 Posthumus vt rumpat testamentum sufficit quod totus in lucem prodierit, & quod fuerit viuus.
6 Opinionum data contrarietate illa preualet que fauet testamento.
7 Fundamentum sue intentionis quilibet probare debet.
8 Mulieres quod moriantur ex dolore partus, vt plurimũ contingit, quia fetus sunt grossi.
9 Regule iuris tenaciter obseruande, nisi in contrarium sit dispositio specialis.
11 Dispensare super iuramento pertinet ad ecclesiã vel Romanum pontificem.



Plurima sibi assumpsit fundamenta egregius vir do. Joannes Camelli, iuriũ professor, per que quantum valuit conatus est, & conatur colorare intentionem & pretensam iustitiam, quam habere pretendit nobilis vir Honoratus Paschalis, loci de Insula, contra & aduersus nobilem virũ Petrũ Dardailhon ciuem Aurayceñ. sed pace sua salua dixerim, fundamẽta huiusmodi eidẽ Paschali nõ suffragãtur, nec nocent dicto no. Petro Dardailhon. Et primo nõ primũ: quia esto citra preiudiciũ veritatis quod habito solo respectu ad legatũ mille florenorũ, quod fecisse, & reliquisse dicitur nobilis quondã vir Bertrãdus Paschalis eiusdẽ Honorati quondã pater nobi. Magdalene eius filie, & cui per media, de quibus in actis successit dict. Dardailhon, videretur posse pretẽdi ipse nobilis Honoratus fuisse enormiter lesus in cõstitutione dotis, quã pro eadẽ Magdalena ipsi Dardailhon fecisse dicitur. Tamẽ habito respectu non solum ad legatum huiusmodi, sed ad legitimã que eidẽ Magdalene tẽpore facte cõstitutiõis cõpetebat in bonis dicti Bertrãdi eius quondã patris, & que cum eidem Bertrãdo non superfuissent ipsi Honoratus

⁊ Magdalena erat triens bonorū eiusdem quondā Ber-
trandi, illorum scilicet, que superfuerunt deducto ere alie-
no, ⁊ funeris impensa. auth. de trien. ⁊ semis. §. j. collat. iij.
⁊ transumptiue in auth. nouissima. C. de inofficio. testam.
iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eod. tit. ipse Ho-
1 noratus, in nullo reperitur lesus. Et † presertim cū non
solum eidem quondam nobili Magdalene deberetur le-
gitima, sed etiā fructus eiusdē legitime. d. auth. de triēte et
semis. §. j. ⁊ transumptiue in auth. nouissima. ⁊ quod notat
Benedict. Capra, consi. ix. Joan. Andr. in addi. Spec. tit.
de pigno. §. sequitur videre. in additione incipiēte, si vsus-
fructus debebatur. Alex. de Jmo. consil. lxix. exordiente.
Super. j. dubio queritur. versi. super. ij. dubio. Et hoc no
tabiliter declarat Bald. in. l. non est. C. fami. ercis. vbi con-
cluditur hoc esse verum etiam si tales fructus essent con-
sumpti ab herede bona fide. vnde cum idem Honoratus
fructus bonorum dicti Bertrandi Paschalis eius quon
dam patris perceperit durantibus duodecim annis ante
matrimonium nobilis Petri Dardailhoni, ⁊ eiusdē no
bilis Magdalene, prout videtur sufficienter apparere ex
his que proposita extiterunt parte eiusdem nobilis Dar-
dailhoni, in schedula exordiente. Item ⁊ ꝙ vltra inser. fo.
cclxxvij. articulo. iiij. exordiente. Item ⁊ ꝙ post mortem. ⁊
sequenti iunctis responsionibus per eundem Honoratum
factum insertū fo. ccclxiij. illi pro eorum parte sexta adau-
xerint predictam legitimam. Et quanuis non appareat de.
vera quantitate, ⁊ valore fructuum huiusmodi, videtur ta
men hoc nō obstare pro eo quia respondet partim do. Vi-
ceregens cause, ⁊ partim huiusmodi cōmissarius ⁊ iudex,
potest de ijs se informare, ⁊ taxare valorem. per id quod ha
betur in. l. si quod ex Pāphila. ⁊ quod ibi Bar. ff. de lega.
ij. ⁊ l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi, aut clam: ⁊ qd
not. Cyn. in. l. vnica. vbi etiam Bart. ⁊ alij doct. C. de sen-
ten. que pro eo quod interest. Alex. de Jmo. consil. cxxxij.
quod incipit viso processu cause pretensorum. in. j. volu. ⁊
Ange. Are. in. §. si agens. versi. ⁊ pro hoc tu allega quod di
cimus in simili. institut. de actio. Et quia dicta sexta pars
fructuum, seu valor ascendit ad valorē mille quadringen-
torum ⁊ octuaginta florenorum, ⁊ alias maiorem, vel mi-
norem, prout apparebit ex taxatione per ipsum do. Vice-
gerentem fienda palam infertur prefatum Honoratum
non fuisse in constitutione dotis per eum facta, ⁊ de qua
in processu lesum, aut circunuentum. Et supposito quod
ipse in aliquo lesus extitisset, non tamen fuit lesus enormi
2 ter seu vltra dimidiam iusti pretij. Quo fit vt cum † consti-
tutio dotis per eum facta, iurata extiterit, fuerit ipse, ⁊ sit
exclusus a beneficijs restitutionis in integrum. auth. sacra
menta puberum. ⁊ quod ibi communiter per scribentes. C.
si aduer. vendi. Et sic non solum fuit, ⁊ est exclusus a reme
dio. l. ij. C. de rescinden. vendi. ⁊ c. penulti. de emptio. ⁊ ven
ditio. cum non fuerit lesus vltra dimidiam iusti pretij: sed
etiam dicto beneficio restitutionis in integrum, ⁊ hoc ra-
tione iuramenti. Et ꝙ iste casu non potuerit, nec possit di-
ctus nobilis Honoratus petere restitutionē in integrum,
nec absolutionem a iuramento, appertissime colligitur ex
ijs que late firmat post alios Joan. de Jmo. in sua solenni
repetitione. c. cum contingat. in. iij. membro. de iureiuran. ⁊
in. c. quintanallis. eo. tit. quia alias dispositio dicte authen.
sacramenta puberum esset imposita verbis, ⁊ non rebus:
contra. l. ij. C. commu. de lega. ⁊ c. cōmissa. de electio. in. vi.
Multa pro hoc inducit, que transcribere nō oportet, Ale
xander de Jmo. consi. cxxiiij. exordiente. Visa facti narra
tione. versi. sed in proposito nostro. in. ij. volu. ⁊ alij in alijs
locis. Et ita importune ⁊ male agit dictus nobilis Hono
ratus petēdo secū dispensari, ⁊ bona sibi restitui. ¶ Pre-
terea assumpsit sibi ⁊ aliud fundamentum pro eodem Ho
norato, dictus do. doctor, ex eo scilicet: quod pretendit, ⁊
pretendat dictam quondam Magdalenam ab humanis
sine liberis decessisse. Sed hoc non obstat cum de contra-
rio appareat, scilicet ꝙ post mortem eiusdem quondam
Magdalene ⁊ ventre eius secto fuerit ab eo ex toto extra-
ctus filius, qui in manibus obstetricis, vel in pelui visus
est per multos testes apperire os, ⁊ claudere, ac etiam fre-
mere, ⁊ tremere cum fuit baptisatus, ⁊ quem ex ijs, ⁊ alijs
egregius vir do. Sebastianus Ricij, iurisū professor decla-
rauit viuum superfuisse dicte quondam Magdalene, ⁊ vi-
uum extractum ex ventre eiusdem. Quo fit, vt non sit du-
bium, quin dictus filius transmiserit maternam hereditā
tem ad dictum Petrum Dardailhoni. l. si infanti. C. de
iur. deliberan. Cui non obstant ea, que ad inpugnationem
sentētie eiusdem do. Sebastiani opponit idem do. doctor:
scilicet ꝙ illa fuerit fundata super signis vite, ⁊ non super
3 vita. Quoniam respondeo, ꝙ nec † mors, nec vita possunt
essentialiter intueri, aut cognosci, vt pote res quo ad es-
sentiam insensibiles, nisi per signa. vt verbi gratia, ego iudi
co Joannem viuere, quia video eum ambulare, video mo
uere caput, audio eum loqui, sentio pulsum eius: iudico
eum mortuum si ex ijs que solent esse in viuentibus nihil
appareat: vt quia non mouetur, non loquitur, non audit,
non sentitur in eo pulsus, ⁊ calamus, seu pluma aut alia
res leuissima posita super ore eius nō mouetur: ex ijs enim
iudico, ⁊ iudicarent alij illum non viuere. Jn casu vero no
stro testes, vt predixi, testificati sunt, ⁊ deposuerunt dictū
partum vixisse post extractionem a ventre, ⁊ postquā fuit
in manibus obstetricis, vel in pelui: ⁊ hoc quia eum vide-
runt apperire os, ⁊ claudere, aliqui etiam viderunt eum fre
muisse, ⁊ tremuisse, quando baptisatus est: medici etiam, ⁊
cyrurgici auditis huiusmodi motibus, ⁊ alijs, de quibus
deposuerunt testes, dixerunt eum fuisse viuum post extra
ctionem, cum illa faceret: ⁊ ꝙ non nisi viuus illa facere po
tuisset: quibus in talibus est credendum: per ea que scribūt
doct. in. c. proposuisti. de probatio. ⁊ in. c. j. de homici. Di-
ctus etiam do. Sebastianus non solum declarauit eum vi
xisse post mortem dicte Magdalene, sed etiam eum fuisse
viuum ex ventre extractum. Et quanuis. l. penulti. C. de
posthu. here. instituen. exigat, ꝙ totus fuerit extractus, ⁊
ꝙ post extractionem fuerit viuus, non tamen exigit. l. ꝙ
totus fuerit viuus, aut ꝙ fuerit visus totus viuꝰ. Et ideo
non opportet ꝙ signa vite videantur in qualibet parte,
aut ꝙ in qualibet parte appareat viuus. quid enim si habe
ret manus aridas, vel pedes ⁊ tibias putrefactas, vel si cy-
rurgicus in scindendo maternum ventrem scidisset bra-
chium, aut manum vel digitum partus, nunquid propter-
ea diceremus eum non fuisse viuum, si audiuissemus eum
flentem aut mouentem caput, ⁊ apperientem oculos? Cre
do ꝙ nullus sane mētis diceret hoc: lex enim exigit extra-
ctionem totius, ⁊ ꝙ post extractionē appareat viuus: sed
non dicit ꝙ appareat totus viuus, aliter enim opporteret
ꝙ testes deponerent de morte tibiarum, pedum, brachio-
rum, manuum, digitorum, ⁊ totius corporis: quod absur-
dum est: nec lex hoc exigit: importune igitur disputat di-
ctus do. doctor in. ix. x. xi. ⁊ xij. articulis, ꝙ non apparue-
rit totus viuus: quanuis etiam verum sit ꝙ ex eo, quia ap
paruit viuus in capite, propter dictos motus censeri de-
beat fuisse totus viuus: quia cum anima sit tota in toto, ⁊
tota in qualibet eius parte: si fuit, imo quia fuit in capite,
fuit ⁊ in alijs partibus, ⁊ earum qualibet. ¶ Postea vero
aliud fundamentum aggreditur idem do. doctor, scilicet
ꝙ cum partus nō fuerit natus, sed ex ventre post mortem
matris extractus, dicta quondam nobilis Magdalena
eum non peperit: sed istud non obstat. Quoniam respon-
deo, ꝙ licet eadē Magdalena ipsum non pepererit. l. anni-
culus. §. falsum. ff. de verb. sig. Pro eo quia cum mors o-
mnia soluat. authen. de nupt. versic. deinceps autem matri
moniorum terminum, colla. iiij. mortuus nihil agit, ille
4 † tamē dicitur ex ea natus. l. quod dicitur. ⁊ quod ibi doct.
ff. de libe. ⁊ posthu. Et quia non solum illi quos matres pa-
riunt, possunt eisdem succedere, sed etiam illi, qui ventre
secto ab ea viui extrahantur. l. posthumus. §. j. ff. de inoffi.
testa. l. etiam ea. ff. de ver. sig. ⁊ dicta. l. quod dicitur: paten-
ter respondetur ad multa allegata per dictum do. docto-
rem in dicta eius schedula, articulo. xiij. que loquuntur in
alio casu, quando scilicet aliquid relictum extitisset sub cō
ditione si pareret, aut si peperisset: tunc enim fateor ꝙ ad
hoc vt legatarius consequeretur relictum, opporteret ꝙ
ipsa pareret, aut peperisset: quia alias conditio non adim-
pleretur: ⁊ sic non deberetur relictum: sed nos non sumus
in isto casu, sed in casu in quo non solum defertur heredi-
tas nato, sed etiam post mortem matris ⁊ eius ventre ex-
tracto. ¶ Jnsuper assumit, sibi ⁊ aliud fundamentum scili
cet quod tempore natiuitatis, seu extractionis dicti par-
tus, ille partus non esset animal integrū: quia scilicet ante
septimum mensem, ⁊ eo tempore quo certum fuit ipsum
viuere non posse. Sed hoc non obstat. Tum quia lex solū
videtur exigere eum fuisse natum, vel extractum viuum. l.
vxoris. C. de posthu. here. instituen. Et hoc expressius vo-
luit dicta. l. penulti. vbi circa fi. dicit tex. hoc tantummodo
requirendo, si viuus ad orbem totus processit, ad nullū de-
clinans monstrum, vel prodigium. ecce ꝙ lex nihil dicit de
5 tempore: sufficit enim ꝙ totus in lucē prodierit, † ⁊ ꝙ fue-
rit

rit viuus. Et sic siue fuerit, siue attigerit septimum mensem, siue non, nihil ad rem, quin preteritus ruperit testamentum: vel quia sibi fuerit delata hereditas, et illam non aditam in casu nostro ad patrem transmiserit. Et hoc expresse sensit Ange. in. d. l. quod dicitur in princ. vbi dicit, et intelligo non integrum, quoniam non habet omnia membra recte formata: forte propter tempus: quia non est adhuc septem mensium. Ecce ergo quod Ange. expresse sensit quod etiam si non fuerit septem mensium, rumpat posthumus testamentum. Et istud dictum Ange. allegabant aliqui contra Paul. de Cast. prout ipse commemorat in dicta. l. penulti. quam legit cum dicta. l. vxoris abortu. versic. circa. l. sequentem. Sed in hoc errabant quia pretendebant Ange. hoc dixisse in. d. l. penulti. in qua Pau. de Cast. dixit hoc se non reperisse. Et hoc non mirum, quia nec hoc Ange. ibi dixerat, sed in dicta. l. quod dicitur. Et hanc opinionem Ange. sequitur Philip. de Peru. in. d. l. penulti. motus rationibus, quas supra dixi. Et bene si non desipio respondet ad. l. septimo mense. ff. de stat. homi. Cui etiam respondet Alex. de Imo. in dicta. l. penulti. quamuis postea recitata opinione Rapha. Cuma. contra Ange. tenentis, subiunxit videri posse sustineri opinionem, quod testamentum non recuperatur. Sed istud dictum Alex. de Imo. non videtur obstare: pro eo quia non multum firmat. dicit enim videri posse sustineri. Et etiam pro eo quia loquitur in materia testamentaria data † enim contrarietate opinionum illa accipi solet, que fauet testamento. l. si pars. ff. de inoffic. testa. Tum etiam non obstat dicta obiectio, quia ex actis cause huius non apparet, quod dictus partus non esset septem mensium, aut quod non attigisset septimum mensem quod tamen erat probandum per dictum Honoratum: postquam vt predixi probatum est parte dicti nobilis Dardailbon, et per sententiam seu laudum declaratum, quod dicte quondam Magdalene superfuerit filius: et quia ventre extractus, visus est viuus. Ex hoc enim sufficienter concluditur maternam hereditatem fuisse sibi delatam: et sic consequenter illam fuisse per eum ad patrem transmissam. Tum et quia non solum non apparet quod dictus partus non esset ingressus septimum mensem, quod tamen erat probandum per aduersarium, vtpote existens fundamentum eius inten-
7 tionis: ad † quod probandum quilibet tenetur. l. actor. C. de probatio. l. in exceptionibus, in princip. ff. eod. tit. et. l. si quis. C. de fabricen. lib. primo. et quod not. Bart. Joan. de Imo. Alexan. de Imo. et doct. in. l. in illa. et in. l. ex hoc iure. ff. de verbo. obligat. Sed etiam fuit probatum contrarium vt apertissime patet ex depositionibus quinque, aut sex testium parte dicti nobilis Petri alias examinatorum, et auditorum per dictum do. Sebastianum: quorum depositiones videri poterunt in instrumento compromissi facti per et inter eosdem nobiles Petrum et Honoratum in dictum do. Sebastianum Rich: et hoc anno Domini M. cccccliiij. et die. x. mensis Martij, inserto fol. ccclxxxiiij. Et per hec responsum ad multa scripta parte dicti nobi. Honorati in schedula superius mentionata. ¶ Que autem dicit idem do. doctor in. xvij. arti. exordien. Item postremo dicit, et c. vbi pretendit quod secundum communem accidentiam posthumi extracti scisso ventre matris mortue sint regulariter imperfecti et immaturi: quod pace sua salua dixerim, non est sic: sed contrarium, presertim quando mulieres mo-
8 riuntur † ex dolore partus: quia tunc, vt plurimum hoc contingit: pro eo, quia fetus sunt grossi, quando vero moriuntur ex infirmitate, vt verbi gratia ex peste, vel ex alio morbo in quem incidunt mulieres ante tempus pariendi, tunc aliquando contingit fetus esse immaturos. sed in casu nostro dicta nobilis Magdale. mortua est ex dolore partus, et qui fuit extractus viuus, et visus grossus, et etatis nouem mensium, et ita sumus in casu certo: et propterea etiam si illa pretensa communis accidentia ita se haberet prout ex aduerso pretenditur, vt tamen non se habet, nihil ad rem: quia illa defecisset in casu, vt predixi et constat per depositiones testium. Importune igitur huic casui adaptantur iura et doctorum dicta, de quibus in dicto articulo. xvij. et idem do. doctor non solum presupponit, sed etiam pro fundamento asserit falsum. ¶ Ceterum, quia in schedula predicta. articulo. xviij. dictus do. doctor pretendit sufficisse, et sufficere dicto Honorato Paschalis probasse, aut probare se fuisse fratrem dicte quondam Magdalene ad hoc, vt eidem ab intestato vita functe succedere possit, nisi dictus nobilis Dardailbon eiusdem Magdalene quondam maritus probet, aut probauerit quod posthumus tempore sectionis ventris, et extractionis ex illo fuerit viuus: et quod idem posthumus fuerit perfectus, et maturus: dico et respondeo quod hoc non obstat. Tum quia hec, vt iam tetigi probata extiterunt. Tum et quia non est verum dictum Dardailbon teneri probare dictum posthumum fuisse perfectum, et maturum, seu ingressum septimum mensem: quinimo suffecisset sibi, si solum probasset eum vixisse post mortem matris: quia si filius, ergo heres. vt dicit apostolus et in successione mortui patris familias liberi eius si sunt omnibus alijs prelati succedunt. authen. de heredi. ab intesta. §. j. collatio. ix. et transumptiue in authen. in successione. C. de sui. et legiti. libe. quod procedit non solum in natis sed etiam in extractis ex ventre secto. dicta. l. quod dicitur. ff. de libe. et posthu. Unde cum hec sit regula iuris ciuilis, illa tenaciter seruanda est. Et sufficit eidem Dardailbon habere pro se regulam secundum Barto. in. l. ij. ff. si quis in ius voca. non ierit: facit tex. in. l. suus quoque. versi. puto. ff. de heredi. instituen. et in. c. venerabilis. versic. puto quoque. de senten. excommu. in. vj. Et pro regula semper est pronuntiandum, nisi probetur contrarium secundum Bal. in. c. j. de aliena. iudi. mutand. cau. fac. qui dicit ita eleganter probari per glo. in. l. qui restituere. ff. de rei vendica. et dicit Bal. in. l. si
9 tutor. in fi. C. de ser. pigno. dat. manumiss. quod regule † iuris sunt tenaciter obseruande, nisi in contrarium appareat dispositio specialis. de quo scribit do. Jas. in. l. fi. C. de testa. et in authen. si qua mulier. C. de sacrosanc. eccle. facit quod not. Ostien. in. c. vt fame. versi. tu dicas. de senten. excom. Cum igitur dictus nobilis Dardailbon habeat pro se regulam, de qua supra, scilicet quia probauit posthumum vixisse post mortem matris, ergo et sibi delatam maternam hereditatem, per dictum apostoli, si filius, ergo heres. et dicto auth. de heredi. ab intesta. §. j. et illam fuisse per posthumum ad patrem transmissam. l. si infanti. C. de iur. delibe. Et sic ipse qui possessor est debet ab impetitis absolui, nisi dictus Honoratus aliud probet, per quod debuerit, aut debeat a dicta regula discedi: ipse est ergo Honoratus cui incumbit probatio quod dictus posthumus non fuerit perfectus, aut maturus, aut septimum mensem non ingressus: quia hec negatiua est fundamentum sue intentionis, et contra communem regulam: ad cuius propterea probationem astringitur: per iura iam superius allegata. Preterea ex sententia seu laudo dudum lato per dictum do. Sebastianum Rich, arbitrum, et c. et per dictos nobiles Petrum et Honoratum cum iuramento ratificato, et approbato, clarissime apparet hunc articulum esse decisum: et propterea non posse eundem Honoratum, illum refricare de quo et iuramento eidem specifice opponit dictus nobilis Petrus, dicens, quod super hoc non sit audiendus, sed repellendus: et quod de hoc nec possitis, nec debeatis vos nobiles et spectabiles viri do. arbitri, et c. vos intromittere, cum etiam potestas vestris spectabilitatibus concessa ad hoc non se extendat. ¶ Quo vero ad ea, de quibus opponitur in vicesimo articulo, et duobus sequentibus, dico quod illa non suffragantur dicto nobili Honorato, nec officiunt, seu nocent eidem nobili Petro: tum quia tanta fuit, et est legitima dicte quondam nobilis Magdalene, et que sibi competijt in bonis paternis, quod illa ascendebat, et ascendit ad valorem bonorum de quibus est contentio: vt autore domino ex fine cause huius apparebit. Tum et quia non solum debetur
10 liberis in bonis parentum legitima, sed etiam † fructus legitime. Esto enim citra preiudicium veritatis quod post mortem patris legitima in sui ipsius substantia non augeatur, potest tamen filius si non possederit petere legitimam et fructus legitime: iuxta ea que scribit glo. in. l. in fideicommissariam. in princ. ff. ad Treb. et quod eleganter scribit Philippus de Peru. consil. cclxv. exordiente, In hac videtur prima facie dicendum: in litera M. et in litera N. in. iij. volu. et Alex. de Imo. consi. lxix. exordiente. Super primo dubio. et c. versi. super. ij. dubio. in. j. volu. facit auth. nouissima. et quod ibi doct. C. de inoffi. testa. prout superius dixi. Et ita male mouetur dictus. d. doctor, quatenus pretenderet, vt pretendere videtur, quod idem nobilis Dardailbon, habere non debeat, nisi tantum, quantum ascendebat legitima dicte quondam Magdalene tempore mortis eius quondam patris. et quod fructus postea percepti etiam ex legitima huiusmodi debeant eidem Honorato restitui, cum si per alium legitima huiusmodi possessa extitisset, posset ipse Dardailbon petere non solum legitimam, sed fructus ex ea perceptos, etiam si bona fide consumpte extitissent per heredem. vt voluit Bald. in dicta. l. non est. C. fam. er. et

post eum

post eum Alexan. de Imo. in dicto. consi. lxxx. Preterea est aliud q eidem Hono. etiam efficacissime obstat titulus scilicet dotis, fuerunt enim bona de quibus est contentio, per ipsum nobilem Honoratum, dicto Dardalbion constituta in dotem & pro dote dicte quondam Magdalene vna cum iuramentis & alijs de quibus in constitutione, & si quid fuerit vltra, & preter valorem legitime, in dotem constitutum, vt tamen non creditur illud censetur fuisse eidem Magdalene donatum. l. j. §. accedit. C. de rei vxo. actio. quod facere potuit idem Honoratus, etiam si fuisset minor. xxv. annis tempore cōstitutionis dotis: per id quod scribit glo. & post eam docto. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. venditio. Unde cū vt iam dixi per transmissionē materne hereditatis dictus nobilis Dardailbō eidem Magdalene: vniuersaliter successerit male & iniuste eundem Dardailbon ex capite dicte pretense vniuersalis successionis, cum etiam articulus iste fuerit iam decisus & decisio cum iuramēto approbata, inquietauit, & inquietat dictus nobilis Honoratus a cuius propterea impetitione est dictus nobilis Dardailbon cum expensarum reportatione absoluendus. ¶ Ceterū quo ad aliud caput in quo subordinate, seu alternatiue petijt, & petit idem Honora. ordinari super pretensa relaxatione iuramenti, & ipsum in integrum restitui ex capite pretense lesionis: dico vt iam dictum est eundem Honoratum non fuisse nec esse lesum, presertim aut saltem ea lesione propter quam debuerit aut debeat iuramentum sibi relaxari: cum sit inuiolabiliter obseruandum: dicta authen. sacramenta puberum. versi. inuiolabiliter custodiantur. C. si aduer. vendi. vbi do. Ias. versi. contrariam opinionē. q si sit lesio &c. Pro hac parte multa inducit que si placet videantur. Pro ea etiam amplissime scripsit Alex. de Imo. consi. cxxv. exordien. visis & consideratis statutis in primo vol. & cōsi. ccxxiiij. in. ij. volumi. & domi. Ias. in. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiurand. Archid. & Ioan. Andre. in. c. quamuis pactum. de pact. in. vj. Preterea cum iuramētum sit quid spirituale. c. si. de fo. compet. in. vj. & c. venerabilē. de electio. quod etiam scribunt doct. in. c. quemadmodum. de iureiuran. & in dicta authen. sacramenta puberum. Non potestis vos prefati speciales domini arbitri pronuntiare super pretensa relaxatione iuramenti, nec illud relaxare, & etiam si essemus in casu, in quo alias posset relaxari vt tamen non sumus: quia nullus princeps secularis potest remittere iuramentum, vel super eo dispensare, vt est de mente Cin. & Saly. in. l. si. C. si contra ius vel vtili. publi. quod etiam expresse voluit Alex. de Imo. in consi. xxxviij. exordiente, visa petitione Antonij de Roma: in ij. volu. & do. Ias. May. in dicta authen. sacramenta puberum. Cuius dicti illa assignatur ratio, quia remittere iuramentum aut super illo dispensare, spectat ad ecclesiam, vel Romanum Pontificem. d. c. venerabilem. & c. nouit. de iudi. & quod not. Hosti. in. d. c. quēadmodum. Que omnia dixerim. &c.

¶ Rubrica. De iure emphytent. ¶ Consil. cccclxxxviij.

¶ Epitome.

¶ Concedens in emphyteusim perpetuā, & iurans non cōtrauenire, etiam si lesus existat non poterit vti remedio. l. ij. C. de rescind. vendit. tum quia. l. ij. non habet locum in contractu emphyteusis, tum presupposito q locum haberet, beneficium tamen illius aufertur per iuramentum.



Viso Quoddā publico instrumento sub prascripto & recepto anno domini millesimo quatercentesimo sexagesimo primo. & die xvij. msis Nouem. continente concessione ad nouū accapitum, & in emphyteusim perpetuam, factam anno mense & die predict. probis quondam viris Petro & Iacobo de Serro loci de Andoucia mādamenti sancti Vincentij in Barresio, per egregium quondam virum do. Aymariū Stiglarij iurium licentiatum, de quibusdam eius bonis, seu predijs rusticis in instrumento huiusmodi latius mentionata. Et quam concessionem nobilis Anna Stiglarij pretense neptis ex filio, & per medium illius heres vniuersalis eiusdem quondam do. Aymarij, impugnare nititur ex capite pretēse deceptionis vltra dimidiam iusti pretij: Dico & respondeo breuiter & succincte, q ipsa nobilis Anna concessionem huiusmodi ex capite predicto impugnare non potest causis, & rationibus sequentibus. Prima, quia in contractu emphyteusis non videtur habere locum remedium legis secunde. C. de rescinden. venditio. & c. penulti. de emptio. & vendit. prout voluit & scripsit Specula. tit. de emptio. & venditio. §. nunc dicendum restat de rescindenda venditione. versicu. quid de concessione in emphyteusim. Et idem videtur tenere Bald. C. de iure emphyteut. super rub. vers. quero an valeat instrumētū &c. Ibi secundo propter non curandam pretij paruitatem, & idem videtur sentire Inno. in dicto. c. penultimo. de emptio. & vendi. dum allegat. c. constitutus. de religio. domi. & idem voluit dominus Ias. May. in. l. ij. versic. vltimo. vt nihil omittatur, &c. ibi contrariam partem & melius tenet Specul. &c. C. de iure emphyteu. vbi pro hac parte addit rationem, q ideo res potest dari in empbiteusim, etiam citra dimidiam iusti pretij: pro eo quia emphyteuta obligat se perpetuo ad solutionem canonis, etiam si res periret pro maiori parte. dicta. l. j. facit authen. de non alienan. §. lex itaq collatio. ij. & potest etiam dari res in emphyteusim sine aliqua quantitate, seu pecunia ab initio danda. vt voluit Bart. in. l. si mihi, & Titio. ff. de verbo. oblig. et pro hoc multa inducit dominus Iason de May. in dicta. l. ij. versic. contrariam opinionem q immo a princip. &c. C. de iure emphyt. Secunda ratio, quia supposito citra preiudicium veritatis, q dicta. l. ij. C. de rescinden. venditio. etiam haberet locum in contractu emphyteusis, seu concessionis ad nouum accapitum, prout quidam voluerunt, tamen quia dictus quondam dominus Aymarius tempore dicte concessionis licentiatus, & vt creditur maior. xxv. annis, iurauit non venire contra, & alias, vt in dicto instrumento, ipse sibi abstulit remedium dicte legis secunde, vt voluit glos. Bart. & doct. in dicta. l. ij. Et idem voluit glo. & post eam docto. in. d. cap. penulti. de emptio. & venditio. & scribentes in. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obligat. Et sic nec ipse dictus quondam domi. Aymarius dū viueret, nec eius heres, potuit, aut potest intentare remedium. d. l. secunde. Et quidem non ipse, quia vt dixi, ipse illud sibi abstulit: non etiam heres, quia fingitur eadem persona cū defuncto. authen. de iureiuran. a morien. presti. collatio. v. Tertia ratio, quia vt iam dixi, concessio predicta facta legitur anno predicto millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, & die. xvij. mensis Nouembris: & sic a tempore concessionis huiusmodi vsq ad tempus impetrati rescripti cucurrerant, & lapsi extiterant quinquaginta anni, & vltra. Quo fit vt eidem nobili Anne obstiterit, & obstet exceptio prescriptionis. l. sicut. l. omnes. & l. cum notissimi. cum suis similib. C. de prescript. xxx. vel quadraginta annorum. Cui non obstat q in dicto pretenso regio rescripto fuerit dicta nobilis Anna releuata a lapsu temporis durante minori etate eiusdem anne. Quoniam respondeo q cum vt audio nobilis quondam vir Antonius Stiglarij filius, & vniuersalis heres dicti quondam do. Aymarij, ac pater & immediatus predecessor huius nobilis Anne ab humanis decesserit a decem, vel vndecim annis citra, tam tēpore ei9 mortis & decessus erat cōpleta prescriptio: cum iam tēpore mortis illius, & a tempore dicte concessionis preterijssent quadraginta anni, vel circa: licet ad complementum prescriptionis huiusmodi suffecissent triginta anni vel circa, per iura predicta. Et poterunt heredes dictorum Petri & Iacobi opponere, & excipere de dicta prescriptione, non solum ad merita cause, & in vim peremptorie exceptionis, sed etiam in vim dilatorie ad impediēdum processum, dicendo & opponēdo eidem nobili Anne q non sit audienda, nec addmittenda ad procedendū contra eos: cum pretensa actio fuerit, & sit perempta prescriptione eorundem heredum & predecessorum. l. fi. & quod ibi Bart. & Bal. ff. pro suo. & quod no. Luc. de Pē. in. l. fi. versi. & sic patet q exceptio prescriptionis impedit contestationē litis &c. vbi etiam Io de Plat. versic. & allegatur iste tex. pro casu. C. de censi. & censitori. lib. xj. & Angelus Areti. in. §. eque si debitor. versi. octauo est & eiusdem nature. & in. §. appellatur. versi. quid de exceptione pscriptionis. institu. de exceptio. ¶ Audio preterea q successu temporis anno sc3 domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, & die vicesimatertia mensis Nouembris vel circa dictus quondam nobilis Antonius Stiglarij tunc maior non solum xxv. annis, sed triginta aut quadraginta eiusdem Anne pater certa alia rustica predia eisdem Petro & Iacobo de Serro ad nouū accapitum & in emphyteusim perpetuam concessit: quodq concessio

nem

nem huiusmodi iuramēto confirmauerit, ꝓpter quod dico quod nec istam concessionem impugnare valeat, seu possit dicta nobilis Anna: pro quo induxisse sufficiat duas primas rationes supra allegatas, scilicet quod remedium dicte. l. ij. cum sibi non vendicet in contractu emphyteusis. siue noui accapiti: ⁊ ꝙ ratione iuramenti cum maior. xxv. annis existeret dictus nobilis Antonius, ipse sibi abstulit remedium eiusdem. l. ⁊ ita nec ipse cum viueret, potuit illud intentare, nec ex eiusdem nobilis Antonij persona dicta nobilis Anna, illud potest intentare per iura ⁊ rationes predictas, quas aliter non repeto.

¶Rub. De heredib. instituend. Consili. cccclxxxix.

¶Epitome.

¶Liberi nec nati nec cōcepti ante mortē testatoris nō videntur heredes instituti, seu comprehensi in heredum institutione per eum facta. Item quod remanere in communione nemo cogitur, nisi sit iunior. xxv. annis.



Alpato Et ponderato casu mihi exhibito parte probi viri Antonij Ymberti, seu eius ⁊ sue secunde vxoris liberorum naturalium, ⁊ legitimorum: Dico, ⁊ respondeo ad id de quo primo queritur, ꝙ cum liberi huiusmodi nec nati, nec concepti extiterint ante mortem probi quondam viri Petri Grassi, illi non videntur fuisse per dictū Petrum heredes instituti, seu in heredum institutione per eum facta comprehensi. per id quod post Lambertum de Rampo. in quadam sua questione incipiente, Quidam Mevius, ⁊c. voluit Ioan. Andr. in additio. Specul. titu. de testamen. in rubr. versic. item Lambertus de Ramponibus. in qua questione idem de Rāponibus terminauit plura dubia. Primum erat, vtrum valeret talis substitutio, Petro filio meo heredi vniuersaliter a me instituto, substituo vnum ex filijs Titij, alterius filij mei, quem ipse Petrus heres meus elegerit, vel nominauerit. Secundū erat dubium, quid si dictus Petrus heres nullum elegisset, vel nominasset, an omnes equaliter succederent, ⁊ an ex testamento, vel abintestato. Ultimum erat an in dicta substitutione veniat filius natus ex dicto Titio post mortem dicti Petri: cui facta erat substitutio: ⁊ istud vltimū est illud, quod magis attingit casum nostrum. Super quo vltimo quesito respondit Lambertus de Ramponibus, ⁊ post eum Ioannes Andr. vbi supra, ꝙ filij nati ex predicto Titio post mortem Petri heredis, non veniant in dicta substitutione: quia non erant in rerum natura, quando substitutio sibi locum vendicauit. Quinimo habentur liberi huiusmodi pro non scriptis. ⁊ allegant legem vnicā. §. ⁊ cum triplici. C. de caducis tollen. ⁊. l. cum pater. §. hereditatem. el. j. in fin. ibi, viriles autem. ff. de legatis secundo. hec fortificantur: quia Catherina Ymberte de qua in casu, ⁊ alij liberi nascituri ex dicto Antonio fuerunt in vna ⁊ eadem oratione ⁊ institutione vocati: ⁊ ita debet intelligi, ꝙ pariter ⁊ vniformiter debeant vocari in casu nostro: ex eo quia dispositio de eis facta fuit voluntaria, absque eo ꝙ ex dispositione iuris dictus Petrus Grassi testator ad id teneretur. l. iam hoc iure. ⁊. l. Lucius. ff. de vulgari ⁊ pupilla. ⁊. l. in testamento. C. de testamen. milit. Sed si diceremus ꝙ liberi nascituri post mortem dicti Grassi, censerentur instituti: non esset verum dicere, ꝙ pariter vocarentur, aut vocati extitissent, quinimo quandoque dicta Catherina habuisset tertiam partem hereditatis eiusdem quondam Petri Grassi, cum tres fuerint nominati heredes instituti: quandoque dimidiam partem huius tertie partis, quando scilicet fuisset natus filius vel filia ex dicto Antonio, ⁊ quandoqꝫ minorem secundum ꝙ successiue nati fuissent, aut nascerētur liberi ex dicto Anto. vt de se patet. Et hanc determinationem Lamb. de Ramp. ⁊ Io. And. cōmemorat ⁊ sequitur Alex. de Imo. cons. xij. exordiente, Uisis ⁊ perlectis verbis testamēti dicti Bald. And. versi. sed premissis non obstātibus. in. iiij. volumine. ⁊ domi. Ioan. Bap. consilio. xiij. inter consilia Alexand. de Imo. in eodem volu. exordiente, super questione preposita, ⁊c. versi. iiij. eadem conclusio, ⁊c. Et hec determinatio videtur decidere casum nostrum, nisi forte dicatur quod dicta determinatio procedat in substitutiōe, nos autem loquimur in institutione. Sed istud non obstat quoniam nō propterea videtur esse ratio differentie inter hos casus, pro quo allegasse sufficiat quod habetur in. l. quidam relegatus. §. si tibi ⁊ posthumo. ⁊. l. sequēti. ⁊ sequenti, in prin. ff. de reb. dub. Ex quibus colligitur quod quo ad hoc, non videatur esse differētia inter institutionē ⁊ substitutionē.

¶Secundum quesitum, in quo queritur an Magdalena Ymberte que dicto quondam Petro grassi tam ex persona sua, quam ex persona Ioannis Jmberti eiusdem Magdalene quondam fratris pro belle seu duabus tertijs partibus successit, ⁊ hodie cum dicta Catherina bona eiusdē quondem Grassi communiter, ⁊ pro indiuiso possidet, petere possit, vt fiat diuisio de bonis huiusmodi. Dico ⁊ respondeo ꝙ regulariter nemo cogitur inuitus remanere in ratione. l. fin. C. commu. diuidun. ⁊. l. si non sortem. §. si centum. ff. de conditio. indebi. Et hinc est, ꝙ etiam si aliqui centum annis stetissent in communione ⁊ cōmuniter pro indiuiso aliqua bona possedissent, possent nihilominus qui vellent post tempus huiusmodi agere ⁊ petere fieri diuisionem, ⁊ a communione recedere, per id quod scribit Barto. ⁊ docto. in. l. prima. §. ad hec. C. de anna. excep. ⁊ docto. in dicta. l. fi. C. commu. diuidun. ⁊ in dicto. §. si centum. propter quod respondendo ad quesitum dico ⁊ respōdeo quod dicta Magdalena potest a communione predicta recedere, ⁊ petere fieri diuisionem de bonis communibus, in quibus habet dictas duas tertias partes, nisi fortasse esset eadem Magdalena minor. xxv. annis: quia tunc non videretur posse a communione recedere inuita eadem Catherina, nisi aliud subesset. l. inter omnes. C. de predijs minorum.

¶Rubrica, De donationibus. ¶Consilium. ccccxc.

¶Epitome.

¶Donatio in qua inseruntur ea que necessariō sunt requisita, antequam perueniri possit ad ea que interuenerunt eius validitati, valet, suumqꝫ purum sortiri dꝫ effectū: que quidem si nullo quouis modo interuenerint, nihilocetius tamen iuramento fuerit pure, realiter ⁊ de facto confirmata, ob vim iuramenti perfecta validaqꝫ redditur. Insuper possessio dominiumqꝫ earum rerum que donantur, accipientisqꝫ fiunt, cuius quidez donationis effectus collatus est in diem, ipsi donatario nullo modo acquiritur, verum enimuero retardatur differturqꝫ in dictam prius assignatam diem, appellationeqꝫ bonorum non veniunt rerum donatarū fructus, precipue si is qui se donatoris loco constituit, reseruauerit in suos vsus vsumfructum.

1 ¶Donationi qua fit mentio heredum donatarij censetur inter viuos.
2 Locumtenens alterius potest regulariter, quidquid potest is cuius vices gerit.
3 Dominium ⁊ possessio rerum donatarum cuius donationis effectus collatus est in diem, non acquiritur donatario, sed differtur vsqꝫ in dictum diem.
4 Donatio in qua non obseruata fuit solennitas requisita, valet ratione iuramenti.
5 Statutum simpliciter loquens de donatione, non extenditur ad donationem iuratam.
6 Fructus rerum donatarum non veniunt appellatione bonorum, quando donans sibi reseruat vsumfructum.



X donatione Quam duduz anno scilicet Domini millesimo quingentesimo decimo, ⁊ die. xxij. mēsis Septembris fecisse legitur honesta mulier domina Honorata Andrigua loci de Tritis, prouido viro Bertrādo Combe de insula Martici, elicita sunt multa dubia de quibus in casu parte eiusdem Bertrandi mihi exhibito. Quibus respondeo breuiter ⁊ succincte prout infra premittens pro solutione primi quesiti, ꝙ licet donatio huiusmodi prima facie videatur fuisse do. causa mor. non inter viuos, pro eo quia in ea dictum est ⁊ expressum, ꝙ ipsa domi. Honorata dedit, ⁊ donauit eidē Ber. Cōbe post finē dierum suorū sui ipsius Honora. ⁊ non ante, ⁊ in ea videt esse

facta mentio mortis: quia filius dierũ alicuius nihil aliud esse videtur, nisi mors, que omnia soluit. authen. de nup. §. deinceps autem. colla. iiij. Et sic ratione huiuscemodi mentionis facte de morte, aut equipollenti, donatio predicta videtur esse donatio causa mortis. lege Seya. §. finali. ff. de donation. causa mortis. ꝛ lege Seya. ꝛ quod ibi not. glossa. ff. de dote prelega. ꝛ quod not. gloss. ꝛ docto. in. l. fi. C. de pact. Nihilominus tamen donatio huiusmodi non fuit donatio causa mortis, sed donatio inter viuos: tum quia hoc fuit in ea expressum scilicet, ꝙ dicta do. Honorata donauit donatione pura, simplici, ꝛ irreuocabili habita inter viuos. pro quo allegasse sufficiat id quod scribit Barto. ꝛ docto. in dicta. l. fin. C. de pactis. ꝛ Alexan. de Imo. consi. xiiij. exordien. Circa primum dubiũ, in primo volu. Tum etiam quia donatio huiusmodi facta est eidem Bertrando stipulanti pro se, ꝛ heredibus suis. Quo fit, vt ratione
1 † mentionis heredum eiusdem Bertrandi donatarij, donatio censeri debeat fuisse, ꝛ esse donatio inter viuos. vt scribit Bald. in. l. ij. C. de iur. dotium. Franc. de Are. consilio. lxxiiij. exordiente, Diligenter ꝛ mature ponderatis. Alexand. de Imo. in dicto consilio. xiiij. versiculo postremo. etiam ex alio colligitur, ꝛc. ꝛ Bartholomeus. Sozi. in lege non omnis. ff. si certum petatur. Mentio enim heredum, magis adaptatur ad donationem inter viuos, quam ad donationem causa mortis. Cum donatio inter viuos transmittatur ad heredes: sed non donatio causa mortis, si prius decedat donatarius quam donator, dicta l. non omnis. ꝛ quod ibi Bartholo. Sozin. ꝛ Alexander de Imo. in dicto consilio. Cum etiam quia donatio predicta fuit ꝛ est iuramento dicte domine Honorate vallata. l. vbi ita donatio. ꝛ in. l. senat us. §. mortis causa. ff. de donation. causa mortis. Ex quo infertur, ꝙ in ea debuit obseruari solennitas statuti dominicalis edicti super donationibus inter viuos certam summam excedentibus non faciendis, nisi cum solennitate de qua in eo. ¶ Est igitur videndũ an in donatione huiusmodi fuerit obseruata solennitas predicta, ꝛ si illa obseruata non extiterit, dicta donatio sit nulla propter defectum illius, an ve iuramento firmata extiterit. Quo ad primum dico, quod aut ego habeo copiam predicti statuti incorrectam, aut illud videtur esse in ea parte obscurum, habeo enim in copia predicta ꝙ in donatione interueniat, seu interuenire debeat, ꝛ sit necessariũ alterũ ex sequentibus: videlicet Viguerij, seu Baiuli ꝛ Iudicis ordinarij loci, in quo fiet donatio conscientia, ꝛ approbatio, postquam agnouerit: causam honestam faciendi, ꝛ in ea fraudez cessare, aut cõiunctorũ, seu propinquorũ, vel affiniũ donatoris, ꝛ saltem duorum cum vno ex syndicis, seu pcuratoris presentia, ꝛ cõsciẽtia, aut illis coniunctis, ppinquis, vel affinibꝰ nõ extantibus, vel absentibus loco syndicorum, seu consulum ꝛ procuratorum loci illius qui pro tempore fuerint, vna cum Baiuli vel eius locumtenentis: ita ꝙ clandestinitas, ꝛc. Circa enim principium huiuscemodi sermonis videtur sufficere presentia Viguerij, seu Baiuli, aut Iudicis ordinarij loci in quo, ꝛc. ꝛ hoc pro eo, quia cum ibi videtur ad coniunctos seu propinquos, ꝛ alios, non est predicta copula ꝛ, sed cõiunctio aut, que est alternatiua, vt scribit gl. in clemen. j. super verbo, aut, de concessio. preben. ꝛ in clemen. j. super verbo, aut, de re. eccle. non alienan. ꝛ sic in casu nostro videretur sufficere presentia Viguerij, Baiuli, aut Iudicis. Non tamen nego quin etiam reperiatur in alia significatione. Et si in dicto statuto ponatur dictio aut, alternatiue, ꝛ sic sufficiat presentia Viguerij, ꝛc. quomodo non extantibus coniunctis, propinquis, vel affinibus, vel extantibus sed a loco absentibus, requiratur syndicorum, seu consulum ꝛ procuratorum loci illius, qui pro tempore fuerunt, presentia vna cum Baiulo, vel eius locumteneñ. profecto non bene video: ꝛ propterea vereor ne habeam copiam incorrectam. Et si supponeremus sufficere presentiã Viguerij, Baiuli, aut Iudicis ordinarij loci, ꝛc. put in prima parte exponuntur, remaneret difficultas, an presentia locumteneñ. alteri ex istis sufficeret. Et videtur ꝙ non. argum. eius quod not. Guiliel. de Rig. in. l. ꝛ si pretor. per illum textum. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdic. Iacob. Rebuf. ꝛ Ioan. de Plat. in. l. ex eo. C. de agenti. in re. lib. xij. ꝛ Alex. de Imo. in. l. more. ff. de iurisdic. omnium iudi. quatenus volunt quod vicegerens, seu locũtenens Potestatis aut Senescalli per Potestatẽ aut Senescallũ deputatus, non potest cognoscere de causa eidem Potestati, seu Senescallo delegata, aut commissa. Cũ ergo in dicto statuto fiat sermo de interuentione, seu presẽtia vel approbatione Viguerij, aut Bauli, seu Iudicis, non videtur ꝙ presentia locũtenẽtis, aut alterius eorũ sufficiat: sed his nõ obstantibus existimo cõtrarium esse verius in casu nostro:
2 pro eo quia vice gerens † seu locumtenens alterius potest regulariter facere, quidquid potest principalis. l. ij. ꝛ quod ibi Alberi. C. de offi. eius qui vi. alte. ger. ꝛ quod not. Innocen. in. c. sua. de offi. vica. habet enim ordinariam iurisdictionem vt scribit ibi Inno. ꝛ quidquid facit, hoc attribuitur ei, cuius vices gerit. vt bene colligi potest ex notatis per Inno. in. c. eam te. de rescrip. ꝛ per Alberi. in dicta. l. ij. ꝛ idem voluit Oldra. consi. ccvij. exordiente, De toto themate questionis, ꝛc. post medium. versic. ij. quia dato ꝙ illa producta fidem facerent. Ad ea vero de quibus opponitur respondeo ꝙ doct. prefati loquuntur in delegato cuius iurisdictio est stricti iuris: ꝛ si princeps vel superior cõmittens, seu delegans causam Potestati vel Seneschallo, vellet ꝙ de illa etiam cognoscere posset vicegerens, aut locumtenens, hoc facillime adijcere posset: quod quia non facit, ergo, ꝛc. l. j. §. sin autem ad deficiẽtis. C. de cadu. tollẽ. Facit ꝙ a forma rescripti nõ est recedendum per iura vulgaria. Nos vero loquimur in locumtenente, seu vicegerẽte alterius, qui vt predixi videtur per omnia posse facere, quidquid potest ille, cuius vices tenet seu locum. Dico tamen ꝙ si de consuetudine aliud obseruatuz esset in patria, non esset ab huiuscemodi obseruantia recedendum: quia minime sunt nuntiãda, ꝛc. l. minime. ff. de legi. ꝛ quod not. Panor. in. c. dilectus. de concessio. preben. ꝛ Bartholo. Sozi. in consi. cxlv. exordiente, Circa primum consultationis articulum: in. j. parte. Quibus premissis respondendo ad primum quesitum, dico ꝛ respondeo ꝙ cum regulariter quilibet sit moderator ꝛ arbiter rei sue: ita vt etiam possit ea abuti. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. ꝛ venditio. ꝛ. l. non vsque adeo. ff. si a parente fue. quis manumiss. iuncta. l. sed ꝛ si lege. §. consuluit. ff. de petitio. heredi. Et in dicta donatione interuenerit, vt videtur solennitas requisita a statuto, ipsa donatio valuit: nec potuit aut potest per ipsam donnam Honoratã causa legitima non subsistente reuocari. l. sicut. C. de actio. ꝛ obligatio. l. perfecta. C. de donatio. que sub mod. ꝛ. §. alie. institu. de donatio. subesset autem causa legitima reuocationis dicte donationis quinimo donatio ipsa reuocaretur ipso iure, si conuenta ꝛ promissa per ipsum Bertrandum eidem donne Honorate non obseruarentur. l. fin. C. de reuo. donati. Et quanuis, vt predixi, donatio predicta fuerit, ꝛ sit donatio inter viuos, non causa mortis, tamen quia illa est donatio in diem, ꝛ cuius effectus collatus est post finem dierum, hoc est post mortem dicte donne Ho-
3 norate, non fuit, † nec est dominium bonorum donatorum eidẽ Bertrando acquisitum. Et idem dico de possessione eorundem bonorum, sed differetur acquisitio huiusmodi vsqꝫ post mortem. Veruntamen quia eadem donna Honorata conuenit, promisit, ꝛ ad sancta Dei euangelia iurauit obseruare, ꝛ attendere donationẽ huiusmodi, ꝛ alia cõuenta, ꝛ promissa, ꝛ contra ea nullo vnquam tempore facere, aut venire, seu contrauenienti consentire. Et pro ijs omnibus, ꝛ eorum singulis obligauit, ꝛ hypothecauit omnia bona sua, ipsa non videtur posse alienare bona donata. l. si creditor. §. si. secundum vnam lecturam ꝛ quod ibi Bart. ff. de distractio. pigno. ꝛ quod not. Bart. ꝛ doct. in. l. qui absenti. §. j. ff. de acquiren. posse. Bartol. ꝛ Bald. in. l. ea lege. C. de conditio. ob cau. ꝛ doct. in. l. si ista quis promiserit. §. ea lege. ff. de verbo. obli. Poterit igitur idem Bertrandus, vel eius heredes agere, ꝛ experiri post mortem dicte donne Honorate contra detentores bonorum predictorum, si contingat eandem Honoratam bona huiusmodi in alium transferre. Et supposito citra preiudicium veritatis quod pactum, seu conuentio predicta, ꝛ expressa obligatio ꝛ hypotheca non sufficerent, aut sufficerent ad impediendum alienationem, seu translationem dominij, vt sufficere ꝛ sufficere videntur: tamen si ipsa donna Honorata contrauenerit, ꝛ bona alienet, committetur stipulatio ad interesse: quod est tacite in omnibus obligationibus facti, ꝛ que in non faciendo constituit. l. si quis ab alio. §. fina. ff. de re iudica. l. ij. §. fina. cum duabus legibus sequentibus: ꝛ. l. stipulationes non diuiduntur. §. celsus. ff. de verborum obligationibus. Et per consequens omnia bona hypothecata quasi existente cõditione debiti,

idest

dest interesse tacite promissi. l. grege. §. si sub cōditione. ff. de pignor. Et sic in omnem euentum videtur q dictus Bertrandus ius habebit in bonis donatis ratione hypothece pro interesse, quod erit tantum quantum valebunt bona alienata, si alienētur. vt voluit Oldra. consil. cxiiij. exordiente, Factum est tale, quedam mulier condidit testamentum. versicu. secundus respectus. ⁊ Alexand. de Imo. consil. lix. exordiente, Viso themate predicto in. v. volu. ¶ Ad id de quo secundo querebatur super dicto primo quesito, an scilicet donatio predicta sit dicenda nulla, si in ea obseruata non extiterit solennitas predicti statuti, an ve dicendum sit, q illa valuerit, ⁊ valeat tanquam iuramento

4 firmata. videtur dicendum q illa † valuerit ratione iuramenti quod potuit, ⁊ potest seruari sine interitu salutis eterne: ergo seruandum est. c. cum contingat. de iureiuran. ⁊. c. quanuis pactum. de pact. in. vj. Preterea dicta solēnitas videtur fuisse inducta in fauorem donantium: per id quod not. Bart. in. l. cunctos populos. questione. vj. C. de sacrosanct. eccle. ne scilicet ipsi deciperentur: ergo per suum iuramentum possunt derogare prouisioni predicti statuti. dicto. c. cum contingat. ⁊ authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Addo, † q statutum simpliciter lo-

5 quens de donatione, non videtur debere intelligi de donatione iurata: nec ad illam extendi. vt probat Joan. de Imo. in dicto. c. cum contingat. membro. ij. versi. nunc pro declaratione materie, an per statutum possit prohiberi, ⁊c. quia statutum debet interpretari secundum ius commune. l. ij. C. de noxali. ⁊. c. cum dilectus. de consuetudi. secundum quod ius semper potentius corporatur actus iuratus, quā non iuratus. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. l. j. §. cum lex. C. de rei vxo. actio. ⁊. l. pactum. C. de collatio. iūctis. c. cum contingat. ⁊. c. quāuis pactum superius allegatis. Et confirmatur hoc per id quod not. glo. singularis in. c. cum non deceat. in glo. fi. de electio. in. vi. per quam dicit Ange. in. l. j. §. que onerande. ff. quar. rer. actio non dat. q licet Papa vel Imperator cassēt consuetudines, vel statuta, tamen non intelligitur cassare statuta iuramento confirmata: ⁊ sequitur hoc Cap. Abb. ⁊ Joan. An. in nouel. in dicto. c. cum non deceat. pro quo alleg. c. j. de constituti. in. vj. ⁊. c. in aliquibus. de rescrip. eo. tit. de quo per Alex. de Imo. consi. cxxv. exordiente. Visis, ⁊ consideratis statutis de quibus supra in. j. volu. Pro hoc possunt multa iura, ⁊ multorum solēnium doctorum tam scribentium, quā consulentium rationes, ⁊ authoritates induci. Possunt ⁊ pro parte cōtraria etiam multa induci: sed quia existimo, q tam olim eminens regium consilium, quam postea magnificum ⁊ eminentissimum Prouincie parlamentum, sepe iudicauerint in simili casu, ego vlterius non insisto. ¶ Ad secundum principale quesitum dico, ⁊ respondeo, q licet dicta dōna Honorata donauerit omnia bona sua presentia, ⁊ futura cum pactis ⁊ reseruationibus de quibus ibi, ⁊ propterea videatur etiam donasse dicto Bertrādo omnes fructus ex tunc in antea percipiendos: tamen inspecta mente eiusdem Honorate, que colligitur ex pacto inito inter eam, ⁊ prefatum Bertrandum, in quo dictum est ⁊ conuētum q ipsa esset vsufructuaria tam bonorum per eam donatorum, quam bonorum eiusdem Bertrandi, censetur eadem Honorata sibi reseruasse fructus dictorum eius bonorum, ⁊ eos noluisse comprehendi ap-

6 pellatione bonorum † futurorum, sicut nec comprehenduntur in donatione, quam quis pure facit, non post eius mortem de omnibus bonis suis presentibus ⁊ futuris, sibi reseruato vsufructu: prout scribit Alex. de Imo. in. l. stipulatio hoc modo concepta. versicu. quid si in casu predicto in quo facta est donatio, presentium ⁊ futurorum, ⁊c. vbi etiam: idem voluit do. Jaso. de May. ff. de verb. oblig. quanuis contrarium senserit Pau. de Cast. in dicta. l. fin. C. de pac. ⁊ consi. xcix. exordiente, notandum. Sed prima opinio videtur fundari meliori fundamento. Ex dispositione, vero seu conuentione ⁊ pacto eorundem Bertrandi ⁊ Honorate, dicta Honorata facta est vsufructuaria bonorum ipsius Bertrandi: illorum scilicet de quibus ibi, ⁊ sic omnes videntur spectare ipsi Honorate: nisi q sumptu communi, seu expensis communibus tam bonorum dicte Honorate donatorum, quam bonorum eiusdem Bertrandi, debet ipse Bertrandus omnes labores suos ponere, ⁊ implicare ad vsum predictorum bonorum, ac etiam possessiones, vineas, ⁊ predia eiusdem Honorate ipsi Bertrando donata bene ⁊ decenter, prout conuenit cultiuare seu id fieri facere. Puto etiam q de fructibus bonorum huiusmodi debeant ali ⁊ nutriri dictus Bertrandus, ⁊ familia, ⁊ hoc pro eo quia fuit conuentum ⁊ pactum solēne factum q dictus Bertrandus vna cum eius familia ex tunc in antea perpetuis temporibus morari teneretur, ⁊ deberet in domo eiusdem Honorate, ⁊ cum ipsa Honorata, ⁊ ibi lares nos fouere, vnum panem comedere, ⁊ vnum vinum bibere. Non enim est verisimile dictas partes sensisse, q dictus Bertrandus omnes labores suos poneret in predictis bonis, ⁊ faceret prout supra, ⁊ sumptus sui ipsius aliunde querendo, hoc est emendo, vel alias deberet vna cum sua familia morari cum dicta Honorata, ⁊ vnum panem comedere ⁊ vnum vinum bibere. Sed est verisimile ambas partes sensisse, ⁊ voluisse quod eadem dōna Honorata, ⁊ ipse Bertrandus cum familia nutrirentur, alerentur ⁊ viuerent de laboribus eiusdem Bertrandi, ⁊ fructibus bonorum: ⁊ hec videtur fuisse mens eorundem, que attendenda est in contractibus. l. in conuentionibus. ff. de verborum significa. cum suis simili. ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, quod dictus Bertrandus tenetur ⁊ debet per se conuenta ⁊ promissa eidem Honorate obseruare: quod si non faciat incurret periculum de quo supra, scilicet reuocationis dicte donationis. ¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo quod cum dicta Honorata sit vsufructuaria predictorum bonorum dicti Bertrandi, ⁊ ipse Bertrandus teneatur bona huiusmodi deferre, ⁊ portare, seu deferri ⁊ portari facere a d domum predicte Honorate aut iam ea portauerat, seu portari fecerat: illa sunt distribuēda, ⁊ inuentorizanda, ⁊ per ipsam donnam Honoratam recognoscenda: quinimo forte tenetur etiam, ipsa donna Honorata idonee cauere de vtendo ⁊ fruendo arbitrio boni viri bonis predictis, ⁊ de illa restituendo finito vsufructu: pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat id quod scribit Pau. de Cast. consil. cxcj. exordiente, Antequam veniam ad dicta dubia. Alexand. de Imo. consil. lvj. exordiente, Habita super narratis in themate opportuna consideratione: ⁊ Pau. de Montepic. in. l. Titiacum testamento. §. Titia. versic. quinquagesimo primo quero. ff. de lega. ij. ¶ Ad quintum in quo queritur qualiter, ⁊ quomodo se debeat idem Bertrandus habere, ⁊ gubernare, dico ⁊ respondeo quod ipse debet videre ⁊ intelligere per se conuenta, ⁊ promissa dicte donne Honorate, ⁊ ea adimplere: ⁊ ita vna cum familia moram facere cum eadem donna Honorata, vnum panem comedere, vnum vinum bibere, ac gubernare ⁊ regere bona eiusdem donne Honorate. Et si que de suis bonis non fuerint ad dictam domum portata, debet illa ad eam portare, seu portari facere, ⁊ alias toto posse adimplere conuenta. Et si ipsa Honorata hec fieri non patiatur laudo q ipse sub presentia magistratus loci de Tritis, ⁊ vocata eadē Honorata, ⁊ presente ea omnia sibi presentet, ⁊ offerat. Et si ipsa refutet, protestetur contra eā, q per eum non stet, nec stetit, aut stabit quominus per se conuenta ⁊ promissa adimpleat. Et de ijs omnibus fieri petat publicum instrumentum, ⁊ acta.

¶ Rubrica. De solutionibus. ¶ Consilium. ccccxcj.

¶ Epitome.

¶ Debiti solutionem integram quia debitor confitetur recepisse, nisi opponat de errore ⁊ probet, nihil amplius potest petere.



Spectabiles Viri domini, ⁊ amici charissi. post debitas commendationes: quanuis scripturas per vos mihi transmissas, hoc est deducta hinc inde parte honorabilis viri Petri Reynerij mercatoris Valentie, actoris ex vna parte, ⁊ nobilis Joannis de Vernone, domini de Hesseto, rei ex alia: ⁊ testium depositionibus parte eiusdem Reynerij in hac causa productis ⁊ notā debiti cancellatam, ⁊ parte predictarum partium, ⁊ earum cuiuslibet extractam, vna cum quietantia per eundem Petrum dicto nobili domino Joanni de Vernone concessa, ⁊ allegationibus vestrarum donationum in fauorem predicti Reynerij confectis, obstante aliquali

persone mee indispositione videre non potuerim, nec in quirere veritatem eo modo, quo voluissem, vidi tamen ea omnia incursu, ꝛ succincte, ꝛ reuera ego multum dubito de iure dicti Petri Reynerij. Et primo quidem quia vt apparet ex tenore dicte note cancellate dicti de Vernone summam centum ꝛ decem octo florenorum nouē grossorum, ꝛ duorum denariorum per eum eidem Petro debitā ex causa mercium in dicta nota latius mentionatarum soluere promisit, ꝛ iurauit eidem Reynerij tam in blado frumenti, quaꝫ in siligine ad rationē cuiuslibet sestarij frumēti ꝛ siliginis, prout ibi. Et nihilominus eidem Petro conuenit, ꝛ promisit charreare, seu portare aut portari facere Bladum ꝛ siliginē, predictas suis proprijs sumptibus, ꝛ ipsas reddere franchas de leyda, ꝛ portu: ꝛ hoc in portu Trelhie ꝛc. Ex quo apparet quod non solum tenebatur idem de Vernone dicto Reynerij satisfacere de dictis centum ꝛ decēocto florenis, ꝛc. in frumento ꝛ siligine ad rationem cuiuslibet sestarij prout in dicta nota, sed etiam tenebatur portare, aut portari facere ꝛ expedire frumentuꝫ ꝛ siliginem huiusmodi franchas de leyda, ꝛ portu. quo fit vt cum dictus Reynerij postea, anno scilicet incarnationis dominice millesimo quingētesimo octauo, ꝛ die vltima mensis Martij cōfessus fuerit, ꝛ recognouerit se habuisse, ꝛ recepisse ab eodē de Vernone tūc presente, stipulante ꝛc. plenam ꝛ integram solutionem ꝛ satisfactionem de omnibus ꝛ singulis illis, in quibus dictus de Vernone eidem Petro teneri poterat de toto tempore preterito vsque in diem tunc presentem cum promissionibus ꝛ iuramento de quibus in instrumento eiusdem quietantie. Et nihilominus anno predicto, ꝛ die prima mensis Aprilis, ꝛ sic in crastinum consenserit cancellationi dicte note, que etiam cancellata extitit: quamuis non appareat de notario qui scripsit cancellationem, non bene video quomodo ijs non obstantibus potuerit dictus Petrus petere scutum auri, de quo in actis per eum solutuꝫ exactori, seu garde leyde. Cum enim verba predicte quietantie supra relata fuerint, ꝛ sint multum pinguia ꝛ ampla, ꝛ talia que salua ratione recti sermonis ad quem haberi debet respectus, vt scribit Barto. in. l. Aurelio. §. Caius. ff. de libera. lega. non videtur posse restringi ad solutionem dicte summe factam in blado, ꝛ siligine ad rationem, ꝛc. hoc est quod tradiderit frumentum ꝛ siliginem sufficientes ad solutionem dicte summe secundum predictam rationem, ꝛ non tradiderit franchas de leyda ꝛ portu sed, debet extendi ad vtrunq; hoc est solutionem dicte summe factam in blado ꝛ siligine, ꝛ quod hec fuerint data ꝛ expedita francha de leyda ꝛ portu. l. pluribus. ff. de acceptila. ꝛ quod not. Bartol. vbi supra. ꝛ alij in multis locis quos referre non expedit: quia nisi sic fecisset non fecisset plenam ꝛ integram solutionem de omnibus ꝛ singulis, ꝛc. prout in dicta quietantia describitur que profecto facit contra eum ratione effusi sermonis, qui solet inducere in promptum periculum. l. final. C. de dot. promissio. Non nego tamen quin idem Petrus potuerit errare, ꝛ quin ad opponendū de errore huiusmodi potuerit, aut possit admitti: sed ille error deberet pbari, qui mihi non apparet cōcludenter probatus, ꝛ quidē non per illam quietantiam seu appocham, quam fecisse dicitur exactor vt pote scripturam priuatam, ꝛ factam inter alias personas. Non etiam per depositiones testium: quia esto ꝙ per huiuscemodi quietantiā seu apocham, ꝛ depositiones testium probaretur expeditio illius scuti facta dicto exactori, non tamen apparet concludenter quod eidem exactori, vel alteri non fuisset in transportu frumenti ꝛ siliginis predictarum, satisfactum per dictum de Vernone: ergo, ꝛc. l. neque natales. ꝛ. l. ad probationem. C. de probatio. et l. non hoc. C. vnde cognati. Preterea supposito ꝙ illa pecunia soluta non extitisset ipsi exactori per dictum de Vernone: potuit tamen dari per dictū de Vernone ipsi Reynerij, ꝛ propterea idem Reynerij confiteri se habuisse plenam ꝛ integram solutionem, ꝛc. Non igitur videtur error concludenter probatus. Preterea transeundo ad aliam partem, ꝛ veniendo ad sententiam absolutoriam in causa prolatam in fauorem predicti de Vernone, considero non esse probatum leydam deberi in loco de quo in actis, nec ad probandum ꝙ illa debeatur. videntur sufficisse verba de quibus supra, ꝛ in nota predicta: pro quo allegasse sufficiat id quod scribit Specu. tit. de emphyteus. §. nunc aliqua. versic. lxxiiij. ꝛ in alijs terminis Alex. de Imol. consi. xxxj. exordien. Visis ꝛ accurate ponderatis, ꝛc. versicu. sed premissis non obstantibus, ꝛc. ibi, ex hoc sic presupposito. in. ij. volu. ꝛ do. Felin. in. c. inter monasteriū. versic. ꝛ idem pulchre Angel. de re iudica. post Angel. in. l. omnes. C. de prescriptio. xxx. vel. xl. anno. Cui obiectioni non videtur obstare, ꝙ vt scribunt dominationes vestre, notoriū sit leydam huiusmodi deberi: Quoniā respondeo debuisse hoc proponi, scilicet ꝙ esset notorium, ꝛ probari. pro quo allegasse sufficiat id quod scribit Specu. tit. de noto. crimi. §. j. versic. sed qualiter sciet iudex. Baldus in. l. cum fratrem. versic. notorium est illud. ꝛ post eos Pau. de Cast. consilio xlj. exordiente, Visis actis, ꝛ actitatis. versic. sed hic nulla precessit discussio. ꝛ do. Felin. in. c. cum ordinē. versic. quarta declaratio. de rescript. Adijcio ꝙ etiam si esset probatū esse notorium quod in loco predicto debeatur leyda, non tamen appareret quantum solui debuerit pro illa quantitate frumenti ꝛ siliginis, quam eidem Reynerij portasse aut portari fecisse dicitur dictus de Vernone. Et ita habito respectu ad scutum esset probatio incerta, ꝛ non concludens, que non releuat probare debentem. cap. in presentia. ꝛ quod ibi doct. de probatio. ꝛ quod not. Barto. Ioan. de Imo. ꝛ Alex. de Imo. in. l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. de verbo. oblig. Illud autem est indubitatum ꝙ dictus Reynerij repetens scutum, tanquam per eum, pro et nomine dicti de Vernone ipsi exactori solutum debet probare non solum ꝙ scutum eidem exactori soluerit, sed ꝙ sibi deberetur quod fecisse non videtur. Et sic profecto, vt predixi, dubito de iure eiusdem Reynerij, ꝛ displicet mihi ꝙ non potuerim, aut possum plenius inquirere, et animum adaptare opinioni ꝛ sententie vestrarum dominationum: ideo si placet parcite, ꝛ si quid pōssim percipite: quoniam authore Domino qui vos conseruet, hoc libentissime faciam. Non alia, preterꝙ vt bene valeatis.

¶ Rubr. De heredibus instituendis. ¶ Consil. cccexcij.

¶ Epitome.

¶ Institutio facta de Titio ꝛ suis concepta per verba tertie persone, quod intelligatur de suis ipsius testatoris nō heredis, multis conatur ostendere authoritatibus.

1 ☞ Disiuncta posita inter personas honoratas, inter quas cadit affectio ordinata non resoluitur in coniunctam.
2 Vulgaris substitutio aditione expirauit.
3 Fructus an in trebellianicam imputandi.



Visis duobus testamētis conditis, vno, scilicet, per nobilem quondam virum Antonium Pastorelli seniorem, ꝛ hoc anno Domini millesimo quatrincentesimo quadragesimo quarto, et die decimatertia mensis Decēbris, ꝛ alio per nobilem virum Antonium Pastorelli iuniorem, ꝛ dicti primi Antonij quondam filium. Et hoc anno Domini millesimo, quadringentesimo septuagesimo primo, ꝛ die duodecima mensis octobris, vna cum alijs instrumentis ꝛ scripturis ac casu, vna cum dubio, seu quesito ex eodem domino elicitis, parte nobilis honorabilisq; viri domini Andree Gulbeti mihi exhibitis, dico ꝛ respōdeo prout infra, quod multa sunt que videntur obstare, ꝛ obstant nobili Philippe de Burgite eiusdem nobilis Andree aduersarie. Et primo quidem obstat, quia licet eadem Philippa sit de suis nobilis quondam viri Claudij de Burgite, vt pote eius pretensa quondam filia, non tamen apparet quod ipsa sit de suis dicti quondam nobilis Antonij pastorelli iunioris, de quibus tamen suis, ꝛ non de suis ipsius de Burgite censetur de iure intellexisse dictus nobilis Antonius iunior secundus testator in heredis institutione, quam scilicet fecisse pretenditur, non solum de dicto Claudio, sed etiam de suis, ꝛ hoc pro eo, quia verba dicte institutionis concepta extiterunt per verba tertie persone, non per verba prime. Et sic cum scriptum extiterit, quod idem Antonius instituit heredem vniuersalem predictum Claudium de Burgite, ꝛ suos debet intelligi de suis ipsius Antonij, lege cum in testamento. ꝛ quod ibi Bar. ff. de auro ꝛ arg. lega. ꝛ quod post gl. voluit Bar. in. l. ex facto. in prin. ff. ad Trebel. ꝛ ꝙ scribit Petr. de Anc. ꝛ post

post eum Ioan. de Imo. in. c. indicante. versiculo quarto
querit quid si in testamento. de testamen. vbi volunt quod
si doctor doctorē heredem instituat, ⁊ scribatur sub verbis
tertie persone, ꝙ ipse rogauit heredē, vt libros suos resti-
tueret Tit. ipse censetur eū rogasse de restituēdis libris sui
ipsius testatoris, non de libris heredis. Unde cum dicta
nobilis Philippa non appareat esse de suis dicti quon-
dam Antonij Iunioris, ipsa non videtur venire, aut com
prehendi sub dicto verbo, ⁊ suos. ¶ Secundo eidem
Philippe obstare videtur: quia esto ꝙ dici posset appel-
latione suorum potuisse ⁊ posse comprehendi liberos di-
cti quondam Claudij: ꝙ cū Claudius, ⁊ sui dicerentur con
iuncti per copulatiuam, ⁊, quia tamen copulatiua huius-
modi reperiretur posita inter personas honoratas, inter
quas cadit ordinata affectio, seu charitas: quia scilicet, in-
ter dictum Claudium, vt dicitur consanguineum aut co-
gnatum testatoris, ⁊ suos, debuisset ⁊ deberet dicta cōiun
ctio copulatiua, ⁊, resolui in disiunctam: ⁊ ꝙ persone hu-
iusmodi quanuis videantur coniuncte, ⁊ simul inuitate,
debuerunt nihilominus ⁊ debeāt censeri inuitate ordine
successiuo: videtur probari per id quod habetur in. l. gene-
raliter. in princ. C. de institut. ⁊ substitutio. ⁊ in. l. Lucius.
la. ij. ff. de hered. institut. ⁊ ꝙ perinde fuerit, ꝙ dictus no-
bilis Antonius Iunior heredem instituerit dictū Clau-
dium, ⁊ suos, ac si eundem Claudium, vel suos instituisset,
⁊ sic non copulatiue vel coniuncte, sed alternatiue: quo ca-
su certum esset ꝙ dictus Claudius ⁊ sui non censerentur
simul inuitati, sed ordine successiuo. l. cum pater. §. penult.
ff. de legat. ij. vbi probatur ꝙ disiuncta posita † inter per-
1 sonas honoratas inter quas cadit affectio ordinata, non
resoluitur in coniunctam: ⁊ ꝙ dicti Claudius ⁊ sui non
censeantur simul inuitati, sed ordine successiuo, sensit Bar
tolus in. l. Gallus. §. quidam recte. versicu. ego dicerem. ff.
de libe. ⁊ posthu. ¶ Preterea supposito ꝙ dictum Bart.
proxime allegatum, non omnibus placuerit, ⁊ ꝙ propter-
ea fundamentum predictum dicte nobili Philippe non
obstaret, quia tamen dicta nobilis Philippa nec nata,
nec concepta erat tempore mortis dicti quondam nobilis
Antonij Iunioris, ipse non potuit, nec potest in vim pre-
tense institutionis facte de suis aliquid petere in bonis ⁊
hereditate eiusdē Antonij, per id quod post Lamber. de
Rampo. in sua questione exordiēte, Quidam Meuius. ⁊c.
decidit Ioan. Andr. in additio. Specula. titulo de testa.
in rubrica. versic. item Lamber. de Rampo. ⁊c. vbi dicit, ꝙ
Lamber. de Rampo. in dicta sua questione terminauit
plura dubia. Primum erat vtrum valeret talis substitu-
tio, Petro filio meo heredi vniuersaliter a me instituto,
substituo vnum ex filijs Titij alterius filij mei, quem ipse
Petrus heres meus elegerit, vel nominauerit. Secundū
dubium erat, quid si dictus Petrus nullum elegisset, vel
nominasset, ac omnes equaliter succederent, ⁊ ex testamen
to vel abintestato. Ultimum dubium erat, an ad dictam
substitutionem veniret filius natus ex dicto Titio post
mortem dicti Petri, cum substitutio facta extiterat: ⁊
istud vltimum est illud quod in specie attingit casum no-
strum: super quo dicebat Lamber. de Rampo. ⁊ sequitur
Ioan. And. ꝙ ad dictam substitutionem non veniūt filij
nati post mortem dicti Petri heredis: pro eo quia nō erāt
in rerum natura, quando substitutio sibi locum vendica-
uit. Quinimo illi habentur pro non scriptis. pro quo alle-
gant. l. vnicam. §. ⁊ cum triplici. C. de caduc. tollend. ⁊ di-
ctam. l. cum pater. §. hereditatem. el primo. in fin. ibi, viri-
les autem. ff. de legat. ij. Hanc decisionem commemorat ⁊
sequitur Alexander de Imo. consilio xxij. exordiente, vi-
sis ac perlectis verbis testamenti, ⁊c. versicu. sed premissis
non obstantibus, ⁊c. Ibi hoc decidit notabiliter Ioannes
Andreas, in tertio volumi. Bartho. Sozi. consilio cxiij.
exordiente, Suprascripti insignes iurisconsulti, qui ambo
preceptores mei fuerunt, versicu. arbitror ergo fundamen-
tum solidi esse. in prima parte. ⁊ idem voluit Pau. de Ca-
stro, consilio lxxviij. exordiente, viso dicto puncto, ⁊ du-
bijs elicitis ex eo. versicu. super. iiij. videtur mihi dicendū.
Et hec determinatio videtur hunc casum decidere, scili-
cet quod in vim dicte pretense institutionis facte de Clau
dio ⁊ suis, quatenus censerētur ipsi Claudius ⁊ sui simul
inuitati, non potuerit, nec possit dicta nobilis Philippa
pretendere se successisse pro aliqua portione cū dicto Clau
dio eius pretenso quondam patre: postquam, vt predixi
nec nata nec cōcepta erat tempore mortis predicti Anto-
nij Iunioris. Et hec decisio fortificatur: q꞉ cū dicti Clau-
dius ⁊ sui fuerunt positi in vna ⁊ eadem oratione, debuit
⁊ debet intelligi ꝙ pariter ⁊ vniformiter censeantur vo-
cati: ⁊ signanter in casu nostro, in quo scilicet dispositio
ante dicta fuit voluntaria, ⁊ absque eo, quod ex dispo-
sitione iuris dictus Antonius iunior ad id teneretur.
lege iam hoc iure. ⁊ lege Lucius. ff. de vulgari ⁊ pupillari
substitutione. ⁊. l. in testamento. C. de testament. mili. Sed
si diceremus ꝙ in dicta institutione comprehenderentur
etiam sui nascituri, seu concipiendi post mortem dicti An
tonij Iunioris, ⁊ sic post delatam eius hereditatem, non
esset verum dicere quod pariter vocati essent, ⁊ pariter ad-
mitterentur Claudius ⁊ sui: quinimo cum ipse Claudius
forte fuerit solus in rerum natura tempore mortis eius-
dem Antonij testatoris, ipse tunc habuisset totam eius he
reditatem: Postea vero concepto ⁊ nato vno filio habuis
set dimidiam, ⁊ deinde concepto, ⁊ nato alio, habuisset ter
tiam partem: ⁊ deinde adaucto numero liberorum fuisset
diminuta hereditaria portio eiusdem Claudij: ⁊ ita fuis-
set variata eius portio, nō igitur pariter ⁊ vniformiter cen
serentur inuitati dicti Claudius ⁊ sui contra dictam. l. iam
hoc iure: ⁊ alia supra allegata. Et pro predictis inducit
multa ⁊ bona fundamenta do. Ioā. Bap. in quodam suo
consil. exordiente, Super questione proposita: inserto in-
ter consi. Alexan. de Imo. in. iiij. volu. ⁊ est consiliū. xiiij.
que fundamenta videri possunt. versi. iiij. eadem conclu-
sio: iuncto eo quod ipse ponit ibi, ⁊ puto illud posse firma
ri, ꝙ concepti sint post mortē testatoris. Et si contra predi-
cta opponeretur ꝙ determinatio Lamber. de Rampo.
Ioan. Andr. ⁊ sequacium procedat in substitutione non
autem in substitutione, de qua nos loquimur, respondeo
ꝙ nō propterea videatur esse ratio differētie inter hos ca
sus: pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in. l. qui-
dam relegatus. §. si tibi ⁊ posthumo. ⁊. l. sequēti ⁊ sequēti,
in princip. ff. de reb. dub. Ex quibus hoc satis colligitur
scilicet ꝙ quo ad hoc non videatur esse differentia inter
institutionem, ⁊ substitutionem. Non igitur videtur, ꝙ in
vim pretense institutionis dicta Philippa potuerit, aut
possit pretendere se pro aliqua portione seu parte successis
se dicto nobili Antonio Iuniori. ¶ Et si pretenderetur ꝙ
saltem ipsa eidem pro parte succedere debuerit in vim pre
tense substitutionis, ⁊ sic ꝙ dictus nobilis Claudius ⁊ sui
successerint ordine successiuo, primo scilicet dictus Clau-
dius, ⁊ deinde sui: Et sic ꝙ dicti sui censeantur fuisse eidē
Claudio substituti adhuc istud non obstaret: pro eo quia
illa substitutio censeretur esse vulgaris ⁊ sic per eam dicti
sui inuitati eo casu quo tempore mortis dicti Antonij Iu
nioris non superfuisset dictus Claudius de Burgite, vel
superstes extitisset, ⁊ repudiasset hereditatem predicti An
tonij: non autem censerentur fuisse substituti in vim fidei-
commissarie substitutionis. Quo fit vt cum dictus Clau-
dius superfuerit predicto Antonio, ⁊ eius hereditatem
2 adierit, ⁊ propterea † expirauerit vulgaris substitutio. l.
post aditam. ⁊. l. precibus. circa fi. C. de impube. ⁊ alijs sub-
stitu. non potuerunt dicti sui in vim dicte pretense substi-
tutionis aliquid petere in dictis bonis. Et ꝙ dicti sui cen
seri debeant fuisse vulgariter, ⁊ non per fideicommissum
substituti, si tamen ⁊ quatenus pretendi possent substituti
vt non credo, fuit de mente Bar. in dicta. l. Gallus. §. qui-
dam recte. vbi etiam hoc voluit Alex. de Imo. versicu. sed
iuxta hoc dubitat hic Pau. de Cast. ⁊c. quod etiam patet,
quia in dicta pretensa substitutione non fuerunt adiecte
alique dictiones denotantes tractum temporis: non enim
fuit dictum, quandocunque decesserit Claudius, vel post
mortem Claudij veniant sui, sed scriptū est ꝙ dictus An-
tonius Iunior simpliciter instituit dictos Claudium ⁊
suos. Si qua igitur pretendi possit substitutio: per quam
videantur dicti sui fuisse dicto claudio substituti, illa fuit
tantum vulgaris, non autem compendiosa, vel fideicomis
saria: sicut videmus quando testator dicit filium instituo,
⁊ ei Titium substituo. Nam quia talis substitutio facta est
simpliciter, ⁊ sine dictione importante, aut denotante tra-
ctum temporis, illa continet tamen vulgarem. dicta. l. iam
hoc iure. in princip. versicu. in vulgarem tantum. ff. de vul-
gari, ⁊ pupillari, ⁊ probatur ex notat. per glo. magnam in
dicto. §. quidam recte. ibi, dū dicit, vel sic filiū, ⁊c. ⁊ quod
ibi Bartol. ⁊ quod not. idem Bartol. in. l. Centurio.
post medium. versiculo. ij. oppono ad predicta, ⁊c. dum tra-
ctat an compendiosa contineat vulgarem. ⁊ in dicta. l.

Lucius questione vltima.ff.de vulga.ꝛ pupilla.ꝛ in.l. si ar rogator.ad fi.ff.de adoptio.ꝛ sequuntur doct. in predictis locis. Et ꝙ in proposito nostro per dicta verba instituit Claudium ꝛ suos, intelligantur dicti sui vocati duntaxat in eum casum, quo idem Claudus heres non esset, non autem eo casu, quo heres esset, ꝛ postea decederet superstitibus dictis suis, sensit Rapha. Cuma. in dicto. §. quidam recte. circa fi. pro quo etiā facit quod voluit Alex. de Imo. consi. xiij. exordiente. Visis ꝛ perlectis. in. iiij. volu. ꝛ refert, quod ꝛ verum est, se ita tenuisse legendo dictum. §. quidam recte. Non igitur videtur, ꝙ dicta Philippa aliquid petere possit in vim dicte pretense substitutionis. ¶ Preterea vbi premissa cessarent, que tamen cessare non videntur, est quod multum refragetur, ꝛ obstet intentioni dicte nobilis Philippe: dictum scilicet testamentum prefati quondam nobilis Antonij Pastorelli senioris, in quo ipse heredem vniuersalem instituit dictum nobilem Antonium Juniorem, ꝛ si sine liberis vno vel pluribus ex legitimo matrimonio procreatis ab humanis decederet, instituit, ꝛ pleno iure eidem substituit nobiles Catherinam, ꝛ Claudiam eiusdem nobilis Antonij testatoris filias naturales ꝛ legitimas: ꝛ si dicti Antonius Junior Claudia ꝛ Catherina quandocunque ab humanis decederent sine liberis vno vel pluribus ꝛc. substituit nobiles Ludouicam Margaritam Peronetam, ꝛ Guilielmam, etiam eius filias naturales ꝛ legitimas. Unde cum isti omnes, ꝛ Joannes etiā filius eiusdem Antonij, ipsi Antonio superuixerint, horum omnium legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum eiusdem Antonij, eorum scilicet que supersunt deducto ere alieno ꝛ funeris impensa. authen. de trien. ꝛ sem. §. j. collati. iij. ꝛ transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. Et sic legitima predicti Antonij fuit decimasexta pars predictorum bonorum. Unde cum ipse Antonius postea ab humanis sine liberis decesserit superstitibus prefatis substitutis ꝛ signanter dicte nobilis Claudie monialis, cuius monasterij in quo professa extiterat, iura fuerunt dicto nobili Claudio de Gargite legitime remissa insuper ꝛ iura nonnullarum aliarum ex dictis substitutis etiam remissa extiterint, non potuit predictus Antonius Junior disponere, nisi de octaua parte dicte medietatis, ꝛ forte de quarta parte alterius medietatis quam iure Trebelliani ce detrahere poterat de bonis paternis idem Antonius
3 Junior: presupponēdo ꝙ fructus † non debuerint sibi imputari in quartam Trebellianicam. vt videtur voluisse Bart. in. l. quod de bonis. §. quod auus. versic. oppono. C. ꝛ. ff. ad leg. Falci. vbi videtur voluisse ꝙ. l. iubemus. C. ad Trebe. habeat locum etiā quando detrahuntur due quarte. Et idem consuluit Ange. consi. cxx. exordiente. Jolus dominij Dalmacij de Tuderto. versi. ad tertium respondeo. vbi pro hoc dicto nihil allegat nisi dictam. l. iubemus. Sed contrarium tenuit Pau. de Cast. in dicta. l. quod de bonis. §. fructus. ꝛ in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebel. vbi scribit ꝙ dicta. l. iubemus. decidens ꝙ liberi primi gradus non imputent sibi fructus in quartam, loquitur eo casu, quo non detrahitur nisi vna quarta. vt probatur ibi, in versi. dodrans restituatur. ꝛ dicit Paulus de Castr. in dicto. c. cum proponeretur. in lectura Bononiē. quod istud est dictum nouum: ꝛ ista etiam consuluit idem Paul. consil. xcij. exordiente. Quia dubia supra formata. Pro quo allegat regulam generalem positam in. l. in fideicommissariam. ff. ad Trebel. cui secundum eū non obstat dicta. l. iubemus. quia illa loquitur eo casu, quo filius detrahit tantum vnam quartam. ꝛ dicit Alexand. de Imo. in dicto. §. cum proponeretur. ꝙ hoc dictum Paul. de Castro, nunquam est obliuioni tradendum: quia est peregrina limitatio ad dictam. l. iubemus. Et hoc dictum magis sibi placuit, quam dictum Ange. in dicto consilio. hoc dictum Paul. de Cast. etiam sequitur Francis. de Cur. cōsi. lj. exordiente. Circa testamentū Alberti de Turre. versic. accedat ad premissa ad fi. vbi vltra Pau. de Cast. ꝛ Alex. de Imo. allegat roma. in suo singulari. cxcix. exordien. Dubium est nunquid Trebellianica. Etiam hanc partem sequutus est Alex. de Imo, consi. clxv. exordiēte. Circa presentem consultationem, ad fi. in. v. volu. quanuis illud sit truncatum. Et idem voluit Cuma. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ꝛ pupil. ꝛ in dicta. l. in fideicommissariam. Alex. de Imo. in dicta. l. iubemus. in apostil. ad Bald. ꝛ Fulgo. in dictis locis ꝛ post eos Anto. Corse. in tractatu de regu. potesta. questione. lxxiij. exordiente. Quidam illustris Rex. versic. capio tertium dubium. Et hec opinio videtur habere magnam equitatem ꝛ esse fulcita bonis fundamentis, ꝛ que habet pro se regulam in dicta. l. in fideicommissariam. Cui propterea videtur tenaciter inherendum nisi probetur contrarium, vel nisi in contrarium appareat dispositio specialis: per id quod scribit Bald. in. c. j. de alie. iudi. mutan. cau. fac. ꝛ in. l. si tutor. in fin. C. de ser. pigno. dat. facit quod not. Bartol. in. l. ij. ff. si quis in ius voca. non ierit. ꝛ. l. suis quoque. versi. puto. ff. de heredi. instituen. Et sufficiat remisisse ad ea, que scribit do. Jas. in authen. si qua mulier. C. de sacrosanc. eccle. ꝛ in. l. fin. C. de testa. ꝛ Ostien. in. c. vt fame. versicu. tu dicas. de senten. excommu. Sed in casu nostro non videtur esse aliqua specialis dispositio contra dictam regulam positam in dicta. l. in fideicommissariam: nisi dispositio dicte. l. iubemus. que tamen, vt iam dixi. non videtur obstare: quia illa loquitur eo casu, quo detrahetur vna sola quarta: filius autem heres institutus, ꝛ sub conditione de restituenda hereditate grauatus, detrahit duas quartas: etiam secundum legistas. vt not. glo. Bar. ꝛ docto. in dicta. l. Papinianus. §. meminisse. glo. Bartol. ꝛ docto. in. l. quanquam. C. ad leg. falcid. Bald. in. l. filium quem. C. famil. ercisc. Multas remissiones ponit domi. Jas. de May. in authen. res que. C. commu. delega. Et sic non videtur quod isto casu dicta. l. iubemus. deroget regule de qua in dicta. l. in fideicommissariam. Et quod propterea de iure ista opinio sit vera: ꝛ secundum hoc cum dictus Antonius Junior diu post patrem vixerit, ꝛ fructus perceperit, videretur ꝙ in fructibus huiusmodi esset consumpta vel quasi quarta Trebellianica. Et sic non remansisset nisi legitima: que vt predixi erat decimasexta pars cuius non potuisset aut posset dicta nobilis Philippa quo ad bona dicti quondam nobilis Antonij senioris petere nisi tertiam aut quartam partem. Etiam si verum esset quod pretendit, scilicet se fuisse inuitatam cum effectu: quod tamen non credo vt predixi: ipsa igitur plus repetijsset: propter quod debet condēnari in expeñ. c. j. de plus peti. ꝛ. §. si quis agenti. institu. de actio. si tamen consuetudo aliter se haberet, illa preualeret: quia minime sunt mutanda, ꝛc. l. minime. ff. de legi. ꝛ facit quod not. glo. ꝛ post eam doct. in. l. dos a patre profecta. C. de iure dot. vbi recitat opinionem Marti. que licet de iure non esset vera, tamen quia consuetudo illam approbauit, illa seruatur. Sed nihilominus etiam isto casu plus re petijsset dicta nobilis Philippa, ꝛ ideo etiam deberet condemnari in expeñ. ratione pluris petitionis: per iura predicta. Que omnia, ꝛc. Quo ad quietantiam quam fecisse dicitur nobilis Philippa tempore matrimonij per eam contracti, non puto ꝙ illa sibi nocuisset si esset verum eam fuisse inuitatā: per id quod habetur in. l. de ijs. ꝛ quod ibi doct. ff. de transactio. ꝛ quod scribunt doct. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. Et idē dico de approbatione: particularis institutionis de ea facte per nobilem Claudium de Gurgite patrem: quia petendo quod petit ipsa non cōtrauenit, nec impugnat paternum testamentum. Preterea non apparet quod ipsa haberet notitiam pretensi vniuersalis fideicommissi, seu pretense institutionis facte de Claudio patre, ꝛ suis: ꝛ ideo dicta pretensa probatio non sibi nocebat: per predicta. Et hec dico vbi nos supponeremus ꝙ ipsa inuitata extitisset per dictum quondam Antonium iuniorem quod non credo verum. Et ob hoc de istis nihil dixi in meis scriptis: quia non seruiebant proposito. Nihil etiam dixi de prohibitione detractionis Trebellianice: pro eo quia licet ipse nobilis Antonius Pastorelli senior pleno iure substituerit Antonio filio nobiles Claudiam, ꝛ Catherinam in primo loco, ꝛ post ea alias filias, ꝛ ita propter illa verba, pleno iure, videatur prima facie prohibuisse detractionem Trebellianice, tamen secundum veritatem ꝛ communem opinionem, ipse nō censetur eam prohibuisse vt voluit Oldra. consi. cclviij. exordiente. Presupposita consuetudine ciuitatis Parisiensis. versi. ad quartā questionē. Alberi. in. l. raptores. versic. que omnia faciunt. C. de episco. ꝛ cleri. Angel. in authen. de trien. ꝛ semiss. §. illud. collatio. iij. Pau. de Cas. ꝛ Phi. de Peru. in authen. sed cum testator. C. ad leg. Falcidiam, Paulus de Cast. consilio. cl. exord. In causa que vertitur. versi. sed fuerunt in casu nostro posita alia, ꝛc. Romanus consilio. lxxix. exord. Totum fundamentum consulētium. ꝛ longe plenius in repetitione authen. similiter. C. ad leg. Falcid.

Falcid. Benedict. Cap. consilio. lxxxiij. exord. Cyprianus de Foligno, &c. Ant. Cor. in tractatu, de reg. potesta. questione. lxxiij. vers. nec obstant contraria. & dominus Felin. in c. auditis. vers. & si testator legat, vel instituit. de prescri.

¶ Rub. De emptione, & vendit. ¶ Consilium. ccccxciij.

¶ Epitome.

¶ Venditio non solum rerum mobilium, & immobilium, sed etiam annuarum pensionum in pecunia consistentium tam iure ciuili, quam canonico permittitur.



Ontractus Quem dudū, anno scilicet Domini M.cccexciij. & die vlt. mensis Octobris inijsse, seu celebrasse legitur venerabilis quondam vir, dominus Joannes de Curtibus presbyter, rector & rectorio nomine cappellanie dudum fundate in ecclesia loci Montisdraconis per quondam prouidum virum Joannem Petrelapte, cum prouido viro Rolino de Digonia eiusdem loci super acquisitione annue pēsionis nouem florenorum monete tunc currentis, fuit cōtractus vēditiōis, & emptionis. Certum est autē, q contractus venditionis & emptionis est permissus & licitus tam de iure ciuili, q̄ canonico prout colligi potest ex his que habentur extra, de empt. & vend. ac. ff. & C. de contrahend. empt. & vendit. & institut. de emptione & vend. & est contractus huiusmodi permissus, & licitus non solum in alijs, vel super alijs rebus, sed etiam in & super annuis pensionibus in pecunia consistentibus. pro quo allegasse sufficiat extrauagantem domini Marti. sanctissimi exord. Martinus episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Treueren. & Luboneñ. ac Almicensi. episcopis: vbi hoc deciditur. Quo fit vt dictus contractus emptionis & venditionis celebratus, & initus per & inter eosdem de Digonia vēditorem, & dominum Jo. de Curtib' de quo supra nomina dicte annue pēsionis emptorem fuerit, & sit in suo genere permissus & etiam licitus. Et licet prima facie dicta pensio nouem florenorum videatur posse dici excessiua, habito respectu ad pretium: dico tamē, q illa nō fuit, nec est excessiua: pro eo quia idem de Digonia dicto domino Joanni emptori nomine quo supra stipulanti dedit, & donauit maiorem valentiam, quātacūq; esset, etiam si ad duplum, triplum, quadruplum, aut eo amplius ascendant: & hoc donatione pura, mera, simplici, & irreuocabili, que fit & fieri dicitur inter viuos: quod facere potuit idem de Digonia: & sic faciendo se & suos exclusit a remedio legis secunde. C. de rescind. vend. & c. penulti. de emptione & vend. si alias competijsset, prout competere non poterat: per id quod scribit Bart. in l. si quis cum aliter. versic. quero, dicitur in instrumento, &c. ff. de verborum obligat. vbi etiam Joan. de Jmola hoc sentit. versic. quid autem si in instrumento, &c. ibi, & ideo notarij consueuerūt dicere, &c. & idem sensit Joan. de Jmo. post dominū Franc. de Zabar. in c. fin. vers. tangit etiam hic dominus Floren. de donat. de quo etiam per Bartol. & doctor. in d. l. ij. C. de rescindend. vend. & per Alexand. de Jmola consilio. xxviij. exord. Jn causa & lite vertente super feudo. versic. tertio responderi potest q non potest, &c. in. v. vol. per Joannem de Jmola in sua solenni repetitione. c. contingat. membro. iij. versic. item aduerte inquantum dixi, q si iurat non venire contra: ibi licet ipse dicat opinionem melius seruari posse quando dictum est, & si in aliquo, &c. & per Angel. Aret. in §. actionum. versic. quid si in instrumēto venditionis dicatur, & si plus valet. institut. de actionib. Non potest igitur dicta pensio dici excessiua habito respectu ad pretium, postq̄ apparet eundem de Digonia donasse maiorem valentiam quantacunq; esset si ascenderet ad duplum, triplum, &c. & qui etiam renuntiauit remedio dicte legis secunde. C. de rescindenda venditione. quod facere potuit, vt scribunt omnes in eadem lege. Pro premissis facit, quia quilibet regulariter est arbiter & moderator rei sue. l. in re mandata, C. manda. & l. dudum. C. de contrahenda emptione & venditione. & capitulo, de his. ad finem. de sepulturis. facit. l. non vsq; adeo. ff. si a parente fuerit quis manumissus. vbi dicit tex. inquūest ingenuis hominibus nō esse liberā rerū suarū alienationē: poterat igitur idem de Digonia donare si voluisset dicto do. Joā. stipulāti & recipienti eius nomine etiā totā dictā pensionē. per iura predicta. Ergo multo fortius vel nō minus potuit donare partē. l. que de tota. ff. de rei vend. & l. qui scit. ff. de vsu. Et per hec patet respōsio ad primum quesitum. Patet etiam non esse respondēdum ad alia quesita pro eo quia in illis queritur quid iuris esset, si presupponeremus & verum esset, q dicta pensio esset excessiua. Unde cū illa non fuerit nec sit excessiua, non est opus ad illa respondere.

¶ Rubrica, De petitione hered. ¶ Consilium. ccccxciiij.

¶ Epitome.

¶ Petitio hereditatis aut publiciana in rem actio non intentatur contra titulo possidentem.



X Tenore libelli parte nobilis viri Antonij Audigerij ciuis Tricastrineñ. cōtra & aduersus probum virum Joannem Godoni eiusdem ciuitatis constat, & apparet eundem Audigerij pretensum heredem & hereditario nomine nobilis & honeste quondā mulieris, Antonie de Buriaco, petijsse per eūdem Godoni sibi dimitti, desemparari, & restitui olim terram, & pratum: nunc vero in totum pratum, latius mentionata in tertio articulo dicti pretensi eius libelli, ac etiā sibi dari, & solui fructus ex illis indebite perceptos, & per eum appretiatos: cui multa refragantur & obstant, siue dicamus eundem Audigerij intentasse petitionem hereditatis, aut publicianam: siue etiam rei vendicationem. Et quidem si intentauerit petitionē hereditatis. obstitit, & obstat sibi titulus concessionis ad nouum accapitum, & in emphyteusim perpetuam facte de prato, & terra predictis: quā uis sub nomine tenementi terre eremi, & alijs simul contiguis anno domini M.ccccxcj. & die sexta mensis Augusti de qua concessione fuit oppositum parte eiusdem Godoni in primis eius articulis exordientibus, Excipiendo contra & aduersus, &c. & de ea facta est fides per publicum instrumentum parte dicti Godoni in eam exhibitum, & productum: non potuit igitur contra eum, vt pote titulo efficaci & valido possidentem, intentari petitio hereditatis. l. regulariter. ff. de petitio. heredita. & l. hereditatem. C. quibus cau. non obst. long. temp. prescrip. de quo gloss. in l. cogi. C. eodem titu. & Ange. Areti. in §. sed iste. versicu. sicut dicimus in simili, q petitio hereditatis. & in. §. actionum. versi. quero quis dicatur possidere pro herede, & pro possessore. institu. de actionibus. de quo dominus Jas. in eo. §. versicu. item datur ista petitio hereditatis contra possidentem pro possessore. ibi regulariter autem petitio hereditatis. non datur, &c. vbi etiam subijcit causam & rationem huiusmodi quare scilicet actio hec non detur contra titulo possidentem. vbi videri poterit. Et quemadmodum petitio hereditatis non datur contra titulo possidentem, ita nec publiciana. l. sine autem. §. si duobus. ff. de publicia. & quod plene scribit domi. Jas. de May. in §. sed iste. institu. de actio. de quo etiam ibi per Angelum Aretinum, in versic. secundo principaliter adde quod publiciana non datur regulariter contra titu. possidentem. Nullam igitur actionem huiusmodi potuit dictus nobilis Antonius intentare contra eundam Godoni: pro quo vt predixi facit regula que tenaciter obseruanda est, vbi non apparet contrarium esse probatum & etiam quia non apparet de aliqua dispositione speciali contrarium dictante pro quo remisisse sufficiat ad id, quod plene scribit domi. Jas. de Mayn. in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. & in. l. fina. C. de testa. Preterea nec videtur potuisse cum effectu intentare idem Audigerij actionem rei vendicationis; & quidem non quoad dimidiam partem predicti tenementi, seu prati, & terre predictorum, cum appareat quod illa spectarent & pertinerent iure dominij seu quasi dicte nobili Antonie de Buriaco: & hoc tam tempore matrimonij dudum anno domini M.cccclxvj. & die vij. mensis Junij contracti per & inter nobilem quondam virum Ramonetum Audigerij eius filium, & dicti Antonij fratrem ex vna parte, & nobilē Joannem Nicolae ex alia parte, quod etiam antea quam ipsa, illa tunc tenebat, & possidebat, & antea tenuerat & possederat. Unde cum anno mense & die huiusmodi eadem de

Buriaco dicto Raymoneto cõtemplatione matrimonij huiusmodi dederit, & donauerit eidem Raymoneto tunc presenti stipulanti, & recipienti donatione pura, mera, simplici, & irreuocabili, que fit, & fieri dicitur inter viuos dimidiam partem omnium bonorum suorum presentium & futurorum, sibi reseruato, & retẽto vsufructu, palam infertur dominium, seu quasi & possessionem bonorum huiusmodi pro eorundem dimidia parte fuisse acquisita eidem nobili Raymoneto. l. quisquis. & l. si quis argẽtum. §. si quidem. C. de donat. & quod scribit. Bart. in. l. iij. C. de pignor. doc. in. l. traditionibus. C. de pact. & c. ij. de consuetud. & in. l. post fideri. in prin. ff. de acquir. posses. Unde cum quilibet sit regulariter moderator, & arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahend. emp. & vend. l. non vsque adeo. ff. si a paren. fuerit quis manumis. & c. de his. ad fin. de sepultur. Patet, quod ipse potuit pratum & terram huiusmodi, seu tenementum predictum dicto Joanni Godoni concedens ad nouum acapitum, & in emphyteusim perpetuam: & sic per concessionem huiusmodi factus est dictus Joãnes Godoni do. vtilis dictarum prati & terre pro earum dimidia parte. Et licet dictus nobil. Antonius vniuersaliter & iure hereditario dicte nobili de Buriaco successerit, & propterea ad eum pertinuerit alia dimidia pars tenementi, seu terre & prati predictarum: tamen quia post mortem eiusdem de Buriaco, & factam per dictum nobilem Raymonetum concessionem ad nouum acapitum, & in emphyteusim perpetuam dicto Joanni Godoni de tenemẽto, seu prato & terra huiusmodi, dicti Raymonetus & Antonius sibi inuicem communicauerunt vnus scilicet alteri, & econtra omnia bona sua mobilia & immobilia presentia tunc & futura per huiusmodi communicationem seu associationem inter eos factam, confirmata est predicta cõcessio pro parte eidem Raymoneto communicata que fuit dimidia pars medietatis pertinentis eidem Antonio: & sic pro quarta parte eiusdem tenemẽti seu terre & prati predictarum. l. si a Titio. ff. de reiuend. iuncta. l. que de tota. eod. ti. & l. qui scit. ff. de vsur. Sic igitur cum effectu valuit & valet cõcessio predicta pro tribus quartis partibus tenementi, seu prati & terre predictarũ, ita vt patẽter appareat eundem nobilẽ Antonium quoad illas male egisse, & plus re petijsse: & propterea eundem Godoni, debuisse, & debere ab impetitis quoad dictas tres quartas partes cum expẽsarũ reportatione ratiõe pluris petitiõis absolui. §. si quis agens. instit. de act. & c. j. de plus petit. Ceterũ cum, vt apparet ex actis dictus Godoni tenementũ seu pratum & terram predictas cum titulo & bona fide tenuerit & possederit. xviij. annis. & vltra inter presentes, obstitit eidem nobili Antonio, & obstat exceptio prescriptiõis. l. super longi. cum suis simil. C. de prescript. & sic illa petere non potuit: non etiam potuit dictus nob. Claudius petere fructus alterius quarte partis, etiã si illa esset sibi restituenda. §. si quis a non domino. & quod ibi doctor. de rer. diuis.

¶ Rub. De testam. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccccxcv.

¶ Testamentũ in quo pater legauit filiabus, nec dixerit se relinquere iure institutiõis, sustinetur propter iuramẽtum in eo appositum, quod habet vim clausule codicillaris.

1 ☞ Juramentũ quod interuenit in testamẽtis importat vt testamẽtũ valeat omni eo meliori modo quo valere potest.
2 Clausule omni eo meliori modo, &c. effectus.
3 Juramentum habet vim clausule codicillaris.



Quamuis Nobilis & honorabilis quondam vir Philippus Scutiffer nihil prima facie videretur iure institutionis in suo vltimo & nuncupatiuo testamento, condito scilicet anno Domini M. ccccc x. & die vltima mensis Augusti reliquisse nobilib. Honorate. & Catherine Forinerie eius filiabus naturalibus & legitimis, propterea etiã prima facie videatur testamentum huiusmodi fuisse & esse nullum propter dictarum eius filiarum preteritionẽ. auth. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoque capitulum. coll. viij. & quod not. scriben. magis cõmuniter in aut. nouissima. C. de inof. test. Joan. de Imo. & Alex. de Imo. in. l. inter cetera. ff. de lib. & posth. Tamen adherendo sententie & opinioni egregij iuriũ professoris, do. primo scribentis, dico & respondeo testamentũ huiusmodi valuisse & valere, aut tanquam testamentũ & iure testamenti, aut saltem iure codicillorum:
1 & hoc pro eo quia in dicto testamẽto interuenit † iuramentum eiusdem nobilis Philippi de non reuocando ipsum testamentũ, quod videtur importare & importat, vt valeat omni eo meliori modo quo valere posset. l. cũ pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. & quod notat Bar. in. l. si quis. in prin. versic. quero vtrum iuramentum habeat saltem vim. ff. de legat. iij. Baldus in. l. eam quam. versiculo, item & est alius casus quando testator iurauit. C. de fideicommis. Panor. in. c. ex rescripto. circa fi. in. c. quanto. versi. ex hoc patet quod iuramentum habet vim clemen. & in. c. cum contingat. versi. ad vnum tamen dic aduertendum. de iureiuran. & Anton. de Butr. in. c. venientes. eod. titu. Sed quando testator vult, & disponit eius vltimam volũtatem valere omni eo modo, quo melius valere potest, censetur ea que liberis relinquit relinquere iure institutionis: vt eleganter voluit Bald. in l. quotiens. versi. quero si pater dicit ita. C. de heredi. institu en. Pau. de Cast. consi. cccxlvij. exord. Super primo puncto. queritur an testamentum, &c. versic. confirmatur etiam conclusio supradicta. Et idem voluit Raphael. Cuma. in l. iis verbis. ff. de heredi. inst. Alex. de Imo. in. l. nam quod. §. nõ omnis. ver. tertio limita. ff. ad Trebel. Fulg. cõn. xliij. exord. In primo proposite consultationis articulo. versi. & ad hoc optime facit quod notauit Bald. hoc etiam voluit do. Jas. de May. in authen. nouissima: versi. quarto & vltimo moueor. C. de inoffi. testa. & Pau. de Montepie in repeti. l. in quartam. ver. tu limita hanc conclusionem. ff. ad leg. falc. Ad quod bene facit, id quod voluit Fran. de Are. consi. xvij. exord. Consideratis diligẽtissime, & mature. ver. preterea nulla potest, &c. vbi scribit quod illa clausula, omni eo
2 meliori modo, &c. operatur, vt † actus quando non potest valere eo modo quo fit, valeat omni alio modo quo dispositiones actũ facere potuit. Cũ igitur clausula huiusmodi propter predictum iuramentum censeatur fuisse apposita in dicto testamento, & dictus quondã nobilis Philippus potuerit dictis Honorate & Catherine relinquere iure institutionis ea, que ipse eis legauit, ipse censetur & cẽseri debet illa eadem eisdem reliquisse iure institutionis. Pre-
3 terea certum est † quod iuramentũ habet vim clemen. codicillaris. dicta. l. cum pater. §. filius matrem. vbi hoc etiam per illum tex. scribit Bal. & Jo. de Imo. & Alex. de Imo. in. l. j. in addi. ad Bar. ff. de iur. codicil. & Anto. Cor. in sua solenni repeti. rubr. de iureiuran. ver. nouũ priuilegium est, nam iuramẽtũ habet vim clausule codicillaris: vbi pro hoc allegat dictã. l. cum pater. §. filius matrem. & quod scribit Panor. in dicto. c. quanto. & in. c. ex rescripto. & Anto. de But. in. c. venientes. de iureiuran. & dicit de hoc esse casum in. c. ad nostram. el. iij. de iureiuran. Perinde ergo est, quod dictus quondã nobilis Philippus iurauerit, vt iurauit, acsi ipse dixisset, si huiuscemodi meum testamẽtũ non valet iure testamenti, volo quod valeat iure codicillorum. & sic vbi supponeremus prout supponẽdum non videtur, quod dictum testamentum non valeret iure testamẽti valeret tamen iure codicillorũ quod etiã secundũ multos & quidem solennes doct. esset etiã si in dicto testamento non fecisset appositũ predictum iuramentũ: dicunt enim quod in testamento condito a patre inter liberos, semper intelligitur illa clausula, vt actus valeat omni meliori modo, quo valere potest. hoc enim scripsit gl. in. l. coheredi. §. cũ filio. in verbo, non valebit. quã Jo. de Imo. & Alex. de Imo. ad hoc not. & multum extollunt. ff. de vulga. & pup. Jo. de Imo. in. c. Raynutius. post Anto. de But. ibi, de testa. Alex. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. in fi. vbi etiã do. Jas. de May. versi. adde quod vltra priuilegiũ quod habet testamentũ parentum. C. de testa. Alex. de Imo. in. l. fi. C. de codicil. Fulgo. in. l. filij. C. fa. ercis. & do. Jas. in dicta auth. nouissima. vers. quarto & vltimo moueor ibi, sed ego dico. C. de inoff. testa. primũ tamen fundamentum: magis placet & ita censende essent dicte Honorata & Catherina grauate & rogate de restituendo suas portiones hereditarias dicto Jac. earũ fratri, & per dictũ quõdam nobilẽ Philippũ heredi instituto pro quo prefatus do. doctor primo scribens multa iura, & doctorum dicta tã in scribendo quam in consulendo induxit, quibus nihil est addendum de quibus tamen portionibus possent detrahere vnam quartã nõ duas: cũ grauamen fuerit purũ non conditionale, vel in diẽ iuxta ea que scribit gl. & doc. in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. gl. Bart. & doct. in l. quodque. C. ad leg. falc. multas remissiones que videri possunt, ponit Alex. de Imo. consi. xxvi. exord. Circa primum dubium. ver. nec poterunt dicti Jac. & filij Catherine de eo

quod habent

quod habent restituere, &c. in. j. vol. Bald. consil. cxj. exord. Gregorius in suo testamento. versic. nunc sequitur videre vtrum filie. in. j. parte. Jo. Ferra. in sua pract. tit. for. libel. quando. agi. ex substitu. super versicu. ac per fideicommissum. versicu. similiter est & aliud memorie commendandum. & do. Jas. May. in repe. l. filiũ quem. versicu. iuxta predicta querit opportune Bal. hic, vbi multum bene. C. fam. ercis. Debebit tamen in dictam legitimam predicta Honorata sibi imputare dotem per patrem pro ea constitutam. l. quoniam nouella. C. de inofficios. testamen. & legata sibi relicta per dictum eius patrem. l. omnimodo. C. eodem tit. & quod in materia imputationis in legitimam: scribit Bartol. & post eum alij in dicta. l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam.

¶ Rub. De sentent. ¶ Epitome. ¶ Consilium. cccc xcvj.

¶ Multis & varijs medijs conatur ostendere quandam sententiam esse iniquam & iniustam, & propterea recte appellatum ab illa.

1 ☞ Respondens per verbum, credit, censetur conferre omnes qualitates, & non solum ea que in possessione principaliter deducuntur, sed etiam que incidenter.
2 Confessio indefinite prolata in omnibus preiudicat.



Viso Processu moto, & aliquãdiu agitato in venerabili curia loci Vercoyrani per & inter probum virum Joannem Tailband, loci Montis Regalis, actorẽ ex vna parte, & Alziarium Ferandi loci predicti Vercoyrani ex alia, vna cũ quadam pretensa diffinitiua, & absolutoria sententia lata pro, & in fauorem dicti Ferandi rei: dico & respondeo, ꝙ dicta sententia fuit & est iniqua & iniusta, salua reuerentia domini iudicis dicte curie: tum quia cum per apertam, & claram responsionem dicti Ferandi constiterit, & apparuerit eidem domino iudici, ꝙ probus vir Natalis Tailband contẽplatione matrimonij de quo in actis dedit, & donauit vnam bestiam aueris, vt ponitur in actis, & quam idem Ferandi cõfessus fuit habuisse & recepisse, prout hec colligũtur ex quarto & septimo articulis, seu positionibus schedule exord. Declarando petitionem, &c. inserte fol. lxuij. iunctis responsionibus ad ea factis, positis & insertis fol. lxxxj. debuit idem Ferandi condemnari ad reddendum, & restituendum bestiam huiusmodi dicto actori, & vt tanꝙ heredi honeste mulieris Joanne Tailband eius quondam filie naturalis & legitime, cui propterea successit. auth. defuncto. C. ad Tertu. Preterea cum cõstiterit, & apparuerit eidem do. iudici de donatione quinq; animalium aueris minuti, & duorũ lintheaminũ in tertio articulo latius mẽtionatorũ, facta per venerabilem virum fratrẽ Claudium Tailband dicte Jo ãne patruũ, & de solutione, seu expeditione animalium, & lintheaminũ huiusmodi: & hoc per responsionem factam ad sextum articulum, seu sextam positionem dicte schedule ipse Ferandi debuit etiam condemnari ad restitutionem dictorum animaliũ & linteaminum per predicta: cui dicto non obstat si forte opponatur, ꝙ eidẽ do. iudici non cõstiterit de dicta donatione. Quoniam respondeo ꝙ imo eidem constitit per responsionem factam
1 ad dictam sextam positionem, respondendo enim † dicte positioni per verbum, credit habuisse, &c. censetur ipse Ferandi, cõfessus fuisse nõ solum habuisse illa quinq; animalia, & duo linteamina, sed etiam ꝙ illa fuerant contemplatione dicti matrimonij per dictum fratrem Claudium donata: quia positioni per verbum, credit, respondet, censetur confiteri non solum ea que in positione huiusmodi principaliter deducuntur, sed etiam que deducuntur incidenter, omnes qualitates: & hinc est ꝙ si contra Titiũ accusatum de adulterio fiat articulus, quod ipse carnaliter cognouit Bertam vxorem Sempronij, & ipse confiteatur hunc articulum, ipse censetur confessus non solum ꝙ ipse carnaliter Bertam cognouerit, sed etiam ꝙ Berta est vxor Sempronij: secundum Florian. Joan. de Jmola Raphael. Cuma. Paul. de Cast. Alexand. de Jmol. Franc. de Are. & alios communiter in. l. si cui serui. §. si a filio. ff. de leg. j. & idem voluit Bald. in. l. j. C. de edilit. act. Joan. de Jmo. in. l. si dubitetur. §. j. ff. de fideiussor. Benedic. de Plumb. in. l. fin. ff. de fideicommis. libert. Panor. in. c. j. de plus petit. Fulg. in. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. & Rom. consilio. clxvij. exord. Antonius accusatus de adulterio.

Cuius dicti rationem solent assignare doct. quia cum simplex responsio debeat intelligi secundum precedentem interrogationem, illa refertur ad omnes qualitates in interrogatione insertas. §. preterea. instit. de inut. stipulat. & d. l. si fideiussor. §. qui interrogatus. & l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbor. obligat. facit quod notat Bart. in. l. si quis intentione ambigua. q. vlt. & quod ibi Bald. ff. de iud. vbi sentiunt ꝙ quando intentio actoris est certa, tunc responsio rei, ambigua, seu obscura intelligitur ẜm intentionẽ actoris. d. §. qui interrogatus. etiam pro hoc facit. l. at si quis. §. plerisq;. in fi. iuncta gl. in verbo, oportet. ff. de rel. & sum. fu.
2 que dicit, ꝙ † confessio indefinite prolata in omnibus preiudicat. facit etiam quia relatio intelligitur fieri cum omnibus qualitatibus. l. a filio. §. testator. ff. de alimen. & ciba. lega. & l. iij. in prin. ff. de fund. instru. & quod not. Bart. in. l. si quis seruũ. §. fi. ff. de lega. ij. & do. Jas. multa pro hoc inducens in dicta. l. si cui serui. §. si a filio. Et procedũt predicta non solum in respondente per verbũ cõfertur, articulo seu positioni criminali, sed etiam in respondente per verbum credit, positioni in causa ciuili: quinimo multo magis videntur hec procedere in causa ciuili, in qua agitur, de minori preiudicio respondẽtis, ꝙ in causa criminali. Et pro premissis facit quod scribit Philip. Fran. in. c. ij. ver. aduerte tamen. de cõfe. in. vj. vbi dicit, ꝙ si quis simpliciter respondeat positioni multiplici, videtur ad totam respondisse: & sic totam videtur negare, vel confiteri: quia confessio debet interpretari contra confitentem. c. cum dilecte. de accusa. & quod no. Anto. de But. & Jo. de Jmo. in. c. penul. de iuramẽto calum. ꝗuis tamen finaliter videatur remanere anceps & dubius, sed hoc tenet Bal. in terminis in dicta. l. j. C. de edil. actio. Dictus igitur do. iudex male processit, & iniuste in dicta sua sententia, quatenus dictũ Ferãdi non cõdemnauit ad restituẽdum dictas bestias, quinq; animalia aueris, & duo lintheamina: sed eundem Ferãdi ab illorũ petitione sicuti & aliorũ, absoluit, & ita dictum actorem grauauit. Etiam eum grauauit in eo, ꝙ ipsum condemnauit in omnibus expensis: debuisset enim non solum eundem Ferandi condemnare ad restituendum bestiam, quinq; animalia & duo lintheamina de quibus supra, sed etiã in expẽsis, quatenus per sententiã fuisset idẽ Ferandi quoad predicta victus: quando enim sunt multa capitula in vna petitiõe seu libello, & quoad aliqua vincit actor, & quoad alia vincit reus, vterq; vincitur in parte, & vterq; vincit etiam in parte: secundũ quod debet haberi consideratio expensarum, vt sic, vel ille compensentur inuicem, vel vnus alteri condemnetur in illis: & econtra prout iũ causa vincitur: iuxta id quod scribit Bal. in. l. apostolos. §. cautione. versic. quero nũquid ille qui succumbit in vno capitulo. C. de appellatio. & Ange. Perus. consi. ccv. exord. Visa petitione dicti Frederici. Vnde cũ dictus actor fuerit cõdẽnatus in omnibus expensis ipse etiã fuit grauatus in hac condẽnatione, nisi forte quis dicat ꝙ imo non fuerit grauatus: pro eo quia cum ipse plus re petierit, ipse ratione pluris petitionis debuit condẽnari in expensis: secundũ id quod habetur in. §. si quis agens. instit. de actio. & in. c. j. de plus petit. Sed hoc nõ obstat: Quoniam respondeo ꝙ illi text. procedunt, quando quis plus re petijt ex vna causa vt verbi gratia, si quis petat centum ex causa mutui, & non probet nisi quinquaginta: tunc potest dici ꝙ ob hoc debet condẽnari in omnibus expen. q: reus habuit causam litigãdi nõ solum quoad partem non debitã: postꝙ actor nõ se obtulit paratum recipere illam. iuxta ea que no. Joã. de Jmo. in. l. qui solidum. in prin. ff. de lega. ij. Alex. de Jmo. in. l. properandũ. §. sin autem alterutra. ver. iuxta predicta querit hic Bal. &c. vbi etiam do. Jas. de May. ver. quinto quero. C. de iudi. & alij in alijs locis. Sed nos non sumus in hoc casu, sed in casu, in quo actor petijt res diuersas, & ex diuersis causis, vnam scilicet bestiam, tanꝙ promissam per natalẽ Tailband, quinq; vero animalia & duo lintheamina tanꝙ promissa per venerabilẽ virũ fratrẽ Claudiũ. Tailbãd patrem dicte quondã Joan. Et sic per diuersos, & ex diuersis causis. Quo casu nõ est dubium, quin pro eo quia capitula erãt, & sunt diuersa, potuerit dict⁹ actor obtinere in parte tã quoad principale, ꝙ etiã quoad expensas. c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. Ex quibus omnibus colligitur & apparet eundem Joannẽ Tailbãd, actorẽ habuisse iustam causam appellandi, & sententiam predictam fuisse & esse rescindendam, seu cassandã, & reuocandã quoad bestiam, quinq; animalia, & duo lintheamina, de quibus supra, & dictum Ferandi condemnandũ in expensis huius in-

stantie, aut saltem tam eas q̄ expensas prime instantie esse
compensandas aut eorum quemlibet debere condemnari
prout vincitur, ⁊ vinci debet. Que omnia dixerim. ⁊c.

¶ Rubrica, De restitutionibus. ¶ Consilium. ccccxcvij.
¶ Epitome.

¶ Capitum copia inopiam fecit huic responso.

1 ☞ L. maximum vitium. C. de liberis preterit. loquitur in
causa intestati.
2 Laudis aliene occultator furi par est.
3 Filij simpliciter positi in conditione, non censentur sub-
stituti, aut inuitati.



Miror, Egregie domine doctor, ꝙ
in nouissimis vestris scri-
pturis dixeritis vos moueri pro eo ꝙ me
videratis stomachatum sine ratione: vbi,
vt mihi videtur, duo pretenditis, scilicet
vos me videre stomachatum, ⁊ ꝙ sine ra-
tione: quorum, pace salua dixerim, vtrunqꝫ est falsum: non
enim fui stomachatus propter ea de quibus vos pretendi-
tis, quod si nō creditis, relegatis, si vultis schedulā meam,
exordientem, Quia in testamētis, ⁊c. ⁊ videatis si ego pro-
ruperim ad iniurias, si ad contumelias, aut probra, aut ali-
quid ibi scripserim quod facere nō deceat bonum virum,
⁊ pacatum, loquentem doctori, aut sibi respondentem: ⁊ si
quid est, prout nō est, signetis: non nego tamen quin scri-
pta vestra fortasse fuerint apta ad causandum stomacha-
tionē: sed fuerit apud vos scādalū actiuū, apud me tamē nō
fuit passiuum. Et quidem quod dixi me non negare scri-
pta vestra fuisse fortasse apta, ⁊c. hoc ideo dixi, etiā propter
ea, quorum aliqua recitastis in dictis vestris nouissimis
scripturis, in quibus fatemini, ⁊ verum est, quasdam meas
iurium allegationes appellasse folia papiri, in quo non vi-
detur defuisse quedam vilipensio, seu contemptus: ⁊ si di-
scurritis cōsilia vestra non dico per vos edita, sed per alios
ea scꝫ in quibus consulētes respōdent cōsulētibus, vel eos
impugnant, non de facili talia verba reperietis: solēt enim
sibi inuicem, mutuo, ⁊ vicissim deferre, salua defensiōe par-
tis: sed sit ille mos vester, vel non sit, ego non curaui, nec
curo: quo vero ad id ꝙ me appellastis accusatorem nature,
palam est vos esse contumeliose ⁊ arroganter loquutum, ⁊
aliter quam deceat doctorem loqui doctori, ⁊ quidem non
sine ratione loquenti: nisi forte vos existimetis Quintum
Mutium, ⁊ me Seruium Sulpitiū, de quibus in. l. ij. vers.
Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur. ⁊ cum adhuc in
huiuscemodi assertione perseueretis, nisi vobiscum conue-
niam in errore, apparet vos nouam contumeliam intulisse
⁊ inferre, quem non iuuat. l. maximum vitium. C. de liber.
preter. vel exhered. qua dicitis, vos fretum, quia profecto
si casum illius legis capitis, illa non facit pro vobis: loqui-
1 tur enim in materia † intestati, in qua fateor non esse regu-
lariter differentiam quoad materiam successionis inter ma
res ⁊ feminas: sed nos loquimur in materia testamentarie
dispositionis, in qua attendi debent deficientium, seu mo-
rientium voluntates: que dum tamen alias sint legitime,
seruande sunt. l. prima. C. de sacrosanct. eccles. authentico,
de nuptijs. §. disponat. collatione quarta, ⁊ capitulo, vlti-
ma voluntas. xiij. questione. ij. ⁊ que, quidquid dicatis, non
solum colliguntur ex verbis claris disponentium, sed
etiam nonnunquā ex coniecturis, prout iam plene dixi in
casu nostro, in quo per coniecturas, ⁊ quidem multas col-
ligitur nobilem quondam virum Andream Chinrerij se-
niorem substituisse nobili Clauldio, eius fratri suos ipsius
Claudij liberos, ⁊ liberos liberorum: ⁊ quidem libe-
ros masculos duntaxat, non autem mares, ⁊ feminas.
Contumeliose igitur ac iniuriose, ⁊ cōtra veritatem dixi-
stis, ⁊ dicitis me esse accusatorem nature: ⁊ de hoc quod
etiam bene cognoscitis, potuissem, ⁊ possem nō importune
stomachari: ⁊ enim est sine delicto, aut crimine accusare na-
turam: ⁊ qui delictum imponit, iniuriam inferre dicitur.
Quo vero ad tertium, in quo etiam dictis me fuisse sto-
machatum: pro eo quia dixi vos me appellasse furem: re-
spondeo istud non esse ita: sed cum per modum eiusdem cō
temptus, ⁊ vilipendij dixissetis quidē fundamenta profe-
cto iuridica, ⁊ vera ꝑ me inducta in schedula, vidi ⁊ sepis-
per reuidi, ⁊c. quā vos folia papiri appellastis, esse transcri
pta, non descripta, vel posita, vel allegata ego ne putarent
aliqui, vel etiam ne vos confingeretis, subiunxi, ⁊ dixi ꝙ
non furtiue alicui fuissent subtracta: quia non tacueram
authores, sed eos palam, ⁊ aperte allegaueram. Pau. scili
cet de Castro, Andre. Barba. Barth. Sozi. ⁊ dominum
Philippuz Decium: sciebam enim, ⁊ scio quid dictum ex
titerit a Plinio secūdo ad Tytum Vespasianum in pro-
hemio naturalis hystorie. versicu. proinde occupantibus
locum faueo: vbi sic ait, est enim benignum, vt arbitror, ⁊
plenum ingenui pudoris fateri per quos profeceris, non
vt plerique ex ijs quos attigi, fecerunt, ⁊ post pauca, obnoxij
profecto animi ⁊ infelicis ingenij deprehendi in furto mal
le, q̄ mutuum reddere: quod dictum commemorant dom.
Ias. in fine cōmenti. instit. de actio. ⁊ dominus Preposi.
in fine cōmenti. super. iiij. decreta. Et sciebam Bald. redar
guisse Barto. pro eo, quia tacuerat Nico. de Mata. prout
ipse scribit in. l. precibus. versic. intende quia hec verba fue
runt antiqui doctoris Nico. de Matarel. Dicit etiam idē
Bal. in prohemio de feu. ꝙ ipse non taceret eos, a quibus
voce mortua didicerat, atqꝫ viua: quia honor est in honorā
2 te: ⁊ subiunxit ꝙ occultator laudis † aliene furi par est. ar-
gumen. l. hereditatem. §. fina. ff. ad legem falcidiam. Et ꝙ
tacere authores, vel sibi ascribere laudem scriptorum alte-
rius, sit vitiosuz, plene scribit Eusebi. Cesa. in. x. lib. de pre-
para. euangeli. c. j. vbi scribit de furtis huiusmodi. Cum
igitur dixistis illa mea scripta esse transcripta, ego non ne-
gaui, sed dixi ꝙ non furtiue hec transcripseram: ⁊ sic non
vitiose, sed bene ⁊ iuste: prout vt puto facitis ⁊ vos, si tamē
bene scribitis, ⁊ honorem redditis cui debetis: ⁊ ita faciūt
reliqui, sed non omnes: lego enim, ⁊ reperio multos sic scri
bentes, quasi antea nullus talia scripserit: que tamen per
alios diu est, reperiuntur scripta. Quod autem consequen
ter scribitis in dictis vestris nouissimis scripturis ꝙ nul-
lus de authoribus per me allegatis, Paulus scilicet de
Castro Andreas Barbatias, Bartholomeus Sozinus,
⁊ Frāciscus de Aretio. consuluerit pro opinione mea: Di
co ⁊ respondeo me profecto existimasse, ꝙ nec doctos illos,
nec pro me ex eis, vt vultis transcripta, intellexeritis, nec
attenderitis, aut attendatis quomodo loquar, aut de illis
⁊ eorum scriptis loquutus extiterim: quod non intendo
vobis replicare: quia non libenter contendo maxime con-
tra paratos contendere, ⁊ qui non audiunt: poterunt enim
⁊ hec mea scripta, ⁊ precedentia, insuper ⁊ vestra videri per
peritiorem, qui recte inter vos ⁊ me dijudicet. Quod vlte-
rius dicitis Paulum de Castro contrariū consuluisse cō-
silio. lxxix. Dico hoc iam dictum extitisse, ⁊ illi respōsum:
⁊ fuerunt allegata duo consilia in quibus ipse contrarium
consuluit, ⁊ vt puto verius: sed illa vobis non placent: qꝛ
contra vos. Ad id vero quod dicitis Lud. Bolog. in ter-
minis proprijs consuluisse contra opinionem meā, respon-
deo vobis, ꝙ casus in quo consuluit Bolog. tantum dif-
fert a nostro, quantum bos ab asino: ⁊ ꝙ vos parum aduer
titis ad terminos in quibus loquitur ipse Bolog. Erat
enim testamentum conditum per patrem inter liberos: in
casu vero nostro per fratrem heredis instituti filie posthu-
me, de qua cogitabat, fratrem ⁊ suos liberos preferentem:
⁊ sunt longe maiores, aut plures coniecture pro masculis
in casu nostro, q̄ in casu, in quo consuluit dictus doctor:
sed vt dixi, vel vos non vultis, vel non curatis aduertere:
sed potius vos conuertitis ad iniurias, ⁊ ad deprauatio-
nem scriptorum meorum: prout infra dicam. ⁊ si videri-
tis consilium Bolog. ipse vt alias dixi multa scribit, que
faciunt pro opinione mea, ⁊ contra vestram: ⁊ si que sunt
contra meam, ego respondi illis, ⁊ impugnaui responsio-
nes per eum factas ad suas rationes, quas contra partem
suam primo induxerat: de quibus quidem meis respon-
sionibus, ⁊ alijs quibusdam, cum vt opinor aliud non oc-
curreret dixistis, ꝙ nihil facerent ad propositum: ⁊ ꝙ non
videbatur fuisse opus tam dispendiosa exarare. Ecce bre-
uis impugnatio, ⁊ bene causata, ⁊ si dici debeat, capitanea
aut seruicosa sententia: iudicent, qui audiēt. Quod autem
dicitis me allegasse domi. Bartho. Sozi. ⁊ Franciscuz de
Are. pro opinione mea: hoc verum est, sed quod subijcitis,
ꝙ consilium Sozini non reperietur etiam si reuoluantur
omnia consilia patris, ⁊ filij, Maria. scilicet, ⁊ Bartholo.
Nec etiam, vt pretenditis reperitur consilium Francis. de
Are. quod per me fuit allegatum, ⁊ vt asseritis, positū inter
consilia Franc. de Cur. ⁊ vt veritas sciatur, vt cupitis re-
uolui omnes chartas dictorum consiliorum: ⁊ ꝙ his reuolu
tis inueniam vos dicere veritatem. O bone doctor: miror
profecto ꝙ ad hanc assertionem deueneritis: ⁊ si dici possit
iuxta

iuxta Aristotel. in Phys. de anima, quod qui ex sermonibus multorum sunt indocti, et ad pauca inspicientes, nuntiant facile, vos ipse iudicate: puto enim vos habere allegationes mea, videatis eas si vultis, et queratis vbi quotauerim consilium Barthol. Sozi. non enim asserui illud esse inter sua, et sui patris consilia, seu si magis vultis in volu. consiliorum eorundem: sed inter consilia Franc. de Cur. et scripsi quod illud erat quadragesimum, exordiens, Cum in presentiarum de interpretanda defuncti voluntate agatur, etc. et si vos scandaliset, quia in quotatione non premisi illa verba, Dominus labia mea aperiat, et Spiritus sanctus illuminet intellectum. hoc ideo feci, quia vt plurimum omnia consilia Barthol. Sozi. a consilio. etc. prime partis vsque ad finem consiliorum secunde partis solent inchoari per illa verba, Dominus labia mea aperiat, et Spiritus sanctus illuminet intellectum. et hinc est quod viri docti in allegando et quotando consilia, omissis illis verbis, Dominus labia mea, etc. capiunt reliqua proxime sequentia, prout ego feci, et nunc bone pater, videatis si illud consiliũ reperiatur inter consilia Franc. de Cur. et in quota per me allegata, et videatis in pede siue calce illius, quis illud confecerit: vos igitur qui non attentis scripturis meis dicitis, vos reuoluisse consilia Sozi. et non inuoluisse, male inuestigatis, et in loco, in quo non erat: et ideo non reperistis. Quo fit, vt male me insultetis, et scripta mea deprauare nitamini: et me implicite dicere falsarium, et vere verecundum est doctori per talia incedere, et asserere quod ideo cõsilium per me allegatum, non fuerit in rerum natura: quia nõ reperitur inter cartas consiliorũ Bartholomei Sozi. et videte bone doctor, quid dici posset de consilio vestri Bolog. si tamen suũ est: illud enim non reperitur inter consilia ipsius. Quo vero ad consilium Fran. de Are. quod dicitis me allegasse esse positũ inter consilia Franc. de Cur. respondeo et dico vobis hoc non esse verum: quod scilicet dixerim consilium huiusmodi esse insertum inter consilia Francisci de Curte, nec vos hoc reperietis in meis scriptis: sed reperietis me allegasse Bartholomeum Sozinum in dicto consilio quadragesimo, inserto inter consilia Francisci de Curte, et me dixisse, quod post multa inducta per Sozinum in dicto consilio quadragesimo, pro confirmatione sue opinionis, et que manifestissime adaptantur casui nostro, ipse dicit se meminisse vidisse in simili casu consilium Andree Barbat. et quod post consilia Pauli de Castro idem consulerant Catho. et plures alij doctores Papiẽses, et vltimo loco insignis eius preceptor, lumen sui temporis, scilicet dominus Francisc. de Are. cuius consilium non habetur in volumine, et quod illud exorditur, Stomachatus sum. hec sunt verba mea, et in mea schedula scripta, quam vos vidistis: non ergo deprauando scripturas meas debuistis dicere, quod cõsilium huiusmodi per me quotatum, et positum extiterit inter cõsilia Francisci de Curte, vel in volumine consiliorũ Francisci de Are. et sic male retulistis scripta mea et contra veritatem. nec sequitur quod si non reperiatur in dicto volumine suorũ consiliorum: propterea factum nõ fuerit, aut non sit in rerum natura: et si super hoc contendatis, querite vbi sunt duo consilia, vnum scilicet Baldi, et aliud Ange. eius germani allegata per Alexandrum de Imola in. l. prima. C. de secundis nuptijs. in illa questione, in qua querit, an mulier per maritum heres instituta, et post mortem eiusdem infra annũ secundo nubens priuanda sit mariti hereditate, non quasi maneant pene legales, de quibus in dicta. l. prima, et per Innocentium, Ostiensem, Joannem Andream, et alios in capitulo finali, de secundis nuptijs. sed quasi marito, seu beneficio illius ingrata extiterit, et propterea se indignam reddiderit. Super qua questione dicit Alexander, vbi supra, Baldum, et Angelum cõsuluisse, et tenuisse quod huiusmodi mulier priuetur hereditate tanquam indigna, et ingrata: non ex eo capite, quod dicte pene legales non sint correcte, sed remaneant, et tamen horum doctorum profecto illustrium consilia non reperiuntur inter alia: sed non propterea fuit aliquis ex referentibus Alexandrum ausus dicere eundem Alexandrum esse mentitum, aut illa consilia non fuisse facta, et illa non vidisse: quod tamen vos egregie doctor de consi. Francis. de Are. per me allegato, et recitato per Barthol. Sozi. in dicto consi. xl. dicere ausus estis: et quod quia dicta duo consilia Sozi. scilicet et Franc. de Are. nõ fuerunt reperta in locis per vos male quesitis, et preterea videre non potueritis, quod illa facta nõ sint: et subiungitis quod etiam nec ego viderim, quia vt subijcitis, quod non est, videri nõ potest, et quod non entis mille sint qualitates, pro quibus quedam puerilia inducitis: et additis vos eo magis admirari quod voluerim allegare rationem mouentem Francis. de Are. ac si plene vidissem eius consilium: cũ tamen fatear, vt dicitis me nõ vidisse: super quo etiam miror quod non vere annui deprauare scripturas, et aliter dicere quam scripserim, nõ enim verum est me dixisse, quod illud nõ viderim, sed bene dixi, et scripsi illud non haberi in volumine: inter que quanta sit differentia, nemo est ex doctis, qui nesciat: et ex vno negatiue posito inepte infertur reliquum tanquam ex separatis et diuersis. l. inter stipulantem. §. sacram. versiculo, sed hec dissimilia. ff. de verbo. obliga. l. maritum. C. de donatio. inter virum et vxo. et vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minori. ista enim se compatiuntur, scilicet quod dictum consilium non sit in volu. consiliorum Fran. de Are. Et quod nihilominus illud habeã, et viderim: quod tñ non asserui in meis scriptis: retuli enim Bartho. Sozi. dicere se meminisse vidisse consilium huiusmodi. Uos igitur qui arguitis ideo me dixisse illud non vidisse, quia dixi quod non est in volu. male infertis. habeo enim multa consilia tam Francis. de Are. Barto. Pau. de Castr. quam aliorum que nõ sunt in volu. Et miror si credatis, quod vester Bolog. non fecerit nisi septuagintaocto consilia. et tamen non sunt plura in vol. idem de alijs: quid enim putatis de Anto. de But. et de Dyno, viris profecto illustribus: quorum paucissima consilia reperiũtur in volu. Et idem de alijs multis viris profecto doctissimis, de quibus esset fatuum dicere quod consilia non fecerint, nisi ea que reperiuntur in volu. Preterea sine ratione miramini: videte enim si consilium predictum commemorauerit Bartho. Sozi. in dicto cõsilio. xl. versi. tertio comprobatur. et si sciebat, debebatis respondere illi precipue rationi, quam dixi fuisse allegatã per Fran. de Are. non vos conuertere ad contumeliam, et dicere me esse loquutum ac si vidissem ad plenum illud consilium. Ad id vero quod dicitis vos esse motum, eo quod dixerim Andr. Barba. pro opinione mea consuluisse, et quod si vidissem eius consilium positum inter consilia Alex. de Imol. in quarto volumi. reperissem quod illud loquitur in casu penitus diuerso, et de institutionibus, et substitutiõibus factis per patrem inter liberos: quod secus est in casu nostro, in quo frater inter fratrem, etc. respondeo et dico duo. Primũ quod per hoc dictum vestrum impugnatis, id quod dixeratis de Bolog. scilicet quod ipse consuluerit in proprijs terminis, in illis scilicet de quibus loquimur: et tamen Andre. Barba. et ipse loquuntur in eisdem terminis. Secundo dico et respondeo quod vos non aduertistis, nec aduertitis ad fundamenta Andree Barba. que allegaui, et que pro coniecturanda voluntate dicti quondam nobilis Andree opportune adaptantur ad casum nostrum: et quidem nõ minus, imo forte plus, quam ad casum, in quo scripsit Andre. Barba. et per que apertius, vel saltem non minus probatur mea intentio, quam sua in dicto consilio: vt iam dixi. Sed non vultis intelligere, vel forte accurate videre scripta, nec fuit opus quod vos mihi casum referretis: quia illum bene noueram et videram literam. Ad id vero quod dicitis de. xxi. consi. Oldra. exordien. Thema tale est, testator, etc. per me allegato: et de dicto Joan. And. in addi. Specu. titu. de testa. versicu. sed hoc. respondeo quod vos non bene capitis verba mea, nec opportune aduertitis ad quod propositum allegauerim dictum Oldra. quia si aduerteretis, vt opinor, taceretis facere de hoc verbum. Dixi enim, et hoc est commune dictum doctorum post gloss. in. l. Lucius. la. ij. ff. de heredib. instituen. quod filij simpliciter positi
3 in conditione, non censentur substituti, seu inuitati. Sed quis ita sit, ipsi tamen ex expressa mente disponentis repellunt substitutum et ad hoc allegaui Oldra. et iura per eum allegata: sed istud non attingit id de quo principaliter contendimus, et ita supernacanee prosequimini hunc articulũ. Ad id vero quod opponitis de consilio Paul. de Castro per me allegato, et quod incipit, Uisis, et diligenter examinatis quibusdam cõsilijs, etc. et dicitis me illud non quotasse, sed confuse allegasse, et quod quidquid dicam illud non reperietur inter consilia Pau. de Castro. in vestris volumi. que sigillatim reuoluere voluistis, et quod ideo opus esset, quod illud quotarem, respõdeo non dixisse consiliũ huiusmodi reperiri inter consilia eiusdem doctoris, sed dixi, quod consilium huiusmodi refert Barthol. Sozi. in dicto suo consil. xl. et quod ipse in illo tenuit idem quod in consil. cclvij. et ideo frustra queritis quotam designari. Sed si vultis dicere Sozin. esse mentitum, vos ipse videritis: ego autem secus credo: quia fuit doctor illustris. Quod autem dicitis

dictum consilium.ccclvij.nihil facere ad factum,dico quod iste est modus vester respondendi ad fundamenta,que vos pinguntis:sed quidquid sit,alij,authore Domino videbunt qui magis ponderabunt materiam:nec vno collirio omnibus medebuntur, aut ad instar imperiti medici omnium oculos curare conabuntur. c. necesse est. distinctione. xxix. Ad id vero quod subsequenter scribitis in.§.& finaliter.&c. vbi, vt dicitis pro enarratione totius fundamenti intentiõis mee,quod est,quia Andreas Chiurerij testator preferẽdo extraneos filiabus Claudij Chiurerij sui fratris, hoc videtur facere fauore agnationis & cognationis seruandarum,que conseruantur per masculos,non per femellas:pro quo dicitis me allegare.l.pronuntiatio.§.fin. de verbo.sig. quam tamen vt nihil glorie vobis desit,dicitis primo allegasse adducendo motiuafundamenti mei:dico & respõdeo vt iam & antea & in hac schedula dixi,ꝙ ego sum motus & moueor dicere,ꝙ dictus quondã Andreas Senior pretulerit liberos masculos Claudij Chiurerij fratris heredis instituti,filiabus feminis:pro eo quia ipse proprie posthume filie pretulit Chiurerios:& quidem non solum fratrem seu fratres,sed etiam fratres patrueles:insuper & filios masculos fratum patruelium: & hoc pro conseruanda agnatione,nõ dico cognatione Chiureriorũ, que agnatio nõ solet cõseruari in sexu muliebri,& sic pro hoc allegui.l. pronuntiatio.§.fin.hoc factum est non inepte:sed miror,ꝙ vos qui gloriose dicitis illam primo allegasse veritati non acquiescatis. Quod autem dicitis, ꝙ voluntas dicti quondam Andree Senioris non debeat coniecturari:& quod ad cõiecturas recurrere nnõdebeamus,vbi dispositio iuris communis est in aperto in contrarium masculos, & femellas equaliter vocando ad successionez, seruata equalitate gradus,&c.dico & respondeo vt iam dixi,quod nos loquimur nõ de successione intestati, quam fateor vobis esse certam, sed de dispositione testamentaria, & de volũtate testatoris qualis extiterit, an scilicet que vocauerit masculos,& feminas,prout vos pretenditis,aut solos masculos, prout ego pretendo,& verum pretendo.Quod autem dicitis,quod in incertis,& non certis locus sit coniecturis, dico & respõdeo quod si testator substituisset liberos masculos, & feminas, tunc essemus in certo & non esset recurrendum ad coniecturas,an scilicet solum vocasset masculos,sed quia sic expressum nõ est,expedit recurrere ad cõiecturas,de quibus dixi: & ad quas,vt plenissime ostendi, solent recurrere scribẽtes, & consulentes.Quod autem dicitis difficultates ex testamento resultantes debere decidi secundũ dispositionem iuris scripti,non per coniecturas extrinsecas, & alia mendicata suffragia:pro quo dicitis esse textum.l. in his.ibi, ſm scripti iuris, &c. ff. de conditionibus & demostrationibus. cum dicitis me non respondisse:dico & respondeo illam legem facere contra vos, & quod illi responderim: sed locutus sum obaudienti, aut surdo, qui scilicet non audierit. Et, vt intelligatis illam legem facere contra vos, & nõ pro vobis,qui non aduertitis ad duo dicta dicte legis,in quorum primo dicit textus,quod in his que extra testamẽtum incurrerent,possent res ex bono, & equo interpretationem capere. In secundo vero dicit textus, ea vero, que ex ipso testamento orirentur, necesse est secundum scripti iuris rationem expediri. Nunc conuenio vos, vt mihi dicatis, an difficultas de qua contendimus occurrat extra testamentum, vel ex ipso testamento oriatur:& si dicitis, ꝙ ex testamento, dico contrarium esse verum:non enim est questio an dictus quondam Andreas Senior Claudio fratri substituerit liberos, & liberos liberorum: quia hoc scriptum est:& ita partes hincinde fatentur,& sic non sumus in secundo dicto dicte legis: sed extantibus predictis verbis, est questio de voluntate testatoris, qualis scilicet extiterit: hec questio pertinet ad primum dictum dicte legis: quia oritur extra testamentũ.Et si non creditis, videte glossam vestram que fuit Roger.dicit enim super verbo, incurrerunt, vt mentis,& verborũ eius interpretatio,&c.videte etiã Bartolum ibidem & scribentes, vt non pretendatis vos probasse per illam legem, quod decisio questionis nostre fieri debeat secundum rationem iuris scripti: hoc scilicet adiecto, vt conamini adducere, quod non possit, & debeat recurri ad coniecturas pro habenda declaratione voluntatis.Et per hec etiam manifesta est responsio ad id quod scribitis dixisse do.Bartholomeum Sozin.in consi.xxiij. exor.Circa predictam consultationẽ.vers, decimo septimo probatur. quod tamen consilium non fuit Bartholomei: sed Mari. Patris.Barth.enim etiã relato cons.predicto, contrarium sensit,& per plurima fundamenta eius quod tenuit Maria. Pater, quem si volueritis poteritis videre in repetitione.l.cum auus. versic. primo querit hic Cuma. de questione valde notabili.ff.de condi.& demon.contrarium etiam tenuit Andre.Barba. in repeti.l. cum accutissimi. C.de fideicom.& in sua Ioannina.c. Raynaldus. de testa. Ad id quod dicitis quod in dubio testator videtur voluisse disponere prout iura volunt, & ꝙ in dubia interpretatione voluntatis semper debeamus sequi begniniorem interpretationẽ que est vt filie cum filiis succedant. Respõdeo & satis fateor quando voluntas est dubia,sed nego vobis ꝙ attentis cõiecturis de quibus alias scripsi, & aliquid in hac schedula,voluntas dicti quondam Andree fuerit, aut sit dubia,sꝫ est clara, scꝫ de liberis ꝙ senserit masculis. Ceterũ quia etiã me & dicta per me contra me nitimini inducere,ego respondeo vobis non esse mihi prohibitum retractare si quid prius aliquid minus considerate dixeram: hoc enim fecit beatus Augu.in lib.suarum retractationũ: hoc fecerunt multi imperatores, & maxime Iustinianus, qui non solum correxit,& emendauit leges suorum predecessorum,sed etiã suas,& sepissime,& quidem tam.C. ꝙ authenticorũ hoc fecerunt & iurisconsulti. Attendite igitur non ad prima scripta,sed ad secunda magis digesta, & ad motiua de quibus in eis. Ad id vero quod dicitis non posse sustineri ꝙ dictus Andreas senior voluerit masculos preferre femellis fauore cõseruationis nõis, & agnationis, etiam propriis eius filiabus, cum vt pretenditis de contrario appareat, quod scilicet proprias filias excluserit nõ habito respectu ad agnationem:in eo primo, quia nedum masculos sui nominis, & agnationis preposuit suis filiabus,sed etiam Ioannam, & Eiymundam suas sorores, per quas tamẽ agnationes non conseruantur. Quoniam respondeo vt iam alias dixi, ꝙ istud non obstat: qr vt apparet ex dispositione dicte quondam Andree ipse nominatim instituit Claudium fratrem omissa filia propria,substituit etiam alium fratrem,& postea quosdam alios fratres,scilicet patrueles,vel forte remotiores, quos omnes pretulit sororibus, & non solum illos eisdem sororibus pretulit,sed etiam liberos masculos illorum fratrum patruelium,Ludouici dico, & Philiberti Chiurerij & post hos vocauit sorores:sed ex hoc non insurgit, quin quantum potuit, voluerit conseruare agnationem Cheureriorum:qua deficiente non importune inuitauit sorores:quia non vlterius poterat conseruare agnationem:aut bona in agnatione. Ad id vero quod dicitis non posse sustineri id,quod dixi,scilicet quod liberi dictorũ Ludouici & Philiberti fuerunt substituti per illam clausulam,si dicti Ludouicus & Philibertus sine liberis decederent, dico & respondeo quod iterum depravatis scripturam meam,& miror quod vos non verecundemini palam & aperte falsum dicere: cum ego expresse dixerim contrarium, & maneat scriptum in dicta mea schedula,exordien. Quia in testamẽtis,&c. immediate precedenti. §. verum vos egregie domi. doctor vbi hec scripsi & sic quamuis liberi masculi dictorꝫ Ludouici,& Philiberti non censerentur eisdem substituti,per id quod voluit glo.communiter approbata in.l. Lucius.la.q.ff.de heredi.institue.. hec sunt scripta mea, que vos calumniamini satis inuerecunde quod non decet maxime doctorem:scitis enim quod multum paruipendantur mali relatores dictorum aut scriptorum aliorum doctorũ: verum est quod ego subiunxi,& verum dixi,ꝙ sorores erãt repellende, seu excludende per dictos liberos masculos:qr testator non solum dictos Ludouicum & Philibertum pretulit dictis sororibus, sed etiam eorum liberos masculos.dicta.l.Lucius.Sed forte nullam facitis differentiam inter hoc quod est inuitari seu substitui, & hoc quod est repellere substitutum seu deficere conditionem: que tamen est magna:quamuis enim liberi positi in conditione regulariter non censeantur inuitati, ipsi tamẽ regulariter repellunt substitutos: quia propter eorum superexistentiam deficit conditio.& hec sunt puerilia, & ideo frustra,imo rudiculose laborastis super defensione falsitatis mihi ascripte, hoc est ad probandum quod liberi masculi dictorum Ludouici & Philiberti non fuerãt substituti:cuius contrarium me falso dicitis asseruisse. Postremo autem veniendum est ad dictum Baldum in consilio per vos allegato exordiente Martinus Ioannis de Florentia quod vos magnifacietis: ego quoque etiam magnifacio, quia elegans est in sua materia: sed parcat mihi dignitas vestra, vos male allegatis Bald. quia ipse non dicit illud,ad

lud, ad quod eum allegatis: vos enim probare voluistis, quod verba testatoris generaliter prolata ita demum debent intelligi, et restringi secundum mentem coniecturatam testatoris, loquentis, quando aliquis ex coniecturata mente non lederetur, aut etiam locupletaretur cum alterius iactura: et pro hoc induxistis Baldū. Or nunc pro Deo videamus si Baldus hoc dicat: Baldus enim loquitur in restrictiua statuti generaliter loquentis interpretatione. dicit enim, quod vbi de ratione legis non apparet per legem expressam, sed apparet coniecturatiue, tunc possumus, et debemus generaliter legem restringere ad coniecturatam rationem in duobus casibus: videlicet ne aliquis ledatur indebite: et ne per aliquem ad lucrum perueniatur indebite seu cum iactura iuris alieni: et ita secūdum eum loquuntur iura. ff. de iure patronat. l. adigere. §. quamuis. nam nisi ibi fieret restrictio amitteretur indebite ius patronatus: sic etiam loquitur. l. secunda. C. de noxalibus. nam nisi ibi fieret restrictio ex coniecturata mente statuentis, teneretur dominus pro delicto serui insolidum, quod esset iniquum: quia ex delicto rerum nostrarum non debemus obligari vltra amissionem earum rerum. l. pretor ait. §. hoc edictum. ff. de damno infecto: inducit etiam Baldus alia iura ad probandum, quod fiat restrictio, ne quis indebite ad lucrum perueniat. Et hec sunt verba Baldi, que si bene attēdantur, non solum non loquuntur in casu, vel in terminis sed etiam in casu conuerso quoad propositum vestrum: dicit enim Baldus statutum generaliter loquēs esse restringendum in duobus casibus: vno scilicet, quando per illud statutū generaliter intellectum aliquis indebite lederetur: alio vero quando per statutum sic generaliter intellectum aliquis indebite ad lucrum perueniret: sed quid hoc ad casum nostrum: etiam si doctrina Baldi alias procederet in dispositione testamentaria: non enim preterea inferretur quin attentis cōiecturis, de quibus vsque ab nauseā sepissime dictū est, deberēt dicta verba, liberos, et liberorum liberos restringi ad masculos, et de illis intelligi: nō enim negat Bal. quin propter alias causas possit fieri restrictio statuti generaliter loquentis. Et idem dicendū est de testamētaria dispositiōe generaliter loquēte: quod etiā satis sentit idem Baldus in dicto consilio: ibi, quia in datione communis legis extra expressionem, etc. vbi videri potest: et sic re vera dictum Baldi nihil facit ad propositum vestrum: si tamen bene intelligatur. Sunt et alia multa per que potest impugnari intentio vestra: sed quia premissa sufficiunt, et insuper quia parum mihi videmini illa auscultare vel videre, vlterius non scribo: alias plenius scripturus, authore Domino, si occurrat, qui intentionem vestram iuribus, et rationibus honeste defendere velit, et eam defendat: talibus enim libenter loquor, qui scilicet bene audiunt, et audita bene referunt, et bene respondent, aut iuribus, seu rationibus se tuentur. Et cum his bene valete, et discatis corrigere linguam. Que omnia dixerim, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubrica, De verborum sign. ¶ Consilium. ccccxc viij.

¶ Epitome

¶ Suorum appellatione veniunt tam descendētes, quam collaterales.

1 ☞ Intellectus. l. Publius. §. Titia codicillis. ff. de cond. et demonstrationibus.



Resupposita Testamentaria dispositione honeste quondam mulieris Joannone Artaude, in qua inter cetera heredē vniuersalē instituit Franquetā Lōbardone eius, et prouidi viri Bertrandi Lōbardoni sui mariti filiam naturalem, et legitimam, et eidem Franquete, in pupillari etate, vel alias quomodocunque ab humanis sine liberis legitimis, naturalibus, et de legitimo matrimonio procreatis decederet, substituit, et heredem vniuersalem sui ipsius testatoris instituit honestam mulierem donnam Margaritam ipsius testatoris matrem: quia decedente sine liberis naturalibus, et legitimis eidem substituit, et heredem instituit dictum Bertrandum maritum, et suos eiusdem Bertrandi. Ego alias in facto consultus dixi, et respondi quod cum post mortem, et per mortem dicte Franquete sine liberis vita functe, fuisset vniuersale fideicōmissum purificatum in persona dicte dominē Margarite, et deinde viuente eadem Margarita, que postea sine liberis vita functa est, ab humanis decessisset dictus Bertrandus Lombar. primo loco eidem Margarite substitutus, censebantur inuitati et eidem domine Margarite substituti sui ipsius Bertrādi Mattheus scilicet, et Georgius eius quondam fratres, et nepos ex altero fratre predefuncto. Ad quod dicendum motus sum iuribus et rationibus per me allegatis, in schedula exordiēte, Pro faciliori solutione, etc. et in processu descriptis, quas referre non expedit. Nunc autem sentio, quod viro graui, et quidem in multo doctiori visum est contrarium, et quod per verbū et suos, positum in substitutione facta de dicto Bertrando, et suis censeantur solum fuisse inuitati descendentes, seu liberi dicti Bertrandi: nō autem collaterales, cuiuscemodi sunt fratres et nepos prefati: pro quo allegat theoricam Barto. quam dicit esse communem in. l. Gallus. §. etiam si parēte. versiculo quero iuxta predicta. ff. de libe. et posthumis. vbi dicit Barto. quod si quis heredem vniuersalem filium instituat, et sibi si sine liberis ab humanis decedat, Titium et eius heredes substituat, et postea viuente filio contingat Titium ab humanis decedere relictis heredibus extraneis, et deinde etiam decedat filius sine liberis relictis heredibus extraneis, scribit Barto. heredes extraneos Titij non cēseri inuitatos, ne dicamus testatorem plus dilexisse heredes extraneos Titij substituti, et sibi extranei, quam heredes extraneos, filij per eum primo loco inuitati contra. l. Publius Meuius. §. Titia codicillis, versicu. sed nōn est verisimile. ff. de conditio. et demonstratio. et voluit Bartolus quod per verbum heredes positum in substitutione facta de Titio, et suis heredibus, censeātur inuitati descendentes, seu liberi Titij non alij heredes: ergo a simili idem videtur esse in casu nostro, scilicet quod per verbum et suos, positum in dicta substitutione facta de dicto Bertrando Lombardoni, censeātur solū inuitati liberi predicti Lombardoni, non alij sui: ne videatur dicta domina testatrix plus dilexisse suos ipsius Bertrandi, quam suos dicte domine Margarite, cuius contrarium fecisse presumitur cū plus dilexerit Margaritam matrem primo inuitatam, quam dictū Bertran. secūdo loco inuitatum. ¶ Sed salua pace et opportuna correctione domini sic scribētis, existimo quod theorica. Barto. non obstat ei quod dixi. Tum quia theorica Bartoli non videtur bene probari per textum quem allegat, hoc est per dictam. l. Publius. §. Titia codicillis. versiculo sed non est verissimile: ibi enim 1 † deciditur non esse verissimile quod Titia testatrix in substituendo Sextitie in predijs inibi mentionatis, plus relinquere voluerit Caio et Cornelio secundo loco substitutis, quam filio primo loco eidem Sexti. substituto. Sed nos non sumus in isto casu, in quo primo loco substituta est dicta domina Margarita: secundo vero lōco substituti sunt Bertrandus et, sui: fateor enim quod non plus habere debuerit dictus Bertrandus, quam Margarita, si ipse eidem superuixisset. Et idem fateor de suis ipsius Bertrandi, scilicet quod non plus habere debeant, quam habere debuit et habuit dicta domina Margarita. Sed non propter hoc infertur quod sui dicti Bertrandi etiam si non sint liberi, vel descendentes illius, non plus habere debeant, quam sui dicte domine Margarite: quia sui dicti domini Bertrandi fuerunt expresse inuitati. Unde cum appellatione suorum veniant cognati vsque ad septimum gradum. vt not. glo. in. l. si femina. C. ad Turpillianum. et alias scripsi, non subest ratio quare alio non subsistente debeamus recedere a propria verborum significatio. l. non aliter. cum suis similibus. ff. de legatis tertio. non est autem sic de suis ipsius domine Margarite: suis inquam, non liberis, aut non descendentibus, vtpote que nullomodo nec in dispositione, nec in ipsa cōditione positis: sic etiam nec expresse, ne tacite inuitatis: ob quam causam multo longeque pinguius videtur superius iam prementionata dicta domina testatrix, prouidisse tam suis dicti Bertrandi, quam suis prefate dom. Margarite. nec. d. l. Publius, in loco allegato nos cogit restringere verbū suos, ad liberos.

vel descendentes, et contra theoricam Bart. tenuit Ang. dicta. l. Gallus. §. etiam si parēte. et ad dictam. l. Publius. respondet, quod illa non facit contra, sed pro: dicit enim, quod heres, vel substitutus in locum prouisi non plus ferre debet quam primus prouisus: et dicit verum: sed in casu questionis Bart. non fert plus, imo tantundem, etc. et hanc sententiam Ang. secutus est Joānes de Jmola in dicto. §. etiam si parente. versiculo, tangit etiam hic Bartolus, et respondet Joannes de Jmola ad dictam. l. Publius. quod illa non facit ad propositum: quia mens illius. l. est quod in dubio non videtur esse mens testantis, quod plus habeat illo, qui secundo loco vocatur, quam haberet ille qui primo loco vocatur. Et ideo cum Titius primo loco vocatus adueniente casu substitutionis in casu questionis proposite per Bartolum preferretur heredibus extraneis filij sine liberis descendentis: ita videtur, quod heredes Titij secundo loco vocati, similiter preferantur ipso Titio non superextante: ex quo vis verborum hoc importat, a quibus non est recedendum. Addo quod in casu nostro dicta domina Margarita primo loco substituta consequuta est fideicommissum, vtpote in cuius personam purificata est substitutio de ea facta: nec sunt plus habituri sui dicti Bertrandi, quam ipsa habuerit. Hanc sententiam etiam secutus est Alexander de Jmola in dicto. §. etiam si parente. versiculo, ex predictis etiam infert Bartol. relatis multis opinionibus subiunxit passum non esse sine dubio, attento quod heredes Titij in proposita questione dispositiue vocati sunt: heredes vero filij conditionaliter tātum sunt nominati: quo casu minime instituti esse videntur: iuxta notata per glossam in. l. Lucius. la vltima. ff. de heredibus instituendis. facit. l. ex facto la petite. ff. eodem titulo. et. l. si quis sub conditione. cum similibus. ff. si quis omissa causa testamenti. nec in terminis istis, scilicet quando testator pinguius videtur prouidisse heredibus substituti, loquitur dicta. l. Publius. et subiungit Alexander, quod certe illa non multum facit pro Bartolo: et idcirco in terminis sue questionis non putat in puncto iuris eum bene loquutum. Et sic patenter apparet Alexandrum nō sensisse cum Bartolo, sed contra eum in terminis questionis: quamuis alias eius generalis doctrina in dicto. §. etiam si parente. sit vera: et profecto isti videntur bene respondere ad legem pro fundamento Bartoli allegatam, et salua reuerentia tāto viro debita, ipsi videntur melius sensisse in questione proposita, non nego quin Bartolus fuerit magne authoritatis et in scholis, et in iudicijs: sed quandoque bonus dormitat Homerus: vt scribit glossa in capitulo, si quis cum nouerca. §. quamuis. xxxiij. q. vij. et beatus Augustinus doctor illustrissimus aliquando errauit: prout apertissime colligitur ex libris suarum retractationum: aliquando, et sepe errauit ipse dominus Bartolus: prout colligitur ex tractatu Martini Laudensis de repob. not. Bart. Et supposito citra preiudicium veritatis, quod opinio domini Bart. videretur communis, tamen quia lex per eum allegata vel non facit ad propositum, vel non multum facit pro ipso domino Bartolo, vt propterea debeamus recedere a terminis et verbis expresse depositionis, et in casu dissimili, aut saltem non multum simili, non videtur recedendum a terminis, seu verbis expresse dispositionis: et in casu quod testator pinguius prouididit heredibus Titij, quam heredibus filij: et sic videtur potius esse seruanda opinio pauciorum: Ang. scilicet Joan. de Jmola, et Alexand. de Jmola sentientium vt predixi, quam Bart. et plurium sequacium motorū per. d. l. Publius. per id quod habetur. l. ij. §. sed neque ex multitudine authorum. C. de vet. iure enucleando, vbi dicit tertius: quod ex multitudine authorum non est iudicandum: quia vnius athoritas in aliqua parte est subtilior, quod etiam scribunt Ostien. Joan. An. in nouel. Panor. et alij in. c. j. de constitutionib. Panor. in. c. capellanus. de fer. vbi etiam dicit quod ad opiniones doctorum nō est habendus respectus, sed ad rationes, per quas mouentur. et hoc tam ipse, quam alij voluerunt in multis alijs locis et scribendo, et cōsulendo. ¶ Preterea dominus Bartolus in dicta sua theorica, et sequaces loquuntur in heredibus inuitatis: nos autē loquimur in suis, inter que quoad propositū videtur esse magna differentia: quia testator vocādo heredes generaliter in terminis theorice Bar. hoc facere cēsetur, non ex affectione, quā habet ad heredes Titij sibi incognitos, sed affectione, quā habet ad Titiū substitutum argumēto notatorū in. l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. j. et in. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. et pupil. relicta autem a testatore ex aliqua affectione censentur emanata. l. nec adiecit. ff. pro socio. Et ideo si comprehenderentur heredes extranei, censerentur plus dilecti heredes substituti quam heredes instituti. hec est ratio, qua in pro Bart. firmat, et inducit domi. Bartho. Sozi. Sed hec ratio non attingit casum nostrum quia licet in casu Barto. videatur esse verum, quod substituens Titium et eius heredes generaliter non censeatur moueri quoad heredes ex affectione quam ad eos habeat, vtpote sibi incognitos: tamen in casu nostro potuit moueri, et vt puto motus est ad suos ipsius Bertrandi ex affectione, quam ad eos habuit. mouerat enim vt opinor fratres ipsius Bertrandi, eius sorores, mouerat preterea etiam vt opinor suos dicte domine Margarite fratrem scilicet et sororem: et tamen suos dicti Bertrandi expresse inuitauit: de suis vero dicte domine Marguarite nec dispositiue nec conditionaliter aliquid dixit, quod tamē facile erat, si voluisset eos preferre, vel inuitare: quod quia non fecit, etc. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. versic. nam si contrarium. C. de cadu. tollen. non sunt ergo isti casus similes, sed reuera multum dissimiles, et ideo decisio vnius non videtur quadrare decisioni alterius: quia ex separatis, etc. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verbor. obliga. l. si maritus. la. j. C. de donatio. inter virum et vxorem. et vulgata. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. Et si, vt opinor, oportune inspiciatur dicta. l. Publius. in loco allegato et theorica Bart. in dicto. §. etiā si parente, ille non cogunt nos dicere, quod dicta Joanna testatrix substituendo domine Margarite eius matri Bertandum maritum, et suos, per verbum et suos, solum senserit de liberis eiusdem Bertrandi, et non de alijs etiam suorum appellatione venientibus. Que omnia dixerim breuiter et succincte, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubri. De rescindenda venditione. ¶ Con. cccccxcix.

¶ Epitome.

¶ Dans in emphyteusim cum dominium vtile duntaxat alienetur, et non decretum, non potest ratione enormis lesionis venire contra et rescindere contractum.



Etiam Si in contractu concessionis ad nouum accapitum, et in emphyteusim perpetuam data vel supradicta lesione concedentis vltra dimidiam iusti pretij haberet locum. l. secunda. C. de rescindenda venditione. et. c. penultimo, de empt. et venditione. cuius contrarium videtur voluisse Innocen. in capitulo ad nostram. de emptione et venditione. et apertius Specu. titulo de emptione et venditione. §. nunc dicendū. versicu. quid de cōcessione in emphyteusim. et dominus Jason May. in. l. prima, versicu. vt nihil. C. de iure emphy. non tamen videretur quod venerabilis vir dominus Jacobus Girardi. presbyter filius, et honesta mulier Alayeta, relicta Joānis Girardi eius mater, potuerit vel hodie possit eadem domina Alayeta suo et hereditario nominibus eiusdem domini Jacobi, venire contra concessionem ad nouum accapitum, et in emphyteusim perpetuam quam ipse dominus Jacobus et Alayeta fecisse leguntur, Anno Domini millesimo quingentesimo decimo, et die septima mensis Martij, cuidam Andree Monerij, filio Guichardi Monerij, de quadam eorum domo francha et libera, vna cum omnibus vtensilibus, et alijs bonis mobilibus, et in rebus infra eadem domum existentibus ianuis clausis, illam impugnare ex capite enormis lesionis: quia vt apparet ex tenore instrumenti concessionis predicte, prefati dominus Jacobus et Alayeta dederunt, et donauerunt eidem domino Andree donatione pura, mera, simplici, et irreuocabili, que fit, et fieri dicitur inter viuos, totam maiorem valentiam quantumcunque esset, vel imposterum futura esset etiam si dimidiam iusti pretij excederet vel in dicta cōcessione enormis lesio interueniret: quod face

quod facere potuerunt, & sic faciendo se & suos exclyserunt a remedio dicte. l. ij. C. de rescindend. vendi. & c. penulti. de emptio. & venditio. per id quod scribit Barto. in. l. si quis cum aliter. versiculo quero, dicitur in instrumento, &c. ff. de verbor. oblig. vbi etiam Joan. de Jmola hoc sentit. versic. quid autē si in instrumento. ibi, & ideo notarij consueuerūt dicere: & idem sensit Joan. de Jmola post Franc. de Zaba. in. c. fin. versic. tangit etiam hic do. Flor. de donat. de quo etiam per Bart. & doct. in dicta. l. ij. & Alexander de Jmo. consilio. xxviij. exord. in causa & lite vertente super feudo. versiculo, tertio responderi potest. in. v. vol. per Joan de Jmola in sua solenni repetitione. c. cum contingat. membro tertio. versic. item aduerte inquantum dicit, q si iurat non venire contra, &c. de iureiuran. & per Ange. Aret. in. §. actionum. vers. quero quid si in instrumento venditionis dicatur, & si plus valet, &c. institut. de actioni. Et ita attēta huiusmodi donatione facta de tota maiori valentia quantacunq; esset, etiam si excederet dimidiam iusti pretij, non videntur dicti domini Jacobus & Alaieta fuisse lesi, aut decepti. Preterea aduertendum est, q in cōfessione ad nouum accapitum, & in emphyteusim perpetuam nō alienatur tota res, seu totum ius, quod habet concedens in emphyteusim, sed solum dominium vtile, seu ius emphyteuticum: & remanet dominium vel ius directum penes concedentem. proptera vbi queritur de lesione concedentis, vel dandis rem in emphyteusim non est inspiciendus valor totius rei, sed solū valor iuris emphyteutici, seu dnij vtilis, & possessiōis, que transferūtur in emphyteutā, & detrahuntur valor dnij directi & iuriū per ipsum cōcedentē retētorū. Et si duntaxat estimetur dominium vtile, seu ius emphyteuticum, bona predicta longe minus valebunt, quam fuerint estimata. Et tamen hic aduertendum, q aysine & alia bona existētia in dicta domo tempore facte dicte concessionis, non videntur potuisse dari in emphyteusim: pro eo quia natura emphyteusis est q constituatur in re immobili: prout scribit Bald. in. l. prima, versic. sed pone. C. de iure emphyteutico. pro quo allegat. l. certo generi. ff. de seruitut. rusticorum prediorum. & l. si fundum. ff. de legatis. j.

¶ Rubrica, De seruit. ¶ Epitome. ¶ Consilium. ccccc.

¶ Ut in tertio collectaneo.

1 ☞ Jn actione negatoria que sint probanda.
2 Res quelibet presumitur libera.
3 Rerum incorporalium possessio non queritur, nisi sciente & patiente domino predij.
4 Uniuersitas aliud est, & aliud singuli de ea.
5 Actus vt afficiant vniuersitatem, requiritur q actus gerantur ea solenniter congregata, &c.



PRO Breuiori, & faciliori declaratione boni iuris, quod habet Stephanus Bertandi, & nobilis Michaela Cabossalle, alias de sancto Ualerio in quadā ciuili causa, quam habent & prosequuntur contra & aduersus vniuersitatē loci Pōtisforgie, seu syndicos & syndicario nomine eiusdem vniuersitatis, & quosdam homines particulares dicte vniuersitatis mentionatos in libello parte eorum in causa huiusmodi oblato, & producto, ac nominatos, & cognominatos in duobus publicis instrumētis in libello predicto latius designatis: premittunt dicti Stephanus & Michaela, q ipsi non solum egerunt, & agunt contra dictam vniuersitatem, sed etiam expresse & nominatim contra & aduersus dictos particulares homines nominatos in dictis instrumentis. Preterea & secundo premittunt, quod libellus parte eorundem Stephani & Michaele contra vniuersitatē, & homines predictos in dicta causa productos, fuit cōceptus, & formatus in actione negatoria in qua pro funda-
1 mento eorum intentionis sufficere consueuit, † & sufficit q pro ipso fundamento deducatur dominium seu quasi rei, que negatur debere seruitutem aduersario, & q probetur possessio rei huiusmodi: insuper, & q negetur deberi seruitutem aduersario, quam pretendit: probata enim possessio ne huiusmodi, obtinet actor in negatoria, nisi reus probet se per constitutionem vel alias acquisiuisse seruitutem, quā pretendit. Cuius dicti illam assigno rationem. Primo quidem, quia cum in actione negatoria, prout volunt omnes doctores deducatur dominium non principaliter, sed incidenter: ad probationē illius sufficit probatio possessionis rei de presenti, iuxta ea que scribit Bart. in. l. quidam in suo. ff. de condit. institutio. & in. l. sicut. §. sed si queratur. versi. nota ex hac gl. ff. si serui. vendi. Quo vero ad libertatem, quam actor in negatoria actione allegat, quia scilicet dicit fundum esse liberum, non tenetur ipse actor probare
2 hanc libertatem: quia habet pro se presumptionem † iuris: quoniam quelibet res presumitur esse libera. l. altius. & qd ibi glo. C. de seruitu. & aqua. & quod not. glo. in. d. l. sicut. §. sed si queratur. & quod ibi Bar. in oppositio. Joā. Fabr. in §. eque. versi. quis probabit in negatoria. institut. de actio. Pet. Jac. in suis libellis sub rubri. in negatoria actione in rem. versi. quia in negatoria actione in rem reus habet probare, & sibi incumbit probatio se habere seruitutem, que ei negatur. & Alex. de Jmo. in. l. si prius. versi. similiter. econtra si actor a principio egit negatoria. ff. de noui oper. nun. Cum igitur dicti Stephanus & nobilis Michaela negatoriam actionem intentantes deduxerint dominiū predicte Ramerie, & confessione partis probauerint saltem possessionem illius, imo & dominium, seu quasi, infertur eos probasse eorum intentionē, hoc est Rameriam predictam esse suam: & consequenter presumptione iuris illam esse liberā a seruitute venetionis, nisi quatenus aduersarij probenerint, aut probant se acquisiuisse seruitutem, quam pretendunt. Quod autem seruitutem huiusmodi non probauerint, existimo apparere ex actis cause huius. & primo quidē quoad dictos particulares homines, contra quos specialiter & nominatim ipse Stephan9 & nobilis Michaela etiā intentarunt dictam negatoriam actionem: quia non puto q testes in hac causa producti, deposuerint de pdictis particularibus, & eorum quolibet, seu etiā de ipsorum aliquo, q ipsi fuerint in possessione venandi in predicta Rameria a tempore & per tempus requisitū ad prescriptionem iuris huiusmodi, quod tamen erat necessariū ad hoc vt cum effectu pretendere valerent, aut valeant dicti particulares predictam seruitutem acquisiuisse per prescriptionem: cum non dicant, nec pretendant illam fuisse eidem cōstitutam. Preterea videtur q non solum non quesierint dicti particulares, aut eorum aliquis seruitutem venādi in dicta Rameria, quinimo nec q ipsi vllo vnq̄ tēpore fuerint aut sint
3 in possessione seu quasi in ea venandi: q † rerum incorporalium possessio seu quasi, non queritur nisi sciente & patiente aduersario, hoc est domino predij. l. ij. C. de seruitu. & aqua. Cuius dicti rōnem assignat Bald. in repeti. dicte. l. versi. quarto oppono, &c. quia ista quasi possessio procedit ex patientia aduersarij. l. quoties la. ij. & quod ibi Barto. & docto. ff. de seruitu. Jnno. in. c. bene. el. ij. de postula. prelat. Sed ignorans nō dicitur pati, vt dicit Bal. vbi supra, nec consentire: vt etiam scribit idem Bald. in. c. j. §. preterea. quibus modis feudum amittatur. Unde cum putem esse probatum, quia non est verum quod dicti particulares, aut eorum aliqui venati extiterint in dicta Rameria videntibus, aut alias scientibus & patientibus prefatis Stephano & nobili Michaela, aut eorum predecessoribus, infertur quod ipsi non solum non acquisiuerunt seruitutem, seu facultatem aut ius venandi in dicta Rameria, sed nec quasi possessionem huiuscemodi pretensi iuris. Et per hanc rationem etiam impugnatur intentio dicte vniuersitatis, & syndicorum in hac causa pro ea interuenientium, & illam defendentium, scilicet quod non solum quesiuerit etiam vniuersitas seruitutem, seu ius, aut facultatem venandi in dicta Rameria, sed nec possessionem seu quasi huiuscemodi pretensi iuris. Preterea quod dicta vniuersitas non solum non acquisiuerit dictam pretensam seruitutem, seu ius venandi in dicta Rameria, sed nec predictam quasi possessionem venandi, ex eo colligitur, quia non puto apparere de aliquo actu facto per & nomine dicte vniuersitatis circa acquisitionem eiusdem pretense quasi possessionis, saltem ante tempus inhibitionum, de
4 quibus in hac causa. Certum est enim quod aliud † est vniuersitas, aliud singuli de vniuersitate. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisione. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando. l. sicut. §. si quid vniuersitati. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. Adeo quod si aliquam rem faciant omnes de vniuersitate, si tamen faciunt vniuersitate non solenniter congregata, & non communicato consilio, non censetur actus gestus a communitate. prout scribūt Barto. Ang. & Pau. de Cast. in. d. §.

si quid vniuersitati. ⁊ Bartol. in. l. aut facta. §. fin. ff. de pen.
quia ad hoc vt actus gesti afficiant vniuersitatem, requiri-
5 tur ꝙ vniuersitas sit solenniter congregata: ⁊ quod com-
municato consilio, ⁊ habita deliberatione ipsi actus gerā-
tur: vt notant doctores prefati in dictis iuribus, ⁊ multi
in. l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus causa. gl.
in. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iuris, ⁊ in. l. sed ⁊ dolo. §. i. ff.
de dolo. ⁊. C. que sit longa consuetudo. super rubrica. ⁊
Bartolus in. l. omnes populi. circa principium. ff. de iu-
stitia ⁊ iure. Unde supposito citra preiudicium veritatis,
quod testes parte dictorum syndicorum in hac causa pro-
ducti, aut eorum aliqui deposuissent quod particulares seu
singulares homines dicti loci Pontissorgie venati exti-
terūt in predicta Rameria etiam sepe ⁊ pluries, ⁊ a longo,
seu etiam longissimo tempore citra, vt tamē non creditur,
nō propterea esset probatus per testes huiusmodi aliquis
actus dicte vniuersitatis, per quem deprehendi posset ei-
dem vniuersitati fuisse quesitam possessionem, seu quasi ve-
nandi in dicta Rameria: quod procederet etiam, si testes
ipsi illi particulares venabantur, aut venati sunt in dicta
Rameria, tanquam in re dicte vniuersitatis: quia cum
non haberent mandatum ab vniuersitate, nec vt vniuersi
hoc fecerunt, non potuerunt ex illis actibus querere vni-
uersitati possessionem seu quasi: argumentoto. l. prime.
§. municipes. ibi, quia vniuersi consentire. ⁊. §. per pro-
curatorem. ff. de acquirenda possessione. iuncta. l. si ego. ff.
de negotijs gestis. Licet enim subdatur. in. l. secunda. ff. de
acquirenda possessio. quod vniuersitas acquirit possessio-
nem per seruū ⁊ per liberam personam, tamen intelligitur
per liberam personam habentem mandatum, ⁊ sic per acto
rem vniuersitatis. l. municipio. ff. vt in possessio. lega. quod
etiam sentit glossa in dicta. l. secunda, dum allegat dictam
l. municipio. quia dicta glossa, ⁊ doct. intelliguntur secun-
dum leges quas allegat: vt notat Bartol. in. l. non solum.
§. liberationis verba. ff. de liber. leg. Romanus consil. ccxi.
Andreas Barbatias consilio. xliij. in secunda parte. Alex.
de Jmola consilio. cxxxviij. exord. Opportune cōsideratis
his que in themate. ibi, quia intelligo secundum iura que
allegat in primo vol. ⁊ dominus Jason in. l. actione. C. de
transact. ⁊ facit ad premissa. l. ita tamen. in principio. ff. ad
Trebellianum. ⁊. l. prima. §. quibus. ff. quod cuiusqꝫ vniuer-
sit. nomine. ⁊ que habentur in dictis iuribus. nec repe-
ritur ista specialitas in vniuersitate, ꝙ querat possessionem
aut dominium per liberam personam non habentem man
datum. Unde cum regulariter secus sit dicta. l. si ego. ⁊ di-
cta. l. prima. §. per procuratorem. ⁊. l. si possessor. ff. de acqui.
posses. ⁊ institut. per quas pers. nob. acq. §. ex his itaqꝫ. vbi
tex. generaliter hoc probat, ꝙ per liberam personam non
queritur alteri possessio, vel dominiū, nisi in casibus expres-
sis, de quorum numero iste non existit, ⁊ sub dicta genera-
litate comprehenditur etiam vniuersitas ⁊ collegiū, in qui-
bus est eadem ratio: ergo idē ius. c. ij. de translatio. episc. c.
cum dilecta. de confir. vti. vel inut. l. libertum. §. senatus. ff.
de ri. nup. l. a Titio. ff. de verb. oblig. ⁊ vulgata. l. illud. ff. ad
leg. Aquil. huic ergo generali regule standum est: per id
quod scribit Ostiensis in. c. vt fame. versic. tu dicas. de sen-
tent. excommu. ⁊ plenius do. Jas. de May. in auth. si qua
mulier. vers. ideo iniqua sunt statuta, ⁊ sequenti. C. de sacro
san. eccl. ⁊ in. l. fi. C. de testa. vbi si placet videatur. Et ꝙ per
pretensas depositiones predictorum testium deponētium,
scilicet, si tamen ipsi, vel eorum aliqui deposuerint se vidisse
homines, vel aliquos homines venari in dicta Rameria,
etiam si deposuerint hoc vidisse a tempore longissimo, non
sit probata talis possessio seruitutis, seu facultatis venādi,
nisi appareat de mandato vniuersitatis vel regētium, hoc
esse factum: colligitur ex eo, quod plene cōsuluit Philip.
de Peru. cons. ccxcix. exor. Uiso rescripto illustrissimi do.
Julij Cesaris. versiculo, his tamen non obstantibus. in
primo vol. consilio. xlvj. exordiēte, Jn causa vertente inter
vniuersitatem. versi. his tamen non obstantibus. in. ij. vol.
⁊ consilio. lxiij. exor. Et si in hac consultatione videatur, ⁊c.
vers. tamen his non obstātibus. in. iiij. vol. Barth. Ueron.
in suo tractatu, de seruitu. sub rub. de seruitut. iur. pascen.
versicu. sed dubium est qualiter probetur possessio, ⁊c. Et
si probetur possessio, vt non probatur, consequenter in-
fertur ⁊ longe appertius quod nec probatur acquisitio di-
cti pretēsi iuris, facta scꝫ per prescriptionē. regula sine posses
sione. de regu. iuris, in vi. Preterea certum est eosdem Ste
phanū ⁊ nobilē Michaelem potuisse inhibere aut inhibe
ri facere predictis de Pontissorgie, ne dictam eorum Ra
meriam ingrederentur, aut in ea venarentur. §. fere igitur.
vers. plane qui alienum fundum. institu. de rerum diuisio.
Et sic regula iuris est pro eis. Unde cum dicti de Pon-
tessorgie pretendant se posse venari in predijs non clausis, ⁊
sic fundare nitantur eorum intētionem super negatiua, sci-
licet ꝙ dicta Rameria non sit clausa, ipsi debuerunt pro-
bare hanc negatiuam vt pote fundamentum eorum pretē-
se intentionis ad quod quilibet tenetur. l. actor. C. de pro-
batio. l. in exceptionibus. in prin. ff. eodem titu. ⁊. l. si quis.
C. de fabricen. libr. xi. ⁊ quod not. Jnnocen. ⁊ alij in capitu.
qualiter ⁊ quando. de accusatio. ⁊ Barto. Joan. de Jmo. ⁊
Alexan. de Jmo. ⁊ docto. communiter in. l. hoc iure. ⁊. l. in
illa. ff. de verbo. oblig. Unde cum ipsi hanc negatiuam nō
probauerint, deberent etiam si alia fundamenta non subes
sent, que tamen multa, ⁊ quidem optima supersunt, succū
bere, ⁊ condemnari tam in principali, quam in expensis.
Non omitto ꝙ articuli defensionales in dicta causa oblati
solum producti extiterunt per predictos syndicos ⁊ syndi
catorio nomine, ⁊ sic per ⁊ nomine vniuersitatis non parti
cularium in actis cause huius latius mentionatorum, ⁊
quorum procurator fuit ⁊ est dominus Joannes Juliani.
Non igitur potuerunt aut possunt articuli huiusmodi eis-
dem prodesse.

Rubric. De sponsa. Epitome. Con[...]ium. cccccj.

Matrimonium contractum per impuberes in quibus
malitia non supplet etatem, transit in sponsalia de futuro,
⁊ quando malitia dicatur supplere etatem.



Etiam Si verba, per que Joanna
Uelleyra filia quondā natu-
ralis, ⁊ legitima Petri Uelleyra: etatis, vt
dicitur, septem annorum, aut paulo maio-
ris, ⁊ Mathurinus de Prato de Ualētia,
tentauerint contrahere matrimoniū, cen-
[...]lrentur, aut [...]derentur exprimere consensum de presenti,
vt quia forte mutuo, ⁊ vicissim expresserunt se sibi donare
corpora sua, ⁊ recipere, quia tamen eadem Joanna non erat
nec est etatis legitime ad matrimonium cōtrahendum, nō
censetur matrimonium per verba huiusmodi fuisse contra
ctum, sed iuris interpretatione cēsetur ipse Mathurinus
⁊ Joanna contraxisse sponsalia de futuro. c. j. §. idē quoqꝫ.
⁊ quod ibi doc. de desponsa. impube. in. vi. nec potuit, aut
potest dici ꝙ in ipsa Joanna malitia suppleuerit etatem:
quia cum eadē Joanna esset proxima non quidē pubertati, sꝫ
infantie non potuit per ipsam matrimoniū cōtrahi: quasi
in ea malitia suppleuerit etatem, quā tunc demum dicitur
malitia in matrimonijs supplere in impubere, qñ adest na-
turalis vigor, ⁊ potentia coeundi, prout scribunt Archid.
Jo. And. Philip. Franch. ⁊ doct. in dicto. c. j. §. idē quoqꝫ.
quod etiā voluit ibi gl. Jo. And. ⁊ Anto. de But. in. c. fin.
de despō. impub. Non enim puto dictā Joannā septēnem.
vel paulo maius tēpus habentem, habere potentiā, seu vi-
gorē ad coeundū. Dico igitur, vt predixi, matrimoniū nō
esse cōtractum inter eos, ⁊ sic eos nō esse cōiuges. Si tamē
idē Mathurinus predictā Joannā priusꝙ̄ matrimonium
cū alio contrahat, cognosceret, postꝙ̄ fuerit legitime eta-
tis, hoc est duodecim annorū, dicta spōsalia trāsirēt in ma
trimoniū, ⁊ sic fierēt predicti Mathurinus ⁊ Joanna viri
coniuges. d. §. idē quoqꝫ. ibi nisi per carnis copulā. ⁊ idē di-
co si postꝙ̄ dicta Joāna facta fuerit maior. xij. annis, ipsa ⁊
dictus Mathurinus simul cohabitarēt, vel ad inuicē con
uersarētur, vel se cōiuges nominarēt, aut se amplexarētur
tanꝙ̄ coniuges: per id qđ scribit gl. in. d. §. idē quoqꝫ. super
verbo, modū alium: vbi etiā Pet. de Anch. Gemi. Phil.
Fran. ⁊ alij: sed donec hec, aut eorū aliqua fiāt, vel donec
sponsalia predicta post legitimā etatē eiusdē Joā. per ipsaꝫ
expresse ratificentur, nō erit matrimoniū inter eos. Et per
hec patet respōsio ad primū quesitū: ⁊ sic nō est opus respō-
dere ad alia quesita. Que omnia, ⁊c.

Rubrica, De sententia ⁊ re iudica. Consilium. cccccij.

Epitome.

Sententiam ex multiplici capite impugnationi tu-
tatur.

1 Appellās a repulsione exceptionis debet probare illius
verita

veritatem, vt vincat.
2 Confessioni erronee, & facte per filiumfamilias, non est standum.
3 Sententie que feruntur in summarijs causis non requiritur q̄ sint conformes libello.
4 Sententia debet referri ad acta.



Quanuis Magister Bertrādus Fabri iunior, notarius nitatur ex capite multiplici impugnare sententiā pro probo viro Petro Chaumerani de Vasione, & contra eum promulgatam, & hoc in quadā eius pretensa schedula, que exorditur, Iustam causam habuit, &c. huiusmodi tamen impugnationes de iure non procedunt. Et primo quidem non procedit prima impugnatio, scilicet q̄ iudex a quo, seu locumtenens reuerendi in Christo patris domini rectoris comitatus Venaissini male processit in primo capite sue ordinationis, scilicet quatenus cognouit & declarauit dictum Fabri non fuisse vel esse admittēdum a parte eius petita in quadam eius schedula, exordiente, Deliberando super quadam pretēsa prestatione, &c. Cum quia prout apparet ex actis dicte cause reuerendus pater dominus Joannes Arzelerij pro tempore regens predicti Comitatus, viso processu facto in curia episcopali Vasionensi per & inter eosdem Fabri actorem, & Petrum Chaumerani reum, vna cum supplicationibus & schedulis hinc inde productis, & multis inuolutionibus iam fieri ceptis, & que fiebant in causa vilissima, idem dominus regens volens disceptationi partium iuxta mādatū superioris summarie, & breuiter finē imponere ordinauit, q̄ dictus Fabri fidē faceret summarie corā eo de pretēsis expēsis, & processibus: pro quibus pretendebat eundē Chaumerani sibi promisisse quatuor florenos, de quibus agebatur, vt illis visis posset summarie iustitia partibus ministrari. Cui ordinatiōi partes hincinde acquieuerūt: est autē posita ordinatio hec in processu prime instātie, fol. quinquagesimo quarto. Deinde vero dictus Fabri, seu eius procurator exhibuit & produxit parcellam declaratoriam expensarum, ac scripturarum, & dietarum, quarum pretextu pretendebat predictum Chaumerani sibi teneri in dictis quatuor florenis vt videri potest per illam parcellam, insertam folio quinquagesimo quinto: postquam subijciuntur alique scripture inserte a folio sexagesimo, vsque ad folium septuagesimum. Deinde vero folio septuagesi. tertio procurator dicti Fabri detraxit de dicta parcella grossos sex, et post parte dicti Petri Chaumerani datas & factas nōnullas impugnationes dicte parcelle, & declarationes de qua in ea predictus dominus locūtenens ordinauit, quod expense, de quibus in dicta parcella taxarentur per taxatores iuratos Carpentoractenses, sibi adiunctis magistris Elziario Raphaelis & Antonio Grossi notarijs: prout apparet folio primi processus octuagesimo octauo: deinde illas taxarunt, prout apparet folio nonagesimo quarto, & tribus sequentibus: & hoc ad summam decē & septem grossorum: post que omnia dictus Fabri videns, quod declarata per eum non sufficiebant ad ostendendum, quod quatuor floreni sibi deberentur, ad alia diuertit, et obtulit schedulam exordientem, Deliberando super quadam, &c. de qua mentionem facit in dicta eius schedula exordiēte, Iustam causam, &c. et eam assumit pro fundamento impugnationis dicte ordinationis lata per dictum locumtenentem. Et quidquid dicatur in schedula huiusmodi, exordiente, Deliberando, &c. & in prima eius parte, ex hoc tamen non sufficienter impugnatur taxatio dictorū iuratorum, et assumptorum: vt colligi potest, et clare apparet ex processu. Ceterum in secunda parte eiusdem schedule deliberando, &c. quidquid idem Fabri narrauerit, ipse tamen effectualiter petijt pronūtiari de & super certis pretensis expensis factis super declinatoria fori parte dicti Chaumerani opposita: deinde vero super negotio principali, & sic post cognitionem habitam de expensis potest responderi sue petitioni, hoc est cuidam pretenso libello parte eius oblato coram dicto domino vicario Vasionensi & qui interseritur in actis dicte curie insertis folio primi processus centesimo lvi. hec sunt ergo duo que fieri petebantur parte dicti Fabri: primū q̄ procedertur super dictis pretensis expensis: secūdum quod postea procederetur super negotio principali, & q̄ dictus Chaumerani responderet dicto pretenso libello. Quo ad primum non potest dictus Fabri pretendere se lesum etiam si est omissa cognitio huiusmodi. Cum q̄ nō apparet q̄ expense deberēt rescindi per dictū Chaumerani, de quo tamen apparere deberet quoad hoc, vt ex hoc capite vincere posset in causa appellationis: quia ad hoc q̄ appellans a repulsione alicuius exceptionis vincat, nō sufficit q̄ illa appareat legitima, sed opus est q̄
1 probetur veritas illius: vt probatur in c. interposita. circa principium: & quod ibi doct. de appel. & in c. ex parte A. de testib. pro quo facit notabile dictum Innocent. in c. post electionem. de concessio. preben. dicentis q̄ licet prima facie appareat exceptio rationabilis & legitima, tamē quādo iudex vehemēter suspicatur, q̄ non sit vera, ipse poterit exceptiones huiusmodi obmissa sententia proferre: nec debet timere appellationem: quia propter hoc, q̄ exceptiones prima facie legitimas non admisit, nō cassabitur sentētia, nisi in causa appellationis probetur de veritate exceptionis huiusmodi, aut earum alterius. Cum & quia non solum non apparuit quod dicte pretense expense deberent refundi, seu solui per dictum Chaumerani, sed potius contrarium: vt pote facte contra laicum reum, & talem presumptum, cum contrarium non probetur: quinimo nec allegetur & cuius forū propterea sequi debuit dictus Fabri. l. iuris ordinem. C. de iurisdictione omnium iudicum. & capi. cum sit generale. cū suis similibus. de foro competenti. Et maxime in hoc casu in quo idē, Fabri agere nitebatur de expensis scripturarū, & dietarum factarum in causa antea ventilata coram iudice seculari. Quo vero ad secūdum dictus dominus Regens ordinauerat, vt predixi, quod idem Fabri fidē faceret summarie de pretensis expensis: & processibus, &c. cui ordinatio ni vt predixi, acquieuerāt partes: non ergo debuit resumere dictus Fabri illam materiam principalem, & petere respondeti dicto pretenso libello, post scilicet cognitionem dictarum expensarum: quia in hoc veniebatur contra dictā ordinationem, que vt pote appellatione nō suspensa transiuerat in rem iudicatam. Si enim idem Fabri pretendebat se posse probare, quod supradictus Chaumerani promisisset soluere etiam expensas concernentes fiscum, ipse debebat super probatione huiusmodi insistere non petere libello respōderi post cognitionem, &c. tum etiam non tenebatur respondere tam pro eo, quia ex dispositione statuti comitatus Venaÿssini in causis non excedentibus decem florenos, que propterea minime dicuntur, proceditur summarie, simpliciter, & de plano, & sine strepitu iudicij & figura. Et nec libellus in ea offerendus erat, nec lis contestanda. clementi. sepe. de verborum significatio. Male igitur nititur ipse Fabri impugnare sententiam dicti locumtenentis ex illo capite, quia non admisit dictum Fabri a parte eius petita in predicta schedula, deliberando, &c. sed eum ab illis repulit. Super quo est aduertendum quod nō repulit eum a probando, aut ponendo, sed super ijs non insistebatur per dictū Fabri qui etiam in hac secūda instantia de illis nihil posuit, aut probauit, nec vt opinor probare laborauit. Preterea illa ordinatio fuit interloquutoria, a qua debuit idem Fabri appellare in scriptis: & non solum hoc, sed etiam debuit exprimere, ac specificare & probare causam pretensi grauaminis & aliam prosequi non potuit, etiam notoriam. clementina appellanti. de appellationibus. de quo scribunt doctores in multis locis. Nec sibi persuadere debuit idem Fabri, quod appellatio de qua in dicta schedula deliberando, &c. sibi profuerit. Cum quia in illa non fuit causa pretensi grauaminis specificata: Cū & q̄ si appellatio huiusmodo dici possit fuisse interposita a grauamine, illud fuit a pretenso grauamine futuro: qd̄ non fieri potuit: vt scribunt doctores in capitulo cum cessante. de appellationibus. & quod, vt ex predictis colligitur, non fuit postea illatum: & per hec patet responsio ad primam impugnationem, in qua dominus schedulās causas totis viribus inniti prosequitur, retroactis ante temporibus per eum non allegatas in ipsa appellatione, & sic impure ineptec̄, vt habetur in dicta clementina, appellanti, superius allegata. Secundo vero totis viribus impugnare nititur, omnem que operam impendere conatur ijs (de quo superius habita fuit mentio) dominus Fabri, sententiam latam promulgatamque & in publico causidicorum auditorio pronuntiatam, per dictum dominum locumtenentem, que quidem sententia lata fuit ea ex causa, eoq̄ ex capite, propterea quod predictus domi. Chaumerani non fuit a predicto domino locumtenente, vicemq̄ Judicis tenente, condemnatus in quatuor florenis, qui quidem petiti fuerunt parte predicti domi. Fabri, & vt ipse

pretendit per dictum Chaumerani deberi cōfessatis. Sed respondetur, ꝙ ex hoc non apparet dictus Fabri grauatus: cum enim fuerit per dictū do. regentē, vt sepe dictum est ordinatum, vt fidem faceret, ⁊c. ⁊ ea de quibus fidem fecit fuerint taxata dūtaxat ad decem ⁊ septem grossos, non fuit grauatus idem Fabri, cui non profuit, nec prodest pretensa confessio predicti Chaumerani: cum appareat illam fuisse erroneam, ⁊ factā de pluri, ꝙ deberet, quod maxime procedit stantibus terminis cum de pluri idem Fabri non probauerit in prima instantia, aut in secunda, ⁊ penes acta maneat dicta eius parcella taxata ad dictā summā: attenta enim declaratione, seu parcella facta per dictū Fabri, ⁊ in qua per taxatores multa fuerunt opportune, ⁊ iuridice resecata, potuit verisimiliter idem Fabri dolose, ⁊ per mendacia extorquere dictā pretensam confessionē. Unde cum ap-
2 pareat de contrario, ⁊ sic † ꝙ confessio fuerit erronea, ⁊ facta per filiumfamilias, non est illi standū: per id quod not. Ang. Are. in. §. si nūmus. vers. secundo casu, ⁊c. ibi, vt puta quando quis persuasione aduersarij. instit. de act. nec huic dicto obstat, quod dicta pretensa confessio facta fuerit in iudicio, ⁊ secundū processum de soluendo: per id quod not. Bart. in. l. error. vbi etiam do. Jas. vers. extra gl. nota. C. de iur. ⁊ fac. ig. ⁊ Bar. in. l. non fatetur. vers. sed an isto casu poterit reuocari preceptū. ff. de confes. Opponit preterea idē Fabri, ꝙ dicta sentētia fuit nulla: pro eo quia non fuit cōformis libello parte eius oblato corā dicto do. vicario. pro quo allegat. l. vt fundus. ff. commu. diuid. ⁊ cle. sepe. §. verū. de verb. sig. Cui respondeo in primis, ꝙ si pretendat sententiam dicti locūtenentis latam non esse conformem libello: pro eo quia nō est idem Chaumerani condēnatus in quatuor florenis, sed solum in decem ⁊ septem grossis, ⁊ a pluri absolutus, ipse verum dicit, sed non propterea potest sententia impugnari: alias iudex nunꝙ posset reum absoluere sed semper deberet eum condemnare ad petita: quod dicere esset plus ꝙ ridiculosum. pro quo videri potest Bal. in. l. ij. vers. item in tex. ibi, ex libello, ⁊c. C. de senten. ex peric. reci. Si vero pretendat, ꝙ alias prout esse debuit, non fuerit, aut sit conformis libello, respondeo ꝙ do. schedulans parum appensate considerauit dictam clemen. sepe. §. verum. ⁊ quod ibi Jo. de Lig. ⁊ alij doct. Bar. in extrauaganti, ad reprimendum. versi. sine figura, ⁊c. ⁊ Joan. de Ana. in. c. licet Hely. versic. vltimo scias, ꝙ iste textus quotidie allegatur. de symon. quatenus prefati doctor. scribunt, ⁊ notant
3 predictum. §. verum. non esse opus, ꝙ sententie que † feruntur in causis summarijs, illis scilicet in quibus proceditur summarie, simpliciter, ⁊ de plano, ⁊ sine strepitu, ⁊c. sint cōformes libello, aut petitiōi: sed sufficit ꝙ pronūtietur iuxta illud, quod petitum est, inter que multum refert: vt patet, legem intelligēti. Et hoc optime seruauit predictus locūtenens, ad quod animo cōtradicendi parum aduertit schedulans. Dictus enim Fabri in dicto suo libello petijt quatuor florenos ex causa, seu causis de quibus ibi. do. regēs ordinauit vt supra, fidem scilicet fieri per dictum Fabri de processibus, ⁊c. Fabri parēdo ordinationi exhibuit parcellam cum scripturis, de quibus supra, pro facienda fide, ⁊c. ⁊ deinde per taxatores ⁊ commissarios fuerunt expēse moderate, ⁊ taxate ad decem ⁊ septem grossos. Si igitur idem schedulās de his recordetur, ipse potest videre ex qua causa, de quibus ex causis fuerit condemnatus dictus Chaumerani in dictis decem ⁊ septem grossis, ⁊ quare a pluri petito fuerit absolutus. Si igitur non calumniemur, aut cauillemur, apparet sententiam dicti locumtenentis esse cōformem petitioni: refertur enim ad dictum libellum, ac scripturas, ⁊ moderationem factam per taxatores. per ea que habentur in. l. tertia. C. de sentent. que pro eo quod inter. per quam Pet. Cynus ⁊ multi alij in. l. vnica. C. de errore
4 calcul. dicunt, quod sententia refertur † ad acta. ⁊ multi in l. ⁊ diuerso. §. finali. ff. soluto matrimonio. Et si dici posset, vt nō potest, sententiam esse conformem libello, est tamen lata iuxta id quod petitum est: ⁊ sic non obstat impugnatio. Preterea etiam nec obstat id de quo vlterius opponit dictus Fabri, scilicet ꝙ ipse grauatus extiterit: pro eo quia fuit condemnatus in expensis factis super declinatoria fori: quoniam, vt iam superius sepissime mētio facta fuit, intentionis fundamentum fuit pro dicto Chaumerani reo, contra quem non apparuit, ꝙ ante exhibitionem seu supplicationē parte dicti Fabri productam coram dicto domi. vicario Uasioneñ. ipse Chaumerani conueniri potuerit coram eodem vicario: cum esset laicus, ⁊ talis presumptus: quia talis natus: ⁊ maxime quia conueniebatur pro expēsis actorum factorum coram iudice seculari: quod etiam videns idem Fabri, ⁊ cognoscens se errasse obtinuit causam aduocari, ⁊ deinde committi eidem domino vicario, ⁊ ideo dictus locumtenens eundem Fabri condemnauit in expensis: factis coram dicto domino vicario a principio cause, vsque ad tempus productionis dicte supplicationis, seu commissionis facte eidem vicario. Ex quibus apparet dictum locumtenentem bene processisse, allegata parte eiusdem Fabri in predicta schedula de iure non procedere, aut refragari predicte sententie: que ego subscriptus non pro defensione predicti Chaumerani, aut tanꝙ eius aduocatus, qualis profecto non sum, nec esse volo, sed tanquam defensor mee sententie, quod mihi licet secundum communem doctrinam scribentium dico, ⁊ scribo: ⁊ hanc schedulam mittendam, ⁊ exhibendam reuerendo patri domino iudici, ⁊ commissario cause huius exhibeo, qui si placet, illam videbit ⁊ pro suo more partibus iustitiam ministrabit: ⁊ que non debet parti exhiberi, nec in actis produci vt pote non facta per partes, aut earum aliquam, nec principaliter pro defensione iuris alicuius, sed pro defensione sentētie, ꝙ interest mea defendi quatenus de iure processit. Que omnia dixerim breuiter ⁊ succincte, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Rubr. De verborum significat. ¶ Consilium. ccccciij.

¶ Epitome.

¶ Prolis appellatione licet regulariter veniāt tam masculi quam femine, tamen quandoqꝫ fallit, vtpote cum appareat ex coniecturis aliud fuisse de mente testatoris.

1 ☞ Prolis appellatione qui veniant. ⁊ nu. 5.
2 Mens testatoris attendenda.
3 Uoluntas potius quā verba in fideicōmissis attendēda.
4 Ratio vnica quando tantum assignari potest illa habetur pro expressa.
6 Subrogatum non semper sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.
7 Jurisconsulti sepe respondent per verbum forte.



Ista Testamentaria dispositione honorabilis quondā viri Petri de Areabandosa senioris, vna cum hijsque postea in facto emerserunt, de quibus in casu mihi exhibito parte honorabilis viri Marquesij de Areabandosa eiusdē quondā testatoris nepotis ex Bertrādo de Areabandosa quondā filio, videtur prima facie dicendū, ꝙ cū honorabili quondā viro Claudio de Areabandosa dicti quondā Pet. testatoris ex Petro iuniore nepoti, superfuerint certe filie naturales ⁊ legitime, earū superexistētia debeat repellere eundē Marquesiū: pro eo qꝛ lʒ appellatione prolis videatur venire masculus natus ex masculo: per id quod habeť in. c. Raynal. de testa. vbi in prin. dicitur, si sine filijs masculis decesserit: ⁊ postea in eo. c. dicitur, nō habēs prolē: ꝙ necessario est intelligēdū de prole masculina, tū verius videť ꝙ appellatiōe
1 prolis † veniāt filius masculus ⁊ filia femina ⁊ alij descēdentes vtriusqꝫ sexus. l. officiales. ver. aut si proles defuerit. C. de epis. ⁊ cle. l. diui Cōstantini. ver. nulla ex iusto matrimonio legitima prole suscepta. C. de natu. libe. ⁊. l. ne diutius. ibi, ⁊ sic fit ascriptitia proles ex tali copulatione procreata. C. de agri. ⁊ cēsi. li. xj. per quā. l. dicit Bal. in repe. c. si pater. de testa. in. vj. ꝙ verbū proles idē importat ꝙ verbū liberi, seu liberorū. Unde cū appellatione liberorū veniant descēdentes mares ⁊ femine. l. liberorū. ff. de verb. sig. ergo appellatiōe prolis etiā veniūt descēdētes mares ⁊ femine: ⁊ ita cū, d. Claudio superfuerint filie naturales ⁊ legitime, non fuit ipse mortuus sine liberis. l. nō est sine liberis. ff. de ver. sign. ⁊ qō no. gl. ⁊ Bart. in. l. j. C. de cōdi. instr. ⁊ si sine liberis non decesserit, infert ꝙ nec sine prole legitima: ꝙ si ita est, imo qꝛ videť ita fuisse, nō euenit cōditio, sub qua predictus Marquesius se pretēdit esse substitutū: nō ergo pōt predictus Marquesius petere fideicōmissum per dictū testatorē relictū: qꝛ cōditionalis dispositio effectū sortitur ꝑ euentū cōditionis. l. cedere diē. ff. de ver. sig. ⁊. l. q her. ff. de cō. ⁊ de.
¶ Sed his nō obstātibus existimo contrariū esse verius. scʒ ꝙ verbū ples legitima positū in substitutione facta ꝑ dictum quondā Pet. debeat intelligi de ple masculina: ⁊ ꝙ ꝓpter ea superexistētia dictarū filiarū non debeat repellere predictū Marquesium

Marquesium substitutum. Pro quo in primis induco id quod consuluit Paul. de Castr. in quodam suo consilio exordiente, Visis et diligenter examinatis quibusdam consilijs, etc. quod tamen non est insertum in volu. suorū consiliorum, sed istud consilium commemorat idem Pau. in consi. lxxix. exordiente, Casus iste frequenter contingit: et in dicta. l. j. C. de condi. inser. illud etiam cōmemorat Bartholomeus Sozi. in quodam suo consil. exordiente, Cum impresentiarum de interpretanda voluntate defuncti agatur, etc. quod est. iiij. inter consilia Fran. de Cur. illud etiam commemorat idem Sozi. in repetitione. l. cum auus. versi. tertio queritur de questione valde solenni. ff. de condi. et demon. Erat enim casus super quo factum est consilium huiusmodi: quidam habens filium masculum et plures filias feminas in suo testamento reliquit filiabus certas quantitates iure institutionis: masculū vero heredem vniuersalem instituit, et si sine filijs vel liberis decederet, substituit sibi pium locum, quandam scilicet fraternitatem: deinde vero post aditionem, seu immistionem paterne hereditatis ab humanis decessit dictus filius heres superstite tantum vna filia. Unde locus pius petebat bona testatoris ex predicta substitutione, dicens casum vniuersalis fideicommissi extitisse: pro eo quia verba predicta sine filijs, vel sine liberis debebant intelligi, vt pretendebat, idest, sine masculis. Et hoc ideo quia non erat credendum testatorem plus dilexisse neptem ex filio, quam proprias filias: et ipsas filias voluisse esse deterioris conditionis, quam neptes. l. si viua matre. §. in nepotibus. C. de bo. mater. et. l. publius. §. fi. ff. de condi. et demon. sed si verba predicta intelligerentur tam de feminis, quam de masculis, iam esset melioris conditionis neptis testatoris, quam eius proprie filie: quia neptis faceret deficere conditionem fideicommissi: et sic succedent patri ab intestato: et per consequens etiam auo in omnibus bonis, et vniuersaliter. Et tamen proprie filie fuerant excluse ab vniuersali successione patris: quia non fuerunt vniuersaliter institute, sed filius masculus tantum: nec fuerant per fideicommissum substitute, sed locus pius. Ut igitur absurdum euitaretur superexistentia dicte neptis non videbatur repellere pium locum substitutum. Multas alias rationes recitauit Pau. de Cast. in. j. parte dicti consilij. lxxix. se allegasse in dicto primo consi. exordiente, Visis instrumentis: quas etiam refert Bartholomeus Sozi. in dicta. l. cum auus. vbi etiā refert Paul. de Cast. respondisse quindecim motiuis, seu fundamentis factis per consulentes pro nepte contra piū locum: que etiam recitātur per Sozi. Et dicit Paulus de Castro, in dicto consi. lxxix. quod post eum ita consuluerint collegialiter omnes doct. Florentini: et quia omnes aduocati consistoriales romane curie, vno excepto: et demum duo Rapha. hoc est Cuma. et Fulgo. Unde cum in casu, qui occurrit, dictus quondam Petrus testator habens duos filios masculos, Petrum, scilicet et Bertrandum, et quatuor filias, ipsis filiabus et earum cuilibet vltra et preter dotes suas, certas summas pecuniarias iure institutionis reliquerit, et ab vniuersali successione tam instituendo, quam substituendo, quandiu tamen superessent liberi masculi, excluserit, et dictos filios masculos heredes vniuersales instituerit, et deinde tam ipsos, quam eorum liberis masculos substituerit, prout in dicta testamentaria dispositione et in casu mihi exhibitio continetur, sequitur quod verbum proles legitima, positum in dicta substitutione debuerit et debeat restringi ad prolem masculinam, seu liberos masculos: ne videatur idem testator plus dilexisse proneptem post mortem eius conceptam, et per consequēs per eum non visam, quam proprias filias, ad quas tamen censetur habuisse maiorem affectionem, quam ad predictā proneptem dicta. l. si viua matre. §. in nepotibus. et in allegata. l. publius. §. fi. ¶ Et supposito citra preiudicium veritatis quod scripta per Pau. de Cast. in dicto consilio, visis instrumentis, etc. et recitata per eum in dicto consi. lxxix. nō transirent sine dubio, prout etiam ipse fatetur tam in dicto consi. lxxix. quam in preallegata. l. j. C. de condi. inser. Tamen hoc non officeret ei, quod predixi, nec intentioni predicti Marquesij: quia in casu nostro non solum instituit ipse testator liberos masculos, et exclusit filias feminas ab vniuersali institutione, sed etiam substituit non quidem pium locum, aut alium extraneum, sed masculos ex eo descendentes, quandiu aliqui superessent, et post eos feminas. Et ita dici non potest, quod sue posteritati pretulerit extraneos: contra dictam. l. cum auus. l. generaliter. §. cū autem. C. de iusti. et substitutio. et. l. cum acutissimi. C. de fideicom. de quibus per consulentes pro nepte: fiebat magnum fundamentum contra opinionem Pau. de Castr. de qua in dicto consil. Visis instrumentis. Et sic videtur idem testator habuisse considerationem agnationis in qua volunt bona remanere, et quam conseruari voluit, et que conseruatur in masculis non in feminis que transeūt in alienas familias, et que solent esse caput et finis agnationis earundem. l. pronuntiatio. §. mulier. ff. de verbo. signi. Et ita videtur quod non obstante superexistentia dictarum proneptium testatoris, seu filiarum dicti quondam Claudij masculi vltimo loco vita functi, fuerit et sit locus substitutioni in persona predicti Marquesij. Pro cuius dicti declaratione premitto, quod tam de iure diuino, quam positiuo, et humano attenditur mens † et voluntas testatoris. c.
2 Marchion. et Basilides. j. q. j. vbi probatur, quod in verbis scripturarū non sit euangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medula: non in sermonum folijs, sed in radice rationis: pro quo facit id quod habetur Luc. viij. et Mathe. vij. et. l. in conditionibus primum locum. ff. de conditio. et demon. l. scire oportet. §. sed et si maxime. ff. de excu. tuto. et. l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de conditio. et demon. Et hinc est quod nonnunquam improperantur verba, vt seruetur mens. l. non dubium. ff. de legi. et. l. procu. lus. ff. de vsufruct. dicimus etiam quod vbi manifestissimus est sensus testatoris, nunquam interpretatio verborū tantū valet vt melior sensus existat. l. si quis filium. C. de liberis preteri. vel ex here. Etiam dici solet, vt seruetur mēs testatoris, quod plus fuerit dictum, quā scriptum: quia fingit lex, quod plus dixerit testator, quam notarius scripserit. Et ideo hoc quod fingit lex fuisse dictum, habetur pro scripto dicta. l. cum auus. ff. de condit. et demon. l. cum acutissimi. et. l. generaliter. §. cum autem. superius allegatis. Et precipue debet mens testatoris attendi, et seruari in fideicommissis. l. fideicommissa. §. item si quis. ff. de lega. iij. Et non solum debet seruari mens expressa, sed etiam tacita, que ex conie-cturis colligitur. l. cum proponeretur. in fi. et. l. qui soliduz. §. j. ff. de lega. ij. et dicta. l. cum auus. et. l. licet imperator. et quod ibi Bar. ff. de lega. ij. Et istud est quod iura dicunt, scilicet quod in fideicommissis potius inspicitur † voluntas, quaz
3 verba. l. cum virum. C. de fideicom. l. iij. §. conditio. ff. de adimuen. lega. et quod not. Bald. in. l. quoniam indignum. C. de testa. Et dicit Bal. in. l. fi. C. de impube. et alijs substitutio. quod ex cōiecturata mente testatoris receditur a vi et natura cōiunctionis verbalis. Ex quibus infertur nos magnopere debere attendere ad mentem seu voluntatem predicti testatoris, vt illam seruemus, cum non repugnet solennitatibus iuris. l. nemo potest. ff. de leg. j. et. l. codicillis. ff. de lega. ij. Sanctissimi enim patres, et lex ciuilis statuerunt omnimodo seruandam esse vltimam voluntatem. c. vltima voluntas. xiij. q. ij. l. j. C. de sacrosanc. eccle. et auth. de nup. §. disponat testator. collatio. iiij. ¶ Nunc igitur descendendo ad propositum dico, quod ex dicta testamentaria dispositione colligitur euidens, et fortis coniectura quod dictus quondam Petrus testator substituendo prout in dicta eius testamentaria dispositione, per illa verba, sine prole legitima, intellexerit non de prole tam masculina, quam feminina, sed soluz de prole masculina, seu de liberis masculis: et quod duntaxat per superexistentiam liberorum masculorum repellerentur masculi per eum substituti; et non per superexistentiam filiarum feminarum; pro eo quia in illo casu substitutionis vt iam dixi proprias eius filias non vocauit, nec sic disposuit, vt ipsarum superexistentia substitutos repelleret: vt patet in dicto testamēto. Si ergo substitutos pretulit proprijs filiabus, potius dicendum est quod ipse eosdem pretulerit neptibus, proneptibus, et alijs descendentibus feminis. dicta. l. si viua matre. l. publius. §. fi. superius allega. Pro quo bene facit, quod not. Bar. in. l. fi. versi. quero de questione mihi occurrente. ff. ad Trebellia. et in. l. Gallus. §. etiam si parente. versi. quero iuxta predicta. ff. de libe. et posthu. Et ratio mouens testatorem ad sic disponendum, fuit conseruatio agnationis eiusdē, ad quam multum prosunt diuitie. l. quod omnibus. circa principium. ff. de lega. j. l. j. §. sed et si seruus. ff. de ven. inspicien. authen. de testi. §. sancimus. collatio. vij. et. l. pietatis. C. de suspec. tutori. Et quia alia ratio propter quam dictus testator dictos Petrum et Bertrandum filios, et eorum liberos masculos, si superessent, pretulit dictis eius filiabus, non videtur posse assignari, nisi ea quam dixi, scilicet
4 ratio conseruande agnationis eiusdem testatoris, illa ha-

beri debet pro expressa. per id quod not. Bald. in l. maximum vitium. C. de liber. preter. glos. in l. quamuis. C. de fideicom. vbi Bald. super illam glos. concludit, ꝙ quando vna ratio tantum reddi potest, illa habetur pro expressa, tam in testamentis, ꝙ in statutis: not. Ioan. de Imo. in l. fin. ff. de heredib. instituen. & hoc modo arguit Cuman. in consil. xx. exordien. Proponitur ꝙ Ser Blanchus. Romanus consi. xx. exordien. In presenti causa. & cōsi. ccccuij. exordien. In casu proposite consultationis. & Alexan. de Imo. consil. xlviij. exordien. Super hesitatione. in j. volu. & do. Philip. Deci. in consil. xv. exordiente, Et pro tenui facultate mea, &c. versic. secundo principaliter. Et quamuis ad ostendendum ꝙ dictus testator per illa verba, sine prole legitima, senserit de prole masculina, seu liberis masculis, & ꝙ propterea dicte proneptes non possint repellere predictum Marquesium, possint multa allegari & induci. Tamen quia comperio fuisse plenissime, & eleganter per spectabiles viros do. primo scribentes scriptum & allegatum, non mihi visum est esse necessarium super hoc vlterius multum insistere: sed sufficiat allegasse ꝙ in simili casu pro masculis substitutis contra filias grauati mortui sine masculis, consuluit Pau. de Cast. in dicto consi. lxxix. versic. nunc deuictus instantia amicorum, &c. Franci. de Aret. in quodam suo consilio exordiēte, stomachatus sum, &c, quod non est insertum inter consilia sua, illud tamen commemorat Barto. Sozi. in dicta l. cum auus. versic. quartus casus. ff. de condi. & demon. illud etiam commemorat idem solennis doctor in dicto eius consilio exordiente, cum impresentiarum, &c. quod est quadragesimū, inter consi. Francis. de Cur. & cōmemorat hoc in versi. iij. comprobatur: vbi etiam refert eundem Franci. de Are. fuisse potissime motum per singularem doctrinam Richard. Malumbr. quā refert & comprobat Ioan. And. in addi. Specu. in rubr. de testa. ver. sub hoc titulo generali, tanquā questionem Richard. &c. fuit enim casus. Titius habēs duos filios Seyum, scilicet & Meuium heredem, instituit Seyum eum rogans ꝙ hereditatem si decederet sine liberis, restitueret Meuio fratri, vel eius heredibus masculis: mortuo Titio testatore moritur Meuius relicto nepote ex filia mortua, vel viuente, demum moritur Seyus heres rogatus sine liberis: querebatur an fideicommisso esset locus in persona dicti nepotis ex filia: & determinat Richard. ꝙ non, duabus rationibus per eum assignatis, quas dicit Franc. de Are. in dicto suo consilio. prout refert Sozi. in loco predicto mirabiliter facere ad propositum: & sic ad casum nostrum quia in simili vt iam dixi consuluit idem Francis. Etiam in casu simili consuluerunt Catho. & plures alij doct. Papieñ. prout refert Bartho. Sozi. in consi. & loco proprie dictis: in simili casu etiam consuluit Andr. Bar. in quodam eius consilio exordiente, circa hanc dubitationem, &c. quod est insertum inter consilia Alexā. de Imo. & est consi. lij. in iiij. volu. vbi plenissime. quod consiliū cōmemorat Bartho. Sozi. in consi. & loco predictis. Etiam in simili casu consuluit idem Sozi. in dicto consi. quadragesimo, quin etiā idem tenuit in dicta l. cum auus. versi. quartus casus. etiam in simili consuluit do. Philip. Deci. in dicto consi. quinquagesimo. Et cōsuluerunt hi omnes pro masculo substituto. Cum igitur pro intetione dicti Marquesij faciant fundamenta superius allegata non videtur esse hesitandum, quin predictus Marquesius ad predictā substitutionē admitti debeat, non obstante superexistētia dictarū proneptuum: quamuis sciā domi. Ludo. Bolog. quodam eius consi. exordiente, licet ergo inter eos minimus, &c. quod est. liiij. inter consilia Alexā. de Imo. in iiij. volumi. aliter consuluisse. Sed ex his que scribunt prefati doct. in locis predictis apparet facilis responsio: preterea id quod predixi communiter tenetur: a communi autē opinione non est in iudicando aut consulendo recedendū. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. & quod scribit Hosti. & alij in c. j. de constitu. Bart. & alij in l. fi. C. de pe. indi. qui ma. iudica. ¶ Sed contra predicta videtur multum obstare dispositio dicti testatoris, si substitutiones per eum facte opportune colligantur. Ipse enim premissis institutionibus factis de dictis Petro Iuniore, & Bertando eius filijs, subiecit primam substitutionem & hoc sub his verbis satis inepte ordinatis: & si contingebat dictos Petrum & Bertrandum de Arcabandosa fratres & filios meos, & liberos ipsorum natos ipsius Petri filij mei, & hinc & inde dictorum filiorum meorum, & ex eorum legitimis matrimonijs & cuiuslibet eorundem nascituris & procreandis mori sine prole legitima ex eis, & eorum legitimis matrimonijs & cuiuslibet eorundem carnaliter procreata, casu predicto quod absit, substituo vnum alteri, & alterum alteri alternatiue eorum successores, & heredes, & liberos ipsorum, & cuiuslibet eorundem masculos, si qui sint, vel fuerint & in defectum masculorum femellas: ita tamen, &c. prout in dicto testamēto. Et hec est prima substitutio. Deinde vero subiunxit aliam sub ijs verbis. Et si contingebat dictam substitutionem habere locum in liberos natos, & nascituros dicti Petri filij mei, & deinde contingebat ipsos, seu alterum eorundem mori sine prole legitima ex eis, & eorum quolibet & legitimo matrimonio carnaliter procreata, casu predicto, quod absit, substituo eis & eorum cuilibet vnum alteri, & alterum alteri alternatiue, & eorum successores & heredes, scilicet liberos masculos si qui sint, vel fuerint. Et in defectum masculorum videlicet femellas ita tamen ꝙ liberi masculi dum priores, &c. Successiue vero opponitur & alia, & hec sub ijs verbis, Et viceuersa si forsan contingebat dictam substitutionē habere locum in liberos dicti Bertrandi filij mei, Et deinde contingebat ipsos seu alterum eorundem mori sine prole legitima ex eis, & ex eorum cuiuslibet eorum legitimo matrimonio carnaliter procreata, casu predicto, quod absit, substituo eisdem, & eorum cuilibet videlicet vnum alteri & alterum alteri alternatiue, & eorum successores, & heredes liberos masculos, si qui sint, vel fuerint: & in defectū masculorum videlicet liberos femellos ita tamen ꝙ liberi masculi dum priores nati fuerint, &c. Unde cum per mortem dicti Claudij desierint esse liberi masculi dicti quondam Petri Iunioris, ita ꝙ nullus superfuit, videtur ꝙ dicte proneptes, hoc est filie predicti quondam Claudij non solum debeant repellere predictum Marquesium, sed etiā primo nata inter eas, & sororem patruelem videatur fuisse eidem quondam Claudio substituta: & hoc per ea que continent in dicta secunda substitutione: vbi deficientibus liberis masculis dicti Petri Iunioris, vel suorum liberorum, femelle ex eisdem descendentes videntur inuitate, seu substitute ex expressa dispositione testatoris. ¶ Sed huiuscemodi oppositione non obstante, que vere non obstat, dico & respondeo prout supra. Quia si bene attendatur testamentaria dispositio predicti testatoris, quamuis satis scabrosa & male dictata, & casus qui euersit nos, nō sumus in casu substitutionis facte inter liberos Petri: & sic in casu secunde substitutionis: sed sumus in casu prime substitutionis facte inter dictos Petrum & Bertrandū primos heredes, & eorum liberos masculos, in qua substitutione reciproce, seu breuiloce substituit testator Petro Bertrandum, & Bertrandum Petro: substituit etiam liberos masculos eorundem. Unde cum masculi dicti Petri defecerint per mortem Claudij sine liberis vita functi, fit transitus ad liberos masculos dicti Bertrandi, qui si viueret, ipse censeretur inuitatus nec dicta secunda substitutio facta scilicet inter liberos Petri huic dicto refragatur: nec potest adaptari casui, qui emersit: pro eo quia in illa dicitur, Et si contingebat dictam substitutionem habere locum in liberos natos, & nascituros dicti Petri, vbi loquitur de prima substitutione facta inter dictos Petrum & Bertrandum, & eorum liberos masculos: que ante mortem dicti Claudij locum non habuit. Et idem dico de. iij. substitutione, que etiam locum non habuit: cum linea masculina dicti Bertrandi nō defecerit. Et sic nondum fuerat factus trāsitus de vna linea masculina ad aliā. Preterea in dicta secunda substitutione non solum ponitur, & sic contingebat dictam substitutionem habere locum in liberos natos, & nascituros dicti Petri, sed etiam subiungitur, Et deinde contingebat ipsos, seu alterum eorum mori, &c. Et idem dicitur in dicta. iij. substitutione mutatis mutandis. Ex quibus verbis colliguntur due conditiones: Prima ꝙ substitutio habuerit locum in liberos natos, & nascituros dicti Petri vel dicti Bertrandi. Secundo ꝙ deinde ipsi seu alter eorum moriatur sine prole legitima ex eis, &c. Sed prima conditio non euenit: & sic non est purificata dispositio conditionalis, nec effectum sortiri potest: dicta l. cedere diem. ff. de verbo. sig. nec peti fideicommissum ex hac pretensa substitutione postquam conditio defecit. Quia autem dicta prima substitutio locum non habuerit in liberis dicti Petri, hoc apparet pro eo quia illa concepta est effectualiter sub conditione, si idem Petrus, vel sui liberi masculi decederent sine prole legitima quod vt predixi intelligitur idest sine prole mascu-

lina,

lina, ipse vero Petrus non decessit sine prole huiusmodi quia eidem superfuit Claudius. Et sic dici non potest ꝙ idem Claudius fuerat ei substitutus. Et idez dico de aliis liberis masculis dicti Petri si qui superfuissent, quia cū eidem fieret substitutio quo ad iuris effectum sub conditione sine prole, ⁊c. vel si cum prole que postea decederet sine ple, non poterat dici quod dicta proles Petri fuerit eidem Petro substituta: quia nō poterat Petro succedere proles sua masculina si ipse sine ple huiusmodi decederet: sed fuerunt ipsi Petro sub duplici conditione vel vna alternatiue concepta substituti dicti Bertrandus, ⁊ liberi eius masculi. Et idem dico de Bertrando, ꝙ scilicet fuerit sibi facta substitutio sub duplici cōditione, vel vna alternatiue concepta: quanuis scabrose: iuxta not. per Bar. in. l. Centurio. in. iij. questione principali. versi. quere vlterius quid si testator dixit, si filius meus decesserit sine liberis, vel liberi sine liberis, ⁊c. quod ibi per alios. ff. de vulga. ⁊ pupil. Non potest igitur pretendi vt iam dixi, quod prima substitutio sibi locum vendicauerit in dicto Claudio, vt pote non substituto: substituto inquam dicto Petro eius quondam patri: quia non nego quin fuerit substitutus dicto Bertrando patruo, sed hoc nihil ad rem. Nisi forte diceret quis ꝙ liberi predicti in conditione censeantur substituti: ⁊ sic ꝙ dictus Claudius fuerit patri substitutus. Sed contrarium tenuit glo. in. l. Lucius. la secunda. ff. de heredi. insti. quam doct. communiter ibi approbant: illam etiam approbant in. l. j. C. de cōditio. inser. Et pro hoc possunt induci mille, vt ita loquar authoritates doctorum tam in scribēdo, quam consulendo, sed non oportet, nec expedit, nec dictus Claudius fuit sibi ipsi substitutus: ⁊ sic in eo non habuit locum dicta prima substitutio, sed propter mortem ipsius sine liberis masculis vita functi habuit ⁊ habet locum in persona predicti Marquesii. Et sic si opportune attendatur ad dictam testamentariam dispositionem, non fuit, nec vnquam erit locus dicte secunde substitutioni de qua in dicto versicu. Et si contingebat dictam substitutionem habere locum in liberos natos, ⁊ nascituros dicti Petri filii mei, ⁊c. ex eo quia substitutio de qua ibi non fuit purificata nec imposterum purificari poterit: pro eo quia defecerunt liberi masculi dicti Petri Iunioris, in quibus propterea non potest purificari, nec imposterum purificabitur, nec puto ꝙ aliquis visa ⁊ opportune considerata dicta dispositione aliter sit dicturus. Offenderet enim mentem dicti testatoris, que vt aperte colligitur ex prima substitutione fuit, vt quandiu superessent dicti Petrus ⁊ Bertrandus, aut aliqui masculi ex eis, seu eorum altero legitime procreati, repellerentur ⁊ excluderentur femine propter reciprocas, seu breuiloquas substitutiones inter eos factas, ⁊ post hec in secunda substitutione si per deffectum filiorum masculoruz dicti Bertrandi habuisset locum dicta prima substitutio, in liberis dicti Petri, substituit idem testator, vt ibi. Et idem fecit in tertia substitutione si econtra, hoc est si per defectum liberorum masculorum dicti Petri habuisset locum eadem prima substitutio. In liberis eiusdez Bertrandi, ⁊ sic clarissime patet quod dicta obiectio non refragatur, siue obstat ei quod predixi. ¶ Et quanuis, vt superius dixi, dominus Ludo. Bolog. in dicto suo consilio, exordiente, Licet ergo inter eos minus, ⁊c. quod est. liij. inter consilia Alex. de Imo. in. iiij. volu. senserit contrarium eius quod superius dictum extitit, ⁊ pro huiuscemodi suo dicto, seu opinione multa induxerit, tamen quod predixi communiter tenetur, pro quo dicto possunt induci nouem fundamenta que idem doctor contra se induxit in dicto consilio, ⁊ quibus non videtur opportune respondisse, si bene inspiciantur eius responsiones, iunctis his que post Pau. de Ca. in dicto consil. visis instrumētis, ⁊c. scribit Bartho. So. in dicta. l. cū auus. versi. quibus premissis respondet ad ea que in cōtrariū adducūtur vbi respōdet quindecim fundamētis. Etiā quod in omnibus non procedāt dicte responsiones, colligitur ex multis scriptis in consiliis superius per me allegatis. Et quanuis opinio Pau. de Cast, in dicto consilio non transeat sine dubio vt superius dixi, tamen in casu nostro in quo non est tale, nec tantuz dubium ⁊ rationes per Pau. pro sua opinione inducte, ⁊ responsiones facte ad fundamenta, contrariam opinionem tenentium, quam plurimum seruiunt. Non obstat etiam ei quod
5 superius dixi, quod verbum proles, idem significet, quod nomen liberorum. ⁊ quod per cōsequens appellatione prolis legitime veniant tam mares, quam femine, dicta l. liberorum. ff. de verbo. signifi. Quoniam respondeo hoc esse regulariter scilicet quando ex coniecturis non posset apparere de alia mente testatoris: quia si de ea appareat, illa seruanda est. l. cum questio. in fi. C. de lega. l. cum proponeretur. ff. de lega. ij. ⁊ dicta. l. in conditionibus primum locum. Unde cum vt apparet ex predictis, fuerint ⁊ sint cōiecture in casu nostro, ꝙ verbum, proles legitima, debeat intelligi de masculis, ⁊ ad illos restringi, dicendum est quod soli masculi possunt repellere substitutos, ne plus tribuamus neptibus, proneptibus, aut aliis vlterioribus feminis, quam propriis filiabus testatoris: quod non est fiendū propter motiua ⁊ rationes inductas per Pau. de Cast. ⁊ alios superius allegatos. Etiam nec obstat id quod pro
6 suo fundamento assumit idem domi. Ludo. scilicet quod subrogatum debeat sapere naturam illius, in cuius locum subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Unde cum neptes, secundum eum, subrogate essent in loco filii premortui earum patris, ⁊ ex eo prouenissent, ergo debebant sapere eius naturam, ⁊ conditionem. ⁊ ꝙ sicut ille successerat, ita ⁊ iste succedere debebant tanquam ex stipite habili ad succedendū, ⁊ patrem representantes. Quoniā respondeo, ⁊ dico assumptum esse falsum: pro quo induco duas glo. ordinarias a doctoribus communiter approbatas: primam in. l. j. C. de iis qui ant. aper. tabu. secundam in l. heredes mei. §. cum ita. super verbo, suscepisset. ff. ad treb. ⁊ quod vtrobiqꝫ scribunt docto. ⁊ Ioan. de Imo. Alexan. de Imo. ⁊ alii in. l. cum ex filio. in principio. ff. de vulga. ⁊ pupilla. ⁊ Oldra. in consi. cxxxj. exordiente, quidam habēs tres filias, ⁊c. quanuis voluit, quod si quis, pone Titius habens duos filios, testetur, ⁊ illos heredes vniuersales instituat, ⁊ primo decedēti sine liberis substituat superstitem, ⁊ deinde cōtingat vnuz mori superstitibus Sempro. filio, ⁊ fratre, ⁊ deinde sine liberis moriatur frater huius Sempronii patronus idem Sempronius non censetur eidem substitutus, nec succedet prout successisset pater si vixisset. Ecce ergo ꝙ in materia testamentaria in qua nos loquimur, non procedit assumptum Ludo. Bolo. scilicet ꝙ subrogatū sapiat naturā illi⁹ in cuius locū. ⁊c. ¶ Etiā nec procedit aliud fundamentum per eum assumptum ex dicto Bal. in. l. venia. C. de in ius vocan. quatenus voluit, quod si statutum dicit, quod filius excludat filiam, idē etiā erit in nepote ex filio premortuo, vt scilicet filiā excludat. Sed quia ex parte mulieris versatur odium, si statutum dicat, ꝙ filia non succedat, succedet neptis ex filio qui representat patrem, qui successisset, si vixisset, per hanc enim caudā pretendit idem doctor, ꝙ quemadmodum statutum huiusmodi filiam excludit a successione patris, seu etiam aui materni, non autem neptez ex filio: ita ⁊ in casu nostro quāuis filie predicti testatoris excluse extiterint ab vniuersali successione eiusdem testatoris, non tamen proneptis ex dicto quondā Claudio cuiusmodi sunt filie dicti Claudii. Quia respondeo ꝙ illud dictum Bald. communiter reprehenditur in dicta. l. venia. Et primo quidem per Ful. dicentem ꝙ sicut per filiuz masculum, excludunt filie femine, ita debent excludi neptes ex filio: per dictam. l. si viua matre. Et pro cōfirmatione opinionis Ful. inducit Alex. de Imo. in dicta. l. venia. ꝙ aut neptis ex filio vult succedere ex persona sua, ⁊ non potest, quia filius idem que patruus est in primo gradu, ipsa vero in secundo, ⁊ sic excluderetur tanquam remotior. l. ij. §. j. cuz suis simil. ff. de suis ⁊ legiti. aut vult succedere ex persona patris, ⁊ non potest: quia qualitas masculina sexusque erat in patre, nō est in ipsa nepte, ergo non potest representare personam patris in terminis predicti statuti, ea. l. fi. C. de natura. libe. Quo arti. vtitur Bart. in dicta. l. liberorum. versi. quero pone retento, ⁊c. ⁊ in versi. sequenti. Pro hoc etiam facit ratio cōseruande agnatiōis, que presumitur fuisse ratio dicti statuti: prout scribit Cynus in lege prima. C. de adulteriis. ⁊ Ioannes Andreas in rubrica, de successio, abintestato. ⁊ alii in multis locis, ⁊ ob hoc Alexā. de Imo. in dicta. l. venia. putat dictum Fulgo. esse verum. Et sic impugnato dicto Bald. sequitur Fulgo. hoc dictum Fulgo. ⁊ contra Baldum etiam sequitur Francis. de Aret. doctor profecto illustris in dicta. l. venia, versiculo sed tunc stat dubium quid dicendū in nepte nata ex filio masculo. vbi relato dicto Bald. subdit, sed tu dicas quod argu. forte remaneat exclusa, sumpto a tanto magis: ꝙ habet locū in materia etiā correctoria vt notat glossa in authentica preterea. C. vnde vir ⁊ vxor. Si enim statutum propter masculos filios voluit excludere filias feminas,

quanto fortius neptes: nec quenquam moueat ꝙ Fran. 7 de Are. loquutus fuerit per verbum† forte, quia per verbũ forte respondent sepe periti: ⁊ per illud respondetur de veritate. l. Gallus. §. forsitam. ff. de libe. ⁊ postbu. l. mutus. in princ. ⁊ quod ibi glo. ff. de procurato. l. si duo. ⁊ quod ibi glo. ff. de arbi. Multas remissiones ponit Andre. Sicu. in sua Joannina. c. Reynaldus. versic. ⁊ si quispiam dixerit. de testa. perinde ergo censetur Fran. de Are. affirmasse quod dixit, ac si loquutus extitisset sine verbo forte. Etiã contra Bald. tenet do. Jas. in dicta. l. venia. versic. ij. conclusio, ⁊c. vbi recitato dicto Bal. subiungit ꝙ Fulgo. ⁊ Alex. de Jmo. triplici fundamento Bal. reprehendunt. Et quãuis do. Ludo. in dicto consil. versi. nihilominus, ⁊c. dicat, ꝙ Pau. de Cast. solenne dictum. Bald. de quo supra: refert, ⁊ plus non dicit: honore tamen tanti viri saluo dixerim, Pau. de Cast. plus dicit, scilicet ꝙ alij dicunt filium ⁊ nepotem ex filio excludere non solum filiam, sed etiam neptem ex filio: cum statutum factum sit in fauorem agnationis: vt apud eam remaneant bona: allegantes not. per Cy. in dicta. l. j. C. de adulte. Unde cum hanc opinionem recitauerit Pau. de Cast. in vltimo loco, non esset ponere os in celum, dicere ꝙ ipse illam sequatur: per id quod. not. glo. in. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. ⁊ quod not. Bald. Ange. ⁊ doct. in. l. si idem cum eodem §. fin. ff. de iurisdic. omni. iudic. Non tamen nego quin post hec Paul. de Castr. dixerit esse videndum Bar. in dicta. l. liberorũ. Ecce ergo ꝙ dictum Bal. impugnatur per multos, ⁊ quidem clarissimos doctores, Fulgo. scilicet, Francis. de Are. Alex. de Jmo. ⁊ do. Jas. Preterea nec etiam obstat aliud fundamentum assumptum per Bologni. scilicet ꝙ casus omissus remaneat in dispositione iuris communis. l. si cũ dotem. in princ. ff. solu. matri. ⁊ l. commodissime. ff. de libe. ⁊ postbu. Quoniam respondeo, ⁊ nego casũ qui occurrit, fuisse omissum: cum vt sepissime dictum est, verbum, prole legitima, debuerit ⁊ debeat intelligi de prole masculina, seu de liberis masculis per fundamenta ⁊ rationes allegatas tam supra, quam in consilijs superius allegatis: ⁊ per Bartho. Sozi. in dicta. l. cum auus. post Pau. de Castr. in dicto consi. visis instrumẽtis. Etiam nec obstat aliud fundamentum sumptum ex. l. ex pluribus tutoribus. iuncta glo. ff. de administra. tuto. vbi pretendit probari ꝙ priuilegium ⁊ omne ius mihi competens, competit etiam heredi meo si sit de suis, non autem extraneo. Quoniam respondeo illud esse regulare, sed sepe fallit: ⁊ quidem in heredibus grauatorũ, ⁊ eorum qui grauatis successerunt. vt verbi gratia, si ego instituo filium, ⁊ sibi si sine liberis masculis decesserit, substituam Semproniũ, ⁊ deinde contingat filium mori sine liberis masculis, superstitibus autem vna eius filia naturali ⁊ legitima, ⁊ Sempronio substituto, nõ competent ea omnia bona seu iura nepti, que competierũt filio: ⁊ hoc continget propter grauamen. Et idem esset in alio casu, si scilicet instituerem filium, ⁊ sibi si sine liberis masculis, vel ipsi liberi sine liberis masculis ab humanis decederent, substituam Titium: quia si contingeret filiũ mori superstite filio, eodemque nepote meo, ⁊ deinde illũ nepotem mori sine masculis, superstite autem vna filia ⁊ substituto, illi non competerent omnia iura que competierunt eius patri, eidemque nepoti meo. Et hoc propter grauamen iniunctum filio meo, ꝙ fuit purificatum per mortẽ nepotis sine masculis vitafuncti: quod fieri potuit: per ea que scribit Bar. in dicta. l. Cẽturio. in. iij. questione princ. versicu. quero vlterius, quid si testator dicit, si filius meus decesserit sine liberis, vel liberi, sine liberis, ⁊c. vbi etiã alij. ff. de vulga. ⁊ pupil. Bald. Sali. ⁊ alij in. l. precibus. C. de impube. ⁊ alijs substitutio. ⁊ Philip. Franch. in. c. si pater. de testa. in. vj. Etiam nec obstat aliud fundamentũ assumptum per do. Ludo. Bolog. in dicto consi. versic. sed quid argumentationibus predictis opus est. vbi pretendit ꝙ appellatione filiorum, veniunt filie. Quoniam respondeo hoc esse regulare ⁊ idem fateor de verbo liberorũ, ⁊ de verbo prolis legitime, vt superius dixi, sed in casu isto verbũ, proles legitima, debet restringi ad liberos masculos, per rationes superius allegatas: ⁊ longe abundantius in dictis consilijs: ⁊ per Bartholo. Sozi. in loco superius allegato post Pau. de Castr. in dicto consilio, Uisis instrumentis. Et eodem modo respondeo ad aliud fundamentũ, de quo per Ludo. in. versicu. ⁊ fortius probat ille tex. in dicta. l. cũ accutissimi. Eodem modo respondetur ad aliud fundamentum de quo in versi. omittendo nunc vltimo testamẽto, ⁊c. Quia siue dicamus liberos positos in conditione nõ censeri inuitatos, quamuis repellant substitutum, quod tenuit glo. ⁊ doct. communiter in dicta. l. Lucius. la. ij. ff. de heredib. instituen. ⁊ doc. in infinitis alijs loics, tam in consulendo, quam in scribendo, siue teneamus contrarium, scilicet ꝙ imo censeantur inuitati, quod aliqui voluerunt, nihil ad casum nostrum: pro eo quia, vt sepissime dictum est verbum prole, debet restringi ad prolem masculinam per rationes predictas. Et sic nec dicte proneptes censentur fuisse inuitate, nec ex mente testatoris repellere substitutum.

¶ Ad secundum quesitum in quo queritur an prelegata relicta dicto quondam Petro iuniori veniant in restitutione vniuersalis fideicommissi fienda predicto Marquesio per filias dicti quondam Claudij: dico ⁊ respondeo sub correctione cuiuslibet melius sentientis, ꝙ licet prima facie illa videantur venire: per id quod habetur in. l. Marcellus. §. quidam liberis: ⁊ quod ibi doct. ff. ad Trebelli. ⁊ quod scribunt docto. in. l. cum virum. C. de fideicommiss. postquam prelegata huiusmodi precesserunt grauamen, ⁊ substitutio facta est simpliciter. ¶ Sed ijs non obstantibus existimo contrarium esse verius. Et primo quidem quoad medietatem prelegatorum huiusmodi, hoc videtur esse sine dubio: pro eo quia tempore matrimonij contracti per ⁊ inter eundem quondam Petrum Juniorem, ⁊ honestam mulierem Catherinam, dictus Petrus testator pater donauit eidem Petro Juniori filio donatione inter viuos, ⁊ contemplatione nuptiarum, seu matrimonij, dimidiam partem omnium bonorum suorum, retento sibi ipsi, ⁊ vxori vsufructu, quandiu viuerent: que donatio fuit iuramento vallata, ⁊ sic ab initio fuit efficax, ⁊ valida: per id quod scribit. Bald. in. l. iij. C. de vsucapio. pro dona. Alex. de Jmo. in. l. si donatione. versi. vtrum antẽ. C. de collatio. qui etiam pluries ita consuluit. de quo etiam multa scribit do. Jas. in. l. frater a fratre. tam in repetitione, quam in lectura. ff. de conditio. indebi. Et cum vt predixi dictus Petrus testator retinuerit sibi ⁊ vxori vsumfructum dicte medietatis bonorum suorum, dominium ⁊ possessio eorundem bonorum pro dicta medietate transiuerunt in predictum donatariũ. l. quisquis. ⁊ quod ibi doct. ⁊. l. si quis argentum. §. sed siquidem. C. de donatio. de quo per doct. in. l. possideri. in princip. ff. de acqui. poss. per canonistas in. c. ij. de consuet. ⁊ per Sali. in. l. traditionibus. C. de pact. Nõ ergo habuit idem Petrus donatarius hanc dimidiam partem in vim testamenti per dictũ Petrum testatorem conditi. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acqui. poss. Ergo dimidia pars quam habuit dictus Petrus donatarius in bonis prelegatis non comprehenditur, nec venit in restitutione vniuersalis fideicommissi: quia in fideicommisso vniuersali non veniunt ea, que heres aliunde acquisiuit, quam ex testamento: etiam si a testatore acquisiuisset. l. sequens questio. ff. de lega. ij. vbi deciditur casus in quo potius deberet venire res donata in restitutione vniuersalis fideicommissi, quam in casu nostro: ⁊ tamen non comprehenditur nec venit. de quo multa scribit Alex. de Jmo. in consil. ij. exordiente, Ponderatis ijs que in themate. versic. istis sic presuppositis. in. iij. volu. facit pro premissis. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. Quo vero ad aliam dimidiã partem, que scilicet donata non fuit dicto Petro filio, est maior difficultas: sed tamen adhuc videtur ꝙ illa non veniat: quia testator substituens heredi, vel eum grauans de restituendis bonis, ⁊c. vel portione, vel ijs in quibus grauat, videtur tacite prohibere alienationem bonorum restituendorum: per ea que habentur ⁊ scribuntur in auth. res que. C. commu. de lega. Et tamẽ dictus testator videtur eidem Petro filio permisisse alienationem bonorum prelegatorum cum illa prelegauerit, seu reliquerit ad voluntates faciendas. Et sic ne videatur tacite prohibuisse ⁊ permisisse, ⁊ sic egisse contraria, non mihi videtur, ꝙ huiuscemodi dimidia pars debeat venire in dicto fideicommisso. Puto tamen ꝙ predicte proneptes, que vt opinor tentabant detrahere legitimam ⁊ Trebellianicam ex persona dicti quondam Petri Junioris earum aui paterni, tenebuntur, ⁊ debebunt iam dicta prelegata sibi imputare in dictas quartas. Et quidem de media parte non donata non est dubium: per id quod scribit Bartol. in. l. in quartam. ff. ad leg. Falci. vbi etiam alij. de parte vero donata donatione inter viuos etiam non est dubium, siue supponamus donationem de illa factam fuisse veram, ⁊ propriam donationem propter nuptias, eam scilicet, de qua loquuntur iura: per id quod habetur in. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. siue aliam, quia cum illa dimidia pars non solũ

ascendat

ascendat ad legitimam predicti quondam Petri donatarij, sed longe vltra, ipse tenebatur illam sibi imputare in legitimam: ar. l. cum quo. de peculio. & quod ibi Joannes de Imo. ff. ad leg. Falcid. & quod scribit Alex. de Imo. in. l. illud. versi. secundo modo limitatio, &c. C. de colla. & do. Jas. de May. in. l. si quando. §. & generaliter. versi. tertio limita. C. de inoffi. testa. Que omnia, &c.

¶ Rubrica, Quando fiscus vel priuatus debitor. sui debitoris exigere possit vel debeat. ¶ Consiliũ. ccccciiij.

¶ Epitome.

¶ Creditor antequam debitores sui debitoris conueniat oportet principalem debitorem esse condemnatum, & quod eius bona fuerint discussa, & quod debitores confiterentur se illius debitores.



VIso Casu qui mihi exhibitus est parte honorabilium virorum Guilielmi Gelati, & sociorum mercatorum habitatorũ ville Burbi in Bressia, vna cũ copia instrumenti obligatorij, quo cauetur quod Anno Domini millesimo quingentesimo vndecimo, & die decima septima mensis Januarij nobilis vir Georgius Vẽto gratis, &c. confessus fuit se debere honorabili viro Antonio Gellati & socijs mercatoribus habitatoribus ville Burgi in Bressia, diocesis Lugduneñ. abseñ. &c. Stephano Gellati eius filio, ac Stephano Melleti, & publico notario presentibus, stipulantibus, &c. videlicet summam duorum millium quingentorum & quadraginta duorum scutorũ auri, ratione & ex causa restę pretij quatuor millium centum & sex petiarum tellarũ esbordas per dictum Gellati & socios eidem Vento vẽditarum, & expeditarum, & quam summam idem Vento cõuenit, & promisit dare & soluere dictis Gellati & socijs in terminis de quibus in copia predicta. Et pro obseruatione conuentorum obligauit, & submisit omnia bona sua mobilia & immobilia. Dico & respondeo, quod cum ex positione casus huiusmodi non appareat eundem Vẽto fuisse condẽnatum ad dandum, & soluendum summam predictam, aut partem illius dictis Guilielmo, & socijs: non possunt ipsi de iure communi agere, vel experiri contra debitores eiusdem Vento. l. ij. & quod ibi per omnes doctores. C. quãdo fiscus vel priua. debito. debito. sui. Et idem voluit Azo in summa sub rubrica predicta. Et dicit Salicetus in dicta. l. secunda, quod tria regulariter requiruntur ad hoc quod creditor possit conuenire debitorem sui debitoris. Primo requiritur debitoris principalis condemnatio. Secundo bonorum mobilium, & immobilium eiusdem debitoris excussio, seu discussio: Tertio quod ille debitor debitoris confiteatur se debitorem: de quo etiam scribunt doct. in. l. a diuo Pio. §. sic quoque exequentur. versic. sed vtrum confessi. ff. de re iudica. Preterea hic est aduertendum quod licet dictus Vento pro securitate dictorum Guilielmi & sociorum, obligauerit omnia bona sua mobilia, & immobilia. Nõ tamen legitur obligasse nomina, & que, vtpote facientia tertium genus, non veniunt regulariter appellatione bonorũ mobilium, vel immobilium. dicta. l. a diuo Pio. §. in venditione. & l. quam tuberonis. §. penult. ff. de pecul. l. bene a Zenone. C. de quadrien. prescript. & quod not. gloss. in. l. mouentium. ff. de verbo. signific. Bart. in. l. potest pupillus. ff. de autho. tuto. Bald. & Ange. in. l. si constante. §. fin. ff. soluto matri. & canoniste in cap. nulli. de reb. eccles. non alienan. Et sic esto quod creditor alias habens nomẽ sui debitoris obligatum, & quod sibi obligari potest per debitorem. l. nomen: cũ suis simil. C. que res pign. oblig. pos. posset recta via, hoc est, nõ discusso debitore principali agere contra debitorem sui debitoris: vt voluit Barto. in. l. si conuenerit. la. ij. in princip. ff. de pignora. actione. quamuis Cyn. in dicta. l. nomen. dixerit esse cautius, quod bona principalis debitoris discutiantur: tamen in casu nostro dictũ Bart. non prodesset etiam si dictus Vento appareret cõdemnatus: sed oporteret quod bona mobilia, & immobilia eiusdem Vento discuterentur. Non video igitur quod dicti Guilielmus & socij, habeant bonum remediũ contra illum debitorem Massilien. Et idem dico de alio pretenso creditore dicti Vento, & qui a dicto debitore recepit ducenta scuta auri, scilicet quod conueniri non possit per dictos Guilielmum & socios: Qui deberent aduertere quod saltem quando faciunt talia nomina, & tante importantie deberent procurare, quod fierent de illis instrumenta guarentigiata, aut saltem cum constitutione procuratorum in bona forma, et quod debitores obligarent omnia bona sua non facta mentione de bonis mobilibus & immobilibus, vel quod obligarẽt omnia bona sua mobilia, & immobilia, ac iura, & actiones. Si ita factum fuisset in casu de quo queritur, posset obtineri interdictum contra dictum Vento, & deinde fieri executio contra dictum suum debitorem, iuxta doctrinam Barto. in dicta. l. si conuenerit. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini, &c.

¶ Finis quarti voluminis Consiliorũ domini Stephani Bertrandi Carpentoractensis.

¶ Regestum.

¶ a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z aa bb. Omnes sunt terniones.

¶ Lugduni,

1 5 6 0.

ADICIONAL
A LA DE REEMPLAZOS
DE TRES DE NOVIEMBRE
DE MIL SETECIENTOS Y SETENTA

POR LA QUAL SE SIRVE [illegible]
declarar varias esenciones y otros [illegible]
la mas fácil y exâcta egecucion del
alistamiento y sorteo, guarda-
da equidad.



EN MADRID:

En la Imprenta de Pedro Marin.
Año de MDCCLXXIII.

